Ex Libris
P. JOANNIS TRETTER
Coesar. Reg.
PROFESSORIS PUBL.

3104. III. a. a. 4°

S. 10. A. 2.

N. 131.

ANNALES DUCATUS STYRIÆ,

CUM ADJECTA

FINITIMARUM PROVINCIARUM

BAVARIÆ, AUSTRIÆ, CARINTHIÆ, SALISBURGI, AQUILEJÆ,

&c.

HISTORIA,

IN QUANTUM EA,

AD RES STYRIÆ ILLUSTRANDAS CONDUCERE VIDETUR;

EX ANTIQUIS

HISTORIÆ MONUMENTIS

COLLECTI,

STUDIO ET OPERA

AQUILINI JULII CÆSAR,

CANONICI REGULARIS VORAVIENSIS,

STYRI GRÆCENSIS.

TOMUS II.

RES STYRIÆ AB ANNO

MCXCII. AD ANNUM MCCCXXX.

SUB BABENBERGICIS PRINCIPIBUS, MOX VACANTIS,

TANDEM

SUB HABSPURGICO-AUSTRIACIS PRINCIPIBUS

ALBERTO I. ET FRIDERICO III. PULCHRO

CONSTITUTÆ

CUM DUABUS DISSERTATIONIBUS PRÆLIMINARIBUS

AC DIPLOMATIBUS CCVI.

GENEALOGIAM VETERUM STYRIÆ

FAMILIARUM CONTINENTIBUS.

K. K. LYCEAL BIBLIOTHEK ZU LAIBACH

GRÆCII, TYPIS HÆREDUM WIDMANSTADII, 1773.

PRÆFATIO.

Excuſſis pro poſſe abſtruſioris antiquitatis Styriacæ latebris, jejunisque noſtrorum ſcriptorum temporibus peragratis, plus quidem mihi operæ, attamen jucundiore labore, planiusque jam patente via exhauriendum videtur; etenim undecunque & Styriæ nomen amplius, & Ducum major gloria ac notitia apparet, plura, eaque celeberrima Styriæ Monaſteria ad culmen perducta, pluresque occurrunt ſcriptores, qui res Patriæ noſtræ ſuis commentariis illuſtrarunt; Styria Tomo I. deſcripta, ſub barbaris gemens, pila fortunæ erat, variis viciſſitudinibus, ſubin extremæ internecioni expoſita, donec ſub ſæculi X. medium, ſub ſuis Marchionibus Ottocaris reſpirare aliquantum cœpit: eadem vero Styria noſtra hoc Tomo exponenda, variis iterum fatis ſubeſſe coacta eſt, nam extincta Ottocarorum noſtrorum progenie, dum donatione ad Auſtriaco-Babenbergicos Principes devolveretur, his quoque in Friderico Bellicoſo emortuis admodum turbata eſt, dum tot pro eadem captanda æmuli & rivales conſurgerent, quot fere Principes ſibi vicinos numeraret. Sed dedit Deus his quoque finem, dum Rudolphus Habſpurgicus tyrannos compeſceret, eamque filiis ſuis in conventu Auguſtano attribueret, ut adeo natalem felicis Patriæ noſtræ, a Rudolphi Habſpurgici in terris noſtris regimine, jure orditi poſſimus.

Styria hoc tomo clarior deſcribitur,

Devicto nempe terrarum noſtrarum uſurpatore, Ottocaro Bohemiæ Rege, Styria noſtra Rudolpho Habſpurgico, ærarium divitiarum, lectiſſimæ ac antiquiſſimæ nobilitatis ſedes, Heroum præſtantiſſimorum arena, attamen prædæ Barbarorum, & domeſticis turbis, nimium expoſita videbatur, leges Styris nondum aliæ, quam quos Ottocari noſtri antea dictitabant, inde factum, ut juſtitia ſegniter adminiſtraretur, quoniam judicum ſententiis, vis, ac maleſana quæque pro libitu audendi libertas, reſiſtebat, inde gentes barbaræ Styriam vaſtabant adeo, ut ſe inde ſolum felicem reputaret, ſi ſummis montium, arces & caſtra imponeret, e quibus vim hoſtium propulſare poſſet; hæc quidem, ut Styriæ noſtræ una ex parte damno, ita ex altera commodo erant, nam inde Styri noſtri gladium & capulum tractare, prædas capere, & excutere didicêre, & ex continuis, quibus aſſuefiebant, præliis, eam fixam animo habuerunt ſententiam, bellandi artem, ſummam & pulcherrimam virtutem, genitricem fortunæ, matrem veræ nobilitatis eſſe: & ſane, quid aliud ſentire potuiſſent Styri noſtri? videbant in Patria, marmora varia, & monumenta, in quibus, velut veræ antiquitatis teſſeris, ultra quadraginta familiæ legebantur, quæ jam Romanorum tempore belli artibus excellebant, prædiis, ideo bonisque ditatæ: nemo nem-

Styriam cur ſib Rudolphus I. Habſpurg. ſubjecerit.

Styrorum magnanimitas.

pe eo tempore templum gloriæ ſubire, nemo inter nobiles conſcribi poterat, niſi gladio armatus, ſanguine madidus eo enataſſet.

Styriæ fertilitas.

Styriam noſtram Provinciam eſſe, quæ fertilitate nulli cedat, nulla indigeat, res eſt ex Tomo I. teſtata ſatis, metalla omnia cum ſemi-metallis ibidem generantur, ut adeo Poetæ Martem, & Vulcanum, inter Styriæ incolas fingere veriti nil fuerint, herbarum genus omne, vina præſtantiſſima, magni etiam apud exteros nominis in ea generantur, ut nil memorem de thermis ſalutaribus, ac acidulis, nominatim Rochitſchenſibus, de quibus plura videri poſſunt in ſcrutinio Phyſico-medico-chymico Doctoris Joannis Benedicti Gründel Medici Excell. piæ mem. Fluvii, lacus, rivi, Styriam rigantes, interque hos Mura, Dravus, Savus, Saana, navibus ferendis pares, omni genere piſcium præſtantium redundant. Ne naturæ mirabilia deeſſent, variæ præſertim in alpibus Radmar (inter Kahlwang, Hifelau, & Eiſenarz ſitis) uti & in alpibus in Geſchöder, a Cellis Marianis in Auſtriam porrectis, inveniuntur ſpecus ſubterraneæ, ingentes ad 2- & 300. paſſus extenſæ, in quibus lacus, fontes, & in his piſces incogniti & monſtroſi videntur, & aquis his immerſa quæque in lapides, homines ea aqua conſperſi in deliquia vertuntur: non procul a loco Cracau ſupra Muraviam habetur ſpecus hujusmodi horribilis, in qua multæ inſcriptiones, numerique annorum videri poſſunt, quæ naturæ mirabilia, ut poſteritati ſignaret, quendam ſibi a ſecretis, Princeps Schwarzenburgicus, ante annos aliquot eo dimiſerat: ſimiles ſpecus penes Pöggau ſupra Græcium, caſtrum Canoniæ Voravienſis, videre licet, de quibus alibi.

Specus ſubterraneæ.

Hæ, inquam, prærogativæ Styriæ, cauſa erant, quod Rudolphus I. Habſpurgicus, omni ſtudio Styriam ſibi ſubjicere, eam filiis hæreditariam attribuere niteretur: prædicabatur nempe omni ævo Styriæ fertilitas, celebrata belli ſtudiis nobilitas, cognita, atque uſu teſtata Rudolpho Styrorum magnanimitas, qui in devincendo Ottocaro, utiliſſimam operam præſtiterunt. Hujus itaque Patriæ noſtræ deſcribendæ gratia, labor meus hoc Tomo continuatur, quem, ut variis documentis, & MSS. Patriis, augerem, ornarem, fulcirem, ſicque erudito orbi gloriam Styriæ rite proponerem, ſcripſi omnibus Styriæ Præſulibus, Abbatiſſis, Archidiaconis, ut laborem meum documentis Patriis juvare dignarentur; plura quidem ſubmiſſa, at nondum ad vota mea; nec mirabar abſtinuiſſe quosdam, quoniam jam plures erant qui vanis de Styriæ Chronico promiſſis verba faciebant, ſed iis fidem nunquam ſolvebant.

Quoniam vero ad omnes caſtrorum Dynaſtas illuſtriſſimos, urbium ac oppidorum Magiſtratus ſingulos, litteras dare, urgente

te jam Tomi I. typo, non poteram, Excelso Regimini supplicavi, quatenus æquissimum meum de Patria propositum per circulares litteras orbi Styriaco innotescceret; consensit altefatum Regimen Græcense, sicque nomen meum Styriam pervolavit omnem, ast eo tantum fructu, ut ad modicum tempus memoraretur, labor laudaretur, opus ipsum desideranter exspectaretur, quin vel linea documentorum communicaretur, nisi quæ industria aliorum, furtive quasi subtraxit, mihique submisit: quod dolebam maxime, erat, quosdam nempe fuisse, qui laborem meum, cachinando inutilem, frustraneum, quasi e tectis prædicarent dicentes, vah! tot jam alii viri doctissimi, & solertissimi pro Styria desudabant, nitebantur, laborabant, at in abyssum obscuritatum delati, manum de tabula retrahebant, & novissimus hic Styriam pellucidis ornare coloribus, labore ad 4. Tomos protrahendo, amplificare promittit, sed vix perficiet, in sicco hærebit &c. Invida hæc sit, seu pusillanimis objectio, me non terrebit, eoque minus quod cogitem, etiam erratis meis admissis, viam aliis tritam facere, qua post me facilius decurrant; notum erit, historiam Austriæ, etiam aliquando sat crassis tenebris, fuisse obvolutam, at ubi Duumviri clarissimi Hieronymus & Bernardus Pezii, immenso labore, varia in Bibliothecis, castris latitantia documenta edidere, tum enimvero junctis quasi viribus pro Austria illustranda est decertatum; adeo, ut Annales, descriptiones, elucidationes plurimæ subsequerentur, quibus præla adhuc hodie desudant. Id, ut Styriæ etiam nostræ cum tempore contingat, laborem hunc in me suscepi, & quoniam Chronicon hactenus nullum, modicæ solum & jejunæ pagellæ de Styria prostarent, integrum 4. Tomis comprehensum Chronicon seu Annales, orbi erudito proponere meditabar, ut sic pateret, res Styriæ nostræ non adeo exiles esse, quam quidam calumnientur.

Litterarii benefactores e Styria.

Quamquam vero surda aure plurimis in Styria de documentorum communicatione cantaretur, non deerant tamen viri cordati, quibus Patriæ gloria, labor & conatus mei, curæ & cordi forent, quique labores meos non modicum succollabant. Hos inter *Illustriss. DD. Ernestus Henricus S. R. I. Comes de & in Wildenstein*, omni litteraria ope me continuo suffulcit, documenta subministrat, meosque labores apud alios promovere studet. Accessere bini hoc anno mæcenates litterarii, nempe *Excell. ac Illustr. DD. Sigism. S. R. I. Comes de Rindsmaul*, qui ad preces meas, Bibliothecam suam Perneggensem, cum documentis aliis ad res Styriæ facientibus mihi patere fecit, ac *Excell. ac Illustr. DD. Wolfgangus D. de Stubenberg*, Censor operis mei hujus exactissimus, qui præter notas varias, operi meo summe proficuas, varia quoque alia documenta subministrare est dignatus.

Ex Reverendiſſ. Styriæ Prælatis *Admontenſis* me ad PP. Pezios, aliosque libros jam typo datos ablegavit, *Runenſis* plurima ſe ſubmiſſurum promiſit *Seccovienſis* collectanea eruditiſſima ex Annal. Secc. cum ſerie Epiſcopor. & Præpoſitor. Secc. *Stanzenſis* ſeriem Præpoſitor. ſuæ Canoniæ. *S. Lambertinus* itidem catalogum Abbatum communicavit, *Rottenmanenſis* Canonia plurima ſuppeditavit, etenim *Pl. R. ac Cl. D. Joſ. Antonius Marcellinus Simbinelli*, SS. Theol. Doct. Pro-Decanus ac Parochus Civit. ejusdem, Chronica bina Celejenſia, unum Petovienſe, cum quadam notitia Mahrburgenſis civitatis, ac *A. R. ac Doctiſſ. D. Godefridus Ignatius Leobner*, Can. Rottenman. Diplomata, Privilegia Canoniæ ejus gratiſſime uſibus meis deſtinavit. Ex Reverendiſſ. DD. Archidiaconis *Paulus Hieron. Schmutz* jam Tomo I. a me dilaudatus, elenchum Parochorum & Decanorum in Weitz, præter alia MSS. & libros uſui meo profuturos ad me direxit, *Pölſenſis* quamplurima de Archidiaconatu, & Archiparochia ſua benevole communicavit, Abbatiſſæ trinæ, *Mahrenbergenſis*, *Studenizenſis*, ac *Paradiſienſis*, petitis quoque meis ſubſcripſere, hæc quidem ſat exacta Monaſterii ſui notitia, illa variis MSS. ut adeo, ſi præter domeſtica Canoniæ meæ, ac *Pöllenſis*, quæ ubertim oblata etiam promiſſa, ut ſpero, obtineam documenta, Eccleſiaſticam ſaltem Styriæ hiſtoriam, negotio non arduo adumbraturum me confidam.

Horum banefactorum numero annumerandus eſt omnino *A. R. P. Albertus Fink* ord. S. Franc. Strictior. obſervantiæ Feldbaci degens, qui continuo documenta ſubmittit, cum cæteroquin de ord. S. Franc. Conventual. & Reformatorum documenta nulla obtinuerim, licet aliorum ordinum mendicantium, ut ajunt, ſuperiores, id benevole præſtiterint. Hiſce prælibatis, ſequens erit ordo Tomi II. Annalium meorum, ennarabit res Styriæ ab an. 1192. ad 1330. ſeu a Regimine Principum Auſtriaco-Babenbergenſium ad regimen Alberti II. & Ottonis Auſtriacorum, Tomo huic præfigentur 2. Diſſertationes, prima: *Apologetica Friderici I. Bellicoſi, Auſtriæ, & Styriæ Ducis e Babenbergenſibus ultimi, contra impactas veterum & recentiorum calumnias.* Secunda: *De titulo juris* aget, *quo Rudolphus I. Habſpurg. Styriam, Ottocaro Regi Bohemiæ eripuit, & quo idem eam Alberto I. filio ſuo in Comitiis Auguſtanis an.* 1282. *tradidit.*

Chronologiæ hæc erit diviſio, liber V. oſtendet *Styriam ſub Babenbergicis Principibus*, liber VI. *Styriam vacantem ſub variis Dominis & uſurpatoribus*, liber VII. *Styriam ſub Habſpurgico-Auſtriacis Principibus Alberto I. & Friderico Pulchro.*

Accedent in fine Diplomata 206. qua edita, qua inedita cum notis & Genealogia quarundam Styriæ familiarum; Deo dante, & typographo accelerante Tomus III. jamjam confectus, non diu aberit, isque amænior, & fuſior, præſertim ubi promiſſa, aliaque Styriæ præſertim civilis documenta obtinuero.

ANNA-

DISSERTATIONES PRÆVIÆ, AD TOMUM II. ANNAL. DUCAT. STYRIÆ.

Dissertat. præviæ ad Tom. II. Annal.

DISSERTATIO I.

Continens Apologiam Friderici I. Bellicosi, Austriæ & Styriæ Ducis, e Babenbergicis Ultimi, contra impacta eidem a veteribus & recentioribus crimina.

Dissert. I. continn. Apolog. Frider. I. bellicosi Ducis Austr. & Styriæ.

§. I.

Causa hujus Dissertat.

Operæ pretium mihi fore omnino videbatur, in Friderici Ducis nostri fes gestas inquirere, veraque a falsis in iis rite secernere; quamvis etenim Chronica patria, cum recentioribus authoribus, eorundem fide nixis, in male depingendo Principe nostro fere conjurasse videantur, hunc tamen neutiquam eum censeo, qui vulgo fingitur. Infelix Princeps noster, in ea incidit tempora, in calamos illos mordaces, qui hanc laudem referre cupidi, quam nonnulli Suetonio dedere, quod, quanta Cæsares licentia peccabant, tanta ille libertate eorum crimina pertractaret. Merita Ducis nostri in Ecclesiam Romanam, Sedisque Romanæ ad Principem nostrum literæ exaratæ, beneficentia ejus in rempublicam Religiosorum, quæ omni fere anno, etiam inter maximos bellorum turbines patuit, dubium mihi non inane induxere, eum alium longe fuisse, quam qui in Scriptis veterum & recentiorum reperitur, imo visus est mihi tandem author coævus, qui labem (qua optimi hujus, armis licet undique impetiti, Principis nomen nescio, quis primus patriorum authorum, & qui eum temere exscripserunt, defœdavit) ita ab eodem amoveat, ut crimina impacta falsitatis arguat, quæ vero in Principe nostro non dissimulanda erant, non reticeat.

§. II.

Itaque, ut rem omnem accurate exequar, necessarium erit docere Lectorem, quis, quantæque fidei fuerit author ille, qui contra coævos suos nomen sui Principis pro posse defendit.

Pernoldi Ord. Præd. Chron. author.

Is porro alius non est, ac *Pernoldus* Vir *Ordinis Prædicatorum*; ejus Chronicon in Bibliotheca celeberr. Monasterii Campililiensis inventum, luci publicæ donavit primus Cl. author fastorum ejusdem Monasterii, qui eundem Principem Fridericum cum Pernoldo citato acerrime defendit, quem proin sequi, ejusque argumenta per opus suum dispersa colligere, variis accessionibus augere, hac in Dissertatione statui.

Titulus Chronico Pernoldi deest, qnia sine capite est inventum, author tamen in fine se prodit his verbis: *Hæc scripsit fidelis Testis, & devotus Reginæ Capellanus, Fr. Pernoldus de Ordine Prædicatorum*; ipsa Domina Regina Margaretha, Pernoldum hunc in charta anni 1266. laudat, ut *Pœnitentiarium suum, & Executorem testamenti.*

Fuit author coævus.

Ex his vides amice Lector! Pernoldum non solum horum temporum coævum, sed eorum etiam probe gnarum, longe magis cæteris sui temporis Scriptoribus præferendum, qui vel extra Austriam scribentes, vel ab Aulæ latere remotiores erant, cum Pernoldus hic in Aula existens, Consiliarius, & Arbiter sacer Margarethæ Reginæ fuerit. Erit ergo authoritas Viri *hujus* coævi, & in Aula Principum Austriacorum *versati*, *facile* mea opinione reliquis omnibus etiam coævis anteponenda, præsertim ubi per decursum patebit quomodo ii & erraverint, & ordinem in narratione temporum horum perverterint.

Et maximæ præ cæteris autboritatis.

§. III.

Initium Regim. Frider. Ducis.

Hisce prælibatis Historia Ducis nostri ab ovo est pertractanda, & quidem primo ex Chronicis patriis, aliisque authoribus, dein ex Pernoldo corrigenda. Initia Regiminis, quamvis Chronica patria in Friderico nostro, relata solum ejus post Patrem Leopoldum successione prætereant, author tamen historiæ Ducum Styriæ ita describit: *Fortunam amplissimam, quam ordo nascendi negarat, præmaturus Fratrum obitus Friderico asseruit, sed ceu oblatæ præter opinionem felicitatis impatiens, partam alieno infortunio dignitatem, nec ipse sat prospere tenuit. Bellicosi nomen majore reipublicæ damno, quam sua gloria sibi confecit, nihil majore conatu, quam pacem devitare visus, inquies animus, si belli causas non inveniret, faciebat, multum sane a Parente moribus, sed & fortuna diversus.* Hæc, unde author hic hauserit? ignoro, longe aliter certe historiæ Styriæ & Austriæ de Friderico loquuntur; Chronica Mellic. & Salisburg. initia Regiminis modeste referunt, Chronica vero Clausstroneoburg. Leobiense, & Arenpekii, contrarium de Friderico testantur, & culpam turbarum initio regiminis exortarum, in Ministeriales reponunt: verba do Chronici Clausstroneoburg. ad an. 1230. *piæ memoriæ Dux Liupoldus, apud S. Germanum obiit, moxque Ministeriales ejus omnes, contra Filium conjuraverunt, primo dolo privantes eum thesauro Patris, ac postmodum totam fere Austriam incendio & rapina vastaverunt:* eadem confirmat,

&

& clarius deſcribit Pernoldus his verbis: *Filius ejus Fridericus, qui unus poſt Fratres duos defunctos, erat Superſtes, & ſui generis Ultimus, magnum animum & bonum habuit, ſed ſupra modum inquietos & infideles Miniſtros, atque iratos vicinos Reges, ipſum poſtea longo tempore etiam Imperatorem, quare propter bella aſſidua, quæ ſe urgebant, vix potuit aliam virtutem, quam magnanimitatem in pugnando, ac tolerando oſtendere, quod eximie fecit.* Lector benevole! diſpice verba authoris hiſtoriæ Ducum Styriæ, & Pernoldi, aliorumque Chronicorum, & videbis, Fridericum, non *pacem devitare viſum*, non *inquietis animi* fuiſſe, ſed *Miniſtros* habuiſſe *refractarios*, *infideles*, *inquietos*, quos inter Chunringii initia Principis noſtri turbare auſi, theſauris Patris Leopoldi ablatis, non in Principem, ſed in ipſam *Auſtriam incendio & rapina* pugnare præſumpſerunt, ut pluribus in Chronologia an. 1231. oſtendam.

§. IV.

Fridericus an bellorum omnium cauſa?

Bella perpetua, quæ Principem vexabant, non ab eo quæſita, ſed plerumque extorta eſſe, oſtendendum eſt; citatus hiſt. Ducum Styr. author, omnium bellorum facem, ab eodem Principe allatam docet hiſce verbis: *Si belli cauſas non inveniret, faciebat*, mox *ferociam Domini luebant Provinciæ, cum irritati Principes, nunc ſinguli, nunc ſociati irruerent, Bohemo Ungarus, Ungaro Bojus, velut in orbem ſuccederet. Friderico ad miſerorum gemitus ſurdo, ut qui villarum incendiis ſuam gloriam, quam quo maxime illuſtrandam cenſeret. Et vero, ſi bellis ultro oblatis, quam ſolicite quæſitis exerere fortitudinem maluiſſet, primis illum Heroibus, animi excelſitas exæquarat.* Varia hic objecta ſunt diſſolvenda, & 1) quidem: an bellorum horum cauſa Fridericus fuerit? an bella ab eo magis quæſita, quam oblata? 2) an ob ejus ferociam luerint Provinciæ, & Principes Bohemiæ, Ungariæ, & Bavariæ ab eo irritati fuerint? 3) an villarum incendiis gloriam ſibi quæſiverit? 4) tandem, an magnanimus Princeps fuerit Dux noſter?

Hiſtorici famam proſcindere nil verentur.

Antequam reſpondeam ſingulis, obſervo, non raro oblitos fuiſſe hiſtoricos, famam præſertim Principum ſacram eſſe, cui æque & multo amplius calamo, quam ore detrahi poteſt, cum verba ore prolata volent, typis vero relicta perenniter nocere, aliosque ſeducere ſoleant.

Frideric. Dux pacem non odit, nec bella ipſe quæſivit.

Jam ad primum digredior, an Princeps noſter pacem oderit, bellaque ſibi volens attraxerit? poſtulatum hoc cenſeo liquidis teſtimoniis authori hiſtoriæ Ducum Styriæ probandum fuiſſe, non aſſerendum, hoc cum neglexerit author citatus, a me præſtandum eſt. Chronica patria ſi inſpicio, Mellicenſe, & Clauſtroneoburgenſe ad an. 1231. docent, Optimates Auſtriæ contra Principem conſpiraſſe, & Auſtriam vaſtaſſe, idem reperitur ad an. 1237. de prædonibus vero Provinciarum pœnas repetere, Principi imputandum non eſt, ne inertiæ damnetur

Bellorum cauſa Fœminæ.

Præcipuam bellorum ſub Friderico cauſam, liquide Pernoldus adfert his verbis: *Cauſa bellorum Fœminæ. Prima Græca Zophia, Filia Theodori Laſcaris, Græci Imperatoris, Soror Mariæ, Conjugis Belæ IV. Hungariæ Regis, quam duxerat poſt Gertrudem Brunsvicenſem ſtatim defun-*

tam, sed vivente & sciente Patre an. 1229. repudiavit. Altera Agnes, Meraniæ Ducis Ottonis Filia, quæ fuit Neptis Gertrudis, Reginæ Hungariæ occisæ, & quam iterum duxit Fridericus non attendens, vel non sciens propinquitatem, iterumque postea dimisit. Tertia Margaretha, propria Soror Friderici, Uxor Henrici Regis Romanorum, propter primam Zophiam dimissam, Andreas & Bela, Pater & Filius, Reges Hungariæ vastaverunt Austriam, & in societatem traxerunt Premizl Regem Bohemiæ, propter secundam Agnetem, iterum Bela cum sociis quærebat ultionem, propter tertiam Margarethan sæpe dissensiones erant, & tandem bellum gravissimum pro tota Austria, inter Imperatorem & Ducem dotis causa, quam nondum dederat Liupoldus Dux, & Fridericus Filius ejus ex gravi, & non injusta causa dare noluit. Quomodo omnia facta fuerint, per annorum ordinem sincere scribam, propter multos injuriatores Ducis, qui quærebant eum, si Deus permisisset, penitus per arma & seditiones, & aliorum crimina ipsi imputata dejicere, mediante Imperatore, quem sciebant ei inimicum, ac pessime contra eum scribentem & agentem. Ex quibus rite, & sine præjudicio aliorum authorum perlectis, ac expensis patebit, Fridericum Ducem nostrum, non aggressorem, sed vindicem, non bella quæsiisse, sed ultro oblata a se repulisse.

Aliæ bellorum Frider. causæ.

Præter has Fœminas, erant & alii sub eodem bellorum fontes: 1) *Diuturnæ pacis apud Nobiles impatientia*, cum enim pacis otio, incrementa opibus advenirent, ambitus quoque Procerum succensus est, ita, ut subesse renuerent, prædas quærerent, vicinis molesti essent; quam vitæ licentiam, cum severe corrigeret Dux noster, iram sibi, & indignationem Ministerialium suorum attraxit. 2) *Impendens Babenbergici Stemmatis exstinctio*, uti Æmulis Provinciarum cupiditatem accendit, ita in Proceribus amorem minuit, & cum aliis Principibus eosdem tacite conspirare fecit. 3) Tandem *Scissio Sacerdotii & Regni*, uti omni tempore, ita Friderici ævo Provincias etiam divisit, hæcque divisio causa fuit, quod crimina, bella, lites, discordiæ Principi objicerentur, a quibus tamen alienus erat. Nec res isthæc nova erat; Leopoldus pulcher Austriæ Marchio, Henrici IV. tempore, & Hencus Jasomirgott Dux Austriæ primus, ex dissidiis Friderici I. Imp. maculas sibi inussit, eumque Historici a Friderico Imp. tanquam infidelem, Ducatu privatum, Ducatu Marchionibus Styriæ collato, Leopoldum vero acie contritum a Fratre Alberto levi fingebant ob incestam thori paterni violationem; Idem Duci nostro factum, ut ob turbas e Scissione Regni & Sacerdotii ortas, immerito culparetur; de quibus plura inferius.

§. V.

Bohemiæ bellum an. 1231. examinatur.

Sed videamus exactius rem hanc omnem, & bella Ducis nostri cum Bohemis, Hungaris, Bojis penitius examinemus. Bohemiæ bellum primum erat sub Duce Friderico, stero istud an. 1229. affixit, Dubravius vero lib. 12 Histor. Bohem. pag. 132. &c. quam plurima de suo addidit de Friderici Patre Leopoldo, armato Italiam Ingresso, cum togatus solum ad pacem Regni & Sacerdotii restituendam eo abierit. Pulkawa finxit Viennam tunc captam, nec antea a Wenceslao redditam,

tam, donec 20. aureorum millia a Friderico ſolverentur. Balbinus in epitome rerum Bohem. pag. 262. gemina quidem bella rite diſtinxit, nihilominus tamen primum, quo Bohemos a Crembſio, uſque in Trentzinium terram vaſtaſſe docuit, perperam an. 1229. alligavit. Quid vero Auſtriæ cum Trentzinio? & ſi Auſtriaci peccarunt, an ideo Hungaris pœna luenda? ſic nempe error errorem trahit.

Bellum hoc Bohemiæ ad an. 1230. referunt Chronica Salisburgenſe, & Clauſtroneoburgenſe (quod forte idem cum Auſtrali) his verbis: *Piæ memoriæ Dux Luipoldus apud S. Germanum obiit, moxque Miniſteriales &c.* Contextum V. §. III. *Rex Bohemiæ Auſtriam in manu valida intrans, magnam partem terræ incendio vaſtavit*, hæc in fine an. 1230. ad initium vero ſequentis anni ita habet, *Bohemi Auſtriam rapina & incendio, nullo reſiſtente vaſtaverunt:* eadem habent Chronica alia, Leobienſe, Arenpekii, quæ Clauſtroneoburgenſe exſcripſerunt plerumque; confuſa tamen eſt in his omnibus narratio, cum rerum earundem otioſa repetitione, ut proin cenſeam, ab interpolatoribus omnia ſusque deque fuiſſe conjecta, vix namque primigenio Scriptori tantam confuſionem, qua præſertim Auſtriæ vaſtationem a Bohemis, ante mortem Leopoldi refert, imputare poſſum: videant hic illi, quibus nimia veterum authoritas eſt, etiam coævos & veteres Scriptores iisdem, quibus noſtri, errorum ac imperfectionum diſcriminibus fuiſſe ſubjectos.

Ordinatius Chronicon Mellicenſe bellum Bohemiæ ad an. 1231. enarrat, neque tamen hoc vel aliud antiquum, & patrium Chronicon belli cauſam detegit: Author Hiſtoriæ Ducum Styriæ ait: *Bohemum Ottocarorum vetus cum Auſtriacis æmulatio, facile in armorum ſocietatem traxit*, addidit & aliam veriſimillimam cauſam Pernoldus §. IV. citatus nempe: *Premizl* ſeu Ottocarum *Regem Bohemiæ in ſocietatem traxerunt Andreas & Bela, Pater & Filius, Reges Hungariæ*, idque eo facilius effecerunt, quia Premizl ſeu Ottocarus, *Uxorem habuit, Sororem Andreæ Regis*, unde non Dux Fridericus, belli hujus Bohemici cauſa fuit, ſed æmulatio Bohemorum cum Auſtriacis, & Divortium Ducis cum Sophia, cujus ultionem quæſituri Reges Hungariæ in armorum ſocietatem pertraxere Ottocarum Regem Bohemiæ, cum uxorius Andreæ eſſet. *Cauſa hujus belli.*

Confecit bellum hoc Fridericus Dux noſter, dum an. 1233. manu valida, Bohemiam ingreſſus, Urbem Vetav cepit, ſed morbo impeditus, a curſu victoriæ deſiſtere debuit, ut habent Chronica Mellic, Clauſtroneoburg. Zwetlenſe &c. veram itaque belli cauſam non invenit author hiſtoriæ Ducum Styriæ inquiens: *Belli cauſa illa, quam diximus, preſſus ad eum diem injuriæ ſenſus, altera Principi pacem exoſo ſat ponderoſa ſe obtulit, quod domi quieta omnia reperiſſet*, puto enim diverſa eſſe, pacem odiſſe, & damna ab aliis illata repellere, ac ulciſci. *Finis belli anno 1233.*

Majore verborum licentia uſi ſunt Anonymus Zwetlenſis ad an. 1233. & Arenpekius, dum expoſito belli curſu, ac conſecuto Ducis morbo ajunt; *Et ſic omnipotens Deus conatum ejus malum reſtrinxit;* morbus enim hic Friderici Ducis mihi utcunque dubius videtur, tum, quod Pernoldus ejus non meminerit, ſed retractum ab expeditione Bohemica per irruptionem Hungarorum doceat, tum quod Dubravius ipſe

morbum Ducis simulatum cavilletur, eo, quod morbus Friderici tam grandis & lethalis, cum festino in Austriam reditu, & celeri Hungaris facta resistentia ægerrime conciliari possit.

Bohem. bellum anno 1236. Alterum Bohemiæ bellum ad an. 1236. vel seq. non fuisse a Principe nostro quæsitum, aliunde patet, cum Wenceslaus Rex Bohemiæ ab Imperatore missus fuerit ad invadendam Austriam, & Principem nostrum affligendum, ut in Chronologia videndum.

§. VI.

Hungariæ bell. an. 1233. &c. Vix turbis Bohemiæ liber, erat Dux, ipsas inter has turbas, Hungarus in terras nostras sævire cæpit, *a Bohemo, ut credibile, solicitatus* inquit author hist. Ducum Styriæ: de hoc bello ad an. 1234. ait Chron. Mellicense: *Postea Rex Hungarorum Austriam cum exercitu petiit, sed nihil* *Et an. 1236.* *ibi proficiens, concordia cum Duce facta, rediit*, ad an. 1236. *Fridericus Dux Austriæ congregato exercitu, contra Regem Hungariæ fugam iniit, post* *Item an. 1246.* *ejus fugam Rex Hungariæ & Rex Bohemiæ terram depopulantur*: ad an. 1246. *Fridericus illustris Dux Austriæ, collecto exercitu contra Regem Hungariæ, juxta fluvium, qui dicitur Litta, contrito atque fugato Regis exercitu, atque potitus victoria, nescio, quo casu, miserabiliter occiditur.* Chronic. Salisb. de bellis Hungariæ, præterquam ad an. 1246. altum silet, reliqua vero Chronica, cum hisce enarratis fere conveniunt.

Causa belli Hungar. an. 1233. &c. Exhibenda modo est causa belli Hungarici; eam non fuisse Fridericum, sed Hungaros ipsos a Bohemis solicitatos, utcunque probabile videtur, cum in tempore convenerint, & lassatis Bohemis, successerint Hungari; ulterius belli causam prosequitur Pernoldus jam §. IV. citatus, ex quo discimus, Reges Hungariæ, & Bohemiæ, ex duplici Sophiæ & Agnetis divortio irritatos fuisse; ita vero habet Bernoldus ad an. 1233. *Ducem revocarunt* ex bello Bohemiæ *Ungari*, non morbus, ut volunt, a Deo immissus, *sub Andrea Rege, & Bela ejus Filio, tam Styriam, quam Austriam aggressi, ut pœnam sumerent de repudio Sophiæ cognatæ, & quia Hungari semper cupiebant Styriæ partem, olim longis retro temporibus sibi ereptam recuperare.* En binam belli Hungarici causam! repudium Sohiæ cognatæ Regum Hungariæ, & cupido recuperandi terras sibi olim ereptas; hinc cum reliqua Chronica patria causas belli taceant, Pernoldus vero Synchronus aperte testetur, satis liquet, extortum fuisse Friderico hoc bellum, non proprii animi turbati & inquieti malitia sponte provocatum.

Causa belli Hungar. an. 1236. &c. At quæ causa belli Hungarici an. 1236. renovati? id ejusque causam, ex parte Friderico nostro tribuendam, non abnuo, nam, ut docet Pernoldus ad an. 1236. adducendus, Fridericus nimium gloriæ cupidus, nec satis prudenter ob juventutem expendens, Coronam Hungariæ sibi ab Hungaris in Belam rebellibus oblatam obtenturus, bellum id inchoasse videtur, sed proditus, dum Hungariam latenter intrat, & sui pugnam detrectant, fugere, & pacem emere debuit. Hæc vera esse ex Bonfinio, ad eum annum docebo, ibique Chronicorum nostrorum errores, & confusionem ostendam.

Anno

Anno 1241. dum Bela Rex ope Friderici Ducis noſtri expugnaſſet Tartaros, hi vero Hungariam dein vaſtarent, *Bela Rex*, inquit Pernoldus: *Reginam cum theſauris præmiſit in Auſtriam, tandem ipſe ſequi coactus, quia ſui cum ipſo non concordes, ubique victi ſunt. Dux Fridericus, cum hoſpitio amice primum excepit, ſed poſtea coegit, ut omnes fere theſauros ſibi tradere deberet pro reſtitutione damnorum, quæ Auſtriæ prioribus annis fecerat, & pro coactione ad ſolvendum ſibi aurum maximum, & pro extorto a Viennenſibus tributo; & quia ad hanc reſtitutionem non ſuffecerunt omnes pecuniæ & monilia Regis, debuit etiam Duci magnam portionem terræ Hungaricæ, Auſtriæ vicinam invadiare, quam Dux contra Tartaros ſtatim munivit; Tunc Regem cum Regina verſus Dalmatiam comitatus eſt, &c.* Fata belli hujus, & geſta Ducis noſtri cum Tartaris ad an. 1241. expendentur, factum vero hoc Ducis noſtri de exorta Belæ pecunia, & Provinciæ parte, licet minime probem, tanquam ultionem importuno tempore, ab afflicto cæteroquin rege Bela ſumptam, ac hoſpitii fidem temeratam, excuſandum tamen ex parte videtur, tum quod utilitati præſenti intendens, periculum Auſtriæ & Germaniæ a Tartaris impendens conſideraverit, cum quod opes, nervum belli, & partem Hungariæ, Auſtriæ vicinam Dux petierit, qua Tartaris tutius dein reſiſtere poſſet.

Cauſa belli Hungarici an. 1241. &c.

Frider. Dux extorquet Belæ pecun. & partem terræ.

Illud tamen falſum, quod docet Bonfinius, Ducem noſtrum in Hungariam excurriſſe, & vaſtando ibidem pari cum Tartaris inclementia ſæviiſſe, donec ſui Urbe Jaurino potiti, ab excurrentibus Hungaris concluſi una cum arce fuerint exuſti; Magis Cromerus in Principem noſtrum peccat, docens, eum ob hanc graſſandi licentiam, a Tartaris ad fœdus & ſocietatem fuiſſe invitatum, modo Chriſtum ejuraret, &c. Falſa hæc eſſe, & ſilentium authorum omnium coævorum cum Pernoldo oſtendit, & quod hiſtoriæ connexioni hæ fabellæ obſint, cum audiverimus ſupra Ducem noſtrum, cum Bela Rege & Regina in Dalmatiam profectum, ut inde ex Carniolia vicinisque terris, auxiliares copias educeret.

An in Hungaria cum Tartaris ſævierit.

Ultimum cum Hungaris bellum an. 1246. quo etiam Dux noſter occubuit, conciliavit ultionis cupido in Bela Rege, ob extortas ſibi pecunias, & partem terræ Hungariæ; triſte nempe otium, longum exilium, fœda Regni facies, animus Belæ, ira & dolore adhuc turbidus, Regem eo deduxere, ut accitis in ſocietatem, quibus poterat ſociis, in Fridericum moveret, quo facto palmam quidem virtute Ducis amiſit, vitam tamen ſimul generoſo Pugili, ac Duci noſtro ademit, de quo plura ad an. 1246.

Belli Hung. an. 1246. cauſa.

§. VII.

Bella Friderici noſtri cum Bavaris breviter expendo: de hoc bello ita loquitur Chron. Salisb. ad an. 1233. *Dux Bavariæ cum exercitu fines Auſtriæ Ducis devaſtavit, & clauſtrum in Lambach exuſſit,* & an ſeq. *Dux Bavariæ ſuper Monaſterium Vornbach, repente irruens, multos proſcriptos, qui ſe eo in monaſterio receperant, ejectis Monachis comprehendit, quorum quosdam ſuſpendi, alios capite plecti juſſit.* Cauſam belli pandit Pernoldus ad an. 1233. dicens: *Interea Rex Henricus vaſtavit Bavariam, quia*

Belli Bavar. an. 1233. cauſa.

Dux ejus Otto, Imperatori fidelis impediebat Regem ab affectione Imperii. Fridericus Dux ex fœdere ad juvandum Regem, putans se Pontifici gratum facere, permisit Erchengero de Wesen, Capitaneo Anasi, ut ipse pariter invaderet Bavariam, quod severe egit. En denuo bellum non a Duce nostro cæptum! nam ut testatur Chron. Salisburg. Dux Bavariæ fines Austriæ devastavit, Lambach exussit, & Monasterium Vornpacense profanavit, causa belli ex Pernoldo detecta est. Ludovicus enim Bavariæ Dux, Henrico Regi moderator a Patre Friderico datus, eum ab affectione Regni retinuit, & Imperatori fidelissimus erat; Filius Otto Dux Bavariæ, Patris defuncti vestigia premens, per suam in Fridericum Imperatorem fidelitatem, iram Henrici Regis, Imperium ambientis, in se concitavit, ita ut Bavariam vastaret, cumque Dux noster Fridericus Henrico Regi ex fœdere faveret, eidem bello involutus est; nam teste Chronico Augustano & Salisburg. anno præcedente apud Forum-Julii in Comitiis convenerant Fridericus Imperator, Henricus Rex, & Fridericus Dux noster cum aliis Principibus, hisque in Comitiis fœdus inter Henricum Regem, & Ducem nostrum factum, tradit Pernoldus his verbis: *Deinde Forumjulii profectus ad Imperatorem*, Dux nempe noster, *ibi cum Rege fingente, quod ita vellet Dominus Papa, fœderatus est pro Longobardis*, id ipsum habet Aventinus annal. lib. 7. cap. 4. num. 3. unde specioso hoc colore, quasi Papa jussisset, deceptus est cum Episcopis quibusdam etiam Dux noster, non tamen inde, ut socius perduellionis damnandus, præsertim, cum Erchengerus de Wesen, Capitaneus Friderici nostri, plura fecerit licentia militari, quam Dux præceperit, vel sciverit.

§. VIII.

Villarum incendiis an delectatus Fridericus.

Expendi satis, ut opinor, objecta Duci nostro, bella ultro quæsita, jam videndum, an verum sit authoris hist. Ducum Styriæ assertum, dum ait Principem nostrum *villarum incendiis gloriam suam, quam quo maxime illustrandam censuisse.* Hæc de villarum incendiis unde author citatus desumpserit? ignoro, nisi fors ad severam illam invasionem Bavariæ, ab Erchengero de Wesen, Capitaneo Ducis factam respexerit; sed, uti jam §. præcedente dixi, ostendendum foret, excessus, ea in Bavariæ invasione, factos vel jussu, vel scitu Principis nostri contigisse; scimus, milites, velut jure belli, quæque flagitiosissima audere, legamus omnium bellorum acta, & semper ferro, igne, rapina, populatione peracta reperiemus: & quid? si Authores veteres, recepta jam phrasi harum populationum usi fuissent? ut sic se brevissime a bellis recensendis expedirent. Adlzreiterus Aventini discipulus, annal. Bojicæ gentis part. 1. lib. 24. pag. 659. §. 2. de bello hoc, eodem fere cum Magistro suo, modulo loquitur, culpam omnem grassationum, rapinarum, incendiorum in Ducem nostrum conferens simulque de suo addens, Fridericum nostrum, post mandatum Cæsaris, Regi Filio factum, a vexatione Bajoariæ non destitisse, sed Præfectum suum ad infestandos Bojos misisse, motu proprio, solaque bellandi cupidine permotum; contrarium coævus Pernoldus ad annum

1234.

1234. docet his verbis: *Cum Imperator noviſſet Regem Filium ſuum, & F. Ducem Auſtriæ Bavariam vaſtare, utrique prohibuit arma, ſed Bavari in Auſtria ſuper Anaſum dire graſſati, Caſtrum Lambach, & alia exuſſerunt, Varnpach rejectis noſtris reoccuparunt, & ſic ſe ipſos vindicarunt. Tandem pax mediantibus Epiſcopis facta inter Duces.* Quæſo jam, unde Adlzreiterus novit, Ducem noſtrum, poſt prohibitionem armorum a Cæſare factam, denuo vexaſſe Bavariam? Chronica patria, undique cum Pernoldo tacent, Aventinus ipſe hujus alterius inſeſtationis Bavaricæ non meminit, quodſi ex Pernoldo colligere quis vellet, Bajoarios poſt prohibitionem cæſaream, in Auſtria ſuper Anaſum dire fuiſſe graſſatos, nemo vitio vertet Principi noſtro, quod vim vi repellere juſſerit Præfectum ſuum, donec pax integra coaleſceret.

§. IX.

Tandem quid de magnanimitate Ducis noſtri ſenſerit author hiſt. Ducum Styriæ, non ſat aſſequor; nam initio vitæ Friderici fol. 62. linea 4. ita ait: *Partam alieno infortunio dignitatem, nec ipſe ſat proſpere tenuit, bellicoſi nomen, majore reipubl. damno, quam ſua gloria ſibi confecit.* Dein lin. 14. *& vero, ſi bellis ultro oblatis, quam ſolicite quæſitis, exerere fortitudinem maluiſſet, primis illum heroibus, excelſitas animi exæquarat, quam in accerſenda pericula pronus, tam in ferendis fortunæ caſibus fortis - - vinci quidem, non perinde trepidare docilis, in rerum omnium deſperatione ipſe ſolus erectus ſtare.* De bello Bohem. ſcribit, *exultantem lætis ſucceſſibus Principem, e medio victoriarum curſu, graviſſimus morbus avocavit*, de bello vero Hungarico: *ubi exercitum Fridericus objecit, fortuna, & animi adhæſere, ultro progredi non auſi, pacem petunt, an ſolo metu, an clade extortam? Chronicon Auſtrale non addit.* *Frider. Ducis magnanimitas.*

Non cenſeo neceſſarium, Friderici Ducis noſtri magnanimitatem, atque excelſi animi robur, e patriis referre Chronicis, utpote quod per decurſum operis præſtabitur, mei ſolum propoſiti eſt oſtendere, authorem hiſtoriæ Ducum Styriæ, nec Friderico Duci ſatis æquum, nec ſibi ſatis conſcium fuiſſe, etenim fatetur ipſe, Fridericum *primis heroibus excelſitate animi* ſui fuiſſe exæquandum, *ſi bellis oblatis, non quæſitis fortitudinem exerere* maluiſſet; aſt non video, quomodo inde ſolum, quod quis bella ipſe quærat, e magnanimorum numero ſit expellendus? Excelſitas animi in eo conſiſtit, quod quis *pericula non timeat, caſus fortunæ fortiter ferat, trepidare neſciat, in rerum omnium deſperatione erectus* perſiſtat, quæ tamen omnia in Friderico Duce noſtro deprædicat author citatus: nec video, quomodo idem ſcribere potuerit, Ducem noſtrum, *bellicoſi nomen, majore reipubl. damno quam ſua gloria* ſibi confeciſſe, neſcio enim, quid gloriæ deceſſerit Duci noſtro in bellis a ſe geſtis? Bohemos, Bavaros, Hungaros rejecit, compeſcuit, Tartaros in Hungaria, ſola ſui præſentia conterritos in fugam egit, aliaque præſtitit, quæ eum *bellicoſi nomen*, maxima gloria geſſiſſe perhibent; unum obſtaret bellum Hungariæ anni 1236. quo pacem emere eſt coactus Dux noſter, aſt pellectum in fraudes, & caſſes Ducem, inſuper a ſuis plus ſolito pugnam detrectantibus deſertum, mirum non eſt, ſi fugere, & pacem provinciis ſuis conſulturus emere debuit.

§. X.

De divortiis Duc. nostri.

Supereſt jam, ut, quam Pernoldus §. IV. citatus, præcipuam bellorum cauſam ſtatuit, breviter attingamus. *Cauſa bellorum*, inquit, *erant fœminæ*, nempe Sophia & Agnes, ambæ a Friderico Duce noſtro repudiatæ: de his itaque divortiis examinandum, an in iis exceſſerit Dux noſter?

Primum divortium refertur ad annum 1229. quod Mellicenſe & Salisburg. Chronicon quidem præterit, at Clauſtroneoburg. ſeu Auſtrale ita refert: *Fridericus Filius Ducis Auſtriæ, Neptem Reginæ Hungariæ repudiavit, quæ copulata ei erat in conjugio, & Filiam Ducis Moraviæ* (lege *Meraniæ*) *ſibi copulavit illicite, Patre ſuo in omnibus his authore*, alii habent, *Patre permittente*, de quo V. an. 1229.

Friderici Ducis Conjux I. Gertrud. Brunſvic.

Conjux Friderici noſtri prima, teſte Pernoldo §. IV. citato, erat *Gertrudis Brunſvicenſis* an. 1226. eidem juncta, aſt altero mox menſe mortua. Secunda erat ex Hungaria, cujus nomen diſſimulant Chronica, Auguſtanum, Clauſtroneoburg. Steronis & Haſelbachii, & cum Suntheimio, Arenpekio, *Sororem*, *Neptem*, vel *Cognatam* Reginæ Hungariæ fuiſſe ajunt: eam vero *Zophiam*, ſeu *Sophiam* fuiſſe, Filiam Theodori Laſcaris Græci Imperatoris, & Sororem Mariæ, Conjugis Belæ IV. Hungariæ Regis, tradit Pernoldus citatus, & Albericus in Chronico ad an. 1221. his verbis: *Laſcarus plures habuit Filias de prima Uxore, Andronici Filia, quarum unam habuit Vaſtachius, aliam duxit Dux Auſtriæ tertiam Bela Regis Andreæ Primogenitus* Occaſio ſuperinducendæ Zophiæ Friderico Duci noſtro illa fuit: Andreas Rex, ad Belæ Filii Connubium cum una Filiarum Laſcaris ineundum ſumme invitus fuit, eumque ad repudium Græcæ Uxori dandum adeo fortiter urſit, ut Bela cum Conjuge Maria, in Auſtriam ad Leopoldum Ducem fugere debuerit, eadem occaſione Soror Mariæ, Sophia in aulam etiam Leopoldi deveniſſe videtur, indeque initium amoris inter Fridericum & Sophiam factum, cum vero Leopoldus Pater, Filio Friderico, germanam e domo Brunſvicenſi eligeret Conjugem, hæcque morte præcoci raperetur, gliſcens adhuc favilla amoris, Fridericum eo induxit, ut germanæ conjugi deſunctæ, græcam Sophiam ſuperinduceret; ita conjicio, faventque conjecturæ Pernoldus, & Albericus citati.

Conjux II. Sophia, Filia Theodori Laſcari Græc. Imp.

Cur ea repudiata.

Princeps repudii cauſa in Sophia ſterilitas fuerat, altera, & in vulgus jactata, obſtans ſanguinis neceſſitas, quam tamen reipſa etiam exſtitiſſe plerique Scriptores exiſtimant, qui proin repudium hoc, tanquam illicitum, utpote nulla Eccleſiaſtica authoritate factum, Leopoldo Patri, & Friderico Filio graviter vitio vertunt, aſt cum ad reinducendam Sophiam, nullo Eccleſiaſtico mandato compulſus fuerit Fridericus, omnino probabile videtur, hos inter Conjuges legitimum fuiſſe conſanguinitatis, vel affinitatis impedimentum.

Conjux III. Agnes Filia Otton. Meran. Ducis.

Repudiata ſic Sophia Græca, Agnes Filia Ottonis Ducis Meraniæ, tertia ceſſit Friderico noſtro Uxor, quod Chronicon Mellicenſe ita proponit: *Fridericus Filius Luipoldi Ducis, Filiam Ducis Meraniæ duxit Uxorem*, Chronicon Auſtrale, forte idem cum Clauſtroneoburgenſi jam cavillando refert: *Fridericus Filius Ducis Auſtriæ Neptem Reginæ*

næ Hungariæ repudiavit, quæ copulata ei erat in Conjugio, & Filiam Ducis Moraviæ, lege Meraniæ, ſibi illicite copulavit, Patre ſuo in omnibus auctore. Idem habent Suntheimius, Arenpekius, aliique recentiores, quæ tamen authorum horum verba adeo curanda non ſunt, nam potuit Fridericus *illicite* duxiſſe Agnetem, tum quod & ipſe inſcius, cum hac Agnete impedimento quopiam ligatus eſſet, tum ac præcipue, quod eæ nuptiæ ſine Eccleſiaſtica facultate eſſent contractæ, nondum cognita prius, & definita ab Eccleſia prioris matrimonii nullitate; certe nuſpiam legitur Pontifex ſummus, repudii Sophiæ, & novi conjugis cauſa, ducibus noſtris, quidquam ſuccenſuiſſe, mandaſſe, impoſuiſſe.

§. XI.

Sed & Agnetem tertiam Uxorem Fridericus Dux noſter dimiſit, ita docent varia Chronica, Auſtrale & Clauſtroneoburg. ad an. 1244. *Fridericus Dux Auſtriæ & Styriæ, Filiam Ducis de Meran repudiavit coram Eberhardo Archiep. Salisburg. & Epiſcopo Rudgero Patav. & coram multis aliis literatis vel illiteratis*, Chronicon Mellicenſe nil de hoc repudio, ſed Chronicon Salisburg. neſcio quid aliud inſinuare videtur, etenim ad annum 1241. ita ſcribit: *Dux Auſtriæ præſentibus Patriarcha Aquilejenſi, Archiepiſcopo Salisburg. Patavienſi & Seccovienſi Epiſcopis, Conjugem ſuam cum magno recepit tripudio. & ad an* 1243. *Dux Auſtriæ coram Archiepiſcopo Salisburg. Patav. Seccovenſi & Lavendenſi, & multis Prælatis tam Auſtriæ, quam Marchiæ divortium, oppoſitis Uxori ſuæ quibusdam conditionibus obtinuit celebrari.* Ex prima Chronographi Salisburg. ad an. 1241. relatione apparet, vel Fridericum jam antea & ſua ſponte repudiaſſe, Conjugem Agnetem, eamque dein an. 1241. ab eo receptam, vel ab Imperatore Friderico abductam, cum gaudio denuo a Duce acceptatam, vel tandem an. 1243. obtinuiſſe Eccleſiæ authoritate, divortii & repudii licentiam; de primo illo Friderici cum Agnete divortio, neminem veterum, quos pervolvi, meminiſſe obſervavi. *Frider. Dux Agnetem Uxor. 3. repudiat.*

Interim cum dimiſſio Agnetis certa ſit, cauſæ ejusdem in citatis authoribus neglectæ, ſunt inquirendæ. Stero ait, Agnetem remiſſam tanquam *Cognatam*, Chronicon Garſtenſe docet, repudiatam, nil in contrarium reſpondiſſe, ſed appellaſſe ad ſedem Apoſtolicam. Pernoldus §. IV. citatus ait, inter Fridericum & Agnetem Uxorem interceſſiſſe propinguitatem, ad an. vero 1243. ſcribit, eam *ex thoro ſuo apud Frieſach Carinthiæ* dimiſſam, *ob affinitatem, & quia prius Imperatorem ſecuta eſt, nec fœcunda fuit*; affinitatem hanc explicat Pernoldus idem, docens eam, *a Bela* ortam, *cujus Mater, fuit Soror Patris Agnetis.* Sed ea affinitas remota admodum fuit, quia ſecunda uxor Ducis noſtri Sophia, Soror fuit Mariæ Græcæ, Uxoris Belæ, Agnes vero tertia Uxor, fuit Soror Gertrudis Meranienſis, Matris Belæ Regis, ex Fratre Nepotis, quæ affinitas noſtro tempore nulla egeret diſpenſatione, cum affinitas, non pariat affinitatem, quamvis enim Agnes Merania, affinis fuerit Belæ non tamen Friderico. *Cauſa hujus divortii.*

Alterum, quod Agneti Uxori ſuæ objecerat Fridericus Dux, erat teſte Pernoldo, *quia prius Imperatorem ſecuta eſt*, rem hanc Chronicon Clauſtroneoburg. ita ad an. 1236. explicat: *Imperator per Longobardiam,*

intrans Styriam, subjugavit castra valde munita, multaque confregit, & Uxorem Ducis abstulit, quod ei maximum dedecus fuit; hac in abductione Chronographus Campililienſis cenſet, Agnetem Duciſſam, non fuiſſe ab Imperatore captam, ſed ſponte ad illum confugiſſe, vel quia ſibi cum Marito non optime convenit, vel quia ſimulationis Cæſareæ ignara, de fortuna ſua & viri conclamatum pntavit; redeunte dein Friderico Duce, in gratiam Imperatoris, dum hic illi Uxorem reſtitueret, eam primo a Duce non receptam, tandem ſi Chronographo Salisb. ad an. 1241. credimus, perſuaſum Ducem noſtrum fuiſſe, ut eam reciperet magno cum tripudio, quam demum poſt 2. annos, ſeu an. 1243. ſolenniter repudiavit, & quidem, ut ſentio præcipue ideo, quia teſte Pernoldo, *nec fœcunda fuit*, cum enim Babenbergicæ ſtirpis ultimus fuerit Fridericus Dux noſter, Uxorem, ex qua hæredem gigneret, fruſtra quæſivit, cum Deus ei hæredem negaſſet.

An porro cauſæ hæ ad repudium ſufficientes fuerint? quæſtio eſt fori Theologici ad hiſtoricos non pertinens, id hiſtorico ſatis ſit ſcire, Chronica plurima, cum Pernoldo teſtari, divortium authorita- Archiep. Salisburg. & plurium Epiſcoporum fuiſſe factum; ſane licet Agnes, teſte Chron. Garſt. ad ſedem Apoſtolicam appellaverit, ab hac tamen nil in cauſa hac mandatum vel mutatum fuiſſe legitur. Agnetem hanc repudiatam, dein duxit Ulricus Dux Carinthiæ an 1245. a Friderico Duce captus, quique id Friderico ipſi, antequam dimitteretur, ſpondere debuit, ut ſuo loco dicetur.

§. XII.

Frider. Ducis exactiones.

Antequam Friderici Ducis noſtri, cum Imperatore lites, & diſſenſiones examinem, expendendum, an Dux noſter exactionibus & tributis impoſitis, gravis ita fuerit ſubditis & Monaſteriis, ut vulgo ſcribitur; mirum in modum carpitur Princeps noſter, de exactionum enormitate, & Monaſteriorum expilatione; audiamus Chronica patria: Mellicenſe cæteris ordinatius, & moderatius altum de hiſce ſilet, Salisburgenſe ad an. 1235. de exactionibus ſilens quidem, ait tamen, *Dux Auſtriæ conſilio Judæorum terram Auſtriæ clauſit, nec per terram, vel aquam, annonam in partes ſuperiores ire permiſit.* Clauſtroneoburg. acerbo tono ita ad an. 1237. loquitur: *Idem Dux fecit omnia clauſtra, quæ erant in principatu ſuo, uno die pariter irrumpi, & inquiri pecunias proprias & alienas, & inventas diripuit inſuper in toto principatu ſuo, recepit de unoquoque manſo 60. denarios. - - - Deinde ſecutæ ſunt rapinæ, & incendia, & irruptiones clauſtrorum & Eccleſiarum & caſtrorum*, eadem ad verbum habent Chronica Leobienſe & Zwetlenſe. Arenpekius Chron. Auſtriæ præterea addit ſequentia, *hic Princeps primus fuit, qui Steuram a civibus Viennenſibus, conſilio Wolfgeri de Parav accepit*, quibus conſonant tabulæ Clauſtroneob. Chron. Hageni &c.

Exaggerat hæc pluribus author hiſtor. Ducum Styriæ, *inopiæ conſulturus ærarii*, inquit, *in ſpoliandos cives convertitur, atque cum multi ſua armis tuerentur, mutuis cædibus & incendiis eſt ſævitum. Quidquid nuperna populatione Hungari ad ſupremam diligentiam, reliquum feciſſent, probe ſuppleavit.*

vit. Immanibus vectigalibus merces onerat, cives exactionibus, & novis tributorum nominibus pene opprimit, qui divitiarum accuſarentur, variis de cauſis, quæ cupido Principi deeſſe non poterant, emungit; Viennenſes præ cæteris aſperius habiti, quod facultatum ampliorum culpa laborarent; non a viduarum, aut pupillorum bonis manus abſtinet, miſſi in clauſtra & cœnobia ſatellites, qui una eademque die, diviſis turmis impetum in omnia facerent, ſi non, quantum nummorum ad manus eſſet, continuo repræſentaretur, effractis violente arcis, quidquid reconditum, deprehenderent, abradebant, ſtolidiſſimo conſilio, quaſi magis Princeps diteſceret, ſi civium opes, ſuas, animos alienos faceret, aut his conciliatis, non meliore jure civium opes ſuas reputare poſſet. In Provinciarum ſpoliarium, & prædonum receptaculum, Neoſtadium, & arx Stahrenberga delecta, huc theſauri omnes comportati, & adjectis ad vetera novis munimentis cuſtoditi. Ita rhetoricam ſuam omnem diffundit author citatus.

§. XIII.

Liceat hæc aliquantum ruminari, & ex Pernoldi narratione, vera a falſis ſejungere: ita vero Pernoldus ait: *Dux ſuis magis iratus, quam hoſti* (de fuga Auſtriacorum coram Hungaris antea loquebatur) *in utraque Provincia, inſolitum imperavit tributum de ſingulis, ut aurum, quod per ſuorum ignaviam perdidit, ex eorum mulcta recuperaret, nobiles plures, qui prius pugnare detrectaverant, humiliavit valde, eorum loco humiliores, ſed obſequentiores exaltans. Cœnobia, quæ tributum negabant propter advocatos vetantes, per milites & ſatellites coegit ad ſolvendum. Mitiora ſuaſit & rogavit Domina Theodora Mater, ſed Dux neceſſitatem excuſavit. Quare illa ſeditionem timens, tandem fugit; exaſperati enim ſubditi, ob tributi novitatem, qui etiam nimium inſolentes in alterutrum, Ducem rigide judicantem noluerunt ferre, conjurarunt, & ſicut qui conferre Principi ultra conſuetum debent, per impatientiam fiunt impotentes linguæ, falſa multa ac turpia ab aliis commiſſa, tanquam a Duce permiſſa, vel etiam juſſa eſſent, eidem falſis rumoribus præter vectigalia affingentes, apud Imperatorem, alium Dominum petebant, &c.* Dein exponit, quomodo Imperator Duci bellum denunciarit, de quo infra.

Ex hac Pernoldi narratione longe alia apparet Friderici noſtri facies, quam paragrapho præcedente fuerit deſcripta; atque ut de tributis impoſitis loquamur, ea omnino Dux noſter impoſuit, tum ob pugnæ cum Hungaris detrectatæ pœnam & correptionem, tum ob bellum a Cæſare impendens. Cœnobia quoque ea ſolvere jubebantur neceſſitatis publicæ ergo, quia Dux commodis privatis, publicam prætulit & inſtantem neceſſitatem; obſequentibus vis nulla illata, illuc ſolum ſatellites exactores miſſi, ubi Advocati monaſteriorum contumaces, ſua ex loculis monaſteriorum commoda trahentes, vetabant Principi obtemperare; quæ omnia, noſtris etiam temporibus, ſine ullo, niſi rudicilæ plebis, piaculo commiſſa, & acta experti ſumus. *Monaſteria an ſuppreſſerit Fridericus Dux.*

Verum eſt, Principem noſtrum deliquiſſe, quod ob Coronæ Hungaricæ ambitum, ut §. VI. oſtendi, ſibi bellum Hungariæ accerſiverit, in eoque opes ſuas amiſerit, ob quarum jacturam, ac nova inimici Cæſaris arma ſibi denunciata, opus habuit ærario novo, nervoque belli, pecuniis, quas cum ſponte nemo offerret, poſtulatione paran-

dæ erant, interim tamen simul verum, tributum a Duce petitum, non *immane*, vel *non ferendum*, sed *insolitum* duntaxat fuisse, ut adeo *non tributi gravitas, sed novitas*, omni tempore plebi exosa, subditorum tumultum pepererit; Quare Pernoldus in subditos, ævi hujus calamitates refundit dicens: *vastationem ingentem rebelles subditi, longe acerbius persenserunt, quam gravamina Ducis*, quoniam, ut ait Chronic. Augustanum ad an. 1238. eo tempore, *quilibet nobilium, imo magis ignobilium, nec Deum, nec hominem reveritus, quæcunque volebat, faciebat.*

§. XIV.

Fusius idem deducitur.

Monasteria quod attinet, non expilavit Dux noster, sed, ut communi utilitati succurrerent, adegit, nulli vis illata, nisi renuenti, vel ab Advocatis solvere prohibito; ita Pernoldus coævus docuit, & sane, si acta Ducis nostri pervolvamus, contrarium patebit, quin videbimus Ducem singulis fere annis, etiam densas inter bellorum turbas, Monasteriis & Ecclesiis benefeciisse.

Major itaque ut Pernoldi verbis fides accedat, assigno brevem singulorum annorum elenchum, quibus Fridericus Dux Monasteria beneficiis ornavit, quæ omnia fusius in Chronologia deducentur.

An. 1230. Patri Leopoldo defuncto circa finem anni successit Fridericus Dux, & mox altero

An. 1231. *Mellicensium* defensor contra Hadmari Chunringii injurias 4 *Nonas Nov.* fuit, antea vero seu 3. *Idus Martii* Canoniæ *Claustroneoburg.* concessit singulis annis *vendere* 15. *vini carratas per pikaria*, seu educillando, *reliquum* vero *vini per vasa*

An. 1232. firmavit sigillo suo contractum inter monaster. *Mellicense*, & *Ottonem de Bertholdsdorf.*

An. 1233. 2. *Cal. Sept.* fundavit *Commendam Græcensem* Ord. Equit. Teuton. *Græcii* am Lech.

An. 1234. confirmavit omnia bona Monast. *Zovetlensis in Erpurch* existens 10. *Kal. Nov.* atque eodem an. Monast. *in Erla*, cujuscunque telonei libertatem indulsit, ac *Seccovienſi in Styria Episcopatui* benignus fuit.

An. 1235. *Seizensi in Styria Cartusiæ*, 5. mansus *in Villa Lasniz, Petovii* 5. *Cal. Maji* tradidit.

An. 1236. maximas inter turbas, Ducem nostrum extreme vexantes, benesecit primo *Ecclesiæ Frisingensi*, cui pro 500. marcis argenti, a patre adhuc suo solvendis, in pignus supposuit *forum Aspach*, seu *Aspang.* Dein *Monasterio S. Crucis* in Austria, concessit 15. Kal. Nov. *possessionem Sulz*, tandem *Monasterio Mellicensi*, jus præsentandi, & eligendi Clericum in Ecclesia S. Martini in Medlich 3. *Idus Nov.*

An. 1238. exusto *Glunicensi* Monasterio, vetera confirmat, nova largitur.

An. 1240. donat prædium in *Radenreütte* Monasterio *Zovetlensi*, & *Seitenstatense*, ab omni exactione, & subadvocatia liberat, Capellæ *Claustroneoburgensi* confirmat Patris donationem, pro Clerici sustentatione;

tan-

tandem præter ſpecialem *Eccleſiæ Patavienſi* exhibitam beneficentiam, *Canoniæ S. Nicolai* omnium vectigalium libertatem conceſſit.

An. 1241. Eccleſiæ *Patavienſi*, mox Canoniis *S. Hypoliti, ſubenſi, oſterbovenſi*, ac Monaſterio *in Tegernſee*, tandemque *Eccleſiæ Friſingenſi*, & *An.* 1242. Monaſteriis *Campililienſi, Zovetlenſi, Admontenſi, Mellicenſi*, ac iterum *Eccleſiæ Friſingenſi* benefecit.

An. 1243. *Altahenſe, Zovetlenſe* Monaſteria, & Canonias SS. *Hypoliti & Floriani* beneficiis exornavit.

An. 1244. in *Zovetlenſes* munificus.

An. 1245. *Ordini Teutonico* electam militiam, contra Prutenos miſit, mox Innocentium Papam exoravit, ut novum *Viennæ Epiſcopatum*, ſibi erigere, ac in cathedralem Eccleſiam transferre S. Colomanni corpus ſibi liceret, Papa ejusdem ad preces indulgentias *Monaſterio S. Crucis* & anno priore, celebrationem feſti S. Colomanni indulſit, plura in opere ipſo & adjuncto diplomatario patebunt, ex quibus proin cenſeo, non ſubſiſtere verba authoris hiſt. Ducum Styriæ, dum ait *Principem* noſtrum *cauſas Dei & Eccleſiæ, perpetuum inter armorum furorem nil attinuiſſe.* Quod vero Dux noſter, tam profuſa, & ſupereffluente in Eccleſias pietate, ac munificentia, ut Pater ejus, non fuerit, cauſa omnino erant bella & turbæ, quibus etiam nolens involutus eſt; ſatis ad laudem ejus foret, ſi Monaſteriis, collata a Patre ac majoribus ſuis, clementer confirmavit, quamvis etiam donaſſe & fundaſſe eum loca pia, opus ipſum docebit.

§. XV.

Theodora Mater cur fugerit

Bina adhuc ſuperſunt eluenda, quæ Principi noſtro a quibusdam impinguntur; nempe Theodoræ Matris fuga, & Brunhildis Vienenſis Civis conſtupratio: De fuga Theodoræ Matris inquit Chron. Clauſtroneoburgenſe: *Mater etiam Ducis Theodora, propter penuriam rerum, quam patiebatur, & propter timorem Filii, ne ſe perpetuo includeret, de Auſtria fugiens venit in Bohemiam*, eadem habent anonymus Leobienſis & Arenpekius in Chronico Auſtriæ teſtem adducens Petrum de vineis in epiſtola ſua. Sed audiamus hac de re loquentem Pernoldum ad an. 1236. nam ubi de tributis impoſitis prius loquebatur, mox ſubdit, *mitiora ſuaſit, & rogavit Domina Theodora Mater, ſed Dux neceſſitatem excuſavit, quare illa ſeditionem timens, tandem fugit.* En fugæ maternæ cauſam! non metu Ducis, vel incluſionis, ſed metu ſeditionis a plebe concitandæ, fugere conſtituit. V. §. XVIII. plura.

Fabella de Brunhilde ſtuprata

Cur vero author hiſtoriæ Ducum Styriæ. in Principe noſtro, Caligulam, Neronem, Commodum, reſuſcitare voluerit? ſat cauſæ non reperio; author hic, poſtquam tributorum gravitatem per *raptas pupillorum & viduarum opes* (ex epiſtola Frider. Imp. ad Regem Bohemiæ data, de qua inferius) exaggeraſſet, ejus etiam pudicitiam impugnare cœpit vehementiſſimis his tropis: *alibi ſatellites pecunias, domi Dux pudicitiam virginum & matronarum expugnatum ibat, ſi quam elegantior forma commendarat, illa ſe in Friderici torum rapiendam, ſibi conſtituere poterat, non Parentum preces, non puellarum renitentium triſtes vultus, & lacrymæ, non*

alieni thalami reverentia, adversus effrenem libidinem valuere, alias per contemptum, luxuriæ suæ sociis, violandas objecerat, repulsam dare, aut fortius obniti, Parentum & Maritorum multis capitale erat, hos verso in ferociam amore, fictis criminibus oneratos, palam neci dare, aut per subornatos sicarios e medio tollere. Brunhildem Civis Viennensis Conjugem, speciosissimam fœminam deperibat. At illa ad mensuram pulchritudinis pudica, variis artibus, tum a Friderico tum a libidinis ejus sociis tentata, nullis blanditiis, minisve induci potuit, ut sui copiam faceret. Fridericus, ira juxta ac amore æstuans, voluptatis & vindictæ sitim, adjecta insigni ignominia explere statuit. Civium primores, cum conjugibus, & filiabus convivio excipit, & invitata Brunhildis aderat, cum vino jam hilares genio, quam maxime indulgerent, conducti in facinus ministri in triclinium irrumpunt, Brunhildis e mensa abripitur, in conclave Friderici deportatur, illatoque stupro ad maritum remittitur. Non hospites duntaxat, sed universa civitas, postquam scelus vulgatum est, impudentis libidinis atrocitate perculsa fremuit, illatæ injuriæ dolore, tum odio, iraque incensi, non timide minas jactabant, & triste aliquid ausuri in Principem videbantur, nisi civium prudentiores, quibus Patriæ & tranquillitatis studium, quam vindictæ majus erat, occultis nunciis monuissent, concitatæ plebis furori se quamprimum subduceret. Periculo intellecto Dux per urbis mœnia furtive egressus, in arcem Starhembergam, Neostadio vicinam, satis, ut ea ferebant tempora, munitam evasit. Ita author histor. Ducum Styriæ.

§. XVI.

Hagenus author fabulæ.

Primus fabellæ hujus impiæ tibicen fuisse videtur Hagenus notus ille, insulsusque in pluribus fabulator, qui seu primus, seu post alium quemquam, & ex eo denuo Rapsodi posteriores, Commentum hoc evulgarunt, Hagenus inquam, ille idem est, qui aliud etiam de Leopoldi V. Austriaci, ac Alberti levis fratris, mutuo incesto flagitio, figmentum pessimum, primus sine teste produxit. Hic, quantæ fidei sit, jam dudum vir Cl. Hier. Pez Tom. 1. Dissert. 6. & col. 1044. ostendit, atque hunc *infelicem nugatorem*, ut eum Pezius citatus vocat, exscribere non verebantur Suntheimius in tabul. Claustroneoburg. Arenpekius in Chron. Austriæ, aliique recentiores, quos inter author histor. Ducum Styriæ, infelicem hanc fabulam, infelicioribus ex epistola cæsarea Friderici additamentis augere continuavit, etenim Fridericum nostrum, *non solum stupratorem, & adulterum*, quia *virginum & matronarum pudicitiam domi impugnantem*, sed etiam ut *effrenis libidinis* scuram, tyrannum ac homicidam, ita depinxit, ut adderet simul Fridericum, *alias per contemptum, luxuriæ suæ sociis violandas objecisse, renitentes Parentes & Maritos fictis criminibus oneratos, neci dare palam, vel per subornatos sicarios e medio tollere* jussisse. Tuæ sit prudentiæ Lector benevole arbitrari, quantum hoc testimonium convincat; Pernoldus coævus, non assentator aulicus, sed verus historicus, qui in Friderico, quæ carpenda essent, arguere non intermisit, ne verbulo pessimæ hujus de Friderico nostro famæ meminit, anteriores Chronistæ Mellicensis, Salisburg. Clausroneoburg. Zwetlensis, omnes silent. Pernoldus postquam offensos per nova tributa subditos, Imperatori conquestos,

Ejus fides & authoritas.

ac

ac novum Ducem petentes narraſſet, ſubdit, Fridericum, ubi bellum ſibi a Cæſare intentatum, ſeque proſcriptum audiit, *in nova civitate, quæ expugnari non potuit, furoribus ceſſiſſe*, nihil de fugiente per muros urbis Principe, nil de Starenbergæ arcis aditu, & quæ ſunt ſimilia, in Pernoldo eſt invenire, ſed nec in aliis ſynchronis & coævis authoribus.

§. XVII.

Frider. Dux an Epiſcopos ceperit, & detinuerit.

Alium in errorem Hoffmannus in annal. Bamberg. ab Aventino eſt pertractus; etenim de Ekeberti bello Carinthiaco altiſſime ſilens, tradidit, Præſulem hunc Ekebertum, una cum Archiepiſcopo Salisburg. a Duce noſtro Friderico, captivitate fuiſſe concluſum. Verba ejus ſatis aculeata apud Illuſtr. Ludewigium Scriptor. Bamberg. tom. 1. col. 155. hæc ſunt: *inter hæc Fridericus Auſtriæ Dux, Leopoldi Filius, ſeditionem adverſus vicinos populos concitare, & cuncta ſine diſcrimine diripere, vaſtare, & magna ex parte inflammare inſtat. Ad quem, cum Eberhardus Salisburgenſis, & Ecbertus Babenbergenſis antiſtites, pacis reconciliandæ cauſa, ſub principio jejunii quadrageſimalis eſſent deſtinati, eos indicta cauſa, confeſtim in vincula tradidit, ac demum poſt Reſurrectionis feſtum, in forum productos, certis conditionibus dimiſit.* Quod, quam longe a vero abſit, ſolaque ex confuſione vel ignorantia belli, & captivitatis Ekeberti ortum, jam vidit author germ. ſacræ tom. 2. pag. 336. num. 45. pluribusque in Chronologia ſtatuam ad annum 1233. &c. Nemo certe veterum hæc commemorat, & Eberhardi fata contrarium probant.

Verum eſt omnino, ex Chronicis, Auguſtano (quod alii Altahenſe, alii Steronis vocant) aliisque, a Duce noſtro ad an. 1237. captos fuiſſe Epiſcopos Patavienſem & Friſingenſem, ſed ea captivitas neque aſpera, neque diuturna fuit, nam teſte authore germ. ſacræ Tom. 1. pag. 377. Rudigerus Epiſcopus Patav. eo ipſo anno, tam ſuo quam omnium Canonicorum judicio Albertum Behamium Archidiaconum Patavia expulit, & Conradus Epiſcopus Friſing 15. Cal. Nov. litteras publicas in Monaſterio Rotenſi expediit, ut V. hiſtor. Friſing. Tom. 2. pag. 15.

§. XVIII.

Cauſa turbarum inter Cæſarem & Ducem noſtrum.

Enodanda jam eſt difficultas graviſſima, quæ plurimis incognita authoribus, eosdem in varias ſententias egit nempe, quæ cauſa fuerit inimicitiæ & turbarum inter Fridericum Imperatorem & Ducem noſtrum exortarum. Chronicon Mellicenſe, poſtquam an. 1237. conjurationem exitialem optimatum Auſtriæ & Styriæ retuliſſet, an. ſeq. ita ait: *Fridericus Rom. Imperator ad expulſionem ſupradicti Ducis, ad perſuaſionem optimatum Auſtriam ingreſſus &c.* Salisburg. Chronicon cauſam omnem ſilet, Clauſtroneoburg. ad an. 1236. ſequentia ſcribit: *qui etiam Imperator Ducem Auſtriæ multociens, multis legatis ac litteris accerſivit, ſed ipſe velut ſuperbus ac contumax venire contempſit, timens ſuam ſtultitiam, & Imperatoris ſapientiam, & eos, qui querimoniam faciebant propter res ſuas immerite ſibi ablatas:* an. 1237. ita refert: *Fridericus Dux Auſtriæ, & Styriæ*

vocatus ad curiam ab Imperatore, & venire contemnens, tandem sententiam proscriptionis, coram multis Principibus incurrit, tum propter contemptum, tum etiam propter querimoniam multorum Prælatorum, Ecclesiarum, & Principum ac diversarum personarum Ecclesiastici Ordinis, & potentiæ sæcularis; postea Imperatpr misit nuncium suum in Austriam, interdixit ei gratiam suam, & auxilium, & consilium, quem nuntium sui captivitantes, & male tractantes, tandem ad jussum Ducis est dimissus. Eadem habent Chronica Paltrami seu Watzonis Consul. Viennens. Leobiense, Zwetlense, & tabulæ Clausstroneoburg.

Lepidissime tamen anonymus Leobiensis sibi ipsi contradicit, nam col. 804. ita scribit: *Hic Imperator an.* 1238. *transit per Leuben civitatem Styriæ, quia vocatus fuerat ab Australibus, ut provideret eis de Duce, nam Ducem eorum Fridericum, Filium Leopoldi Ducis, fatuum esse dixerunt, sed Imperator eundem satis prudentem & strenuum considerans, contra Australes indignatus, sine determinatione recessit.* Col. vero 813. cantilenam Clausstroneob. Chronici recantat, Ducemque nostrum stolidum insinuat his verbis: *timens suam stultitiam & sapientiam Imperatoris.* Author Ducum Styriæ, ita mentem suam explicat: *Omnium utriusque reipublicæ Procerum nomine literæ expediuntur, Ducis adversus rempublicam & privatos perperam acta minutim perscribunt. His pondus longe maximum Mater Theodora adjecit, quæ bonis omnibus exuta a Filio, carceres non evaserat, nisi properata in Bohemiam fuga, libertatem furata, propemodum fuisset. E Regis consilio, in aulam Imperatoris profecta, lacrymis, & quod super has est, materno nomine, causam suam, animorum motu incredibili egit. Cæsar, etsi querelas justas verasque, & Fridericum pœna dignissimum agnosceret, tamen, quod in ipsum suo genio propensior, & Leopoldi Patris merita recurrerent, lenioribus primum verbis debortari, his frustra consumptis acriores objurgationes addere, operam demum suam toties ludi impatiens, ad dicendam coram Imperii senatu causam evocare, alia ex aliis loca, quibus se sisteret, offerre; cum ne sic quidem contumacia frangeretur, Augustæ comitia coguntur, ex ordinum sententia pronunciat: Jam nunc insignia Ducis Fridericus ponito, Provinciis ad eum diem suis excedito, si tergiversari ausit, Imperii armis adigitor.* Theodoram Matrem, lacrymosam ad aulam Imperatoris oratricem, non ex Chronicis veterum, quibus hæc legatio erat incognita, sed ex sola Cæsaris Friderici epistola desumpsit author hist. Ducum Styriæ, quod tamen ex eo nunquam credam, quod hic ipse author ex aliis vetustis Chronicis doceat, Theodoram Matrem, Filio Friderico fuisse affectissimam, ita *ut octavo post Filii mortem die dolore contabuerit.*

Theodora Mater an Filium accusaverit.

§. XIX.

Dissensionis causa 1. dos Margarethæ non soluta.

Dissensionis hujus, ingentem malorum iliadem, post se trahentis initium & originem, nemo patriorum Scriptorum præter Pernoldum advertit, qui ad an. 1235. ita scribit: *Fridericus Imperator, ut ambitum Imperii, in Henrico Filio opprimeret & puniret, ex Italia per Aquilegiam profectus est in Germaniam, cui Fridericus Dux in Styria cum reverentia occurit; sed ibi Imperator ab eo postulavit Dominæ Margarethæ Reginæ dotalia, posito solvendi termino, ad tres intra unum annum dies, executionem cum armis*

ei

ei comminatus, ſi non præſtaret, quapropter Dux non modicum turbatus diſceſſit. Lis hæc dotalitia jam an. 1231. inchoata eſt eodem Pernoldo teſte, *ineunte menſe Octobre*, inquit, *non longe poſt cædem Ludovici Bavariæ Ducis, venit Abbas S. Galli, Legatus Regis Henrici in Viennam propter dotem Dominæ Margarethæ Reginæ, quem Dux magno honore excepit, ſeque ex præſenti Patriæ vaſtatione excuſavit, uti Abbas Regem ob licentiam tori, & ſopita eſt diſcordia*, idem teſtatur Conradus de Fabaria Monachus S. Galli lib. de caſibus Monaſt. ſui cap. 15. apud Goldaſtum, Tom. 1. pag. 88. de Abbate Conrado, ubi poſtquam narravit voluntatem Regis Henrici, faciendi divortium cum Filia Ducis Auſtraſiorum &c. tandem ſubjungit: *Fuit tamen alia divortii cauſa, quia mortuo Duce Auſtraſiorum prænominato* (Leopoldo nempe) *dotalia ſibi ſponſalitia nondum fuere exhibita.* Eadem habet epiſtola Friderici Cæſaris ad Regem Bohemiæ, & anonymus proſecutor Chronici Mart. Poloni apud Eccardum tom. 1. col. 1418. his verbis: *Interim mortuo Henrico primogenito - - - Fridericus ejus Frater, Ducatum illum ſtrenue gubernavit mirabili corporis elegantia & fortitudine præditus - - - contra Fridericum Imperatorem de dotalitiis Sororis ſuæ Margarethæ - - grandes diſcordias habuit, quæ tandem ſopitæ fuerunt tempore præcedenti.*

Hanc litem, quia neſcierunt Scriptores noſtri, fontem genuinum obdurarunt diſſidii illius peſſimi, quod poſtea Cæſarem cum Duce noſtro colliſit, atque hinc factum, ut nemo prope poſterorum cauſam proſcriptionis intelligeret, ſed ad unum omnes ea propter Principem noſtrum, criminum in epiſtola Friderici Cæſaris allatorum reum haberent.

§. XX.

Altera diſſidii cauſa, quod Fridericus Imp. occiderit Henricum Regem, ejusque 2. filios.

Altera in Friderico Duce, averſionis a Cæſare cauſa erat ea, quam denuo Pernoldus ad an. 1236. detegit, ita poſt querelas Auſtriacorum Imperatori contra Ducem delatas ſcribens: *hic* Imperator nempe, *Duci, quia dotem non ſolvit, aliunde arma intentans. libenter conquerentes audivit, & vocavit illum ad Conventus, ſed Princeps, cum ſciret jam, non tantum Henricum Regem, ſed & parvos filios ejus Fridericum & Henricum, qui tamen nihil peccaverunt, in carcere fame & toxico necatos, & Sororem ſuam in Calabris detineri, quamvis Imperator Nepotulorum interitum, ſtudioſiſſime celaverit, ut putarentur vivere, & poſt mortem Imperatoris a Manfrido potionati; propter hæc omnia valde offenſus Dux, nec nuncios admiſit, nec comparuit.* Ita Pernoldus. Ne vero Pernoldus mecum, Fridericum Ducem excuſare, & Fridericum Imperatorem criminum reum agere videatur, teſtes adduco alios, qui necem Henrici Regis, & filiorum ejus Imperatori tribuunt Friderico. Primus horum eſt Gregorius de Laude vel Lauro, Abbas Ciſterc. Sagittariæ ex Congregatione B. V. utriusque Calabriæ, in apologia B. Joachimi Abbatis Neapolit. edita in folio an. 1660. cap. 40. pag. 115. ubi Gregorii Fatini Calabri verbis pag. 214. ita narrat. *Tunc temporis conciliatis rebus Friderici* Cæſaris *cum Pontifice, condemnavit morte Henricum Filium, quem genuit ex Conſtantia Sorore Regis Caſtellæ, & duos filios ipſius Henrici, ex eo, quod, dum Pater*

erat occupatus in guerris Styriæ, fovit partes Longobardorum, & Pontificis: Præterea Abbas Lauri seu de Lauro ait: *Sed tandem re detecta Henricus Rex fuit fame peremptus, & sepultus in Ecclesia majore Cosentiæ*, eadem habet archivium Ecclesiæ Martiranensis.

Jam vero tam exacta, ab inquilinis Calabriæ Scriptoribus concorditer asserta narratio, monumentis veteribus sepulchrorum in Ecclesia metropolitica Cosentina firmata, sane plurimum firmare debet Pernoldi relationem, quod Fridericum Ducem ab Imperatore averterit occisio Soceri ac Nepotulorum suorum ex Margaretha Sorore.

Si quæras, quomodo hæc Friderico nostro innotuerint? facile dicam, vel per ipsam Reginam Sororem, vel aliorum ei fidelium operam, ad aures Friderici pervenisse. Tandem seu vera erant seu falsa, quæ Fridericus noster de Regis Henrici hujusque filiorum occisione audierat, tanta certo erant, quæ animum ejus a Friderico Imperatore juste avertere poterant.

§. XXI.

Epistola Friderici Imp. de excessibus Ducis.

Non abs re erit, epistolam ipsam Friderici Imp. de Ducis nostri excessibus, ad Regem Bohemiæ datam, hic adferre, eamque aliquantum discutere, cum in ea vim omnem suam collocet author historiæ Ducum Styriæ.

Eam vero *Petrus de vineis* germanice *Weinstok* edidit, inveniturque inter Petri hujus *epistolas lib.* 3. num. 5. novissimæ editionis Basileensis Iselianæ pag. 386. neminem ea terreat, quoniam, qualis eam dederit, notum est, Fridericus nempe Imperator sat versipellis & litigiosus, ut in opere ipso patebit, unde Pernoldus in fine introductionis suæ monet, Imperatorem contra Ducem nostrum *pessime scripsisse, & egisse:* ultimo contendo peramice ab omnibus, ne de causa Cæsarem inter ac Ducem nostrum, ante finem epistolæ pronuntient, ibi enim Imperator, qui semper antea Ducem accusat, tandem se ipsum apertissime reum agit.

Epistola Friderici II. Imperatoris Romani ad Bohemiæ Regem.

Inviti trahimur ad tuam, & aliorum notitiam Principum adversus Henricum (a) *Ducem Austriæ, materiam publicæ quæstionis afferre: cujus levitas, ducta motibus inconsultis, adeo processit in publicum, & ejus temeritas contra honorem nostrum, & Imperii dignitatem, verbo & opere attentata nos tam graviter provocavit, quod transire non possumus ulterius incorrectos suæ levitatis excessus;* (b) *Revera, quia dileximus Patrem suum, merito paterni servitii cordi nobis est, & curæ, in eundem Ducem, & Filium ejus, favorem paternæ dilectionis effundere, & affectionem nostram, juxta suum commodum, & honorem, ostendere cum effectu.* (c) *Itaque, cum apud Ravenam curiam indixerimus celebrandam, vocavimus ipsum sicut cæteros Principes, ut veniret, proponentes, eum amore paterno recipere, ac fovere. Sed majori parte Principum in multis laboribus & expensis venientibus, a remotis, ipse, qui opportunius*

tunius venire poterat, ſuum denegavit acceſſum. (d) *Deinde nobis tranſeuntibus Aquilejam, cum eum ibidem videre vellemus, venire pueriliter recuſavit; quod & nos habentes reſpectum ad paterna ſervitia, diſſimulare voluimus, ætatis ſuæ moribus adſcribentes. Quin potius, ut non recederemus inviſo, contulimus nos perſonaliter ad terram ſuam Portæ Novæ, quam habebat in Foro Julii; & ibi moram trahentes, miſimus pro eodem, ut, ſi moleſtum ſibi fuerit, in civitatibus noſtri Imperii nos vidiſſe, ad terram ſuam pro nobis accedere non vitaret. Quem venientem, venerabili affectione recepimus, ſatagentes, ei verbo & opere complacere.* (e) *Tantam inſuper ſibi gratiam facientes, quod pro ſopienda lite, quam in exactione dotis ſuæ Filius noſter Conradus, contra eum jure & viribus attentabat, octo millia marcharum promiſimus exhibenda: non omitteutes ei ſatisfacere de pulchris equis, & aliis donariis, ac libentiſſime procurare parati, quæ ſuis grata eſſent affectibus, & accepta, ut eum redderemus noſtris aſpectibus gratiorem.* (f) *Nuper autem in Alemanniam venientes, quia de ipſo fiduciam habebamus, non dubitavimus, perſonam noſtram in terram ſuam Styriæ committere, ut ei daretur major de noſtra gratia præſumptio, ac ipſe ad noſtra beneplacita ſe magis obſequioſum, & benevolum exhiberet. Idem vero, cum eſſemus in eadem terra ſua, non erubuit, duo millia marcharum a nobis exigere pro guerra, tibi & illuſtri Regi Hungariæ facienda. Quas, quia non dedimus, dixit, ſe nobis nunquam, ut antea ſerviturum: ut quadam violentia non agnoſceret Dominum, coram quo tam improbe loqueretur. Non tamen propter hoc moti nos fuimus, ſed patienter juvenilem ejus diſſimulavimus levitatem, habentes nihilominus in propoſito, ſua commoda promovere.* (g) *Indicta etiam Moguntiæ curia generali, convocavimus eum ad eandem curiam termino conſtituto, prout generaliter & ſpecialiter ſinguli Principum fuerant evocati; Qui, cum præfixo termino conveniſſent, idem Dux nedum venire contumaciter recuſavit.* (h) *Quin potius cum Campeſtri exercitu, absque noſtra licentia, vel aſſenſu, terram Regis Hungariæ hoſtiliter, & violenter ingreſſus, adeo tantum Principem provocavit, quod, expeditione facta, Imperii fines intravit, non ſine injuria noſtra, & Imperii læſione, humilians eum ad ſua beneplacita, & mandata.* (i) *Interim etiam non contentus, quod conterminum ſibi Regem turbaret, Principes Imperii, videlicet te Regem Bohemiæ, Venerabiles Magdeburgenſem, Patavienſem, Ratisbonenſem, Brandenburgenſem, Frigienſem Epiſcopos, Bavariæ Ducem, & Moraviæ Marchionem, non dubitavit offendere, auferens eis jura, & redditus, quæ in Auſtriæ & Styriæ Ducatibus poſſidebant. Ad cujus debitam ultionem, tanta moles Principum irruiſſet, niſi, quod pacem Imperii turbare vitantes, nobis & Imperio detulerunt, ſæpe coram nobis ſpecialiter per literas & nuncios, non leves querimonias deponentes.* (k) *Delatæ ſunt etiam querelæ multiplices coram nobis pro parte hominum terræ ſuæ, quod juſtitiam & judicium de terra ſua proſcripſerit, & cum iniquitate fœdus iniens, prorſus abjecerit æquitatem. Viduis & orphanis, quos jure fovere debuerat, moleſtus exiſtens, divites opprimens, pauperes conculcans, humilians Nobiles, & deſtruens populares, diverſis flagitiis afficiens ſubditos, nullam adverſus eos aliam cauſam habens, niſi quod pium ſibi eſſe credit, & licitum, quidquid libet. Miniſteriales, & alios infeudatos, quos ab Imperio tenet, tanto graviori perſequitur voluntate, quanto in odium noſtrum, & Imperii afflictos immaniter ab ipſo percipimus, & quanto de ipſis cogimur dubitare. Data igitur per eum effræni licentia luxui, & mente ipſius in omnem viam malitiæ turpi-*

ter inquinata, deflorat virgines, & facit a ſuis complicibus deflorari, matronas venerabiles deboneſtat, auferens filias patribus, viris mulieres per violentiam. Et utinam his contentus, non excogitaret in patrum animas, & virorum: in quorum necem diverſas ſpecies mortis exaggerat, quibus trucidat miſerabilius innocentes. Pro quorum ineffabili malorum cumulo mota fuit ſæpe noſtræ præeminentia dignitatis. Sed nos, paterni ſervitii memores, voluimus cum levitate procedere, intendentes a via mala virum impium revocare. (l)

Quapropter monuimus eum, benigne rogavimus, ut ad colloquium præteritæ curiæ, præterita hyeme indictæ Auguſtæ veniret. Ibi de reſtitutione ſtatus ſui, & ipſo comparando cum prædictis Principibus, atque tecum, & abolenda infamia ſupradicta, eum alloqui, & cum eo diſponere volebamus, proviſa ei, juxta requiſitionem, & velle ſuum, ſecuritate conductus de perſonis, quas, & quot voluit exegiſſe: illam eidem gratiam exhibentes, quod quia dubitabat pro hujusmodi querimoniis diu morari, promiſimus ei per nuncios ſuos, quod moram, & reditum ad ſuam permitteremus voluntatem, & quod eum ſuper objectis ad juſtitiam nullatenus cogeremus, etiamſi deberemus offenſis Principum ſatisfacere per nos ipſos. Deinde, quia apud auguſtam curiam venire noluit, ſupplicantibus nobis pro iterata citatione ſua dilecto Principe noſtro venerabili Archiepiſcopo Salisburgenſi, & aliis nunciis ſuis, & acceptantibus, ut apud Agamienſem noſtram Provinciam citaretur, indiximus ſibi eundem locum, & terminum competentem, in quo apud Agamiam ad noſtram præſentiam ſe conferret, ibidem de bono ſtatu, & integritate famæ ſuæ diſponere cupientes. Ipſe vero, cum non poſſet vulneratæ conſcientiæ ſuæ nefanda contegere, etſi ſæpius expoſuit, ſe venturum, ſemper illuſit, & potentiam noſtram in ſuperbia & abuſione contemnens, datus in ſenſum reprobum, & penitus effectus ingratus, cœpit contra perſonam noſtram verbo & opere machinari: ut præter inſidias, quas in captione dudum Filii noſtri Henrici in itinere manifeſte paraverat, cum Mediolanenſibus, & aliis inimicis noſtris, contra honorem noſtrum, & Imperii molireretur. Sed & nequiter contra animam noſtram excogitans, miſit nuncios ſuos ad Seniorem Montanæ, qui dicitur Aſſaſſinus, promittens ei pecuniam infinitam, ut noſtram læderet Majeſtatem. Alio etiam ſpiritu ſuæ fatuitatis inductus, quod nobis eſt valde moleſtum, non eſt veritus attentare Sanctiſſimum in Chriſto Patrem noſtrum ſummum Pontificem, ut ſibi eſſet favorabilis, inducere ſatagendo. Præterea nuncios noſtros in ſeveritate ſua & conductu receptos, ſpoliari mandavit. Xenia quoque, per Ducem Roſſiæ nobis transmiſſa, nunciis ejus in contumeliam & injuriam noſtram fecit auferri, caſtra autem, quæ Ratisbonenſis quondam Advocatus nobis & Imperio in ſua morte legavit, non eſt veritus occupare. Nec omiſit cuncta præſumere, quæ nobis eſſent & Imperio nocumento. (m) *Qui, cum nec Deum timeat, ſicut dicit,* (n) *nec terrenum velit Dominum revereri, naturæ reverentiam non obſervans, nobilem Dominam Matrem ſuam, ſuis bonis omnibus ſpoliatam, de terra ſua turpiter effugavit, & ſi manum in eam mittere potuiſſet, uber ejus infelix homo præcidere minabatur. Et niſi ad te dilectum Principem noſtrum & Affinem habuiſſet confugium, cum conſilio tuo poſtmodum ad præſentiam noſtram accedens, non haberet, ubi caput tantæ Nobilitatis Domina reclinaret. Quæ lacrymis apud Deum & nos, clamore continuo querula, non ceſſat juſtitiam ſibi adverſus tam improbum Filium implorare.* (o) *Nec poſſumus ſilentio præterire, qualiter Marchionem Misnenſem, ſibi Sorore ſua nuptui tradita, & in terra ſua nuptiis celebratis, aggreſſus eſt*

eos

eos in lecto, & ſurgere non permiſit, donec eos in manibus ejus omnem dotem, & jus, de quibus tenebatur eis pro maritagio, reſpondere oportuit neceſſario remiſſiſſe, contra ſecuritatem ſibi promiſſam, quod nullam deberet eis petitionem facere, vel remiſſionem aliquam poſtulare. Metu inſuper incuſſo miniſterialibus ſuis, quod nullus evaderet, niſi quidquid petierit, compleretur, ut ſibi, & aliis ſuis intimis Perſecutor & Tyrannus, communi omnium judicio cenſeretur. (p)

Quibus omnibus laceſſiti, cum tanta ſit ipſius iniquitas, quod non poſſit veniam promereri, ad tot querimonias Principum, in noſtra præſentia replicatas, ad querelas & lacrymoſas voces Matris ſuæ petentis de noſtra ſede judicium, ad lacrymoſas voces Nobilium, & Popularium, Orphanorum, & Viduarum, & omnium inhabitantium, terram ſuam coram Deo, & nobis clamantium contra eum, attendentes inſuper offenſas noſtras, & Imperii, per eum nequiter attentatas, ad condignam correctionem ejusdem, exigente juſtitia, duximus exſurgendum, reſponſuri ſtulto ſecundum ſtultitiam ſuam, ne ſapiens ſibi videatur: ſed diſcat per ſeipſum, qualiter Deum timere debeat, ac nos, & Imperium, teneatur omnibus modis revereri. Quæ omnia tibi, & aliis Principibus noſtris, duximus exponenda, ut rei certitudo ad ejus exterminium pateat univerſis. (q) Ita Epiſtola Friderici Imper.

§. XXII.

Executio proſcriptionis Cæſaræ.

Epiſtola hæc Friderici Imperatoris directa eſt ad Regem Bohemiæ Wenceslaum, quem executorem ſententiæ ſuæ in Ducem noſtrum latæ conſtituit Auguſtæ Vindelicorum, poſtquam proſcriptus eſt Dux noſter; cum vero Longobardia Cæſari edomanda eſſet, Wenceslaus Bohemus imperatorio nomine, in Fridericum Ducem eſt miſſus, inde Otto Bavarus cum Rudigero Epiſc. Patav. Auſtriam ſuperiorem, Patriarcha Aquilejenſis, cum Archiepiſcopo Salisburgenſi, & Bernardo Duce Carinthiæ, a meridie Ducem ſunt addorti, Friſingenſem & Ratisbonenſem Epiſcopos etiam adfuiſſe memorant; fructum hujus executionis Imperialis refert Chronic. Clauſtroneoburg. ſeu Auſtrale his verbis: *Qui tamen nihil profecerunt, niſi quod terram rapina & incendio vaſtaverunt*, invictus enim Friderici Ducis animus, a tot etiam hoſtibus expugnari non valuit, unde veriſſimum, quod ajebat Pernoldus §. XIII. citatus, quod *vaſtationem hanc rebelles ſubditi longe acerbius perſenſerint, quam gravamina Ducis.* Plura in Chronologia operis.

Epiſtola porro hæc Imperatoris varia continet diſcutienda, quæ proin ſuis notis illuſtro.

Nota in Epiſt. Friderici Cæſaris.

(a) Male *Henricus* pro *Friderico* ponitur, quod ſi librarii manui tribuere quis nollet, liberam interpolandi audaciam interceſſiſſe, ſuſpicari poterit.

(b) & (c) Omnino verbis Friderici credendum eſſet, ſed cum animum undique duplicem oſtenderit, vix ſine hæſitatione iis ſubſcribendum. Nec me terret Majeſtas Friderici Imp. etenim in iis, quæ privato affectu, & ſimulate geruntur, nec Cæſares, quia homines, omnis doli & ſimulationis expertes auguror; cæteroquin nullus Imperatorum, Scriptorum calamo, tanquam vafer, crudelis & impius depingi debuiſſet.

(d) Novus denuo dubitandi locus, nam curia Ravennæ an. 1232. indicta, ob metum Longobardorum habita non est, ut testantur Godefred. Colon. & Chron. Salisburg. ad an. 1231. *Imperator curiam apud Ravennas, quam de consilio D. Papæ indixerat, solemnem celebraturus Ravennis accessit, sed Lombardis viam publicam intercludendibus, Principes Teutonici, debita honestate ad eandem curiam accedere sunt impediti.* Id ipsum conquestus est Papæ Imperator apud Raynaudum hoc anno num. 28. Si ergo Principes Teutonici eo venire non poterant, quomodo Dux noster argui potest, quod eam non adierit?

(e) Ut ex Chronico Augustano seu Steronis, & Salisburg. ac Pernoldo lego, Dux noster Aquilejam obviam venit Imperatori, ut suo loco dicam, cum vero in epistola sua Imperator dicat, Ducem Aquilejam non venisse, vel epistolam suppositionis & interpolationis ream arguo, vel *Aquilejam* pro tota Provincia & Foro Julio, in quo & Aquileja & *Portus Naonis* existit, sumendam arbitror, quo in loco fatetur, Imperator sibi Ducem occurrisse: Chronicon certe Salisburg. præter Aquilejam, quo Cæsar venit, addit etiam Forum Julii: causæ porro variæ Duci nostro esse poterant, Imperatorem non accedendi. 1) Quia Imperator delectum militum contra Papam instituit, titulo quidem affabre allato ad Insubres edomandos, his militibus se jungere noluit Dux noster. 2) Quia copiis suis domi opus habuit, ubi omnia turbata erant. 3) Imperator voluisse videtur, ut feuda Dux reciperet, sicque Sacramenti titulo in fœdus Imperatoris contra Ecclesiam traheretur, quod penetrans Dux Rom. Ecclesiæ infidelis esse nolens, & Privilegiis Austriæ insistens, prudenter evitavit, utpote cum per Privilegia Austriæ, feuda non extra terras suas recipere, nec ad curiam Imperatoris accedere, nec invitus ad subsidia Imperio ferenda cogeretur.

(f) Hic fatetur apertis verbis Imperator, litem se inter & Ducem fuisse de dote Margarethæ Reginæ, Sororis Friderici nostri; mendum tamen cubat in *voce Conrado*, nam non *Conradus*, sed *Henricus* Maritus Margarethæ fuit. Cur vero ad sopiendam hanc litem Imperator obtulerit 8. millia marcarum solvenda? non constat, forte, ut sic Ducem in fœdus suum traheret, quod quia factum non est, lis illa dotalitia acrius est resuscitata.

(g) Ait Imperator quidem, Fridericum Ducem a se, ob bella ab Hungaris & Bohemis perpessa, 2. millia marcarum petiisse, ut sic Imperatore in hostes hos non pugnante, de terrarum suarum prædonibus, ultionem non iniquam sumere posset, hæc cum Imperator non daret, renuit Dux illi servire, in bello nempe, contra Ecclesiam a Frider. Imp. clam subornato, quod nemo Friderico Duci vitio dabit.

(h) Verum est, curiam Moguntinam an. 1235. habitam, Ducem non adiisse, at non ex contumacia, ut male sensit Imperator, sed ne sententiæ nigræ, in Sororem & Socerum latæ subscribere cogeretur, cum eo in conventu Henricus Rex depositus fuerit. V. Chron. Salisb.

(i) Malè criminatur Ducem nostrum Imperator ob bellum in Hungaros gestum, quamvis enim ob id, ut §. VI. dixi, Dux noster carpendus videatur, non tamen dispicio, quomodo Imperator bellum

hoc

hoc ſine ſua facultate geſtum vituperet, irruptiones tamen Hungarorum, & ſeditionem optimatum Auſtriæ non exprobretur.

(k) Non Dux noſter, ſed Frider. Imper. ſcidit & turbavit Imperium, bello & animo duplici in Eccleſiam & Caput ejus continuato, jam vero, ut tegeret litis dotalitiæ cauſam, criminatus eſt in Duce noſtro, quæ ab aliis non petiit, nec petere potuit: non Bavari, Hungari, Bohemi Auſtriam turbantes, unquam antea ejus rei aſſenſum petiiſſe leguntur; de Epiſcopis, quæ adferuntur, error intercurrit inſignis, nam pro Magdeburgenſi remoto nimis, Salisburgenſis, pro Brandenburgenſi, Babenbergenſis ponendus erit; Cæterum, excepto Friſingenſi, non legitur quidquam litis, Duci noſtro cum Epiſcopis fuiſſe, minus eisdem jura, & redditus in Auſtria & Styria abstuliſſe.

(l) En iconem funeſtam Principis noſtri! eſto enim, pro ſua juventute vix ab omni lubricitate immunis cenſeatur, nunquam tamen eundem, ſcortatorem publicum, adulterum, raptorem, latronem, tyrannum, & carnificem fuiſſe credam. Aſt, ſi hæc vera non erant, inquies, quomodo epiſtola Cæſaris has ei affingere calumnias potuit? an nullus harum rerum de Principe noſtro rumor? omnino, fateor, male a ſubditis deſcriptum Ducem, quis tamen prudentum omnia vulgi dicta credit? ita docet Pernoldus: *Exaſperati ſubditi*, inquit, *ob tributi novitatem, qui etiam nimium inſolentes in alterutrum, Ducem rigide judicantem ferre noluerunt, Conjurarunt, & ſicut, qui conferre Principi ultra conſuetudinem debent, per impatientiam fiunt impotentes linguæ, multa ac turpia, ab aliis commiſſa tanquam a Duce permiſſa vel etiam juſſa, eisdem falſis rumoribus, præter vectigalia affingentes, apud Imperatorem alium Dominum petebant &c.* Ecce! quomodo calumniæ hæ in cor ac epiſtolam Friderici Cæſaris penetraverint? vulgus tributorum novitate offenſus, ut noſtro etiam ævo, neſcio quæ in Principes ſpargit, miniſtrorum peccata iis imponit, levia exaggerat, mentitur, fingit. Hæc, ubi levis Imperator audiit, cito credidit, & iratus Duci, peſſimeque cum vulgo ſenſit. Certe, ne hæc crimina crederem, convincunt me innumera Eccleſiis & Monaſteriis collata beneficia, reverentia in Sedem Apoſt. & quod nec ab hac, nec ab aliquo Epiſcoporum fulminis ſacri terrore fuerit perculſus, vel commonitus, quod tamen in aliis regnis Hungariæ, Bohemiæ, Bavariæ etiam hoc tempore factum legimus. Si timuiſſe Epiſcopos, vim armorum Friderici dicas, quæro, cur ingentes hos, & ethnicum magis, quam chriſtianum Principem decentes mores, Pontifici non detulerunt Præſules, eo præſertim tempore, quo Imperator cum ſuis, in Ducis noſtri ruinam jurabat? cur Romani Pontifices eidem Duci noſtro ſcribentes, de hiſce eum criminibus benigne non monebant? Id certe ex hac epiſtola concludo, Brunhildis ſtuprum adulterum fabuloſum eſſe, quoniam, ſi illud contigiſſet, Imperator lividus cum omnibus circumſtantiis referre non omiſſiſſet. *Brunhildis fabula.*

(m) Poſt conglomerata varia Ducis crimina, egregie ſimulare ſe poſſe, oſtendit Imperator vaſer, benevolentia enim ſua inimicitiam tegit, lites acerbas ſuas, cum ſummo capite in Ducem reclinat, Papamque Sanctiſſimum Patrem appellat, quem alias acerbe & propudioſe proſcindit, ut ſic ignaris perſuaderet, ſibi a Duce noſtro perſecutionem

nem Papæ impingi. Quæ de Assassinis a Duce nostro in necem conductis refert, tale est, quale passim ævo illo Principes inimici, nulla habita detrahendi religione jactabant, si nuncii male habiti, si xenia direpta, castra occupata, belli hæc erant, militumque insolentia, non Ducis Imperio facta, ut dixi §. VIII.

(n) Imperatorem pessime sensisse, & scripsisse de Duce nostro superius dixi, male credulum nempe fabellis a vulgo jactatis; quis enim credat, Ducem nostrum, nec Deum timere, nec terrenum Dominum revereri voluisse, diplomata namque a Duce nostro edita, ejusdem in Deum amorem & timorem satis manifeste loquuntur; cæterum non desunt authores, qui de Friderico Cæsare eadem docent, quæ hic de Duce nostro in epistola sua retulit.

Theodora Mater ea de Filio conquesta.

(o) Jam §. XX. ostensum est, quare Mater Theodora fugerit, unde per auxesim dicta sunt omnia, quæ de minis matrifactis, de penuria, quam eadem est passa, hac in epistola referuntur. Si Mater Theodora, Cæsarem instinctu Bohemi querula adiit, non contra improbum, ut calumniatur epistola, filium, justitiam implorare, sed forte quieti Patriæ legatione sua consulere voluit, vel tandem, si etiam Bohemo *instigante*, contra filium suum ultra pietatem maternam conquesta est, de hoc tamen facto suo ita pœnituisse videtur, ut octavo post mortem filii die, dolore inde contracto contabuerit, ut §. citato ostensum est.

March. Misn. an resignare doti coactus.

(p) Quæ de Marchione Misnensi, cujus uxor, soror erat Friderici nostri, in lecto detento, donec doti & juri omni cum uxore resignaret, dicuntur, Chronicorum & Pernoldi testimoniis repugnant utpote scribentium, nuptias eas *splendide*, & *cum pompa actas esse.* Sane Imperatorem non credidisse omnia, quæ de Duce nostro fama vulgavit, ex eo infero, quod post aliquot annos, sine ullis in Imperium meritis, Duci omnia firmaverit, imo regiam dignitatem addere voluerit, quod utique, si raptor, fur, tyrannus, scortator, adulter fuisset Dux noster, prudenter, & sine sui diffamatione Imperator facere non potuisset, unde, dum hæc in Ducem nostrum post annos aliquot beneficia confert, tacite eidem honorem restituit, seque fabellis populi & susurronum deceptum fuisse, ostendit Imp. Fridericus.

(q) Continuatio est querelarum pessimarum, atque ut Cæsar sententiam suam legitimam exhiberet, formam judicii deforis præfixit, cum interius ea caruerit.

§. XXIII.

Vienna urbs Imp. fit.

Diploma jam alterum Friderici Imperatoris est proponendum, quo urbem Viennam, Imperialem esse jussit, quod diploma Friderici Cæsaris acerbum in Ducem nostrum odium expressit.

Diploma hoc vulgavit Lazius in Commentar. rer. vienn. lib. 2. cap. 5. pluribus tamen non necessariis omissis, authori tamen fastorum campilionsium Vir Clar. Hier. Pezius communicavit transumptum alterius diplomatis Cæsarei, olim a se ex Cod. MS. Monasterii Hilarionsis in Austr. super. quo idem Imperator Fridericus, post decem a Friderico Duce defuncto annos, privilegium hoc anterius sigillo suo

pri-

privatum a Duce noſtro reſtituto, innovavit, integro prioris tenore inſerto; illud non integrum, ſed partem ſolum anteriorem, quæ Ducem ſpectat, & præſenti argumento deſervit, ex authore faſtorum Campilienſium hic adfero, reſiduum apud Lazium cit. legi poterit, apud quem primi Diplomatis ſubſignatio talis invenitur.

Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis MCCXXXVII. Menſe Aprili, decima indictione Imperante Domino noſtro Friderico Secundo, Dei gratia glorioſiſſimo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto.

Innovationis exordium ita habet.

Fragmentum Diplomatis Friderici II. Imperatoris, quo Viennam urbem Imperialem ſtatuit.

Fridericus Secundus &c. Juſtis fidelium noſtrorum petitionibus condeſcendere cogimur, quas niſi favorabiliter audiremus, quod juſte petitur, non obaudire per injuriam videremur. Eapropter noverit tam præſens ætas, quam futura poſteritas, quod cives viennenſes fideles noſtri, culmini noſtro attentius ſupplicarunt, quod, cum dudum inter excellentiam noſtram, & Fridericum quondam Ducem Auſtriæ & Styriæ oborta diſcordia (a) dum iidem cives ex fervore devotionis, quam ad celſitudinem noſtram gerebant, magnificentiæ noſtræ, abdicato ejusdem Ducis Dominio, conſtanter & fideliter adhæſerunt, tradentes in manibus noſtris civitatem Viennenſem, cum rebus pariter & perſonis, quodam privilegio ipſos, & civitatem Viennam, duximus muniendam; idemque privilegium per Ducem memoratum, poſtquam gratiæ noſtræ reformatus, civitatem Viennam de conſenſu & voluntate noſtra recuperavit (b) ſublata in ea antea bulla noſtra, qua inſignitum extitit, fractum fuerit, ipſum eis privilegium, civitate ipſa, poſt obitum ejusdem Ducis, ad noſtrum & Imperii Dominium, libere devoluta, innovare de noſtra gratia dignaremur, cujus tenor per omnia talis eſt.

Fridericus &c. Romanum Imperium ad tuitionem fidei, & diverſarum gentium moderamina, per eum, qui cœleſtia ſimul & terreſtria moderatur, Filium ſummi Regis, qui condit regna, & firmat imperia, ſummæ diſpenſationis munere conſtitutum, ex diſpenſatione Divina, robur, & regimen ſuæ dignitatis, accipit, ut ſubjectos ſibi populos, in opulentia pacis, & fervore juſtitiæ foveat, fidem provehat, perfidiam perſequatur, humiles protegat, ſublimes humiliet, & faſtuoſas oppreſſiones revelet ſubditorum, ab improbis & ingratis Dominis, quos exceſſuum commiſſorum enormitas indignos Imperio repræſentat, materiam bonorum ſubtrahat, per quæ Deo & hominibus ſe prorſus fecerunt odioſos, & deſuper ſortem juſtorum, virgam auferat iniquorum. Eapropter noverit præſens ætas, & futura poſteritas, quod nos attendentes, quam fideliter & devote cives viennenſes fideles noſtri univerſi pariter & ſinguli, magni & parvi noſtrum & Imperii Dominium ſunt amplexi, jugum oppreſſionis & injuſtitiæ declinando, quibus Fridericus quondam Dux, a ſuorum Primogenitorum probitate degenerans, oblitus devotionis & fidei civium prædictorum, contempta Imperii & noſtra reverentia, injuriis injuriam contra eos, per fas & nefas, exercens in omnes indifferenter, habens pro judicio voluntatem, ratus, cuncta ſibi licere pro libitu, pauperes aggravans, divites inquietans, pupilli cauſam, & viduæ non admittens, ſpolia omnium ſitiens, & diverſas neces excogitans in perſonas Nobilium,

& virorum quamplurimum honestorum: considerantes insuper, qualiter iidem cives voluntate promptissime, & fide sincera, se nobis & Imperio indissolubiliter alligarunt, & quia nostra interest, commissum nobis populum, utpote, qui pro ejus salute, ac de commissa nobis reipublicæ cura, & universitatis Regimine generali, tenemur summo Regi reddere rationem, potentis dextræ subsidio revelare, dictam civitatem, & cives in nostram & Imperii perpetuo irrevocabiliter recipimus ditionem, ut amodo in nostris Regum, & Imperatorum Successorum nostrorum manibus teneatur, & quod nunquam, per concessionem alicujus beneficii, de nostra & Imperii transeat potestate: (c) *Quin potius speciali nostro & Imperii munimine, munificentiæ nostræ privilegiis liberati, & pro bonarum approbatione consuetudinum, quasi pro fidei eorum pignore, velut murorum propugnaculis muniantur. Statuimus igitur, & præsentis authoritate privilegii sancimus, ut amodo in eadem civitate, judex singularis per nos Reges & Imperatores Successores nostros, communicato ad hoc, si necesse fuerit, consilio civium, statui debeat &c. - - Acta sunt hæc - - MCCXXXVII. - - ut supra. Nos igitur, qui fidelium nostrorum merita irremunerata transire non patimur. - - - Supra scriptum privilegium nostrum, de verbo ad verbum insertum, de Imperialis præeminentiæ nostræ gratia duximus innovandum. - - Acta sunt hæc Domin. Incarnat. anno millesimo ducentesimo quadragesimo septimo, mense aprili quintæ indictionis &c.*

Notas quasdam huic etiam Diplomati subjungo:

(a) Non ait Imperator, cives Viennenses a Duce nostro ob delicta publica, ob tyrannidem, ob contumaciam, sibi adhæsisse, *sed obarta dudum inter excellentiam nostram & Fridericum quondam Ducem Austriæ discordia*, quibus verbis proin fatetur, privatam se solum simultatem, non injurias publicas vindicare.

(b) Denuo fatetur Imperator Ducem *suo consensu, & voluntate*, Viennam urbem & Ducatum *recuperasse*, unde tam niger esse non potuit, uti eum Imperator descripsit.

(c) Denuo crimina omnia Ducis jam defuncti recantat Imperator, & quidem, postquam Dux jam antea ejus gratiæ est restitutus, & regia dignitate ornatus, unde nec defuncti manibus pepercit Imperator. Quomodo vero verba, cum rebus & scriptis hujus Imperatoris conveniant, inde patet, quod libertas urbis Viennæ sacrosancte & in perpetuum a Cæsare promissa, quarto abhinc anno ejusdem consensu & voluntate, a Duce nostro fuerit ablata.

§. XXIV.

Frideric. Dux redit in gratiam Frider. Imper.

Ut vero magis, quam versipellis fuerit Fridericus Imperator, pateſcat, inquirenda est causa, cur idem Imperator Ducem nostrum, quem his in epistolis, veluti publicum & prostitutum scortatorem, raptorem, adulterum &c. toti orbi proposuit, post aliquot tamen annos, nempe an. 1240. in gratiam receperit, ac dignitate regia exornare voluerit? varie loquuntur, attamen conveniunt fere, hac in re Chronica patria: Mellicense & Salisburgense solum in gratiam Imperatoris rediisse docent causa non addita, Clausroneoburgense, Zwetlense, & Leobiense ad an. 1241. habent: *Deinde cum Dux esset restitutus*

bono-

honori ſuo, per orationes Monachorum, & Clericorum, ut creditur, quos ante minus dilexerat, his peractis quæſivit Rex a Duce id, quod promiſerat. Rex hic eſt Bohemiæ, quocum Duci noſtro diſcordia ob pacta non ſervata erat, ut in Chronologia dicetur. Itaque Dux noſter honori ſuo reſtitutus eſt *per preces Clericorum & Monachorum*, additur tamen, *ut creditur*. Proin dubie, & non ſine cauſa, adjecta enim de Clericis & Monachis verba hæc, *quos ante minus dilexerat*, non inane dubium generant, quo tamen non obſtante dubio arbitrantur plerique, Ducem noſtrum Præſulum, quorum Eccleſiis benefecerat, opera Imperatori fuiſſe reconciliatum.

Pernoldus tamen aliud quid inſinuare videtur, namque ad an. 1240. ita ſcribit, *interim Cæſar a Papa excommunicatus, & quærens favorem Principum, legatos in Auſtriam & Hungariam miſit, qui Duci gratiam & pacem attulerunt*, ex quibus proin verbis non Dux Imperatoris, ſed Imperator Ducis gratiam eſt aucupatus, excommunicatus denuo a Papa; cauſa averſionis Regni & Sacerdotii erat in eo, quod Papa denuo recuperari Palæſtinam vellet, & Imperium Latinorum Conſtantinopoli juvari, præterea immunitatem, & cauſas Eccleſiæ ſibi ſoli relinqui, nec Eccleſiæ ditiones, nec Regna fiduciaria Neapolis & Siciliæ violari, econtra Imperator fidenter ſcribens: *Italia mea eſt*, illuc omnem armorum impetum transferret, Saracenosque, quibus in Apulia ſedem præbuit, copioſe ſub ſigna colligeret, urbes Longobardorum attereret, Romanos ſeditioſos foveret &c. Quoad Palæſtinæ bella reſpondit Imperator, ſe non orientis, ſed occidentis Imperatorem eſſe, proin turbatis domi rebus nec prudenter poſſe, nec velle ſe Palæſtinæ ingerere. *Cauſa diſcordiæ inter Imperatorem & Papam.*

Hujus itaque diſcordiæ occaſione revixit fortuna Ducis noſtri, cum Cæſaris plurimum intereſſet, germanorum Principum fide tutum eſſe; ut enim favorem Ducis noſtri Papæ ſemper addictiſſimi obtineret, dudum omnem operam movit, cum nil proficeret, atterendum cenſuit, cum vero conterere & frangere armis, Ducem etiam non poſſet, redire in priſtinam fortunam juſſit, ante tamen ſic attritum, ne tantum, quantum forſan vellet, aliquando nocere valeret. Exæſtuantibus porro inter Sacerdotium & Imperium turbis, deſiſtere cœpit ab infeſtatione Ducis, & quem antea tam indignum, tam facinoroſum eſt calumniatus, ac inſuper generis ſui ultimum probe agnovit nova Ducatuum in alium collatione, ſtatibus alium Ducem petentibus, clientem ſibi fideliorem parare voluit. Fridericus Dux inter hæc hoſtem ſe Cæſari manifeſte non oſtendit, in rebus tamen Cæſaris parum vel nihil præſtitit. Ex quibus denuo, quæ Cæſari habenda ſit fides? conjicitur.

§. XXV.

Mors etiam Ducis noſtri, uti vita fabellis permixta eſſe debuit; Ducem noſtrum in expeditione Hungarica an. 1246. morte ſua victoriam contra Hungaros peperiſſe, unanimis eſt omnium authorum, & Chronicorum conſenſus, de quo plura in Chronologia. *Mors Ducis Friderici.*

Aſt, quam certa ejus mors, tam dubium mortis genus; Mellic. Chronicon ita ſcribit: *Fridericus illuſtris Dux Auſtriæ - - neſcio, quo caſu miſerabiliter occiditur.* Salisburgenſe vero addit, *vel a ſuis, vel ab hoſtibus, ſicut dubitatur, fuit interemptus*, Clauſtroneoburg. *Interfectus eſt in prælio XVI. Kal. Jul.*

Fabuloſa. Haſelbachius novum mortis genus recenſuit, ſaucium in prælio hoc ſolum Principem, cum non longe poſt venationi indulgeret, ab uno *Pottendorfer*, in cujus cognatam crimen exercuerat, multo labore, equo dejectum, ac mucrone transfixum obiiſſe. *Hartnidum I. de Pottendorf* parricidam volunt, ob ſtuprum cognatæ ſuæ illatum, addit Haſelbachius apud Hier. Pez tom. 2. col. 724. in ulteriorem rei probationem ſequentia: *prout & ejus epitaphium ad S. Crucem oſtendit clarius, quod & totius proſapiæ de Pottendorf, & aliquorum exulatio, omniumque Ducum Auſtriæ, conſilio & officiis profligatio oſtendit, nam ab hac die ad an.* 1410. *nullus unquam ad Ducis Auſtriæ conſilium aut officium ſubintrare potuit*: ex quibus Lexicon Baſileenſe concludit, Pottendorfios ad Rhenum abiiſſe.

Refutatur. Bina ſunt ergo hujus fabellæ Haſelbachianæ argumenta: primum, epitaphium Friderici Ducis ad S. Crucem, alterum exulatio familiæ de Pottendorf ex hoc facto conſecuta.

Argumentum primum male legit author hiſtor. Ducum Styriæ dum ait: *in Campililenſi Monaſterio* exſtare ejus epitaphium, ubi adjectum ad Friderici effigiem, frænum & ſunem, vetus tabula exhiberet, quod tamen de Monaſterio S. Crucis ſolum docuit Haſelbachius; in utroque tamen argumento hoc fallitur, & fallit Haſelbachius non raro in hiſtoria ſua perplexus; nam 1. lapis ſepulchralis Friderici Ducis noſtri, in Capitulo S. Crucis viſus authori faſtor. Campililenſ. hoſtili manu, dudum valde truncatus, capellam quandam, ſeu thronum Gothici operis exhibet, ſub quo Ducis cataphracti imago recumbit, cujus varia columnarum, fornicumque, aut cancellorum ligamina, Haſelbachius, ut laqueos, & corrigias improvide aſpexit, & ſane quis credat, honorarium Ducis noſtri monumentum, perpetua admiſſi criminis teſſera, & æternæ infamiæ ſtigmate dehoneſtatum fuiſſe? an tam mordaces fuerint ævi hujus homines, ut Principis noſtri Manes quietos relinquere non voluerint? Minime id quidem reor, ſed Haſelbachium, vulgo nimis credulum inductum, ut talia cum vulgo ſentiret & ſcriberet, qualia nobis exhibet in exemplo author faſtor. Campilil. de Hochenbergiis, quorum elatus tumulus in eodem cœnobio exiſtit, qui tabula marmorea tectus, Friderici Hochenbergii imaginem toto corpore exhibet, cujus capiti, cum pulvinaris loco, beſtia quadrupes cornuta, flammasque ſponte eructans ſuppoſita ſit, rumor vulgi ſine judicio creduli ſparſit, Fridericum hunc a beſtia conſimili occiſum fuiſſe, cum tamen Dominus hic incumbat, ſolum Pantheræ ſtyriacæ, certo argumento, Hochenbergicam Stirpem, e veteris Styriæ Marchionibus deſcendere.

Alterum argumentum Haſelbachii quod attinet, author hic nobiliſſimam familiam de Pottendorf, ingenti cum Duce noſtro, calumnia affecit; contrarium enim ex probatiſſimis Auſtriæ monumentis colligitur,

gitur, nam archiva Campilil. Zwetlenſe &c. Pottendorfios, ubique ſummo cum honore, inter primos teſtes Diplomatum referunt: extat diploma vernaculum, quo anno 1281. Albertus I. Vicarius Auſtriæ & Styriæ urbi Viennenſi *Jus emporii* (Niederlags-Freyheit) confirmat, in quo Albertus, eos enumerans, qui ſibi a Parente Auguſtiſſimo in Conſiliarios adlecti erant, etiam *Chunradum de Pottendorf* horum in numero refert: plura exhibent Abbas Zwetlenſis in annal. & Prevenhueberus operum tom. 1. p. 423.

Lego quidem ex Chronico Salisburg. an. 1309. Pottendorfios inter rebelles Auſtriæ fuiſſe, ſed mox ad concordiam, & Ducis gratiam rediiſſe inibi invenio. Unde ſi ex Auſtria ad Rhenum migrarunt Pottendorfii, id circa an. 1309. factum, concordante Lexico univerſ. Baſileenſi ſupra cit. Plura de morte Principis noſtri ad an. 1246.

§. XXVI.

Atque hæc erant, quæ ad vindicandam Friderici Principis noſtri famam adferre conabar, & quamvis probe ſciam, cauſam reipſa malam, defenſione ſua fieri pejorem (eo quod præcipua calumniarum argumenta, quæ aliis incognita, & perpetua oblivione manſiſſent ſepulta, ab illis, qui poſtea apologias ipſas configunt, redarguendi cauſa, plenam in lucem provehantur) nihilominus fiducia veri, audeo Principem noſtrum defendere, quem alii non erubeſcebant proſcindere, nixi authoritate veterum quorumdam Chronicorum, & epiſtolæ Frider. II. Imp. de qua, quid ſentiendum ſit, ex ſupradictis, & actis hujus Imperatoris patebit, Chronica veterum, quod attinet, tanta non ſunt, ut omnimodam in omnibus, cum cæteroquin non conveniant hac in re, authoritatem mereantur, præſertim, cum obſcura, & interpolata plurimum hoc tempore videantur, ut oſtendi §. VI. V. & XX.

Si quis vero necdum contentus, plus nimio hiſce Chronicis tribuat, eaque ab omni mendo immunia credat, perpendat quæſo, loca ſolum aliqua, quæ hic commemoro, quæque oſtendent, quam obſcura, confuſa, interpolata fuerint Chronica noſtra. Sic *Chronic. Patrior. quæ fides.*

An. 1233. Clauſtroneoburg. poſt concordiam a Rege Hungariæ poſtulatam ait: *& non poſt multum temporis idem Rex, pacifice exeundo proceſſit uſque ad novam civitatem, & ibi a Duce honorifice ſuſceptus, firmam concordiam inierunt, ubi facta concordia idem Rex Ducem amicabiliter ad Hungariam invitavit, quo facto cum magno comitatu ad Hungariam veniens, honorifice ſuſceptus rediit ad ſua.* Sed hæc ad an. 1234. ſpectant, quo anno Hymenæi ſolemnia ſunt celebrata, ut ſuo loco.

An. 1234. Clauſtroneoburg. Auſtrale, Zwettlenſe, & Leobienſe Chronica, inepte connubio Conſtantiæ Sororis Friderici Ducis, conjungunt bellum Bohemicum & Hungaricum anni prioris.

An. 1236. Chron. Auſtrale & Salisburgenſe adventum Friderici Cæſaris in Germaniam, irruptionem novam Hungarorum & Bohemorum in Auſtriam, Andreæ Regis Hungariæ mortem invicem jungunt, ſolemni ſua denuo rerum temporumque confuſione.

An. 1242. Tartarorum Viennam acceſſus, eorumque repulſio per Ducem noſtrum, ab omnibus Chronicis patriis profundo ſilentio eſt ſepulta, quaſi vero condictum fuiſſet Scriptoribus noſtris atramentum ſuum omne, in criminationes Ducis noſtri diffundere; pro victoria vero hac, novas in Hungaros, Bohemos, & Moravos Ducis noſtri graſſationes, damno mutuo facto confingunt.

Complura hujusmodi per decurſum legi poterunt, hinc cum inter Scriptores, non ætas, ſed animus a partium ſtudio immunis conſiderari debeat, nemo mihi vitio vertet, ſi & epiſtolam Frider. II. Imp. privato odio confectam, & annales noſtros, quorum ſubin unus alterum exſcripſit, vulgi rumoribus nimium detuliſſe credam, ſicque his Pernoldi authoritatem prætulerim, cum huic & ætas non deſit, & animus a partium ſtudio alienus adſit, aliisque allatis hac Diſſert. documentis illuſtretur.

DIS-

DISSERTATIO II.

Differt. II. De tit. Juris, quo Ottocaro Styria erepta, & Alberto I. eſt collata.

De titulo Juris, quo Rudolphus I. Habſpurgicus Auguſtus Styriam Ottocaro Regi Bohemiæ, tum ejus Poſſeſſori eripuit; & quo idem Alberto I. Filio ſuo eam in comitiis Auguſtanis an. 1282. tradidit.

PRÆFATIO.

Præfatio.

Status quæſtionis propoſitur.

Translatio terrarum Auſtriacarum a morte Friderici I. bellicoſi, variis ſub poſſeſſoribus detentarum, ad Domum Habſpurgicam, a Rudolpho I. Imperatore facta, res eſt maxime ardua, in qua eruditi hactenus, in tot prope abiere ſententias, quot eorum capita numerabantur; certe controverſum maxime erat, ad noſtra uſque tempora, quo jure Rudolphus I. Aug. ditiones Auſtriacas, Ottocaro Bohemiæ Regi ereptas, filiis ſuis tradere potuerit. Anno 1755. vir doctiſſimus Philippus Jacobus Lambacher, civitatis Vindobonenſis Secretarius, edidit Diſſertationem in quarto ea de re, & quamvis rem omnem eruditiſſime conficeret, Göttingenſes tamen eruditos convincere non potuit, vel potius, ut id palam faterentur, non obtinuit. Non opus quidem fuiſſet, rem hanc feliciter a præfato viro doctiſſimo compoſitam retexere, attamen, quia & hæc paucorum manibus Diſſertatio territur, & quædam ſpecialia argumenta, de Auſtria & Styria, hac in re adferri poſſunt, eandem litem breviter retexo, binasque in partes diſpertior, quarum prima de Styria, Ottocaro Bohemo erepta, altera de eadem Styria Alberto I. tradita aget.

Diviſio quæſtionis in 2. partes.

PARS I.

Pars I.

Styria quo titulo Ottocaro Bohemiæ Regi ablata ſit a Rudolpho I.

Styria quo tit. Ottocaro adempta.

§. I.

Auſtria ante an. 1156. non hæreditaria.

De Auſtria, ut Lambacherus eruditiſſime oſtendit, compertum eſt, eam an. 1156. dum a Friderico I. Aug. Ducatus fieret, ſimul vi privilegii Fridericiani hæreditariam, etiam ad lineam fœmineam fuiſſe declaratam, antea vero, imo S. Leopoldi Auſtriaci tempore, nec in Filios ea hæreditaria erat, tum quod ipſe S. Leopoldus in fundatione Eccleſiæ ad Cellas Marianas in Auſtria, dubie quaſi, dicat: *Poſt me vero, ſi quis de Filiis ac Nepotibus meis impoſterum Principatum obtineret* (V. Cod. Diplom. Pezii col. 320.) tum etiam, quod poſt obitum Leopoldi, hujus Filii cum Matre, ſummo Pontifici ſupplicarent, ut ſe Imperatori in Italia degenti commendaret; Innocentius II. Papa re-

reſcripſit, ſe juſtas eorum preces tutaturum, nulli tamen horum Filiorum Marchionis titulum tribuit, quin & ipſe Imperator, non Albertum Filium ſeniorem, nec Henricum Secundogenitum, ſed Leopoldum Marchionem dedit, licet, ut ait Ortilo Campililienſis ad an. 1137. *Fratrum ſuorum ſenior non eſſet*, quæ proin oſtendunt ſatis, Auſtriam eo tempore nec in Filios hæreditariam fuiſſe, ſicque an. 1141. Leopoldo Largo, Henricum Jaſomirgotum, atque antea 1018. Henrico Fratri Albertum Victorioſum, non jure hæreditario, ſed gratia Imperatoris ſucceſſiſſe.

§. II.

Sæculo 12mo. Medio, Auſtria erat hæreditaria.

Sub Leopoldo Virtuoſo, jam Duce Auſtriæ, ejusque Filiis Friderico Catholico, & Leopoldo Glorioſo, conſtat quidem jus hæreditarium in Auſtria viguiſſe, vi Privilegii a Friderico I. Aug. an. 1156. Henrico Jaſomirgoto primo Auſtriæ Duci dati, ſed jus hoc ſolum *Deſcendentibus*, non Collateralibus datum fuiſſe, inſinuare videntur verba ipſius Privilegii a Friderico I. Imper. conceſſi, quod ita differte habet: *Inter Duces Auſtriæ, qui ſenior fuerit, Dominium habeat dictæ terræ, ad cujus etiam ſeniorem Filium, Dominium jure hæreditario deducatur, ita tamen; quod ab ejus ſanguine non recedat.* Item: *Et ſi, quod Deus avertat, Dux Auſtriæ ſine hærede Filio decederet, idem Ducatus ad ſeniorem Filiam, quam reliquerit, devolvatur.* V. Privilegium Friderici I. Aug. apud Hier. Pez tom. 1. ſcript. Auſtriac. col. 1195. &c. idem vero Privilegium aperte Collaterales excludit a ſucceſſione, eo, quod Duci Auſtriæ, qui liberos non habuerit, & reliquerit, facultatem tribuat legandi terras ſuas, cuicunque libuerit, his verbis: *Dux Auſtriæ donandi, & deputandi terras ſuas, cuicunque voluerit, habere debet poteſtatem, ſi, quod abſit ſine hæredibus liberis decederet, nec in hoc per Imperium debet aliqualiter impediri.*

Sed ſolum ad Deſcendentes.

Non Collaterales, ſeu Fratres, & Sorores.

Frider. Catbol. Auſtr. hæredem teſtamento inſtituit.

Ex his facile reſpondet Cl. Lambacher objectioni illi, cur nempe Fridericus Catholicus, Leopoldi Virtuoſi filius, ſucceſſorem obtinuerit Fratrem juniorem Leopoldum Glorioſum; nam, non recurrendo ad gratiam Imperatoris in hoc facto, expreſſis terminis docet Ortilo ad an. 1208 ſcriptor coævus ſequentia: *Idem Dux* Fridericus, *in terra S. remanens, cæteris ob mortem Henrici VI. Imper. redeuntibus, pro amore Crucifixi, ibidem etiam animam poſuit XVII. Kal. Maji poſtulans, ut in Auſtriam reductum corpus, in S. Cruce ad Patrem Luipoldum apponeretur, cui cœnobio ſibi chariſſimo villam Vezelendorf in teſtamento legavit, fratri Auſtriam reliquit ſine Conjuge & Liberis defunctus.* Ortiloni credi debet, eo, quod præſentem ſe fuiſſe, funeralibus hujus Ducis ipſe fateatur.

§. III.

Frider. bellic. Auſtriam nemini legavit, unde eadem capit vacare.

Eodem legandi, cui vellet, jure uti potuiſſet, imo uſurus absque dubio fuiſſet Fridericus bellicoſus Dux Auſtriæ in favorem Sororum ſuarum, vel Neptis ex Fratre, niſi repentina morte occubuiſſet in prælio adverſus Hungaros an. 1246. ut eo anno dicetur. Cum itaque

que Auſtriam hæreditariam ſolum ad Deſcendentes, ſeu Filios, ſeu Filias ex Privileg. Fridericiano deducat Lambacherus, cumque Fridericus bellicoſus, inopina morte abreptus, legandi Auſtriam copiam non haberet, rite idem concludit, Auſtriam a morte Frider. bellicoſi Auſtriaco-Babenbergici Ultimi Imperio vacaſſe.

Inde Auſtria & Styria poſt mortem Friderici Ducis, nomine Imperii adminiſtrata.

Friderici I. Aug. Privilegium Auſtriæ datum, cum Veronæ 3. Junii confirmaret Fridericus II. Aug. an. 1245. eique Diplomati ſubſcriberet *Rudolphus Nobilis Comes de Habſpurch*, dein Imp. Auguſtus, minime mirum eſt, quod a morte Friderici bellicoſi Ducis, illico Fridericus II. Aug. Privilegii ab Avo ſuo dati, a ſe confirmati probe memor, Auſtriam & Styriam nomine Imperii adminiſtrari jufſerit, primum per Ottonem Com. de Eberſtein, dein per Ottonem Bavariæ Ducem, ut ſuo loco oſtendam.

§. IV.

Margaretha Auſtriae. Soror Friderici Ducis an jus in Auſtriam habuerit.

Hiſce author laudatus, ſententiam ſuam de Auſtriæ hæreditaria ſucceſſione, ſolum ad Deſcendentes, non vero ad Collaterales, feliciter & enucleate abſolvit, ita ut eidemæg re quis refragari poſſet, præſertim, ubi collateralem ſucceſſionem in feudis germani Imperii, Rudolphi I. tempore nondum inductam, compluribus & convincentibus exemplis oſtendit; quædam tamen de Auſtria, uti & Styria noſtra (de qua plura §. VII.) geſta, me aliquatenus retinent, ut quamvis ex Privilegio Friderici I. hæreditariam ad Deſcendentes, non Collaterales, Auſtriam ipſe credam, hoc tamen turbato a morte Friderici bellicoſi ævo, Margarethæ jus quodpiam ſucceſſionis in Auſtriam, tum a Pontifice ſummo, tum ab ipſo Friderico II. Aug. aliisque Auſtriæ ſtatibus agnitum cenſeam: vades aſſerti mei ſtatuo, 1. Pernoldum ſæpius citatum ad an. 1246. ita ſcribentem: *Poſt mortem Ducis, ſicut conſtituit & dedit Privilegium Fridericus I. Aug. Auſtriæ Ducatus ſpectabat ad ſeniorem Filiam ultimi Ducis, qui talem poſt ſe non reliquit, Fridericus nullam habuit, Henricus ejus Filius, nunquam fuit Dux, quare non Gertrudis ejus Filia, nec Conſtantia Uxor Marchionis Misniæ, ſed Domina Margaretha, tanquam ſenior Filia, Luipoldi Ducis, Romanorum quondam Regina, hæres fuit:* ex mente proin Pernoldi Campililienſ. videtur Diploma Frider I. Aug. ita eo tempore intellectum fuiſſe, ut quemadmodum *inter Duces Auſtriæ, qui ſenior fuerit, Dominium Auſtriæ habeat, idque ad ejus ſeniorem Filium hæreditario jure deducatur, ita quoque, ſi Dux ſine hærede Filio decederet, etiam Ducatus ad ſeniorem Filiam, ſi quam reliquerit*, vel ſi ultimus Dux talem non reliquerit, ad aliam Ducis præcedentis Filiam ſeniorem devolvatur.

Privilegium Frid. I. Imp. de Auſtr. ſucceſſ. quomodo intellectum.

Minime contendo, Privilegium Fridericianum ita in rigore ſuo eſſe interpretandum, ſed ſolum cenſeo, his in turbis, ut Auſtriæ orbatæ ſuccurreretur, ſuiſſe acceptum; Fridericum II. certe Imperatorem eo tempore viventem, ita etiam ſenſiſſe citatus Pernoldus docet, licet quid aliud more ſuo ſimularet; *Imperator* inquit Pernoldus, *ſibi nunciata Friderici Ducis morte, ſtatim ex partibus Rheni, illuſtrem Ottonem, Comitem de Eberſtein ſubmiſit Viennam, præcipiens, ut jura Provinciæ pro*

Fridericus II. Imperio curaret. Hæc erat ſimulatio Friderici II. Imper. quid vero in-

Imper. Auſtriam ambit jure a Margaretha petito. tenderet, ſubjungit Pernoldus: *ipſe enim propter Dominam Margarethan, ſui quondam Filii* Henrici *Reginam Uxorem appetebat Auſtriæ Provincias*, jure proin a Margaretha hac, in ſe ob Filium ſuum defunctum derivato.

Innoc. IV. P. Margar. jus in Auſtriam agnovit. Nec minus Romanus Pontifex, jus quoddam in Auſtriam Margarethæ fuiſſe arbitrabatur, nam Pernoldus ad an. 1247. ait, Innoc. *Papa, ut hanc Provinciam ſibi devotam redderet per Dom. Margarethan efficere tentavit, & cum noviſſet eam in Monaſterio habitare, ac putaret poſſe, eidem conſuetudine Monaſterii venire in mentem, cælibatum perpetuum, vel profeſſionem ordinis, hortatus eſt illam, ut pro bono Eccleſiæ, in periculoſo ejusdem ſtatu, cum Fratre Marchionis Misnenſis nuptias faceret, ut hic per eam jus acquireret in Auſtriam &c.* ergo cenſebat Pontifex, uti & Imperator ipſe Fridericus II. jus aliquod in Auſtriam, huic Margarethæ fuiſſe, & de hac ejus temporis opinione nos docuit Pernoldus omni exceptione major, ut Differt. 1. dictum.

§. V.

Margar. Auſtriaca ſe Dominam Auſtriæ gerit. Sed ne ſolius Pernoldi authoritate nitar, adducam ad an. 1248. Diploma Margarethæ Reginæ, ex Cl. Raymundo Duellio datum in Heinburg 6. Kal. April. quo eadem Canoniæ S. Hyppoliti varia bona confirmat, Privilegia nova tribuit, de geſtis Ottonis Eberſteinii in Auſtria decernit &c. *V. Diplom.* mea in fine num. 95. Ex quo, quamvis eo anno nondum eam inter veros Auſtriæ Principes repoſitam legam, neque eadem titulum ſibi talem adhibuerit, jus tamen aliquod eo tempore eidem in Auſtriam tributum cenſeo, tantamque authoritatem, ut Præpoſitus S. Hyppoliti, utique non absque aliorum exemplo, ab ea confirmationem, Principi terræ propriam peteret.

Varii in Auſtria Duces agniti. Jus Margarethæ, mox a morte Friderici Ducis, utcunque debile videbatur, cum ob optimatum ſtudia diverſa, etiam Provincia in partes ſcinderetur, ita, ut Auſtriaci an. 1246. &c. Imperatori Friderico, dein poſt abſceſſum Ottonis Eberſteinii, quidam ſolum Margarethæ Reginæ, tandem alii non pauci Hermanno Badenſi, Gertrudis Auſtriacæ Marito, quin & Belæ Hungariæ Regi eam Provinciam optarent.

Auſtriaci collateralem ſucceſſionem fovent. Hermanno Badenſi æmulorum Auſtriæ non obſcuro, Viennæ jam ſedem figente, atque an. 1250. mortuo, Papa Innocentius IV. denuo Margarethæ literis perſuaſit, *ut Florentio Com. Hollandiæ, Fratri Wilhelmi Regis nubere vellet, eumque redderet Auſtriæ Ducem*, ſed cum teſte Pernoldo, Provinciales Auſtriæ in Principem tam alienigenam non conſentirent, conatus Papæ denuo irritus fuit, mox apertis ſtudiis Auſtriaci collateralem ſucceſſionem foverunt, dum an. 1251. Legatos in Misniam mittunt, unum filiorum Conſtantiæ petituros, qui pro

Ottocarus ſe intrudit. Dom. Margaretha Dux eis præeſſet: ſed prævenit eorum mentem Ottocarus Bohemus, & detentis Legatis Auſtriæ in Misniam decretis, eisque minis & benevolentia corruptis Viennam ipſe venit an. 1251. nuptias Margarethæ, jusque ſimul in Auſtriam cum ea obtenturus: reſtitit primum nuptiis Margaretha, impedimentum præcipue cognationis objiciens, tandem vero an. 1252. ſublato conſanguinitatis in

quar-

quarto gradu impedimento conſenſit connubio *pro bono publico*, ad preces & conſilium comprovincialium, ut ait Pernoldus *boni publici* vero ratio in eo ſita videbatur, ut inter tot æmulos Auſtriæ Margaretha cui hoc tempore jus in Auſtriam tribui ſolebat, virum eligeret, cui ſuum etiam jus communicaret, unde Chron. Mellic. ad an. 1254. ait, Ottocarum Auſtriam & Styriam *dotis nomine* obtinuiſſe. Et ſane! quomodo teſte Chronico Garſtenſi, *ipſa Margaretha, Privilegia terræ Marito ſuo exhibere, & jus ſuum tribuere ſibi ſolemniter potuiſſet, nullo penitus in contrarium allegante*, ſi ea jus nullum habuiſſe credita fuiſſet? imo ſi jus Margarethæ dubium tunc fuiſſet, quomodo id *nullo penitus in contrarium allegante* Ottocaro communicaſſet? firmiter itaque credo, Margarethæ huic jus in Auſtriam fuiſſe agnitum, præſertim, cum eadem cum Chronico Garſtenſi referant proſecutor Martini Poloni apud Eccardum tom. 2. col. 1421. Ottocarus ab Hornek apud Hier. Pez. tom. 3. a cap. 11. ad 22. Jacobus Unreſtus Scriptor Carinthiæ in Chronico Auſtriæ, quæ demum omnia manifeſtiſſime, præſens ut reor nuptiis, & communicationi juris in Auſtriam Ottocaro factæ Pernoldus confirmat his verbis: *tunc Dom. Margaretha protulit aureas bullas Friderici I. & II. Imperatorum de inſtitutione Auſtriæ in Ducatum, & ſucceſſione ſenioris Filiæ ultimi Ducis, & ſuum jus Ottocaro commune fecit coram Provincialibus*, quamvis vero privilegia hæc ſolum *de ſucceſſione ſenioris Filiæ ultimi Ducis*, teſte ipſo Pernoldo loquantur, exin tamen colligitur, Privilegia hæc, tempore hocce, intellecta ita fuiſſe, ut ſi ultimi Ducis Filia nulla extaret, ſenior Filia anterioris Ducis ſuccederet.

§. VI.

Ottocarus dein Rex, & maritus Margarethæ in quodam ſuo Diplomate Eccleſiæ Friſingenſi dato (V. hiſt. Friſing. tom. 2. p. 1. pag. 41.) dum ſe Ducem Auſtriæ & Styriæ ſcribit, donationes quasdam, *cum conſenſu, & bona voluntate Margarethæ Uxoris* de terris Auſtriacis fecit. Commune itaque jus ſuum Margaretha Ottocaro fecit, non vero totum in eum transtulit, ſecus ejus conſenſum Ottocarus in rebus Auſtriæ exquirere non neceſſe habuiſſet, unde dum an. 1261. Ottocarus Margaretham repudiaret, jus ſuum in Auſtriam omiſit, ab eoque tempore uſurpator, non Dux Auſtriæ erit cenſendus. *Margaretha jus ſuum in Auſtriam Ottocaro communicat.*

Hæc mihi argumenta ſunt, cur Margarethæ Auſtriacæ jus in Auſtriam aliquod agnitum, cur Privilegia Friderici I. & II. Imp. de ſucceſſione hæreditaria in Auſtriam, non ſolum *de ſeniore Filia ultimi Ducis*, ſed etiam anterioris intellecta hoc tempore credam, vel errore aut ignavia temporum, vel quacunque demum de cauſa: nec inde ſententiæ Cl. Viri Lambacheri contrarium ſentio, quin ipſe firmiter credo, in Auſtria præſertim collateralem ſucceſſionem, vi Privilegii Fridericiani non admiſſam, ſi in rigore loquamur, attamen toleratam, atque ab ipſo Friderico II. Imp. ſummo Pontifice ac Provincialibus pro turbato horum temporum more fuiſſe agnitam. Unde non miror Ludewigium in Germania Principe lib. 1. cap. 1. §. IV. nota a dicentem, *fateor me vix aſſequi, quo jure factum ſit, ut Auſtria*

Rudolpho Cæſari abveniret, etenim Ludewigius opinabatur, Fridericum Auſtriacum Hermanni Badenſis, & Gertrudis Auſtriacæ Filium, Neapoli decollatum, inter hæredes Auſtriæ eſſe referendum, ſicque Auſtriam vacaſſe primum poſt ejus infelix fatum an. 1269. ſed quamvis collateralis ſucceſſio in Auſtria ſtatueretur, Fridericus tamen hic Auſtriacus, nunquam inter Duces Auſtriæ numerandus erit, cum Margaretha Filia, prima ex collateralibus ſuccedere debuiſſet, & poſt eam Conſtantia Misnenſis, ejusque Liberi ante Gertrudem hujusque Proles, unde etiam Fridericum hunc, nemo Ducem Auſtriæ, vel Styriæ agnovit.

Concluſio de Auſtria.

At inquies, quid hæc ad meritum cauſæ? quæritur enim ſolum, quo titulo ditiones Auſtriacas Rudolphus Ottocaro Bohemo eripuerit? ut paucis me expediam, cum citato Lambachero cenſeo, Rudolphum Ottocaro eas ditiones abſtuliſſe, quod eas vacaſſe Romano Imperio crederet, an vero Rudolphus eas vacaſſe cenſuerit, jam a morte Friderici bellicoſi an. 1246. an a morte Margarethæ Auſtriacæ an. 1267? non multum litigabo, congrue magis ad Privilegia Fridericiana (quorum ultimo an. 1245. Rudolphus ipſe adhuc Comes ſubſcripſit) dicendum, credidiſſe Rudolphum, terras has vacaſſe a morte Friderici an. 1246. quoniam, ſi collateralem ſucceſſionem ſuſtinuiſſet Rudolphus Auguſtus, Conſtantiæ Auſtriacæ Proles ex Henrico illuſtri Marchione Misniæ, ab *hæreditario* jure non excludere, ſed fovere debuiſſet.

§. VII.

Styria an hæreditaria.

Hæc prælibanda erant de Auſtria, ut quæſtio eadem de Styria facilius digereretur: Styriam Marchionibus primis non fuiſſe hæreditario jure datam cenſeo, quamvis enim ſumma Ottocarorum noſtrorum fuerit authoritas, & potentia ſæc. 11., jusque plenum territorii haberent, officiales ſibi ſtatuerent, hæc tamen omnia, non alia via, niſi Cæſarum gratia obtinuiſſe videntur, ſic Ottocarus II. ſæculi 11. *initio Conradi Cæſaris caſtra in Italiam ſecutus*, in laborum præmium, tractum Anisburgenſem, ſeu Dynaſtiam Styrenſem obtinuit poſt obitum Henrici V. Bavariæ Ducis, præſertim cum Cæſari homagium præſtaret, ſane ipſe Ottocarus II. licet Adalberone Fratre junior, gratia Cæſaris, Styriæ Marchiam obtinuiſſe videtur. Nec cohærent ea, quæ de Ottocaro IV. Marchione primo Styriæ, authoritate Imperiali conſtituto referuntur, & Ottocarus V. licet ſupremus Styriæ Dominus, & pluribus terrarum acceſſionibus auctus, non hæreditarie, ſed via gratiæ Cæſareæ, Styriæ Marchionatum accepit, quamvis alios terrarum tractus, Comitatum Putinenſem &c. titulo hæreditatis obtineret.

Styria fit hæreditaria ſub Ottocaro VI.

Hæreditaria mihi Styria ſimul, & Ducatus facta videtur an. 1180. ſub Ottocaro VI. cui Styriæ Ducatus a Friderico I. Cæſare collatus; quamvis enim Chronicon Reicherſpergenſe, aliique authores, ſolum dicant, Ottocarum an. 1180. in curia Ratisbonenſi 3. Kal. Julii a Friderico I. Cæſare, Ducis nomen adeptum, & gladio accinctum, nul-

la

la Ducatus hæreditarie collati mentione, plura tamen Diplomata Ottocari VI. id ipſum haud dubie innuunt: Diploma Frider. I. Cæſ. quo Styriam Ducatum fecit, non exſtat amplius, varia tamen Diplomata Ottoc. VI. in rei hujus argumentum convincens, adducere poſſum: ſic an. 1184. ait Ottoc. VI. in Diplomate Vorav. Canoniæ dato: *Cogitavimus terram Styriæ, dilecto Conſanguineo noſtro, Luipoldo Duci Auſtriæ, ex nimia corporis noſtri infirmitate venumdare proprietarie.* An. 1186. in alia charta Vorav. de hæredibus a ſe ſubſtitutis ita loquitur: *itaque in dilectiſſimum Ducem Auſtriæ Luipoldum Conſanguineum meum, Filiumque ſuum Fridericum, ſi mihi ſupervixerint, hæredes deſignavi,* atque an. 1186. ſolemni Diplomate, eundem Luipoldum, publicis in comitiis in monte S. Georgii habitis ſucceſſorem ſtatuit, nulla conſenſus Imperialis mentione interpoſita, imo in eodem Diplomate, miniſterialibus Styriæ concedit, ut ſi ſucceſſor Dux Styriæ, *clementer gubernare* deſiſteret, *& quaſi tyrannus in Styros ſe erigeret,* hi *appellandi & curiam Imperatoris adeundi,* aliumque ſibi Principem petendi haberent facultatem. *Styriæ Privilegia de electione Ducis.*

§. VIII.

Plura hujusmodi teſtimonia tom. 1. diſſert. 4. & in Diplomatibus videri poſſunt, ex quibus bina eruo: 1. Styriam ſub Ottocaro VI. certe fuiſſe hæreditariam, imo Duces Styriæ habuiſſe eandem, uti Duces Auſtriæ, facultatem vendendi, donandi, legandi Styriam, cui vellent; etenim cum cogitaverit Ottocarus VI. Styriam *venumdare proprietarie*, cum dein mente mutata, eam Leopoldo Auſtriaco donaverit, eumque hæredem ſolemni Diplomate deſignaverit, eodem modo Styria hæreditaria cenſenda erit ac Auſtria, ex effectis iisdem. 2. An Styriæ Ducatus hæreditarius fuerit ſolum ad Deſcendentes, an etiam ad Collaterales? vix quidquam ſtatui poteſt defectu Diplomatis non amplius exiſtentis, quo Styria Ducatus evaſit; ſi enim illud exſtaret adhuc, facile foret quæſtionem hanc decidere. Ex facto tamen ipſius Ottocari VI. quo Styriam vendere voluit, dein vero mutata mente Leopoldo Auſtriaco Conſanguineo ſuo ſibi quarto gradu cognato legavit, ex hoc inquam facto, ſuſpicari licet, cum Duces Styriæ eandem cum Auſtriacis legandi, donandi, vendendi, terras ſuas, cui vellent, facultatem habuerint, Collaterales in ſucceſſione hæreditaria Styriæ fuiſſe excluſos, nam, ſi hi vi juris & Privilegii ſuccedere debuiſſent, Ottocarus VI. Styriam legare, minus ut placebat quondam, vendere potuiſſet. Felicior erat itaque Ottocarus VI. Friderico bellicoſo, utpote, cum Privilegiis de diſpoſitione libera ſibi datis, uti potuerit, non Fridericus inopina morte conſumptus. *Styria an hæredit. ad deſcendent. an etiam ad Collaterales.*

§. IX.

Indubium ergo eſt, Styriam ab Ottocaro VI. ad Auſtriacos, legitimo titulo, & jure donationis ac delegationis fuiſſe devolutam, ita tamen, ut caveret Ottocarus VI. ſolicite, quatenus ſua Styris ſarta, tectaque manerent Privilegia; Anno dein 1195. decretum Ottocari VI. *Ottocari VI. Dipl. de ſucceſſ. Auſtriac. aliquaſ liter infractum.*

de ſucceſſione Auſtriacorum in Styria, jam aliqualiter infractum videtur, dum Leopoldo virtuoſo defuncto, non Fridericus Dux ſimul Auſtriæ, ſed hujus Frater Leopoldus Glorioſus Ducatum Styriæ obtineret, ita vero de Styria ſanxit Ottocarus VI. *cujus Provincia* (loquitur de Leopoldo Virtuoſo, & Auſtria) *cum noſtræ ſit contigua, ut ſub unius pacis & Principis facilius valeat utraque moderari juſtitia &c.* voluit ergo Ottocarus, eundem præeſſe Styriæ, quem Auſtriæ Principem, ita quidem, *ut poſtea, quicunque de ſuis Nepotibus ſibi ſuccedentibus Ducatum Auſtriæ tenuerit, Ducatum quoque regat Styriæ, cæteris Fratribus, nullo modo deſuper hoc litigantibus.* Nonnulli ad ſalvanda Diplomatis verba contendunt, Leopoldum Glorioſum, ſolum fratris nomine Styriæ fuiſſe moderatum; at verius cenſeo, Ottocarum, non per modum præcepti, ſed potius prudentis præcautionis ſtatuiſſe jus in Styriam Primogenito Auſtriæ, ita tamen, ut, ſi vellet, etiam juniorem Fratrem ad Regimen Styriæ admitteret, non legis, ſed fratris beneficio; ſicque etiam amborum Fratrum, Friderici & Leopoldi, in Auſtria & Styria Regimen, uti conjunctiſſimum, ita quoque feliciſſimum erat.

§. X.

Styri hæred. collat. ſucceſſ. non agnoſcunt.

A morte Friderici bellicoſi, Styri collateralem ſucceſſionem nullatenus in Ducatu ſuo agnoviſſe videntur; quamprimum enim Fridericus *bellicoſus*, Auſtriaco-Babenbergenſium Ultimus, ſine hærede obiret, & Imperator Fridericus II. Ottonem de Eberſtein Præfectum ſuo & Imperii nomine terris his Duce Viduis mitteret, Styri cum Auſtriacis Ottoni eidem illico, etiam contra ipſius ſupremi Eccleſiæ Capitis ſenſum adhæſere, ita, ut Innocentius IV. Papa graviter Styris ea de re indignaretur; do verba Innocentii IV. ad Petrum Caputium Cardinalem, Germaniæ Legatum: *Accepimus ſiquidem, quod Marchio Misnenſis, Bavariæ & Saxoniæ Duces, & Filia ipſius Ducis Saxoniæ, nec non & Nobiles de Auſtria & Styria, & H* (lege *O* ſeu Otto) *de Ooverſtein* (lege Eberſtein) *qui pro ipſorum Nobilium Capitaneo, nomine dicti Friderici ſe gerit, viri nobiles genere, ſed ſuis perverſis actibus ignobilitantes ſe ipſos, & in reprobum ſenſum dati, præfato Friderico, contra Deum, & ipſam Eccleſiam aſſiſtunt viriliter &c.* Igitur Eberſteinius, nomine Friderici II. Imp. Præfectus fuit Auſtriæ & Styriæ, & Styri Margaretham, ex linea Friderici Ducis Collateralem, ſeu Sororem, hæredem non agnovere, ſecus enim Eberſteinium nomine Imperii Præfectum, Capitaneum ſuum recipere non potuiſſent, imo cum Innocentius IV. Papa, Margarethæ Auſtriacæ nuptias, cum Fratre Marchionis Misnenſis, Wilhelmi Regis Nepote procurare ſtuduiſſet, Marchio vero ipſe eas recuſaret, Papa Auſtriacos & Styros interdixit, eo, quod Friderico II. Imp. nomine Imperii, Auſtriam & Styriam, velut vacantes Provincias procuranti, contra Margaretham adhærerent.

Ubi dein an. 1247. Margaretha Auſtriaca ad monita Papæ in Auſtriam venit, Viennæ ſubſiſtere non potuit, quamvis magno ibidem honore excepta; ob potentiam enim Ottonis Eberſteinii Præfecti Imperialis, eique adhærentium Auſtriæ optimatum, Heinburgum ſe contulit:

tulit: an. 1248. cum Auſtria & Styria diſſidiis ſcinderetur, nec Eberſteinius amplius remanere vellet, hic Veronæ Fridericum Imp. adiit, atque in Auſtriam reverti recuſavit, quo eodem tempore teſte Chronographo Salisburg. *Majores terrarum Auſtriæ & Styriæ pro Domino petendo ad D. Fridericum Imperatorem Lombardiam intraverunt &c.* Ex quibus proin manifeſte eruo, Auſtriacos cum Styris, terras ſuas vacantes judicaſſe, eaque de cauſa Imperatorem adiiſſe, ut in terris his, tanquam feudis Imperio Liberis, Ducem conſtitueret Imperator. Plura adſunt diplomata eam rem confirmantia, de quibus in opere ipſo, unicum interim adfero Admontenſe, inter mea hoc tomo num. 93. an. 1241. datum, 13. Kal. Februarii, quo *Otto Eberſteinius, Sacri Imperii per Auſtriam & Styriam Capitaneus & Procurator*, pro Monialibus Admontenſibus ſententiam tulit, proin Capitaneus etiam Styriæ agnoſcebatur.

Styri an. 1247. terram ſuam vacantem judicant.

Poſt Ottonis Eberſteinii ex Auſtria & Styria diſceſſum, dum utraque Provincia Capitaneo careret, Auſtriacorum non pauci, Margaretham hæredem, & Dominam agnoſcere inceperunt, ſed, uti dicetur, diviſis adeo ſtudiis, ut, poſtquam Gertrudes Auſtriaca, an. 1248. Hermanno Badenſi nuberet, plurimi in Auſtria, ad hujus partes abirent; non item in Styria ſic actum eſt, quamvis enim Hermannus Badenſis, quam maxime vellet, nunquam tamen in Styriam penetrare potuit, proceribus a ſe alienis, ac Friderico Imp. addictis, proin continuo judicantibus, Styriam feudum Imperio vacuum eſſe, imo ad mortem uſque Friderici Imper. an. 1250. conſecutam, Styri Mainhardo Comiti Goritienſi & Styriæ pro Frider. Imp. Capitaneo fideliſſime parebant. Ita præter plurimos alios authores a me in ipſo opere adducendos ait Chronic. Salisburg. de Mainhardo Com. Goritiæ, qui *Styriam intrans pro Capitaneo ibi recipitur*, unde Styri hoc tempore nec Margarethæ, nec Hermanno Badenſi, jus aliquod in Styriam eſſe arbitrabantur.

Auſtriaci ad lateralem ſucceſſionem inclinant.

Non Styri, qui Herm. annum Baadenſ. non recipiunt.

Sed Frideric. Imper. ad mortem uſque adhærent.

§. XI.

Poſt mortem Friderici II. Imp. an. 1250. die 13. Decembris conſecutam, Mainhardus Comes Goritiæ, ac Friderici Imp. in Styria Capitaneus, hanc Provinciam deſeruit, inde, cum in Auſtria ſimul obiret Hermannus Badenſis, Hungari Provincias has cum Imperio vacuas cernentes, easdem cum Cumanis vaſtaverunt, & quamvis ingentia damna Auſtriæ inferret Bela Rex cum ſuis, *plus tamen Styriam prægravavit, & corruptis nobilibus certis per pecuniam, pro multa parte ſibi promiſſum Ducatum vendicavit*, inquit Haſelbachius; nec minus moleſtus erat Patriæ noſtræ, Philippus electus Salisburgenſis, miles magis, quam Præſul, qui, ut ait Chronicon Salisburg. *Marchiam intrans manu hoſtili, poſſeſſiones quorundam Styrienſium, rapinis & incendiis devaſtavit.*

Poſt mortem Frid. II. Imp. Hungari vaſtant Auſtriam & Styriam.

Et Philippus el. Salisburg.

Has inter Patriæ turbas (dum an. 1251. Auſtriæ optimates collateralem ſucceſſionem agnoſcentes, pro uno Filiorum Marchionis Misnenſis ex Conſtantia Auſtriaca Legatos mitterent, qui ambos Ducatus pro Domina Margaretha regeret) Styri noſtri oppido reſiterunt,

Auſtriacis ſucceſſ. collater. admittentibus Styri repugnant.

Et petunt Henricum Filium Ottoc. Duc. Bavar.

runt, nam teſte Pernoldo, *Styrienſes alio nuntio invitaverunt, Henricum Filium Ottonis Ducis Bavariæ, ſed quia Rex Hungariæ Bela, has Provincias vehementiſſime cupiebat pro Filio, non auſus eſt Henricus Bavarus, licet gener Belæ, ſine ejus conſilio easdem occupare, nec voluit &c.* Styrorum Legatus in Bavariam erat *Ditmarus de Weiſſenek*, nobilis Styriæ Dynaſta, qui, cum ab Ottone Bavaro rogaretur, in Hungariam ad impetrandum Belæ conſenſum deſcendere, ab ipſo Bela, qua donis, qua promiſſis coemptus eſt, ut novam legationem pro Stephano Belæ Filio, in Styriam ſuſciperet, quod etiam tam dextere perfecit, ut Styri Stephanum Hungarum, ſibi Principem evocarent.

Dein Stephanum Belæ Hungariæ Regis Filium.

Nolim Styrorum factum defendere, quorum potius fuiſſet, Wilhelmi Imperatoris (in Styria agniti ex Diplom. 35. Epiſc. Seccov.) ſententiam exſpectare, cuinam Principum, feudum Styriæ vacans conferre vellet, id tamen inde concludo, Styros noſtros, ea in ſententia fuiſſe obfirmatos, quod Provincia ſua vacaret. Interim, cum res Imperii, hiſce immenſis æmulorum & hoſtium turbis hærerent, nec ſatis tuto loco eſſent, indulgendum Styris videtur, cenſeo enim eos, Privilegia ſua ab Ottocaro VI. in translatione Styriæ ad Auſtriacos an. 1186. facta, pro temporum neceſſitate, fuiſſe interpretatos, quibus (dum Ottocarus ei conceſſit, ut, *ſi Princeps ſpreta æquitate clementer gubernare deſierit, & quaſi tyrannus ſe in eos erexerit, appellandi & curiam adeundi Imperatoris, & prætendi ſuam juſtitiam irrefragabilem habeant licentiam*) iidem Styri, benigna interpretatione liberum ſibi cenſuerint, his in turbis ad tyrannorum vim avertendam, Principem ſibi interim ſtrenuum deligere, donec Curiam Imperatoris adeundi facultas fieret. Hæc quidem efficaciter non defendo, id ſolum arbitror, Styriam ad Alberti uſque tempora, ex mente ipſorum Styrorum vacaſſe.

Ottocarum Bohem. etiam poſt nuptias Margar. non recipiunt.

An. 1252. dum Margaretha Auſtriaca poſt nuptias, jus ſuum omne putativum in terras Auſtriacas, Ottocaro Bohemo communicaret, hic illico in Styriam venit, aſt a Proceribus obtinere non potuit, ut Sacramentum ei dicerent, unde, ne nihil Ducis geſſiſſe videretur Ottocarus, Runenſium Privilegia Græcii confirmavit, ut V. Diplom. mea in fine num. 106. Rationem, cur Styri Ottocarum non receperint, reddit quidem Pernoldus, aſt, an ea unica, vel genuina fuerit? exploratum minime habeo, ita vero ait de Bela: *Styriam ſibi pecuniis conciliavit pro Filio Stephano*, nam licet Styriam pecuniis ſibi coemerit Bela, Styros tamen, jus hæreditarium collaterale Margarethæ, jam antea non agnoviſſe, facile diſpicitur.

Gertrudes Auſtriaca Styriæ Duciſſa non agnita.

Gertrudes Auſtriaca, licet eodem hoc tempore, *portionem Styriæ circa Judenburgum & Voitſpergam*, teſte Haſelbachio obtineret, hæc tamen portio ei interim, dum lis omnis finiretur, a Bela Hungariæ Rege eſt aſſignata, non vero a Proceribus Styriæ; & quanquam eadem an. 1253. in Diplom. Mahrenberg. inter mea num. 109. ſe *Duciſſam Styriæ* ſcriberet, talis tamen agnita fere a nemine fuerat, ut ex ſubſcriptis teſtibus ejus Diplom. patebit.

§. XII.

Tandem, cum Bela Rex Hungariæ, *faventibus ſibi*, ut teſtatur Chron. Mellic. *quibusdam Optimatibus Auſtriæ, & Styriæ*, laceſſere Auſtriam non deſiniret, Ottocarus Bohemiæ Rex, ex jure ſuo putativo, Belæ Styriam ceſſit, ut ſic Auſtriæ conſuleret, ſicque an. 1254. Stephanus Filius Belæ, Dux Styriæ, inuſitato omnium Procerum gaudio proclamatur: non diu tamen tenuit Styrorum gaudium; etenim, cum novus Dux Stephanus, illico in Styriam venire non poſſet, Bela *Styrienſium aſſenſu*, teſte Haſelbachio, *quendam Comitem Hungarorum in Grätz ſtatuit Capitaneum ſuum, Stephanum de Zagrabia*, hic vero inexplicabili faſtu ſuo, animos Styrorum, ita a ſe avertit, ut eum Bela revocare in Hungariam cogeretur; ſed denuo in Belæ animum ac gratiam penetravit Stephanus Zagrabienſis, denuoque Styris an. 1257. Præfectus eſt, cum vero an. 1258. rebelles ob eundem fierent Styri, Bela, ne eos a ſe alienaret, Stephanum Zagrabienſem iterum gradu movit, atque ex Styria evocavit.

Stephanus Dux Styriæ an. 1254. proclamatur.

(Steph. Zagrabienſ. Cap. Styr.

An. 1259. Hungarorum rigidum nimis Regimem, omnium Styrorum animos, ita a Stephano Duce alienavit, ut eo abdicato Ottocarum Regem invitarent, ſibi ut Dux poſtea eſſet, qui gratiſſimo animo eam ſpartam acceptans, cum publice per pacta pacis cum Hungaris factæ, favere non poſſet, occulte modis omnibus factionem Styrorum adjuvit, ita, ut eo anno omnes Hungari e Styria pellerentur, Ottocarusque ea de cauſa illico in Styriam veniret.

Styri an. 1259. Ottocar. Boh. Ducem petunt.

Juſtiſſimum ſibi nempe arbitrabantur Styriæ Proceres, ut, cum collateralem Margarethæ ſucceſſionem, non agnoſcerent, cum tyranni more regentem in Styria Belam, & Stephanum experirentur, cumque vacantem Imperii Rom. Sedem adire non poſſent, ſibi ipſis interim ſtatuerent Ducem, donec novus a futuro Imperatore decerneretur; id, inquam ſibi juſtiſſimum arbitrabantur Styri ex verbis Privilegii ab Ottoc. VI. dati, & ab Auſtriacis ſucceſſoribus confirmati, ut V. §. XI. Cum enim tyrannide Hungarorum premerentur, cum Imperator nullus eſſet, qui eis de Duce provideret, credebant, jus ſibi ſuis e Privilegiis natum, ut ipſi terræ ſuæ de Duce & tutore conſulerent, donec futurus Imperator quid aliud decerneret.

Inde tamen nemo inferet, Ottocarum ob jus Margarethæ, a Styris Ducem petitum fuiſſe, neceſſitas enim ſola, & turbatio temporum fecere, ut Styri Ottocarum potentiſſimum, ſibique maxime vicinum, contra Hungarorum motus, tutorem potius, quam Ducem Styriæ expeterent, id, quod poſthac declararunt Styri, dum poſt electionem Rudolphi I. Aug. mox ſe ab Ottocaro ſejungerent, & Rudolpho firmiter adhærerent: præterea Ottocarus vacantem Styriam, feudum Imperii a nullo Rom. Imperatore recepit, ſicque inter veros Styriæ Duces numerandus non eſt.

Ottocarus tamen inde inter Duces Styriæ non numerandus.

§. XIII.

Synopſis de Styriæ ſucceſſ. hæreditaria.

Ex hiſce Styriæ noſtræ actis, benevolus Lector facile colliget, Styriæ noſtræ Nobiles Friderici I. & II. Auguſtorum Privilegia de Auſtriæ & Styriæ ſucceſſione ad ſummum rigorem intellexiſſe, nec unquam cenſuiſſe, in Ducatuum horum ſucceſſionem, lineas collaterales admittendas eſſe; hinc factum, ut Friderico II. Imperatori, Styriam Imperii nomine gubernanti ad mortem uſque fideliter adhærerent, ut ab eodem ſibi Ducem depoſcerent, ut nec Hermanno Badenſi nec Margarethæ Auſtriacæ, ejusque Marito Ottocaro Bohemo, nec Gertrudi Auſtriacæ, aut ejusdem Filio Friderico Neapoli dein capite plexo, claves deferrent, quamvis horum quidam ſe Duces Styriæ jactarent; &, licet dein Belam & Stephanum Filium, ac poſt horum tyrannidem Ottocarum Bohemum in Styriæ Dominum invitarent, ac admitterent, id tamen non juris cujusdam hæreditarii hiſce competentis titulo, ſed libero ſuo arbitrio fecerunt, neceſſitate minantium undique armorum compulſi, atque nonniſi inde culpandi, quod ſine ſententia legitima, ſupremi Capitis id feciſſent, excuſandi tamen ſimul, quod vel Sede Imperii vacante, vel non ſatis firmata, id ſibi juris competere, ex Privilegiis ſuis arbitrarentur.

Unde Cl. Lambacheri ſententia firmiſſime tenet pro Styris, nempe feudum Styriæ, licet fœmineum agnitum fuerit, tale tamen fuiſſe, quod ad *deſcendentem ſolum*, non collateralem lineam pertineret, Auſtriacis eo tempore ſatis in hac quæſtione juris nutantibus, hinc quoque concludo, cum authore cit. celeberrimo, Rudolphum I. Aug. Ottocaro Bohemo, eripuiſſe Styriam, tanquam feudum Imperio Rom. a Friderici bellicoſi an. 1246. morte vacuum.

§. XIV.

Sententiæ Autorum referuntur.

Ultimo variæ hac in re authorum ſententiæ exponendæ veniunt. Ludewigi ſententia jam §. VI. detecta, Vitus Arenpekius cenſet, Rudolphum I. Imperatorem Privilegia Friderici I. & II. de ſucceſſione

Ludewigii.

fœminea in feudis Auſtriacis non agnoviſſe, ſicque eo capite cenſuiſſe, eadem a Frider. bellicoſi morte vacaſſe; ſed hæc opinio facile erro-

Arenpekii.

ris convincitur, eo, quod Rudolphus I. Auguſtus, an. 1245. eadem Privilegia Auſtriæ a Friderico II. confirmata, præſens ſubſcripſerit, ac an. 1283. dum Filiis ſuis feuda Auſtriaca conferret, renovaverit, rataque denuo habuerit, uti ex opere ipſo patebit.

Cuſpiniani.

Aliter aliquantum ſentit Joannes Cuſpinianus docens, Rudolphum agnoviſſe quidem ſucceſſionem fœmineam in terris Auſtriacis, at has Ottocaro Bohemo eripuiſſe, quod Margaretham Auſtriacam Uxorem repudiarit, & veneno necarit, cumque ex ea Proles nullas genuiſſet, jus omne communicatum amiſiſſe; At, ſi Rudolphus ſucceſſionem fœmineam agnovit in Margaretha, eam negare non potuiſſet in aliis ſurculis Babenbergicis & Collateralibus ex Conſtantia Misnenſi, Gertrude Badenſi, & ſi Ottocarus ob repudiatam & necatam Margaretham a terris hiſce excludendus erat, non tamen etiam reliqui agnati Margarethæ.

Au-

Author faſtorum Campililienſium P. Chryſoſt. Hanthaler, novam aliquatenus ideam propoſuit; ſentit hic Auſtriam, a morte Friderici bellicoſi, ad Margaretham Auſtriacam, ac ea defuncta ad agnatos Babenbergicæ lineæ fœmineæ devolutam; quoniam vero Ottocaro has terras ſibi uſurpanti, agnati illi reſiſtere, & vim vi repellere non poterant, Rudolphus I. bona horum hæredum voluntate & conſenſu, terras eas, tanquam Imperii feudum ſibi adjudicavit, præſertim, cum hæredes Babenbergici petere non potuerint, ut Rudolphus cum periculo bonorum, ac ſanguinis ſui, eos in terras eorum reſtitueret; præterea ſupponit, Rudolphum jus hoc, alio modo iisdem hæredibus compenſaſſe; varia huic ſententiæ opponi poſſunt: 1) Hæres jus ſuum ideo non amittit, quod id propugnandi, & hoſtes propulſandi deſit facultas, jus enim non idem erit ac potentia, ſecus, qui armis Provinciam ſibi ſubjiceret, jus in eandem obtineret, quod vix quisquam admittet. 2) Quamvis Comites de Heunburg Ottocaro ſe opponere non potuerint, vivebant tamen eodem tempore Henricus illuſtris præpotens Marchio Misniæ, & Landgravius Thuringiæ, Conſtantiæ Babenbergico-Auſtriacæ Maritus, qui pro ſuis Filiis Alberto degenere, & Theoderico albo, eas terras prætendere potuiſſet, vivebat Albertus I. Dux Saxoniæ, cujus Uxor erat, Friderici bellicoſi Soror, ex qua Agnete ſuperabant hæredes fœmellæ, qui omnes ſimul ſaltem ſe Ottocaro opponere, & jus ſuum defendere potuiſſent. 3) Non conſtat, an hæredes hi Babenbergici, tacite vel expreſſe, vel dereliction ceſſerint jure ſuo in terras iſtas, ſecundum enim, ſi conſtaret, documentis probandum foret, derelictio vero, ſeu tacita juris ceſſio, vi juris naturæ, & gentium, tempus immemoriale requirit; jam vero defuncta erat Margaretha an. 1267. & Rudolphus circa an. 1276. terras Auſtriacas, feudum Imperio vacans declarabat, & quamvis forte Rudolphus ſtricte obligari non potuerit, terras has, tantis cum impendiis & periculis, Ottocaro eripere, & hæredibus Babenbergicis conſervare, nemo tamen inde inferet, eo præciſe titulo, quod eas Rudolphus, manu armata obtinuerit, etiam ſibi reſervare potuiſſe; nullus certe authorum hactenus prodidit, Rudolphum cauſam horum hæredum Babenbergicorum egiſſe, vel eum harum terrarum jus alio modo iis compenſaſſe, ut adeo Rudolphus terras eas vacantes Imperio crediderit, ſicque eas Imperio Romano reſtituerit, a ſe aliquando, tanquam ſupremo capite, alicui Principum conferendas. *Hanthaleri.*

P. Calles S. J. meminit quidem renunciationis cujusdam ab Ulrico & Agnete Heinburgicis an. 1279. factæ, ſed, ut obſervat Reverendiſſimus Hergottus, ea non Auſtriæ, & Styriæ Provincias, ſed allodialia ſolum harum concernebat.

Lazii, aliorumque ſententias dabo parte 2. hujus Diſſert. §. II.

Hiſce itaque primam hujus diſſertationis partem finio, & cum Cl. Lambachero, Auſtriam & Styriam a Friderici bellicoſi morte, vacaſſe cenſeo, eo, quod collateralis ſucceſſio in feudis germani Imperii, nondum tempore Rudolphi I. inducta fuerit, & quamvis terræ Auſtriacæ, etiam ad Filias transferri potuerint, non tamen ad Sorores; totum, quod a Lambacheri ſententia diverſum, adducere hic pla-

placuit, in eo consistit, quomodo Privilegia Fridericiana, Austriæ de successione fœminea data, hoc tempore, seu a Friderici bellicosi Ducis Austriæ morte, ad Rudolphi I. usque tempora, fuerint intellecta, alio nempe modo in Austria, atque alio in Styria, & in Styria quidem, satis exacte, cum iidem nunquam collateralem successionem receperint, imo sibi potius iis in turbis, jus nominandi Principem tribuere, quam collaterales contra Leges Imperii successores agnoscere voluerint.

Pars II.

PARS II.

Styria quo tit. Alberto I. sit tradita.

Styria, quo titulo Alberto I. in Comitiis Augustæ an. 1282. a Rudolpho I. tradita.

§. I.

Pars altera quæstionis hujus, ex priore profluit, si enim Styria a morte Friderici bellicosi vacabat, utique erat Imperatoris, feudum hoc Imperii, alicui Principum conferre; quemadmodum vero Fridericus II. Imperator, a morte Ducis Frider. bellicosi Styriam & Austriam, per Præfectos, suo & Imperii nomine constitutos, procurari fecit, ita & Rudolphus; nolebat enim feuda hæc, Ottocari usurpatoris morte libera, mox conferre, cum videret plures esse Principum, qui hisce Provinciis inhiarent; præcipui horum erant, Bavariæ Duces, & Mainhardus Comes Tyrolensis, qui ob egregie navatam apud Styros & Carinthos operam, præmium inde laborum, aliquam Provinciam sibi non modo sperabat, sed etiam expetebat; cumque Rudolphus ea de re consensum Imperii Principum exspectare se diceret, interim, ne terræ vacarent, Austriæ & Styriæ Albertum Vicarium an. 1281. Carinthiæ vero, ac parti Carnioliæ, Meinhardum Tyrolensem Præfectum dedit, periclitaturus inde, an Austriaci & Styri cum Alberto, & Carinthi cum Meinhardo probe convenirent.

Candidati pro Styr. Duc. sub Rudolpho I.

Styriæ Vicarius an. 1281. Albertus.

Tandem celebratis ad finem anni 1282. Augustæ Comitiis, de consensu Procerum Imperii, Rudolphus I. ut summus Imperii Monarcha, feuda Austriæ, Styriæ, Carinthiæ, & Carnioliæ &c. Filiis suis Alberto & Rudolpho contulit, ita tamen, ut Carinthiam, sibi jure postliminii reservaret conferendam, quam animo jam suo destinaverat Meinhardo Com. Tyrolensi, de quibus plura suo loco.

An. 1282. Dux Styriæ.

Styria itaque, ut *vacans* Imperio *feudum, jam a tempore Friderici bellicosi*, Alberto collata est, neque enim placet recens excogitatum systema, quo combinare volunt, binas has sententias nempe 1. *a Friderici morte terras has Austriacas, vigore Privilegii Fridericiani devolutas esse ad Sorores, Neptemque ejus ex Fratre.* 2. *Terras eas vacasse Imperio per resignationem Ottocari, jurisque in Rudolphum translationem.* Primam hujus systematis partem volunt constare, ex recepta passim sententia, Privilegio Fridericiano, actisque eorum temporum, de quibus jam parte 1. hujus differt. egi, alteram partem ostendere nituntur variis do-

Styria an cessione Ottoc. vacare Imp. caperit.

cu-

cumentis, & primo quidem, ne ab Ottocaro *iniquo poſſeſſore*, jus devolutum in Rudolphum videatur, exhibent ceſſionem Agnetis Auſtriacæ in Ottocarum factæ, quam an. 1279. eadem Agnes Judenburgi, etiam Rudolpho I. Aug. fecit. Ceſſionem hanc §. VI. fine dabo. Dein ajunt Conſtantiæ Auſtriacæ deſcendentes, vel horum nomine, Patrem Henricum illuſtrem Marchionem Misniæ, ſimilem ceſſionem feciſſe Ottocaro, ex Diplom. Alberti I. Imper. ad an. 1300. quod exſtat in Ludewigii reliquiis Mſs. tom. 5. pag. 438. in quo Imperator confirmat reluitionem factam a Wenceslao Ottocari Filio, civitatis Sadoviæ, & caſtri Birkenſtein, quæ Pater Henrico Misnenſi pro prætenſione in Auſtriam tradidiſſet, dein vero Ottocari jura omnia in Rudolphum translata fuiſſe, patere volunt, per decantatum laudum concordiæ inter eos ſtabilitæ. *Agnes Auſtr. an has terras Ottocaro & Rudolpho ceſſerit, vel hæredes Conſtantiæ Auſtr. Duciſſæ Misnenſis.*

Hiſce objectis facilis reſponſio datur, nam 1) conſtat ceſſionem Agnetis & Ulrici Heinburgicorum, uti & Henrici Marchionis Misniæ, pacta ſolum propria ſeu allodialia reſpexiſſe. 2) Ottocari ceſſionem, nec ab ipſo Rudolpho, legitimam fuiſſe habitam, ſic enim Rudolphus in literis confirmat: Privileg. Auſtriæ an. 1283. habet: **Ez ſcholl auch den vorgenannten unſern Sunen, und ir erben und nachkomen, und irn landen kainen ſchaden Bringen, ob der vorgenanten Brief kainer oder jeder artikl beſunderlich verrukt, oder czerbrochen wer, von wegen Grafhers Chunigs ze Behem, oder Bela kunigh cze hungern, oder von nyeman andern, oder noch czerbrochen mocht werden, wand ſi die egenanten land ze unrecht, und in raubesweiſe inne gehabt habent.** V. Diploma hoc, cum translatione latina apud Dumont Corps Diplomatique tom. 1. part. 1. pag. 252. ipſum porro laudum concordiæ inter Ottocarum Bohemum, & Rudolphum Aug. jus putativum Ottocari diſertis verbis innuit: *Item arbitramur*, ait illud, *quod Dom. Rex Bohemiæ cedat ſimpliciter, & præciſe omni juri, quod habebat, vel* HABERE VIDEBATUR *in terris & hominibus, cujuscunque conditionis exiſtant, Auſtria videlicet, Styria, Carinthia, Carniolia, Marchia, & Goritia, ac portus Nao.* Plura in opere ipſo.

§. II.

Minus etiam ſubſiſtit, Styriam titulo hæreditario ab Eliſabetha Alberti I. Uxore deducto, huic collatam fuiſſe; traditum eſt namque, & quaſi in vulgus receptum, Alberto ſub ipſa comitia Auguſtana, regio cum ſplendore nupſiſſe, Eliſabetham Filiam Meinhardi Tyrolenſis & Agnetis Auſtriacæ Filiæ Hermanni Badenſis, quæ primis nuptiis, Ulrico Duci Carinthiæ, Ortenburgicorum Ultimo, ſecundis vero, Ulrico Com. de Heinburch, ac tertiis viduo Meinhardo juncta fuiſſe fertur, ſicque cum Eliſabetha Meinhardi Filia, Gertrudis Auſtriacæ neptis fuerit, Alberto dotis loco, jus in Auſtriam, Styriam &c. attuliſſet. *Styria non dotis tit. Alberto I. data.*

Primus, quod ſcio, ita docuit Lazius Wolfgangus, Archiater & Profeſſor Viennenſis, Ferdinandi I. Cæſaris a conſiliis, & Hiſtoriographus per orbem notus, Commentar. Genealogiæ Auſtriac. lib. 1. *Lazii ſententia.*

p. 182. & de migrat. gentium lib. 8. pag. 405, quem mox inſecutus eſt
Fuggeri. Sinchronus eidem Joan. Jacobus Fugger D. in Kirchberg & Weiſſenhorn Carolo V. & Ferd. I. a conſiliis, author ſpeculi honoris Auſtr. primarius. Idem ſenſiſſe videtur Gerardus de Roo hiſt. Auſtr. lib. 1.
De Roo. pag. 30. docens ita: *ut autem Filio firmam in eas Provincias ſucceſſionem pararet, jam antea cum Meinhardo Tyr. Principe, de Matrimonio Alberti cum Eliſabetha ejus Filio egerat &c.* Sententiam hanc dein recentiores Auſtriæ ſcriptores fere omnes exſcripſere, maxime, cum apud Megiſerum annal. Carinth. lib. 8. cap. 25. legerent, Agnetis Badenſis Maritum ultimum Meinhardum Tyrolenſem fuiſſe.

§. III.

Refutatur. Sententia hæc a recentioribus vulgata, contra ſcriptores & vetera monumenta peccat, etenim 1. nemo veterum & recentiorum authorum, qui genealogias etiam ſumma cum cura tractabant, docuit, Meinhardo Tyrolenſi Uxorem fuiſſe Agnetem Badenſem; nemo præterea Agneti huic alios Maritos, quam Ulricum Ducem Carinthiæ, & Ulricum Com. de Heinburch ſtatuit, Megiſerus quidem id docuit, ſed recentior hic teſtis eſt, ac ſine teſte alio. 2. Ex Chronico Ciſtercii Stamſenſis in Tyroli fundati a Meinhardo, & Eliſabetha Com. Tyrol. apud Hier. Pez tom. 2. col. 457. habentur ſequentia; nempe Mainhardo Com. Tyrolenſi primam fuiſſe conjugem Eliſabetham, Ottonis Bav. Ducis Filiam, Conradi Regis Germaniæ, Friderici II. Imp. Filii, Viduam, quæ ad alteras cum Meinhardo Tyrol. nuptias tranſiit; Vidua adhuc cum eſſet, ob Conradinum Filium Neapoli occiſum, in eam Provinciam abiit, ingenti vi auri, vitam Filii redemptura, ſed, cum ille ante adventum Matris jam ſub ferro cecidiſſet, volebat Monaſterium Neapoli, in memoriam occiſi Filii condere, non tamen ab immiti Rege facultatem obtinuit; redux itaque in Tyroli Monaſterium moliri cœpit an. 1273. quo eodem anno die 9. Octobris obiit, ita enim habet Chronicon Stamſenſe citatum: *an. Dom. 1273. clauſtrum in Stams conſtructum eſt, a prædicto Com. Mainhardo & ab Eliſabetha Conthorali ſua, quæ erat Filia Ducis Bavariæ, & relicta piæ recordationis quondam Conradi Regis Romanorum. An. Dom. 1273. in die S. Dionyſii obiit, prædicta Domina Eliſabeth, fundatrix hujus cœnobii, hic ſepulta.* Ex hoc non rejiciendo documento 3. formo argumentum; cum Eliſabetha fundatrix Stamſenſis an. 1273. 9. Octobris obierit, Meinhardus Comes viduus, ante an. 1274. ad alteras nuptias non tranſierit, unde ſi ſupponatur Meinhardus an. 1274. duxiſſe Agnetem Badenſem, ex hac ei Filia Eliſabeth, Uxor Alberti, ut volunt, ante annum 1275. naſci non potuit, quomodo ergo Eliſabetha hæc an. 1282. puella 8. annor. Alberto Auſtriaco non ſolum deſponſari, ſed vere etiam Matrimonio jungi potuit? in tempora ergo melius inquirere debuiſſent hi authores. 4. Ex Diplom. Gyrienſis Cartuſiæ an. 1278. & 1282. adducendis patebit, iis annis Agnetem illam Badenſem, Ulrici de Heunburch adhuc Uxorem fuiſſe, non ergo Meinhardi Tyrol. Conjux eſſe potuit, nam eadem Agnes an. 1295. ante Maritum Ulricum de Heunburch mortua eſt, cum hic eodem anno,

no, pro anima Uxoris ſuæ duo altaria erigi curaverit in Eccleſia B. V. M. in Griffenthal, ut docet P. Antonius Steyerer in MS. diſſertatione.

Cæterum Eliſabetham Alberti Uxorem, Meinhardi Tyrol. ex Eliſabetha Bavarica Filiam, Conradini Neapoli occiſi, ex Matre Sororem fuiſſe, docent authores plurimi, de qua alibi plura.

Tandem ſententia Lazii, citatorumque authorum, laborat ſuppoſito, nam, ſi teſte Lazio, a morte Friderici bellicoſi, Margaretha hæres fuit ditionum Auſtriacarum, ea defuncta ditiones hæ, utique ad hæredes Conſtantiæ Sororis *ſenioris* præ Gertrude devolvi debuiſſent. Id adhuc quæro, cum Eliſabetha Alberti Uxor tres fratres habuerit, & Agnes Badenſis, putativa hujus Eliſabethæ Mater, tres Sorores, cur Eliſabetha Alberti Uxor, præ Fratribus? & cur Agnes Badenſis, præ ſuis Sororibus ſuccedere in ditionibus Auſtriacis debuiſſet?

§. IV.

Hanc ſententiam, cum ſubſiſtere non poſſe videret author anonymus vindiciarum Auſtriacarum an. 1745. editarum, errorem Lazy, novo errore auxit tradens, Eliſabetham Alberti I. Uxorem, fuiſſe Filiam Ulrici Ducis Carinthiæ, ab authoribus vero dictam Filiam Meinhardi Tyrol. eo quod hic Agnetem Badenſem, poſtea Uxorem duxerit, ſicque vitricus Eliſabethæ fuerit. Aſſertum hoc communi authorum repugnans, nulloque nixum fundamento, ſatis evertitur, quod ex Chronicis, Clauſtroneoburg. & Paltrami habeamus, aliisque authoribus conſtet, Ulricum Ducem Carinthiæ, ſine prole obiiſſe: ſane ipſemet Ulricus Dux Carinthiæ in Diplom. ſuo (quod inter mea in fine hujus tomi num. 148. vide) ad Ottoc. Regem dato ait, *cum ex divina diſpoſitione hæredibus careamus*, atque ideo ſe fatetur, Carinthiam Ottocaro per modum teſtamenti transſcripſiſſe. Quid quod citatus author liberrime admittat, Eliſabetham illam an. 1263. natam, an. 1273. non ſponſalia ſolum, ſed matrimonium ipſum, cum Alberto Auſtriaco contraxiſſe contra rationem temporum, & ſententiam communiorem authorum; etenim, ut reliquos taceam, unum adduco recentiorem P. Didacum Lequile Ord. minor. Eccleſiaſten Italum, & Seren. Ferdin. Caroli Archiducis Tyrolenſis hiſtoriographum an. 1655. editum, ſub titulo: *Pietas Auſtriaca*, hic vero parte 3. pag. 83. teſtatur, Rudolphum I. Habſpurgi Comitem an. 1268. quo nec de Imperio, minus de Auſtria in Albertum Filium transferenda cogitabat, jam fuiſſe nuptias Tyrolenſes, Filio ſuo Alberto depactum, hujusque pactionis teſtes ambos Bavariæ Duces, Uxoris Meinhardi Fratres, nuptias vero celebratas mox poſt Alberti Ducis evectionem 29. Januarii; qui nuptiarum dies, unde huic authori conſtiterit? ignoro.

Author anon. vindiciar. Auſtr. refellitur.

§. V.

Aventinus aliam, Alberti electi Ducis Auſtriæ & Styriæ viam ſtatuit, quam ne unus quidem Scriptorum ipſo antiquiorum in medium produxit, ita vero, & perperam ad an. 1286. cum Arenpekio

Aventini ſententia confutatur.

kio in Chron. Bavariæ hanc denominationem Ducis Alberti deſcribit: *Cæſar 8. Kal. Januarii, Auguſtam in Coſimnio Rhætiæ, atque Vindeliciæ, Concilium Procerum convocat, Albertum Halluſium in claſſem Præfectorum, quos Graphios, literatos Comites, vocant, refert, Boiis atque Archimyſtæ eorum (puta Archiepiſcopo Salisburg. tunc cum Bavariæ Ducibus commiſſo) diem dixit. Ibi Hainricus atque Ludovicus Fratres Germani (ſuper. & infer. Bavariæ Duces, quorum poſterior etiam Elector Palatinus fuerat) Bojorum Legati cum Liberis, Auſtriam, Styriam, Charios, eas Regiones ſibi reddi poſtularunt, quæ quondam majoribus ſuis ablata fuiſſent, atque illi eadem loca primum Romanis, dein Hunnis pulſis, atque exciſis, poſtremo Venedis atque Ugris perdomitis, ſuo marte & ſanguine peperiſſent, in Germaniam transtuliſſent, colonias ibi Bojorum, atque popularium ſuorum deduxiſſent. Cæſar, Senatu Imperii convocato refert, quid fieri placeat, de hiſce Provinciis, quas interim proprio Filio ſuo conceſſiſſet. Tum ex Senatusconſulto, conciliique Decreto, Auſtriaci, Styrii, Alberto & Rudolpho Filiis Cæſaris traduntur, Chariones, Carni, Liburni, Hiſtri, Mœnardo Tyrolio committuntur, fruſtra Ludovico juniore, Ludovici Boii Filio intercedente, atque inſalutato Cæſare, ſe domum proripiente.* Ita Aventinus.

Docentis electioni Alberti Bavar. Duces contradixiſſe.

Paragraphum hunc Scriptores Boici recentiores, ad perpetuam rei memoriam, ſuis commentariis magno cum gaudio intulerunt, dum is interim *fide & pondere* deſtituitur: *fide*, quia Aventinus ſæculi 16. ſcriptor, de rebus ſæc. 13. geſtis, absque exceptione teſtari non poteſt, præſertim, cum conſtet, calamum Aventini ex toto Principi ſuo fuiſſe vectigalem, tantæque præſumptionis, ut ſcriptorem ſinchronum vel ſupparem nullibi laudet. *Pondere* caret, quia confeſſio Ludovici Severi, Electoris Palatini, ac primi Bavariæ Ducis, Viennæ in Auguſto Scrinio, hodie adhuc exſtans, omne pondus Aventino demit, ea vero hujus eſt tenoris: *ut intemeratæ fidei puritas, & ſinceræ devotionis integritas, quibus ſereniſſimum Dominum Rudolphum, Rom. Regem, ſemper Auguſtum, proſequitur, & proſequi vult inceſſanter, claro clarius pateat in effectu, ſe conſentire expreſſe, & ſuum liberaliter ad hoc impertiri aſſenſum, ut ipſe (puto Cæſar) Principatus Auſtriæ, Styriæ, Carinthiæ, Carnioliæ & Marchiæ, cum ſuis juribus & pertinentiis univerſis, quos alienatos jam dudum ab Imperio, & diſtractos, non ſine multo ſudore & ſanguine, ad ejusdem Imperii poteſtatem reduxit, Filiis ſuis legitimis, qui in terris prædictis ſunt non immerito honorandi, conferat, & concedat in feodum, quandocunque ſuæ fuerit voluntatis, eidem collationi, ſeu conceſſioni, ex nunc, ut ex tunc, ſpontaneum & liberum adhibens conſenſum.* Præterea Aventini ſententia deficit *pondere*, nam ea argumenta, quæ ille pro Ducibus ſuis, ingenio ſuo conglobavit, ex Senatusconſulto Imperii agnita non fuerunt, ut ipſe fatetur, ſicque nec vera, nec hoc in conſenſu propoſita fuiſſe judico.

Aventini quæ fides.

Ludov. Severus Palat. conſentit electioni Auſtriæ & Styriæ.

§. VI.

Ludewigii & Struvii ſententia expenditur.

Tandem Ludewigius, Struvius, aliique Germaniæ Jurisconſulti, & hiſtorici evincere volunt, ſtatus Auſtriæ & Styriæ, defuncto Friderico bellicoſo, vel, ut Ludewigius, decollato Friderico Badenſi an. 1269. jus habuiſſe, Ducem ſibi eligendi, ſicque ad Rudolphi I. Cæ-

Cæſaris inſtantiam, Albertum I. in conſeſſu Imperii, Ducem Auſtriæ & Styriæ declaratum; horum veſtigia aliqualiter preſſit author hiſtoriæ Ducum Styriæ, dum longa verborum emphaſi, Legatorum Auſtriæ & Styriæ orationem proponit, in hoc diverſus a Ludewigio & Struvio, quod Legatos Auſtriæ & Styriæ ſupplices & petentes, illi vero, quaſi ad preces Rudolphi, Electores ſtatuerint.

An Styri Albert. Ducem elegerint.

Styris noſtris, ex Privilegiis ſuis, non petendi vel eligendi Ducis facultas, ſed in caſu Tyranni ſibi dominantis, curiam Imperii adeundi, atque ab eo juſtitiam, ſimulque novum Principem poſtulandi, venia data fuit, ut parte priore hujus Diſſert. §. VII. & tomo priore etiam pluribus oſtenſum. Eadem Privilegia Styrorum, non firmavit ſolum, ſed auxit etiam Rudolphus I. Aug. an. 1277. in quibus ſpecialiter cavetur, *ſi autem prædictorum miniſterialium Styriæ, favorabilis inſtantia, noſtram providentiam pulſaverit, ut eundem Ducatum, de manibus noſtris & Imperii, alicui Principum, quem noſtra viderit dignum ad hoc ſublimitas, poorigamus, illum ad hujusmodi Principatus honorem, curabimus exaltare, de quo pars major & melior miniſterialium terræ, nobis duxerit conſulendum, nolentes, ut eis ex cauſa rationabili, renitentibus & invictis, jugum Domini, quod eorum ſtatui non conveniat, imponatur.* Amplum eſt hoc Styrorum Privilegium, nil tamen de Electione Ducis, eisdem indulta memorat, quin potius eam Regi Romano reſervat his verbis: *quem noſtra viderit dignum ſublimitas, alicui* nempe *Principum, ut Ducatum eundem porrigamus,* & quamvis velit Rudolphus, miniſterialium Styriæ conſilium prius eſſe inquirendum, ſimul tamen ait, *ſe eis invitis jugum novi Domini nölle imponere,* unde non abnuo, Legatos Styriæ comitiis Auguſtanis fuiſſe præſentes, ſed ſupplices, non Electores, & de quorum conſilio ante exquiſito, Rudolphus dein Filium ſuum Albertum præfecit. Nemo certe hiſtoricorum hactenus Domui Habſpurgicæ terras Auſtriacas electione miniſterialium tribuiſſe legitur.

Styrorum Privileg. in Elect. Ducis.

Rudolphus II. ſubſtituitur Duc Styriæ.

Atque hiſce firma ſtat concluſio ſupra facta, nempe Albertum I. Auſtriacum, ſalva juſtitia publica, cum nullius injuria, ad preces & vota Styrorum, a Rudolpho I. Aug. Patre Ducem Styriæ fuiſſe ſtatutum, una cum Rudolpho II. Frate ſubſtituto ſolum in caſu, quo forte Albertus cum progenie ſua deficeret,

Non vero Duc Sueviæ.

Hinc non ſubſiſtit gemina illa quorundam ſententia, Rudolpho nempe II. a Patre Auguſto, feuda ſuevica collata, & Mainhardum Tyrolenſem, Carinthia & Iſtria eo pacto donatum, ut, ſi maſculam ſtirpem ſuam flore ſuo excidere aliquando contingeret, hæ quoque Provinciæ ad Auſtriæ Duces, intercedente nullo, devolverentur. Nam Sueviæ pars, ne minima quidem hoc tempore vacabat, quin ab antiquo Habſpurgica fuit, dein poſteriore tempore, juſtis titulis & contractibus ad Domum Auſtriacam eſt devoluta, unde ea, nunc non vacans, Rudolpho II. conferri non potuit. V. plura in der vollſtändig königl. Beantwortung der churbayeriſchen Ausführung, parte 2. de Carinthiæ conceſſione etiam fallit ſententia, eam enim an. 1286. ad preces Alberti I. & Rudolphi II. factas, Meinhardo datam authores plurimi oſtendunt, & invenitur in der vollſtändig königl. Beantwortung pag. 136.

Ceſſio Agnetis Auſtriacæ Judenburgi Rudolpho I. facta.

Ultimo ſubjungo ceſſionem Agnetis Auſtriacæ Rudolpho I. an. 1229. Judenburgi factam, & §. I. citatam: *Univerſis præſentes literas inſpecturis. Nos Ulricus Comes & Agnes Comitiſſa de Heunburch, tenore præſentium declaramus, quod, poſtquam Sereniſſimus D. noſter Rudolphus Rom. Rex ſemper Aug. Provincias Auſtriam, Styriam, Carintbiam, Carnioliam, & Marchiam, quas quondam D. O. Bohemiæ Rex illuſtris tenuit occupatas, ſibi ſubjecit, & ditioni Rom. Imp. adjecit, ego Agnes prædicta, prædicto Domino cum humilitate ſupplicavi, ut jura mihi in prædictis terris* (non ait jus in prædictas terras) *competentia, ex ſucceſſione Progenitorum meorum, & maxime bon. mem. quondam Friderici Ducis Auſtriæ Propatrui mei, cujus bona & proprietates* (ſicque bona allodialia, & proprietaria) *ad me ſpectare dicebamus, recognoſceret gratioſe. Petivi etiam bona illa, quibus magnificus Princeps, Ulricus Dux Carinthiæ, olim Maritus meus, & Dominus me dotavit, & mihi in donationem propter nuptias aſſignavit. Ego quoque Ulricus Comes prædictus, a prædicto Dom. meo, Rege Romanorum petivi, ut comitatum de Berneke & oppidum Drizendorf, & quædam alia bona in partibus, ad me ex hæreditaria ſucceſſione ſpectantia mihi faceret aſſignari &c.* Plura ad an. 1279.

AN-

ANNALES DUCATUS STYRIÆ.

Annales Duc. Styriæ.

TOMUS II.

Tom. II. Duc. Styriæ ſub Auſtriaco-Babenbergicis & Habſpurgicis Styr. Ducibus

DUCATUS STYRIÆ,

SUB AUSTRIACO-BABENBERGICIS ET HABSPURGICIS PRINCIPIBUS.

LIBER V.

Liber V. Styria ſub Babenberg. Principibus.

Styria ſub Babenbergicis Principibus.

ANNO 1192.

Anno 1192.

Indict. 10. *Cœleſtini III. P. II. Henr. VI. Imp. III. Leopoldi Virtuoſi Ducis Styriæ I.*

Extincta cum Ottocaro VI. Principum Styriæ domeſticorum familia, *Leopoldus* Auſtriacus, cognomine *Virtuoſus* ſucceſſit, & quidem ex deſignatione ipſius Ottocari, & Ordinum Provincialium, ante 6. annos, ſolemni inſtrumento facta, non vero titulo emptionis, uti jam tomo priore perhibui. Cogitaſſe quidem Ottocarum de venditione Styriæ ex Diplomate Canonicis Voravienſibus dato an. 1284. liquet, mutato tamen conſilio, donatio præ venditione placuit;

Leopold. Virt. Dux Styriæ.

Styriæ vero, tanquam Provinciæ Imperio Romano ſubjectæ feudum Leopoldus Wormatiæ ab Henrico VI. Imp. ſuſcepit 9. Kal. Junii, uti nos docet Chronologus Reicherſpergenſis, ita ſcribens: *Anno MCXCII. mortuus fuit Dux Styrenſis Otakar nomine, qui antea dicebatur Marchio Styrenſis, & quia hæredem non habebat, Dux Auſtriæ Leopoldus ſucceſſit ei, & accepit eundem Ducatum valde ſolemniter de manu Imperato-*

Wormatiæ feudum Styriæ recipit.

ris apud Wormatiam in proximo Pentecoſtes, quod evenerat 9. Kal. Junii. Hinc cum 7. Maji obierit Ottocarus VI. illico iter ſuum adornare debuit Leopoldus, ut 9. Kal. Junii, ſeu 24. Maji die 5. Pentecoſtes Ducatum Styriæ, in Curia Wormatienſi ſolenniter recipere potuerit.

MS. Chronicon Styriæ tom. 1. cap. 69. f. mihi 235. docet, Henricum Imperatorem, tempore Paſchali Viennam veniſſe, atque inde *Græcium* abiiſſe ad Inveſtituram Styriæ, Leopoldo Duci *in urbe Græcenſi* conferendam: quæ ubi in Styria vulgata, Cæſarem nempe cum Leopoldo Duce jam *montem Semering* tranſiiſſe, atque *ad oppidum Muerzuſchlagg* proxime venturum, Proceres Styriæ (eodem teſtante Chronico) inſigni cum equitum & militum comitatu, iis obviam facti, *ad Muræpontum* Styriæ urbem, perquam ſubmiſſe Principes ſuos exceperunt, humiliter ſupplicantes, ut Privilegia Provincialibus Styriæ ab Ottocaro VI. conceſſa, ac a Leopoldo jam an. 1186. ratihabita confirmare dignarentur.

An Henr. VI. Imper. Græcium venerit, ibique Styriam Leopoldo Duci contulerit.

Aſſerti ſui teſtem Chronicon Styriæ citat Megiſerum lib. annal. tom. 1. cap. 61. at hic de adventu Henrici VI. Imper. in Styriam, nec verbum refert, ſed ſolum ait, Styriam ab Henrico Imp. Leopoldo Duci confirmatam fuiſſe; & ſane ſi Megiſerus id etiam referret, potior mihi tamen foret authoritas Chronologi Reicherſpergenſis differte tradentis, Styriam ab Henrico VI. Wormatiæ Leopoldo collatam fuiſſe.

Quæ itaque Chronicon Styriæ de adventu Henrici VI. *in urbem Græcenſem*, eique obviam effuſis Styriæ Provincialibus adfert, intelligenda opinor de adventu ſolius Leopoldi Ducis noſtri, poſtquam Wormatiæ, Ducatum Styriæ ſolenniter recepit; etenim nil moratus fuerit Leopoldus, poſt receptum ab Imperio Ducatum, Styros inviſere, eisque, homagium ut facerent, benigne indulgere: ita teſtantur Chronologi Auſtriaci, aliique, nempe Leopoldum, feudum Styriæ, Wormatiæ ſolum recepiſſe ab Henrico VI, dein vero in Styriam veniſſe, ut ſui præſentiam faceret, atque homagium a Styris recipe-ret: documenta certe Seccovienſium Sacramentum Leopoldo *Græcii* præſtitum aperte loquuntur, Diploma Seccovienſe num. XXVI. in Diplomataria S. Ducatus Styriæ habet, Leopoldum *in placito græco primum habito, ad preces Wernheri Præpoſiti Seccov. Geroldi Decani, Fratrumque Monaſterii Seccovienſis* munus advocati ejusdem Monaſterii in ſe recepiſſe, omniaque eorum Privilegia denuo confirmaſſe. V. Diplomatar. citat. & Diplomata hic in fine annexa num. 1.

Leopold. Dux homagium Græcii recipit.

In curia Græc. ſit Advocatus Seccov.

Ex his ſequentia eruo. 1) Curiam primam a Leopoldo Græcii habitam, ibique homagium ei a Provincialibus Styriæ fuiſſe præſtitum. 2) Græcium hoc tempore jam Metropolim Styriæ fuiſſe, non Muræpontum, cum ommiſſo hoc loco, Græcium venerit, coactaque prima curia homagium ibidem accepeerit. 3) Curiam hanc Græcenſem valde ſolemnem fuiſſe, cum varii nobiliſſimi Comites eidem Leopoldo, in hac curia præſentes fuerint; etenim inter teſtes Diplomatis hujus citantur *Dietericus Comes de Wazerbuch, Albert de Wichſelberg, Otto Landgrave de Steveninge* (qui in Diplom. Admont. ad an. 1186. legitur etiam, & apud Lazium de Republ. Rom.) *Gero & Wilhelmus Comites de Hunnenburch, Wernher de Griezbach, Cunrad de Schönberg, & alii quamplures utriuſque*

Dum Leopoldus Dux Græcii in Styr. metropoli homagium recipit, qui præſentes fuerint.

que Ducatus, Styriæ nempe & Auſtriæ. Dies Diplomati deeſt, annus vero præſens adjectus legitur.

Ubinam vero hæc curia Græcenſis habita fuerit? an in domo Provinciali? an in Eccleſia vel cæmeterio S. Ægidii? nil certi conſtat; nam incompertum eſt, & dubium, an tempore hoc, domus jam hiſce curiis & conventibus habendis deſignata Græcii exſtiterit? præterea plura Diplomata innuunt, a veteribus Marchionibus & Ducibus, conventus habitos, placita convocata, Privilegia confirmata, vel collata fuiſſe in Eccleſiis parochialibus, earumque cæmeteriis; ſic, ut reliqua taceam, Ottocarus VI. anno 1174. eisdem Seccovienſibus Canonicis, plura latifundia donavit *Græcii in Eccleſia S. Egidii* ut V. Diploma Can. Seccov. 22. *Curia Græcii ubi habita.*

Sed cur Eccleſia S. Ægidii præ cæteris delecta eſt? reſpondeo, quia parochialis erat, patet id ex Diplom. quo eadem Eccleſia facta eſt aulica, & parochialis ex ea ad S. Sanguinem, ubi modo adhuc hæret, translata; præterea ex Necrologio Canoniæ Rottenmanenſis in Styria ſuper. ad annum 1579. & 10 *Maji* ita lego: defunctus eſt *Reverendiſſimus Dominus Udalricus Lang, hic* ſeu Rottenmani, *Præpoſitus, & ultimus Græcii ad S. Ægidium Parochus.* Mezgero teſte in Metrop. Salisburg. in Catalogis Prælatorum de variis Monaſt. fol. 1261. Udalricus hic SS. Theologiæ Baccalaureus, & ultimus ad S. Ægidium Græcii Parochus an. 1576. Præpoſitus Rottenmani conſtitutus, an. 1578. die 21. Dec. reſignavit Prælaturam, ac an. ſeq. obiit. *S. Ægidii Eccleſ. Græcii, nunc aulica, olim parochialis, uſque ad annum 1577. Quo Soc. Jeſu eſt tradita. Udalr. Lang ultimus ibidem Parochus, dein an. 1576. Præp. Rottenman.*

Erat ergo Eccleſia S. Ægidii Græcii antiquiſſima erat, parochialis hoc tempore, & uſque ad ſæculi XVI. finem, ſeu uſque ad annum 1577, quo Societati Jeſu tradita eſt, dum antea jam a Frider. IV. Imper. circa an. 1450. in ampliorem formam ædificari cœpit. Sunt quidem nonnulli, qui Eccleſiam S. Pauli, ubi nunc Monaſterium eſt Eremitarum S. Auguſtini, inter annos 1358. & 1493, quo Græcium a Friderico muris cinctum, parochialem atque vetuſtiſſimam Græcii poſt Eccleſiam S. Thomæ in arce, ſacram ædem fuiſſe volunt, ut ut ea ſe res habeat, Diplomata veterum, aliaque documenta id probantia nondum obtinui, cum vero ex Diplomatis Ottocari, aliorumque Eccleſia S. Ægidii Græcii ſæc. 12. jam exſtiterit, cum in ea conventus ſolemnes habiti fuerint, cum de alia Eccleſia nulla, documenta ſimilia mihi viſa ſint, eam interim & antiquiſſimam & hoc tempore parochialem fuiſſe legitime deduco. *Eccleſia, quæ Græcii antiquiſſima.*

Scio, quoad Parochiam Græcenſem, varias viciſſitudines olim viguiſſe, ſic, uti habetur in græcio topographice deſcripto, Eccleſia S. Andreæ in Suburbio Græcenſi, hodie Ord. Prædicatorum, olim Parochia fuit, cui ideo adjectum noſtris etiam temporibus viſitur parochiale cæmeterium; ab an. 1348. ad 1493. Eccleſia S. Pauli, hodie Monaſterium Eremitarum S. Auguſtini, quo vero tempore Eccleſia S. Ægidii deſierit eſſe parochialis; & hæ ſucceſſerint, vel an præter eam, hæ duæ Eccleſiæ etiam olim parochiali jure gaviſæ fuerint? ignoro. Illud documenta legitima ſuo tempore adducenda oſtendunt, Eccleſiam S. Ægidii ad an. 1577. fuiſſe parochialem, quo anno, cum aulica facta, & Societati Jeſu tradita fuerit, parochialis cura, primum, *Variæ Parochiæ Græcii.*

ut volunt, ad Eccleſiam & Sacellum S. Catharinæ, hodiernum Mauſoleæum, dein vero ad S. Sanguinem eſt delata, Prædicatoribus ex hac Eccleſia ad aliam S. Andreæ commigrantibus, ut V. in græcio topographice deſcripto, quæ, ſi ſubſiſtunt, binas Græcio eo tempore fuiſſe Parochias ſuſpicor, primam S. Ægidii in urbe, alteram S. Andreæ in Suburbio, cui adjectum eſt cæmeterium parochiale, ſed de his alibi plura.

Leopold. Dux benefacit Garſtenſi, Gottwicenſi, S. Crucis, & Gyrienſi Monaſt.

Regimen itaque Styriæ, ut ad Leopoldum Ducem noſtrum redeam, non ſolum ab uſitatò fidelitatis Sacramento, ſed magis a juſtitia, pietate, ac beneficentia in perſonas Deo ſacras ordiri voluit; Seccovienſes Canonici eam primum ſunt experti, ſed non ſoli, nam eodem hoc anno idem Leopoldus noſter, Garſtenſibus, Gottwicenſibus, & Cænobitis S. Crucis in Auſtria, Gyrienſis Cartuſiæ incolis in Styria complura præſtitit beneficia; Garſtenſium commoda ennarrat Diploma Garſtenſe 61. in Diplomat. Garſtenſi P. Frœlich, de Gottwicenſibus & S. Crucis cænobitis in Auſtria loquuntur tabulæ Clauſtroneoburg. apud P. Hier. Pez tom. 1. f. 1018. nempe a Leopoldo Duce, Gottwicenſes abunde donatos, ac Monaſterio S. Crucis traditam fuiſſe pulchram ſylvam, cum vicis *Niderſulz & Baumbgarten.* De Gyrienſibus ait Haſelbachius apud cit. Pezium tom. 2. f. 714. his verbis: *Fuit benefactor Monaſterii Cartuſienſis Ordinis, quod Girium, proprie Geirach dicitur.* De quo plura ad an. 1229.

Auſtria in urbe & Comit. Styræ aucta.

Dum Leopoldus Styriæ regimen teneret, putarunt nonnulli Auſtriæ, non urbem ſolum Styram, ſed alia etiam Styriæ noſtræ loca fuiſſe adjecta; acceſſiſſe enim volunt Auſtriæ, cum Styra urbe, integrum Comitatum Styrenſem, Aniſium, Monaſteria Garſtenſe & Glunicenſe, Comitatum Putinenſem, Lambacum, Schardingam, & Vornbacum in Bavaria, quæ antehac Ottocaro V. hæreditate Ekeberti Comitis Putinenſis accreverunt. Id probabile, Styram urbem, & Comitatum, cum locis ante memoratis, Leopoldo Duci, velut hæredi Ottocari VI. obveniſſe, vix tamen opinor, loca eadem hoc jam tempore Auſtriæ partem fuiſſe, cum teſte Prevenhuebero fol. 18. cives Styrenſes an. 1518. ſupplicem libellum Maximiliano porrigentes dicant, civitatem ſuam Styram, ante 100. & aliquot annos Provinciæ ſupra Anaſum ſitæ fuiſſe inſertam, antea vero partem Provinciæ Styriæ fuiſſe. Sed de his alibi plura.

Conventus in Loſan.

An. hoc eodem 1191. *fuit magnum illud colloquium ad Loſan, inter Principes majores terræ noſtræ, Epiſcopos videlicet, & Duces, ac Comites 12. Kal. Maji*, inquit Chroniſtes Reicherſpergenſis; quid ibidem actum ſit? nullibi proditur, credibile eſt Conventum hunc propter inteſtina diſſidia componenda, quæ anno ſeq. violentius eruperant, fuiſſe coactum, ita vero ait Chron. Salisburg. *Bavari inter ſe diſſidentes, Regionem incendio devaſtant*, quinam Principes eidem colloquio adfuerint? nemo notavit.

Diſſidia Bav. & ſtrages Eccl. Patav. auth. Alb. de Pogen Rapatone & Henr. Com. de Ortenburg.

Diſſidia porro illa, belli hujus inteſtini, hoc jam anno ſe prodebant, authoribus *Alberto de Pogen*, & *Rapatone Comite de Ortenburch* cum *Henrico Fratre.* Signifer belli erat *Albertus de Pogen*, qui cum Ortenburgicis, de limitibus & tutela Monaſteriorum contendebat; bellum hoc tamen delicatum erat, ut vicinos etiam *Ludovicum Bajoariæ,*

Ber-

Bertholdum Meraniæ, Leopoldum Auſtriæ Styriæque, Duces attentos redderet, hic menſe Octobri, teſte Chron. Reicherſperg. cum multo exercitu, ex oriente veniens contra duos Fratres Comites de Ortenburch pugnare cœpit, cum Bertholdo Meraniæ, ſeu Tyrolis Regulo, dum interim Ludovicum Bajoariæ Ducem, Albertus de Pogen fugat; damna belli enumerare ſuperfluum cenſeo, vaſtata dire Bavaria, nec templis, nec ætati, nec ſexui delatum eſt: bello, ut finem faceret Imperator Henricus, Ratisbonæ 6. Decembris conventum coegit, quo proſcriptione *Alberti de Pogen* Primipili, & Primislai Bohemorum Reguli, cujus Sororem Ludmillam, Uxorem habuerat Albertus, tumultus hi peſſimi conſopiti fuerunt.

Leopold. Dux cur huic bello involutus.

Chroniſta Reicherſperg. belli initia in Ducem noſtrum conſert, eo, quod fugato Ludovico Bavariæ Duce, contra duos Fratres de Ortenburch pugnaverit, cur vero ſe huic bello immiſcuerit Leopoldus? ſuſpicor, ut propulſaret a ſuis finibus belli in Bavaria ardentis periculum, tempusque daret Ludovico Bavaro, ab Alberto Pogenſi fugato, & ſe, & fractum nuper militem colligendi. Chronicon Mellicenſe plura addit, loco tamen non ſuo, nempe ad an. 1185. *Luipoldus Dux Auſtriæ exercitum ducens, contra Comitem de Ortenburch, ipſum captivum in Auſtriam duxit*: quod ad hunc annum referendum arbitror. Interim, ſi quid bello hoc, ſeu militis ſui, ſeu proprii furoris exceſſu peccavit Leopoldus Dux noſter in loca ſacra, compenſationem damnorum Oſterhovenſi præcipue Præmonſtratenſium Canoniæ faciendam, ſerio injunxit Filiis ſuis moriturus, probe gnarus, ſe huic loco in obſidione Ortenburgica, præ cæteris nocuiſſe. Cæterum in anno belli hujus variant authores, quidam hunc, ſequentem alii ſtatuunt.

Comitem de Ortenburg captum in Auſtriam duxit.

Aliud porro malum, Leopoldo Duci noſtro, diras Pontificias, Provinciis ſuis interdictum, attulit hujus circiter anni fine, vel ſequentis initio; de eo Chroniſta Reicherſperg. ita loquitur: *bis* (Bavariæ nempe turbis) *ſedatis, cum Dux Auſtriæ, in partes orientis rediret cum ſuis, comperit per certos nuncios, quod Rex Angliæ naufragus deveniſſet in terram ditionis ſuæ; ſtatim miſſis, qui veritatem in hac re inquirerent, inventus eſt ibidem Rex apud Viennam, occultans ſe in tugurio cujusdam pauperis, & cibos propriis manibus ſibi, & ſociis ſuis pauciſſimos, in officina ruſtica præparans, quo comprehenſo tradidit eum Dux hominibus ſuis cuſtodiendum, hac de cauſa, quod ipſe Rex graviter injuriaverat Ducem, dum ſimul fuiſſent ſuperiori anno in transmarinis partibus, in expugnatione Acris civitatis, quæ per eundem tamen Regem expugnata erat. Inde tamen idem Rex tam impatiens conſortis erat, & ſocietatis ibi, quia ipſe valde regali apparatu, & majori, quam Rex Franciæ, & alii Principes venerat illuc, & ſub manu ejus erat multitudo exercitus uſque ad ſexaginta & amplius, ut fama erat, millia. Repatriante autem Rege Franciæ, cum ipſe ſolus ibi diſpoſuiſſet potenter, quæcunque voluiſſet, & pace per triennium facta inter Chriſtianos & Soladinum firmaſſet, redire & ipſe ad patriam, ſimili quo venerat apparatu cogitavit. Sed Deus aliter ordinavit; nam cum proſpere aliquanto tempore navigaſſet, poſtea ſubito correptus tempeſtate ſæviſſima, & diſjectis navibus, quæ eum multæ ſequebantur more regio, ipſe ſolus cum navi ſua, vento validiſſimo impellente, projectus eſt in partes vicinas Aquilejenſium. Ibi a majoribus terræ illius val-*

Richardus Rex Angliæ capitur Viennæ.

Diſſordiæ inter Richard. & Leopold. Ducem.

Richardi Regis naufragium Aquilejæ.

Quæ ibi sit passus.

de injuriatus, & spoliatus bonis, quæ ei mare iratum reliquerat, occisis etiam & captivatis hominibus suis, ipse cum pauciſſimis evadens, per partes Carinthiæ, nescius, quo iret, terram Ducis Austriæ ingressus est; ita Chron. citatum.

Socios ejus 8. Meinhardus Goritiensis. 6. Frider. Petav. capit.

In Istriam rejectum Richardum Regem cum 17. sociis, docet epistola Henrici Imp. quorum 8. *a Meinardo Comite Goritiensi*, 6. alii *a Friderico de Petav*, apud Frisacum Carinthiæ capti fuere: hæc Richardum passum volunt, ob imputatam ei necem Conradi Marchionis montis ferrati egregii in Tyro Palæstinæ Principis.

Fabellæ variæ de Richardi Regis captivit.

Modum ac seriem totius rei varie varii sunt meditati, quorum quæ narrationi Chronistæ Reicherspergensis conveniunt, Styriamque nostram concernunt, hic breviter subjungam. Anonymus Leobiensis apud Hier. Pez. tom. 1. col. 798. valde infeliciter affinxit Regi Richardo curiositatem explorandi statum Ducis Austriæ, Haselbachius vero ibid. tom. 2. col. 712. audaciam, Ducis ipsius coquinam subeundi, cum tamen Chron. Reicherspergense diserte testetur, Richardum in tugurio cujusdam pauperis se occultasse. Cuspinianus Richardum captum lepide a Duce nostro putat, dum hic lepores sectaretur. Arnoldus Lubecensis Chron. Sclavorum lib. 3. cap. ultimo apud Leibnitium tom. 2. pag. 684. & Iperius in Chron. S. Bertini cap. 46. apud Martenne thesaur. anecdot. noviss. tom. 3. pag. 680. tradunt, Richardum habitu Ord. Teutonici vestitum terras has transiisse; plura alia referunt Albertus Stadensis, Otto San-Blasianus, Matthæus Parisius, & Guilielmus Neubrigensis, Aventinus sat parce rem omnem attexit, convenitque cum *Chronico* Reicherspergensi, id solum addens, Richardum Aquileja per Carinthiam & Styriam venisse Viennam, ac *a Wernhero Charionum*, seu Carinthiorum *Rectore*, Leopoldo Duci nostro delatum fuisse, quod in Austria lateret;

Richardus an per Styriam venerit.

Quod *de Styria* a Richardo Rege peragrata, Aventinus docet, Chron. Reicherspergense per ea verba *per partes Carinthiæ* insinuare videtur, hoc enim nomine Styriam sæpius intellectam, jam crebro ostendebam, nec sane aliter Richardus Rex, Aquileja Carinthiam adiens, inde Viennam, nisi per Styriæ superioris partes venisse potuit, ni magnis ambagibus eo tendere voluisset.

An a Duce Carinthiæ Ulrico II. proditus.

Ducem Carinthiæ, fuisse proditorem Richardi in Austria latentis, docet etiam Chronicon Schyrense apud Hier. Pez tom. II. col. 4to, sed hoc *Ducem Carintbiæ* proditorem statuit, Aventinus *Wernerum Charionum Rectorem*. Wernerus hic quis fuerit? non satis constat, nam Ulricus Dux hujus nom. II. Carinthiæ, sub initium anni hujus, 4. Idus Jan. jam Conventui Ratisbon. præsens legitur, cum vero Ulricus adhuc puer fuerit, Wernerus hic fors Carinthiæ Rector, pro Ulrico credi posset, si apud alios inveniretur.

Wernerus Rector Carinth. quis.

Quam certa est itaque captivitas Richardi, tam incertæ sunt ejusdem circumstantiæ, illud certissimum, magnam inde calamitatem Leopoldo Duci, ejusque terris obvenisse.

AN-

ANNO 1193.

Anno 1193.

Indict. 11. *Cœleſtini III. P. III. Henrici VI. Imp. IV. Leopoldi Virt. Ducis II. Styriæ II.*

Captus in Auſtria 13. vel 12. Kal. Januarii, in vigilia, vel in die ipſo S. Thomæ Apoſtoli, prope Viennam Richardus Rex, Duce *Hadmaro de Chunring*, vinculis oneratus, juſſu Leopoldi, carceri *in arce Tyrenſtein* eſt mancipatus, teſte Chron. Zwetlenſ. recent. Mox vero, ubi id ad aures Henrici Imp. pervenit, dari ſibi hujus anni initio Regem captivum poſtulavit, cauſatus, probroſum regiæ dignitati eſſe, a Duce, Regem captivum teneri, ne moraretur Dux noſter, lytri partem ſe ſoluturum Imperator promiſit: refragari timuit Dux Imperatori, ſicque Richardum firma ſub cuſtodia, Wormatiam ad Cæſarem miſit. *Richard. Rex in Tyrenſtein captivus ſub Hadmaro de Chunring.* *Mittitur Imperatori Wormatiam.*

Tyrenſtein arx Auſtriæ, cum oppido adjacente, ſexto ſupra ſteinam lapide, Danubio adjacet, in circulo ſupra Mainharti montem ſita, oppidum hodie adhuc Chunringiis patet, ac civitas audit, arcis rudera ſuperſunt ſolum.

Richardum Regem, bis ad Cæſarem miſſum, teſtatur Chronic. Reicherſpergenſe his verbis: *Imperator celebravit curiam Ratisbonæ, ut indictum erat 7. Kal. Januarii* anni nempe 1192. & mox: *Rex quoque Angliæ adductus eſt illuc a Duce Auſtriæ, & inde reductus in orientem* ſeu Auſtriam. *Circa dies quoque Paſchæ* anni 1193. *quod evenerat in 5. Kal. Aprilis, idem Rex adductus eſt a Duce ad Imperatorem, & tunc devenit in poteſtatem & captivitatem Imperatoris*, ex quibus arguo, Richardum captum, a Leopoldo Duce, illico ad Comitia Ratisbonenſia fuiſſe ductum, atque ab Imperatore interim Leopoldo commiſſum, qui eum arci Tyrenſteinenſi incluſit, vergente vero ad finem hujus anni Martio, Wormatiam ad Imperatorem miſſum, ut habent annal. Zwetlenſ. & Cuſpinianus. *Richard. Rex bis mittitur Imper. Henrico.*

Dum ſic ſecundo ad Imperatorem mittitur Richardus Rex, obviarunt ei legati Angliæ, duo Abbates Ciſtercienſes, miſſi a Waltero Rotomagenſi Archiepiſcopo, & Regni Principibus ad quærendum Regem teſte Rogerio Hovedeno, quod eod. teſtante, *Richardus Rex libere & conſtanter, & ita intrepide reſpondit, quod non ſolum eum Imperator gratia vel venia dignum, ſed etiam laude judicavit; nam inclinantem ſe Regem erexit, & ſucepit in oſculo pacis, & confœderavit eum ſibi &c. & tunc quaſi pro mercede Rex Angliæ centum millia marcarum, mediante Duce Auſtriæ, pro ſua liberatione promiſit Imperatori.* *Ejus cum Henrico Imperatore.* *Lytrum liberationis Richardus ipſe offert.*

Stropha hæc Hovedeni configit calumnias maledicorum Anglorum in Leopoldum Ducem noſtrum, præterea ipſa Richardi Regis, ad Reginam Matrem, Regnique juſtitiarios epiſtola clariſſime commenta Anglorum refutat, eam Baronius tom. 12. col. 883. item Rymer. actor. Anglicanor. tom. 1. pag. 80. edidere, in ea ſequentia leguntur: *de Caſtello de Trivellis* (cui poſt captivitatem Tyrenſteinenſem incluſus fuerat, usque ad finem Comitiorum Wormatiæ) *ubi detinebamur, obviam venimus Imperatori apud Hagenou, ubi honorifice ab ipſo Imperatore, & tota curia recepti fuimus.* Refert dein honores, & dona ab Imperatore *E caſtro de Trivellis ducitur in Hagenau.*

Calumniæ Anglorum de Duce nostro refutantur.

& Imperatrice accepta, factum mutuum fœdus, & amicitiam, mox pergit: *honeste autem circa ipsum Imperatorem moram facimus, donec ipsius & nostra negotia perficiantur, & donec ei 70. millia marcarum argenti solverimus.* De quo lytro plura inferius. Tandem in eadem epistola ait Rex: *Sciatis pro certo, quod si in Anglia in libera potestate nostra essemus, tantam, vel majorem pecuniam Domino Imperatori daremus, quam modo damus pro pactionibus consequendis, quas per Dei gratiam consecuti sumus, & si etiam pecuniam præ manibus non haberemus, proprium corpus nostrum Imperatori traderemus, donec pecunia solveretur, antequam, quod factum est, imperfectum relinqueretur.* Ita Rex ipse Richardus, cujus proin verbis regiis vel concordiam cordis defuisse dicere oportebit, vel Anglorum calumniis de Imperatore & de Duce nostro fidem negare necesse erit.

Heliae Abbas Dunens. Legatus Angl. ad Ducem nostrum.

Imperator dein Regem secum tenens, quocunque pergebat, sub honesta custodia ducebat, Regina vero Angliæ, Mater Richardi, pro redemptione Filii sui, Heliam Abbatem Dunensem, ad Ducem Austriæ misit, quem Dux, cum ex se nihil posset, ad Imperatorem dimisit, per quem tandem effectum, ut Richardus Rex post annuam captivitatem, magno redemptus pretio, ab Imperatore honorifice & cum gratia, pace etiam inter eos facta, & firmata in Angliam reverteretur.

Rex dimittitur.

Lytrum ejus quale.

De lytro Regis Richardi non conveniunt authores, Angli id nimium exaggerant, nostrorum quidam nimis deprimunt, Rogerius Hovedenus pacta recitat inter Regem Richardum, Imperatorem Henricum, & Leopoldum Ducem nostrum facta; *Dominus Imperator mittit nuncios suos cum nunciis Domini Regis, qui Lundonias ibunt, & ibi recipient* lytrum, seu *centum millia marcarum puri argenti, ad pondus Coloniæ - - - alia quoque 50. millia marcarum argenti dabit Rex Imperatori & Duci Austriæ, & pro illis ponet obsides, scilicet Domino Imperatori pro 30. millibus marcarum 60. obsides, Duci vero Austriæ 7. obsides pro 20. millibus marcarum.* Vereor vehementer, ne præter 20. *marcarum millia* Dux noster plura adhuc a Rege elicuerit; cur enim alias Adalbertus Archiep. Salisburg. testaretur, injunxisse se Duci, in extremis absolutionem ab excommunicatione postulanti, *ut Regem Angliæ a juramento absolveret, obsides quoque ejusdem Regis, quos pro 20. millibus marcarum, & uno adhuc, tenebat, dimitteret, & 4. millia marcarum, quæ confessus est de pecunia Regis Angliæ se adhuc tunc habere, redderet;* enumerantur hac in epistola 25. millia marcarum, pluribus indefinite indicatis, nam prosecutor Chronici Reichersperg. apud auth. germ. sacræ tom. 2. pag. 954. ait, 50. *millia marcarum per Leopoldum Ducem, Richardo extorta fuisse:* sane urbibus, oppidis, aliisque ædificiis, quæ his ex pecuniis Leopoldus Dux noster exstruxisse fertur, 20. millia marcarum vix sufficiissent; adeo nempe verum est, arcana, & marsupia Principum pauciissimis patere.

Quid ex eo Leopold. Dux obtinuerit.

Adalb. Salzb. dat Admont. jus in monte Zezzen an. 1197.

Hæc de Principe, quædam de patria nostra ad hunc annum sunt adnotanda; Pezius Bernardus codice Dipl. Admont. num. 43. hoc anno refert, Admontensibus jus in monte Zezzen datum ab Adalberto Archiep. Salisburg. sed quoniam Bertholdus Præpositus Salisburg. ei Diplomati subscriptus est, qui anno 1196. primum successit Gundacaro præposito, & castrum *Halburch*, ex quo Diploma datum, anno eodem perfectum fuerit, tutius hæc ad an. 1197. referam.

Wolf-

Wolfkerum Epiſc. Patavienſem, non hoc, ſed 12. abhinc annis Patriarcham Aquilejæ fuiſſe, oſtendit Diploma Patav. apud author. germ. ſacræ tom. 1. fol. 339. quo eidem Wolfkero ab Imperatore Henrico, pro prædio Merdingen, dat Abbatiam Patav. Sanctimonialium B. V. M. Hoc in Diplomate, primus omnium Epiſcoporum Patav. Princeps appellatur, atque eidem ſubſcriptus legitur *Albertus de Pogen*, qui proin in gratiam Henrici jam receptus fuiſſe videtur.

Wolfkerus Patav. nondum Patr. Aquilej.

ANNO 1194.

An. 1194.

Indict. 12. *Cœleſtin. III. P. IV. Henr. VI. Imp. V. Leopoldi Virtuoſi Ducis II. Styr. III.*

Dimiſſione Richardi licet jam ab Imperatore decreta detentus eſt tamen Rex Richardus in caſtro Trivellis, donec omnia pacta perficerentur; & fere prope aberat, quin adornata jam in Angliam profectione, e limine carceris Richardus revocaretur; nam ubi pacta inter Cæſarem Anglumque inita ad aures Philippi Francorum Regis, Comitisque Joannis Meretonii fraterno inhiantis ſceptro pervenerant, illico anni hujus initio, miſſis ambo legatis, Cæſarem non minorem argenti vim obtulerunt, ſi vinctum Richardum utrique traderet, vel ſex adhuc menſibus carceri incluſum detineret.

Richardi Regis reditus mox impeditus.

Poſtquam igitur Hovedeno teſte Imperator cum Magnatibus Imperii, & Richardus Rex cum Matre ſua apud Moguntiam in Purificatione B. V. M. convenerunt, celebrato ibi conſilio de liberatione Regis Angliæ, Henricus Imp. nummorum nimium cupidus, volebat a pacto reſilire, ſed, cum Richardus Rex per ſuum Conſiliarium conveniſſet Moguntinum, Colonienſem, & Salisburgenſem Præſules, Luipoldum Auſtriæ ac Styriæ Ducem, aliosque Imperii Magnates, hi increpata prius libere turpi Imperatoris cupiditate, tandem effecerunt, ut Richardus Rex liber in manus Matris ſuæ Eleonoræ pridie Nonas Februarii traderetur. Expeditæ ſimul ad Philippum Regem Franciæ, & Joannem Meretonium Richardi Fratrem, literæ, quibus bellum a Cæſare denunciatum, niſi urbes, oppida, vicosque redderent Richardo Regi; ſicque Richardus tandem in ſuum Regnum rediit.

Imp. vult a pacto reſilire, & cur.

Richardus in Angliam redit.

Sed vix libertati redditus eſt Richardus Rex, illico expeditis ad ſummum Pontificem literis ac Legatis, contra fidem verbi regii, pacta velut iniqua, & vi extorta, reſcindi, obſidesque & pecunias, quas interim Leopoldo Duci noſtro dederat, reddi poſtulavit. Orationem graviſſimam in ſenatu Vaticano dictam, Matthæus Pariſius in ſua hiſtoria deſcripſiſſet, cui, cum perpeſſa a Richardo Rege exaggerarent, & novam in Palæſtinam expeditionis promiſſionem adjicerent, mirum in modum Pontificem permoverunt Richardi querelæ; orat. hanc refert exparte etiam author Chronol. S. Ducat. Styriæ part 2. f. 77.

Queritur apud Cœleſtinum P.

Decretum igitur in ſenatu Vaticano, ut Leopoldus Dux ablata redderet Richardo, & obſequi detrectans anathemate percelleretur. Spreviſſe ferunt hæc mandata Principem noſtrum, quod Cæſarem, qui potiſſimum auri pondus traxerat, etiamnum immunem cerneret

Leopold. Dux excommunicatur.

Et terra ejus interdicitur.

Papa, poſt trinam admonitionem, quam Dux audire contempſit, ſurgens cum ſuis Cardinalibus, Ducem excommunicavit, terramque Ducis Eccleſiaſtico ſupponens interdicto, Epiſcopo Veronenſi in mandatis dedit, quatenus hanc excommunicationis, & interdicti ſententiam, ſingulis diebus dominicis & feſtivis, per totam Auſtriam faceret publicari. Ita Chronographi Salisburg. Admontenſis, & proſecutor anonymus Chron. Reicherſperg.

Auſtria interdicta an etiam Styria a ſacris ſuſpenſa.

Bina hic mihi expendenda ſunt, 1) an interdicta Auſtria, etiam Styria noſtra, tanquam terra ejusdem Ducis fuerit a Cœleſtino P. interdicta, & a ſacris ſuſpenſa. 2) An verum, quod omnes Ducis noſtri Provinciæ divinis flagellis fuerint affectæ, ut vulgus cum Anglis ſcriptoribus credidit.

Ad primam quæſtionem affirmativam ſententiam referre videtur Chronographus Admont. apud Hier. Pez tom. 2. col. 192. ita docens: *Cœleſtinus Papa Liupoldum Ducem, cum omni terra ſub interdicto anathematis poſuit &c.* Cæteri a me conſulti authores, altum de Styria interdicta ſilent, imo plerique interdictum Pontificium ſolum per Auſtriam, tanquam *terram Ducis* propriam promulgatam volunt, Cœleſtinus Papa præterea a Veronenſi Epiſcopo ſententiam ſuam, *per totam Auſtriam* promulgari ſolum voluit, nil addens de Styria, vel terris aliis Ducis. Ratio pro Auſtria ſola pugnans videtur, quod facinus capti Regis Angliæ in Auſtria ſolum contigerit, & Provincia Styriæ, hæreditate primum Leopoldo Duci obvenerit. Quamvis vero, ut dictum eſt, *Fridericus Petovienſis* inſidias etiam Richardo ſtruxerit, eæ tamen ſolum Friſaci in Carinthia poſitæ ſunt, nec ob privati unius culpam, integra Provincia Cenſuram ſubiiſſe videtur.

An Auſtria & Styria inde divinis pœnis affiſta.

Alterum de afflictis Ducis noſtri, Deo vindice terris, quæſitum ampliorem diſcuſſionem exigit; & quidem Anglorum ſcriptorum rhetorica, hac in re multum aberrare videtur, cui, ut fidem omnem demus, obſtat authoritas noſtrorum ſcriptorum, longe aliter loquentium; audire primum lubeat Anglos, qui, ut cauſam ſuam tuerentur, Regem Richardum nulla in re deliquiſſe, in omnibus vero graviter offenſum volunt, Leopoldum vero Ducem noſtrum, omni juſtitia deſtitutum, ubique inique egiſſe cominiſcuntur, Rogerius Hovedenus ad an. 1194. ita ait: *Flagellavit Dominus terram ſuam*, Leopoldi nempe Ducis excommunicati, *imprimis quidem incenſæ ſunt omnes civitates terræ ſuæ, nec alicui nota fuit cauſa incendii. Secundo ex inundatione Danubii fluvii ſubmerſa eſt terra quædam adjacens, in qua 10 millia hominum, & eo amplius perierunt. Tertio, cum in media æſtate, ſoleat & debeat omnis terra virere, tota terra ejus tunc temporis, contra ſolitum & debitum curſum exaruit. Quarto cum ſemina frugum deberent in herbam proceſſiſſe, in vermes converſa ſunt. Quinto nobiliores terræ ſuæ mortalitate percuſſi ſunt &c.* Neubrigenſis lib. 5. cap. 6. altorum commenta calamo ſuo proſecutus, ait ſolum in genere, *terram Auſtriæ Ducis flagello multiplici fuiſſe attritam -- denique*, ut dicitur (proin dubie loquitur) *civitates terræ illius, incertam prorſus cauſam habentibus incendiis conflagrarunt &c.* Matthæus Pariſius: *percuſſa eſt terra illius ſterilitate inaudita, fame nihilominus &c.* uti ſupra apud Rogerium.

Au-

Audiatur jam ex lege æqui rectique pars altera, patrii nempe ſcriptores modeſti, Principis ſui factum ita plangentes, ut nemini iraſcantur, & tacere magis, quam loqui appareant. Chron. Mellicenſe an. 1195. a natali Chriſti inchoato, poſt mortem Ducis noſtri, ita loquitur: *Terra iſta peſtilentia & incendio & inundatione aquarum miſerabiliter humiliatur.* Chronicon Clauſtroneoburg. an. 1193 *Winna incendio flagrat, Danubius jam vice altera contra ſolitum inundans vicina loca occupat*, Arempekius & Suntheimius ad an. 1193. poſt mortem Leopoldi, initio regiminis Friderici Ducis Auſtriæ ita retulit: *hujus tempore fames ingens erat, adeo, ut homines & jumenta præ fame morerentur. Ea tempeſtate magna turba locuſtarum, quatuor alas habentium, & volantium per Hungariam, Croatiam, Styriam, cuncta devaſtantium, & cum volabant, terram obumbrabant, ut nebula ſpiſſa:* de quo tamen malo locuſtarum nullus alius coævus ſcriptor germanus vel hungarus meminit. Idem fere in Chronicis Salisburg. Leobienſi, Watzonis Conſul. Vienn. legi poteſt.

Auſtriæ quæ damna.

Et Styriæ.

Non excuſo factum Principis noſtri, impactas ſolum Anglorum calumnias refuto; ſtare omnino debuiſſet Princeps noſter mandatis Papæ, non improvido furore eo uſque excandeſcere, ut adjecta etiam jurisjurandi religione, teſte Hovedeno, comminaretur, quod omnes obſides Regis Angliæ, quos habebat, capitali ſententiæ ſit ſubjecturus, niſi in proximo conficerentur omnes conventiones, quas cum Richardo fecerat; unde dein factum, quod Baldevinus de Betun, obſes Angliæ in aula Principis noſtri, abiret in Angliam pro redemptione ſuorum, obtineretque a Richardo Rege Sororem Arthuri Ducis Sponſam Filio Ducis Auſtriæ, & Filiam Iſaaci Comneni Imperatoris de Cypro, tradendam in manus Ducis Auſtriæ; quibus conditionibus adjungunt alii, ut obſes ille in Angliam miſſus referret ſecum, plus quam 20. millia marcharum argenti. Hæc inquam, in Principe noſtro minime laudo, illud tamen noto, calumnias Anglorum vel eo non ſubſiſtere, quod Richardum Regem ſuum in omnibus innocuum, Ducem vero noſtrum ubivis reum denuncient. Quod plagas cœleſtes attinet, eæ exorbitanter ab Anglis referuntur, cum conſtet, plagas illas non Auſtriæ ſoli, ſed Germaniæ etiam, terrisque aliis obveniſſe, ut tradunt ſcriptores alii genuini, *incenſas civitates omnes, Danubii inundatione plus quam 10. millia hominum periiſſe, ſemina in vermes abiiſſe, terram totam* Auſtriæ aruiſſe mentiebantur Angli, cum ſcriptores noſtri, aliique undique taceant: nec rationem dabunt Angli, cur Deus plagis hujusmodi terras Ducis noſtri, non item Henrici VI. Imper. ejusdem in Richardum criminis rei, afflixerit: flagraſſe Viennam, aliaque oppida, non hoc ſolum anno, ſed aliis etiam legimus, omnes vero urbes Auſtriæ exuſtas, in odium Principis noſtri finxerunt Angli, Danubii inundationem, noſtro etiam tempore experimento fere annuo aſſequimur.

Dux noſter non excuſatur.

Calumniæ Anglorum refutantur.

Sed videamus, ut ſe alibi his annis cœlum habuerit? Chron. Clauſtroneoburg. ad an. 1194. ait: *fames eſt valida in Teutonia*, idem ad eundem annum habet Chronic. Paltrami ſeu Watzonis Conſ. Vienn. & Leobienſe, Chronicon vero Merſeburg. ad an. 1193. ita habet: *Tantus apud Thuringos æſtus fuit, ut unſtrutum fluvium multis in locis ſicco*

An flagella illa divina ſolum in terris noſtris fuerint.

pede tranſire homines poſſent. Magnum Chronicon Belgicum apud Piſtorium tom. 2. pag. 216. & ſeq. ſic narrat: *an.* 1194. *in pago Belvacenſi tantæ pluviæ cum tonitruis, & fulminibus, & tempeſtatibus factæ ſunt, quantas nulla hominum memorat antiquitas: lapides enim in quantitate ovorum quadranguli, mixtim cum pluvia de cœlo cadentes, arbores fructiferas, vineas & ſegetes penitus deſtruxerunt. Villæ quoque in pluribus locis a fulminibus deſtructæ & combuſtæ ſunt. Corvi etiam quamplurimi, cum hujusmodi tempeſtate viſi ſunt in aere de loco ad locum volantes, & roſtris ſuis vivos carbones portantes, ac domos incendentes, ſed & utriuſque ſexus homines ictu fulminum interierunt, & alia multa horrenda facta ſunt. Idem anno* 1195. *intolerabilis aeris intemperies ingruit pluviæ & tempeſtatis, meſſis in foliculis germinat, fames valida inde exoritur - - Item facta eſt ſubita aquarum inundatio, & pontes in multis locis diruti, & villæ complures depreſſæ.* Anonymus Aquicintinus apud eundem Piſtorium tom. 1. col. 1007. ad annum 1195. inquit: *Menſis Januarius, Februarius & Aprilis, nimis fuerunt pluviales - - pluvia menſis Auguſti metentibus nimis fuit moleſta, Septembris vindemiam colligentibus gravis, in Octobri ſeminantibus nimis incommoda. Sexto Idus Octobris ventus vehemens poſt noctem mediam ab Africa veniens, domos evertit, turres deſtruxit &c.* plura de mortalitate hominum, & fame ad annum ſequentem effatur, unde vulgati de horum annorum calamitatibus verſus paſſim in Chronicis leguntur, qui ita habent:

Turbine ventorum fit magna ruina domorum,
Fabrica multarum confringitur Eccleſiarum,
Decidit, & cuncti generis radicitus arbor.
Fulmina nigrorum de murmure nata polorum,
Crebra ruunt, & tecta vorant, hominesque proſternunt,
Imbribus excurrunt fluvii, vel ſolibus urunt
Sydera perpetuo calidis. Sic tempore duro
Clade famis diræ, plures cœpere perire,
Sæviit in miſeros nimium, quæ quinque per annos
Sex denis ſolidis, emptus tritici corus unus.

En amice Lector! an jam tuto concludere liceat, Auſtriacas terras, divinis ita pœnis affectas fuiſſe, dum mala omnem per orbem diffuſa cernimus.

Friderici II. Imper. naſcitur. *Leopold. Dux in Styriam abit.* Feſta hujus anni Divo Stephano Proto-Martyri dies tam fauſta erat Imperio, quam infortunata Auſtriæ, Styriæque; etenim eo die in civitate Marchiæ Anconitanæ natus eſt Fridericus Henrici Cæſaris Filius, eodemque die ad tumbam properare cœpit Dux noſter Leopoldus, hîc enim ex Auſtria ſacris interdicta, Græcium venit, Dominici natalis diem inibi celebraturus; in die B. Stephani, cum jam pranſus exiret Græcii, ut in campo ſe cum ſuis militibus exerceret, equus ejus glacie rigente concidens, Leopoldi pedem ita comminuit, ut oſſa hinc inde confracta, rupta cute exterius prominerent. Medici acciti, dum applicatis fruſtra fomentis, pedem jam denigratum, abſcindendum a reliquo corpore judicarent, nemo erat, qui miſeratione Principis motus, id auderet; unde Leopoldus ipſe, cum quodam ſuorum cubiculariorum munus chyrurgi ſubiit, pedemque ſibi noxium reſcidit; altero die luculenta mortis aderant indicia, ad quam

Græcii natale Dom. celebrat.

Inibi lapſu equi pedem frangit.

Periculum mortis incurrit.

rite

rite obeundam, primo omnium, excommunicatione Pontificia ſe ſolvi poſtulavit, quam etiam ſpnnſione facta, de ſtando Pontificis mandatis, & dimittendis Anglis obſidibus impetravit. *Abſolvitur ab excommunicatione Papæ.*

Rem hanc ad Annales Styriæ digniſſimam, ut rite aſſequamur, operæ pretium erit, ex epiſtola Adalberti Archiepiſcopi Salisburg. quam de abſolutione Ducis ab excommunicatione, Cœleſtino Papæ ſcripſit, ea adſerre, quæ ad res Styriæ faciunt; epiſtolam hanc author german. ſacræ tom. 2. pag. 954. edidit, ex qua proin hæc notanda veniunt: 1mo: Leopoldum, cum ſpes vitæ nulla ſupereſſet, *unum de Sacerdotibus melioribus, qui tunc aderant, videlicet W. de Hartberch plebanum* ad ſe advocaſſe, eique inſinuaſſe, ſe excommunicatione Pontificia innodatum eſſe, unde *& ab eo abſolutionem, & viaticum petens, de commiſſis emendationem & debitam ſatisfactionem promittens, cujus juſtis poſtulationibus, Sacerdos videns eum in extremo poſitum articulo mortis annuit, prius tamen juramento recepto, ut ſi convaleſceret, ſemota omni fraude & dolo, ſtaret judicio Papæ, & omni* mandato Apoſtolico. *Hartbergenſis plebanus primo aſſiſtit Duci moriturdo.*

Ignoro, an *plebanus* hic de *Hartberch Ulricus* fuerit? qui anno 1188. & 1201 occurrit. Litera W. nomen aliud indicaret, at quia in antiquis Diplomatis & authoribus etiam Ulrici nomen per W. propoſitum, uti Vienna, Uladislaus &c. hocce tempore legimus, quia præterea an. 1188. & 1201. Ulricum plebanum in Hartberch ſuiſſe ex Diplom. variis conſtat, vix hæreo, eundem Ulricum Duci noſtro morituro adſtitiſſe. *Quis fuerit?*

2do: Ex eadem epiſtola colligo, petitum dein a Duce noſtro moribundo fuiſſe Adalbertum Archiep. Salisburg. cum enim hic, teſte eadem epiſtola, *in eadem vicinia bene circa duas raſtas,* forte Leibnitii, ageret, Leopoldus Dux ad eundem miſit nuncios, petens ut ad ſe veniret, ſicque omni modo animæ ſuæ conſulere poſſet, coram quo Archiepiſcopo Leopoldus *in maxima compunctione, & timore Dei cum lacrymis, ante pedes* ejus *pervolutus abſolutionem ejusdem anathematis* petiit. Motus devotione Principis Adalbertus elegit, *ut data fide in manum noſtram,* inquit in hac epiſtola, *quæ uſu & conſuetudine terræ noſtræ ſeptem juramentis æqui polleret, promitteret, quatinus vita ſuperſtite, ſemota omni fraude & dolo, mandato Apoſtolico in omnibus, pro quibus excommunicari meruerat, obtemperaret, & cætera, ſicut coram Sacerdote prius juraverat, obſervaret. Ad hæc quoque,* ait idem Adalbertus, *authoritate noſtra injunximus ei, ut Regem Angliæ a juramento abſolveret, obſides quoque ejusdem Regis, quos pro* 10. *marcarum millibus & uno adhuc tenebat, & 4. millia marcarum, quæ confeſſus eſt de pecunia Regis Angliæ adhuc ſe tunc habere, redderet, de reliquo vero, quidquid expendi debuerat, pro libitu, & præcepto veſtro ſatisfaceret, & componeret. Quæ omnia devotus, ſicut diximus, adimplere promiſit, & Fridericum Filium ſuum, qui præſens aderat, reum pro ſe, ſi moreretur, conſtituit, qui data etiam fide, hæc in manum noſtram firmavit,* unde ſic Leopoldum noſtrum, vice Pontificis abſolvit. *Dein Dux petit Adalbertum Salisburg. Arch.* *Et denuo ab excommunicatione abſolvitur.*

3tio: Tandem ajebat in epiſtola ſua Adalbertus ad Papam Cœleſtinum, mirari ſe & ſtupere, quod Papa excommunicationem hanc Leopoldi, ſibi abſconderit, nec per legatos, nec per literas inſinuaverit, quam proin, licet vulgi ſermone audierit, ſine literis tamen Papæ credere non voluit.

Mors devota. Leopoldi morituri compunctionem & devotionem, cum epiſtola & teſtimonio Adalberti, omnes uno ore ſcriptores, Angli etiam vel inviti, fateri coguntur; poſtquam enim dolores ſæviſſimos, ſumma cum patientia pertulit Dux noſter, tandem reſignatus in Dei voluntatem obiit. *Dies obitus.* De die obitus certant authores, Chronologi plures cum Necrologiis Seccovienſi, & Seizenſi poſuere 2. *Kal. Jan.* diem. Epitaphium ejus apud Puſch citatum, 3. *Kal. Jan.* Necrologium Admont. ſcripſit; *pridie Kal. Januarii obiit Luipoldus ex Duce Monachus.* Ortilo Campililienſis 4. *Kal. Jan.* defunctum docet; de anno conſtat, authores proin illi, qui Ducem noſtrum an. 1195. defunctum tradidere annum illum, more veterum a nativitate Domini an. 1194 inchoarunt, ut ſæpius obſervatum.

Sepultus ad S. Crucem in Auſtria. Cadaver defuncti Ducis, lugubri apparatu Græcio devectum, ad Ciſtercienſes S. Crucis in Auſtria, quorum habitum moribundus induerat, ſepultum eſt, aliquot dies tamen inhumatum, prohibente Adalberto Salisburg. *Sepultura dilata.* ſed quæ cauſa dilatæ ſepulturæ? plures aviditatem Filii ſui Friderici arguunt, pecunias & obſides reddere negantis, ego moram quidem Friderici in his reddendis, non tamen ex aviditate, & ſtudio quæſitam arbitror cauſam fuiſie; dimiſſio obſidum facilis erat, & momento fieri poterat, at vero numeratio, conquiſitio & compoſitio peccuniæ moram flagitavit, unde Adalbertus Salisburg. in cit. epiſtola non ſcripſit: *quia etiam Filius ejus Fridericus mutatus eſt, vacillabat*, ſed *quia mutatum & vacillantem audieramus*, nec cauſa neceſſitatis, *ſed ob abundantiorem cautelam*, ſi nimirum ſermo ad ſe perlatus verus foret; quamprimum vero Epiſcopus Patav. cui hoc negotium commiſit Adalbertus, cautionem Friderici Filii obtinuit, illico Patrem ad S. Crucem ſepeliri admiſit Adalbertus.

Lytro Regis Richardi a Leopoldo vivo adhuc. Quæ vero mora Fridericum urſerit, obſides ac pecunias, non illico reddendi, cenſeo cum pluribus, pecunias per Richardum datas, jam antea a Leopoldo vivo adhuc in communes Provinciarum ſuarum utilitates fuiſſe impenſas; Haſelbachius apud Hier. Pez tom. 2. f. 712. *An Vienna muris cincta & foſſis.* ita ait: dato *redemptionis pretio maximo, unde murus Viennenſis dilatatus eſt, novum quoque foſſatum, quod hodie cernitur effoſſum, civitas, quæ etiam Viſcha dicebatur, nunc ad parvulum redacta oppidulum, & rus ad radices fluvii Viſcha ſituatum - - - renovata eſt in parte, nec non Anaſum, Haynburga, & Marchegg, & aliæ plures, hoc redemptionis adventagio, ſuæ firmationis haud parvum commodum, quod & nunc uſque cernitur, perſenſerunt.* *An Viſcha olim urbs, Auſia, Hainburga, Marchegg.* Anonymus Leobienſis apud eundem Pezium tom. 1. f. 798. ait, *de qua*, pecunia nempe Regis *Richardi, poſtea ſtatim nova civitas, & Fridberch ſunt ædificatæ, & munitæ, & circumvallatæ.* *Neoſtadium, Fridberga ædificata.* Aventinus lib. 7. f. 658. Viennæ mœnia ampliata, pluraque alia caſtella eo lytro refecta fuiſſe docet, quæ vero? non nominat.

Expenditur. Viennam hoc lytro Regis, per Leopoldum VII. ejus nominis Ducem, ſeu per Leopoldum hunc virtuoſum, muris cinctam communis eſt patriorum ſcriptorum ſententia, ejusque veſtigia ad *rubræ turris*, ut vocant, partem, etiamnum ſuperſunt; *de civitate olim* nunc *oppido Viſcha*, alii omnes tacent, *Marcheggum* tardiora habet ſub Ottocaro Bohemo initia, minus credibile, quod ait de *Neoſtadio*, ſeu *nova*

civi-

civitate anonymus Leobienſis, ea enim primo circa annum 1200. ſurrexit, niſi fors *novæ Civitatis* nomine, Viennam intelligat, ubi tom. 1. dictum, & ad an. 1200. repetetur, de *Fridberga* civitate, utut nec verbum unquam de ejus origine reperi, tenuis ſaltem conjectura ſubſiſteret, cum ea ante an. 1163. non exſtiterit, ac an. 1251. urbs jam fuerit.

Ex his proin concludo, Leopoldum pecunias a Richardo acceptas mox in terrarum ſuarum utilitatem impendiſſe, ſicque Filio Friderico a morte Patris, moram & difficultatem non levem fuiſſe, expenſas jam pecunias, aliis de novo collectis refundendi.

Antequam de Leopoldo noſtro ſermonem finiam, uxor & Liberi ejus, cæteraque acta nondum enarrata, obiter ſunt perſtringenda; author MS. Chron. Styr. qui, neſcio unde? Leopoldum Ducem, non equi lapſu, ſed gravi infirmitate defunctum, octo diebus Græcii mortuum expoſitum, atque ab Abbate Runenſi, ad S. Crucem ſepultum ſcripſit, denuo contra omnium authorum placita, duas Leopoldo Uxores attribuit, nempe Helenam Geyſæ II. Regis Hungariæ Filiam, ex qua nullam prolem procreavit, ſecundam Sophiam, Henrici VI. Sororem, Friderici Barbaroſſæ Filiam, ex qua 5. proles genuit. Fabulam hanc de Sophia II. Ducis noſtri Uxore, unde tam avide hauſerit author citatus? non conſtat, Sophia illa Henrici VI. Soror teſte Hübnero tab. geneal. 28. Uxor ſolum erat Wilhelmi IV. Marchionis montis ferrati, de quo Hübneri aſſerto quidem etiam dubito, cum Hübnerus tab. 123. & 296. ſibi contradicere videatur; id ex noſtris Scriptoribus Clauſtroneoburg. Mellicenſi, aliisque eruitur, Helenam an. 1173. Leopoldo nuptam, dein viduam perſtitiſſe ad 8. Kal. Junii an. 1199. quo obiit teſte Chron. Clauſtroneoburg.

Helena Geyſæ Reg. Hungar. Filia, Uxor Leopoldi unica non Sophia.

Proles eidem Leopoldo author citatus, dubias valde attribuit, nempe *Leopoldum* primogenitum, cum fuerit *Fridericus*. *Agnetem* Uxorem Ottocari VI. Styriæ Ducis, *Eliſabetham* Alberti Comitis de Pogen, & *Sophiam* Conjugem cujusdam Saxoniæ Ducis; de *Agnete* Ottocari Uxore, dixi diſſert. 4. cap. 7. tom. 1. in Ottoc. VI. ubi eam Chunegundem vocavi, nec id ſine dubio. *Eliſabetham & Sophiam*, Filias Leopoldi noſtri, omnes authores ignorant; præterea an. 1192. dixi Alberti Com. de Pogen Uxorem fuiſſe Ludmillam, Primislai Bohemi Sororem.

Filii ejus Fridericus & Leopoldus.

Filiæ an Agnes Chunegundes, Eliſabethe Sophia.

Cæterum Leopoldus noſter Princeps erat clariſſimus, cui *Virtuoſi* nomen bellica virtus adjeciſſe videtur; Lazius rerum Viennen. lib. pag. 47. docet: templum Viennæ S. Mariæ rotundæ ab eodem exſtructum, primum Templariorum, nunc Prædicatorum ſedem. Plura ejus egregia animi decora jam perſtrinximus, quæ tamen omnia captivitate Richardi Regis, & excommunicatione Cœleſtini fuerunt obſcurata.

S. Mariæ rotundæ templ. Viennæ.

Reliqua anni hujus geſta expedio. Inter Styriæ noſtræ res referenda videtur ſeries Epiſcoporum Gurcenſium, qui vicaria per patriam noſtram, Archiepiſcopi Salisburg. gaudebant poteſtate; hoc itaque anno Dietricus Epiſcopus Gurcenſis, ob nimiam corporis infirmitatem reſignans, ſucceſſorem obtinuit Wernerum Præpoſitum Can. Reg. Clauſtroneoburgi teſte Honorio in MS. Chron. Salisburg. & alio Chron. Salisburg. apud Hier. Pez tom. 1. f. 347.

Dietrico Ep. Gurc. ſucc. Wernerus Præpoſ. Clauſtroneoburg.

Krechav Parochia. Adalbertus Archiep. Salisburg. qui Wernerum Gurcenſem Epiſcopum conſtituit, eodem hoc anno Eccleſiæ Krechovienſi, jus proprii Parochi habendi firmavit, a Parocho Neukirchenſi in controverſiam vocatum. Inter teſtes Diplomatis hujus erant *Pilgrimus Abbas S. Petri, Reinbarus Capellanus Imperatoris, Reichardus Canon. Friſac. Leypoldus Wüermprand de Stuppach.* Leopoldus hic, ut jam tom. 1. ad an. 1130. dictum, primus ſe Wurmbrandium ſcripſit, cum antea ſolum Wurmbergii dicerentur, Filius erat Othmari, Frater Conradi Dynaſtæ de *Wurmberg.* Idem inſigne, ut nomini reſponderet, mutavit, arcemque cognominem, cujus rudera hodiedum penes *Krumbach* in Auſtria ſuperſunt, erexit.

Wurmbrand de Leopold.

Wurmbrand arx.

Anno 1195.

ANNO 1195.

Indict. 13. Cœleſtini III. P. V. Henrici VI. Imp. VI. Leopoldi Glorioſi, Ducis III. Styriæ I.

Leopold. Glorioſ. Dux Styriæ. Ad introitum novi anni hujus, novi quoque Auſtriæ, Styriæque Duces ſubintrarunt; defuncto enim Leopoldo Virtuoſo, mox diviſis faſcibus, *Filii ſucceſſerunt, Fridericus quidem in Ducatu Auſtriæ, Leopoldus in Ducatu Styriæ*, inquit Chronologus Admontenſis: Prima Filios paterni funeris cura inceſſit, de quo anno priore dictum.

Frider. Fr. Dux Auſtriæ. De ſucceſſione Filiorum eadem habent Chron. Mellic. Clauſtroneoburgenſe, Bernardus Noricus aliique; jam differt. 1. §. IX. oſtendi, diviſionem Principatuum Auſtriæ & Styriæ non fuiſſe contra mentem Ottocari VI. factam, eo quod hic non per modum præcepti, ſed potius prudentis præcautionis, jus in Styriam primogenito Auſtriæ ſtatuerit: & ſane raro ſæculorum exemplo charitas adeo arcte binos hos fratres conjunxit, ut regimen quaſi commune in utroque Auſtriæ & Styriæ Principatu gererent, hinc factum arbitror, ut in Diplomate S. Crucis, apud Bern. Pezium cod. diplom. tom. 2. pag. 49. *Fridericus Dux Auſtriæ & Styriæ* ad an. 1196. legatur, eodemque anno Leopoldus cum Fratre ſuo, communi nomine Canoniæ Oſterhovenſi, mutam, ſeu teloneum per terras Auſtriacas concederet, ut V. Hund. Metropol. Salisburg. tom. 3. pag. 12.

Eorum concordia.

Leopold. cur Glorioſus dictus. Cæterum Princeps noſter, tempora pluribus difficultatibus & calamitatibus implexa ſubiit, in quibus tamen ſe ita geſſit, ut nec pietatis jacturam faceret, nec detrimentum ſuæ reipublicæ inferri pateretur, unde ei dein nomen *Glorioſi* datum; Regimen, ut a pietate more Patris auſpicaretur, Seizenſibus Eremitis hoc anno benefecit, cum enim, qua neſcio de cauſa, in urbe *Marchburg* moraretur, ibidem donata a Patre amplo Diplomate confirmavit, nempe *eleemoſynam decimarum 4. villarum, videlicet duarum Rachis, Vedoai, & Rogotz, quam Pater meus, mihi æquivocus, intuitu Dei - - Cartuſienſis Ordinis Fratribus, in Valle S. Joannis vitam Eremiticam ducentibus conceſſit, ratam habemus &c.* Gratiſſimi Seizenſes Leopoldi I. Ducis Auſtriæ & Styriæ anniverſarium ſingulis annis ultima Decembris celebrant, Leopoldi vero Glorioſi, Filii & Fundatoris Gyrienſis die 28. Julii. V. Diplom mea in fine num. 2.

In Mahrburg confirmat Seizenſ. bona.

Go-

Godefridi Patriarchæ Aquilejenſis annus emortualis ignoratur quidem, variantque in eo authores, illud tamen ex Diplom. a Muratorio differt. XI. antiquit. Ital. medii ævi allato conſtat, Peregrinum II. anno hoc VIII. Febr. jam Aquilejæ ſedisſe, cum vero in alio hujus anni Diplomate ab Henrico Imp. dato, *Peregrinus* adhuc *electus* vocetur, nondum hoc tempore Pontificali ordinatione ſublimatus, proin anni prioris fine, vel hujus initio ſucceſſiſſe videtur. V. de Rubeis cap. 66. horum Patriarcharum geſta, continuo obiter ſunt perſtringenda, quoniam Styriæ trans Dravum ſitæ ſacra poteſtate dominabantur. *Peregrinus II. Aquilej. Patr.*

Wernerus Epiſc. Gurcenſis, Styriæ noſtræ Vicarius Salisburgenſis, anno priore electus, hoc anno *obiit*, inquit Chron. Admont. cui *Eckardus Præpoſitus Solienſis ſucceſſit.* Idem habent Chron. Salisburg. vitam quoque pientiſſime actam Wilhelmus Abbas Runenſis tertius e celeberrima Dynaſtarum Muhreggenſium in Styria ſerie ortus poſuit, poſtquam 6. annis præſuiſſet. Catalogus Abbat. Runenſ. apud Frœlich. id ei laudis tribuit: *Vir erat columbinæ ſimplicitatis, & ſacræ Religionis Zelator fervidus, plus ſpiritualibus intendens, quam temporalibus, in libris S. legis comparandis animum applicuit.* Succeſſit ei Conradus de Grodno Abbas IV. teſte Chronologo Admontenſi, denuo de expeditione ſacra eſt actum; nam *Henricus Imper. apud Wormatiam curiam celebravit, & expeditionem transmarinam, in auxilium S. Sepulchri ordinavit, in ipſo loco Chunradus Moguntinus, Philippus Colonienſis, & Archiepiſcopus Bremenſis, Chunradus Ratisbonenſis, Heinricus Herbipolenſis, Heinricus Pragenſis Epiſcopus, nec non & Dux Saxoniæ, Dux Dalmatiæ Meran, Dux Auſtriæ, Dux Carinthiæ, & Heinricus Palatinus Comes de Reno, cum aliis innumeris Principibus, tam ſæcularibus, quam ſpiritualibus, Comitibus quoque ac Nobilibus, in præſentia Imperatoris, Crucem Chriſti acceperunt.* De Friderico Auſtriæ Duce, idem teſtatur Chronicon Clauſtroneob. Zwetlenſe, aliique authores, errarunt vero Arenpekius, Haſelbachius, Suntheimius, cæterique, qui Fridericum Auſtriacum, intra Hiſpaniam contra Saracenos profectum ſcripſere. *Wernero Epiſcopo Gurc. ſucc. Eckhardus.* *Wilhelm. de Muregg III. Abb. Run. obit.* *Succ.* *Conradus de Grodno Abb. IV.* *Wormat. curia de exped. ſac.* *Quinam eo abierint.* *Frider. Dux Auſtriæ S. Crucem ſumit.*

Urſit eodem hoc tempore, lytri ſui reſtitutionem Richardus Rex Angliæ, & Cæleſtinus Papa, literis deſuper ad Adalbertum Salisburgenſ. datis, ſed dum diſcretio Adalberti, id negotii aliquantum protraheret, nunc profectio Friderici Ducis in Palæſtinam, Richardo Regi ſilentium impoſuit. Tandem utriusque mors negotium omne abrupit. *Cauſa de lytro Regis Angliæ agitur.*

ANNO 1196. *An. 1196.*

Indict. 14. Cœleſtini III. P. VI. Henrici VI. Imper. VII. Leopoldi Glorioſi, Ducis III. Styriæ II.

Henricus VI. Imperator litem diremit, de ſervis & ſervabus inter *Albertum Comitem de Pogen*, & Wolfkerum Epiſcopum Patavienſem, ut ex æquo dividant. Comes hic de Pogen an. 1192. proſcriptus, anno priore reſtitutus videtur, dum Henrico Imp. lætum nuncium in Italiam ferret de porphyrogenito Friderico Filio, 26. Decembris an. 1194. nato, ſubdit vero hoc an. Chron. Admont. *Albertus Comes de Pogen obiit.* *Alberti de Pogen res.*

Eodem hoc anno inquit Chronicon Clauſtroneoburg. *Bela Rex Hungariæ obiit, Emmricus Filius ejus ſucceſſit.* Idem habet Chronographus Admontenſis, plura addit Albericus dicens: *Bela Rex Hungariæ moritur in Cena Domini, de cujus potatione contra quemdam Epiſcopum Alanum orta fuit ſuſpicio*, hanc tamen fuiſſe inanem, altum reliquorum ſcriptorum ſilentium arguit. Bela hic tertius ejus nominis fuit, *poſt cujus obitum* inquit Rogerius Hovedenus, *Margaretha Uxor ejus, Soror Philippi Regis Franciæ, quæ quondam extiterat Regina Angliæ, Uxor Henrici Regis Junioris, accepit Crucem Hieroſolymitanæ profectionis, & in terra Hieroſolymitana, apud Accon, in Dei ſervitio permanſit uſque ad conſummationem vitæ ſuæ.* Erat præterea Bela III. Rex, Avunculus Friderici Auſtriæ, ac Leopoldi Styriæ Ducum, Helena enim Geyſæ II. Regis Hungariæ Filia, & Belæ III. Soror, Mater erat Friderici & Leopoldi Principum noſtrorum.

Bela III. Rex Hungar. obit.

Ejus Vidua Margaretha Crucem ſumit.

Ibidem mortua.

Belli ſacri ret. Fervebat interim belli ſacri apparatus, ejusque promovendi cauſa, Henricus Aug. Conradum Epiſc. Herbipolitanum miſit in Siciliam, ut naves ad deportandum in Aſiam exercitum adornaret, ipſe vero Auguſtus ſolicitus erat, ut Fridericum Filium ſuum, ſucceſſorem Imperii obtineret, unde, ut ait Chron. Admont. *Henricus Imperator curiam Ratisbonæ celebravit, & Filium ſuum Fridericum adhuc infantem, in Regem eligi impetravit, ſubſcriptione a Principibus facta.* Tandem contracto exercitu tertia vice in Italiam abiit, ſicque ſacra expeditio in ſubſequi anni æſtatem deferri debuit, quod deficiente ob communem Germaniæ ſterilitatem annona, Principes ad ſigna militem evocare prohiberentur.

Leopold. Dux Styr. cur. S. Crucem non ſumpſerit. Sive hoc, ſive altero abhinc anno Crucem S. acceperit Fridericus Dux Auſtriæ, Leopoldus Dux noſter domi manere debuit, Auſtriæ interim gubernacula delibaturus, quibus propediem admovendus erat, ob mortem Fratris in Palæſtina, ut ſuo loco dicam; hoc interim anno Fridericus Dux Auſtriæ, pro felici armorum ſucceſſu Deum ſibi promeriturus, religioſis locis beneficiſſe legitur, Oſterhovenſibus Canonicis teloneum, San-Crucenſibus donationem Patris de *villis Sulz & Paumbgarten* firmavit, ac Erlacenſi Parthenoni, telonei libertatem *apud Steine & Ibsburch* indulſit.

Hall oppidum exuſtum. Inter hæc Adalbertus Salisburg. Princeps, Archymiſta noſter, rebelles ſubditos Hallenſes, ſevere, juſteque punivit. Neſcio, quid criminis fuerit? cur Hallenſes a divinis ſuſpenderit; riſere contumaces cives pœnam hanc, triſtesque horum ſacrorum ferias. ſua credidere bacchanalia, quibus ad majorem vitæ licentiam abutebantur, unde, ut ait Chron. Admont. *Albertus Archiepiſcopus Hallenſes, pro ſui contumacia a divinis diu ſuſpenſos, dum flectere non potuiſſet, civitatem eorum incendio delevit, ſimul cum Eccleſiis, excepto Monaſterio Regularium* nempe Canonicorum *S. Zenonis:* addit Chronologus Cremifan. *ſalinas & oppidum cum domibus diſſipavit.* Maluit nempe Adalbertus divitis licet oppidi jacturam facere, quam inviſos hos ſuperis cives diutius tolerare;

Exc. Monaſt. S. Zenonis Ord. Can. Reg.

Halburch caſtrum ſtruitur. Ne tamen reipublicæ, deſtructione ædificiorum obeſſet, teſte Chron. Salisburg. *Caſtrum, quod Halburch dicitur, ab ipſo eſt conſtructum,* ſicque oppidi Hallenſis jacturam compenſavit Adalbertus. Hoc etiam anno inclytum Can. Reg. Seccovii Collegium, die 4. *Kal. Octobris,*

Wern-

Wernherum antiſtitem ſuum, non tam perdidit, quam cana virtute conſpicuum, ac diuturno regimine feſſum, ad requiem in cœlis perennem dimiſit. Sic enim habet Necrol. Seccov. 4. *Kal. Octobr. Wernherus I. Præpoſ. Seccov. & inſtitutor hujus loci* obiit. Necrolog. Admont. ponit 3. *Kal. Octob. Werherus Præpoſ. Seccove.* Sed domeſtico Scriptori plus deferendum cenſeo, vel dicendum, ab uno horum diem obitus, ab altero diem depoſitionis notari, Runenſe, aliaque necrologia diem obitus 4. Kal. Octob. ſtatuunt: annum mortis præſentem, indubium reddit Dipl. Seccov. 27. datum ab Adalberto Archiep. Salisb. ad Geroldum Præp. II. Seccov. die 14. Kal. April. quo proin anno Geroldus jam præfuit. Wernherum ex antiqua Gallerorum Styriæ familia fuiſſe, tomo primo in Genealogia Comit. de Galler oſtendi.

Wernherus I. Præp. Seccov. obit.

Succ.

Succeſſit unanimi eligentium calculo Geroldus, antea Decanus, vir tanto faſtigio digniſſimus, eum antehac Decanum fuiſſe, exhibet Diploma 26. datum Seccovienſibus a Leopoldo Duce noſtro an. 1192. quo Decanus appellatur. An e primis Baſilicæ Salisb. coloniis Seccovium a Werhero adductis fuerit? non ſatis liquet, cum ex ætate ejus incognita, ne conjectura quidem capi poſſit; e familia de *Eppenſtein* fuiſſe, ac 26. annis rexiſſe, habet ſeries Præpoſ. Seccov. in Græcio topographice deſcripto adducta, plura de his ambobus Præpoſitis digniſſimis ex Catalogo Præpoſ. Seccov. mihi a Reverendiſſ. Perill. Præpoſ. Seccov. Joſepho communicato hic addo: de Præpoſ. I. ita habet: *I. Wernerus a Galler Styrus Can. Reg. Salisburg. vitæ munditia, morumque ſuavitate, ac ſingulari inter Confratres ſuos ſcientia præditus, coram magnifico Præſulum ac Nobilium Conventu Friſaci electus, & a Conrado Archiepiſcopo Salisburg. confirmatus eſt XI. Kal. Junii an.* 1141. *peculiaribus ad virtutem exemplis proluxit, qui cum locum, & ſtrepitum minus idoneum cerneret, Canoniam transferre conſtituit ac pro facultate apud Innoc. II. Oratorem Romæ egit, a quo anno* 1143. *uti & ab Alex. III. an.* 1170. *in clientelam Pontificiam aſſumi commeruit. Dignitatem Archidiaconalem ab Archiepiſcopis Salisburg. Conrado & Eberhardo obtinuit, eamque ad ſucceſſores ſuos perpetuo derivavit. Ottocarum V. Marchionem Styriæ in ſolemni Principum congreſſu an.* 1152. *cum grandi honoris magnificentia in Advocatum Canoniæ Seccov. delegit, a quo, uti & Filio Ottocaro, ampliſſima beneficia, immunitates, ac favores ſingulares conſecutus eſt. Amplis in Eccleſiam ſuam meritis conſpicuus, læto fine optimus ſenecio quievit* 56. *regiminis ſui anno, reparatæ ſalutis* 1196. 4. *Kal. Octob.*

Geroldus Præpoſitus II. Seccov. antea Decanus.

An Canon. Salisburg. olim.

An de famil. de Eppenſtein.

Wernherus Præp. I. Seccov. a Galler.

De ſucceſſore catalogus cit. ita ſcribit: *II. Geroldus ab Eppenſtein, e ſuper. Styria oriundus e Dynaſtis de Eppenſtein, antea Decanus eligitur in Præſulem an.* 1196. *Hinc ampliſſimo Privilegio totam fundationis ſeriem ab Alberto Archiep. Salisburg. communitam accepit. Ab Innoc. III. in clientelam Pontificiam aſſumptus, plenoque ſuper Parochialibus Eccleſiis noſtris jure inſignitus eſt; ſub ejus regimine Canonia Seccov. in Cathedram evecta eſt ab Honorio Pontifice, reſervata eidem omnis juris indemnitate. Honori ac incremento Eccleſiæ ſuæ annos* 24. *impendit, mortuus* 5. *Kal. Aug.* 1220.

Geroldus ab Eppenſtein II. Præp. Seccov.

Opportuna occurrit mentio de Archidiaconatu Seccov. cujus tenuem utcunque, & jejunam ex defectu documentorum notitiam dedi tomo 1. fol. 656. &c. at ex iisdem MSS. cit. Pæpoſiti Seccov. ſequen-

Seccov. Archidiac.

In Eccleſia Chumbenz. quentia ſubjungo. *An.* 1144. *Conradus Archiep. Salisburg. novæ plantationi Seccovienſi, quam de corpore Salisburg. acceperat, videlicet Canonicorum, ac utriusque ſexus perſonarum Religioſarum de Choro S. Rudberti, matricem Eccleſiam S. Rudberti in Chumbenz, cum omnibus ſuis Filiabus & attinentiis in perpetuum addidit & fundavit; unde Archidiaconatus, qui huic Eccleſiæ annexus fuerat, per Diœceſim Seccov. Canoniæ noſtræ pleno jure traditus fuit. Confirmavit prædicta Eberhardus Archiep. Salisburg. per extenſum Diploma. Hinc Archidiaconatus perpetuus, & Præpoſituræ annexus, & ſe Præpoſitus Archidiaconum natum ſcribit.*

Parochiæ ſub Archid. Seccov. *Parochias habet ſequentes:*

In oppido Stainz, & ad S. Stephanum. Ad Collationem Reverendiſſ. DD. Præpoſiti Stainzenſis.

Ad S. Laurentium in Hengſperg. Ad Collationem Celſiſſimi DD. Ordinarii Epiſcopi Seccov.

Ad S. Margaritham infra Wildon. Ad Collationem Reverendiſſ. DD. Præpoſiti in Suben in Bavaria.

Wildon. Ad Collationem DD. de Wildon.

Preding. Ad Collationem DD. Præpoſiti Stainzenſis.

Tobl. Ad Collationem Principis terræ.

Mos-Kirchen. Ad Collationem Celſiſſimi Principis, & Ordinarii Seccov.

Voitſperg Civitas.
Piber.
Köfflach.
Graden.
Stallhofen.
Ligiſt.
Edlſchrott.
Pak.
Salat.
Geistbal.
Kainach.
Obedach.
Weiskirchen.
Lind.
} *Ad Collationem Reverendiſſimi DD. Abbatis ad S. Lambertum.*

Lobming. Ad Collationem DD. Com. de Saurau, nunc Excell. DD. Com. Franc. Joſephi a Wurmbrand.

S. Petri in Geila ad Collationem Celſiſſimi DD. Ordinarii.

S. Jacobi in oppido Seccov.
S. Ruperti in Chumbenz.
S. Joann. in Civit. Knittfeld.
S. Mariæ prope Prank.
S. Margar. ad Muram.
S. Stephani in Schœnberg.
S. Laurentii ad Muram.
} *Pleno jure ſpectant ad Canoniam Seccov.*

ANNO 1197.

An. 1197.

Indict. 15. *Cœleſtini III. P. VII. Henr. VI. Imp. VIII. Leopoldi Glorioſi Styriæ III. Ducis III.*

Henricus VI. Imperator compoſita rebellis Siciliæ tempeſtate, vacuum a morte Conadi ſine ſobole defuncti Ducatum Sueviæ Fratri Philippo tradidit, qui cum Irene ſibi dudum deſponſata, dein nuptias celebravit. *Philippus Dux Sueviæ.*

Dum hæc gererentur, Leopoldo Duci noſtro Fridericus Frater Auſtriacus ſuprema inter oſcula, quia ultimo, & non amplius rediturus, valedixit. Sic enim habet Chronicon Clauſtroneoburg. *Expeditio tertia Jeroſolymam. Chunradus Mogunt. Archiep. - - eodem anno Wulfkerus Patavienſis Epiſcopus, & Dux Auſtriæ Fridericus, & alii plures Hieroſolymam ſunt profecti*, idem habet annaliſta Garſtenſis MS. apud author. German. ſacræ tom. I. pag. 343. Ortilo Campililienſis plura ſubjicit his verbis: *Idem Dux iter in Palæſtinam per Apuliam, cum maxima hominum multitudine aggreſſus, Vicariam Fratri ſuo, Auſtriæ gubernationem commiſit*, quod ſuadere videtur arcta inter fratres neceſſitudo, Provinciarumque finitimarum utilitas. *Frideric. Dux Auſtriæ Leopoldo valedicit, & in Palæſtinam abit.*

Cum Cruce ſignatis circa feſtum S. Ægidii de Meſſana Civitate profectus Fridericus, in feſto B. Mauritii, ſeu 22. Sept. incolumis ad portum Accon cum reliquis appulit; Sidon, Sarepta Sidoniorum, Berythum urbes, hiſce ſanctis militibus illico ceſſerunt, at omnes eorum conatus, ſiniſtra de morte Imperatoris fama turbavit; etenim 4. Kal. Octobris Henricus VI. Imperator Meſſanæ ferali oppreſſus morbo vitam exuit. Rediere itaque plerique Principum. Fridericus Dux Auſtriæ in Palæſtina pro amore Crucifixi remanſit. *Ejus iter. Labores. Henr. VI. Imperator obit.*

Vix vero Henricus Imp. oculos clauſerat, illico *in Teutonica terra*, teſte Godefrido Col. *Werræ* ſeu guerræ vel pugnæ *multæ & diſſenſiones, eatenus inauditæ oriuntur ſuper Imperio*, quod nimirum ab infante regi non poſſet. Adolphus Colonienſis, antea quidem Electioni Friderici pueri in Regem Germaniæ ſolus obnitebatur, ſed dein apud Bopardiam jurejurando ſe adſtrinxit coram Philippo Duce Sueviæ, Fratre Henrici Imper. quod Fridericum Regem agnoſcere vellet, jam vero mutata mente, Philippus in ſe ipſum omnem operam intendit, ut coronam Imperii obtineret, quam tamen dein proprio ſanguine imbuit. *Turbæ Imperii.*

Inteſtino etiam bello Hungaria ardere cœpit, dum teſte Chronol. Admontenſi. *Andreas, qui Crucifer dicebatur, Frater Henrici* ſeu Emerici Regis, contra Fratrem ſurrexit, ut ei relictum a Bela Parente ſceptrum eriperet, vel certe quasdam Provincias extorqueret. Incendium hoc bellicum, quod Auſtriam, & Styriam dein afflavit, Cœleſtinus ſacro fulmine extinquere conabatur, non tamem valuit morte antea præreptus. *Hungar. turbæ. Cœleſt. III. P. obit an. ſeq.*

Archiepiſcopus interim Salisburgenſis Adalbertus domi ſuæ, plurimis negotiis conficiendis intentus erat, progreſſus enim *in Styriam* compoſuit litem *inter Admontenſes, & Fridericum de Petav. Actum in caſtro Libniz 2. Kal. Martii.* *Adalbert. Salisburg. Leibnitii litem componit inter Fridericum de Petav.*

Et Admont. de prædio Mukernaw ſeu Sauſall donato a Godefrid. de Wietingen.

Hæc vero lis, in quo hæſerit, detegit Diplom. 44. Codicis Admont. in hunc modum: *Fridericus de Petav. Miniſterialis S. Ruodberti*, Rudolphum Abbatem, & Fratres Admontenſes, coram Adalberto Salisburg. ſæpius in judicio deferebat, de prædio quodam Admontenſi, dicto in *Mukyrnove*, & quidem titulo eo, quod Fridericus hic eſſet de cognatione *Godefridi de Wietingen*, qui prædictum prædium, ante 40. & plures annos, Eccleſiæ Admontenſi tradiderat. Quidnam vero juris, ſibi in prædio prætenderit Fridericus de Petav? Diploma non exprimit, ſed ſolum ait: cum pars parti cedere nollet, Archiepiſcopum Adalbertum de conſilio virorum prudentum decidiſſe, ut Abbas & Monaſterium *Friderico de Petav* ſolveret 40. marcas, hic vero prædium illud abdicaret, & dein defenſor hujus prædii eſſet Admontenſibus. Teſtes quamplurimi aderant, inter quos ex Styriæ noſtræ Eccleſiaſticis. *Henricus plebanus de Libniz*, *Albertus de Micheldorf*, de quibus plura in fine, ubi Diploma exponetur.

Sauſall locus & Parochia.

Prædium Mukernow, in Styria infer. *hodie Sauſall* vocatur, ubi Parochia S. Nicolai etiam Admontenſis ſita eſt. V. Dipl. mea in fine num. 4.

Admont. obtinent jus omne in mont. Zezzen.

Leibnizio Adalbertus *Friſacum* abiiſſe videtur, quo in loco iisdem Admontenſibus, jus omne, quod antea controverſum erat inter Admontenſes & Salisburgenſes, in monte Zezzen contulit. Codex quidem Admont. Diplomaticus hæc ad an. 1193. refert, ſed, uti jam eo anno obſervavi, hæc ad præſentem annum ſpectare videntur, tum quod caſtrum Halburch, in quo Diploma confectum, anno præcedente primo fuerat conſtructum, tum quod *Bertholdus Præpoſitus Salisburg.* inter teſtes primus, anno 1169. primum, poſt Gundaccarum Præpoſituram obtinuerit teſtante Catalogo Salisburg. V. annot. Diplom. in fine.

Gundaccaro Præpoſ. Salisb. ſucc. Bertbold.

Admont. dantur Decimæ in Gamner & Obdach.

Eidem Diplomati Admont. 43. adjecta eſt confirmatio decimarum *in Gamner & Obdach*, quo in loco poſtremo, Parochiam adminiſtrant hodie S. Lambertini D. Ægidio ſacram. V. Dipl. mea in fine num. 3.

Paroch. 2. in Lieſnich & Palta.

Nec his exhauſta eſt Adalberti Salisburg. beneficentia in Admontenſes, eodem enim hoc anno, ut V. Diplom. Admont. num. 45. *Parochias duas in Lieſnich & Palta*, cum omni jure plebeſano, ac titularibus earum Eccleſiis, Monaſterio Admont. perpetuo poſſidendas donavit. Locus, annus, dies, Diplomati quidem deeſt, hoc tamen circiter tempore donatio facta videtur; ambæ hæ Parochiæ Admontenſibus hodie ſubſunt, nempe D. Laurentii ad Paltam, & S. Michaelis ad Lieſnich & Muram ſupra Leobium ſita.. V. Diplom. mea in fine num. 5.

Seccovienſ. Canoniæ confirmatio.

Seccovienſibus Canonicis idem Albertus Diploma confirmatorium dedit, in quo eorum fundatio, origo, progreſſus, ad hunc uſque annum accuratiſſime deſcribuntur; exſtat id inter Diplom. Seccov. apud Frœlich Diplomataria Ducatus Styriæ part. 1. f. 173. num. 27. datum eſt 14. Kal. April. locus deeſt. V. inter Diplom. mea num. 6.

Kapfenberg de Wulfing II. domat Seccov. villam Lint.

Iidem Canonici Seccovienſes, munificentiam Dynaſtæ cujusdam Patriæ noſtræ, *Wulfingi de Kapfenberg*, hoc anno ſunt experti, hic etenim, ut ait Diplom. Seccov. 29. gravi moleſtia corporis correptus, cum ſibi moriendum eſſe arbitraretur, D Geroldum Præpoſ. Seccov. ad caſtrum ſuum *Kapfenberg* vocavit, eique *curiam villicalem Linte*, cum

omni-

omnibus attinentiis donavit; quia vero Wulfingus hic de Kapfenberg, jam dudum *D. Ulricum de Stubenberg* fratruelem ſuum, ſibi hæredem ſubſtituerat, delegationem hanc per manus ejus ratam eſſe voluit. *Acta ſunt hæc in Kapfenberg* fer. 5. tertio Id. Decemb. V. Diplom. mea in fine num. 7. & tom. 1. annal. Styr. ad Diplom. 4. & 14. annot. *Stubenberg de Ulricus.*

Idem tamen *Wulfingus II. de Kapfenberg*, hac ex infirmitate reconvaleſcens, ad annum uſque 1230. vitam produxit, quo anno ejusdem Vidua Gertrudes, in ſepultura Mariti ſui, tradidit ex voluntate ejusdem etiam *curiam Pajerdorf* Seccov. Canoniæ, ut oſtendam pluribus an. 1230.

ANNO 1198. *An. 1198.*

Indict. 1. Innocentii III. P. I. Philipi & Otton. Impp. I. Leopoldi Glorioſi, Duc. III. Styriæ IV. Auſtriæ I.

Cœleſtinus III. Papa ſenio & gravi morbo laborans, 6. Idus Januar. corpus depoſuit, cui Lotharius e Comitibus Signiæ, SS. Sergii & Bacchi Diaconus Cardinalis ſub nomine Innoc. III. ſucceſſit, 8. Kal. Martii conſecratus, quo eodem fere tempore celerem e Palæſtina reditum ſacri milites adornabant; cauſa reditus tam maturi ac præcipitis videbatur intempeſtivus Cæſaris obitus, Friderici Filii pueritia, indeque proviſa non minima Imperii damna, remanſere tamen Archiepiſcopus Moguntinus, Epiſcopus Verdenſis ac Patavienſis, cum Friderico Duce Auſtriæ, qui tamen teſte Necrologio Mellicenſi 16. *Kal. Maji* obiit; locum nemo exprimit, & Chronica patria una quaſi phraſi loquuntur: *Fridericus Dux peregre moritur.* *Innoc. III. Papa.* *S. Belli finis.* *Frideric. Dux Auſtriæ obit in Palæſtina.*

Documenta domeſtica S. Crucis ita de ejus morte habent: *Fridericus Dux Auſtriæ, dum in reditu itineris Hieroſolymitani infirmaretur, advocatis ad ſe Wolfgero Patav. Epiſcopo, Comitibusque quibusdam, & nobilibus viris delegavit Monaſterio noſtro villam Wezelnſtorf dictam &c.* Ortilo Campililienſis ita mortem ejus effert: *ibidem etiam animam poſuit* 17. *Kal. Maji poſtulans, ut in Auſtriam reducto corpore in S. Cruce ad Patrem apponeretur. - - - Frater Fratrem ad tumulum conduxit* 5. *Idus Octobris, me iterum adſtante*: ex quibus conjici poteſt, Wolfgerum Epiſcopum Patav. morienti Friderico adſtitiſſe. *Sepultus ad S. Crucem in Auſtria.* *Wolfgerus Patav. ei in morte aſſiſtit.*

Mortuo ſic in transmarinis partibus Friderico, Leopoldus poſſedit utrumque Ducatum (Auſtriæ nempe & Styriæ, inquit Chronic. Auguſtan. apud Freherum tom. 1. pag. 515. ſed male ad an. 1195.) *homo pacificus, ac virtuoſus, cujus tempore Monaſteria, Clerus, & populus in ſuis Provinciis pace magna gaudebant, ut merito pacificus & Pater Cleri vocaretur.* Eadem habent Chronica noſtra omnia. *Leopold. Dux Styriæ fit Dux Auſtriæ.* *Ejus Laus.*

Vix novi Ducatus faſces adeptus erat Leopoldus noſter, cum illico Innocentius III. Papa 3. Kal. Julii eidem, uti & Adalberto Archiepiſcopo Salisburg. ſcripſit, illum admonens, ut lytrum Anglicum redderet, huic imponens, ut tergiverſantem Principem excommunicatione compelleret. Sed evanuit tota cauſa Anglica, dum anno ſeq. Richardus Rex in Anglia, igne ſacro, ex percuſſione ſagittæ contempta, obiret. *Jubetur a Papa reddere lytrum Anglicum.*

Imperii turbæ. In Germania de corona Imperii ingens diſcordia eſt orta, cum enim Archiepiſcopus Colonienſis & Trevirenſis, pro novi Regis electione, Principes Germaniæ Coloniam convocarent, & ſpecialibus miſſis, Bertholdum V. de Zæringen, in quem votis ſuis collimabant, *Biceps Imperium.* accerſerent, pauciſſimi Principum Coloniæ, plurimi Erfordii convenerunt, ibique Philippum Sueviæ Ducem defenſorem Imperii, donec Fridericus ex Fratre Nepos adoleſceret, conſtituerunt; reliqui Principes Coloniæ congregati, Ottonem Filium Henrici Leonis, ex Sorore Richardi Regis Angliæ genitum, Regem dixerunt. *Philippus & Otto Rex Germ.* Philippus Wormatiæ inunctus eſt ab Archiepiſcopo Tarantaſienſi, aſſiſtente Epiſcopo Sutrino legato, qui Philippum excommunicatione, occulte, nec in forma Apoſtolica abſolverat, ob cauſam Richardi Regis adhuc innodatum, Otto vero Aquisgrani coronam Imperii accepit, atque ex hac electione turbæ, ſciſſio Principum, urbium, ac ingens civile bellum ortum eſt.

Leopold. Dux neutr. electioni adeſt. Leopoldus Dux noſter, neutri horum conventuum adfuit, ita enim ait Otto a S. Blaſio: *Principes, qui electionibus Regum non interfuerant, poſtmodum ſe viciſſim, ad alterum eorum conferebant. Luipoldus videlicet Dux orientalis, & Rex Bohemiæ &c.*

Interea Wolfgerus Patav. Epiſcopus, quinquennii pace, inter Saracenos & Chriſtianos compoſita, ex oriente rediit, nam pridie Kal. Julii, Pataviæ jam ſignavit Diploma. quo cum conſenſu Capituli ſui, *Gundaccaro II. de Styra Wildbergen. Caſtr. confertur.* *Gundaccaro II. de Styra*, ex ſerie Marchionum veterum Styriæ oriundo, inveſtituram *Caſtri Wildſpergenſis*, ob plurima in Eccleſiam Patav. merita contulit; Diploma adfert Excell. Wurmbrandius in collect. genealog. f. 236. & author German. ſacr. tom. 1. f. 344.

Hunſperg de Eliſ. Uxor. *Gundaccari hujus II. Domini de Styra*, memini jam tom. 1. annal. in annot. Diplom. 6. ubi etiam dictum, ejus Conjugem fuiſſe *Eliſabeth de Hunſperg*; cum vero Gundaccarus hic fideliſſimus eſſet Eccleſiæ Patavienſi, ſuaque procuratione obtineret, ut vir nobilis *Gotſcalcus de Hunſperch* (forte Pater Eliſabethæ hujus) Caſtrum *Wildberch*, cum omni- *Gotſcalc. de Hunſperg Caſtr. Wildberg Sedi Patav. delegat.* bus attinentiis, Eccleſiæ Patavienſi libere delegaret, Wolfgerus viciſſim, & Capitulum Patavienſe, ut gratiam referrent, caſtrum id cum attinentiis, Gundaccaro & ejus deſcendentibus, ſexus utriusque in feudum conceſſit Pataviæ in Capella Epiſcopali.

Seccov. Canon. Adalbertus Sal. tribuit. Adalbertus Salisburgenſis Archiepiſcopus, Pater Religioſorum, Canonicis Seccovienſibus, hoc anno in Salina *apud Goval* ſui juris, contulit 7. talenta ſalis, ſingulis annis accipienda &c. V. Diplom. Seccov. 28. inter mea in fine num. 8. nec locus, nec dies Diplomati adeſt, colligitur tamen Diplom. datum poſt 1. Nov. quo die an. 1168. electus eſt, cum ſcribat in Diplom. *anno Pontificatus noſtri* 31.

Adalbert. Salisburg. Regi Philippo adhæret. Idem vero Adalbertus in his Imperii Romani turbis, cum Ducibus Auſtriæ, Styriæ, Bavariæ, Saxoniæ, earumque partium Epiſcopis, Philippi Regis partes eſt ſecutus, unde ait Otto a S. Blaſio: *Salisburgenſem, propter ejus egregium in ſe ſtudium Philippus Rex anno ſequenti, Moguntiæ præclaro Diplomate muneratus eſt.* Ut dicetur an. altero.

Capitur & includitur. Aſt aliud turpe facinus in Adalbertum noſtrum eſt patratum, quod Chroniſta Salisburg. ita enarrat: *Adalbertus Archiepiſcopus circa fluvium,*

qui

qui dicitur Lamer, a Miniſterialibus capitur, & in Caſtro Werven per 14. dies captus tenetur, propter quam enormitatem facti, divina in Eccleſia Salisburgenſi, aliisque Epiſcopatibus vicinis interdicta ſunt, eo dimiſſo cantatum: liberaſti nos. Eadem habet Chronicon Steronis. Cauſa tentati facinoris latet. Suſpicio eſt, extitiſſe ob Hallenſis oppidi vaſtationem.

ANNO 1199. *An. 1199.*

Indict. 2. Innocentii III. P. II. Philippi & Ottonis Imp. II. Leopoldi Glorioſi, Ducis III. Styriæ V. Auſtriæ II.

Seizenſibus in Styria Cartuſianis, quædam *Domina Maichtildis*, patrimonium ſuum, pro remedio animæ ſuæ, & Parentum ſuorum libere contulerat, quam donationem Leopoldus Dux noſter, Diplomate ſuo hoc anno firmavit. V. Diploma Seizenſe 13. Hæc Maichtildes quæ fuerit? non conſtat, anniverſarium ejus lego in antiquo necrologio die 22. Sept. *Seiz. res.*

Philippi Regis Germaniæ partes, hoc jam anno Dux noſter Leopoldus ſecutus videtur, ad exemplum aliorum in vicinia Principum & Epiſcoporum, cum enim in Conventu Norimbergenſi, Alderſpacenſibus Ciſtercienſibus, Privilegia varia 18. Aprilis hujus anni Philippus Rex firmaret, Leopoldus Dux noſter, inter cæteros Principes teſtem egit, ſicque Philippi partes eſt ſecutus, quo minus tamen ad ejus Caſtra abiret, impediit domeſticum bellum, de quo mox pluribus. *Leopold. Dux Philippo Regi adhæret.*

Eidem Philippo Regi adhæſit etiam Adalbertus Salisburg. Archiep. & Wolfgerus Patav. Epiſcopus, hic enim cum Ludovico Bavaro eidem Diplom. Alderſpac. ſubſcriptus legitur, ille vero a Rege Philippo hoc anno ampliſſimum Diploma obtinuit, quo omnia bona, & poſſeſſiones Salisburg. Eccleſiæ confirmabantur; Diploma hoc memorabile, quod omnes poſſeſſiones, & Privilegia Salisburgenſium accuratiſſime deſcribit, refert author Germ. ſacr. tom. 2. f. 308. ad 312. & f. 956. datum eſt Moguntiæ 3. Kal. Octob. *Uti & Adalbert. Arch. Salisb. & Wolfger. Patav.* *Dipl. Salzb. Eccl. a Rege Philippo datum.*

Ex hoc Diplomate videre licet *primo* adhærentes Philippo Regi Epiſcopos & Principes, nempe *Archiepiſc. Trevir. Epiſcopi Auguſtenſis, Conſtantienſis, Argentinenſis, Hermannus Landgravius Thuringiæ, Rudolphus Palatinus de Tübingen, Sifridus Comes de Orlamunde, Fridericus Comes de Zollern, Ulricus Comes de Berge, Emicho Comes de Liningen, Godefridus de Eppenſtein, Calochus de Kirchberg, Hartnidus de Mörenberch, Henricus Mareſchallus de Calandin, Ulricus Mareſchallus de Rechberg, Chuno de Minzenberch, Wernherus de Bolanden, Thiedo de Ravenſpurch, & alii. Chunradus Hildesheim, Epiſc. Erbipolenſ. electus*, Cancellarius Imper. vice Cunradi Mogunt. Archiepiſcopi cognovit. *Epiſcopi & Eppenſtein Godefr. Kirchberg Calochus. Marnberch Hartn. Rechberg. Ulr. Salisburg. poſſeſſio in Styria. Mosburch Abb. S. Adriani. Turnaw. Eccl. S. Ruperti. Petav. Civ. & Eccl. Ciſtenesfeld Wachrein. Trevina, Dran, Dravus.*

Secundo. Ex eodem Diplomate perſpiciuntur poſſeſſiones Salisburg. in Styria noſtra nempe *Moſaburch Abbatiam, ubi S. Adrianus requieſcit. - - - ad Turnavva Eccleſiam, quæ eſt conſtructa in honore S. Rudberti, cum monte Barvvoz dicto cum vineis &c. ad Petovva Eccleſiam cum decima, & totam civitatem cum Bannis theloneis & ponte, & omnibus ad illum locum pertinentibus. In Ciſtenesfeld, ſicut duo acervi prope Dravum poſiti ſunt, ex ſummitate ſupe-*

Aichfeld. Mura. Saufall. Brugga. Murza. Luibena. Grasluppa. Longavv. Teifenbach. Kätſche. Peliza. Pels. Gumbenza. Undrima. Luita. Liezing.

ſuperioris & exterioris termini, qui Waebrein dicitur, & ſicut ille Waebrein tendit, uſque dum Trevina, Treuna, ſeu Dræn fluit in amnem Dravum, in querceis campis (puto *Aichfeld*) *ſicut illa foſſa incipit a Mura, & tendit uſque ad Lovizknik, & ut Louczovita, & ſulpa de alpibus fluunt, & foreſtum Suſel* (fors Suſal, aut Saufall, quod tamen hoc tempore Mukernowe eſt dictum) *cum Banno.* - - Dein inter varia Carinthiæ loca, hoc in Diplomate, ex Styria noſtra, denuo alia occurrunt, nempe *Grazluppa* (ubi Eccleſiæ S. Mariæ im Hof, & S. Michaelis Monaſterii S. Lamberti, ut tom. 1. dictum) *Longavv, Teufenbach, Kätſche* (arces Styriæ ſuper. ut V. tom. 1.) *Peliza, Gumbenza, Undrima, Luita, Liezinga, Brugga, Murza, Luibena*; hæc itaque omnia loca Styriæ, Salisburgenſi Eccleſiæ a Philippo contradita, & confirmata fuere; de quibus locis, jam tomo 1. dictum, & plura ſubſequis dicentur.

Rudolphus II. Abb. Admont. ordine 13. obit.

Rudolphum II. Præſulem XIII. Admontenſes hoc anno amiſere; erat hic Abbas ex alieno, & nondum cognito Monaſterio Ord. S. Benedicti ad montes delatus, fratrumque ibidem animos, exacta regularis diſciplinæ norma, & placidiſſima agendi manſuetudine ita ſibi devinxit, ut poſt ſexennium Abbas eligeretur; ſic electo reſtitit Conradus III. Salisburg. Archiepiſcopus eo, quod de recepto ſacerdotio literas non haberet, quamvis juraret ſe ab Hermanno Epiſcopo Conſtantienſi ordinatum eſſe, Iſenrico igitur Abbatiam cedere debuit, ſed poſt hujus mortem, denuo electus Rudolphus X. annis laudabiliter

Ejus acta.

præfuit. Quamvis vero circa annos Regiminis Rudolphi II. & Iſenrici Abbatum, teſte Catalogo Abbatum Admont. diſcordent MSS. Admontenſia, id tamen certum Iſenrico denuo ſuffectum fuiſſe Rudolphum, eumque uſque ad an. 1199. præſediſſe. Laudabile Rudolphi Regimen, & auctam inſigniter rem domeſticam deprædicat Catal. Abbat. Admont. inſignem vero ejus pietatem exhibet codex diplomat. Admont. num. 111. apud Bernardum Pezium, in quo Rudolphus hic, omnia a Sacrario Eccleſiæ ſuæ alienata compenſat, ut V. Diplom. mea in fin. num. 9. ubi etiam integer prope Admontenſium Aſcetarum numerus adſertur.

Wildon de Herrand. Teüffenbach de Otto. Chuſtilvvanch de Udalr. Grez de Otto.

Varia alia hic Abbas Monaſterio ſuo præſtitit hoc vel præc. anno, ex cit. cod. diplom. Admont. num. 112. & 113. inter Diplom. mea num. 10. & 11. etenim cum *Herrando de Wildonia*, qui partem ſylvæ Admontenſis in *Gamner* injuſte poſſederat, per arbitrium *Ottonis de Teüffenbach*, & *Fratris ejus Udalrici de Chuſtilvvanch*, atque *Ottonis de Gräz*, Fratrumque quorundam Admontenſium, feliciter tranſegit, omnemque litem amputavit.

Pekach de Ulricus & Leutoldus.

Eidem Rudolpho Abbati *Ulricus de Pekach nobilis homo* ad iter ſacrum Palæſtinæ ſe accingens, *cum Fratre ſuo Leutoldo* vendidit prædium quoddam, ſeu *6. manſos in Chindetal, & in Sirnich* 3. vineas, colonos & curtem unam, 30. marcis. Cenſeo tamen hæc anno aliquo præcedente, forte 1196. acta fuiſſe, quo peregrinatio ſacra a plurimis eſt ſuſcepta.

Hiſce, atque aliis præclare peractis, obdormivit in Domino Rudolphus II. Abbas, dies ei funebris ſtatuitur 10. Kal. Novemb. de ſucceſſore ita loquitur Chronic. Admont. *Rudolphus Abbas Admont. quievit*

in

in Domino, pro quo Joannes Abbas Biburgenſis, qui antea Prioratum Admontenſem per multos annos tenuerat, eligitur, & a Domino Adalberto Archiepiſcopo inveſtitur. *Joannes I. Abbas Admont. ordine 14.*

Dies 25. Maji nigra fuit Leopoldo Duci noſtro, Matrem ei dilectiſſimam Helenam regio Hungariæ ſanguine ortam auferens, teſte Chron. & Necrolog. Clauſtroneoburg. reliquus vero annus Hungariam cum Auſtria commiſit, re tamen a ſcriptoribus admodum varie relata, obiit nempe an. 1196. ut dictum, Bela III. Rex Hungariæ, Filio natu majore Emerico, aliis Henrico, ſe adhuc vivente, coronato, Andrea vero Filio minore plurimis poſſeſſionibus & opibus aucto, ut Patris loco iter Hieroſolymitanum obire poſſet, Andreas, ſe Regno excluſum, ægre ferens, opibus ſuis liberaliter uſus, ac ſplendidiſſime vivens, iis deficientibus in Fratrem ſuum Regem moliri cœpit, ita fere omnes hiſtorici, quamvis in modo differant, ſic Godefridus Colonienſis, coævus author, Andreæ (quem *cruciferum*, quia ad S. expeditionem deſtinatum, vocare ſolent) auxilio veniſſe Leopoldum Ducem noſtrum ſcribit, quod tamen ſcriptores Auſtriacos omnes latuit. Bonfinius candide fatetur, narrata a ſe vetuſtis ſcriptoribus incognita fuiſſe. Ortilo Campilienſis Andream ab Emerico victum, in Auſtriam fugiſſe, benigneque a Leopoldo receptum fuiſſe teſtatur, qua de cauſa Emericus Rex Auſtriam vaſtans, a Duce noſtro repulſus eſt, conſonat ex parte Chronicon Clauſtroneoburg. dicens: *Eimericus Rex Hungariæ, expulſum Fratrem perſequens, terminos Auſtriæ, præda & igne vaſtavit*, iisdem verbis loquitur Anonymus Leobienſ. at Chron. Salisburg. Pezianum Admont. & Mellicenſe, rem hanc omnem prætereunt. *Helena Duciſſ. Auſtr. & Styr. obit.* *Hungariæ cum Auſtria bellum.*

Quidcunque demum rei fuerit, conſtat pacem Hungariæ anno ſeq. fuiſſe inductam, cenſeoque hoc tempore Hungaris terræ illius portionem, quæ hodie *ad S. Dominicam*, ſeu *Groſsontag* dicitur, *a Friderico I. de Petav* fuiſſe ereptam, ut plur. an. 1222. dicetur. Cum enim Dynaſta hic Styriæ armis, & fortitudine bellica peritiſſimus, videret Hungaros Ducis ſui Leopoldi terminos velitare, occaſione bona utendum ratus, portionem Hungariæ abſtulit, atque dein, ut rabiem hoſtilem componeret, an. 1222. Equites Teutonicos, terrori Hungaris futuros, eo locavit. *S. Dominica, ſeu Groſsontag eripitur Hungaris a Frider. I. de Petav.*

ANNO 1200. *Anno 1200.*

Indict. 3. Innocentii III. P. III. Philippi & Otton. Imp. III. Leopoldi Glorioſi, Ducis III. Styriæ VI. Auſtriæ III.

Chron. Clauſtroneoburg. hunc annum ita orditur: *Luipaldus Dux Auſtriæ & Styriæ in die Pentecoſtes ambitione* (ſeu pompa) *magna, accinctus eſt gladio, præſente Chuirado Mogunt. Archiep. & Eberhardo Salisburg. Archiep. Pax inter Regem Hungariæ, & Ducem Auſtriæ componitur, Fratre in conſortium Regni recepto &c.* Eadem hæc hoc anno referunt Watzo, Anonym. Zwetlenſis, Leobienſis, Chronic. Auſtrale, tabulæ Clauſtroneoburg. Arenpekius in Chron. Auſtriæ, aliique, nemo tamen *Leopold. Dux accingitur gladio.*

men memorat, quis Duci noſtro conſecratum Gladium appenderit. Encomiaſtes Ducum Styriæ, & author Chronol. ejusdem Styriæ id honoris Wolfgero Patav. Epiſc. tribuunt, eo quod ſacro hujus Imperio Urbs tota Viennenſis hoc tempore ſubeſſet, ſed conjectura hæc nondum probata eſt, præſertim, cum antiqua Chronica Wolfgerum, nec huic ſolemnitati præſentem dicant, ſi probari poſſet, eadem vel mox ſeq. die Scotorum Viennæ Eccleſiam a Wolfgero Patav. conſecratam fuiſſe, qua Leopoldus gladio accinctus eſt, firmior omnino conjectura fieret, ſed & in hoc ipſo aqua hæret.

Pax Hungariæ & Auſtriæ. Pax inter Fratres Hungaros ita per Conradum Moguntinum ea de cauſa in Hungariam profectum conciliata fuit, *ut cruce ſignati non tranſirent, & Regnum Hungariæ prædicto Duci Auſtriæ, commendarent, & ſi quis illorum morte præventus, in transmarinis partibus debitum carnis exſolveret, ſupervivens rediens ad Patriam, Regnum poſſideret.* Ita Godefrid. Colon. & Anonym. Leobienſis Andream Fratrem, ab Emerico in Regni ſocietatem receptum tradit, hanc conditionem etiam ponit Chron. Clauſtroneob. aliique; quæcunque pacis conditio fuerit, ea ſervata non eſt, nec enim in terram ſanctam abiere hi Fratres, & Andreas poſt tres annos ad carcerem a Fratre retruſus eſt; author Germ. ſacr. tom. 1. f. 346. pacem hanc Hungariæ etiam ab Eberhardo Salisburg. & Wolfgero Patav. conſectam ſcribit.

Conr. Mogunt. in Auſtria moritur. Conradum Moguntinum inter alios pacis Hungaricæ authorem, hoc anno, dum ex Hungaria ad partes Auſtriæ rediret, in territorio Patav. diem extremum 6. Kal. Nov. clauſiſſe, ſcribit Godefr. Colon. de loco mortis non conſtat, id ex Godefr. Colon. cit. habemus, defuncti Conradi corpus, a Wolfgero Epiſc. Patav. poſt celebratas exequias, Moguntiam deductum fuiſſe.

Adalb. Salisb. obit. Cum paci inter Hungaros factæ, & accinctioni Leopoldi Ducis noſtri Eberhardus Salisburg. Archiep. adfuiſſe legatur, Adalbertus jam antea obiiſſe debuit, & quidem ante 28. Maji, quo eæ ſolemnitates peractæ. Chron. Salisburg. Altahenſe, Necrologium Mellicenſe, & Admontenſe diem mortis 6. *Idus Aprilis*, Monachus vero Admont. coævus author vitæ Gebhardi, Calendar. Virgin. Doxanenſium apud Balbinum, & Chron. Admont. Pezii 7. *Idus Aprilis* ſtatuunt, ante mortem adhuc, legatum ad Innoc. Papam a Philippo Rege miſſum volunt, eaque occaſione confirmationem omnium Privilegiorum Salisburg. obtinuiſſe.

Eberhard. II. ſucc. Succeſſit ei Eberhardus Epiſcop. Brixinenſis e Comitibus *de Truchſen*, 20. Aprilis vel Maji ex MS. Chron. Capit. Salisburg. hæc vero ejus electio, quia injuſſu Papæ facta, Romæ probata non eſt, & Bertholdus Præpoſ. Salisburg. pro pallio Romam miſſus, infecto negotio rediit, cum nollet Papa Epiſcopum ab una ſede ad alteram tranſire ſine ſcitu ſuo.

Bertholdus Præp. Salisb. obit. Bertholdus Præpoſ. Eberhardi II. legatus nonis Octobris teſte Chron. Salisburg. & Necrolog. S. Andreæ in Auſtria, Romæ obiit, unde Bernardus Præp. Berchtesgadenſis, Frater Fratri, Canonicus Regularis, Concanonico ſuo ſuffectus eſt an. ſeq.

Bern. ſucc. an. ſeq.

Mor-

Mortuus eſt etiam Ekkebardus Epiſc. Gurcenſis, inquit Chron. Admont. 9. *Kal. Maji*, cui *Waltherus Eberhardi Avunculus & Abbas de Tyſentin* ſuffectus eſt Honorio teſte, ſed & hunc ab Epiſcopatu amovit Innoc. III. quod vellet tales Epiſcopos, qui Ottoni faverent; confirmatum tamen dein Waltherum fuiſſe inferius dicam. *Ekkebardus Ep. Gurc. obit. Waltherus ſucc.*

Eodem hoc anno paulo ante Adalberti mortem, *die nona Aprilis Juvavenſis civitas maxima ex parte incendio periit*, inquit Chron. Salisburg. quæ dein reparanda erat ab Eberhardo, qui cum Luipoldo Duce Auſtriæ & Styriæ, ac Wolfgero Epiſc. Patav. partes Philippi Regis ſtrenue ſectabatur, quibus intellectis Otto rogavit Pontificem, ut Salisburgenſem, Colonienſem, aliosque Germaniæ Præſules adigeret præcepto, quatenus ſibi adhærerent contra Philippum, quod ſcripta etiam hoc anno epiſtola Innocentius tentavit, ſed non perfecit. *Juvav. excidium. Eberhard. II. Philippo Regi adhæret.*

Plures B. V. M. Cellenſis exordium ad hunc annum referunt, ſed jam tom. 1. annal. Styriæ probavi, primam Thaumaturgæ hujus originem ad an. 1157. eſſe referendam. *B. V. M. Cell. origo.*

De novæ civitatis, ſeu Neapoleos Auſtriæ origine, ſcriptores fere omnes recentiores præſertim, cenſent, eam hoc anno a Leopoldo Auſtriæ & Styriæ Duce, ut irruptionibus Hungarorum limitem & obicem poneret, fuiſſe ædificatam; ita Suntheimius & Arenpekius primi, ut opinor, tradiderunt, & annales Zwetlenſes tom. 1. pag. 239. *tanquam rem paucis notam*, apud author. faſtor. Campililienſ. referunt Neoſtadii originem ſequentem; voluiſſe nempe Emericum eo loci ad continendos Auſtriacos urbem ſtatuere, cujus ambitum jam foſſa, & aratro deſignaverat, cui cum Dux noſter ſe opponeret, conventum inter eos, ut cujus urbs prior ſtaret, ea remaneret, altera dirueretur, cumque Neoſtadium præ altera abſolveretur, alteram dirutam fuiſſe, cujus rudera adhuc hodie prope Neoſtadium in areæ foſſatique ſpecie videri poſſent; huic tamen aſſerto teſtes deſunt. *Neoſtadium conditur.*

Cenſeo itaque cum communi ſcriptorum, Neoſtadium hoc circiter tempore (neque enim de anno litigo) a Leopoldo Glorioſo Duce noſtro fuiſſe conditum, domeſtici enim & recentiores Scriptores retinendi ſunt, ubi antiqua monumenta deficiunt. Neque obeſt Diploma anni 1136. Cellenſi in Auſtria Monaſterio a S. Leopoldo Marchione datum, in quo *novæ civitatis*, jam fit mentio, nomine enim hoc appellativo, pluribus communi, tunc Viennam noviter conſurgentem, reædificatam, & auctam intelligendam arbitror, eo, quod an. 1136. Marchionatus Auſtriæ non ita integer, ut hodie, ad Principes Auſtriæ attinuerit, ſed plures comitatus aliis obnoxios habuerit, uti Comitatum Püttinenſem, qui proxime Vienna inchoans, quidquid inde ad Neoſtadium uſque interjacebat, complectebatur, Styriæque tum annumerabatur. Sane S. Leopoldus an. 1117. Auſtriam contra Hungaros muniens, Neoſtadium, ſi jam ſtetiſſet, primum vallaſſet, cum tamen ſolum montem Cetium, aliaque Provinciæ caſtra muniiſſe referatur. *Novæ civitatis nomine olim Vienna venit.*

Fridbergam nunc exiguam Styriæ urbem, ab eodem Leopoldo Glorioſo, vel jam a Patre ejus Virtuoſo ædificatam, pecuniis lytri Regii Anglici tradidit Anonymus Leobienſis ad an. 1194. ad eundem *Fridberga conditur.*

annum citatus; faventque conjecturæ non paucæ, etenim 1) eodem fine ſtrui potuit Fridberga, nempe contra Hungarorum in Auſtriam, & ex parte in Styriam incurſus. 2) Uti tom. 1. oſtendi, anno 1161. ea nondum ſtetit, atque 1251. jam ſub nomine civitatis refertur, ut eo anno oſtendam, unde hos inter annos ſurrexiſſe videtur. 3) Nomen & inſigne civitatis a pace facta hicce loci derivari poſſent, & forte quis non incongrue ſuſpicaretur, hoc in monte, cui nunc Fridberga inſiſtit, pacis initia inter Hungaros & Auſtriacos facta fuiſſe, unde dein in rei memoriam, loco, nomen *montis pacis*, ſeu *Fridberg*, & inſigne, binas manus junctas, pacis olivam tenentes in campo rubro & albo, tributum fuiſſe videtur. Hæc conjiciendo ſolum profero, quoniam documenta nulla impetrare de eo loco mihi viciniſſimo poteram, quæpiam tamen alia documenta ex ſcriniis noſtris domeſticis, Canoniæ Vorav. & aulæ Græcenſis noſtræ erui, nempe eam civitatem olim ſpectabilem fuiſſe, jam an. 1251 judicem civitatis proprium habuiſſe, mox jus ſanguinis, venationem omnis generis, duas partes decimarum in campis civitatis, piſcationem in Pingga & Tauchen, tum 4. telonii capiendi locis nempe in Pingga, in Schachen, in Koglreith, & Rohrpach poſſediſſe, quæ tamen omnia jura ſatis alta & ſpectabilia, eadem civitas an. 1587. Andreæ Eberhardo *Domino de Rauber* poſſeſſori Caſtri Thalberg vendidit, ut eo anno uberius dicetur.

Nomen & inſigne unde.

Pölenſis Parochia. Herberſtein de.

Lazius lib. 6. de migrat. gentium fol. mihi 207. docet, circa hunc annum, quendam *Dominum de Herberſtein*, incerti nominis fuiſſe *Parochum in Pölan, ubi poſtea conditum eſt Cœnobium a Dominis a Neidberg, & Comitibus Pözingenſibus.* Hübnerus tab. genealog. 689. cum Bucelino, Herberſteiniæ Illuſtriſſimæ Familiæ ſeriem primo ab an. 1300. orditur: ſed de his alibi.

Leopoldus Dux Græcii.

Tandem ad finem ſæculi & anni hujus, nempe 6. *Idus Decemb.* Princeps noſter Leopoldus *Græcii* exſtitit, indicant hoc ejusdem litteræ, ex urbe Græcenſi ad Capitulum Ciſterc. datæ apud auth. faſtor. Campilil. fol. 559.

Sæcul. XIII.

SÆCULUM XIII.

An. 1201.

ANNO 1201.

Indict. 4. Innoc. III. P. IV. Philippi & Ottonis Imp. IV. Leopoldi Glorioſi, Ducis III. Styriæ VII. Auſtriæ IV.

Res Imperii.

Magnis deſideriis cum ſæculi hujus initio exſpectaverat Innoc. III. Papa, ut Germaniæ Principes, vel alterutri æmulorum purpuram darent, vel litis arbitrium Sedi Apoſtolicæ deferrent; cum neutrum contigiſſet, ineunte ſæculo hoc, Philippum, licet pluribus ſuſfragiis innixum, vitio creatum, Ottonem vero, rite electum pronunciavit. Oppoſuit Philippo Regi, quod juramentum de Friderico Nepote ad Imperium promovendo infregerit, quod ditiones Pontificias invaſerit, quod excommunicatus a Cæleſtino III. Papa eligi non potuerit, ſententiam hanc omnibus Alemanniæ Principibus promulgavit,

Philippus Rex a Papa rejectus.

gavit, eosque a fide Philippo data immunes dixit, legatis vero ſuis impoſuit, ut conſuetum fidelitatis & obſequii Sacramentum ab Ottone reciperent, Principes vero ad Ottonis obedientiam traducerent.

Priusquam id muneris legati exequerentur, ferali concuſſa eſt tremore tellus, per omnem Germaniam, vicinasque Regiones: meminere ejus Henricus ſtero, & ex noſtris Chronicon Salisburg. ita ſcribens: *M. CC. I. terræ motus magnus in multis terrarum locis factus eſt, ita, ut urbes & Eccleſias deſtrueret, & mortes hominum multorum fierent. Duravit autem idem terræ motus in pago, qui dicitur Longov, anno & dimidio, ita ut homines illius Provinciæ domos ſuas relinquerent, & ſub Udo aeris habitarent. Cœpit autem idem terræ motus 4. Non. Maji.* Brevius Chronicon Clauſtroneoburg. ad eundem annum ſcribit: *terræ motus magnus factus eſt 4. nbn. Maji.* Quæ inde damna Styriæ noſtræ acceſſerint, notat Chroniſta Admont. apud Caniſium his verbis: *terræ motus magnus factus eſt per dimidiam fere horam 4. non Maji, ac deinceps frequenter, adeo fortis, ut nonnullas Eccleſias ſubverteret, ac nonnullas domos muratas, inter quæ in Caſtro Wizenſtain turris corruens, boſpitem domus Hartrodum, miniſterialem Ducis Styrenſis, cum 7. viris interemit, ſed & Caſtrum Archiepiſcopi Chaets dirutum, ferme omnes habitatores ſuos morti dedit.* Caſtrum illud *Wizenſtain*, idem erit cum Caſtro moderno *Weitenſtain*, in circulo Celejenſi, nunc Epiſcopo Gurcenſi ſubjecto, & Caſtrum *Chaets*, nunc *Kätſch* dictum in circulo Judenburgenſi, hodie Principum de Schwarzenburg, quod tamen antehac Salisburg. ditionis fuiſſe ex Diplom. Philippi Imp. anno 1199. adducto patet. Terræ motus hic proin per Styriam omnem ſuperiorem & inferiorem extenſus videtur.

Terræ motus ingens.

In Longavo per ann. & dimid. durat.

Damna Styriæ ex terræ motu.

Weitenſtain & Kätſch arcet corruere.

Erravere, qui hoc terræ motu excidium orbis præſagire volebant, melius vero divinabant, qui optabilem Germaniæ quietem nondum redituram affirmabant; etenim, ubi circa feſtum SS. Petri & Pauli Guido Cardinalis, Epiſcopus Præneſtinus, a Sede Apoſtol. miſſus, Philippum & fautores ejus excommunicavit, omnia denuo, importuna hac ſeveritate, legatus evertit, ac Papæ conſilia turbavit. Exaſperati enim Principes, Philippo adhærentes, quos inter Dux noſter Leopoldus erat, acribus impletam querelis epiſtolam, per legatos Romam miſere. Ex inſcriptione hujus Epiſtolæ patet, pro Philippo ſtetiſſe, Magdeburg. & Bremenſem Archiepiſcopos, Wormatienſem, Patavienſem, Ratisbonenſem, Conſtantienſem, Auguſtanum, Aichſtadienſem, Havelburg. Brandenburg. Miſnenſem & Norimbergenſem, electum, Fuldenſem, Herſeveld. & Campidun. Abbates, Regem Bohemiæ, Ducem Zæringiæ, ac Rectorem Burgundiæ, Duces Saxoniæ, Auſtriæ, Styriæ, & Meraniæ, Landgravium Thuringiæ, Moraviæ orientalis, Miſnenſem & Brandeburg. Marchiones, de Orlamunda, de Sumcenberch, fors Schaumberg vel Sunnenberg, de Brenne, de Witem &c. Comites, qui omnes epiſtolæ huic ſubſcripti erant, præter Ludovicum Bavariæ, & nonnullos Epiſcopos omiſſos, etiam Philippi Regis defenſores.

Philippus Rex excommun. cum ſuis.

Leopold. Dux Philippo cum aliis adhæret.

Legati horum Principum erant: Eberhardus Archiep. Salisburg. Abbas de Salem, & Marchio orientalis Moraviæ, a quibus edoctus licet Papa, non paucos, ſed plurimos Philippo adhærere, aleam tamen

Eberhard. Salisb. Legatus Romam miſſus.

men jactam non retraxit, ſed in ſententia contra Philippum perſtitit, ſiniſtro tamen eventu, quia Philippus nunquam Eccleſiæ tam moleſtus futurus erat ac Otto, vel certe moleſtior eſſe vix potuit, id tamen pro ſe obtinuit Eberhardus, legationis hujus occaſione, ut *anno ſeq.* pallio ornaretur Archiepiſcopali; dixi *anno ſequenti*, nam Eberhardus anni hujus autumno, poſt celebratam 9. Sept. S. Chunegundis translationem, ex Conventu Bamberg. cum ſociis, primo Romam abiit, ſicque, cum 3. Februarii pallium obtinuerit, id anno ſequenti fieri oportuit.

Nil a Papa pro Philippo Rege obtinet.

Pallium obtinet.

Admont. Monaſt. benef.

Unde Diploma illud Eberhardi II. Admontenſibus an. 1201. apud *Gutarich* datum fuerit ante iter Romanum, refert id Bern. Pezius cod. Diplom. Admont. num. 46. quo *Joanni Abbati Admontenſi* concedit, ut fœminæ, de Eccleſiæ Salisburgenſis poteſtate, nubentes viris Admontenſis Monaſterii, in hujus poteſtatem tranſeant cum Liberis & prædiis ac bonis ſuis. V. Diplom. mea in fine num. 12. eo in Diplom. ſcribitur quidem *Adalbertus Archiepiſcopus, & Sedis Apoſt. Legatus*, cum tamen ante iter Romanum, *Electus* ſolum notari debuiſſet, at quia Diploma hoc, an. 1201. poſt iter Romanum dari non potuit, dicendum, vel ei annum 1202. præfigendum, vel *melius*, Diploma rei hujus hoc an. quidem actæ, anno ſequenti, & poſt iter Romanum fuiſſe exaratum, quo jam pallium geſſit, & Archiepiſcopus conſecratus erat: plura in annot. *Dipl.* hujus in fine. Inter teſtes memorabilis eſt *Ulricus plebanus de Hartberch*, quem an. 1194. Leopoldo Virtuoſo moribundo Græcii primum adſtitiſſe probabile dixi eod. anno: de eod. plura vide tom. 1. ad an. 1187.

Ulricus plebanus de Hartberch.

Admont. Monaſt. benefacit Leopold. Dux.

Confert Capell. S. Martini in Eich juxta Gröbmeng in Enstal.

Admontenſes Aſcetæ maximam a Leopoldo Duce noſtro beneficentiam experti ſunt, nam 4. Diplomata in eorum favorem hoc anno edidit 5, Kal. Sept. ad montes præſens; primo enim eis contulit *Capellam S. Martini apud Eich juxta fluv. Salzach*, jure perpetuo ac pleno, atque exemptam ab omni jure matricis Eccleſiæ *in Grebenich*, ea ſub conditione, ut ibidem juxta altare B. V. & ante altare S. Blaſii, duo lumina diu noctuque ardentia alerentur, *in memoriam æternam* ut inquit, *tam noſtri, quam etiam Patris noſtri, nec non & Odoacris Styrenſium Ducis, & omnium Parentum noſtrorum.* V. Diplom. mea in fine num. 13. *Grebenich* Matrix Eccleſia eadem videtur, quæ *Gröbmingenſis*, penes quem montem Styriæ ſuperioris altiſſimum, viſitur in charta topograph. locus *Aich.*

Aich locus.

Werven de Chuno def. Admont.

Reliquis 3. Diplomatibus cavet Dux piiſſimus, ut Monaſterium Admont. a dominicalium adminiſtratoribus, non gravetur indebitis exactionibus, atque ideo altero Diplomate, *Chunonem ſtrenuum militem de Werven*, eidem Monaſterio defenſorem ſtatuit, tertio denique totum jus fori eidem Monaſterio remittit. V. pl. annot. Diplom. 13. Notabilis eſt in primo horum Diplom. Leopoldi titulus, quo ſe ſcribit: *Leopoldi magni, utriusque terræ* (Auſtriæ nempe & Styriæ) *primi Ducis Filium.*

Leopold. Glunic. Monaſt. pro pago Dietach dat loci Paroch.

Idem præterea Leopoldus Dux noſter teſte Catal. Abbat. Glunicenſ. apud Hier. Pez. tom. 2. fol. 330. Glunicenſium res promovit, etenim *Abbas Rapatho an. 1201. pagum ſeu vicum Dietach nominatum, quem*

Otto-

Ottocarus Styrenſis Marchio, olim Monaſterio contulerat, Leopoldo Duci Auſtriæ & Styriæ cum omnibus juribus ceſſit, ab eodem Parochiam illius loci gratitudinis ergo accepit. ita Catal. cit.

Mentio facta eſt ſuperius elevationis S. Chunegundis Imperatricis, quam plures Bambergæ an. ſeq. ego hoc anno ſolemniter celebratam cenſeo, & quidem ob erectam jam anno ſeq. *D. Chunegundis in Lech prope Græcium Eccleſiam*, etenim anno priore eam Innocentius in numerum SS. retulit, hoc vero an. congregati Epiſcopi & Principes, eam 9. Septemb. elevaverunt, atque ex hoc conventu, cum aliis Legatis Romam miſſus eſt Eberhardus Salisburgenſis, contra Guidonis Legati anathemata conqueſturus. Cum itaque anno ſeq. & quidem occaſione auditæ elevationis hujus S. Chunegundis, Græcii in ejusdem honorem erecta fuerit Eccleſia, elevatio ea non 9. Sept. ſequentis, ſed hujus anni celebrari debuit. *S. Chunegund. elev. Bamberg.*

ANNO 1202. *An. 1202.*

Indict. 5. Innoc. III. P. V. Philippi & Ottonis Imp. V. Leopoldi Glorioſi, Ducis III. Styriæ VIII. Auſtriæ V.

Æmulorum Imperii uterque ab armis quievit, uterque augendæ ſuæ potentiæ intentus; Romæ vero cum Legatis Principum reliquis Eberhardus Salisburg. ita negotium ſuum geſſit, ut electio ejus probaretur, & pallium eidem concederetur, attamen, ut ſcribit Chronograph. Salisb. *non ſine labore & ſudore.* Conſecratus itaque Romæ 3. Febr. in partes Ottonis abire debuit, & ſponſionem jurejurando firmare. *Eberhard. II. Salisburg. Romæ pallium obtinet.*

Inter hæc Bernardo I. Voravienſis Canoniæ II. Præpoſito, Kal. Februarii dies ſuprema luxit, ita habet Chron. Vorav. MS. *Bernhardus Præpoſitus ſupradictus, poſt horum Privilegiorum traditionem, die S. Brigidæ Virginis* (quæ ex proprio Can. Reg. S. Aug. colitur 1. Febr.) *ab humano deceſſit, & ſubſecutus eſt in dignitate Prælationis Leotoldus Præpoſitus,* annus quidem non eſt adjectus, colligitur tamen ex cap. 6. ejusdem Chronici, in quo ſic legitur: *Leotoldus Præpoſitus in ordine, cœpit Prælationis onus portare an. Incarn. Dom. M. CC. 2. indict. 5. octavo Idus* (ſeu 6.) *Decembris a præfato vener. Marco Epiſcopo, ſub præfato Præpoſito, altare S. Magdalenæ dedicatum eſt. Marcus* hic *Berithenſis* erat *Epiſcopus*, de licentia Eberhardi Salisburg. negotiis Imperii diſtracti conſecrator, extat hodie in Colleg. Eccleſia Vorav. altare S. Mariæ Magdalenæ, ſed longe aliud, & loco etiam alio, cum tota baſilica moderna de novo fuerit conſtructa. *Bernardus I. Præpoſ. II. Vorav. obit. Leotold. Præpoſ. III. Vorav. Voravii altare S. Magdal. dedic. a Marco Epiſc. Berith.*

Eodem hoc anno, ut ait cit. Chron. Vorav. *ſub eo*, Leotoldo nempe Præpoſito, *dedicata eſt parochialis Eccleſia Vorav. in foro* (ſeu oppido) *a Ven. Marco S. Beritenſis Eccleſiæ Epiſcopo, in honore S. & individuæ Trinitatis, ſed ſpecialiter in hon. S. Ægidii Confeſſoris & S. Agathæ Virginis*, in alio MS. Codice Vorav. Marcus conſecrator, vocatur *Epiſcopus S. Bemenſis vel Becunenſis Eccleſiæ*, ſed voces illæ vix legibiles ſunt, ſors Wazienſis Epiſcopus erat; dedicatio autem parochialis Eccleſiæ Vorav. in foro ſeu oppido facta dicitur 9. Decembris. Ex dictis tom. *Et paroch. Eccleſ. oppidi Vorav. S. Ægidii.*

1. annal. ſuppono voces, *forum* ſeu *oppidum*, & *parochialis Eccleſia*, per prolepſim a Chroniſta fuiſſe uſurpata, cum hoc tempore, nec oppidum Vorav. adhuc extitiſſe, nec Eccleſiam S. Ægidii parochialem fuiſſe cenſeam.

Vorav. Eccl. bona in Wenigzell. Treun &c.

Antequam obiret Bernardus I. Præpoſ. II. Vorav. obtinuit jus advocatiæ *de bonis Eccleſiæ Vorav. in villa, & juxta villam Celle* (ſeu Wenigzell) *ſitis a D. Gratbſav dicto de Treun*, ut V. origin. Diplom. Vorav. inter mea in fine num. 14.

Leopold. Dux inungitur.

Leopoldus Dux noſter Philippo adhuc addictiſſimus, ejusque in aula verſatus, inſignia utriusque Provinciæ ſolemni ritu ab eodem recepit; inde *in Monaſterium Admontenſe* abiit, & non ſolum hoc, ſed etiam *Collegiatam Eccleſiam Seccovienſem*, in favorem Geroldi Præpoſiti II. Seccovienſis, ſibi occurrentis, in tutelam & protectionem ſuam admiſit, extant bina Leopoldi Ducis Diplomata apud Frœlichium Diplomat. Styr. part. 1. fol. 183. & 185. quorum primo Seccovienſium Privilegia confirmat, altero eos in protectionem recipit; primum horum difficultatem movet, habet enim hæc: *Hermannus Vener. Eccleſ. Seccov. Præpoſitus*, cum tamen conſtet fuiſſe Geroldum; de anno dati Diplomatis dubitari non poteſt, cum vocabulis integris, non notis numeralibus ſit expreſſus; hinc dicendum, vel Hermannum fuiſſe Legatum Geroldi indeque per errorem inſcriptum Præpoſitum, vel Geroldum ceſſiſſe Prælaturam Hermanno, & poſt hunc iterum ſucceſſiſſe Geroldum, id certum eſt ad annos 1207. 1208. 1209. 1212. ex Diplom. Seccov. num. 32. 33. 34. & 35. Geroldum Præpoſitum Seccovii fuiſſe, Hermannum dein an. 1220. in Diplom. Seccov. 41. & ſeq. plura de his in annot. Diplom. meorum in fine num. 15. & 16.

In Admont agit, idque & Seccov. in tut. recipit.

Hermanus an hoc temp. Præp. Seccov.

Joan. I. Abb. Admont. 14. obit.

Vixit vero hoc tempore *ad montes* adhuc *Joannes Abbas*, ſereniſſimumque hoſpitem Leopoldum, vere jamjam finiente ſeu 2. & 4. *nonas Junii*, ſumma lætitia excepit, ſed migrante ex Admont Principe, mox migravit e vita æſtate proxima Joannes Abbas, ut loquitur ſcriptor domeſticus & coævus dicens: *Joannes Abbas Admontenſis obiit.* Chron. Admont. apud Pezium Joannem Abbatem omnino omiſit, Necrologium tamen Admont. apud eundem Pezium ad 3. *non. Sept.* obiiſſe tradit his verbis: *Joannes Abbas noſtræ Congregationis.* Catalogus Abbatum Admont. apud Frœlichium Diplom. Styriæ parte 2. f. 244. eum ordine 14. Abbatem ponit, & veroſimilius ex MS. Admont. 3. num. 49. an. 1202. obiiſſe putat, licet in MS. 1. Admont. an. 1204. defunctus referatur.

Succ. Rudiger Abbas XV.

Indubia eſt itaque Joannis I. Abbatis Admont. 14. exiſtentia ex Cod. Diplom. Admont. num. 46. 90. 91. 92. 93. 47. & ex Dipl. 48. ad an. 1203. jam *Rudigerus Abbas Admontenſis* nominatur, unde error latet in excerptis veteris Chron. Garſt. apud Hier. Pez, tom. 2. col. 46. dum an. 1199. Rudolpho Abbati Admont. def. *Dominus Rudigerus a Brode - -* ſucceſſor ſtatuitur.

Järingen Parochia confirmatur Admont.

Antequam vero e vivis abiret Joannes Abbas, hoc anno, incerto tamen die & menſe, ab Eberhardo Salisburg. Archiepiſcopo obtinuit Monaſterio ſuo, confirmationem *Parochiæ Järingen* cum omni Jure ſuo (ſalvo tamen jure Archiepiſcopali, & Archidiaconali) cum cura ani-

ma-

matum, ita tamen, ut in ea, *non fratres, ſed Clerici ſæculares* exponerentur. Parochia hæc, jam a Chunrado ſeniore Archiep. Salisburg. Monaſterio Admontenſi donata eſt, ſed tempore ſubſequo, *per Fratrum deſidiam ab ipſo Monaſterio alienata*, ita Diplom. Eberhardi; *actum in Caſtro Friſacenſi an. Incarn. Domin. M. CC. II. in præſentia Fratris noſtri D. Waltheri Gurcenſis electi*, qui proin nondum a Papa eſt confirmatus; (Canonici enim Gurcenſes liberam electionem petentes appellabant Romæ, cumque Walthérus Philippo Imp. contra Ottonem favens, a Papa reduceretur, controverſia hæc per plures annos tenuit) V. Diplom. Cod. Admont. num. 47. & Diplom. mea in fine num. 17. Parochia B. V. M. in Järing hodie adhuc inter Parochias Admont. refertur.

Waltherus Ep. Gurc. electus nondum est confirmatus.

Succeſſor Joannis Abbatis Admont. erat *D. Rudgerus*, ea verba: *de Brode* - - - in excerptis Garſtenſibus vix quisquam aſſequetur. Puſchius, Rudgerum hunc in Admont. nutritum, profeſſum, ſacriſtæ ac Prioris officio functum tradit, de quo tamen ſilet Catal. Abbat. Admont. & Chron. Admont.

Rudgerus Abbas XV. Admont.

Leopoldus inter hæc Princeps noſter, qui anno priore elevationi ac translationi S. Chunegundis Bambergæ aderat, miraculumque muti ad ejus tumbam curati inſpexit, ea re motus, in proximo *pomæriis Græcenſibus* colliculo, *Lech* dicto, D. Chunegundi Auguſtæ ſacrarium erexit, quod dein religioſo Equitum Teutonicorum Ordini Fridericus Filius donavit, plura ad an. 1233. Græcii exiſtens Princeps teſte Excell. Wurmbrandio collect. genealog. cap. 65. pag. 151. celeberrimo Monaſterio S. Lamberti Diploma contulit, *Idibus Decemb. Indict.* 4. corrige 5. quale hoc Diploma fuerit? hactenus ignorare cogor.

Eccl. S. Chunegund. in Lech Græcii erigitur.

S. Lamberti Monaſt. ref.

Diſſidium, quod inter Papam & Imperium vigebat, Eberhardo Salisburg. negotium fecit, juramentum, quod nuper de Philippi partibus deſerendis, Romæ dixerat, ex una parte, & ex altera arcta cum Philippo Rege familiaritas, eum velut inter malleum & incudem locabat. Acceſſit beneficium novum, quo Philippus Rex, omnia Eccleſiæ Salisburg. Privilegia confirmavit, ſimulque Monaſterium Sewen, ſeu Seonenſe eidem adjecit, quæ beneficia Præſulem hunc ab Ottone abducebant, urſit interim Papa Litteris Ottonem Regem, injunxitque Eberhardo Salisburg. ut Epiſcopos quosdam Germaniæ, Philippo adhærentes excommunicaret.

Eberhard. Salisb. ad Philippi partes demum abit.

Hos inter Epiſcopos Philippo addictiſſimos, erat Wolfgerus Patavienſis, jam a Guidone Prænestino, an. 1201. excommunicatus, unde Papa ſcribit Eberhardo, ut Wolfgerum, ſi Sedem Apoſtolicam non adiret, ab omni officio ſacerdotali & Epiſcopali amoveret; Effecit Eberhardus ſolum, ut Wolfgerus Romam abiret, Papæque in omnibus ſatisfaceret, ab eoque licentiam abſolvendi incendiarios ſuæ Diœceſis obtineret, de quibus plura habet author Germ. ſacræ tom. 1. fol. 347. &c.

Et Wolfger. Patav. qui ideo Romam citatur.

Romam venit.

Benigne habetur.

Aquilejæ Patriarcha Pilgrinus tabulas concordiæ fecit, cum Meinhardo, ejusque Fratre Engelberto Comitibus Goritiæ, authoritate Leopoldi Ducis noſtri; inter ſubſcriptos varios teſtes die 27. Januarii legitur etiam *Bernardus Dux Carinthiæ*, qui cum anterioribus annis, ſolum *Frater Ducis* legatur, hoc anno Ulrico Fratri, & Duci Carinthiæ le-

Aquilejæ ref.

Bernard. Dux Carinth.

leproſo, vel fine prioris, vel hujus anni inni initio mortuo, ſucceſſiſſe debuit.

Ottiliæ I. Abb. Göſſ. IX. ſucc. Cath. Truvauerin. Abbatiſſ. X.

Ottiliæ I. hujus nominis, Abbatiſſæ IX. Göſſenſi, e familia veterum Styriæ Dynaſtarum *de Guetenberg*, incertum, quo anno defunctæ, ſucceſſit *Catharina Truvauerin* Abbatiſſa X. quæ hoc anno jam præfuit teſte Catal. Abbat. Göſſenſ. apud Frœlichium part. 1. f. 133.

Seiz. benef. Raſiæ de Rudolph. & Hiltrud. Uxor.

Seizenſibus Cartuſianis, *Rudolphus de Raſia*, conſentiente *Hiltrude* Uxore ſua, confirmavit donationem 2. villarum, in planitie *juxta Traam*, Dravum, in confinibus *civitatis Petoviæ*, quæ ambæ villæ *Cmdin* vocabantur. V. pl. annot. Diplom. 18. benefactorum horum anniverſaria dies notatur 15. Novemb. in perantiquo Necrol. Seizenſi, de qua antiqua & illuſtri DD. de Raſia familia locutus ſum tom. 1. annot. Diplom. 48. in eodem vero Diplom. etiam occurrit *Colo de Raſia*, *Frater prædicti donatoris*. *Raas* locus eſt ad fluvium Traan, ſeu Dravum, ſupra Petovium ad Mahrburgum, de quibus plura in annot. Diplom. 18.

Colo de Raſia.

Raas locus.

Wildon de Hemudus & Ortenburch de Herman. an Styriæ Prætores.

Author MS. Chronici Styriæ hoc an. defunctum docet, *Hemudum de Wildonia, Dominum Radkerſpurgi, Gleichenbergæ & Steyreggii*, non ſolum Mareſchallum hæreditarium, ſed etiam Prætorem ſeu Capitaneum Styriæ, cui hoc in Prætoris officio, ſucceſſiſſe vult, *Hermannum Comitem de Ortenburch*. De ambobus dixi tom. 1. annot. Diplom. 33. & 53. an tamen Prætores Styriæ noſtræ fuerint? nemo, niſi Catalogus cit. Capitaneorum *fidem facit*: Lazius id officium in utroque reticuit, *probabilius*, ut an. 1188. oſtendi, error in nomine Hemudi latebit, eique Herrandus ſubſtituendus erit.

Nuptiæ Leopoldi II.

De anno hymenæi, Ducis noſtri Leopoldi, diſcrepant authores, Chron. Paltrami, Leobienſe, Zwetlenſe, Auſtrale Freheri, Lambeccius, & Wichardus Archiep. Salisburg. in Chronico inedito annum præſentem enunciant, Chron. vero Mellicenſe, Clauſtroneoburg. tabulæ, item Clauſtroneoburg. Chron. & Arenpekius annum ſeq. Chron. Clauſtroneoburg. aliud in Colleg. S. J. Neoſtadii aſſervatum, annis 1202. & 1203. nuptias has initas ſtatuit; quas authorum diverſas ſententias conciliat Puſchius hoc modo: quod quidam horum hiſtoricorum conſueverint annum novum, more veteri, a natali Domini inchoare, putatque proin, nuptias has circa feſta natalitia hujus anni, maximo ſplendore Viennæ peractas fuiſſe.

Cum Theodora græca.

Erat vero Sponſa Leopoldi, Domina Theodora græca, Filia Regis Græcorum, quam ſcriptores alii, ſolummodo Neptem vel Exneptem Cæſaris Byzantini, Enenkelius vero Manuelis Comneni Imp. Filiam diſerte appellat; quæcunque fuerit Theodora hæc, fœcunda fuit prolium plurimarum mater, ut per decurſum patebit.

An. 1203.

ANNO 1203.

Indict. 6. Innoc. III. P. VI. Philippi & Otton. Imp. VI. Leopoldi Glorioſi, Ducis III. Styr. IX. Auſtriæ VI.

Philippi Imp. rex.

Philippus Rex multis magnisque promiſſis, fruſtra ſibi Innoc. III. Papam devincere conabatur, atque hoc anno, infauſto ſibi ſidere,

arma

arma reſumpſit. Cauſa erat belli, Premislaus Ottocarus Bohemiæ Rex, qui Adula Conjuge rejecta, Conſtantiam Belæ III. Hung. Regis Filiam, adulterinis nuptiis ſibi ſubrogavit. Theodericus Miſnenſis Marchio, Adulæ Frater, de injuria conqueſtus, effecit cum Bernardo Saxoniæ Duce, ut Regnum Bohemiæ a Philippo Rege, Premislao Ottocaro auferetur. Inde Fautores Philippi imminuti, hoſtes aucti, etenim Bohemus juncto ſibi Hermanno Thuringiæ Landgravio ad Ottonem Regem abiit, Philippus cum exercitu Thuringiam ſubiit, eamque vaſtavit, mox a fortioribus Bohemi & Landgravii copiis fugatus, in urbem Erford ſe contulit, ubi obſeſſus ægerrime noctu evaſit, quem ſic fugientem perſecuti ſunt hoſtes, donec Otto ſuperveniens a cunctis ſuſciperetur, Bohemoque regalem coronam impertiretur. *Otto Imp. ſuſcipitur.*

Hæc Philippo clades accrevit, ob impedita Bojorum auxilia, utpote inteſtino, ferocique bello colliſa, ita enim ait Chron. Auguſtenſe: *diſcordia facta eſt inter Ducem Ludovicum, & Epiſcopum Ratisbonenſem Conradum, cui confœderatus Dom. Eberhardus Salisburg. in manu valida venit in auxilium;* damna belli recenſet Chron. Salisburg. iisdem cum Chron. Auguſt. verbis, *diruta ſunt caſtra aliquanta ex utraque parte, factaque ſunt incendia multa, per univerſam Bavariam, villarum deprædationes & Eccleſiarum, ita, ut nec ab altaribus abſtinerent, & reliquias Sanctorum inde auferrent, aliqui quamplurima nefanda & inaudita perpetrarent.* Brevius ejusdem belli meminere Chron. Clauſtroneoburg. & Leobienſe, aliique ſcriptores, qui tamen fere omnes belli cauſam reticent; author German. ſacr. & Chronol. Styriæ cenſent, ob jura Eccleſiæ, nominatim ob Advocatos Eccleſiarum tutela abuſos id geſtum fuiſſe, his certe prima mota eſt ob clientelam Eccleſiæ Oetinganæ cum Duce Bavariæ, quæ in ſpecie damna contigerint? nemo, quod ſciam prodidit, illud optimum, bellum hoc an. ſequenti jam fuiſſe conſopitum. Stragem hanc maxime auxit urbis & Eccleſiæ Salisburg. ferale incendium, nam Chron. Salisburg. cit. ait, *Eberhardo Archiep. a Ratisbona reverſo, magna ex parte 8. Idus Novembr. civitas concremata eſt,* quibus flammis extincta videbantur odia, ita, ut anno ſeq. pax in Bavariam redire poſſet. *Bellum civile Bavar. Ratisb. & Salisb.* *Salisb. urbis & Eccleſiæ exuſtio.*

Hoc quoque anno, ait idem Chronicon *Præpoſitus Wernhardus 5. Idus Auguſti, Domino Eberhardo apud Raſtat Prælaturam reſignavit, & deinde 9. Kal. Sept. obiit, ſucceſſit autem ei D. Adalbertus Chimenſis Præpoſitus, communi omnium voto electus.* Sed hæc ad an. ſeq. referenda ſunt, id, quod patet ex Diplomate Eberhardi an. 1204. dato Collegio Can. Reg. in Gars 9. Kal. Junii ſignato, in quo cum omnibus aliis Canonicis Salisburg. Bernardus adhuc Præpoſitus, & Adalbertus Chiemenſ. Præpoſitus ſubſcriptus legitur apud auth. Germ. ſacræ tom. 2. f. 957. *Bernard. Præpoſ. Salisb. obit.* *Succ. Adalbertus Præp. Chiemenſ. an. ſeq.*

Ad Montes rexit Rudigerus Abbas, ut an. præced. obſervavi, etenim certum eſt ex tabulis Admont. num. 117. hoc anno indict. 6. & 8. Idus Januarii eum fuiſſe Abbatem; tabula hæc in Cod. Diplom. Admont. num. 48. apud Bernard. Pezium proſtat, in qua Eberhardus Salisburg. 8. Idus Jan. ſub Abbate Rudigero confirmat Admontenſibus 1) prædium *Frieland*, cum terminis ſuis inter rivos *Loſniz*, a loco *Stange* uſque ad terminos Babenbergenſis prædii. 2) Eccleſiam *Rudiger Abb. Admont.* *Sub quo firmatur Admont. Monaſt. Frieland prædium S. Leonard. Eccl. ibid. Järing Paroch. & alia bona.*

S. *Leonardi* ibidem ſitam. 3) Parochiam *Järingen*, 4) immunitatem telonei per omnia loca Salisburgenſia. 5) Eccleſiam S. *Martini in Enstal.* 6) De molendinis in prædio Admont apud *Raſtat*, & ad fluvium *Friz*, quidquid erat juris Salisburg. cum loco Curtis *in Petovve*, de quibus plura in annot. Diplom. 19. in fine.

Leopold. Dux & Eberh. Saliſ. Friſaci Göſſenſ. firmat jus advocatiæ contra

Idem vero Archiepiſcopus Salisburgenſis Eberhardus, cum Leopoldo Duce Auſtriæ & Styriæ hoc anno *Friſaci* eſt moratus, & bullam Göſſenſibus Monialibus dedit confirmatoriam ſuper jure advocatiæ Göſſenſis. Bulla hæc inter Diplom. Göſſenſ. in Diplom. Ducatus Styriæ num. 14. invenitur, in qua Ottiliæ Abbatiſſæ Göſſenſi, conqueſtæ de libertate Eccleſiæ ſuæ, aures benignas, uterque præbuit,

Udalric. de Stubenberg.

Udalricus nempe *miles de Stubenberg*, prætendebat ſe advocatiam Göſſenſem ex infeudatione Ducis Styriæ habere, eaque ita abuſus eſt, ut ipſa Abbatiſſa, ſine ipſius conſenſu, non poſſet inveſtituras Eccleſiarum ad Capitulum pertinentium conferre, nec officia intra, vel extra cellam ordinare, nec *Amannus* (Amtmann) Capituli villicationes ordinare, vel inſtitutiones per manſos & prædia Eccleſiæ facere &c. hæc ubi propoſita ſunt in conſenſu venerabili, *Udalricus de Stubenberg* liti ceſſit promittens, quod amodo in his Eccleſiam non gravaret, nec ulla ſibi talia vendicare vellet. V. plura annot. Diplom. 20.

Waltherus Epiſcop. Gurcenſ.

Inter teſtes plurimos legitur *Waltherus Epiſcopus Gurcenſis* proin jam conſecratus vel anni prioris fine, vel hujus initio. *Rudigerus Abbas Admontenſis. Geroldus Præpoſ. Seccov. Henricus parochianus* (ſeu Parochus per dicta tom. 1. annal.) *Græcenſis*, *Sigebardus de Hartberg*, ut arbitror, Parochus. clauſula memorabilis eſt. *Acta ſunt hæc anno Incarnat. Dom. milleſ. ducenteſ. III. in Eccleſia S. Bartholomæi in Friſaco, certantibus pro Romano Imperio Philippo Duce Sueviæ, Filio Imperatoris Friderico, & Ottone Filio Hainrici Ducis Saxoniæ de Bruneſvvic.*

Henr. Parochus Græc.

Cathar. Göſſ. Abb. X. ſucc. Ottilia II. Abbat. XI.

Ex hoc Diplomate colligo, Catharinæ Abbatiſſæ X. in Göſs, hoc jam anno defunctæ ſuffectam fuiſſe Ottiliam II. Abbatiſſam ordine XI. quæ ad annum uſque 1230. præfuit, ut ex dicendis patebit. V. Diplom. mea in fine num. 20.

Anno 1204.

ANNO 1204.

Indict. 7. Innoc. III. P. VII. Philippi & Otton. Imp. VII. Leopoldi Glorioſi, Duc. III. Styr. X. Auſtriæ VII.

Turbæ Imperii.

Poſtquam anno priore Philippus Rex victus fugatusque eſt, Otto æmulus illico laureatas ad Innoc. III. P. literas miſit, quibus Pontifex nimium credens, Leopoldo Duci noſtro, reliquisque Principibus ſcripſit, eosque ad deferenda victori obſequia eſt hortatus; ſed fallacem fuiſſe Papæ & Ottonis ſpem hic annus commonſtravit, ejus ſiquidem initio, ut ait Chronic. Auguſt. & Salisburgenſe, *Ludovicus Dux Bavariæ, & Eberhardus Salisburg. Archiep. & Cunradus Ratisbon. Epiſcopus in concordiam redierunt*, quorum ultimus IX. Kal. Maj. obiit, ſubſtituto ſibi Conrado Friſing. Præpoſito. Inde ſocialia arma Philippo juncta, quibus in Saxoniam irrupit, fidam ſibi Goslariam, ab hoſtili

Innoc. III. P. ſcribit Duci Leopoldo.

Pax Bavariæ.

in-

incurſione tuiturus, Otto cum Fratre iis obviam progreſſus fuerat. Sed repente Henricus, Fratre ſuo Ottone relicto ad Philippi caſtra abiit, qua Fratris defectione ita territus eſt Otto, ut fugienti ſimilis, ſe Brunſwicum reciperet, negatam Fratri urbem, magno cum Imperii amittendi periculo retenturus. Philippus novo ſocio auctus, tantum viribus profecit, ut egregie comparato exercitu, Thuringiam ſubintrans, profligato Bohemo tam hunc, quam Landgravium Thuringiæ ad obſequia haberet, quam fortunam pertimeſcens Elector Colonienſis, unicus Ottonis Scipio, Philippo regiam unctionem ſub juramento promiſit.

Otto Rex fugit.

Deſeritur.

Pilgrinus interea II. Aquilejæ Patriarcha diem ſupremam clauſit 15. Maji, ut ex Chron. Steronis, Salisburg. Clauſtroneoburg. & Leobienſi, necrologio Aquilej. aliisque documentis oſtendit de Rubeis cap. 67. f. 653. &c. Succeſſit Wolfgerus Patav. Epiſcopus, & pro eo Poppo Aquilej. Præpoſ. Cathedram Patav. aſcendit.

Pilgrinus II. Patr. Aquilej. obit.

Wolfgerus Patav. Patr.

Poppo Ep. Patav.

Conſtantinopolim hoc tempore Latini occupabant, ubi Balduinus creatus Orientis Imperator, Leopoldo Duci noſtro, portionem S. Crucis ſubmiſit teſtante Chron. Clauſtroneoburg. ad an. ſeq. *direptis opibus contigit, non parvam Dominicæ Crucis portionem, cum aliis SS. reliquiis, Duci Auſtriæ Leopoldo perferri*, quam dein particulam Neo-fundato ſuo Monaſterio Campililiorum contulit Dux Leopoldus.

S. Crucis particulam obtinet Dux noſter.

Nova etiam argumenta pietatis ſuæ Admontenſibus in Styria Monachis exhibuit Eberhardus Salisburgenſis Præſul, plures chartas teſtes exhibet Codex Diplom. Admont. apud Bernardum Pezium tom. 3. una harum num. 49. habet, Eberhardum confirmaſſe Admontenſibus donationem, quam *nobilis fœmina Diemut, Vidua D. Maingoti Caſtellani de Salzburch* de 2. curtibus *in Wenge* fecerat, annus hic & indictio 7. cohærent, menſis tamen & dies abeſt, ſed cum Poppo ſubſcriptus ſit, Aquilej. Eccleſiæ Præpoſitus, ante Junium, quo Epiſcopus Patav. nominatus eſt, eadem confecta videtur. V. Dipl. mea in fine num. 21.

Admontenſ. benefac. Eberh. Salisb.

Salisburg. Caſtellanus & Diemut uxor.

Codex idem diplomaticus Admont. num. 116. ad hunc annum refert, a Joanne Abbate Admont. proventus *Eccleſiæ S. Galli*, ab Eberhardo Epiſcopo in ſolatium peregrinorum, & tranſeuntium datos, ſed a prædeceſſoribus Joannis Abbatis, in alios uſus collatos, reſtituiſſe ad mentem fundatoris ſub anathematis vinculo. Sed errat vehementer Diploma in anno, cum anno 1202. Joannes Abbas obierit, ut dictum, unde ad poſtremos ſæculi præcedentis, vel hujus ſæculi priores annos eſt revocandum.

S. Galli Eccleſia Admont. in ſylva dicta.

Fundatio.

Eccleſia hæc. *S. Galli in Sylva* fundata fuit ab Eberhardo Epiſcopo, quis vero hic Epiſcopus fuerit? Diploma non memorat, cenſeo fuiſſe Eberhardum Epiſcopum Bambergenſem, vel Eberhardum Salisburgenſem, dum adhuc Epiſcopus Brixinenſis eſſet: auxit inſigniter hanc fundationem *Godefridus de Wertenfeld*, magnus Admontenſium beneſactor, ut habet notitia Admont. 120. qui hanc Eccleſiam S. Galli in ſylva a fundamentis erexit, & in uſus Fratrum inibi permanentium, plus quam ſexaginta talenta dedit; ne vero dos Eccleſiæ deeſſet, prædium unum 16. marcis emit, ac 12. vineas, præterea ad eandem Eccleſiam dedit calicem argenteum, appendentem 3. marcas

Augmentum a Godefrid. de Wetenfeld, magn. Admont. beneſact.

& fertonem, h. e. quartam partem unius pondo, seu **Viertling**, uti & alia ornamenta Ecclesiæ, ac pro Fratribus in sylva 5. talenta adjecit; Ecclesiæ vero ipsi Admontensi, emit vineam *ad Chremense*, 7. marcis, & 5. talentis, ac curtem unam 8. marcis, *apud Ousspurch*, prædium 8. marcis, dedit etiam 20. marcas auri, 6. pallia satis pretiosa, 30. talenta denariorum, 32. equas, & 7. equos bonos, D. Abbati cyphum argenteum, Sororibus 13. talenta. Item Cœnobio Admontensi 20. talenta argenti, pallium, & equum bonum. Insignem hunc benefactorem Admontensium miror a Chronista domestico omissum, & nec in Necrologio Admont. notatum.

Seiz. res. Bertholdi III. de Andechs, Dux Meraniæ, Dominus de Windischgrätz & Stein.

Hoc etiam anno, si non anteriore aliquo inter 1187. & hunc *Bertholdus Dux Meraniæ*, seu ut se scribit, *Dux Dalmatiæ, & Marchio Istriæ*, (erat hic *Bertholdus III. de Andechs*) confirmavit Seizensibus donationem factam, a Patre suo Bertholdo II. qua iisdem Eremitis, singulis annis, 2. modios de frumento, & 10. mensuras de brasio in *Windischgrätz* delegaverat, item immunitatem telonei *in foro suo Stein*. Ita Diploma Seiz. 22. inter mea in fine num. 22. cum vero Bertholdus III. obierit hoc anno, Diploma ad hunc certe annum, si non præcedentes erit referendum.

Leopold. Dux benef. Monast. S. Flor. & Cremif.

Wolkenstorf de Ortolf.

Pogen de Otto.

Prevenhuebero teste, hoc circiter tempore Leopoldus Dux noster Monasteria S. Floriani, & S. Agapiti Cremisanense, *ab exactione judicum sæcularium & advocatorum oppressione* exemit, atque *Ortolfo de Wolkenstorf*, qui advocatiam utriusque Monasterii ab *Ottone Comite de Pogen* in feudum habuerat, in ejus juris compensationem, certam summam pecuniarum dedit. Wolkenstorfius hic *judex* erat *provincialis supra Anasum*, *Otto de Pogen* advocatus Ratisbonensis.

Hungariæ & Austriæ res.

Tandem Ortilo Campilil. ad hunc annum narrat: *Emericus Hungariæ Rex obiit. Andreas Frater debebat esse tutor Ladislai Filii ejus, sed ut Regem se gessit: Regina Mater Constantia, cum Filiolo & corona regia fugit ad Leopoldum Ducem. Hic exules benigne recepit, & pro eorum favore arma paravit.* Idem habet Chron. Claustroneoburg. ad an. 1203. & 1205. ac Admontense susius ad an. 1205. Censeo tamen, hoc non ideo factum, ac si fuga anno seq. primum facta fuisset, sed, quia Chronographi more suo, plura uno filo referentes, fugam hanc cum Ladislai morte, quæ anno seq. accidit, conjunxere, etenim

Anno 1205.

ANNO 1205.

Indict. 8. Innocentii III. P. VIII. Philipi & Otton. Imp. VIII. Leopoldi Glorioſi, Duc. III. Styriæ XI. Austriæ VIII.

Prælium Hungaris paratur a Leopold. Duce.

Dum Andreas carcere solutus, & tutor ab Emerico, Filio Ladislao datus, Regnum ipsum invadere tentaret, audita Constantiæ cum Ladislao fuga in urbem Viennensem, illico exercitum congregat, cui Leopoldus ad vim propulsandam, cum legionibus suis obviam est progressus; sed inter prælii imminentis apparatus, Ladislaus infans moritur, sicque controversia & bellum fors inter favillas est suppressum. Corpus defuncti Ladislai, ab Episcopo Jaurinensi, Album

Ladislaus obit Viennæ.

dela-

delatum, regia ſepultura eſt donatum. Conſtantia Regina cum obſequio Fratri ſuo Petro Aragoniæ Regi transmiſſa eſt, dein Friderico Aug. jungenda, ita Chronic. Admont. & Clauſtroneoburgenſe.

Itaque transmiſſa Andreæ Regi Hungariæ corona, regnum ei gratulatus Dux noſter, copias ſuas, quas in Andream paraverat, in Philippi Regis gratiam, Coloniam adduxit; cum enim Philippus ſecunda vice ad imminentia Epiphaniæ feſta, Aquisgrani ab Adolpho Colon. Archiep. coronaretur, copias ſuas Coloniæ interim hærere juſſit Dux Leopoldus, ne Colonienſes Ottoni addicti, quid hoſtile tentarent. Res hæc Pontifici bilem ita movit, ut Adolpho excommunicato & depoſito, Brunonem ſubſtitueret. Colonienſes, cum in fide Ottonis Regis, contra Philippum firmi manerent, obſidione cincti ſunt, *qua in expeditione*, inquit Chron. Admont. *Luipoldus Auſtriæ, Styriæque magnanimus Dux, copioſam, & electam militiam ducens, & non minus munifice quam magnifice agens, Principibus aliis præſtantior, fortibusque geſtis famoſior, atque clarior extitit*, quia vero Colonia Urbs admodum grandis, munita, & hominibus oppleta, fortiter reſtitit, neque ex ejus deditione Philippi fortuna penderet, Niſſa ſubjugata, ſoluta eſt Urbis Colonienſis obſidio.

Leopold. Dux copias ſuas pro Philippo Rege Coloniam ducit.

Philippus Rex coronatur.

Adolphus Colonienſis depenitur.

Colonia obſeſſa a Leop. Duce.

In Styriam abit.

Redux his ex caſtris Leopoldus Dux in Styriam noſtram, obvium ſibi habuit novum Ciſtercii Runenſis Abbatem, *Theodericum de Greiſſenek*. Conradus de Grodno, Abbas IV. Runenſis hoc anno obierat, dies & menſis latet, ſcriptor domeſticus hanc ei laudem tribuit: *ſanctæ Religionis cultor fervidus, ſubjectis ſibi filiis, normam recte vivendi, exhibuit verbo pariter & exemplo.* Succeſſor itaque hujus Theodericus Abbas, ubi Ducem noſtrum, Styriam ſubeuntem, maxima cum veneratione ſuſcepit, ſuo ſimul Monaſterio munificum ſenſit; conceſſit enim Leopoldus Dux Runenſibus in ferriſodinis ſuis, *quantum tis utilitatis provenire poteſt, ex 4. follibus.* V. Diplom. mea in fine num. 23.

Conradus Abbas IV. Run. ſucc. Theod. de Greiſſenek Abb. V.

Runenſ. benef. Leopold. Dux.

Tabulæ Clauſtroneoburg. & Vitus Arenpekius in Chron. Auſtriæ docent, Neoſtadium hoc an. a Leop. Glorioſ. conſtructum atque Ducatui Auſtriæ adjecta, *Lincium, Welſium, Wexenbergam, Ottmanshaim, Greinam & Hartſteinam*, Neoſtadii originem ad an. 1200. retuli, reliqua de comparatis Auſtriæ ditionibus novis perobſcura ſunt, & nemini veterum nota. Ottmanshaimium, ſi non diverſum ab Ottensheimio, Ottoni Archiduci Auſtriæ ibidem nato, originem ſuam debet.

Quæ loca Auſtriæ adjecerit.

Poppo Patav. Epiſcopus hoc anno obiit, ut notat Chronic. Auguſt. Clauſtroneoburg. & Anonymus Garſtenſis, Ortilo Campilil. addit mortuum fuiſſe 7. Kal. Jan. poſtquam antea die B. V. M. natæ Otkerum I. Abbatem campililii benedixiſſet. Succeſſit Manegoldus Abbas Cremiſanenſis & Tegernſeenſis, *Suevus de ſanguine Regis* fuiſſe dicitur.

Poppo Patav. Epiſc. obit, ſucc. Manegoldus.

Admontenſe etiam Monaſterium, hoc anno funus Abbatis ſui tanto majore luctu deploravit, quanto acerbiore caſu, placidiſſimi ingenii Præſul, prope ante ſepultus, quam defunctus. Inopinum hoc fatum exprimit annaliſta domeſticus his verbis: *Rudigerus Abbas Admontenſis, dum forte in lapicidina laborantibus intereſſet, petra quadam in præceps decurrente percuſſus & mortuus eſt, pro quo D. Wolframmus Turrigena*, ſeu Thuringus, *qui de Monaſterio Reinbersbrunenſi, ad nos veniens, per decem fere annos nobiscum moratus fuerat, eligitur.*

Rudiger Abb. XV. Admont. obit.

Succ. Wolframmus Abb. XVI.

Anno 1206.

ANNO 1206.

Indict. 9. Innocentii III. P. IX. Philippi & Ottonis Imp. IX. Leopoldi Glorioſi, Ducis III. Styriæ XII. Auſtriæ IX.

Guetemberg de Eliſ. Run. dat Neciſtl. alper.

Leopoldus Princeps noſter, tabulis ſuis ratam habuit liberalitatem, *qua nobilis Matrona Eliſabetha de Guetenberg, alpes, quæ vocantur Neciſtl-pium Mariti ſui votum executa, Fratribus de Runa recognovit, eisque teſtamento confirmavit*, tabulas has V. in fine inter Diplom. mea num. 24.

Et Admontenſibus prædium Feiſtriz prope Pegga.

Eadem vero *Eliſabetha Guetenbergica* Admontenſes etiam ſua beneficentia eſt complexa, etenim his *prædium ſuum in Fuſtriz*, 5. nempe manſus cum molendino, pro ſalute animæ ſuæ, & *Mariti ſui Luitoldi*, delegavit per manus *Udalrici de Pekach*, legatarii ſui, quod prædium, cum *D. Wichardus de Waltſtein*, in vadimonio ſibi depoſitum aſſereret, utriusque partis beneplacito Wolframmus Abbas & Fratres Admontenſes abſolverunt; prædium hoc Fuſtriz ſeu *Feiſtriz*, cum Dominus de *Waltſtein* poſſideret, cenſeo idem cum moderno Feiſtrizio oppido infra Peggovium.

Pekach de Udalr.

Leopold. Dux in Admont exiſtit.

Confirmavit vero donationem hanc Leopoldus Dux noſter in Vigilia B. V. M. Aſſumptæ, in Admont præſens, corrigendus tamen in Diplomate eſt numerus indict. XII. & ponendus numerus IX.

Lilienveld Monaſt. origo.

Idem Leopoldus noſter, qui jam an. 1200. vel præcedente Fraternitatem ab Ordine Ciſtercienſi poſtulaverat, eidem Ordini novam domum, *in valle* poſt villam Wilhalmſpurg, in via, quæ ducit in Styriam, moliri cœpit in loco *Lilienveld* dicto; Ciſtercium hoc, cum initio hujus ſæculi inchoatum, hoc anno perfectum videtur, ita enim habent Chronic. Auſtrale, aliaque, *fundata eſt domus in Campo Liliorum*, hanc domum Cœlitum Reginæ in ſacrarium, Aſcetis in contubernium, ſibi vero in Mauſolæum Dux noſter condidit, de quo fuſiſſ. auth. faſtor. Campilil. tom. 1. & 2.

Otto Rex fugatur a Philippo.

Huic ſacræ fundationi, dum intentus eſſet Leopoldus, Otto Rex fretus Joannis Britanniæ Regis Avunculi auxilio, cum Brunone Archiep. Colon. bellum, infelici tamen alea renovavit, circumfuſus enim a Philippi militibus, fugatus ægerrime ex oppido quodam cum 3. militibus evaſit. Coloniam, ubi victor Philippus acceſſit, hæc exemplum Imperii reliqui ſecuta, ſe ſubjecit Philippo; deſertus ſic ab omni Germania Otto, cum æmulo colloquium inſtituit, de quo nil conſtat, quam quod ſub quadam conditione reconciliationem inierint, quæ melius anno ſeq. perfecta eſt.

An bello huic Leopold. Dux adfuerit.

An bello huic præſens Leopoldus Dux noſter fuerit? vix credo, cum conſtet, eum Admontii in Styria, ac in Auſtria Campililii egiſſe, milites tamen ſuos Philippo ſubmiſiſſe credibile videtur; eodem vero anno hoc nata eſt Principi noſtro, ſecunda Filia Agnes 14. Kal. Auguſti, cum prima Margaretha jam anno priore 4. Id. Aprilis humanam lucem conſpexiſſet; ita teſtatum reliquit Ortilo Campililienſis, meminitque utriusque filiæ Hagenus in Chron. Auſtriæ, aitque Margaretham Uxorem fuiſſe Friderici Filii Friderici Imperatoris, Agnetem vero Ducis Saxoniæ Conjugem, errorem palpabilem Hageni corrigit Haſelbachius docens, Margaretham Uxorem fuiſſe Henrici Filii Friderici

Margaretha I. Filia n. an. pr.

Agnes II. Filia Ducis noſtri.

rici II. Imperatoris, dein vero Ottocari Regis Bohemiæ, de qua plura hoc ſæculo recurrent.

Eberhardus Salisburg. Archiep. hoc anno cum Magdeburgenſi conſtitutus eſt Judex divortii Regis Bohemiæ, qui Adelam Conjugem rejecit, ſibique Conſtantiam Belæ III. Hung. Regis Filiam copulavit. Res hæc cum jam ab anno 1199. ſolicitum teneret Innocentium III. Papam, hoſce Præſules, rei hujus judices conſtituit, ſed quoniam horum legatis a Rege inhoneſte tractatis, ad ſaniora hoc tempore Rex Bohemiæ rediret, mox tamen iterum mentem mutaret, injunctum his duobus, ut cauſam rite diſcuſſam, ad examen Apoſtolicum remitterent. Admontenſis Chronologus, rerum duarum ab aliis neglectarum meminit, primo ait: *MCCVI. Albero Abbas Ozziacenſis obiit, pro quo D. Gotfridus ex Admunt. Monaſterio eligitur*, mox ad clavum Monaſterii ſui Admont. revocandus. 2do. ait: *inundatio aquarum tam intolerabilis, ut homines cum oppidis ac domibus in Suevia peſſumdaret.* An etiam Styria noſtra eo malo affecta fuerit? nemo, quod memini, tradidit.

Eberhard. Salisburg. acta.

Gotfrid. Admont. fit Abb. Offiac.

Ottacher de Gonuvviz ex Styriæ dynaſtis, ut tom. præcedente oſtendi, in Seizenſes munificus fuit, duosque eis manſus *in villa de Oplonitz*, per manus D. Leopoldi Ducis Auſtriæ, & Styriæ donavit, actum in clauſtro præfatæ Eccleſiæ ſeu Seizenſis. V. Dipl. mea in fine num 26.

Gonovia de Ottoc. benef. Seiz.

ANNO 1207.

An. 1207.

Indict. 10. *Innocentii III. P. X. Philippi & Otton. Imp. X. Leopoldi Glorioſi, Ducis III. Styriæ XIII. Auſtriæ X.*

Rebus Philippo proſpere fluentibus, gratia Pontificis deeſſe videbatur, oratores itaque ab eo ſub initium anni hujus Romam miſſi, quibus Philippus litteras adjecit, obſervantiæ filialis plenas; inter legatos præcipui erant *Wolfgerus Patriarcha Aquilejenſis, & Leopoldus Dux noſter*, auditis oratoribus Papa geminos e vaticano ſenatu Patres, Hugonem Oſtienſem & Velitrenſem Epiſcopum, ac Leonem tit S. Crucis Presbyterum Cardinales in Germaniam miſit, qui pacem Imperio Romano redderent; ſed irrita erant vota Papæ, nam colloquio gemino, inter Philippum & Ottonem habito præſentibus quibusdam Principibus ac legatis, licet in Philippum vota convenirent, hicque Ottonem locata ei Beatrice Filia, ſibi generum reddere vellet, adeo tamen abhorruit a deponendo Regis titulo ac pace Otto, ut præter anni unius inducias impetrari ab eo nil potuerit; Philippus interim, ut gratiam referret Pontifici, Brunonem Colon. Archiep. Romam vinculis oneratum transmiſit.

Imperii res.

Leopold. Dux & Wolfgerus Patr. Aquilej. legati Rom. pro Philippo Rege.

Pax Imperii non poteſt coalescere.

Romæ cum ageret Leopoldus noſter, ſupplicavit ſummo Pontifici, conſentiente ſibi Wolfgero, olim Patav. nunc Aquilejenſi Præſule, ut ob nimiam Diœceſis Patavienſis amplitudinem, novus Viennæ Epiſcopatus erigeretur. Negotii hujus perficiendi cura Eberhardo Salisburgenſi & Manegoldo Patav. injuncta eſt, impedita tamen res omnis per Manegoldum Epiſcopum Patav. Rom. cauſam ſuam ſortiter agentem, ut V. ſuſius auth. germ. ſacr. tom. 1. pag. 354. &c.

Leopold. Dux urget Epiſcopatum Viennenſem.

Leopoldus Filius Duci naſcitur.

Hæc, dum Romæ exequeretur Dux noſter, benedixit Deus thalamum ejus, dum teſte Chron. Admont. Leobienſi, Garſt. &c. *Leopoldo Duci Auſtriæ, Styriæque natus eſt Filius ejusdem nominis* 8. *Kal. Aprilis*, diem hunc natalem per unum Chroniſten ex altero deſumptum, recte corrigit Ortilo Campililienſis ponens 8. *Kal. Octobris*, etenim cum anno priore 14. Kal. Aug. Agnes Filia nata fuerit, non potuit hoc anno, menſe jam Martio novus denuo Leopoldo Filius naſci. Ob Leopoldum Principem natum, habita ſunt, teſte Chronologo Styriæ Puſchio, ſupplicationes publicæ, adjecta cunis vota & auguria, ſed fluxa, eo, quod miſerando dein caſu, in floridiſſima ætate Princeps hic periret, dum ad magnam reip. ſpem adoleſcere videbatur.

Leopold. Dux benef. Seiz.

Neque hic annus Duci noſtro ſine beneficio in Eccleſiam Dei effluxit, etenim, ut habet Dipl. Seiz. 14. Cartuſiæ hujus poſſeſſiones veteres firmavit, novasque adjecit, nempe villam majorem *Britzlaudorf ante Petovium*, quæ tempore *Rudolfi de Raſſia*, in duas ſupanias eſt diviſa, villam minorem *Bredanſtorf*, ultra fluvium vero *Pulzcau*, novalia quædam, *in villa Rogotcz* 4. manſus, qui a *D. Richero de Turre*, juri Leopoldi ceſſerunt, & in villa Ducali *Nebovo* ultra *Drachovam* manſum unum pro vinea; de quibus V. pl. in annot. Diplom. meor. in fine num. 27. ſubſcriptio eſt: *An. Dom. Incarn. 7. Rom. Sed. Pontif. Innoc. III. Rom. Rege Philippo Aquileg. Eccleſiæ Patriarcha Wolfkero, exiſtente in valle S. Joannis, Priore Nicolao*, ex quibus corrigendus eſt Puſchius part. 2. f. 146. docens Joannem I. Seizenſem Priorem hoc primum anno fuiſſe defunctum, certum eſt enim ex documentis legitimis, Nicolaum ſaltem ab an. 1202. ſi non antea, præfuiſſe, ita Catal. Prior. Seiz.

Rasia de Rudolph.

Turre de Riberus.

Nicolaus Prior Seizii.

Prank de Henricus benef. Seccov.

Prank prædium.

Prank de Leukard & Eliſab. Can. in Seccove.

Dummerſtorf de Berchta.

Henricus de Prank, ex antiqua Styriæ noſtræ familia, avitam ſanguinis nobilitatem, inſigni pietate ac munificentia expreſſit Canonicis Seccovienſibus, his enim patrimonium ſuum *in Prank* donavit, tum pro remedio animæ ſuæ ſuorumque Parentum, quorum quidam præſentes adſtabant, quidam in Seccove ſepulti erant, tum pro receptione 2. Sororum ſuarum *Leukardis & Eliſabeth* eadem die facta; addidit etiam pro ſtructura & dote Capellæ SS. Petri & Pauli 2. manſus *in Ricindorf*, & de patrimonio *in Strechovviz*, dedit partem Sorori ſuæ *Berchtæ de Dummerſtorf*, ut cum hæredibus ſuis renunciaret totaliter prædio in Prank, mox recepta a Seccovienſibus Fraternitate plena, conſtituit etiam, ut, ubicunque decederet, quidquid in frumento, libris, & ſupellectile haberet, Seccovienſibus daretur. V. plura in fine inter Dipl. mea num 28. & tom. 1. Diplom. 46.

Admont. ret.

Admontenſibus ſub Wolframo Abbate, confirmavit Eberhardus Salisburg. decimas & poſſeſſiones omnes, ut V. Diplom. mea num. 29. *actum* hoc dicitur *apud Werven anno Incarn. Domin. M. CC. XII. 2. Idus Julii*; varia hoc in Diplomate notanda occurrunt, 1) licet Diploma dicatur *actum apud Werven*, ſignatum tamen fuerit Salisburgi, cum totum Capitulum Salisburgenſe ſubſcriptum, extitiſſe apud Werven vix ſupponi poſſit, 2) annus Incarn. 1209. & indict. 12. licet cohæreant, ſuſtineri tamen non poſſunt, cum eo anno Wolframus Abbas non fuerit, niſi fors dicatur, Wolframum, quamdiu vixit, etiam poſt reſignationem ſuam, Abbatis titulo, pro Gotfrido II. ſubſcriptum fuiſſe; utut

res

res ſit, docent documenta Admont. domeſtica, & Chronicon Admont. *Domnus Wolframus Abbas Admunt. paralyſi diſſolutus, cura paſtorali ceſſit, & ei Domnus Gotfridus Abbas Ozziacenſis* (anno priore ex Admont poſtulatus) *ſubſtituitur.*

Wolfram. Abbas Admunt. reſign.

Succ. Gotfrid. II. Abb. XVII.

Eodem hoc tempore acta eſt controverſia Gurcenſium Canonicorum, liberam ſibi Epiſcopi ſui electionem depoſcentium, etenim, cum ſub initia Eberhardi II. Archiep. Waltherus ab eo conſtitutus Epiſcopus Gurcenſis rejiceretur a Papa, Canonici Gureenſes, arrepta hac occaſione, per Procuratorem ſuum Romæ egerunt de libertate electionis ſibi reſtituenda; his cum in tribunali Romano opponeretur lata ſub Conrado per Epiſcopum Friſingenſem, & Abbatem S. Crucis ſententia, excepit Procurator inquiens, eos nec fuiſſe ordinarios nec delegatos judices, mandatum dein a Papa Epiſcopis Friſingenſi, Tergeſtino & Brixinenſi, qui cum atteſtationes ſuas Romam miſiſſent, exceperunt Canonici Gurcenſes de metu, ad quam exceptionem probandam datæ ſunt eis induciæ; mox cum adventus Eberhardi in urbem Romam protelaretur, Canonici Gurcenſes probarunt per teſtes Eccleſiæ ſuæ, ſe per Comitem Palatinum, & Fratres Archiepiſcopi Conradi fuiſſe compulſos contra ſeſe confiteri. Procurator Salisburg. oppoſuit confirmationem Lucii III. cui ſe Canonici Gurcenſes ſubmiſerunt, ſed replicuit Procurator Gurcenſis, etiam Canonicos Gurcenſos, dum poterant, reclamaſſe; in Privilegio Alexandri II. Lucium Papam circumventum fuiſſe fatebatur ipſe Papa Innocentius III. dicens; *falſum illud Privilegium eſſe reperimus manifeſte.* Hiſce invicem actis mandavit Papa Brixinenſi Epiſcopo ac ſupradictis, ut teſtes utriusque partis excipiant, ſibique teſtimonia hæc transmittant, de quibus proin plura deinceps. Hæc adferre volebam ea de cauſa, quod Gurcenſes Epiſcopi hoc adhuc tempore per Styriam noſtram Vicarii eſſent Salisb.

Gurcenſes ſibi liberam electionem Epiſcopi petunt.

ANNO 1208.

Anno 1208.

Indict. 11. *Innocentii III. P. XI. Ottonis Imp. XI. Leopoldi Glorioſi, Ducis III. Styr. XIV. Auſtriæ XI.*

Leopoldus Dux noſter, ubi anno priore nominis, & ſanguinis hæredem acceperat, ut gratas Cœlo vices redderet, majorum exemplo Palæſtinam adire, barbarisque arma inferre ſtatuit. Hæc pia deſideria, ubi Pontifici indicavit, illico eidem Innoc. III. reſpondit, piumque ejus animi votum dilaudavit, rogans, ut celeriter & prudenter huic ſe itineri accingeret. Epiſtolam Innoc. III. ad Leopoldum noſtrum vulgavit Balluzius, Puſchius omiſſis quibusdam parergis transſcripſit, in fine ait Pontifex: *nos enim juxta petitionem tuam vivificæ Crucis ſignum, per dilectum Filium Nicolaum, Priorem S. Joannis, Cartuſienſis Ordinis, tibi mittimus imponendum, indulgentiam, quam petiiſti, cum conſervatoriis quoque literis nihilominus deſtinantes.* Dat. Later. 6. Kal. Martii Anno Pontificatus noſtri 11.

Leopold. Dux S. iter meditatur.

Nicolaus Prior Seiz. III. Crucem Duci Leopoldo imponit.

An Nicolaus Prior Seizenſis ipſe Romam adierit, vel Pontifici virtutum fama ſolum innotuerit? ignoro; illud certum, Ducem noſtrum

non diſtuliſſe, ſed Crucem hoc adhuc anno *in Nivvenburch* magna cum ſolennitate ſuſcepiſſe; docent rem hanc Chronica noſtra patria, Mellicenſe, quod quidem locum *Nivvenburch*, & *Nicolaum Priorem* reticet, Clauſtroneoburgenſe, quod locum, non tamen Nicolaum adducit, uti & Leobienſe, imo nullum Chronicorum domeſticorum Nicolai meminit, quem tamen ex epiſtola Innoc. III. P. ad Crucem Leopoldo imponendam deſtinatum conſpeximus. Cæterum, ſi ex documentis Seizenſibus apud Frœlich. Diplom. Ducat. Styriæ part. 2. f. 101. Nicolaus Prior Seizenſis die 17. Martii hujus anni obiiſſe dicatur, Leopoldus ab eo Cruce inſigniri vix potuit, cum literæ Pontificis ad finem Februarii ſcriptæ, vivum Nicolaum Seizii vix deprehenderint: aſt, cum eadem documenta Seizenſia de anno emortuali Nicolai hærere, imo eum ignoraſſe videantur, anxie huic rei non inſiſtendum eſt, aliusque forte annus morti Nicolai præfigi poterit, cum eadem documenta cit. de Succeſſore Nicolai, Petro dicant: *præfuit ſaltem ab an.* 1234. *ad an.* 1247. Interim, cum Catal. Seizenſium Priorum ſucceſſionem Petri I. Prioris IV. Seizenſis ad hunc annum refero: Petro hæc laus ab iisdem datur, *magnæ ſanctimoniæ & famæ, domi foriſque, in literis publicis an.* 1247. *datis, vocatur vir providus & ſanctus.*

Nicolao Priori III. Seiz. ſucc. Petrus I. Pr. IV. an. incerto.

Henric. Fil. II. Leopoldo Duc. natus.

Graves Imperii curiæ & turbæ, inter quas Henricus alter Duci noſtro Filius 15. Kal. Julii natus eſt teſte Ortilone Campilil. iter ſacrum Leopoldi Principis noſtri diſtulerunt, dum enim Philippus vota omnium jamjam certa, cum annutu Pontificis haberet, parricidali manu Ottonis de Wittelſpach XI. Kal. Jul. obtruncatus eſt, cauſam parricidio præbuit vindicta Ottonis Palatini, cui Filiam ſuam, jam antea promiſſam Philippus Rex negaverat ob nimis crudelem in alios animum, nuptiasque Ottonis Palatini, cum alia Polonica Principe ſibi cognata per literas impedire ſtuduerat.

Philippus Rex occiditur.

Hac re offenſus Wittelſpachius, cum Philippus ex phlebotomia in lecto quieſceret, exerto gladio vulneratum occidit, læſo etiam Henrico Dapifero de Walburg, qui Ottonem comprehenſum retinere volebat, qua de re plura apud Godefridum, Ottonem San-Blaſianum, Abbatem Urſperg. Arnoldum Lubecenſem aliosque, Irene Græca, Philippi Vidua, actu uterum ferens, gemino dolore intra paucos menſes exanimata fuit, Beatrix vero Philippi Filia una nunc pacis obſes evaſit.

Otto Wittelſpach. proſcribitur.

Et cæditur.

Exhorruit infandum facinus univerſa Germania, & ipſe Otto Rex, licet Philippi acerrimus æmulus, Ottonem Wittelſpachium cum proceribus Regni, in Conventu Francofordienſi proſcripſit, ac omnium ultioni expoſuit, quæ latronem hunc, ut umbra corpus eſt ſubſecuta, cum non longe poſt ab Henrico Caletino occiſus fuerit, capite reſecto in Danubium merſo: in eodem vero Conventu Francoford. promiſit Otto Rex, ſe Beatricem Philippi Filiam in Conjugem ſe accepturum, ſi cognationis impedimentum removeretur, de quo anno ſeq. unde Otto Rex Auguſtus dictus eſt; non tamen cæſo Philippo, omnes continuo Principes Ottoni Regi adhæſerunt, memores enim erant jurisjurandi, quo ſe Henrico VI. Imp. olim devoverant, quod Filium ejus Fridericum II. Regem Romanum eligerent, cum jam 16. ætatis annum haberet.

Otto Auguſtus.

Non ab omnibus recipitur.

Hos

Hos inter etiam Dux noſter erat, qui idcirco dubium hoc ſuum Innocentio III. Papæ expoſuit; reſcripſit Papa monens, ut Ottoni faveret, eumque Rom. Imperatorem agnoſceret; idem Eberhardo Salisburgenſi Papa inſinuavit, ſed ſenſit malo ſuo Pontifex, Ottonis animum hyeme tertia fuiſſe mutatum. *Nec a Leopoldo Duce noſtro. Nec ab Eberhardo Salisburg.*

Teſte Ottone San-Blaſiano, *Henricus de Andechs Marchio* Iſtriæ, quia complex necis Philippi, dignitate ſua motus eſt, & Marchia Iſtriæ, Ludovico Bavaro, Ottonis Com. Schyrenſis Filio collata eſt; Anonymus Leobienſis etiam Carnioliam Henrico demptam, & Ludovico Bavaro datam docet, ad an. 1190. omnia compendio referens, non tamen diu eum honorem tenuit Ludovicus Bavarus, nam Wolfgerus Patriarcha Aquilejæ interceſſit, & vetera Eccleſiæ ſuæ jura vendicans, in Conventu Auguſtano ab Ottone Rege, Iſtriam cum Carniolia obtinuit. V. de Rubeis monum. Aquilej. cap. 68. & 70. Frœlich. archontologia Carinth. p. 2. cap. 4. quæ tamen alii ad an. ſeq. memorant. *Henr. Marcb. Iſtr. & Carniol. deponitur. Ludov. Bavar. ſubſtituitur mox Wolfgerus Patr. Aquilej.*

Ex documentis Seccovienſibus, Diplom. 33. variæ donationes iisdem factæ leguntur, etenim, dum Eberhardus II. Salisburg. eorum poſſeſſiones, & Privilegia confirmat, ſimul benefactores Seccovienſium recenſet, qui quoniam copioſi ſunt, & obſervationibus indigent, eos in fine Diplom. n. 30. uberius exponam, ne Chronologiæ ordinem interturbem. *Acta ſunt hæc Salzburgæ* (quo confirmationis hujus obtinendæ cauſa abiit Geroldus Seccov. Præpoſitus) *anno Dom. milleſ. ducenteſ. octavo, indictione* 11. 3. *Id. Sept. præſidente Romanæ Eccleſiæ Innocentio III. an. Pontificatus ejus XI. an. Regni Ottonis Saxonis, Rom. Regis I.* ex quibus ultimis verbis clare colligitur, Ottonem per Diœceſim Salisburg. & terras noſtras, vivente Philippo, Regem non fuiſſe agnitum, cum enim hunc annum primum Ottonis Regis fuiſſe dicat Diploma, antea Rex agnitus non eſt, ſed ab hoc anno in terris hiſce Regni ejus initium eſt ductum. *Seccov. reſ.*

ANNO 1209. *Anno 1209.*

Indict. 12. *Innoc. III. P. XII. Ottonis Imper. XII. Leopoldi Glorioſi, Ducis III. Styriæ XV. Auſtriæ XII.*

Otto Imperator, teſte Ottone San-Blaſiano, in Epiphania colloquium habens Auguſtæ, inſtaurato rurſum Senatusconſulto, Ottonem Palatinum de Wittelſpach, & Henricum Marchionem de Andechs, ob occiſum Philippum proſcripſit, dignitatibus, ac reditibus privavit; in quadrageſima Conventum apud Hagenowe habens, iter Romanum Principibus indixit. *Otto Imperat. iter Romanum Principibus indicit.*

Advenere eodem tempore Hugo Oſtienſis & Velitrenſis Epiſcopus, ac Leo S. Crucis Presbyter, Cardinales legati, qui diſpenſationem de cognati ſanguinis impedimento, inter Ottonem, & Beatricem Filiam Philippi attulerunt, itaque mox indictus hymeneus apud Herbipolim in octava Pentecoſtes. *Deſponſatio Ottom. cum Philippi Filia.*

Hac in deſponſatione Leopoldus Dux noſter Sponſor & Paranymphus delectus, imo teſte Arnoldo Lubecenſi, Orator & Dux verbi *Leopold. Dux Paranymphus & Orator ad Ottonem.*

fuit, dum Otto conſanguinitatem cum Sponſa allegaret. Lubeat audire in laudem Leopoldi Arnoldum Lubecenſem, Chronic. Sclavor. lib. 7. cap. 19. apud Leibnitium tom. 2. pag. 741. *facta hac deliberatione* (an nempe Conſanguineam ſine piaculo ducere poſſet Otto Imp.) *tandem ad Dom. Regem reverſi ſunt. Poſuerant autem verba in ore Luppoldi Ducis Auſtriæ, viri facundiſſimi & literati, qui ſic coram Rege locutus eſt; Domine Rex, placet, ut audiatis reſponſum Cardinalium Prælatorum & Principum! ad hæc Rex: audio; & ille: noverit ſublimitas veſtra, quod iſte tam celebris Conventus Cardinalium, auctoritatem Domini Papæ præferentium, ſummorum Prælatorum & Principum, & omnium literariorum, omnino vobis nobisque decrevit expedire, pro bono pacis, & ſtatu Romani orbis, ut Virginem, de qua mentio habetur, Uxorem ducatis, hoc addentes, ut omnis auferatur trepidatio, duas Congregationes Monachorum liberrime conſtruatis. Nos quoque vobis non deerimus, facultates & eleemoſynas large erogando: Sacerdotes etiam, ſive alii inferioris Ordinis in miſſis & orationibus ſubveniendo. Ad hæc Rex: Nos conſilio ſano & bono tantæ authoritatis non refragantes, veſtris acquieſcimus dictis. Igitur vocetur puella, quæ cum a Pontificibus ſive Principibus glorioſe adducta fuiſſet, Rex conſurgens de throno ſuo, eam cum inclinatione recepit, & ipſam inter Cardinales, quorum Cathedra e regione coram facie Regis erat, reſidere præcipiens, ſic omnibus ait: Ecce! Reginam habetis, ipſam, ut decet, honorate.* Ex hiſce verbis authoritas, facundia, & eruditio Principis noſtri Leopoldi patet, qui in conſenſu ſummorum utriusque ſtatus Principum, verba facere, & inclinare Ottonem ad nuptias, dignus eſt inventus.

Paranymphum Leopoldum his in nuptiis, docet Otto San-Blaſianus apud Urſtiſium tom. 1. pag. 277. his verbis: *puella jam nubilis a Duce Leopoldo orientali, & Ludovico Duce Bavariæ, tribunali adducta ſiſtitur, ac de conſenſu interrogata, verecundata admodum, ac rubore perfuſa ſe libenti animo conſentire profitetur, mox a Duce Leopoldo Cognato ſuo, per manus Cardinalium, lege Francorum, Regi Ottoni deſponſatur, a quo amantiſſime amplexata, publici ſigno oſculi, mutationeque annulorum ſubarratur.* Godefridus tamen, aliique nuptias an. 1212. primum celebratas volunt.

Leopold. Dux Romam cum Ottone non abit.

Reducta ſic, ut putabatur quiete, Rex celebrem poſt Feſtum S. Joann. Bapt. curiam Auguſtæ indixit ad ordinandum iter Romanum; inter Comites itineris hujus Leopoldus Dux noſter non erat, namque hoc tempore Gyrienſem in Styria inferiore Cartuſiam, ab aliis aſcetis occupatam, ſuis anachoretis reſtituit, & fundis amplioribus auxit, ita, ut ejus alter fundator habeatur.

Gyrienſ. Cartuſiam renovat.

Ejus fundat. an. 1174.

Gyrienſis hæc Cartuſia, circa an. 1174. ab Henrico Epiſc. Gurcenſi primitus fundata videtur, ut eo an. dictum; confirmavit fundationem Alex. III. Papa, anno quodam incerto. V. Gyrienſe Diploma I. Cum vero, ut ait Leopoldus Dux in Diplom. Gyrienſi II. apud Frœlichium, *Domus Gyrio* (Geirach) *ab Ordine prædicto, per ſucceſſores memorati Epiſcopi* (Henrici nempe Gurcenſis) *in alium fuit translata Ordinem, & ſic pene annihilata eſt, & deſtructa &c.* dein eam Ordini ſuo reſtituit Dux, ejus terminos deſcribit, villam *vinearum in Planinich* donat, uti & *de foro Marchburg*, 5. marcas denariorum Friſacenſium pro piſcibus, miniſterialibus dat licentiam, eidem loco, quæ vellent,

Marchburg oppidum.

do-

donandi, tandemque advocatiam loci ſibi plene reſervat: V. Diplom. mea in fine num. 31. *acta ſunt haec in foro Marchburch anno Dom. Incarn. milleſ. ducenteſ. VIII. Indict. 12. quarto Idus Septemb.* Ex quibus proin rite colligo, Leopoldum Ducem noſtrum in Italiam cum Ottone non abiiſſe. *Ibid. in Sept. exiſtit Dux Leopoldus.*

Optimo vero conſilio factum, quod Dux noſter itineri huic Romano non adfuerit, ne turbis nempe, Cæſarem inter & Papam exortis involveretur, nam, ubi Otto per vallem Tridentinam, Veronam abiens, Bononiam venit, Conventum ibidem generalem Principum celebravit, inde Mediolanum progreſſus, contraxit exercitum, & ex Tuſcia dein Legatos ſuos, Wolfgerum Patriarcham Aquilejenſem, & Epiſcop. Spirenſem, Cancellarium ſuum Romam ad Papam miſit, rem de conſecratione imperiali perfecturos. Quinta Kal. Octob. honorifice a Papa & Romanis ſuſceptus, dato Romæ Sacramento de juſtitia, tutela viduarum, orphanorum, ac defenſione Sedis Romanæ 4. Non. Oct. Romanus Imperator a Pontifice conſecratur. *Turbæ inter Papam & Cæſarem.* *Wolfgerus Patr. Aquilej.* *Otto fit Imper.*

Ut autem fere ſemper fieri aſſolebat, eo die tumultus oriebatur in urbe, resque ad arma non ſine effuſo ſanguine venit, Otto ipſe Imperator, ditiones quasdam Pontificias, quaſi ſuas occupavit, quod mox concordiam cum Papa turbavit, dein ad hyberna in Hetruriam receſſit Otto Imperator. *Turbæ Rom.*

Wolfgerum Patriarcham Aquilejenſem, Ottoni ſumme addictum, & pluribus ab hoc epiſtolis, teſte de Rubeis cap. 67. honoratum, adfuiſſe itineri Romano, ex dictis patet, ſed inde Pontifici in quandam ſuſpicionem venit, ac ſi peregrini de transmarinis partibus redeuntes, ejus conſilio in reditu impedirentur, quod, cum nec ipſe Pontifex crediderit, eumque excuſaverit, famæ hominis ejus ampliſſimæ, minime obeſſe videtur. *Wolfgeri Patri Aquil. res.*

Ex documentis Seccov. Canoniæ, Diplomate nempe 34. colligo, binos hoc tempore in Styria noſtra Archidiaconos fuiſſe, etenim, ut Diploma cit. habet: *Ditmarus inferioris Marchiæ Archidiaconus*, tanquam Judex delegatus ab Eberhardo Salisburgenſi, *decidit litem inter Geroldum Præpoſitum, & Eberhardum plebanum de Vanſtorf, qui Capellam Schonenberg impetebat.* Sententia lata pro Seccovienſibus ab Eberhardo II. Salisburg. confirmata eſt, ut V. Dipl. mea in fine num. 32. ex quo concludo, Eberhardum itineri Romano Ottonis ſe non junxiſſe. *Archidiaconi II. Styriæ.* *Ditmar. Styr. inſer. Archid.* *Seccov. lis de Schönberg. Eccl.* *Vanſtorf de Paroch. Eberhardus.*

Unus itaque hoc tempore erat Styriæ ſeu Marchiæ inferioris, alter ſuperioris Archidiaconus, hodie 7. numerantur, in Styria inferiore, *Voravienſis, Straſsgangenſis*, ſeu *inter Muram & Dravum*, & *Cilejenſis.* In Styria vero ſuperiore, *Seccovienſis*, idemque Præpoſitus Cathedralis, *Admontenſis* ſimul Abbas, *Muræpontanus* & *Pelſenſis*, tandem Decanus Weizenſis, Archidiaconus eſt per diſtrictum Neoſtadienſem. *Archid. VII. Styr. hod.*

Chronicon MS. Voravienſe ita ad hunc annum habet: *Anno M. CC. nono ſupradictus Leotoldus*, Præp. Vorav. *pro Capella S. Jacobi, quæ multo tempore a matrice Eccleſia Voravienſi fuit alienata, adeo laboravit, quod D. Gerardum & Henricum de Krumbach, qui ſe juris formam a fundo in jam dictam Eccleſiam habere aſſerverant, ad hoc induxit, ut jus matricis Eccleſiæ Voravienſis pro remedio animæ ſuæ recognoſcerent, tali habita exceptione, quod Vo-* *Vorav. ver. S. Jacob. Eccl. eidem Vorav. Eccl. reſtituitur a DD. de Krumbach.*

S. Jacobi in ſylv. paroch. prima origo.

Cujus quaſi Filia Eccl. Wenigzell.

ravienſis Præpoſitus, in prædicta Capella S. Jacobi, Sacerdotem ibi jugiter cum domo permanentem debeat ordinare, qui tam in ipſa, quam in alia Capella S. Margaritæ in cella, prædictæ Vorav. Eccleſiæ filia, divina debeat celebrare hæc patent in libro privileg. fol. 11. ita Chroniſta noſter domeſticus; transactio hæc, ut firmior eſſet, appreſſit ſigillum ſuum Eberhardus Archiep. Salisburg. & Leopoldus Dux Auſtriæ ac Styriæ, teſtes plurimi præſentes, *actum public. in Thalberg an.* 1209. *Indict.* 17. corrige 12. 8. *Kal. Junii.* V. Diploma hoc integrum, & nondum editum inter mea in fine num. 33.

S. Jacobi Paroch. dignior & ſeu. Wenigzell.

Jam tomo præcedente quæpiam de his ſum præfatus, nominatim in annot. Diplom. 58. ubi Genealogia *Krumbachiorum* expoſita, & quædam de Caſtro *Thalberg* ſunt annotata, præterea ibidem oſtenſum, Eccleſiam ſeu *Capellam S. Jacobi* in ſylva (hodie Parochiam Voravienſis Canoniæ) & alteram *S. Margaritæ in Cella*, ſeu Wenigzell itidem Vicariatum Voravienſem fuiſſe, & eſſe adhuc filias matricis Eccleſiæ Voravienſis, attamen prævaluiſſe ſemper dignitate, & probabilius etiam ætate, Eccleſiam S. Jacobi, cum in hac Sacerdos cum domo permanens, jam ab hoc anno ordinatus fuerit, qui in Eccleſia Wenigzellenſi, tanquam ſibi quodam modo ſubjecta, alternis vicibus divina celebraret.

An. 1210.

ANNO 1210.

Indictio 13. Innoc. III. P. XIII. Ottonis Imp. XIII. Leop. Glorioſi, Ducis III. Styriæ XVI. Auſtriæ XIII.

Diſſidium Papæ & Imper.

Acriter hoc anno litteris inter Papam Romæ, & Ottonem in Hetruria hybernantem certatum eſt, quam litem, ne ad arma reperet, Papa litteris & legatis ſopire volebat, omniaque damna Eccleſiæ diſſimulare, modo Imperator cum Gallis Siculisque pacem ſanciret, ſed ubi nulla apud Ottonem valuit induſtria, Apuliamque & Campaniam invaderet, ſolito Vaticani fulmine intonuit Papa, quod in Germania Moguntinus denunciavit, qui dein cum compluribus Imperii Principibus Babenbergœ pro Friderico Siculo, cui adhuc in cunis jacenti fidem olim ſuam addixerat, cum aliis Germaniæ Principibus, egit, ut Rex Romanorum eligeretur, quod quamvis mox factum non ſit, paulo tamen poſt, teſte Urſpergenſi *Rex Bohemiæ, Dux Auſtriæ, Bavariæ, Landgravius Thuringiæ*, aliique miſſis ad Papam nunciis Fridericum II. Regem ſuum decreverunt, quod cum Romani collaudarent, etiam Papa Ottoni Fridericum II. oppoſuit, quæ tamen alii ad annum ſequentem narrant.

Otto Imp. excommunicatur.

Fridericus II. fit Rex Germ.

Opponitur a Papa Ottoni.

Leopold. Dux Sponſam ſuo Filio deſtinat.

Interea Leopoldus Dux noſter, patriæ ſuæ mature proſpiciens, Theodericum Miſniæ Marchionem, per oratores, pro Filia, Leopoldo primogenito ſuo in Uxorem concedenda, peramice ſalutavit. Gratulabatur ſibi Miſniæ Marchio, ſed obſtabat propinquitas, cuius obicis tollendi cauſa, libello ſupplici Papam adiit Leopoldus; Innocentius, licet Leopoldo noſtro cæteroquin addictiſſimus, ne præceps nimium in vota Magnatum videretur, Eberhardo Salisburg. & Alber-

to

to Magdeburg. Archiepiſcopis, inquirenda connubii impedimenta, & quæ utilitas reipublicæ ex hac diſpenſatione enaſci poſſet, commiſit, ſibique dein renunciari petiit.

Inter hæc Eberhardus, qui cum conſenſu ſuorum Canonicorum, ad exemplum anteceſſorum ſuorum, cænobitis S. Petri, prærogativam loci dignioris confirmaverat, teſte Chron. Salisburg. *ab Ottone in Italiam vocatur, ibique ab eo contra Innocentium Papam conſpirare ter rogatur, quo renuente ab eo capitur.* Hæc contigerint poſt X. Kal. Julii, quo Eberhardus Diplomati Ottonis, pro Angelerio Abb. S. Martini Tordonenſis ſubſcripſit in Civitate Placentia; ſed eo facto Cæſar plurimorum ſubiit invidiam, & a multis Principum eſt deſertus.

Eberhard. Salisburg. ab Ottone Imp. capitur.

Eodem anno hoc, & lite inter Imperium ac Sacerdotium vigente, teſte Prevenbueb. dum omnia ſuſque deque verterentur, *Turingus Eques de Ternberg* Filius Eberhardi, *Ottonem Scheken*, in cæmeterio Garſtenſi mactavit, quod crimen, ut expiaret, cum Duce Leopoldo in Palæſtinam an. 1217. abiit: annales Garſtenſes ad 30. Decembr. huius anni referunt, *pluvia maxima repente effuſa, ac inundatione facta die dominico, circa meridiem multi homines perierunt*, quod, cum hoc tempore alias frigidiſſimo inſolitum videretur, in expiationem ſacrilegi ſceleris non pauci admiſſum ominabantur. Ejusdem inundationis meminit etiam Chronicon Mellicenſe apud Hier. Pez. Tom. I. col. 237. iisdem verbis, ſed ad 3. *Kal. Jun.* cum vero annal. Garſtenſes diem 30. Dec. exprimant, pro 3. *Kal. Jun.* legendum 3. *Kal. Jan.* quod 30. Dec. convenit; plura alia fata anni hujus narrat idem Chron. Mellic. hiſce: *Item tempore meſſis 5. Id. Aug. pluvia incipiente, & 7. dies continuos durante, Danubius aquarum abundantia ſupra 2. cubitos intumeſcens, contigua ædificia plurima ingurgitavit, & effuſus per campeſtria, quæ meſſa fuerant, auferens, vineta quoque & prata ſabulo ſternens, in ſuo tractu maximam cladem exercuit, reliqua paſſim per agros, tam ea, quae meſſa fuerant, quam quæ meti non poterant, putruerunt.*

Ternberg de During cædit Scbek Ottonem in cæmeterio Garſten.

Inundatio maxima.

In Styria interim noſtra Gottfridus II. Abbas Admont. cum Göſſenſibus transactionem iniit, ſuper Jure Patronatus *Eccleſiarum B. V. M. in Leuben*, & *S. Mariæ Magdalenæ in Tragöſs*, etenim, cum lis hæc diutius perduraſſet, electi ſunt arbitri *Geroldus Præp. Seccov. Wichpoto Prior Admontenſis, Ulricus de Stubenberg, & Otto de Kremis*, aliique, quibus mediantibus hæc tandem transactio eſt ſtatuta, ut Admontenſis Eccleſia, jus omne, quod etiam haberet, cederet, Göſſenſis vero redditus 4. marcarum de prædiis ſuis Admont. cænobio & *Eccleſiæ Lieſtink* aſſignaret.

Admontenſ. & Göſſenſ. transactio de Eccl. B. V. M. in Leuben, & S. Magdal. in Tragöſs.

Gerold. Præp. Seccov. Wichpoto Pr. Adm. Stubenberg Ulr. Kremis de Otto.

Porro *Eccleſia B. V. M. in Leuben*, ex fundatione ſua *a Comite Chunrado* & Nepotibus ejus *de Glainh* ſepulturam habuit, & Baptismum ſalvo cæteroquin Admontenſibus jure plebeſano; Capella vero *B. Magdalenæ in Tragöſs*, a matrice Eccleſia *Lieſtink* annuente D. Eberhardo Salisburg. Archiep. exempta eſt, Admontenſibus id concedentibus, & jus ſolum plebeſanum Eccleſiæ Lieſtink reſervantibus. V. Dipl. mea in fine num. 34. transactionem hanc illico confirmavit Eberhardus Salisburg. ut V. Dipl. 19. Göſſenſ. apud Frœlichium.

Liefling Eccl. matrix.

Glainh Com. de Chunrad.

Leopold. Dux in Stalhofen. Eodem hoc anno die 9. Kal. Nov. *in via Stadelhofe (Stalhofen* prope *Voitſperg)* Leopoldus Dux noſter, venationis cauſa forſitan moratus, *Gottenfeld alp. ad Hirſebegg.* *alpes Gottenfeld*, prope *Hirſebegg*, a Duce Ottocaro Runenſibus dona- *Bremſteten.* tas confirmavit, & 4. manſus *in villa Brenſtede, (Bremſteten*, nunc Caſtro *Comitum de Saurau* adjecit, ut V. Dipl. mea num. 35.

Anno 1211.

ANNO 1211.

Indict. 14. Innoc. III. P. XIV. Ottonis Imperat. XIV. Leopold. Gloriſi. Ducis III. Styr. XVII. Auſtriæ XIV.

Imper. Otton. res. Otto Imper. excommunicatus eo vires omnes convertit, ut Fridericum, quem æmulum Imperii credidit, everteret, Præſules ſibi adjungeret, in renitentes iram & ultionem exerceret; Manegoldus Patav. Epiſc. fuga compedes evaſit, non item Eberhardus Salisburg. qui, ut an. priore dixi, inter vincula non diu tamen gemit, cum jam hoc anno 3. Kal. Sept. litem Berchtesgadenſem componeret: maxima vero Ottonis cura erat, ne Fridericulus Siculus ex Italia in Germaniam evaderet, cui ſciebat, Pontificem, Romanos ac Germaniæ Principes favere, in quo tamen fruſtra curam poſuit Otto, cum an. ſeq. in Germaniam venerit Fridericus.

Leopold. Dux Runenſ. benef. Leopoldus interim Dux noſter, voto jam ſuo Fridericum ſecutus, juſtitiæ & liberalitatis ſuæ monumentum denuo Runenſibus exhibuit, ut V. Dipl. mea in fine num. 36. contigit nempe, ut narrat ipſe Leopoldus in Dipl. cit. quod Fratres Runenſes, ex donatione Ducum prædeceſſorum, Salinam quandam *in Ahorn*, annis 60 & amplius poſſiderent, quam dein prope exhauſtam renovaturi, novam foderunt, cum autem & ipſe Dux Leopoldus, in vicinia hujus novam ſibi foderet, inter Præfectos Salinæ Ducalis & Runenſium, crebriores exortæ ſunt lites, indeque factum, ut conſueta Runenſibus menſura ſalis negaretur; cum vero fratres Runenſes Ducem ea de cauſa adirent ſupplices, Dux juſtitiæ & pacis intuitu juſſit, annis ſingulis 100. modios ſalis de fodina ſua, & quidquid de quæſtu inibi Duci adveniret, decimam ſemper marcham dari Runenſibus. Annus & indictio cohærent, locus, dies, menſis deeſt.

Fridericus Leop. Filius natus Neoſtadii. Remuneratus Leopoldo munificentiam videtur Deus, ſubmiſſo novo hærede, qui patrios faſces capturus eſſet quidem, multo tamen cum diſcrimine retenturus, nullique Filio relicturus, ita enim ſcribit Ortilo Campilil. *MCCXI. Luipoldo Duci in nova civitate naſcitur tertius Filius Fridericus XVII. Kal. Julii.*

Eberhardi Salisburg. res. Eberhardus Salisburg. Archiepiſcopus, vinculis liber, 13. Kal. Sept. litem diremit, quæ inter Eccleſias Salisburgenſem & Berchtesgadenſem, de jure Archidiaconatus, & ligna cædendi in nemore Berchtesgadenſi, oriebatur. V. Auth. Germ. Sacr. tom. 2. fol. 321.

Nix ingens. *Maxima nix*, inquit Chron. Mellic. *qualem ſe nemo in partibus noſtris vidiſſe teſtabatur, effuſa eſt, per quam multi cum incaute graderentur, incidentes, violentia frigoris & venti, cum emergere non poſſent, extincti ſunt.* Idem docent annales Garſtenſes.

AN-

ANNO 1212.

Anno 1212.

Indict. 15. *Innocent. III. P. XV. Ottonis Imp. XV. Leopoldi Glorioſi, Ducis III. Styr. XVIII. Auſtriæ XV.*

Fridericus II. Siculus Rex venit in Germaniam.

Fridericus Siculus, Rex Germaniæ jam deſignatus, teſte Abbate Urſperg: *cum parvulum jam Filium ex Conjuge haberet, Henricum videlicet, poſtmodum Regem factum, relictis Uxore & terra, iter arripuit ad accipiendum Imperium.* Romæ agebat menſe Aprili, dein Januam venit, a civibus Januenſibus inde Papiam, mox per Papienſes & Cremonenſes in vallem Tridentinam perductus eſt, ubi aliquamdiu ſubſtitit; his auditis Otto Imperator relicta Italia in Germaniam properavit, & quamvis nulli jam gratus eſſet, curiam tamen generalem Norimbergæ celebravit, ubi omnibus cauſam diſcordiæ cum Papa expoſuit, Ottocaro Bohemiæ Regi ob adulterinas nuptias Regnum adjudicavit, idque ejus Filio ceſſit, tandem collecto exercitu nuptias, cum Beatrice Filia Philippi ſibi an. 1209. jam deſponſata, celebravit, ſeu ſors ſolum conſummavit Nordhuſii, verum thalamus ille in ſandapilam abiit, dum vix nupta Beatrix, die 4to (ut Godefrid. Colon.) vel 14to (ut Chron. Brunſwic. apud Leibnitzium) obiit.

Otto Imp. curiam Norimbergæ cogit.

Ejus nuptiæ ſolemnes.

Beatrix Imp. moritur.

Frider. Imp. Auguſtus proclamatur.

Interim Fridericus, a natali ſolo Principum Sueviæ Auguſtorum *de ſtouffe*, vel *Hochenſtauff* dictus, Conſtantia, caſtro Hogenowe, & aliis urbibus ſubactis, die S. Andreæ Moguntiæ, ac in Feſto S. Nicolai Francofurti, Auguſtus eſt proclamatus.

Leopold. Dux contra Mauros abit.

Leopoldus Dux noſter, curiis a Friderico habitis, ejusque proclamationi non aderat, aliis nempe negotiis diſtentus, prædicabatur enim hoc anno Crux in Saracenos occidentales Hiſpaniam inundantes, Duce Miramomulino, ſeu Mahomad Maurorum Rege, quem ab hæreticis Albigenſibus, in Gallia Narbonenſi, Hiſpaniæ vicinia, excitatum volunt, ut ſic Hiſpanorum arma non ſentirent; his auditis Dux noſter, zelo fidei ſuccenſus, illico in arma proruit, ut labantem in Hiſpania rem Chriſti ſuſtineret: meminere hujus expeditionis Chronica domeſtica, Clauſtroneoburg. Admont. Zwetlenſe, Auſtrale apud Freherum &c. quorum omnium hæc phraſis eſt, anno tamen præoccupato: *MCCXIII. Leupoldus Dux Auſtriæ & Styriæ, cum magno comitatu, ad terram S. Jacobi, ad debellandum paganos tranſierat.* Prolixior Haſelbachius, & ex hoc Cuſpinianus, victoriam de Mauris, Duci noſtro perperam adſcripſit, nam victoris gloriam properata cœlitus victoria Hiſpaniæ, vi cujus bis centena barbarorum millia XVII. Kal. Aug. id eſt 19. Julii fuere deleta, priusquam ducalia Auſtriæ Styriæque vexilla, fœderatorum Regum ſignis jungerentur, Leopoldo eripuit, unde victoriam Regibus illis ſolum gratulari, ſibi ſuisque vero præreptam dolere potuit, uti docet Rodericus Ximenius Archiep. Toletan. pugnæ præſens rer. Hiſpanic. lib. 8. cap. 7.

Ejus inita.

Conſtantia 3tia Filia Duc. noſt. nata.

Leopold benef. Gyrienſibus.

Caruit ſic quidem Leopoldus triumpho, non tamen fidei merito, cui Deus illico præmium addidit, dum reverſus domum, vidit ſibi pridie Nonas Maji natam Filiam tertiam, nomine Conſtantiam; rependit vero gratiæ divinæ vices Dux Leopoldus, dum 7. Idus Nove-

Gyrienſ. Eccl. dedic. ab Hekeberto Bamberg. Ep.

vembris *Gyrienſem Eccleſiam*, a ſe nuper ædificatam, novis cenſibus auxit. V. Diplom. mea in fine num. 37. In eo Diplom. ait: 1) quod, Cœnobio huic in die Dedicationis Eccleſiæ ejus in honorem B. V. M. Joan. Bapt. B. Martyris Mauritii, ac reliquorum Martyrum Thebæorum ædificatæ, antiquas gratias confirmaverit, novas addiderit, 2) Poſſeſſiones, & prædia ab Epiſcopo & Capitulo Gurcenſi, 100. marcis argenti empta, novis terminis diſtinxerit, & quidem 3) *ad prec. Ven. Hekeberti Bamberg. Epiſcopi, qui Eccleſiam dedicavit; ac* 4) *ad preces Friderici dilecti, Filii noſtri &c.* teſtes dein adjecti, qui in ann. not. Diplom. 37. exponentur. *Acta ſunt hæc an. Dom. milleſ. ducenteſ. duodec. ſeptimo Id. Novemb. Indict.* 15. *datum in domo noſtra Niumburg, per manus Notarii noſtri Heinrici Petovienſis.* addit Frælichius, originale non exſtare, ſed inſertum eſſe Diplomati Frider. pulchri.

Dubiam hanc epocham varia reddunt, & quidem 1mo. Dedicatio hujus novæ a Leopoldo conſtructæ Eccleſiæ, quam dedicaſſe, hoc in Diplom. refertur Hekebertus Epiſc. Bamberg. hic vero ob necem Philippi Regis, cujus conſcius jactabatur, in Hungaria exul fuit, hoc eod. anno 1212. ut habet author faſtor. Campililienſ. fol. 609. quem proin conſecratorem non credit, utpote gratia Leopoldi nondum bene uſum. 2do. preces Friderici natuminimi, anno priore, ut dixi, primum nati, clavum fixere P. Puſch, eumque de hoc Diplomate dubium reddidere.

Hiſce ductus author faſtor. Campililienſium ſuſpicatur, Dedicationem Gyrienſem, & Diploma hoc ad annum 1227. pertinere, eo, quod ad eum annum occurrat alia etiam Leopoldi charta, qua jura Gyrienſium firmat eodem die & loco, nempe 7. *Idus Novemb. apud Marchburg*, ſicque hæc charta inſerta videatur confirmationi Friderici: nam an. 1227. certe in Styria exſtitit Ekebertus Epiſcopus Bamberg. dum Dux noſter, cum Archiep. Salisburg. Eberhardo, laudum inter eundem, & Ducem Carinthiæ celebravit XV. Kal. Decemb. ut V. auth. Germ. ſacr. tom. 2. pag. 326. Archontol. Carinth. part. 1. fol. 54. unde, cum ad annum 1227. concurrat præſentia Ekeberti Bamberg Epiſc. Indict. etiam 15. dies VII. Id. Novemb. in charta Leopoldi, ætas etiam Friderici Leopoldi Filii in annum 17. adulti, concludit author faſtor. Campilil. poſteriorem, non priorem chartam Gyrienſem, Diplomati Friderici fuiſſe inſertam, vel, quas geminas adducit Puſchius, fuiſſe ſolum unam.

Eruditiſſimæ authoris hujus conjecturæ prope acceſſiſſem, ni duo me amoviſſent, nempe 1mo. quod Diplomatis alterius a Leopoldo Duce dati *VII. Idus Novembr. apud Marchburg*, duo exſtent apographa, unum 7. *Id.* alterum *Idibus Novemb.* datum, ſervanturque ea hodie adhuc in Convictu Græcenſi S. J. Diplomatis vero Gyrienſis nunc expoſiti nullum habetur apographum, ſed ſolum inſertum eſt Diplomati Friderici pulchri, teſte Frœlichio Diplom. Styr. Ducatus part. 2. f. 139. &c. qui ſerius indagator & collector fragmentorum Puſchianorum, rem hanc de conflandis in unum Diplomatis Gyrienſibus certe advertiſſet. Sane idem vir his in rebus acutiſſimus, in Diplom. Frider. pulchri inter Gyrienſia num. 13. adducto, optime notat, Diploma Leopoldi

poldi Glorioſi inter Gyrienſia num. 3. adductum, proin quod an. 1212. edidit, *verbotenus eſſe inſertum* Diplomati Fridericiano. 2do. Si correctio in Diplom. Gyrienſi hujus anni 1212. admittenda eſt, ea moderata ſit oportet; jam vero, ſi authorem faſtor. Campilil. ſequamur, correctio multiplex, & vix tolerabilis admitti debet, etenim in Diplom. Gyrienſi 3. ad an. 1212. varia exſtant, quæ in altero deſunt, & violente corrigi debent, ad teſtes ſolum provoco utriusque Diplomatis, in quo ingens diverſitas apparebit, ut reliqua taceam, in Diplom. Gyrienſi num. 3. ſubſcriptus eſt Fridericus Filius, non item in 5to.

Jam vero ipſe cenſeo, correctionem in Diplom. 3. Gyrienſi eſſe admittendam, ſed unica voce *Friderici*, ita, ut ei ſubſtituatur *Luipoldi*, ſicque correctio moderata erit. Ratio me movens ſequens eſt, quod in Diplomate hoc non ſit inſertum, quod Leopoldus Dux Gyrienſibus ea contulerit ad preces Friderici Filii *natu minimi*, ſed *noſtri*, cum porro Leopoldus Filius natu maximus fuerit, hocque anno 8. Kal. Aprilis, quintum jam annum compleverit, jam aliquantulum interceſſor eſſe potuit, eo præſertim capite, quod Diploma hoc Clauſtroneoburgi datum fuerit, quo in loco Leopoldus Filius natus, ſcholas etiam frequentavit, qui fors per Clauſtroneoburgenſes Canonicos, ad ſuppetias Gyrienſibus, tenellis precibus ferendas, inductus fuerit.

Altera difficultas de Ekeberto Bamberg. Epiſc. conſecratore Gyrienſis Eccleſiæ facilius ſolvitur, nam hic an. 1212. non amplius exul in Hungaria delituit, ſed teſte Godefrido Colon. apud Cl. Puſchium an. 1211. a Syfrido Mogunt. Archiep. & Papæ Legato, in colloquio Babenberg. ſedi ſuæ eſt reſtitutus, unde facile potuit Ekebertus, vel anni 1211. fine vel ſequentis & hujus anni initio ex Hungaria ſubire Styriam, Gyriique a Leopoldo injuriarum oblivioſo, invitari ad ejusdem Eccleſiæ dedicationem.

Cætera, cum rebus Styriæ parum conducat, ſeu hoc, ſeu an. 1227. Eccleſia Gyrienſis ab Ekeberto Bamberg. Præſule dedicata fuerit, ſentire cuviis ſuum relinquo, eruditionis tamen cauſa hæc aliquantum digerenda videbantur, eodem vero anno hoc, Innoc. III. Idibus Aprilis, omnes Cartuſiæ Gyrienſis poſſeſſiones confirmavit, & privilegia varia contulit, ut V. Dipl. Gyrienſe 49. apud Frœlich. *Gyrienſ. confirm. ab Innoc. III. P.*

Inter alias cauſas, quæ Ducem noſtrum retinuerunt, ne Friderico II. novo Imperatori, in comitiis ſua obſequia deferret, erat vicinum Auſtriæ bellum, quo gemebat Bavaria, inteſtino ſciſſa diſſidio, de quo Chronic. Auguſtan. ita loquitur: *Manegoldus Epiſcopus Patav.* (cui *Albertus a Pogen* fœderatus erat) & *Rapoto Palatinus Bavariæ*, (Comes de Ortenburg) *diſcordantes, monaſteria & Eccleſias cum omni Provincia devaſtarunt.* Idem tradit Chronic. Salisburg. & catalogus recentior Patav. Epiſcop. apud Hier. Petz. Hundius Tegernſee & Aſpacenſe Monaſteria exuſta, ac ſolo æquata teſtatur. Cauſam dat author Germ. ſacræ tom. 1. f. 356. quod Manegoldus Epiſc. Patav. partes Ducis Leopoldi ſecutus, Friderico Siculo adhæreret, Palatinus contra, fidem Ottoni Imp. ſervaret. *Patav. bellum. Albert. de Pogen. Ortenburg de Rapoto.*

Eberhardus Salisburg. Archiep. anno primum ſeq. ſe Regi Friderico ſtitit, hoc enim anno in Carinthiæ valle Lavantina Collegium *Eberh. Fund. Can. S. Andreæ in vall. Lav.*

Can. Reg. S. Aug. ad S. Andream dictum fundavit, cui primum Præpositum dedit Fridericum Schralle, dein etiam sedem Cathedr. adjecit.

Eberh. Fund. Albert. Præp. Salisb. resign. succ. Otto antea Præp. S. Flor. dein Ep. Gurc.

Salisburg. hoc eod. an. teste Chronico Salisburg. *Albertus Salzburg. Præposituram coactus resignavit, cui Otto Præpos. successit in Festo S. Nicolai.* Cur, vel a quo coactus resignaverit Albertus? nemo detegit: fors lis illa cum Berchtesgadensibus, ob quam ipse etiam Romam abiit, causam resignationi dederit. Otto hic, antea Præpositus S. Floriani erat an. 1214. Episc. Gurc. ut dicetur; neque novum erat hoc tempore, Præpositos Salisburgenses ex aliis Collegiis præfici, præsertim cum eadem S. Augustini regula, inter Canonicos Salisburg. observaretur.

Secc. restitum Waltb. Ep. Gurc.

Waltherus Episcopus Gurcensis, cum Geroldo Præpos. & Capitulo Seccovienſi, controversiam diremit inter eos vigentem de fodinis argenti in monte *Dobirschach*, in quo Gurcensis & Seccov. Ecclesia mansum unum habuit in ipso loco fodinarum; lis ex æquo, *inter* viros ejusdem instituti, Gurcenses nempe & Seccovienses, regulares S. August. Canonicos composita est, ita, ut omnes ejus montis & fodinarum utilitates, æqualiter inter has Ecclesias dividerentur, actum 8. *Kal. Mart. in Castro Frisach.* V. Dipl. mea in fine num. 38.

Anno 1213.

ANNO 1213.

Indict. 1. Innoc. III. P. XVI. Otton. Imp. XVI. Frider. II. Imp. I. Leop. Glorioſi, Duc. III. Styr. XIX. Austriæ XVI.

Ratisbon. Com. Leopold. Dux adest.

Ratisbonæ Comitiis mense Februario actis a Friderico Aug. anni prioris fine proclamato (cui propterea hunc, primum Imperii annum assigno) aderat etiam Leopoldus noster, subscripsit enim Diplomatibus, Berchtesgadensi, & Scotensi Ratisbonæ ad S. Jacobum, hisce, cum etiam Manegoldus Episcop. Patav. subnotatus legatur, bellum illud Patav. hoc anno, atque his in comitiis consanatum fuisse suspicor.

Eberhard. Salisburg.

Tardius subvenerit ad comitia hæc Eberhardus Salisburg. qui in neutro horum Diplomate legitur, Egræ tamen sua Friderico Imperatori obsequia detulit, atque cum Leopoldo Duce nostro, & Manegoldo, Diplomati Egræ dato, nomen dedit.

Ottoniani victi.

Laureatas hoc tempore ex Italia accepit litteras Frider. II. Augustus, quibus ei devictos in die Pentecostes Mediolanenses Ottonem Imper. secutos, significabatur; accessit Ottonianis strages altera circa autumnum, dum teste Godefrido Colon. fœderatus Ottoni, Dux Brabantiæ, cum Episcopo Leodiensi dimicans superatus est; has tamen inter laureas, deerat adhuc Friderico Corona Aquisgranensis, ab Ottone detenta, quæ, cum aliis ornamentis similibus suppleri posset, modo locus vacaret, Aquisgranum movit, cui suas suppetias, ipse Dux noster Leopoldus adduxit, fatetur hoc in Diplom. Zwetlensibus dato Fridericus his verbis: *Data in Everdingen, cum essemus cum exercitu nostro in procinctu itineris versus Granis aquis per manum Hainrici tunc notarii plebani in Retze an. Dom. Incarn.* 1213. de coronatione Aquisgranensi, V. an. 1215.

Frider. Aug. Aquisgranum movet.

Leo-

Leopoldum noſtrum præſentem fuiſſe a menſe Februario Friderico, Ratisbonæ, Egræ, ſupra dictum eſt, quando vero Dux noſter hoc anno in Styriam venerit, & Seizenſibus benefecerit? ægrum erit divinare. Puſchius eam chartam Seizenſem non refert, quam Frœlichius tamen inter Seiz. Diplomata hujus anni num. 15. reponit, ſed quod dolendum, nec menſis, nec dies dati Diplom. extat, difficultatem præterea movet illa ſubſcriptio, *per manum Hainrici notarii plebani in Retze*, cum enim *Henricus* hic notarius, ex Diplom. Friderici II. in Everdingen dato, Notarius Friderici II. fuiſſe videatur, ſuſpicor vehementer, an non Diploma hoc Seiz. an. aliquo ſuperiore apud Marchburg conceptum, ac confectum, hoc vero anno a Leopoldo in expeditione Friderici II. Regis exiſtente firmatum, ac ſignatum fuerit, per manus ejusdem Henrici notarii, præſertim cum in Diplom. hoc Seizenſi inſerta ſolum ſint verba: *acta ſunt hæc apud Marchburg*, non vero *data*. *Leopold. Dux Seizenſ. benef.*

Ad quemcunque annum pertineat Diploma hoc, ex eo tamen innotescit, Leopoldum Ducem confirmaſſe Seizenſibus eam donationem, qua *Thiemo de Elsnitz*, prædium quoddam cum 12. marcis contulit Seizenſibus, & ne dein lis oriretur, *neptis ſua Helſpeth*, cum pueris ſuis, 60 marcas in compenſationem ab Eccleſia Seizenſi recepit. Præterea Nepos ejus *Henricus* Vicarius *in Saxenberch* partem ſe contingentem, eidem Eccleſiæ Seizenſi attribuit. V. Dipl. mea in fine num. 39. *Elsnitz de Thiemo & Helſpeth & Henric. Vicar. in Saxenberch.*

Hunc porro annum, funera etiam quamplurima, eaque non vulgaria funeſtarunt. Petrus Arragoniæ Rex, clariſſimus nuper Maurorum victor, nunc Albigenſium defenſor, perſonatus licet, & militem privatum agens, ſub Com. Montfortio victore, mortuus cecidit pridie Id. Sept. *Petrus Arrag. Rex obit.*

In Hungaria etiam orientali infanda cædes Gertrudis Reginæ a Comite Petro Banchano patrata eſt, erat hæc Andreæ Regis Uxor, Filia Bertholdi Meraniæ Ducis, Germana Soror S. Hedwigis Duciſſæ Uratislaviæ, Mater S. Eliſabethæ Landgraviæ Thuringiæ; Hungari neſas nullum ſibi duxere, eam calumniari, atque infaſtos etiam publicos referre, Gertrudem Reginam, cuidam Fratri ſuo Præſuli, copiam ſui ſacrilegam feciſſe; veram necis cauſam detegit Longinus Dlugoſſus Archiep. Leopolienſis in hiſtoria Poloniæ, lib. 6. ad hunc annum: odium nempe Hungarorum in eandem, ejusque Maritum Regem, eo quod hic ſuadente Gertrude Regina, præcipua Germanis Sacerdotia, ac munia conferret, quam cauſam ipſe Rex Andreas, in ſuis ad Pontificem litteris aſſignavit: meminere cædis hujus Chron. Mellic. Salisburg. & Leobienſe apud Hier. Pez. *Gertrud. Reg. Hung. necata.*

Eodem Chronico Salisburg. atteſtante, Waltherus Epiſc. Gurcenſ. hoc anno obiit, ita enim ſcribit Chroniſta dictus: *Waltherus Epiſc. Gurc. obiit.* Mortem hanc ad finem hujus anni contigiſſe reor, cum Otto an. ſeq. primum fuerit ſuffectus. *Walther. Ep. Gurcenſ. obit.*

Anno 1214.

ANNO 1214.

Indict. 2. Innoc. III. P. XVII. Otton. Imp. XVII. Frider. II. Imp. II. Leopold. Glorioſi, Duc. III. Styr. XX. Auſtriæ XVII.

Gertrud. IV. Filia Leopold. Duc.

Dum *Leopoldo Duci noſtro*, Ortilone Campil. teſte, *nata eſt 4ta Filia Gertrudis 7. Idus Januarii*, Otto Imp. extremas vires ſuas, retinendo Imperio adhibuit, fœdus iniens cum Joanne Angliæ Rege, Henrico Brabantiæ Duce, Ferdinando Flandriæ Comite, contra Philippum Galliarum Regem, ſed prælio juxta Tornacum commiſſo, Rex Galliæ victor fuit, Comitibus Flandriæ & Bononiæ captis, Ottone Imp. Angliæ Rege, aliisque ægre fuga lapſis; Clades hæc Friderico Auguſto opportuna erat, ut Ottonianos aggrederetur, illico enim Moſellam tranſiens, nobiles illius tractus, terrore exercitus ſui validiſſimi, ad obſequia cum Duce Brabantiæ coegit.

Otto Imp. victus.

Leopold. Dux in caſtr. Frider.

Aderat exercitui Friderici, Dux noſter Leopoldus, ſubſcripſit enim Diplomati Friderici, II. Non. Septemb. edito in caſtris apud Juliacum, quo Fridericus illuſtriſſimo Teutonicorum ordini, id prærogativæ contulit, ut arces & latifundia, juri licet altiori obnoxia, eidem in plenum, perpetuumque dominium tranſcribi poſſint; gratiam hanc impetravit Hermannus Ord. Teut. Magiſter, & ipſe caſtra Friderici ſecutus, ut auxilia pro terra S. a Principibus Germanis obtineret, *unde* dein, teſte Godefr. Colon. *per univerſas provincias innumerabilis multitudo pro amore Chriſti, & liberatione terræ S. ſe Cruce ſignavit.*

Vel binis vicibus, vel poſt Junium primo in caſtris Friderici Ducem noſtrum extitiſſe reor, cum enim hoc anno *Styræ 2. Kal. Julii*, Göſſenſe Dipl. ederet, & *nonis Novemb. Græcii* ageret, ſuſpicor Ducem noſtrum, menſis Julii initio, in caſtra Friderici veniſſe, & fine Octobris rediiſſe, vel binis vicibus ſe in caſtris Imper. ſtitiſſe.

Leop. Dux Græcii componit litem inter Admont. & Reinbert. de Mureke.

Quid vero Leopoldus noſter circa finem Octobris, nonis nempe Novembris Græcii egerit? exhibet Dipl. Cod. Admont. num. 52. inter mea num. 40. vertebatur lis inter Admontenſes, & *Reinbertum de Mureke* de decimis *in Gamner*, quam per arbitros finitam, una cum Eberhardo Salisburg. Archiep. Græcii tum præſente firmavit.

Rtyræ confirmavit Göſſ. ver.

Antequam vero ad caſtra Friderici abiret Dux noſter 5. Kal. Julii *in caſtro Styræ* confirmavit & approbavit ſolemnem fundationem, & donationem Göſſenſibus *a Luitoldo & Eliſabetha de Guetenberg* factam, ut V. Diplom. mea num. 41. qno eodem anno mentionem Luipoldi noſtri fecit Innocertius III. Papa in Dipl. 15. Kal. Aprilis Romæ dato, quo Gyrienſem in Styria Cartuſiam corroborat, & in quo ita ait: *Redditus & alia bona Monaſterio veſtro a nobili Viro L. Duce Auſtriæ pia liberalitate collata - - - confirmamus.* ut V. Dipl. Gyrienſe 50. in Diplom. Styriæ P. Frœlich.

Gyrienſ. Cart. confirmatur.

Wolfgerus Patr. Aquilej. obtinet Carniol. & Iſtriam.

Wolfgerus Patr. Aquilej. a Friderico II. Imp. inter varia ditiorum jura, *Carnioliam & Iſtriam* obtinuit, Diploma ea de re protulit Lazius lib. 6. de migrat. gent. pag. 157. & Muratorius Scriptorum Italiæ tom. 16. fragmentum ejusdem de hoc anno Indict. 2. & 7. Febr. adducit de Rubeis cap. 68. fol. 665.

Wal-

Walthero Epiſc. Gurcenſi anni ſuper. fine defuncto, ſucceſſit Otto e Præpoſ. S. Floriani, Præpoſ. Salisburg. qui tamen Cathedram Gurcenſem diu non tenuit, ſed poſt 5. Novemb. obiit, electus non confirmatus Epiſcopus, ita enim habet Chron. Salisburg apud Hier. Pez hoc. anno. *Otto electus Gurcenſis obiit, Heinricus Præpoſitus de ſolio ſuccedit.* Eodem etiam anno, & eodem Chron. teſte Ottonem in Præpoſitura Salisburg. ſecutus eſt *Adalbero*, vel *Albero* Canonicus Salisburg.

Otto Ep. Gurcenſ. obit, ſucc. Heinricus.

Adalbero Præpoſ. Salisburg.

ANNO 1215.

Anno 1215.

Indict. 3. Innoc. III. P. XVIII. Otton. Imp. XVIII. Frider. II. Imp. III. Leopoldi Glorioſi Duc. III. Styr. XXI. Auſtriæ XVIII.

Fridericus II. Imper. in Germaniam ſuperiorem redux, accitis Sveviæ & Bavariæ magnatibus, Auguſtæ Vindel. Conventum habuit; aderat Leopoldus Dux noſter, cui Manegoldus Epiſc. Patav. ob uſurpata Eccleſiæ Patav. jura, litem movit de patronatu Eccleſiæ Viennenſis, & advocatia S. Hyppoliti aliisque nonnullis; ceſſit facile Princeps noſter, & Imperator Diplom. edidit in favorem Manegoldi Patav. quod apud auth. Germ. ſacræ tom. 1. f. 359. vide.

Auguſtan. Conventus.

Leopoldi Ducis cum Epiſc. Patav.

Mox tamen & eodem anno obiit Manegoldus Ep. Patav. & ut ait Chronogr. Cremiſan. *apud Viennam*, ſucceſſit Udalricus Can. Patav. *Protonotarius Ducis Auſtriæ & Styriæ*, aliæ litteræ cum *Præceptorem Ducis Leopoldi* cum Chron. Mellic. docent, quidam Canonici cum populo eidem reſtiterunt, *donec ab Apoſtolico & Rege glorioſe in Epiſcopatu confirmaretur.*

Manegoldo Epiſ. Patav. ſucc. Udalr. II.

Interea Fridericus II. Imp. ad Rhenum contendit, Ottone in Brunſvicenſem Dynaſtiam abeunte, atque, poſtquam Fridericus obedientiam & fidelitatem Papæ ſpopondit, & coronam Siciliæ in Henricum Filium detulit, Aquisgrani a Seifrido Colon. Archiep. Papæ Legato inunctus eſt.

Frider. coronatus Aquisgrani.

Urgebatur eodem tempore negotium terræ ſanctæ a Conc. Gener. Lateran. cumque Fridericus ipſe ad expeditionem ſacram ſe accingeret, nobiles plurimi ejus exemplum ſunt imitati, quos inter Sifridus Archiep. Mogunt. Epiſcopi Leodienſis, Babenberg. Patav. Argentinenſis, Dux Meraniæ, Brabantiæ, de Lymburg &c. aliique numerabantur.

Cruce ſignatur.

Concil. Lateran.

In eodem Conc. Lateran. poſtulante Eberhardo Salisburg. Archiepiſcopo Chiemenſis Epiſcopatus inſtitutus eſt, cui dein Rudigerus I. Epiſcopus præfuit, ut habet Chron. Salisburg.

Chiemenſ. Epiſcop. origo.

Antequam vero ad Conc. Lateran. a Feſto S. Martini, ad S. Andreæ protractum abiret Eberhardus, menſe Junio in Styria noſtra verſatus eſt; id colligitur e ſententia, quam tulit de lite *inter Godefridum Abbatem Admont. & Heinricum plebanum de Lybniz*, ſuper Capella S. *Nicolai in Mukirnovv*, hodie *Sauſal.* Diploma id Admont. inter mea num. 42. *actum* dicitur *Lybniz 3. Non. Jun. an. MCCXV.* inter cujus teſtes, cum legatur *Chunradus Archidiaconus Carinthiæ*, cenſeo Eberhardum, hoc tempore Carinthiam Diœceſim ſuam luſtraſſe.

Eberh. Leibnic. fert ſententiam pro Admont. de Capella in Sauſall.

Henr. pleb. in Leibnic.

Leopoldi Ducis benef. Sanct-Petrenſibus Salisb.

Leopoldus Dux noſter, licet hoc anno denuo militiæ ſacræ nomen dederit, non tamen ad eam ante an. 1217. abiit, ſed hoc an. Monachis S. Petri Salisburgi, donavit Capellam B. V. M. S. Catharinæ ac SS. Achatii & Antonii, quam dein Rudigerus Epiſc. I. Chiemenſis conſecravit. Conditio adjecta, ut ſingulis diebus a Sacerdote S. Petri ſacrum inibi celebraretur, pro ſua ſuorumque parentum ſalute, pro quo onere dedit Monaſterio S. Petri vecturam liberam a teloneis & vectigalibus 30. vaſorum vini ex Auſtria aliaque plura, quæ V. apud Mezgerum hiſtor. Salisburg. lib. 4. cap. 20. fol. 416.

Greiſſenek de Theoder. Ab. S. Runenſ. obit.

Runenſe Monaſterium, Cœnobiarcham ſuum amiſit *Theodericum de Greiſſenek* Abbatem V. cui Catalogus Runenſ. hanc laudem adſcribit, *qui legitime inſtitutus, diligenti ſolicitudine præfuit Monaſterio annis* 14. *Antiſtes iſte venerabilis, illuſtratus Dei gratia, in magna puritate monaſticæ diſciplinæ, cum ſuis devotis Filiis vivens memoriam, dignam benedictionem ſuis ſucceſſoribus reliquit, veroſimilius hoc anno obiit Idibus Julii*, conſonat quoad diem obitus Necrologium Runenſe, ſed in anno latet error, ſi enim an. 1205. electus eſt, & annos 14. præfuit, ut habet cit. catalog. ante annum 1219. mori non potuit, hinc, cum ex Diplom. Seccov. 36. jam an. 1215. die 7. *Kal. Julii* Engelbertus Abbas Runæ fuerit, Theodericus anno priore obierit, & 9. ſolum annis præfuerit.

Notatur error catal. Abbat. Runenſ.

Engelbert. Abbas VI. Run. Com. Helfenſtein.

Excepit Theodericum, *Engelbertus ex antiquo Comitum de* Helfenſtein ſtemmate oriundus, qui poſt 7. annos in Eboracenſe Monaſterium Abbas eſt poſtulatus.

Eorum origo ac genealogia brevis.

Helfenſteinios comites, jam an. 1060. in Gebhardo Salisburgenſi Archiep. attigi, apud Hübnerum tamen tab. 490. inter eos non viſitur Engelbertus, hinc ſuſpicor, duplicem fuiſſe lineam Helfenſteiniorum, unam inter Ulmam ac Ducatum Würtembergenſem, alteram in Styria,

Caſtrum Styriæ.

a caſtro *Helfenſtein*, ſic dictam, quod *Ottocarus de Grätze*, tanquam feudum Salisburgenſe habebat a Friderico bellicoſo, dein deſtructum, ac Runenſibus approbante Eberhardo Salisburg. donatum, de quo plura an. 1260. Horum in Styria noſtra Helfenſteiniorum nemo meminit, alios vero in Svevia florentes referunt Lazius lib. 8. de migrat. Gent. f. 427. Hubnerus tab. 490. aliique.

Greiſſenek de Dynaſt. Styr. origo.

Greiſſenekii vero *Dynaſtæ Styriæ* antiquiſſimi erant, teſte Lazio cit. lib. 6. f. 212. quorum tamen Geneſim primum ab an. 1410. Bucelinus ab an. 1414 orditur: longe vero anteriores erant; caſtrum ejus nominis exiſtit inter Muram & Dravum ad fluvium Kainach, paretque hodie Comitibus de Wagenſperg; uti ex documentis Thaumaturgæ Lancovicenſis prælo datis §. 3. lego, dominium & *caſtrum Greiſſenek an.* 1271. Fridericus III. Imp. ceſſit; cum enim *Andreas Dom. de Greiſſenek* defuncto Dom. *Georgio Gradner* nobili Styriæ, affinitatis titulo, etiam Dominium Lancovicenſe obtineret, illeque anno 1441. ſine hærede obiret, utrumque caſtrum Lancoviz, & Greiſſenek ad Fridericum III. Imp. tanquam dominum terræ devolutum eſt, qui piiſſimus Imperator, diverſos his caſtris Præfectos dedit, eosque an. 1418: & 1480. juſſit, ligna e ſylvis utriusque Dominii, Monaſterio Lancovicenſi ſubmitti, aliaque privilegia eidem rata eſſe: ita ex originalibus litteris relatio citata habet; ex quibus proin conjici poſſet, Bucelinum in ſua Geneſi

Caſtrum.

neſi Greiſſenekiorum erraſſe, dum Andreæ de Greiſſenek fæc. 15. florenti & circa an. 1471. mortuo Filios tribuit, totamque deinceps lineam Greiſſenekiorum ab eodem deducit.

Pro Bucelino tamen ſentiendum judico, nempe ab Andrea dicto *de Greiſſenek*, lineam hujus familiæ deſcendiſſe; neque enim caſtrum Greiſſenekenſe, ideo Friderico III. Imp. Styriæ noſtræ Principi obtigit, quod ſine hærede obierit Andreas de Greiſſenek, ſed quod hic rebellionis Paumkircherianæ reus, non caput ſolum, ſed caſtra etiam ſua amiſerit, ita me docet anonymus San Petrenſis in Chronico Salisburg. apud P. Hier. Pez tom. 2. col. 436. his verbis: *Item* 1470. *Fridericus Imperator decollavit duos milites Andream Bamkircher, & Andream Greiſſeneker, qui inſurrexerant contra ipſum, feceruntque magna damna tam Monaſteriis, quam Clericis, aliisque hominibus.* Sed de his plura ſuo loco.

Greiſſenek caſtrum cur Frid. III. Imp. ceſſerit.

Quamvis vero antiquiſſimi fuerint Styriæ Dynaſtæ hi Greiſſenekii, nullus tamen eorum dempto Theoderico Abb. V. Runenſi uſque ad ſæculi 15. initia, mihi hactenus viſus eſt: eorum Genealogiam Tom. III. referam.

ANNO 1216.

Anno 1216.

Indict. 4. Honorii III. P. I. Otton. Imp. XIX. Frider. Imp. IV. Loopoldi Glorioſi, Ducis III. Styr. XXII. Auſtriæ XIX.

Ad promovendum belli ſacri apparatum Innoc. III. Legatum Cardinalem Petrum in Germaniam miſit, qui comitiis Norimbergæ menſe Majo aderat, inde Herbipolim abiit, ubi præſente Duce noſtro Leopoldo, Fridericus Imp. publico Diplomate, uſurpata perperam Eccleſiarum Cathedralium ſpolia, ejuravit 5. Id. Maj. Æmulatus eſt mox Cæſaris pietatem Princeps noſter, dum Patav. Canonicis eam immunitatem dedit, ut univerſa victualia, ad menſam communem, & uſum Cathedralium ſpectantia, ſine omni exactione libere in Danubio transducerentur. V. auth. Germ. ſacræ Tom. 1. f. 361.

Leopold. Dux in Com. Herbip.

Benef. Canon. Patav.

Exempla Principum facile animos ſubditorum ad ſimilia pertrahere ſolent, etenim *Udalricus de Stubenberg*, qui S. militiæ nomen dederat, retentos hactenus fundos *Canonicis in Seccovve* reſtituit, ut V. Dipl. mea in fine num. 43. ex quo varia ad Genealogiam Stubenbergiorum pertinentia, uti & Abbates S. Lamberti Wolfkerus, & Runenſis Engelbertus innoteſcunt. Veroſimile mihi quoque videtur, plures hoc anno Styriæ Nobiles, iter ſacrum in Palæſtinam arripuiſſe, etſi horum nomina ignorentur.

Stubenberg de Udalr. Seccov. Fund. reſtit.

Styriæ nobil. in Palæſtinam abeunt.

Interea fervidus ille itineris Palæſtini Procurator, Innoc. III. Papa obiit, eique ſucceſſit Honorius III. Papa XV. Kal. Aug. quo circiter tempore Concilium provinciale Salisburg. ab Eberhardo Archiep. eſt celebratum, cui aderant Epiſcopi Patav. Friſingenſis, Gurcenſis Vicarius noſter & Chiemenſis, & in quo Concilio, omnes totius Provinciæ abſentes Prælati Monaſteriorum excommunicati ſunt, Honorio Papa ſententiam confirmante; Chronicon Salisburg. breviter de eo Conc. ita loquitur, *Synodus IV. Epiſcoporum ſub Eberhardo Archiep. Salzburch habetur.* Plura addunt excerpta ex Catal. Rom. Pontif. & Im-

Innoc. III. P. ſucc. Honorius III. P.

Salisburg. Concil.

peratorum Conradi Schyrenſis apud Hier. Pez. Tom. 2. f. 412. his verbis: *MCCXVI. celebrata eſt Synodus Salzpurgæ apud S. Petrum præſentibus* 5. *Epiſcopis & Abbatibus, & aliis quamplurimis Prælatis.* Chronicon Honorii Ratisbonenſem Epiſcopum propter ſuæ civitatis rebellionem non adfuiſſe, ſed pro ſe miſiſſe Præpoſitum, Decanum & Scholaſticum dicit. Acta hujus Concilii erant: deliberatio de actis Conc. Later. anno priore habiti, ſubſidium terræ ſanctæ poſtulatum, ita, ut ſacer Ordo, de ſuis proventibus vigeſimam partem in triennium conferret, tandemque reformatio Ord. Can. Reg. etenim in Conc. Lateran. conſtituti erant huic Ordini Rectores, qui varia ſtatuta conceperunt, quæ in Conc. Salisburg. propoſita, ac Ordini eidem in Cathedra Salisburg. florenti tradita fuerunt; eorum tale eſt initium; *quia regularis Ordinis obſervantia &c.* ea ſtatuta habentur in MS. Codic. Seccov. apud Frælich. in Diplom. Ducatus Styriæ part. 1. f. 201. num. 44. & reſeruntur inter Diplom. Seccov. ſub titulo Synodi Salisburg. V. pl. an. 1224.

Acta ejus.

Can. Reg reform.

Seccov. & Voravv. Præp. adſunt Conc. Salisb.

Conjicio ex hiſce, Præpoſitos binos Ord. Can. Reg S. Aug. in Styria; Seccovienſem & Voravienſem inter Prælatos cæteros adfuiſſe Conc. Salisburg. hæcque ſtatuta domum quemque ſuam pro manutenenda diſciplina Canonica tuliſſe, quamvis ea Voravii non amplius habeantur.

Udalr. II. Ep. Patav. conſecr.

Probabilius hac in Synodo Salisburg. Udalricus II. Epiſc. Patav. nondum Sacerdos, conſecratus eſt Epiſcopus, nam in appendice Chron. Cremiſan. ad hunc annum habetur: *An. MCCVI. Udalricus Epiſcopus ab Eberhardo Salisburgenſi in Sacerdotem & Epiſcopum conſecratur, & lis, qua a plebe adverſus eum habebatur, ad Everdinge multis ibidem Principibus convenientibus terminatur*, & forſitan etiam Rudigerus Epiſc. 1. Chiem. in eadem hac Synodo eſt conſecratus, cujus Sedis inſtitutio *in Monaſterio Regularium*, nempe Canonicorum, an. priore ab Eberhardo, cum conſenſu ſui Capituli eſt propoſita, & concluſa.

Rudiger. Ep. I. Chiem.

Leopoldus I. Fil. Duc. noſtr. obiit.

Interea autumnus anni hujus, Leopoldo Duci, ſubditisque Provinciis, vulnus acerbum intulit, dum Leopoldus Filius ejus primogenitus, inopino, feralique caſu obiit; fors animi relaxandi gratia indulſerat Præceptor, ut depoſitis tantiſper paginis, adoleſcens Princeps hortum ſubiret, ubi flaveſcentium prunorum cupidine illectus, in arborem eluctatus eſt, ſeu fallente veſtigio, ſeu fracto ramo præceps, cervice fracta expiravit. Funus omnium ſub lacrymis, majorum cineribus Clauſtroneoburgi appoſitum eſt. Chron. Clauſtroneob. pro luctus ſui acerbitate, breviter factum hoc hiſce enarrat ad hunc annum: *Luipoldus Dux noſter obiit, Filius Ducis Luipoldi.* Eundem ſcholas Clauſtroneoburgi frequentaſſe docent Ortilo Campil. & Vitus Arenpekius in Chron. Auſtriæ, aliique.

Voravienſ. & Vornbac. ves.

Leutold. Præpoſ. III. Vorav. Syn. Salisb. adeſt.

Eodem hoc *anno Dom. MCCXVI.* 8. *Kal. Octob.* teſtante Chron. Vorav. *cum multis hinc inde in proſecutionibus judiciorum, partes fuiſſent gravatæ laboribus & expenſis, inter Vornbacenſium & Voravienſium Monaſteria, ſuper* 3. *Capellis Monichwald, S. Jacobi & S. Margarethæ, ipſæ partes ſuam litis deſiderantes, fide data ſe Eberhardi Archiep. arbitrio ſubjecerunt, ipſis itaque ad civitatem Salzeburgenſ. vocatis, & de jure utriusque partis inveſtigati ſunt diligenter*: ex his eruo denuo, Leutoldum Præp. III. Vorav. Synodo Salisburg. adfuiſſe, atque poſt eam liti huic finiendæ intendiſſe.

Per-

Pergit vero idem Chronicon Vorav. ita narrare: *Præpoſitus igitur Voravienſis, de jure ſuo res inſtruens, Privilegium D. Chunradi Prædeceſſoris præfati Archiepiſcopi fel. mem. ipſius exhibuit, & eſt inventum, Voravenſ. Parochiæ expreſſis propriis nominibus, locorum limites attributos, ſub quibus prædictæ 3. Capellæ indubitanter fuerant circumcinctæ.* *Mönichwald S. Jacobi & S. Margar. Cappella ſub Vorav. paroch.*

Abbas vero Vornbacenſ. Privilegium contra Dom. Eberhardi Prædeceſſoris præfati Archiep. ſanctæ memoriæ allegavit, per quod videbatur oſtendere, expreſſis propriis nominibus terminorum, quod Eccleſia in Mönichwald per ſe eſſet Parochia, & Capella S. Jacobi, & S. Margarethæ ſub ejusdem limitibus deberent comprehendi, ſed quia illud Privilegium Dom. Eberhardi, in quo jam dictus Abbas fiduciam poſuit, habebatur ab adverſa parte de falſitate ſuſpectum, ſupradictus Archipræſul, de conſenſu partium, talem compoſitionem fecit, quod ſecundum Privilegium Dom. Chunradi limites Vorav. Eccleſiæ firmi permanent, & duæ Capellæ S. Jacobi & S. Margarethæ, cum integritate ſpiritualium & decimarum, ad Vorav. Eccleſiam pertineant, Dom. Eberhardi Privilegio non obſtante, & Abbas, quantum ad hanc litem beneficio, & uſu ejusdem Privilegii renunciavit. Capellam vero in Mönichwald Monaſterio Vornbacenſi ſubjecit, hoc excepto, quod duas partes decimarum Voravenſ. Eccleſia ibi recipiat, & populus de Mönichwald, ad matricem Eccleſiam Vorave in placito Chriſtianitatis ſe præſentet in ſignum attinentiæ filialis, ita tamen, ut ſi qui ex iis ibi in exceſſibus denunciati fuerint, ad Sacerdotem in Monichwald redeant, & ſecundum conſilium illius pœniteant, & a pœnitentiis abſolvantur; Præpoſitus etiam Voravienſis juri, quod in Capella Mönichwalde habere potuit, excepto eo, quod jam dictum eſt, renunciavit, & 20. marcas denariorum Abbati Vornbacenſi in compenſationem Privilegii, cui ipſe Abbas renunciavit, ipſis arbitrantibus reinfudit, ut patet in libro Privileg. f. 10. Ita Chron. Vorav. Diplom. tamen Eberhardi Salisburg. deſuper datum periit, habetur tamen aliud anno ſeq. ad Werven datum, in quo eadem omnino ſtatuuntur, & Eberhardus Diplomatis hujus ſui meminit. ut V. tom. 1. annot. Diplom. 38.

Inter res Admontenſium hujus anni recenſendum eſt, quod Godefridus Abbas ſodinam Admontenſem, & reliquas yſenhartas dictas excolendas locaverit. *Dom. Mainhardo Henrico & Godfrido de Pulndorf.* ut V. Cod. Diplom. Admont. num. 117. *Admont. res.* *Pulndorf de.*

ANNO 1217. *Anno 1217.*

Indict. 5. Honorii III. P. II. Otton. Imp. XX. Frid. II. Imp. V. Leop. Glorioſi, Ducis III. Styr. XXIII. Auſtr. XX.

Comitiis Norimbergæ menſe Januario habitis aderat etiam Leopoldus Dux noſter, in quibus Fridericus Imp. antiqua Eccleſiæ Patav. Privilegia confirmavit, ut V. auth. Germ. ſacr. tom. 1. f. 362. &c. exin Fridericus Imp. ſuos ad Papam Legatos miſit Rom. Imperii ornamenta petituros, ſimulque de ſacra expeditione acturos, reſpondit Honorius Papa, legatum ſe ſuum, qui his ſuper rebus Friderico colloqueretur, illico ſubmiſſurum. *Leopold. Dux Norimb. Com. adeſt.*

Styræ exiſtit.

Leopoldus interim omnia ad iter ſacrum apparavit; teſte Prevenhuebero in annal Styr. f. 26. *in dominica eſto mihi* ſeu quinquageſimæ, exſtitit in caſtro Styræ, ubi Cremifan. Monaſterium, data *Ortolpho de Wolkenſtorff* pecuniæ ſumma, exemit *ab Advocatorum oppreſſione & judicum ſæcularium poteſtate.* Advocatia hujus Monaſterii ſattinebat ad advocatum Ratisbon. ab hoc vero in Ortolfum de Wolkenſtorf, judicem provincialem ſuper Anaſum, feudo translata erat, cui dein interceſſione Ducis ſolutæ a Monaſterio Cremifan. 400. libræ publicæ monetæ ſicque Monaſterium ab onere ſuo eſt liberatum. Teſtes rei hujus actæ e Styria noſtra, proin Duci ſuo præſentes, erant *Godfridus Abbas Admont. Dieboldus Marchio de Hochburg, Ulricus de Pernek* (vel ut Wurmbrandius f. 213. *de Peccach*) *Otto de Rore, Gundaker ex Styra, & Frater ejus Duringus*, aliique; fallitur vero Prevenhueberus, dum f. 23. docet Leopoldum Ducem an. 1213. cum Hadmaro Abbate Garſtenſi in Palæſtinam abiiſſe, nam eo anno nec abiit Leopoldus in Palæſtinam; nec Conradus, ſed Hadmarus, Abbas Garſtenſ. fuit, cum tamen a Prevenhuebero Conradus Abbas cum Leopoldo in terram S. abiiſſe doceatur.

Wolkenſtorff de Ortolf.

Admont. Abbas Gotfr. Hochburg de Dieb. Peccach de Ulric. Rore de Otto Styr. de Gund. & During.

Leopold. Dux in Admont.

Exinde Dux noſter Campililienſibus ſuis valedicens, & Mellicenſibus benefaciens, ex Auſtria in Styriam tetendit, *Idibus Maji in Admunt conſtitutus*, confirmavit memoratam Cremifan. Monaſterii exemptionem. V. annal. Rettenbacher Lib. 2. p. 173. &c.

Aquilejæ.

In itinere ſacro jamjam conſtitutus Dux noſter Aquilejæ tabulas edidit in favorem ejusdem Eccleſiæ, ut V. de Rubeis, cap. 68. num. 8. f. 765. inde, ut ait Chronic. Auſtrale, *Rex Ungariæ Andreas & Luipoldus Dux Auſtriæ, Styriæque cum aliis plurimis ad terram promiſſionis tendunt*, & Cuſpinianus: *Conveniunt plerique chriſtiani Principes, & ſignati Cruce mare trajiciunt; ibi Leopoldus, vocata univerſa nobilitate ſua Auſtriæ & Styriæ in Novoburgo Cœnobio, ſecundo ſe cum ſuis charactere Crucis conſignat, ac per Hungariam deſcendens, Andream II. Regem hortatur ſupplex, ut ſit comes itineris, felicique ac proſperrima navigatione paucis diebus* (quidam ponunt 42. alii 16.) *quod vix credibile eſt cuiquam, Damiatam perveniunt, eamque e manibus Saracenorum liberant, potiſſimum hoc Leopoldo Duce authore:* Hac in narratione Cuſpiniani quædam dubia videntur; 1) Leopoldum bis Cruce ſignatum fuiſſe, quamvis enim id etiam Arenpekius dicat, ea tamen Ceremonia nonniſi gravi de cauſa repeti ſolebat; 2) Andreas Hungariæ Rex iter non ad preces Leopoldi ſuſcepit, ſed quia a nonnullis Conſtantinopolitanus Imperator electus erat, nec enim illico iter tam ſumptuoſum ab Andrea Rege inſtrui potuiſſet.

Unde in Paleſt. abit.

Socii itineris ſacri cum Leopoldo Duce.

Cæterum, cum nobilitas Auſtriæ & Styriæ, ſigna Ducis ſui ſecuta videatur, optandum eſſet, ut ſocii itineris hujus ſacri erui poſſent; *Hadmarus Abbas Mellicenſis*, poſtulatus ex Abbate Garſtenſi in itinere defunctus eſt: ita docet Chronic. Mellic. ſol. 232. *Rudolphus Abbas Cremifan. & Hadmarus de Chunring* ex annal. Cremifan. & Zwetlenſ. præſentes erant, *Ulricus de Stubenberg*, de quo V. dicta anni præcedentis. *Albero Præpoſ. Salisburg. & Fridericus Præpoſ.* Berchtesgadenſis, qui ad Brunduſium obiit. Mezgerus inter comites itineris Hierolymitani etiam Eberhardum Salisburg. Archiep. numerat, ſed eum a

Dioe-

Diœceſi hoc anno non abfuiſſe, plura per decurſum docebunt; præterea docet, corpus Comitis de Plain ibidem telo cæſum, in cœnobio Heglwerth ſepultum fuiſſe, de quo V. dicta tom. 1. annot. Diplom. 29.

Dum ſic victricia initio expeditionis ſacræ vexilla explicat Dux noſter, Eberhardus Archiep. noſter, epiſcopalem in Styria Cathedram erigere aggreſſus eſt, & quidem in Canonia Seccovienſi; licet enim Gurcenſes Epiſcopi (e quibus hoc anno Henrico defuncto ſuffectus eſt Udalcalcus Canon. Gurcenſis, ut habet Chron. Honorii) vices Archiepiſcoporum Salisburg. per Styriam obirent, gemini tamen Ducatus onera, eorum vires excedere videbantur; unde Eberhardus Archiep. Provinciam, ſeu Diœceſim ſuam in plures inſulas dividere conſtituit, eaque de re Honorio III. Papæ per Carolum Friſaci Præpoſitum ſupplices litteras obtulit; laudavit propoſitum Papa, atque anno ſeq. mox Commiſſarios ea de re conſtituit.

Seccov. Epiſc. initia.

Henr. Gurc. Ep. ſucc. Udalcalcus.

Salisburgi Decanum agere juſſus eſt Chuno, ut patet ex litteris Eberhardi pro Cathedra Chiemenſi III. Kal. Jan. datis, in quibus Bernardus etiam Subdecanus Salisburg. legitur, quod vel ideo factum cenſeo, quod Adalberonis Præpoſiti in S. expeditione conſtituti vices Chuno Decanus, proin hujus munus Bernardus Subdecanus obire debuerit. Alberonem Præpoſitum Chron. Salisburg. hoc an. aſt Honorius, Chronic. Reicherſperg. ſupplementum, Dukerus & Mezgerus an. 1219. defunctum notant.

Chuno Dec. & Bern. Subdec. Salisburg.

Idem Eberhardus teſte Auth. Germ. ſacr. tom. 2. f. 957. in Friſacenſem urbem induxit Prædicatores, quibus & Monaſterium ædificavit.

Prædicatores Friſaci.

Voravienſium & Vornpacenſium lis anno ſuperiore jam per Eberhardum Archiep. conſanata, hoc denuo anno recruduit, qua de cauſa ignoro; ita enim habet Chron. MS. Vorav. *Anno Dom. MCCXVII. nono Kal. Febr. inter Voravienſium & Vornpacenſium Monaſteria, ſuper* 3. *Capellis Monichwald, S. Jacobi & S. Margarethæ alia controverſia habita eſt; de conſenſu partium Eberhardus Salzburg. Archiep. talem compoſitionem fecit, quod jam dictæ* 3. *Capellæ Filiæ ſint Voravienſis Parochiæ, & reverentiam attinentiæ Matri ſuæ exhibeant, ſicut in Privilegio ſuo, quod ſuper eadem compoſitione utrique partium dedit, & eſt diſtinctum; Præpoſito vero Voravienſi, ut Monaſterio Vornpacenſi, in recompenſationem cujusdam Privilegii, quod Dom. Eberhardi prædeceſſoris ſui Fel. memoriæ eſſe dicebatur, & ſuper eisdem capellis pro Vornpacenſi conſcriptum fuerat,* 20. *marcas pecuniæ numeratæ, perſolvat, idemque Privilegium extinqui fecit, quia de falſitate ab adverſa parte ſuſpectiſſimum habebatur, ut patet* in lib. privileg. fol. 11. qua de re plura in Dipl. 44. annotat.

Voravienſ. & Vornpac. lites de Mönichwald. S. Jacob. & S. Margar.

Mönichwald ſub Paroch. Vorav.

Inter hæc Luitoldus Ordine III. Præpoſ. Vorav. ubi hanc controverſiam ex æquo diremptam vidit, deligendi ſucceſſoris poteſtatem Canonicis ſuis fecit, ut curarum vacuus, reſidua labentis valetudinis momenta, inchoandæ æternitati impenderet; delectus eſt Henricus I. ordine IV. Præpoſitus ſingulari manſuetudine omnibus acceptiſſimus, de quo pl. an. ſeq.

Luitold. III. Præp. Vorav. reſignat.

Henr. I. Præp IV. Vorav.

Anno 1218.

ANNO 1218.

Indict. 6. Honor. III. P. III. Frider. II. Imper. VI. Leopoldi Glorioſi, Ducis III. Styriæ XXIV. Auſtriæ XXI.

Leutold. Præpoſit. Vorav. obit.

Leutoldus Præpoſitus noſter, qui ut anno priore dictum, *reſignavit propter ſenium, ideo dictus antiquus Præpoſitus, tandem laudabili vita* 10. *Kal. Febr. eſt defunctus*, inquit Chron. Vorav. *& ſucceſſit ei Henricus I. hujus nominis Præpoſitus ordine IV. qui cœpit præeſſe Monaſterio poſt reſignationem prædicti Leotoldi antiqui Præpoſiti.*

Leopol. Ducis res in Palæſt.

Proſperis ſub Leopoldo Duce Palæſtinæ rebus, vulnus non leve inflixit Andreas Hungariæ Rex, qui cum ſuis exercitum Chriſtianum reliquit, ideo a Patriarcha Hieroſolymitano excommunicatus: Caſtrum interea Cæſareæ Paleſtinæ ſemidirutum refecit Dux noſter, & Templarii ac Teutonici Equites caſtrum peregrinorum ædificare cœperunt; cum novis Guillielmi Hollandiæ Comitis ſubſidiis Ægypto illati Chriſtiani, authore Duce noſtro Damiatam obſedere, infelici primum, tum feliciore, tandem protracto Marte, variis ſub prœliis alternantibus.

Leopold. & Styr. ibid. acta.

Unam rerum in Palæſtina geſtarum circumſtantiam, in æternam Leopoldi Ducis noſtri, ac ſub eo pugnantium Auſtriacorum & Styrorum laudem adducere licebit ex Oliverio ſcholaſtico Colon. Canon. Paderborn. ejusque dein Eccleſiæ electo, ac Cardinali, qui huic expeditioni præſens, fidem maxime merebitur, ita vero ille ſcribit de expugnatione turris ante Damiatam: *Defenſores turris, extenſis lanceis anteriorem partem ſcalæ ſubter unxerunt oleo, dein ignem oppoſuerunt, qui erupit in flammas, cumque Chriſtiani, qui in ea fuerant, ad ignis ſuffocationem concurrerent, ſuo pondere caput ſcalæ depreſſerunt in tantum, ut pons tornatilis fronti oppoſitus inclinaretur. Signifer Ducis Auſtriæ de ſcala corruit, Saraceni vexillum Ducis tulerunt, Babilonii ſe viciſſe putantes, vociferati ſunt aerem clamore vexando, Chriſtiani de equis deſcendentes, ad ſupplicationes ſe proſtraverunt, augurium felix! Leopolde Princeps maxime! vexillum tuum, quamvis adhuc manu boſtili ventiletur, primum turri illatum, pignus & arrha certiſſima evaſit, tibi deditionem ab inimicis Crucis Chriſti paulo poſt faciendam eſſe - - - Ecce enim ad hanc populi devotionem & elevationem manuum in Cœlum, levabit ſcalam pietas divina, extinxerunt ignem fidelium lacrymæ, & noſtri reſumptis viribus cum defenſoribus turris - - - viriliter pugnaverunt. Miles quidam juvenis Leodienſis, primus turrim conſcendit, Friſo alter juvenculus, tenens flagellum, quo granum excuti ſolet, - - quemdam tenentem ſignum croceum ſultani proſtravit, vexillum ei abſtulit - - tandem concluſi in turri colloquium petebant, & ſe ſub pactione vitæ dediderunt Duci Auſtriæ.* Laus hæc Ducis noſtri, ſuis quoque militibus ex parte propria eſt, cumque ex Auſtria & Styria plurimi cum Duce ſuo abierint in Palæſtinam, a communione laudis excludendi non videntur.

Rudolph. Habſpurg. natus.

Dum glorioſa Principis noſtri ſigna in oriente fulgerent, in occidente novo exoriente Romani orbis phoſphoro, ſeu nato Kal. Maji Rudolpho Habſpurgico, Otto IV. antea Imperator, in caſtro Hartesburg, ineffabili contritione compunctus 14. Kal. Junii obiit, a Sifrido

Otto IV. Imp. obit.

Hil-

Hildesheim. Epiſcopo abſolutus, ac Brunſvici ſepultura majorum donatus.

Supremum quoque diem clauſit Wolfgerus Patriarcha Aquilej. Styriæ noſtræ ex parte Ordinarius, magnis in Eccleſiam & rempublicam meritis ornatiſſimus. Martinus Bautſcherus teſtatur, marmoreæ arcæ operculum, in qua Aquilejæ conditus erat, aliquamdiu in aere pependiſſe, ac ſi Præſulis venerandi reliquias, oculis mortalium eripere formidaret; de quo tamen tacet de Rubeis cap. 96. dies obitus ex Necrologio Aquilejenſi 10. Kal. Febr. ex catalogo Laureac. & Patav. Præſulum apud Hier. Pez. tom. 1. notatur 6. *Kal. Febr.* *Wolfger. Patriarch. Aquil. obit.*

Electio Canonicorum diſcors erat, quidam Ulricum Canonicum elegerunt, alii poſtularunt Bertholdum Andecenſem, & Colocenſem in Hungaria Archiepiſcopum, ſed utrumque vitio laborantem Honorius Papa rejecit primum, tandem 6. Kal. April. Bertholdum decrevit Patriarcham, de quibus plura de Rubeis loc. cit. *Ellect. diſcors.* *Succ. Bertold. ante Coloc. Archiepiſc.*

Hæc inter, Archiepiſc. Salisburg. Eberhardus, Seccovii in Styria erigendi Cathedram Epiſcopalem poteſtatem a ſummo Pontifice accepit; jam enim anno priore (V. Dipl. mea in fine num. 45.) Papa in mandatis dederat Ottoni Epiſcopo Friſingenſi, Bertholdo electo Brixinenſi, Gotfrido II. Abbati Admont. ut inquirerent, an Salisburgenſ. Eccleſiæ, erectio hujus Epiſcopatus congrueret? an conſenſus Capituli adeſſet? an Seccovienſis Eccleſia inde maneret indemnis, atque an ſufficiens uturo Epiſcopo proviſio taxata foret? quæ proin, ubi rite eſſent omnia conſtituta, terminique Epiſcopatui præfixi, conſenſit Honorius Papa litteris ſuis 10. Kal. Julii datis, dum aliis etiam de 12. Kal. Julii litteris, Abbates de Sewen & Raitenhaslach, ac Magiſtrum Hugonem Canonicum Ratisbonenſem, ejusdem rei Commiſſarios conſtituiſſet; tandem Præpoſito & Capitulo Seccovienſi intimavit Honorius Papa litteris 8. Idus Julii datis, ſe conſ nſiſſe in erectionem Epiſcopatus Seccovienſis, attamen *ſine præjudicio juris alieni*, ut V. Diplom. Seccov. num. 37. & Epiſc. Seccov. num. III. quas Honorii litteras, uti & datas ad Abbates de Sewen, & Raitenhaslach ac Mag. Hugonem Canon. Ratisbon. inter Diplom. mea non refero, quoniam a primo Diplom. Seccov. Epiſc. fere nil differunt. *Seccov. Epiſc. erectio.* *Commiſſarii Papæ Otto Ep. Friſ. Bertold. Brix. Gotfr. II. Ab. Adm.*

Obtento Pontificis annuu, Eberhardus ad augendam Seccovienſem & Chiemenſem Inſulam a Friderico Aug. petiit, ut non ſolum jura & privilegia horum Epiſcoporum confirmaret, ſed eos etiam inter reliquos S. R. I. Præſules admitteret, licet Archiepiſcopo ſoli obnoxii eſſent; annuit poſtulatis Cæſar Diplomate ſuo, quod inter Seccov. Epiſc. Diplom. num 4. vide ac integrum inter Seccov. num. 38. Diploma adſerre neceſſarium non duco, ea ſolum verba noto, quibus hi Epiſcopi, Imperii Principes conſtituuntur, ita vero ait Frider. Imp. *ut duæ Cathedrales Eccleſiæ, videlicet Chiemenſis & Seccovienſis - - - apud Majeſtatem Imperii honorem contineant. - - adjicimus etiam, quod ſi præfatos Epiſcopos, curiam regiam frequentare contigerit, licentiam habeant Pontificales Sedes deferendi.* *Seccov. & Chiem. Epiſc. confirm. & fiunt S. R. I. Principes.*

Eodem vero hoc anno Eberhardus Salisburg. *Eccleſiæ S. Georgii in Stiven*, plenum jus decimarum, jam antea ab Eberhardo I. conceſ- *Stiven S. Georg. Eccl. Styr.*

sum, denuo asseruit, V. Diplom. Episc. Seccov. num. 5. *acta sunt hæc an. Dom. Incarn. MCCXVIII. Indict. 6. apud Leibenz. datum autem apud Vanstorff. per manus Magistri Hainrici Notarii, Pontif. nostri XVIII.* de qua Ecclesia an. 1248. Episcopatui Seccov. donata V. pl. eo anno & an. 1220.

Admont. rest. Tandem, cum Episcopi Chiemensis leges ac redditus statueret Eberhardus, Admontensibus simul, 40 *saumas salis annuas apud Müllbach* liberalissime concedit, Salisburgæ dato Dipl. in Vigilia S. Mathiæ V. Cod. Dipl. Admont. num. 54.

Ant. 1219.

ANNO 1219.

Indict. 3. Honorii III. P. IV. Frid. II. Imp. VII. Leopoldi Gloriosi Ducis III. Styr. XXV. Austriæ XXII.

Carolus Ep. I. Seccov. ex Præpos. Frisac. Secundis igitur Pontificis, Cæsarisque Friderici auspiciis, inter anni hujus primordia, prout vetus Chronicon Salisburg. ait *Seccovienſis Episcopatus a D. Eberhardo Salisburg. creatur, & Carolus Frisaci Præpositus* (antea hujus erigendæ Orator Romanus) *eidem Sedi præficitur*; idem habet Chronicon Honorii: *Seccovienſis Episcopatus a Dom. Eberhardo Salisburg. Archiep. de licentia D. Papæ Honorii creatur, & Karolus Frisac. Præpositus eidem Sedi præficitur:* Hæc, ut dixi, sub initium anni contingere debuerunt, nam, ut habet idem Chron. teste auth. Germ. sacræ tom. 2. f. 314. *Crypta & altare S. Joannis in Monasterio Werde, seu Heglvverth a Karolo Seccov. Episcopo primo consecratum est 4. Idus Febr.* Idem tamen Chronicon Honorii interpolatum in Bibliotheca Vorav. asservatum docet, ab eo solum *Cryptam basilicæ Salisburg. 4. Id.* seu 10. *Februarii* fuisse consecratam; hæc itaque prima ejus actio Pontificalis videtur.

An consecrav. cryptam Salisb. & altare in Heglvverth.

Seccov. Episc. jura & obligat. Post aliquot dies, nempe 13. Kal. Martii, Carolo, ejusque successoribus Eberhardus dedit litteras, quibus modum novi Episcopatus jura & onera describit, adfert eas litteras Seccov. Diplom. 40. inter mea num. 45. quibus terminos Episcopatui præfigit, redditus assignat plures, quam in Diplomate Honorii Papæ an. præc. expressi sunt, denique postulat, ut ipse & ejus successores semper juramentum fidelitatis præstent Archiepiscopis, ac e manibus ipsorum Episcopatum ac regalia recipiant, ut V. pl. inter Dipl. mea in fine num. 46.

Sacel. Episc. Seccov. De erectione hujus Episcopatus, ex MSS. Seccov. a Reverendiss. DD. Præpos. Seccov. communicatis, & jam sæpius citatis sequentia edoceor; *Extat Ecclesiæ Cathedrali contiguum Sacellum S. Margaritæ V. & M. vulgo Episcopale, in quo Episcopi Seccovienses sepulturas suas elegerunt, quantum angustia spatii permisit, reliqui in Ecclesia Cathedrali jacent, ut ex eorum lapidibus sepulchralibus videre licet. Hoc ipsum Sacellum novo altari, & Episcoporum antecessorum imaginibus, subsequentibusque SS. Patrum sententiis illustravit Martinus Episcopus Seccovienſis an. 1590. Bulla Honorii III. Papæ super erection. Episcopatus in Diplomatario P. Frœlich extat, Diplomate Cæsareo emanato 1218. 7. Kal. Nov. Indict. 6. Norimberg.*

Secco-

Seccovienſis Epiſcopus cum Chyemenſi, inter ſacros Imperii Proceres aſſumitur; per ſpeciale Decretum Eberhardi Archiep. Salisburg. Fundatoris cavetur juribus Archiepiſcopi & Capituli Salisbugenſis. Dat. Salzburgæ 6. Id. Maj. an. 1228.

Tabulæ ſolennes ſuper erectione Epiſcopatus editæ Salzburgæ 1219. 13. Kal. Martii.

I. Epiſcopus *Carolus prius Præpoſitus Friſacenſis, conſtituitur a Fundatore primus Epiſcopus Seccov. ſub Principium anni 1219. obiit 13. Decembr. 1231. ita noſtrum necrologium. Extat permutationis tabula inter prædictum Epiſcopum & Collegium Seccov. ſuper decimis ad fluv. Rab ſitis.* Ita Docum. Seccov. cit. V. 1224.

Theodora Uxor Leopoldi Duc. obſtat Ep. Seccov.

Cum ſic felicibus auſpiciis ſurgeret Cathedra Seccovienſis, movit Stomachum Theodoræ Leopoldi Ducis noſtri Conjugi, quod hæc omnia inconſulto, & abſente Marito ſuo fierent; queſta eſt igitur Honorio Papæ, quod jura Mariti violarentur, qui abſens in oriente pro Chriſti gloria arma gerebat, adjiciebat Eccleſias, quibus Paſtores Dux præficeret, Epiſcopatui Seccov. attributas. Papa Leopoldo addictiſſimus, & probe memor, ſe in Epiſcopatus hujus erectionem conſenſiſſe, *ſine juris alieni præjudicio*, Eberhardum corripit, & geſta omnia reſcindere jubet, remque interim componi, donec Dux ab oriente rediret; qui rediens, utpote amator Cleri & Religionis, conſilium tamen Eberhardi probaſſe, imo impenſius foviſſe videtur.

Salisburg. II. Concil.

Interea etiam, *Concilium provinciale a Dom. Eberhardo Archiep. Salzbureh celebratur*, ut habet Chron. Honorii *cui interfuerunt Patav. Friſing. Gurcenſis, Chyemenſis Seccovienſis Epiſcopi;* nec tempus, nec negotium ejusdem Concilii conſtat; quidam de Epiſcopatu Seccov. alii, de parte 20. proventuum Eccleſiaſticorum in ſubſidium belli Sancti conferenda habitum putant; author veteris Catalogi eam *Synodum ſecundam celebratam in majori Eccleſia S. Ruotperti* docet.

Alberoni Præpoſ. Salisb. ſuccedit Albert. II.

Albero Præpoſ. Salisburg. in terram S. profectus, hoc certe, ſi non anteriore anno obiit, ita Chron. Honorii & Reicherſperg: Dukerus & Mezgerus, Nilo merſum affirmant. Succeſſit Albertus II. Canon. & Cuſtos Eccleſiæ Salisburg.

Leopold. Dux ab oriente redit.

Barbaris in oriente pacem ſatis æquam offerentibus, dum Chriſtiani ea ſpreta in Damiatæ obſidione pergerent, Leopoldus Dux noſter, fine non exſpectato in terras ſuas rediit teſte Chron. Auſtr. *Luipoldus Dux Auſtriæ & Styriæ glorioſe ad terram propriam revertitur*, eadem tradunt Chronica Clauſtroneoburg. Admontenſe, & Mellicenſe apud Hier. Pez, male proin Haſelbachius ſcribit: *Leopoldus quoque Dux Auſtriæ, qui tunc aderat* (de Hungariæ turbis loquitur) *ad necem quæritur, ſed dextra Dei protegente, licet multa difficultate ad propria cum ſalute revertitur, poſtquam ab Hiſpanis, ut ſupra, reverſus eſt.* Male hic omnia confundit author, nam ex Hiſpania Dux noſter rediit an. 1212. non per Hungariam, cædes Gertrudis Reginæ Hungariæ contigit an. 1213. quo, ut oſtendi, Princeps noſter plerumque curiis regiis Friderici II. aderat, anno vero hoc 1219. turbæ jam omnes Hungariæ compoſitæ fuerunt.

Per Hungar. in Styriam. Græcii fuit.

Rediit quidem ex Oriente Leopoldus Dux *per Hungariam in Styriam* teſte Ortilone, *& ex Grez cum ambobus Filiis Hainrico & Friderico, licet parvis venit ad vallem noſtram*, ſeu Campililienſem, cui præter S. Crucis particulam plurima alia etiam donavit; inde autumni initio Comitiis Norimbergenſ. aderat, cum Eberhardo Salisburg. ſubſcriptus Privilegiis Norimberg. inter Conſtitut. Imper. a Godolpho adductis.

Plein de Leutold obit.

Cum eodem Principe noſtro, ex oriente reverſus videtur *Leutoldus Comes de Plein*, oculorum altero per ſagittam orbatus, & Tarviſii defunctus, quocum hæc familia, teſte Mezgero extincta videtur; Comitatum Plein in Bavaria partiti ſunt inter ſe Præſul Salisburg. & Dux Bavariæ, ac poſthac ab Imperio eum feudi titulo impetrarunt. Erat vero, ut jam tom. I. annot. Dipl. 29. obſervavi, duplex Comitum Plejenſium Familia, Auſtriaca una, altera Bavarica, cenſeoque hunc Leutoldum ultimum lineæ Bavaricæ fuiſſe, quoniam Luitoldus alter de Plain poſt an. 1242. primum obiit, hæcque Auſtriacorum Linea varia etiam in Styria noſtra, bona poſſedit.

Comitatus.

Duplex Familia.

Anno 1220.

ANNO 1220.

Indict. 8. Honorii III. P. V. Frider. II. Imp. VIII. Leopoldi Gloriſi Ducis III. Styr. XXVI. Auſtriæ XXIII.

Damiata capitur.

Lætus expugnatæ an. priore Damiatæ nuncio Pontifex, illico per omnes orbis partes, ſolenne Deo epicinium cantari juſſit, tum vero exſpectato jam diu Romæ Cæſare, promoveri in orientem Aquilas optavit, ſed nectebat moras Imperator, & antea Germania excedere nolebat, donec Filium Imperii Succeſſorem Proceres nominarent; itaque celebratis in fine Aprilis Comitiis Francofortenſibus, *Heinricus Imperatoris Filius*, inquit Albertus Stadenſis, *Patre volente Frankenvorde in Regem eligitur.* Ne vero Honorius Papa contradiceret, ex quod Henricus jam Rex eſſet Siciliæ, ſicque forte Regnum Siciliæ, Cathedræ vaticanæ eripiendum, & Cæſarum Germaniæ ſolio annectendum videretur, ſcripſit Papæ Fridericus factum excuſans, cui quoque Honorius acquievit magno deſiderio adventum ejus Romæ exſpectans.

Henric. fit Rex Germ.

Gerold. Præp. II. Seccov. ſucc. Hezmannus ſeu Hermannus Schachner.

Interea Geroldus Præpoſitus II. Seccovii obiit, diem mortis detegit Necrologium Seccov. his verbis: 5. *Kal. Aug. Geroldus Præpoſitus Seccovienſis*, annus tamen certus mortis non conſtat, id certum eſt ex Diplom. Seccov. 41. inter mea num. 46. eidem ſucceſſiſſe *Hezmannum* vel *Hermannum*, de quo dixi an. 1202. Catalogus Seccov. Præpoſitorum in Græcio topographice deſcripto an. 1700. editus, & documenta alia Seccov. Græcii an. 1740. typis data, eum Hermannum Schachner vocant.

Præpoſ. I. ex Seccov.

Catal. Præpoſ. Seccov. de Hermanno Præpoſ. ita ſcribit: *Hecimannus Schachner e ſuper. Styria ex Decano electus Præpoſ. III. an. 1220. Eccleſiæ ſuæ cenſus perductа ad culturam valle Gleinenſi ſolerter adauxit; jura & prædia, quæ in controverſiam vocata ſunt, intente propugnavit. Ex religioſa palæſtra ſua Geroldum cum primis ſociis, exurgenti Canonic. Stainzenſium*

Colle-

Collegio inclyto an. 1229. *in Proto-Antiſtitem, regularisque diſciplinæ auctorem dedit. Honori ad* 10. *annos laudatiſſime geſto ceſſit an.* 1230. *eodemque excurrente obiit* 18. *Kal. Jan.*

Cum Hermanno hoc Princeps Leopoldus commutavit agros, & pro 2. *manſis juxta Cerivvald*, eidem dedit alpem infra gradam, ut V. Dipl. in fine num. 47. hoc in Diplomate Princeps noſter *arcem Guetenſtain* ſuam fuiſſe ait, eamque novis propugnaculis armare cœpit, ita enim inquit: *Quod nos munimini Patriæ noſtræ operam dantes &c.* arx hæc olim Styriæ, hodie Auſtriæ adſcripta eſt, qua in arce poſt ſæculi unius & Decadis lapſum, Fridericus III. Auſtriacus lethaliter decumbens, animam poſuiſſe dicitur, hodie ibidem ſacrum Præſidium Marianum, & thaumaturgum cum Conventu RR. PP. Servorum B. V. M. proſtat.

Commutat cum Duce Leopoldo agros.

Guetenſtain arx olim Styr. hodie Auſtriæ.

Inchoante æſtate Fridericus Cæſar, Filio Henrico, interim tutelæ Engelberti Colon. Præſulis tradito, cum Auguſta lento itinere, ob nimios Sirii calores Romam venit, & die S. Cæciliæ in Dominicam incidente, Imperator Rom. coronatus, Signum S. Crucis cum Ludovico Bavariæ Duce, ac Wernero de Bollandia Dapifero, aliisque Marchionibus Comitibus ultra 400. Expeditio ſacra, futuri anni Auguſto, ab eodem jurata quidem, non impleta, ut dicetur.

Frider. Imp. Romæ coronatur.

Signum Crucis ſumit.

Chronicon Vorav. nobis ſequentia manifeſtat: *Anno MCCXX. 14. Calend. Februarii, cum inter Voravenſ. & Reicherſpergenſ. Monaſteria ſuper quodam prædio, inter majorem & minorem Tucham poſito, moveretur quæſtio, partibus damna, quæ litigantibus in cauſis hujusmodi ſolent accreſcere, conſiderantibus, placuit parcere labori & ſumptibus, & potius litem per amicabilem compoſitionem decidere, quam ſuſcitare, communicato ſiquidem conſilio prudentum virorum & nobilium, quorum arbitrio ex conſenſu utriusque Capituli data fide ſe ſubjecerant, talis interceſſerat compoſitio, quatenus Præpoſitus de Voravve, & ſui Fratres, Præpoſito de Reicherſperg & ſuis Fratribus* 15. *libras auſtralis monetæ perſolverent, & Voravienſe Capitulum in poſſeſſione memorati remaneret; ne igitur ſuper hoc Capitulo Voravienſi quæſtio moveatur in poſterum, duæ chartæ ſub uno tenore conſcriptæ cum teſtibus, qui intereraut, & utrarum Eccleſiarum* (deeſt ſigillis) *munitæ ſunt, quarum firmitate & teſtimonio omne dubium amputetur: acta hæc quære in lib. privileg. fol.* 12. ita Chron. Vorav. ſed liber ille Privilegiorum cum utroque Dipl. periit.

Vorav. & Reicherſperg. Can. res.

Ex his tamen ſequentia obſervo: 1) Monaſterium Reicherſpergenſe in Bavaria Ord. Can. Reg. S. Aug. hoc jam tempore, imo ab an. 1144. diſtrictum illud Putinenſem poſſediſſe, quem Conradus I. Archiep. Salisburg. eidem contulit, ſub nomine decimarum *in Parochia Putine & Brunberg*, ſeu *Bramberg*, & quidquid novalium in adjacente ſylva Putinenſi uſque ad terminos Hungariæ, & ad montem *Hartberg* ampliari poteſt; *Eccleſiam Bramberg* idem Conradus an. 1160. Reicherſpergenſibus confirmavit, tandem an. 1161. in caſtro, Strasburch dicto, terminum decimarum Reicherſpergenſium *in Pütten*, conſtituit fluvium *Pincach*, occaſione hac ortam arbitror diſſenſionem inter binas has Canonias Reicherſpergenſem & Voravienſem, cum hæc prædium quoddam inter majorem & minorem *Tucham* poſſideret, quod Reicherſpergenſes ſuum eſſe credebant. 2) *Auſtralis mo-*

Reicherſperg. Can. poſſeſſ. in Auſtria.

Auſtralis moneta quæ.

neta, cujus libras 15 ſolvere debebant in litis compoſitionem Canonici Voravienſes Reicherſpergenſibus, eadem fuerit cum Auſtriaca, de qua ex Lazio Commentar. de rebus Viennenſ. lib. 4. Cap. 9. lego:

Viennenſ. jus cudendi monet.

quod Respubl. Viennenſ. (ſub Leopoldo Principe noſtro & Friderico Filio) *jus quoque ſignandi argentum, ut cæteræ Urbes Imperiales impetraverit, eique rei Magiſtratum præfecerit, qui certo quodam civium collegio adhibito, atque ex his potiſſimum, qui rem domi copioſam habebant, & argentum ſuppeditare poterant, nummos argenteos minores, & majores, quadrangulares, variis nomine, inſignibus quoque ejus, Cruce videlicet, adjectis quot annis cudebant, uſui in hac re, bracteariorum opera, quos in ædibus ſuis paſſim alebant, a quibus in hunc uſque diem vico nomen manſit, ubi magnificentiſſimæ aedes Urbis viſuntur; vulgus vocat* die Münzer-Straß, *in quo bodie mercatores &c.* ita Lazius cit. Privilegium hoc Viennenſibus confirmavit Rudolphus I. Habſpurgicus, ut V. Diploma ejus editum a D. Joanne Jacobo Moſer de Filſek in Biblioth. MSS. part. 1. pag. 116. ex Codice Scotenſium Viennæ ad an. 1280. Hæreo tamen, an non hoc Privilegium Urbi Viennenſi primum poſt mortem Ducis noſtri acceſſerit, tum nempe cum Friderico ejusdem Filio, cum Auguſto ejusdem minis colliſo, Vienna facta eſt Urbs Imperialis, ut V. Diſſert. 1. §. 23. & in Chronol. an. 1237. &c.

Göſſ. vet. Bernard. Dux. Carinth.

Bernhardus Dux Carinthiæ hoc anno Eccleſiæ Göſſenſi *Ottonis Filium, Ottonis de Mülberch*, Miniſterialis ſui donavit, ea tamen ſub conditione, ut, ſi hic matrimonium ineat, in Ducis redeat poteſtatem, propago vero ejus & Succeſſio inter Ducem & Göſſenſe Monaſterium dividatur. V. Dipl. Göſſenſe 20.

Stiveu Eccl. S. Georgii benef. Plain de Com.

Eccleſiæ S. Georgii in Stiven, Comites Plejenſes beneſeciſſe, pluribus dicam ad an. 1248. interim in Synodo Patav. 20. pars omnium proventuum Eccleſiaſticorum in tres annos deputata eſt rebus Palæſtinæ conficiendis, ad quarum promotionem Udalricus II. Epiſc. Patav. ipſemet Cruce ſignatus abiit.

Patav. Syn. Ulric. II. Ep. Pat.

Anno 1221.

ANNO 1221.

Indict. 9. Honorii III. P. VI. Frider. II. Imp. XIX. Leopoldi Gloriosi, Ducis III. Styr. XXVII. Auſtriæ XXIV.

Frid. Imp. moratur expeditionem ſacram.

Fridericus Imp. licet datis hoc anno 4. Id. Febr. litteris Italiæ, ac Germaniæ Principes invitaſſet ad ſocianda ſibi in Palæſtinam vexilla, eaque de cauſa Ludovicus Dux Bavariæ, & Ulricus Epiſc. Patav. cum aliis multis, veris initio Peluſium navigaſſent, nihil tamen minus, quam expeditionem eam urſit, imo armatam 40. velorum claſſem, in anchoris otioſam deſidere fecit; unde litteris novis acuit animum Cæſaris Papa, quibus ut aliquid daret Cæſar, claſſem ſub Henrico Melitenſi dimiſit, nil aliud acturam, quam ut turpem Peluſii deditionem, Barbaris factam ſpectaret, quod & inclinante anno factum, unde Dux Bavariæ rediit, Ulrico II. Epiſ. Patav. caſtri & animi ærumnis confecto, ut docent Chronica Auguſtenſe Clauſtroneoburg. Leobienſe, aliique authores.

Urgetur a Papa.

Ludov. Dux Bav. Ulric. Ep. Pat. Peluſium veniunt.

Ulric. Ep. Pat.

Im-

Imperator, cui anathema ob moras S. expeditionis minabatur Pontifex, hunc rogavit, ut ad Verulanum anni ſeq. Conventum comparere dignaretur, fucum ſic faciens moræ ſuæ.

Frœlichius Diplom. S. Ducatus Styriæ part 2. f. 327. ad an. 1251. ubi litteras fundat. Monaſt. Mahrenberg. adſert, ita de hoc Monaſterio loquitur: *Monaſterium hoc Merenbergenſe ad initium Ordinis Prædicatorum ſua primordia nactum fuerit, quod ex eo colligitur, quia jam an. 1221. & ſeq. annis Sororibus ſive Monialibus Märenbergæ fundos alios venditos, alios donatos eſſe litteræ docent.* Hæc dum ruminarer mecum, Reverendiſſima ac Illuſtriſſima DD. Seifrida ex Illuſtriſſima Familia Comitum de Khienburg, Monaſterii hujus celebratiſſimi Prioriſſa ordine 33. litteris me ſuis humaniſſimis dignata eſt informare, cæptum nempe jam fuiſſe hoc Monaſterium an. 1221. vivente adhuc & annuente S. Dominico per S. Seifridum Marenbergenſem, ejusque Matrem Gaiſilam, ſeu Giſilam, atque an. 1251. abſolutum; unde ſententiæ huic refragari non poſſum, præſertim, cum teſte cit. Frœlichio litteræ variæ venditionum & donationum id habeant. Plura ad an. 1251. *Mährenberg. Monaſt. initia.*

ANNO 1222. *Anno 1222.*

Indict. 10. *Honorii III. P. VII. Friderici II. Imp. X. Leopoldi Glorioſi, Ducis III. Styr. XXVIII. Auſtriæ XXV.*

Verulano Conventui aderat Papa & Imperator acturi de rebus terræ ſanctæ, Conventum, ut ad Feſtum S. Martini Conventus novus, Veronenſi in Urbe haberetur, quo termino impleto juravit Imperator, ſe iter transmarinum ſuſcepturum, quæ tamen omnia cunctatione ſibi uſitata deluſit, qui magis urgebat, ut Henricus Rex Germaniæ ante 2. annos deſignatus, Coronam Imperii obtineret; nec vota ejus vana erant, nam 8. Idus Maji Henricus Filius ab Engelberto Colon. Archiep. Aquisgrani conſecratus eſt, dum interim Conſtantia hujus Auguſta Mater in Sicilia obiret. *Terræ S. negotium impeditur.* *Henricus coron. Rex Germ.*

Conventum Veronenſem hujus anni ad Feſtum S. Martini conſtitutum, deluſit iterum Imperator, dum aliis, ut ajebat, præpeditus negotiis in Sicilia hæſit; Conventui huic adfuiſſe volunt Leopoldum noſtrum, atque inde ſecum lectiſſimos hoſpites deduxiſſe Viennam, ad celebranda ſeu anni hujus fine, ſeu ſeq. initio Epithalamia Filiæ ſuæ. *Leopold. Dux noſter in Conv. Veron.*

Solennitatem hanc Chronic. Auſtrale ita deſcribit: *Magna ſolemnitas Viennæ, auctore Duce Leopoldo, cujus Filia Duci Saxonum nuptiali thalamo copulatur.* Eadem ſunt verba Chronici Clauſtroneoburg. & Zwetlenſis, Chronicon tamen Mellic. & Garſtenſe ita habent: *Albertus Dux Saxoniæ Filiam Luipoldi Ducis Auſtriæ & Styriæ Agnetem nomine, duxit in Uxorem.* Ortilo Campilil. Alberto ſubſtituit *Bernardum Saxoniæ Ducem*, de quo alii diſputent. *Agnet. Auſtr. nuptiæ cum Albert. Sax. Duce.*

Udalrico II. Epiſc. Patav. priore anno defuncto, datus eſt Succeſſor *Gebhardus Comes de Plein*, ejusdem Eccleſiæ Patav. Canonicus, ut ait Chron. Salisburg. de his Comitibus plura dicta ſunt tom. 1. annot. Diplom. 29. & an. 1067. Patrem Gebhardi, Bruſchius & Hundius *Luitoldum* *Gebhard. Ep. Pat. Com. de Plein.*

toldum appellat, Matrem *Itam*, Fratrem *Luitoldum III.* qui teſte Lazio, caſtra Hardek, Terrasburg, & Znoymam poſſedit, ac Eccleſiæ Mellicenſi an. 1229. beneficus fuit, unde ex linea Auſtriaca Comitum Plejenſium Gebhardus deſcendiſſe videtur. *Conradus Comes de Plejen*, patruus *Gebhardi*, & *Leutoldus* Fratrueles, in excerptis Sant Ypolitenſibus leguntur, teſte auth. Germ. ſacræ tom. 1. f. 368. ex quibus ſimul patet, Gebhardum 18. Januarii hujus anni jam Epiſcopum Patav. fuiſſe.

Anaſ. ſeu Laur. Eccl. S. Mariæ datur Canonicæ S. Nicolai.

Anno hoc primo Pontificatus ſui, Gebhardus Epiſc. Patav. diremit litem, quæ verſabatur inter Monaſterium S. Nicolai, & Ottocarum Decanum Anaſenſem; etenim Altmannus Epiſc. Patav. Fundator Monaſterii S. Nicolai, eidem contulit Eccleſiam S. Mariæ in oppido Laureaco, ſeu Anaſiburgo, cum omni utilitate, tam in oblationibus, quam in areis & cenſualibus, movit de obligationibus litem Decanus, lis deciſa, ut pars una oblationum Decano, altera Cuſtodi S. Nicolai cederet.

Frider. II. Petov. confirm. Groſs-Sonntag ſeu S. Dominicam in Styria Equit. Teuton.

In Styria noſtra *Fridericus II.* Dynaſta *Petovienſis*, confirmavit ſolemni Diplomate donationem, qua Fridericus I. Petovienſis, Pater ejusdem, Equitibus Teutonicis largitus fuerat, proprietatem ſuam in *Dominico*, ſeu *Groſs-Sonntag*, cum media decimarum parte ejusdem terræ, quam Pater ejus Fridericus I. de manibus Hungarorum ereptam, quamvis vacuam & inhabitatam ſuæ ſubjugaverat poteſtati, ut V. Diplom. in fine num. 48.

Commendæ II. in Styr.

Duas habet in Styria domos, ſeu Commendas, illuſtriſſimus Ordo Equitum Teutonicorum, quarum una ad Græcium Urbem loco S. Chunegundi ſacro, hodie *S. Mariæ am Lech* dicto, fundata eſt anno 1233. a Friderico bellicoſo Auſtriæ & Styriæ Duce, altera in *Groſs-Sonntag*, ſeu *ad S. Dominicam* infra Petovium, quæ fundatorem *Fridericum I.* & Locupletatorem *Fridericum II.* de *Petau* habuiſſe videtur.

Mariæ Lech Græcii.

Groſs-Sonntag Petovii.

Quando hæc pars Hungar. erepta per Frid. I. Petav.

Aſt, quonam anno, hæc Styriæ inſer. pars a Friderico I. ſeu Seniore de Petove Hungaris erepta fuerit? vix ſatis erui poteſt; Frœlichius id contigiſſe opinatur an. circiter 1199. quo inter Emericum Hungariæ Regem, & Leopoldum Auſtriæ ac Styriæ Ducem, geſtum eſt bellum, anno ſeq. pace terminatum, quo tempore, dum Emericus vaſtaret fines Auſtriæ, Styri viciſſim Hungariam tentantes, portionem Groſs-Sontagenſem eidem Regno eripuere per manum Friderici I. Petovienſis, qui, ut eadem terra, ab Hungaris poſthac intacta maneret, circa an. 1200. Equites Teutonicos, in defenſionem Patriæ noſtræ eodem in loco conſtituiſſe videtur.

Leopold. Dux Græcii litem componit de ſilva in Seding.

Dux noſter Leopoldus anni hujus 5. Id. Januarii Græcii exſtitit, & compoſitione amicabili litem removit, quæ inter Abbates S. Lamberti & Runenſem vertebatur *de Silva Sedingenſi:* Jam obſervavi anno 1159. inter hæc monaſteria diſſidium ortum fuiſſe *de prædio Seding* (ſito in Styria inter Muram & Dravum hodie Baronum de Kellerſperg) & Otkerum tum Abbatem S. Lamberti ad Hadrianum IV. Papam Romam abiiſſe, cumque deciſio litis deferretur Eberhardo Salisburg. hunc in favorem Runenſium dixiſſe ſententiam, lis hæc de ſilva ſedingenſi hoc anno, benevole per Ducem noſtrum Græcii eſt terminata, ut V. Dipl. 18. Runenſe.

Ab-

Abbates quinam præfuerint Monaſteriis S. Lamberti, & Runenſi? inquirendum eſt. Abbatem Runenſem Engelbertum ordine VI. ex Familia Comitum de Helſenſtein ab an. 1215. ad 1226. præfuiſſe, docent documenta domeſtica Runenſium, & Catalogus Abbatum Runenſium apud Frœlich, major eſt difficultas de Abbate S. Lamberti hoc tempore, jam enim præcedente tomo dixeram, valde intricatam eſſe Abbatum S. Lamberti ſucceſſionem, & vix ex domeſticis ſatis eruendam. Catalogus Abbatum mihi e celeberrimo S. Lamberti Monaſterio transmiſſus, inſinuare videtur Walfridum, quem Romæ ab ipſo Honorio III. Papa benedictum fuiſſe docet; ego Wolfkerum ſtatuo, quem jam an. 1216. Diploma Seccovienſe Abbatem S. Lamberti fuiſſe ſtatuit, ex quo proin patet error Catalogi citati, qui Walfridum ab Honorio III. Romæ benedictum, & ejus Succeſſorem Wolfkerum ſtatuit, nam Honorius III. Papa 15. Kal. Aug. an. 1216. factus eſt, quo tamen anno, & quidem 7. Kal. Julii Wolfkerus jam Abbas S. Lamberti fuit, quomodo ergo Walfridus ab Honorio III. benedici? quomodo Walfrido ſuccedere poſt hunc annum potuit? ſed, ne longior ſim, ad hunc annum Diplomatis 49. inſtar ſubjungam Catalogum Abbatum S. Lamberti mihi transmiſſum, eumque notis neceſſariis illuſtrabo.

Engelbert. Ab. VI. Runenſis.

Wolfkerus Abb. S. Lamberti.

Chronicon anonymi Zwetlenſis apud Hier. Pez tom. 1. col. 977. ait hoc anno: *nix ningit in Styria, quæ quidem verſa eſt in ſanguinem.* Idem ad an. ſeq. docent Chron. Paltrami, Anonymus Leobienſis aliique; hæc Philoſophis diſcutienda erunt; conſtat enim plurimis exemplis pluiſſe ſanguinem, ſic teſte Platina, ante mortem Hadriani II. tribus conſequenter diebus ad Brixiam Italiæ imber ſanguineus decidit, an. 1163. in Galliæ Inſula Rochelle, an. 1456. Romæ an. 1543. ad arcem Saſſenberg in monaſterienſi Epiſcopatu, an. 1568. Lovanii in Brabantia, ac an. 1571. Embdenæ copioſum ſanguinem pluit. In Armenia crebriores eſſe nives ſanguineas docent Philoſophi, quarum cauſam in minium vel rubrum armenicum bolum referunt, quæ in terra latentia corpuſcula ſoli ſuppeditant nebulas & humores caloris ſimilis, quos dein cœlo calido, ut pluvias, frigido, ut nives demittit; ita nempe etiam hoc anno in Styria oculos fallebant, rubeæ telluris pulveres, qui ſive antea in altum evecti, ſive poſtmodum aſperſi, dum floccos liquefactos tingerent, haud diſpari colore cruentam velut undam mentiebantur.

Nix ſanguinis in Styria.

Aliud quoddam ſatum adducit Chronic. Salisburg. his verbis: *MCCXXII. XI. Kal. Junii poſt veſperas confuſo ſubito aere venit grando afferens lapides in modum ovi gallinæ, qui per magnam partem, prata, campos, hortos, pomæria devaſtaverunt,* locus non exprimitur, ſorte Salisburgenſem ditionem ſolum attingebat. Et mox *Bozana civitas, atque milites vicini indixerant tornamentum, & dum omnes ac tota Civitas ad lætitiam moveretur, & militiam exercerent, ſubita divina permiſſione penitus exuſta eſt, ubi etiam, dum fugam caperent, quocunque modo, plus quam quingenti homines perierunt.* Ita Anonym. Zwetl.

Grando ingens.

Bozanæ ſeu Brixiæ exuſtio.

Documentis noviſſime transmiſſis edoceor, hoc jam anno Eccleſiam Monaſterii *Paradiſus* dicti, extra *Urbem Judenburgenſem* ſiti, Ordinis S. Claræ conſecratam primo fuiſſe; ita mihi communicavit Vir

Moniales S. Claræ Judenb. in Monaſt. Paradiſus.

pro patria noſtra zeloſiſſimus P. Albertus Fink, Ord. Minor. Reform. Conventus Feldbac. Incola, quamvis vero teſte eodem, & hujus Monaſterii, & alterius, ejusdem Seraphici Ordinis Viris Judenburgi exſtructi, certa non exſtet epocha, plurimorum tamen opinio eſt, Fratres minores, cum Sororibus Clariſſis, viventibus adhuc SS. Ordinum Fundatoribus, Franciſco & Clara, in hoc loco pedem fixiſſe, atque hanc Sororum Judenburgenſium Eccleſiam jam an. hoc fuiſſe conſecratam, nam Chartophylacium Monaſterii hujus in pervetuſto quopiam MS. refert: *Pauperum Sororum Judenburgenſium* (dictarum recluſarum) *tempellum ſat anguſtum jam an.* 1222. *Conſecrationis beneficium obtinuiſſe*, ex quibus conjicere licet, eas hoc tempore ædes ſolum clauſas, non vero formatum Monaſterium incoluiſſe.

Monaſterii prima fundamenta circa an. 1256. jacta, ut eo an. pluribus dicetur.

Anno 1223.

ANNO 1223.

Indict. 11. *Honorii III. P. VIII. Friderici II. Imp. XI. Leopoldi Gloriſi, Ducis III. Styr. XXIX. Auſtr. XXVI.*

Terræmotus. Nec annus hic felicius inchoatus eſt, quam alter finitus teſte Godefrido Colon. etenim a naſcentis Redemptoris Feſto, ultra Epiphaniæ ſolemnia, terra ferali motu in Italia eſt concuſſa, ita, ut in pluribus locis ædificia & Eccleſias everteret, aliasque miſerias ac calamitates perpetraret: idem de terris noſtris docet Chron. Clauſtroneoburg. quod addit: *Romæ terra rubea pluit per integrum diem & noctem.*

S. Expeditio argetur. Hæc inter, Honorius Papa, Fridericus Imperator, Joannes Solymorum Rex, cum Magiſtris Ordinum Equeſtrium, aliisque Magnatibus, in oppido Ferentino convenerant tractaturi de bello ſacro, grandia verbis, inania rebus Fridericus Auguſta manu roboravit, ut iterum gaudio deceptus Pontifex, Philippo Galliarum Regi perſcriberet, transfretandi in terram ſanctam, terminum in Feſto S. Joannis Bapt. poſt biennium ſecuturo eſſe ſtatutum.

Frider. Imp. ſimulatio.

Eadem ſcripſit Pontifex Leopoldo Duci noſtro, eumque multis verbis eſt cohortatus, ut compertam in bello Ægyptiaco fortitudinem denuo orienti exhiberet. Epiſtolam hanc Odoricus Raynaldus inſinuat ſolum, non autem e tabulario Romano deſcripſit; ſed noverat Friderici cunctantem animum Dux noſter, qui promptum ſe quidem ad expeditionem hanc exhibuit, ſacræ tamen militiæ teſſera interim abſtinendum cenſuit.

Leopold. Dux invitatur ad terram S.

Bela Hung. Rex cum Uxore ad Leop. fugit. Interea Principis noſtri gratiam, vicina Hungaria inteſtino bello afflicta imploravit, nam Andreas Hungariæ Rex, quam Filio ſuo Belæ anterioribus annis Connubio ſolenni conjunxerat, Mariam Theodori Laſcaris Græcorum Imperatoris Filiam, hoc anno ab invito filio per divortium ſeparari mandavit: Præſules Hungariæ factum hoc indignum ſummo Pontifici detulerunt, Bela vero cum Uxore ſua maluit ad Leopoldum Ducem fugere, quam divortium hoc turpe admittere, de quo pl. an. ſeq.

Sty-

Styræ in arce verſabatur Dux noſter autumni tempore, ubi *Erneſtus de Stigerſperch* miniſterialis Ducis Fundationem fecit Monaſterio Garſtenſi; antequam vero Styram veniret, Henrico patruo ſuo Duci Medlicenſi in nemoroſa S. Crucis Baſilica exequias perſolvit, ita tradit Necrol. S. Crucis *An. Dom. MCCXXIII. pridie Kal. Sept. obiit Dux Henricus de Medlico.* *Leopold. Dux Styræ.* *Henricus Dux ſeu Medlic. obit.*

Eberhardus Archiep. Salisburg. dum cum Carolo Epiſc. I. Seccovienſi Carinthiam luſtraret, obſervavit, *ſe propter viarum pericula, vix valere totam Diœceſim viſitare.* Dein vero in Eccleſia S. Andreæ apud Lavent invenit varia SS. Corpora, de quibus Chronic. Honorii ita ſcribit: *An. MCCXXIII. corpora SS. Viti, Modeſti ab Archiep. Eberhardo & Karolo Seccov. Epiſcop. in Eccleſia S. Andreæ apud Lavent inventa, & in altari recondita, plurimis cœperunt coruſcare miraculis, & eorum Reliquiæ ad Eccleſiam Salisburgenſem, præſentibus Patavienſi, Chymenſi Epiſcopis, cum multa frequentia, & tripudio populi ab Archiepiſcopo ſunt translatæ:* Idem habet Chronic. Salisburg. & Henricus Stero. De his SS. Martyribus quæri omnino poſſet, an iidem fuerint, qui XV. Junii coluntur, an diverſi? etenim an. 1601. dum vetus Baſilica Salisburg. dirueretur, nihil de oſſibus & reliquiis SS. Viti & Modeſti eſt inventum, ut adeo incertum ſit ad hanc uſque diem, an hæc eorum corpora vel brachia in fundo Baſilicæ Salisburgenſis deliteſcant, an alio ſint deportata? vel denique an commixta in unum, in 8. ciſtis, quæ in parte ſuperiore ſacriſtiæ inferioris aſſervantur, nominibus fere obliteratis, & ita confuſis, ut dignoſci nequeant. *Caroli Ep. Seccov. res.*

Cæterum translatio hæc, hoc anno facta, cauſa fuit, ut, cum quotidianis fere ab inventione ſua coruſcant miraculis, indeque ingens in S. Vitum populi devotio exarderet, ex eo tempore, in Auſtria, Carinthia, Styria tot Eccleſiæ, & oppida S. Viti nomine inſignirentur. *S. Viti devotio per Styriam.*

Alterum, quod meditabatur Eberhardus, erat erectio Cathedralis Lavantinæ; jam an. 1212. Eberhardus idem, in valle Carinthiæ Lavend erexerat Collegium Canon. Regul. ad S. Andream dictum, hoc ei anno ut adjiceret Sedem Cathedralem, ſupplicavit Honorio Papæ, qui anno ſeq. Epiſcopum Friſingenſem, & Abbates de Salem, ac de S. Cruce conſtituerat Commiſſarios, qui explorarent, an requiſita omnia pro erectione novi Epiſcopatus adeſſent, quorum relatione obtenta, tandem an. 1226. Epiſcopatus hic ſurrexit. *Epiſc. Lavent. agitatur.*

Wildonii Styriæ Dynaſtæ Leutoldus & Udalricus Fratres, Conſcientiæ teneræ, & beneficentiæ exemplum præbuerunt, cum enim Pater eorum Herrandus, ac Frater Hartnidus, Eccleſiam Seccovienſem *in Chunenberg* per incendia & rapinas læſiſſent, & in damni hujus compenſationem *prædium* ſuum, & hominum ſeu ſubditorum ſuorum *in Preming*, cultum & incultum, cum omni jure perpetuo tradidiſſent, illico hanc donationem Fratres dicti confirmarunt. V. Dipl. mea in fine num. 50. *Seccov. res. Wildon de Leutold. & Udalric.*

Anno 1224.

ANNO 1224.

Indict. 12. Honorii III. P. IX. Frider. II. Imp. XII. Leopoldi Gloriosi, Ducis III. Styr. XXX. Austriæ XXVII.

Leopold. Dux Belam fugitiv. recipit.

Jam superiore anno, quædam de turbis Hungariæ, earumque ortu dicta sunt, hujus vero anni initio vel seq. fine factum, ut Dux noster Leopoldus, profugum Belam reciperet, qui Patris Andreæ ferocientis iram melius vix poterat declinare; Causam rei an. superiore dedi; cum vero Bela jussu Papæ, Mariam Conjugem suam non dimitteret, indignatus Pater Andreas sævis adeo minis urgebat Filium, ut hic relicto Regno elaberetur ad Leopoldum; benevolentiam Ducis nostri in Belam laudavit Papa, simulque ea de re Archiepiscopo Colocensi, aliisque Episcopis Hungariæ, qui turpe & contactum a Patre, Belæ Filii divortium detulerant, scripsit, ut Patrem ad saniora deducere conarentur.

Turbæ Hungar. sopiuntur.

Vix has litteras expedivit Honorius, mox Romam advenere Legati Hungariæ, qui Andreæ Patris a Leopoldo Austriaco, vicinisque Principibus bellum timentis, factum excusarent, respondit Papa quietem Regni pollicitus, modo Filium in Regnum admitteret, ac patria rursum benevolentia foveret: sic reparata concordia Bela sui securus cum Uxore in Hungariam rediit, infestis olim macheris in Austriam Styriamque reversurus.

Minor. FFr. Viennæ ad S. Crucem.

Leopoldus interim Dux noster, Ordinem Fratrum Minorum Viennæ ad S. Crucem induxisse creditur, motus fama Seraphici Patris Francisci, de quo plurima an. 1222. Veronæ commoratus audierat; hæc antequam Viennæ moliretur noster Princeps in Styria, *Savo flumini pontem* imposuit, & singulares quasdam immunitates, lapideo ponti supra Savum, *prope Ecclesiam S. Ægidii* constructo, contulit: fragmentum hujus Diplom. V. inter Gyrienſia apud Frœlich. num. 4. integrum vero Diploma inter Celejana, quæ documenta, nescio, cur publicam lucem non mereantur? pontem hunc in Styriæ chartis exprimi opinor per vocem *Steinapruk ad Savum.* Immunitatibus ponti huic *in Marchburg* a Principe nostro tributis, varii testes subscripsere, de quibus jam ubertim dictum est.

Savo pontem imponit Steinapruk dictum.

Marchburgi exstitit.

Frider. Imp. res.

Fridericus Imper. contra Saracenos Siciliæ montibus insidentes pugnans, eos ad obedientiam redire compulit, cumque sic in Germaniam redire non posset, munus comitia celebrandi, & Principes ad socialia orientis arma convocandi obtulit Hermanno domus Teutonicorum Magistro, cum consensu Pontificis; qui ad eum finem etiam Conradum Cardinalem Episcopum Portuensem, in Germaniam dimisit, ac Pertholdum Aquilej. Patriarcham, Eberhardum Salisburg. Archiep. aliosque Imperii Germanici Præsules monuit, ut qua voce, qua auxilio expeditionem orientis promoverent, dum interim hoc anno mortalitas pecorum e Græcia in Hungariam & Germaniam penetraret; ita enim habet Chron. Honorii: *Pestilentia animalium per totam Austriam & Marchiam*, proin *Styriam* quoque, & *Carinthiam gravissima facta est:* accessit dein *hyems longissima & asperrima*, teste Godefr. Colon.

Hermannus Magist. Teuton.

Bertholdus Aquilej. Patr.

Eberhardus Salzb. Archiep.

Pestis animal. in Styr.

fames

fames etiam magna & inaudita per biennium perdurans, tanquam effectus ſtragis pecoris, & hybernantis rigoris, concordant Chron. Mellic. Clauſtroneob. aliaque.

Inter res Salisburgenſium Collector Seccovienſis apud Frœlichium Diplom. Duc. Styr. part. 1. f. 201. refert Synodum Salisburg. his verbis: *hoc nempe anno* 1224. *tranſacto Concilio Lateranenſi ſub Innocentio Papa, in provinciali Concilio Eberhardi Archiepiſcopi Salisburgenſis, a Rectoribus Ord. S. Auguſtini, qui a Concilio Lateranenſi erant conſtituti, quædam Statuta Canonicis Regularibus ſunt tradita, & incipiunt: quia Regularis Ordinis obſervantia &c.* ita Collector Seccov. Jam an. 1216. memini Synodi hujus Salisburgenſis, atque Statutorum in eo Canonicis Regularibus præfixorum; an vero illa Synodus anni 1216. eadem ſit cum hac? mihi nondum liquet; Collector Seccovienſis Synodum hanc & ſtatuta ſub citato initio ad hunc annum refert, author vero Germaniæ ſacræ tom. 2. f. 957. ad an. 1216. *Salisb. Conc. in quo Can. Reg. reform.*

Carolus Proto-Epiſcopus Seccovienſis cum Canonicis ſuis Cathedralibus commutationem iniit 3. Nonas Septemb. poſſederat Capitulum Seccovienſe pratum aliquod *in Parochia S. Ruperti ad fluvium Rabe* (quæ Parochia ad menſam Epiſcopi Seccovienſis pertinet) intermixtum redditibus Epiſcopi præfati, hoc, ut ſibi aſſereret Epiſcopus, Canoniæ ſuæ Cathedrali, *in villis Arbendorf, Neuendorf*, & earum attinentiis (ubi Capitulum Cathedrale 2. partes decimarum, tertiam Epiſcopus poſſederat) partem hanc decimarum tertiam, pro prato dicto conceſſit in perpetuum. V. Dipl. mea in fine num. 51. *Seccov. res cum Carolo Ep. S. Ruperti ad Rabam Parochiam.*

Henricum Aquilejæ Archidiaconum, Epiſcopum Brixiæ factum, teſtatur Chron. Salisburg. *Henr. Archid. Aquil. Ep. Brix.*

ANNO 1225. *Anno 1225.*

Indict. 13. *Honorii III. P. X. Frider. II. Imp. XIII. Leopoldi Glorioſi, Ducis III. Styr. XXXI. Auſtr. XXVIII.*

Friderico Imp. e Syria advenit Regis Hieroſolymorum Filia Jolantha, aliis Iſabella dicta, dudum ſibi cum Regno devincta, cui proin ſolemnibus nuptiis conjunctus Cæſar, Regnum Hieroſolymorum jure jam ſuum, indies reparaturus credebatur, præſertim cum jam adeſſet dies S. Joannis Bapt. quo in Palæſtinam hoc anno, cum exercitu ampliſſimo, & jam inſtructo, ſe moturum liberaliſſime ſpoponderat. Sed, dum Honorius Papa itineris nuncium exſpectat, adeſt Joannes Hieroſolymorum Rex, & Auguſti generi ſui Oratorem egit, eo capite, quod res tam Siculæ quam Italæ ac Lombardicæ abſentiam Imperatoris non ferrent: indulſit benignus Pontifex alterum biennium, ſed denuo inane, ut patebit. *Frid. Imp. nuptiæ. Moræ in expedit. Hieroſ.*

Suſpenſo ſic Marte ſacro, Hymenæus novus ſereniſſimos etiam Auſtriæ Thalamos ſubiit, de quo Garſtenſe Chronic. ita ſcribit: *Rex Henricus* (Filius Friderici II. Imp. ex Conſtantia Aragonica defuncta) Filia Bohemi *ſecundum Statuta legis repudiata, per diſpenſationem Domini Apoſtolici, ſaniori Principum potius conſilio, cum Filia Ducis Auſtriæ.* *Henr. Reg. Germ. nuptiæ cum Margar. Auſtr. Leopold. Filia.*

legitime ſibi copulata, nuptias Norimbergæ celebravit: ferunt Fridericum Imp. in crepundia, per jocum obtuliſſe Henrico Filio, Filiam Primislai Ottocari, præter hanc vero Henricus Rex, teſte Godefr. Colon. Sororem Regis Angliæ ſibi oblatam Uxorem, ex Conſilio Principum in Conventu Francoford. non acceptavit, ut adeo Margaretha Primogenita Ducis noſtri, quaſi tertia Dearum, pomum ab hoc Regio Paride tulerit; nomen *Margarethæ* a Chronographo Garſtenſi omiſſum, memorant Chron. Mellic. ad ann. ſeq. Henricus Stero, Chronic. Auguſt. & alia, quod inter alia refert, ob frequentiam populi, 40. circiter perſonas, quas inter Prælati, Monachi, & Clerici erant, fuiſſe oppreſſas.

Henric. Fil. Leop. Nuptiæ cum Agnet Thuring. & Conſtant. Filiæ cum March. Miſn.

Auxit pompæ nuptialis apparatum Dux noſter Leopoldus, dum eadem in urbe, eodemque tempore Henricus Filius natu major, Agnetem Hermanni Thuringiæ Principis Filiam, in thalamum adſcivit, ſimulque Conſtantia, Leopoldi Filia, Henrico Miſniæ Marchioni, prodromo Conjugii vinculo eſt devincta, uti hæc omnia ex Chron. Mellic. Clanſtroneob. Salisburg. & Auſtrali videri poſſunt; tabulæ tamen Clauſtroneoburg. Uxorem Henrici *Richzam* appellant, quæ dein *Lantgravia de Walterſtorf* dicta eſt, ſepulta ad S. Crucem.

Walterſtorf de Richza.

Burgum Vien. ſeu ædes Palat. ſtruuntur a Leopold. Duce noſtr.

Bürkenius ſpeculi Fugger. honor. Auſtr. pag. 176. tradit, Leopoldum Ducem noſtrum, novas Viennæ ædes Palatinas, in quibus ipſe & ſucceſſores ejus habitarent, eodem in loco primum conſtruxiſſe, quo nunc Auguſta Cæſarum Palatia videntur, veterem porro ducalem curiam ab Henrico Avo erectam, tradit PP. de monte Carmelo perpetuo donaviſſe an. 1225. Hanc Bürkenii ſententiam Ortilo Campilil. confirmat hiſce; *idem Dux Wienne inſtituit PP. de Carmelo:* author hiſt. Ducum Styriæ hoc an. 1202. refert docens, Leopoldi II. Ducis nuptias jam in *aula recens ædificata* fuiſſe celebratas; Lazius lib. 3. cap. 3. Chron. Vienn. Carmelitarum Fundatorem Rudolphum IV. Archiducem Auſtriæ ſtatuit, pro hoc tamen anno ſtandum arbitror, authoritate Ortilonis, Rudolphus vero IV. ob collata plurima alia beneficia, Carmelitarum velut alter Fundator dici poterit; id certum, Carmelitas in aula hac veteri permanſiſſe uſque ad Ferdinandi II. tempora, qui domum *in foro* ſitam, atque inde *aulam*, ſeu *Curiam* dictam, in domum Profeſſam S. J. convertit, & Carmelitas in Suburbium, a limo effoſſo, **Laimgruben**, dictum transtulit.

Veterem donat aulam PP. Carmelitis.

Nunc ea Domus eſt Profeſſa S. J.

Leopolus Dux in Hartberch.

Dux noſter hoc etiam anno, *Caſtro Schardinc* in Bavaria *conſentiente Ludovico Bavariæ Duce* exſtructo, antea, & quidem anni initio *in Urbe Styriæ Hartberch*, cum Eberhardo Archiep. Salisburg. egit, ut V. Diplom. mea in fine num. 52. etenim 14. Kal. Febr. confirmarunt an. 60. pacta Wildoniorum, cum Carolo Epiſc. Seccov. vi quorum *Domini de Wildon*, procurationes non amplius exigere, contra voluntatem Epiſcopi Seccov. promiſere.

Wildon de DD. res cum Carol. Ep. Secc.

Polheim de Adelheis & Friderunа.

Adelheidem Abbatiſſam Trunæfanenſem, & Friderunam ibidem Monialem ex gente Polhemia fuiſſe hoc anno docet Excell. Wurmbrandi f. 179.

AN-

ANNO 1226.

Anno 1226.

Indict. 14. Honorii III. P. XI. Frider. II. Imp. XIV. Leopoldi Glorioſi, Ducis III. Styr. XXXII. Auſtr. XXIX.

Frider. Filius Leopold. Uxor. ducit.

Inſtaurata rurſus ſunt hoc anno epithalamia, dum memorante Chronico Auſtrali, *Fridericus Filius Ducis Auſtriæ, in quibus Brunsvvich nuptias celebravit;* ingens de his nuptiis tenet authores controverſia, Chronicon Mellic. eas differt, Chron. Auſtrale & Clauſtroneoburg. pro hoc anno pronunciant, uti & anonymus Leobienſ. Chron. Salisburg. apud Hieron. Petz Auguſtanum, & Henr. Stero ita ſcribunt: *Fridericus junior Filius Ducis Leopoldi duxit Uxorem Reginæ Hungariæ Sororem,* quoniam vero ægre diſpicitur, quomodo nuptiæ cum Sorore Reginæ Hungariæ in Brunswich celebratæ fuerunt, viſum eſt P. Puſchio per errorem librariorum *Brunſvvich*, pro *Bresburch* irrepſiſſe, ſed opinionem hanc evertunt Haſelbachius, Suntheimius, Arenpekius, qui nihil hæſitantes, tradiderunt Friderico noſtro, *Gertrudem Ducem Brunſvvicenſem, cognatam Reginæ Hungariæ*, nuptui traditam fuiſſe.

De bis nupt. controverſia.

Ekartus Vir Clariſſimus an. 1716. has omnes opiniones refutat, propugnatque Fridericum Auſtriacum an. 1226. primo Connubio Sorori Reginæ Hungariæ junctum fuiſſe, ea repudiata an. 1229. duxiſſe Agnetem Meraniam, qua denuo an. 1235. dimiſſa, forte Brunſwicenſem quandam Uxorem obtinuiſſe. Ita Ekartus, ſed nec hæc ſententia ſat firma eſt, nam 1) nemo Scriptorum hoc ordine Friderici nuptias commemorat. 2) allatas Frider. nuptias bella ejus continua prohibebant. 3) anno 1235. nulla fuit in domo Brunſwicenſi, quam Fridericus ducere potuiſſet, etenim ſæc. 12. fine & 13. initio, tres erant Duces Brunſwicenſes, quibus Filiæ fuerant, *Henricus Leo*, & Filius ejus *Henricus Palatinus Rheni*, ac *Otto* Nepos *ex Filio Wilhelmo.* Henrici Leonis Filiæ eo anno jam omnes mortuæ. V. Hübner. tab. 151. & 183. Henrici Palatini Filiæ, *Agnes ſeu Gertrudes*, & *Irmengardis* ſeu *Elike* alios habuere Maritos. V. Hübner. tab. 151. 132. 230. Ottonis vero Filiæ quinque teneriores erant, quam ut nubere potuerint. V. Hübner. tab. 185. ubi eorum Maritos refert; errat vero etiam Hübner. dum tab. 123. Friderici hujus Uxorem II. refert Gertrudem Brunsvicenſem, potius enim primam ponere debuiſſet, utpote mox defunctam, & alteri locum cedentem.

Unde omnino tres erant Friderico Uxores, ordine tamen iſto, nempe ut Gertrudes Brunſwicenſis prima, altera Sophia Græca, tertia tandem Agnes Merania ſtatuatur. Pro Gertrude Brunſwicenſi ſequentia ſint argumenta: 1) lapis ſepulchralis in Eccleſia S. Crucis Monaſterii in Auſtria, qui ita habet: *XV. Kal. Maji obiit Gertrudis de Brounſchvvich Duciſſa Auſtriæ & Styriæ.* 2) Ortilo Campil. qui ait: *Friderico alteri Filio Uxorem dat Gertrudem de Brunſvvich, ſed altero menſe defunctam.* 3) Necrolog. Campilil. *XV. Kal. Maji Dom. Gertrudis Duciſſa de Brunsvvik, Friderici Ducis A. & S. Uxor prima ſtatim defuncta.* Et in hac ſententia optime conciliantur teſtimonia authorum ſuperius allata, nec obeſt ſilentium authorum Saxonicorum & Brunſwicenſium de his

nuptiis, nam novimus perſæpe in Genealogiis, liberos adoleſcentes mundo ereptos, etiam nuptos, ſine omni religione fuiſſe omiſſos, præſertim, cum ex his nuptiis poſteritas nulla provenerit, & Fridericus Dux apud facile credulos multa calumnia ſuerit notatus; cum vero eodem anno, ad feſtinandam hæredis maſculi ſpem adducta fuerit Friderico Uxor altera, Soror vel Neptis Reginæ Hungariæ, ut ajunt Chronica Salisburg. Leobienſe & Auguſtanum, primam Uxorem Brunsvicenſem ob lætitiæ brevitatem diſſimulatam fuiſſe facile auguror.

Frid. Imp. res. Fridericus Rom. Imperator, ut ait Chron. Auſtrale *Prælatis Eccleſiæ & Principibus Regni pro negotio S. Crucis, apud Cremonam curiam indixit, Longobardi vero timentes Imperatoris inſidias viam ubique inter montana venientibus obſtruxerunt*, unde inter Rhæticas alpes hæſit Fridericus, & Henricus Filius ejus ab Italiæ acceſſu prohibitus in Alemanniam rediit, cui teſte Ortilone Campilil. Leopoldus noſter, comitem egit.

Leopold. Dux in Italiam abit.

Hæc Ducis abſentia, nefario ſceleri occaſionem dedit, qua plus quam degener ejus Filius Henricus, adverſum parentes inſurgere non eſt veritus, ita docent Chronica Salisburg. & Clauſtroneoburg. quod ad hunc annum ita ſcribit: *Henricus Filius Ducis Auſtriæ, e conſilio & auxilio quorundam iniquorum oppoſuit ſe patri ſuo, atque caſtrum Haimburch præoccupavit, Matremque ſuam inde magis contumelioſe ejiciens, quod tamen caſtrum Pater in brevi recepit.* Eadem habent Chronica Leobienſe, Paltrami, & Zwetlenſe; etſi vero ſceleris patrati veniam Henricus accepiſſet, in priſtinas tamen relapſus eſt furias, & *vitæ patris ſui* (qui redux ab Italia caſtrum Haimburg mox recepit) *multis modis inſidiatus eſt, ſed tamen Deo ſe protegente evaſit manus ejus*, uti cit. ſupra Chronica ajunt.

Henricus Filius Leopoldo Duci rebellis.

Henricus hic an Dux Medlicenſis fuerit.

Nonnulli ex Arenpekio Henricum hunc Leopoldo Duci rebellem, appellant *Ducem de Medling*, dicuntque eum bona, vivo adhuc Patre poſſediſſe, quæ olim habuerat Henricus Frater Leopoldi VI. Ducis, *Henricus I. de Medling* dictus, & anno 1223 defunctus; ſed, perperam hæc & confuſione quadam dici ſolent, nam *Henricus I. & ſenior de Medling* longe alius erat, Filiumque habebat *Henricum II. & juniorem de Medling* appellatum, qui adhuc anno 1232. Monaſterio S. Crucis duas chartas expedivit, unaque harum Friderico Auſtriæ & Styriæ Duci, omnem hæreditatem ſuam tranſcripſit, ſi prolis expers obiret, unde, cum Henricus Filius Leopoldi noſtri nec annum 1228. vivendo exigeret, & Henricus II junior de Medling an. 1232. adhuc viveret, ille ab utroque Henrico de Medling diſtinctus eſſe debuit, cum in Medlicenſium bona ſuccedere non potuerit. Sane, non eſſet ratio, cur in Patrem Leopoldum inſurrexiſſet Henricus Filius, ſi *Medlingam*, cum caſtris *Neudorf, Solenau, Dreskirchen, Waltersdorf, Gumpoltskirchen*, (quæ Arenpekius inter bona Medlicenſium numerat) poſſediſſet, crediderim itaque potius Abſaloni huic Auſtriaco cauſam inſurgendi in Patrem fuiſſe, quod incongruum duceret, ſe jam uxoratum, & prolis proximæ naſcituræ Patrem, familiam ſine dominio habere.

Medlicenſium Principum bona.

Lavent Epiſc. initia.

Ulricus Ep. I. antea pleban. in Haus.

Collecta ab an. 1223. documenta a Commiſſariis Apoſtolicis, de erigendo Epiſcopatu Laventino, Romam transmiſſa, hoc demum anno, eidem Sedi initium dedere; de quo Chron. Salisburg. ita habet: *Archiepiſcopus inſtituit Sedem Cathedralem apud S. Andream in Lavent, cui*

præ-

præfecit Ulricum plebanum de Hus, ſeu Haus in Styria ſuperiore, qui tamen anno ſeq. primum eſt conſecratus.

Ingruente paulatim hyeme, ex Styriæ Prælatis, jam ſatur honoris *Gotfridus II. Admontenſis Abbas ordine XVII. Abbatiam reſignavit* 8. *Idus Decembris, & tertia die Wichpoto electus ſubrogatur.* Ita Chron. Admont. & Catalogus Abbat. apud Frœlich. Diplom. Styr. *Abbas* alter *Runenſium Engelbertus* e Familia Comitum *de Helfenſtein*, ob inſignem in regimine prudentiam, & œconomiæ ſtudium, ad Eboracenſis in Franconia Ciſtercii clavum petitus, ſucceſſorem habuit Ludovicum ordine VII. Abbatem Runenſem, hic, ut ait Catalogus Abbat. Runenſ. dictus *Stadtegger - - Monaſterii annis* 20. *curam paſtoralem geſſit, & gratia diverſarum virtutum adornatus, ſpeciali devotionis claritate in domo Dei tanquam gemma ſplendidiſſima relucebat.* De ejusdem Genealogia egi in annot. Diplom. 40. hujus tomi.

Gotfrid. II. Abbas Admont. XVII. reſign. Succ. Wichpato Abbas XVIII. Engelb. Abb. Run. fit Eborac. Succ. Ludov. Stadegg. Abb. VII. Runenſ.

Alterius celeberrimi in Styria Monaſterii, ſeu Cellæ B. V. M. in Styria ſuper. Monaſterio S. Lamberti unitæ meminiſſe opportet; de ea Bohuslaus Balbinus in epitome rerum Bohemic. pag. 254. circa hunc annum docet, quod primitiæ cœleſtium favorum effulgere primo cœperint, dum nempe Henricus Filius Theobaldi Moraviæ Marchionis an. 1223. Patri ſuccedens, & tertio jam anno paralyticus, in ſomnis a S. Wenceslao admonitus eſt, ſi valetudinem obtinere vellet, conferret ſe ad ædes Marianas B. V. in Cella, in Styria ſuperiore ſitas: idem quoque ejusdem conjugi eodem morbo laboranti per ſomnum detectum eſt; concepto voto fides ſomnio ex ablato paralyſis morbo mox eſt conciliata, magno & numeroſo famulorum comitatu conjuges ambo iter ingreſſi, cum aberrarent a via, vel a S. Wenceslao, vel ab Angelo Cuſtode ſub ſpecie peregrini ducti in vallem Cellenſem feliciter pervenerunt, ubi gratiis Deo & B. V. M. perſolutis Eccleſiam illam, in juſtam templi formam pervexere, & beneficii fama per omnes fere partes ſparſa, effecerunt primi, ut cultus Cellenſis per Hungariam, Bohemiam, Auſtriam, vicinaque loca longe lateque diffunderetur. In propylæo S. Cellenſis ædis ea verba expreſſa erant: *S. Wenceslaus Marchionem Moraviæ, ejusque Uxorem a paralyſis ægritudine diu fatigatos, indicat liberandos.*

Cellenſis B. V. M. ædes prædiis clarent.

Author hiſtoriæ Ducum Styriæ, ſacram S. Franc. Seraphici familiam duo obtinuiſſe Monaſteria ad hunc annum ſcribit, horum alterum Græcii ad Muram, ejusque portam veterem ideo Mur-Kloſter dictum, ſub aſſumptæ B. V. M. patrocinio Religioſi S. Franciſci Filii Strictioris obſervantiæ hodie incolunt. Alterum ſacræ Virgines ſub D. Claræ inſtituto ad pedem Urbis Judenburgenſis habitant, quod hoc nomen Paradiſi ab innocentia & ſanctitate morum gerit, de quo jam quæpiam ad annum 1222. dixi. Bina hæc Monaſteria vivente adhuc S. Franciſco huic ordini data Gonzaga ſcriptor domeſticus notat, alii tardiorem epocham figunt; in Græcio topographice deſcripto notatur annus circiter 1240. quo ad B. V. M. aſſumptæ ædes ſacras Græcii PP. Conventuales S. Franciſci perveniſſe dicuntur. V. an. 1222. dicta.

Græcii Monaſt. B. V. M. aſſumptæ Ord. S. Franc. Judenburg. Monaſt. Paradiſus.

Nec minus Leopoldus Dux noſter, Ordini Prædicatorum Viennæ domicilium ſtruxit, dein alterum in Crembſa, uti ex Sigismundo

Prædicatores Vien. & Crembſ.

Ferrario Ord. Prædic. in Chronico Ord. S. Dominici cap. 2. de rebus Provinciæ Hungar. refert author faſtor. Campilil. Quando vero iidem Patres Venerabiles Græcii ad templum primo S. Sanguini ſacrum, hodie parochiale pervenerint? & quando ex eo ad Eccleſiam S. Andreæ in Suburbio commigrarint? necdum ſatis compertum eſt, ubi documenta domeſtica ab hoc ordine petita, & indies anxie exſpectata obtinuero, plura dicam.

Theodoræ Duc. Styriæ pietas.

Tandem Theodora, Leopoldi Ducis Conjux piiſſima, in Canonia Clauſtroneoburgenſi, ad tumulum defuncti Filii ſui Leopoldi, fundavit lumen perpetuum, pro quo prædium quoddam *Neuſidl*, ab Eccleſia Clauſtroneoburgenſi obligatum, 20 talentis redemptum, eidem Eccleſiæ, ſub onere luminis perpetui reſtituit.

Anno 1227.

ANNO 1227.

Indict. 15, Gregorii IX. P. I. Frider. II. Imp. XV. Leopoldi Gloriſi, Ducis III. Styriæ XXXIII. Auſtr. XXX.

Frider. Imp. moratur exped. Paleſtinæ.

Aderat denuo annus, quo Fridericus Imp. expeditionem orientis ſub juramento anathematis ſe ſuſcepturum profitebatur, Honorius Papa nihil non egit, ut omnia impedimenta amoveret, profutura ſingula præpararet; inter impedimenta erant diſſidia Imperatoris, cum Urbibus Lombardiæ, & cum Joanne Rege Hieroſolymorum ſocero ſuo; Urbes Italiæ non ſolum ad pacem, ſed ad ferendas etiam ſuppetias itineri ſacro permovit Papa, quoniam vero ab Imperatore Papa impetrare non potuit, ut Regni lacinias Joanni Hieroſolymorum Regi reſtitueret, huic, ut vivere poſſet, Prætoris Vaticani nomine, aliquas Italiæ Regiones gubernandas tradidit: hos inter conatus pios, Papa Honorius diem ſuum clauſit 5. Kal. April. ſeu 18. Martii.

Honorius III. Pap. obit.

Margaretha Leopold Filia coronatur Reg. Germ.

Currente eodem menſe Martio, Henricus Friderici Imperatoris Filius, Germaniæ Rex, Aquisgrani celeberrimam curiam tenuit, ex totius Germaniæ Principibus conflatam, cui aderant e noſtris, Salisburgenſis Archiepiſcopus, Auſtriæ, Styriæ, Bavariæ, Carinthiæ Duces, aliique, qua in curia, *Uxor ipſius Regis, Filia Ducis Auſtriæ Margaretha, regali benedictione eſt conſecrata.* Ita Godefridus Colon. unde errant alia Chronica, quæ Regem ſimul, & Reginam coronatam, vel matrimonio primo junctam docent, nam jam an. 1222. Henricus Rex per Engelbertum Colonienſem Archiepiſcopum eſt coronatus, an. vero 1225. cum Margaretha conjunctus, hæc vero an. 1227. per Henricum Colonienſem Archiepiſcopum coronata.

Leopold. Dux Græcii moratur. Secc. & Wildon. res.

Gobernitz prad. Seccov.

Antequam ad hanc Filiæ ſuæ ſolemnem coronationem abiret Leopoldus Dux noſter, Græcii moratus, & compoſitionem, inter Cathedrale Seccovienſe Capitulum, & Fratres Wildonios firmaſſe videtur, ut V. Dipl. mea num. 53. Compoſitio hæc erat de *prædio Gobernitz*, pro cujus redemptione Præpoſitus Seccovienſis, dedit *Fratribus Luitoldo & Ulrico de Wildonia*, 50. marcas denariorum, hi vero ceſſerunt omni jure, & lite ſuper eodem prædio, jure duntaxat advocatiæ ſibi reſervato: *Acta ſunt hæc Græcii in Eccleſia S. Cunegundis XIII. Kal.*

Kal. Martii &c. mox iidem Fratres Wildonii ceſſerunt prædium dictum, de quo pl. V. Dipl. 54. in fine.

Hugolinus Oſtienſis Epiſcopus Papa electus, Gregorius IX. eſt dictus, qui mox præter encyclicas ad omnes Chriſtianos Principes, peculiariter Fridericum Imp. ex voto ad expeditionem eſt cohortatus, cumque teſte Chron. Clauſtroneoburg. cruce ſignati circa 80. millia in Sicilia convenirent, claſſe Imperatoris transportandi, Imperator, quaſi ante eos iturus, tamdiu in Apulia hæſit, ut interea æſtivi ferroris incendio, inſueta Germanis temperie, aeris inſalubritate, aridiate ſitis, pars plebis & nobilium magna interiret, quos inter erant *Sifridus Epiſcopus Auguſtanus, & Ludovicus Lantgravius Thuringiæ;* reliquos dimiſſos Fridericus Imperator ita feſellit, ut infirmitatem cauſatus hæreret primum, dein rediret, mox alia & alia ageret, tandem cruce ſignatos domum ſuam petere compelleret, hinc Papa eum reum anathematis, quo ſe ipſum devoverat, publice denunciavit. *Greg. IX. P.*

Fridericus Imp. inde ad excuſandum facinus, & obtinendam veniam oratores Romam miſit infulatos, quorum primus erat Archimyſta Brunduſinus, ſed cum hos rejiceret Papa, ad Imperii Principes apologiam dedit Fridericus, qua citra juris ordinem, ſe diris addictum querebatur; oratores quidem congrue audiri potuiſſent, & revinci, de facto Cæſaris, ſed eos auditos non eſſe, nihil in reatu Friderici emendabat. *Frider. Imp. excommunicatur.*

Dedit vero Papa Duci noſtro Leopoldo litteras, quibus ipſum ob ardeſcentem S. expeditionis Zelum collaudat, ac in fidem & clientelam recipit, quas tamen litteras Raynaldus non vulgavit, ut proin diſpicere non liceat, an Dux noſter S. Crucis teſſeram acceperit, an ſolas eidem curas impenderit? *Papa ſcribit Duci noſtro.*

Menſe Novembri Archiepiſcopus Salisburg. cum Duce noſtro Leopoldo Græcii, Styriæ Metropoli, verſabatur, eodemque litem dirimebat, quæ inter Bernardum Carinthiæ Ducem, & Ecbertum Epiſc. Bamberg. vigebat de arce *Werdenberg*, quamque utraque pars ad eorum arbitrium detulit, in ſintagmate Diplom. Bamberg: ſubſcriptio hæc legitur: *Acta ſunt hæc apud Graze 15. Kal. Dec. An. Dom. MCCXXVII. in præſentia Rudgeri Chiemenſis, & Caroli Seccovienſis Epiſcoporum. Henrici Marchionis Auſtriæ, &c.* antequam vero Græcium veniret Dux noſter, 7. Idus Novembris, Gyrienſis in Styria infer. Cartuſiæ fundationem ſolemni Diplomate *apud forum Marchburg* confirmavit, ut V. Dipl. mea in fine num. 55. *Græcii agunt Dux Leopold. & Eberh. Salzburg. ac Carol. Ep. Seccov.* *Antea Marchburgi.* *Gyrienſ. rer.*

ANNO 1228. *Anno 1228.*

Indict. 1. Gregorii IX. P. II. Frider. II. Imp. XVI. Leopoldi Glorioſi, Ducis III. Styr. XXXIV. Auſtriæ XXXI.

Cæſar Fridericus nullius penſi cum haberet, ſe anathematis reum ſuomet judicio declaratum, denuo a Gregorio Papa IX. in Cœna Domini ſolemniter ab Eccleſiæ communione eſt proſcriptus, qui inde majora timens, potentiores Romæ Primores auro corrupit, & *Frider. Imp. excommunicatur.*

in Papam commovit, ita, ut urbe excedere, & Perusium declinare cogeretur, *ubi* teste Chronico Australi, *habito colloquio Principes a fidelitate Imperatoris absolvit*; vicissim Fridericus Imp. curiam Principum Germaniæ apud Ravennam condixit, a qua tamen impeditus fuit legationibus, & nunciis Papæ.

Leopold. Dux in Italiam abit.

Eo tamen se contulit etiam Princeps noster Leopoldus, uti habet Chronic. Salisburg. *Electus Brixinensis in die Palmarum XIV. Kal. April. apud Venetias ab Archiepiscopo Salisburg. in Episcopum consecratur, præsentibus Archiep. Magdeburg. & Duce Austriæ, qui ad occurrendum Imperatori Italiam intraverant.*

Redit mox.

Papa, ne quid in se ab Imperatore moveretur, impediit conducto exercitu Cruce signatorum, seu clavim Ecclesiæ in labaris & veste deferentium; hinc rediit ab Italia, cum Henrico Rege, aliisque sacris & laicis Principibus Leopoldus Dux, atque in Bavaria torneamento solemni, seu ludo equestri Straubingæ adfuit, dum Otto Primogenitus Ludovici Ducis Bavariæ, baltheo militari, pridie Id. Maji ipso Pentecostes die exornaretur, simulque, ut ait Chronic. Augustan. *Virtcus primus Laventinensis Episcopus ab Archiepiscopo Salisburg. consecraretur.*

Vitæ periculum subit.

Dux dein noster, dum ad hyberna vocatur, serio postulatur ad luctum, imo ad mortem, nam, ut consentiunt Chronica Australe, Clausstroneoburg. Zwetlense, aliique authores, *Dux Bavariæ, aliique multi ex nobilibus per Bavariam, Leopoldo Duci Austriæ & Styriæ, insidias mortis parabant, quas tamen per Dei gratiam sine læsione evasit;* quæ causa odii & intentatæ necis fuerit? nullibi exprimitur, nec quomodo evaserit? credibile est, illustres Principes, Leopoldi Comites, obstitisse, ne quid mali se praesentibus Duci nostro fieret. Erant vero praesentes hi Principes teste Chron. Augustensi. *Henricus Rex, Filius Friderici Imp. Ludovicus Bavariæ, Leopoldus Austriæ, Bernhardus Carinthiæ, Otto Meraniæ Duces, Heinricus Marchio de Andechs, Episcopi: Eberhardus Salzburg. Hermannus Würzburgensis, Ekebertus Bamberg. Gebhardus Patav. Sigefridus Ratisbon. Siboto Augustensis, Heinricus Eistetensis, Rudigerus Chiemensis, Karo* (leg. *Karolus*) *Senensis* (lege *Seccoviensis*) *præter Vlricum Laventinum* ibidem consecratum.

Carolus Ep. Seccov. in Bavar.

Privileg. Can. Reg. S. Aug. in in Salzburg.

Eberhardus Salisburgensis in Italia existens, egregium obtinuit a Gregorio IX. privilegium pro Can. suis Cathedralibus regulam S. Augustini professis, quod adducit author Germ. sacrae tom. II. f. 327. &c. in hoc inter alia statuitur, *ut Ordo Canonicus secundum B. Aug. regulam* perpetuis temporibus ibidem servetur.

Henricus Filius Leop. Ducis obit.

Necem, quam Leopoldus dux in Bavaria evasit, incurrit ejus Filius Henricus, quem quidam intentati parricidii causam volunt. Chronic. Austriac. MS. Augustiff. Cæs. Bibliothecæ ita habet: *Heinricus Leopoldi Filius misere obiit*, an violenta, an naturali morte? incertum, recentiores exulem in Bohemia obiisse volunt, sed exuvias Arenpekius & Enenkelius, Clausstroneoburgum delatas docent, reliquit unicam ex Agnete Thuringica Filiam Gertrudem, quæ miseris agitata fatis ludibrium humanæ sortis evasit.

Leopold. Dux obtinet reg. coronam.

Luctu Filii morte progenito tantisper composito, Dux noster aulam Henrici Regis in Sveviam mense Augusto secutus, praerogativam re-

regiam ab Auguſto genero obtinuit, nempe ut regio poſthac diademate, tiara Ducalis exornaretur, Diploma vulgavit Arenpekius in Chron. Auſtr. apud Hier. Pez tom. 1. Col. 1207. &c. quod Puſchius aliique typis mandarunt.

Eberhardus ad ſua quoque reverſus, Salisburgi edidit litteras, quibus electionem Epiſcopi Seccov. & Lavantini, ſibi & ſucceſſoribus ſuis reſervavit; mox etiam litem ſuſtulit inter ſe & Ducem Bavariae, de Patronatu Eccleſiæ Oetinganæ hærentem, dum Duci Collegium Canonicorum ibidem fundanti, jus patronatus ea de cauſa ceſſit, & edito Diplomate firmavit, ſubnotati erant: *Rudigerus Chiemenſis, Carolus Seccovienſis Epiſcopi, Albertus Præpoſitus, Chuno Decanus, totumque Capitulum Salisburgenſe.* Bullam de juribus Epiſc. Seccov. 4. Idus Maji Salisburgi editam vulgavit Frœlichius inter Diplom. Seccov. num. 47. & inter Epiſc. Seccov. num. 9. in ea ſtatuuntur ſequentia: 1) ut in electione Epiſcopi Seccovienſis, Prælatus & Capitulum Seccovienſe, nihil ſibi unquam vendicent, ſed electio ea ſemper ad Archiep. Salisburg. pertineat. 2) ut electus Epiſcopus Seccovienſis, ante conſecrationem, coram Archiepiſcopo, juret Capitulo Salisburgenſi, ſe eidem ſemper fore devotum. 3) Epiſcopus Seccov. ſede vacante Salisburgenſi, ſe nullatenus ingerat electioni Archiepiſcopi. 4) Solemnia divini officii non celebret in Eccleſia majore ſeu metropolica, niſi vocatus a Capitulo, præter Pontificalia officia, quae Archiepiſcopo abſente, ejus vice adimpleat, & quidem de mandato Archiepiſcopi ſpeciali. 5) In cauſis cognoſcendis, quarum definitio, non præſente Archiepiſcopo, de iure communi ſpectat ad Capitulum majoris Eccleſiæ, extra ſuam Diœceſim ſe non intromittat. 6) Statuitur, ut Præpoſitus Cathedralis, nunquam a latere Archiepiſcopi, ſeu in publico, ſeu in privato ſeparetur, propter præſentiam Epiſcoporum a Salisburg. Archiepiſcopo creatorum, ſed Præpoſitus Cathedralis ſemper in ſiniſtro latere, Gurcenſis vero & reliqui Epiſcopi in dextro latere, ſecundum ætatem cujuslibet Epiſcopatus in ſuo ordine ſtatuatur, ita definitum Salisburgi 4. Idus Maji.

Seccov. Epiſc. elect. reſervatur Sedi Salisburg.

Leges Epiſc. Seccov. datæ.

Haec bulla dubio ſubjacet in epocha ſua, cum enim ex ſupradictis Eberhardus Salisburg. Straubingae adfuerit ſolemniis illis, quibus Otto Primogenitus Bavariæ cingulo militari ornatus eſt S. Pentecoſtes die, pridie Id. ſeu 14. Maji, ægre videtur, quomodo 4. Idus, ſeu 12. Maji dari potuerit haec bulla Salisburgi, & dein 14. Maji Straubingæ fuiſſe Eberhardus: quamvis vero indictio anno cohæreat, dies tamen alius, vel ſi lubet, menſis ſubſtituendus erit, nempe ut legatur data bulla, vel 6. Idus Maji ſeu 10. hujus menſis, & inde Straubingam abiiſſe, vel ſi in reditu ea facta ſunt, menſis alius ponatur. 6. Idus Maji datam docet author Germ. Sacr. tom. 2. f. 328.

Paſſav. Epiſcopus Gebhardus ex Italia reverſus dedicavit Monaſterium S. Hypoliti Ord. Can. Reg. S. Auguſt. ut habent monumenta Canoniae ejusdem; quo etiam tempore circiter, ut Chronicon Paltrami apud Hier. Pez tom. 1. col. 711. refert: *Ungari intraverunt fines Styryæ, & vaſtaverunt eos rapina & incendio, Styrienſes vero ſine rectore perſecuti ſunt eos, Ungari vero trahentes eos, longius a finibus ſuis, inſidias ponentes poſt*

Styria vaſtatur ab Hungaris.

eos convertebantur, & ad ipsos accedebant ante & retro, multi vero ex utraque parte mortui sunt, & multi vulneribus debilitati, tandem Ungari victoriam potiti nobiliores ex eis captivaverunt; vastationis hujus Styriæ, cum nemo historicorum præsertim domesticorum meminerit, censeo eam, vel nullius momenti fuisse, vel ad an. 1233. referendam esse, ut V. ibidem.

Seiz. Gyrienf. ac Oberburg. Monast. confir.

Ambas Styriæ nostræ Cartusias, Seizensem & Gyrienſem, Papa Gregorius IX. editis binis Diplomatibus XV. Kal. Dec. Perusii confirmavit, in tutelam recepit, ac singularibus gratiis est persecutus, ut V. Diplom. Styr. part. 2. col. 88. & 157. Idem beneficium impendit Oberburgensi Styriæ Monasterio, ut V. loc. cit. f. 282. 295.

Carol. Ep. Seccov. II. aras dedicat.

Anni huius fine, nempe *octavo Kalend. Januarii*, ut ait MS. Chron. Vorav. *sub Præposito Heinrico, a V. Seccovienſi Episcopo Carolo*, Voravii *dedicatum est altare singulariter in honore S. Jacobi Apost. majoris, nec non & S. Crucis. Tandem* pergit idem Chronic. *præfatus Heinricus Præpositus bona vita diem clausit, videlicet die post S. Blasii*, proin 4. Februarii, cum vero anni hujus fine, 8. Kal. Jan. seu ipso Nativ. Dom. die dedicatio dicta peracta fuerit, Henricus Præpositus Vorav. anni seq. initio seu 4. Febr. diem supremum clausit, de quo plura an. seq.

Anno 1229.

ANNO 1229.

Indict. 2. Gregor. IX. Pap. III. Frider. II. Imp. XVII. Leopoldi Glorioſi, Ducis III. Styr. XXXV. Austriæ XXXII.

Frid. Imp. iter in Palæstinam.

Tumultuarium Friderici Imp. sine exercitu, copia, apparatu, anni prioris fine susceptum in Palæstinam iter, Gregorio Papæ minime placuerat; hoc jam anno Fridericum continui in Palæstinam nuncii sequebantur, anathema in eum denuo promulgatum, nemoque antistitum ei in oriente obsequebatur, adeo, ut ipse se Regem coronare Hierosolymæ cogeretur; inde ob res Italiæ & Siciliæ turbatus & confusus, pacem cum Soldano ad decennium concluſit, illicoque ex oriente remeavit, pacem hanc turpem commendant tamen scriptores varii, & hos inter Chronographus Australis, Mellicensis, Elvangensis, eo quod Jerusalem, Nazareth & Joppe cum terris adjacentibus, & aliis quibusdam locis, restituta fuerint Christianis: longe aliter vero Gregorius IX. Pap. aliique sanæ mentis hac de pace sentiebat, eamque rem amare conquestus est Duci nostro Papa, ut videre est apud Raynaldum tom. 13. pag. 360. num. 23. at, ut erat pacatae indolis Gregorius Papa, rem hanc iniquam non solum patienter tulit, sed anno etiam seq. in pacem Sacerdotii & Imperii consensit.

Excommunicatur.

Pacem cum Soldano facit.

Papa scribit Leopoldo Duci nostro.

Cur hæc Papa Duci nostro perscripserit? non constat quidem, credibile tamen est, id ideo factum, quod Dux noster a Friderici Imp. partibus continuo steterit, donec delicta Friderici omnimode edoceretur.

Frider. bellic. divortium.

Inter has turbas Fridericus Filius Ducis nostri, turpe cum sua Conjuge divortium fecit; ita præter alia habet Chronicon Australe: *Fridericus Filius Ducis Austriæ Neptem* (aliis Sororem) *Reginæ Ungariæ repudiavit, quæ copulata ei erat in Conjugio, & Filiam Ducis Moraviæ* (lege *Meraniæ*) *sibi illicite copulavit, Patre suo in omnibus his author,*

Orti-

Ortilo Campilil. aliique legunt *Patre permittente.* Conjux prima Friderici erat Gertrudes Brunſvicenſis, ut an. 1226. oſtenſum, hac altero menſe vitæ erepta, ſecunda inducta eſt Uxor, *Soror, Neptis, vel cognata* Regis Hungariæ, ut ajunt Stero, Chronic. Auguſtanum & Auſtrale, Haſelbachius, Suntheimius, & Arenpekius &c. quæ nuptiæ tum conceptæ videntur, cum Bela Andreæ Filius in Auſtriam ad Ducem Leopoldum fugeret, ſicque probabilius una Sororum Belae in Auſtriam quoque veniret.

Repudii cauſa ſterilitas fuiſſe videtur, in plebem vero vulgatum, quandam eſſe ſanguinis neceſſitatem, quæ inter Theodoram Friderici Matrem, & Mariam ejus Conjugem, græcam utramque Principem interceſſerat, quam conſanguinitatem etiam revera exſtitiſſe, plerique Scriptores aſſerunt. *Quæ cauſa ejus?*

Culpa itaque omnis Leopoldi Ducis noſtri in eo erat, quod inconſulto Epiſcopo, divortium hoc fuerat attentatum, atque hoc poſtremum, judice fama publica, Patri, Filioque culpam, calorem vero iracundiæ propinguis repudiatæ, ſtragem & vaſtationem terris noſtris adſciverit; quamquam Leopoldus Dux in eo etiam excuſandus videatur, quod rem hanc conſcſentiae ad ordinarium deferre Epiſcopum intermiſerit. ea de cauſa, cum flagrare Pataviae diſſidia inter Gebhardum Epiſc. & Canonicos probe ſciret; tertia itaque Uxor Friderici erat Agnes Filia Ottonis Meraniae Ducis.

Reverſus interim ex Oriente Caeſar, reoccupata Sicilia invaſit ditiones Eccleſiæ, contra quem Papa varios Principes, ac Leopoldum præcipue noſtrum evocavit, viciſſim Imperator diſcordias pertæſus Leopoldum, ut arbitrum pacis ſe inter ac Papam ageret, implo-ravit, conſtituti ſunt cum Duce noſtro arbitri, Patriarcha Aquilejenſis, Archiepiſcopus Salisburgenſis, Epiſcopus Ratisbonenſis, Otto Meraniæ, & Bernardus Carinthiæ Duces, qui ſeq. anno pacem Imperii cum Sacerdotio felici alea reſtituerunt. *Leopold. Dux noſter arbiter pacis inter Imper. & Sacerdot. item Berthold. Aquilej. Eberhard. Salzburg.*

Hæc arbitrorum electio, circa medii anni lapſum vel tardius geſta fuiſſe oportet; nam Bertholdus Aquilej. Patriarcha, antea Gregorio IX. Papæ adverſabatur; extant huius ad Bertholdum litteræ datæ 12. Kal. Jul. ſeu 20. Junii apud Raynaldum hoc an. num. 45. quibus eum carpit Papa, quod ſentiret cum Eccleſiæ hoſtibus, ad alios etiam ſubornandos ſtudium, & operam converteret, eamque ob cauſam Hungariæ Regem Andream II. adiiſſet: monitis Pontificis ſummi obſecutus eſt Patriarcha, eaque de cauſa ſe Gregorio in perdifficili negotio, utilem gratumque exhibuit, ac cum reliquis arbitris, pacis conditiones ſtatuit. *Berthold. Aqui. reconciliatur Papæ Greg. IX.*

Inter arbitros pacis hujus, erat etiam Bernardus Carinthiæ Dux, de quo Valvaſorius lib. 14. annal. Carniol. f. 292. ad hunc annum docet, ei cum Eckeberto Epiſc. Bamberg. & Ottone Meraniæ Duce grave bellum fuiſſe, ſed ante hunc annum, imo jam an. 1227. transactionem publicatam fuiſſe tradit Ludewigius ſcript. rer. Bamberg. tom. 2. p. 1142. transactione hac Dux Epiſcopo cedit *arcem Werdenberg*, eandemque a Præſule feudi titulo accepit; inſtrumentum hujus transactionis *datum* eſt *Græcii an. MCCXXVII. 15. Kal. Decemb.* *Duplex Bern. Carinth. Duc. bellum cum Epiſcop. Bamberg. unum hoc, alterum anno 1233.*

Ortenburg. C. Herm. Aufenſtein de Conr. Liechtenſtein Dietmar. Seldenhoven de Colin Dietrichſtein Henr. v. de Vinkenſtein Ungnad de Henr. Preſing de Joan. Paradeiſer Henric. Liebenſtein de Joan. Rauber de Alex. Finkenſtein arx.

Grave id bellum fuiſſe ſcribit Valvaſorius cit. ex Lazio & Megiſero, inter Belliduces Carinthiæ memorat *Hermannum Comitem de Ortenburg, Conradum de Aufenſtain, Dietmarum de Liechtenſtain, Colinum de Seldenhoven, Henricum de Dietrichſtein*, quem Lazius alibi Dominum *de Vinkenſtein* appellat, ac *Henricum Ungnad de Weiſſenvvolf*, aliosque.

Duces Equitum erant DD. *de Dietrichſtein, & de Ungnad*, Peditum vero erant *D. Colinus de Seldenhoven, & D. Joan. Ern. de Preſing*; Cornu lævum dirigebant *Henricus Paradeiſer, & D. Joannes de Liebenſtein, Alexander de Rauber*, etiam *Engelſcalcus* dictus, aciem prælii cum Ortenburgico, & Aufenſteinio ſuſtentabat. Poſt ingens & acerrimum certamen (cui interfuiſſe Ulricum Epiſc. Lavant. volunt) Captus eſt Ecbertus Bamberg. & *arci Finkenſtein, ab Henrico de Dietrichſtein* incluſus, e qua tamen ad preces Friderici Imp. liberatus denuo transactionem cum Duce Bernardo iniit, ita Valvaſor. qui etiam inde a Bernardo Duce Carinthiæ Monaſterium B. V. M. in Landſtraſs Ord. Ciſterc. exſtructum docet. Hæc tamen omnia ad an. 1233. pertinere arbitror, ut ibidem dicam.

Bohem. irrupt. in Auſtriam.

Mature nimis refertur a Sterone, Dubravio, aliisque irruptio Bohemorum in Auſtriam, ea enim non huic anno, ſed ſequenti vel an. 1231. illiganda videtur, ut ſuo loco dicetur.

Stanzenſ. Canon. fundat.

Præterea hoc, vel priore anno, ut habent documenta mihi noviſſime communicata, fundatum eſt celeberrimum Canonicorum Regularium S. Auguſtini in Stanz Collegium: ita vero ajunt documenta ex eadem Canonia, mihi ſuccincte admodum communicata: *Luitoldo Comiti de Wildonia, cui ex avita & illuſtriſſima Liechtenſteiniana Familia Uxor erat, initia ſua hoc Collegium debet. Hujus enim liberalitas, Epiſcopo Seccovienſi, & Archiepiſcopo Salisburgenſi annuentibus, ampliæ in infer. Styria Regionis, quam ditione tenebat, partem large ſuppeditavit, qua ædes ſacra, quam D. Catharinæ V. & M. honoribus dicatam voluit, & Collegium Viris D. Auguſtini regulam profeſſis, ab eo traditum an. 1228. ſurrexit.* Eadem verba an. 1740. Græcii impreſſa ſunt: aſſurgens in campo ſuis montibus coronato, miti aſcenſu, planoque culmine tumulus, erigendæ baſilicæ, & ſacro polyandro opportunam ſtationem præbuit.

Wildon de Luitold. I. Fundat. Stanz.

Gerold. Præpoſ. I.

Geroldus ab ipſo Fundatore, cum prima religioſorum virorum colonia, ad Stanzenſem Eccleſiam regendam legaliter inductus, & primus Antiſtes conſtitutus eſt. Ita ead. documenta, an vero e Canonia Seccovienſi Geroldus cum primæva plantatione advenerit? tacent monumenta Stanzenſium, at Seccovienſium an. 1220. ſupra allata documenta id diſertis verbis notant.

Gleichſtorf. Eccleſ. bona reddunntur Ep. Seccov.

Gleichſtorfii in oppido Styriæ, hoc anno 15. Kal. Octobris ſolemnis quædam actio eſt habita; Udalricus de Comyn detinuerat dotem in Gleichſtorf, eam ut redderet, petiit Carolus Epiſc. Seccov. hoc renuente imploravit Epiſcopus auxilium *Hertnidi de Orte*, producto ſimul *Henrici de Orte* inſtrumento, quo compulſus Ulricus de Comyn bona illa reſtituit, ut V. pl. Dipl. Epiſc. Seccov. num. 10. inter mea in fine num. 56. Parochia hæc ſat pinguis, hodie adhuc a Celſiſſimo Principe Epiſc. Seccov. conferri ſolet.

Comyn de Ulric. Orte de Hertnid. & Henricus.

Ad-

Admontenſes ſub anni finem Præſuli ſuo longiore vita digniſſimo funeralia peregerunt: ita enim habet Chron. Admont. apud Hier. Pezium tom. 2. col. 197. *Wichpoto Abbas piæ memoriæ obiit 12. Kal. Decembris. Abbas de Beurn Dominus Bertholdus ei ſubſtituitur.* Compoſuit prius diuturnam litem cum Monaſterio S. Petri Salisburg. de prædiis Mukernowe ſeu Sauſal & Admont, ut V. Bernard. Pez. Cod. Dipl. Admont. n. 100. Quoad diem obitus diſcordat ſeries Abbatum apud Frœlich. Diplom. Styriæ p. 2. f. 246. quæ ſtatuit *pridie Kal. Decemb.* unde hic dies mortis, ſequens vero depoſitionis eſſe videtur. *Wichpoto Ab. Admont. 18. obit.*

Major eſt controverſia de ſucceſſore, nam Chron. Admont. Wichpotonis ſucceſſorem ſtatuit *Bertholdum Abbatem de Beurn*, Catalogus vero, ſeu ſeries Abbat. Admont. apud Frœlich. ita ſcribit: *Jodocus ſucceſſit anteceſſori ſuo an. MCCXXIX. pridie nonas Decemb.* ita ex MS. 1. Admont. num. 45. addit tamen eadem ſeries: *hæc Jodoci electi dies non concordat cum die extincti Wichpotonis; omittit Jodocum MS. 3. & Wichpotoni ſubjungit immediate ſequentem, qui eſt Bertholdus I.* Hæc inter ſe conciliat Puſchius ex annal. Henr. Steronis ita an. 1229. ſcribentis: *Poppo Altahenſis Abbas obiit, Bertholdus Burenſis Abbas eligitur, poſt quem Chunradus eligitur.* Unde putat Puſchius, dici poſſe, Jodocum rite nominatum, antequam magiſtratum capeſſeret, repentino morbo extinctum fuiſſe, Bertholdum vero ad duplicis Monaſterii Regimen vocatum, Altachium neglexiſſe, & Admontenſem Prælaturam ſuſcepiſſe; quamvis vero inter Abbates Benedicto-Buranos apud Gewoldum non reperiatur Bertholdus, Mezgerus tamen eundem inter Abbates Michaeli-Buranos refert; ex hoc loco igitur ob inſignem doctrinam poſtulatus eſt Bertholdus Abbas in Admont, quem liber 1. MS. Admont: vocat *virum ſagaciſſimi ingenii, & omni laude dignum.* pl. ad an. 1231. *Quis ſucceſſ. an Bertholdus an Jodocus.* *Jodocus Abb. XIX. Admont. mox obit.* *Succ. Bertholdus I. Abb. XX. Admont.*

Jam anno priore dixi, Voravienſem Prælatum Heinricum *virum ingenii placidiſſimi*, ut ait Chronic. Vorav. die poſt S. Blaſii fatis functum, hoc itaque anno ei ſubſtitutus eſt Bernoldus Prælatus ordine V. de quo & ſucceſſoribus ejus ita loquitur Chronicon Vorav. *Trium Prælatorum, quorum ordo & acta minime reperiuntur, propter diverſa diſcrimina, pericula, atque damna, ut infra latius patebit. Bernoldus Præpoſitus hujus Monaſterii Vorav. laboribus oppreſſus reſignavit, tandem ſecunda die poſt S. Lamberti vita functus eſt.* Reliquorum ſucceſſorum nomina, omni actorum & temporum, quibus præfuerunt, calculo deſtituta, de quibus pl. ad annos ſeq. *Bernoldus V. Vorav.*

Anno 1230.

ANNO 1230.

Indict. 3. Greg. IX. P. IV. Frider. II. Imp. XVIII. Frider. I. Bellicoſi, Ducis IV. Styr. an. I.

Dum coelum pacem Imperii & Sacerdotii feliciter conceſſit terris, nobis eripuit Ducem noſtrum, cui fata indulſere tantum, ut pacem e cœlis videre integram poſſet; nam inter inchoatæ pacis negotia, teſte Richardo de S. Germano, *Luipoldus Dux Auſtriæ & Styriæ, die Dominico, in Feſto SS. Nazarii & Celſi*, ſeu 5. Kal. Aug. apud S. Ger- *Pax Imperii & Sacerdotii.* *Leopold. Dux Auſtr. & Styr. obit.*

manum naturali morte defecit, *cujus ossa delata sunt more Teutonico in Teutoniam, & Caro apud Cassinum, cum honorificentia tumulata*, funebria ab ipsis Vaticanis Patribus eidem peracta, docet Chron. Australe. Ossa dein in Campililium a se fundatum delata. Dies mortis in dubium vocari potest, nam author Germ. sacr. tom. 2. f. 331. refert duas chartas Frider. Imperatoris, quarum una Ecclesiæ Salisburg. ad S. Germanum mense Augusto, altera Ecclesiæ Frisingensi mense Decembri in castris prope Anagniam est data, in quarum utraque, cum Leopoldus noster post Præsules primus inter testes referatur, obitus ejus ad finem anni usque differendus videtur. Sed vel ex his patet, quam provide uti debeamus Diplomatibus, ad subducendos annorum dierumque calculos, non enim continuo eadem die, qua laudum aliquod, seu judicium in charta est descriptum, vel gratiæ collatio a Principe fiebat, Diploma pariter est confectum, proin si mora intercurrebat, nihilominus iidem testes adnotabantur, qui laudo præsentes erant licet jam defuncti; unde, quod gravis alioquin Scriptoris authoritate asseritur, per tenorem Diplomatis cujuslibet contrariam æram referentis, nequaquam tenaciter nimis est negandum; usu non semel didici, ipsas chartas subin diem locumque, quibus antea celebratum negotium, & dein Diploma expeditum est, secernere, & ennunciare;

Observatio de testibus Diplomatum.

Leopoldi descendentes.

Reliquit porro Leopoldus Dux noster, ex Theodora Manuelis Comneni Augusti Filia, Leopoldum, Henricum, Fridericum Filios, Agnetem, Margaretham, Constantiam, Gertrudem Filias, de quibus singulis agetur uberius, incredibilis erat Austriæ totius & Styriæ dolor, dum se non Principe solum, sed & Patre orbatas videbant; nemo tamen magis dolebat, ac Theodora Vidua Leopoldi adeo, ut ipse Papa Gregorius eam epistola sua fuerit consolatus, referunt eam epistolam annal. Campilil. tom. 2. f. 741. &c. ut adeo pateſcat, quantum utrique Principi ante cæteros omnes, sese Apostolica sedes devinctam addictamque sit professa.

Theodoram Vid. consolatur Greg. IX. P.

Frider. Bellic. Dux Styr.

Successit Leopoldo Patri, Fridericus Filiorum Ultimus, reliquis jam præmortuis anno ætatis suæ 19.

Eberhard. Salisburg. res in Italia.

Inter arbitros pacis Ecclesiæ cum Imperio, Eberhardum II. Archiep. Salisburg. fuisse, superius dixi, hic itaque in Italia constitutus, dum jam an. priore advocatias Monasteriorum & Ecclesiarum alienari vetaret, ut eadem sacrosancta Sanctio a Gregorio IX. Papa firmaretur, imo persuasit Imperatori etiam, ut eandem roboraret. Eadem in tractatione pacis effecit a Papa, ut Præposito Cathedrali Salisburgensi mitræ ferendæ copia fieret. An eadem concessa fuerit potestas Abbati S. Petri Salisburgi, ac Admontensi in Styria, bulla non refert, imo de solo Præposito Salisburgensi loquitur, de quo an. seq. plura. Præterea instituit pro Canonizatione S. Virgilii, hinc Papa Episc. Brixiensi & Abbatibus quibusdam Diœcesis Patav. scripsit, ut idonea sanctimoniæ & miraculorum documenta sibi transmitterent. Tandem, ut conveniunt Chronica Clausteroneoburg. Leobiense aliaque *Ossa Leopoldi* Ducis defuncti, *elata in die B. Andreæ apud Lirnveld*, lege Lilienfeld, *ab Archiep. Salisburg. sepeliuntur, & eodem dictum Monasterium, ab eodem Episcopo consecratur.* De quibus fuse agit Chron. Campilil. f. 779. &c.

Præp. Salisb. obtinet mitram.

An etiam Abb. S Petri Salisb. & Admont.

Sic

Sic rediit Salisburgum Eberhardus, qui etiam teſtem egit ceſſionis, qua jus in Marchiam, Comitatum Iſtriæ & Carnioliæ (de quibus litigatum diu fuerat) Otto Dux Meraniæ, Bertholdo Patr. Aquilej. ceſſit, dum Henricus Frater Ottonis obiret, ſicque hic alteri Fratri ſuo Bertholdo jura illa relinqueret.

Bertholdo Aquilej. ceditur jus in Iſtriam, Marchiam, & & Carniolian.

Inter hæc, teſte Chronico Salisburg. *Karolus primus Epiſcopus Seccovienſis moritur*, diem mortis detegit Necrol. Seccov. *Idibus*, ſeu 13. *Decemb. Karulus piæ mem. Seccov. Epiſcopus*, Henricus ſucceſſor, & Epiſcopus II. Seccov. anno primum 1232. conſecratus eſt, hinc Carolus Epiſcopus an. ſeq. obierit, quia Catal. Epiſc. Seccov. mihi communicatus, obitum Caroli Epiſc. I. Seccov. ad an. 1231. & 13. Decembr. refert, ex Necrol. Seccov. quod diem quidem, non tamen annum mortis notat; de ſucceſſore ita ait II. Epiſcopus *Henricus I. conſecratur a Fundatore Epiſcopus Friſaci in Feſto Pentecoſtes an.* 1232. *obiit an.* 1243. *die* 7. *Octobr. Fuit Henricus origine Zvvetlenſis, inde Clericus, ex Clerico Canonicus, ac demum Epiſcopus.*

Carolus Ep. I. Seccov. obit. Succ. Henr. Ep. II.

Henr. I. Epiſc. II. Seccov.

Secutus eſt ad tumulum, Epiſcopum ſuum *Præpoſitus Seccovienſis III.* nomine *Hezmannus* vel *Hermannus*, quem documenta Seccov. *Schachner* appellant, cujus diem mortis Necrologium Seccovienſe neglexit, Runenſe detexit, dicens: 2. *Idus Febr. obiit Hermannus Præpoſ. Seccov.* de quo jam plura dicta ſunt: ſubrogatus eidem ſuit *Godefridus* ordine IV. *de Pernegk* dictus, ut habet Catal. Præpoſitor. Seccov. haud integro tamen luſtro præfuturus, qui eodem hoc anno incerto die & menſe, cum Capitulo ſuo, *ob nimium defectum, Chraftoni de Chumenberg prædium Wagrain pro* 20. *marcis* contulit, ut V. Dipl. mea in fine num. 57.

Hermann. vel Hezmannus Schachner Præpoſitus III. Seccov. obit. Succed. Godefridus de Pernegk Præp. IV Seccov. Wagroin præd. veudit Chraſtoni de Chumenberg.

De quarto Præpoſito Seccov. ita tradit Catal. Præp. Seccov. cit. IV. *Godefridus de Pernegg electus an.* 1230. (anteceſſorem 18. Cal. Jan. ſeu 15. Decembr. obiiſſe ajunt Docum. Seccov.) *ſacri honoris amplitudinem, inſigni meritorum gloria colluſtravit. Ternas jurisdictionis ſuæ Eccleſias, Schœnbergenſem videlicet, S. Joannis ſuburbanam in Knitlfeld & Lobmingenſem, fortiter contutatus eſt, cauſasque earum felici arbitrio terminavit. Pari ſtudio Archidiaconalis poteſtatis limites immunes ſervavit. Expletis* 4. *Præſulatus ſui annis morti ceſſit* 11. *Kal. Octobr.* 1234.

Godefr. Præp. IV. Seccov.

Dum prædium hoc Canonia Seccovienſis perdit, novum eidem *in Pajerdorf* acceſſit *a Gertrude Vidua Wolfgangi de Capfenberg*, cum enim ejus Maritus vivus adhuc conſtitueret curtim eandem Eccleſiæ Seccovienſi delegare, Vidua ejus Gertrudes, eandem curtem hoc anno in Feſto SS. Felicis & Adaucti tradidit, V. Dipl. in fine num. 58.

Obtinet curtem in Pajerdorf a Getrude de Capfenberg.

Inter res Styriæ omnino memorandum eſt, quod B. Dominicus Oxonienſis olim Cathedræ Can. Reg. S. Auguſtini, dein vero Ord. Prædicatorum Fundator, primam in Styria infer. ſtationem Ordini ſuo circa hunc annum obtinuerit. Cœnobii hujus originem vetus tabularium ejusdem Ordinis ita enarrat. *Domus hæc noſtra Fratrum Prædicatorum Petovii an. Dom.* 1230. *ad petitionem piæ memoriæ Vener. D. Eberhardi Salisb. Archiepiſcopi conceſſa eſt, & fundari inchoata in area, quam contulit felicis recordationis nobilis Matrona Mechtildes relicta Dom. Friderici de Petovia, viri nobilis, & honeſti Vidua; fuerunt autem principales benefacto-*

Prædic. Monaſt. Petovii.

Fundatur a Mechtilde Vid. Frid. I. de Petav.

Petav. de Bernare. *Stubenberg de Wulfing. VII.*

res, memoratus Archiepiſcopus, & Dom. Bernardus de Petovio, deinde D. Wulfingus de Stubenberg, & Comitiſſa Uxor ejus. Primus Prior fuit Frater Otto cognomento Gramatica. Hæc miror, ab anonymo Leobienſi, in patria noſtra vivente & ſcribente, ac ejusdem Ordinis profeſſo neglecta fuiſſe; ex hoc documento patent denuo quædam ad illuſtrandam Petoviorum Genealogiam, quam tom. 1. Diplom. 54. dedi, etenim in ea *Mechtildes* poſita quidem, ſed incerto tempore, ex hoc documento Uxor fuiſſe noſcitur Friderici I. de Petovio, cum enim hic an. 1222. obierit, Fridericus II. vero ad an. uſque 1254. in vivis perſtiterit Mechtildes de Petav an. 1230. Vidua, Friderici I. Uxor fuiſſe debuit. Eadem in Necrologio Runenſi refertur defuncta 3. *Kal. Novembr.* ſeu 30. Octobr. his verbis: *Mechtildes de Petovia,* annus mortis latet.

Fundat. quit.

Variant aliquantum documenta ex Archivo Conventus Petovienſis deſumpta, mihique benevole communicata, habent enim ea, *Conventum hunc Petovii ad ripam Dravi fluvii præterfluentis locatum, & S. Mariæ ſuperioris titulo inſignitum, originem ſuam debere ſingulari clementiæ & beneficentiæ Archiep. Salisburg. Eberhardi II. de* Trüxen, *mox laudatus quippe Eberhardus Fratres Prædicatores ad hanc civitatem vocavit, procul dubio e Conventu Carinthiæ Friſacenſi, qui jam an. 1218. fundatus erat, ſua fundamenta proin Conventus Petovienſis capere incepit an. 1231. annuente Gregorio P. M. & Friderico II. clavés Romani Imperii tenente.* ita Archiv. Conv. Petov. & Sigiſm. Ferrar. parte 4. lib. unico pag. 524.

Idem vero Archipræſul Fratres, quos præfatæ Civitatis incolas fecit, non ſolum ſpecialibus privilegiis munivit, verum etiam pro iisdem ſuſtentandis largam in conferendis temporalibus donis munificentiam oſtendit, atque præterea inſtrumentis, & incitamentis juſſu ſuo editis, ad elargiendas Fratribus eleemoſynas Chriſti fideles inflammavit, ſpeciali forſitan intuitu (prout opinari licet) *Patris Henrici Ortenburgici, qui ſub ejusdem regimine in Ordine noſtro vixit, & erat Frater Philippi, in Archiepiſcopatu Salisburgenſi, Eberhardi ſucceſſoris, a Bernardo Duce Carinthiæ e Comitum Ortenburgicorum antiqua familia oriundo progeniti, a quo proin Henricus noſter imprimis inſula Chiemenſi donatus, & poſtmodum in contentioſa Fratris ſui Philippi cauſa Legatus Apoſtolicus nominatus fuit.* Ex hiſt. Salisburg. an. MDCXCII. edita lib. 4. cap. 23. pag. 428. &c. Henricum hunc Epiſcopum Chiemenſem, Philippi Salisburg. Fratrem ſtatuit quidem Hübnerus tab. 360. alii autem negligunt eundem inter Ortenburgicos, de quo plura ad an. 1252.

Henric. Ep. Chiem. acta & ortus.

Potiſſima poſſeſſio vero hodiedum conſiſtit in prædio ſuperiore & inferiore cum Dynaſta, ſeu ut vocant, **in einem Ober- und Unteramt.** Præterea, ut tradunt Documenta Conventus hujus, regulari Eccleſiæ tres aliæ ſacræ ædes adunatæ ſunt, quarum tamen binæ ædiculæ potius apparent, & una quidem S. Spiritus, altera vero S. Wolfgangi nuncupatur; poſtrema major ſub titulo SS. Trinitatis, ſtatutis certis ſolennitatibus magnam populi confluentis copiam numerat.

Poſterioribus ſimiliter temporibus, emolumentum Conventus Petavienſis, eidem profeſſione adſcriptus, haud parum promovit *P. Carolus Maſchon,* qui ob ſingularem ſuum religioſarum virtutum nitorem, pietatis ardorem, divini cultus ſtudium, atque regendi prudentiam,

cun-

cunctis in acceptis erat, quocirca etiam ſpeciali ſuperiorum indultu per annos 12. Priorali ibidem munere functus eſt, & quadragenario non multum major, e vivis exceſſit. Ita MS. Convent. Græc.

Plura de hoc perantiquo celebrique Conventu, ejusque incolis clariſſimis, per decurſum dicentur, ne hic longior eſſe cogar.

Inter ſpeciales benefactores Monaſterii hujus referuntur *Mathildes de Petovio*, & *Bernardus de Petovio*, ejus Filius, cui epocham inter annos 1303. & 1324. figit Lazius, docens ſimul, eum in Cœnobio Minorum Viennæ ſepultum fuiſſe; qui tamen in Necrologio hujus cœnobii non reperitur. Si coevus ſupponatur cum Eberhardo II. Salisburg. vix idem cum Bernardo de Petav. an. 1303. exiſtente fuiſſe videtur, ſed forte diſtinctus & anterior; aſt cum Chronographi ſæpius plures diverſorum ſæculorum benefactores conjungere ſoleant, *Bernardus Petovienſis* etiam ætate poſterior eſſe potuit Eberhardo II. Salisburg. Idem eſto judicium de *Wulfingo Stubenbergico*, quem 7. hujus nominis, atque ab an. 1240. ad 1293. floruiſſe opinor, donec aliis documentis contrarium edocear: Item benefactores ſingulares erant Udalr. D. de Petov. D. Barthol. de Pottendorf, & Otto de Stubenberg.

Tandem Gregorius IX. Papa Monaſterii Göſſenſis in Styria Ord. S. Bened. omnes fundationes & donationes confirmavit, ſub imprecatione maledictionis æternæ in adverſarios, ubi etiam eorum prædia & Eccleſias enumerat, ut V. Dipl. mea num. 59. *Göſſenſ. Monaſt. rer.*

ANNO 1231. *Anno 1231.*

Indict. 4. Gregorii IX. P. V. Frider. II. Imp. XIX. Frider. I. Bellic. Ducis IV. Styriæ II.

Conciliati anno ſuper. Greg. IX. P. & Frider. II. Imper. mutuis iterum ſuſpicionibus laborare cœperunt, ſicque denuo orbis eſt diviſus; In Germania grandem attentionem, metumque, ac animorum motum induxit inſanda & ſubita cædes Ludovici Bavariæ Ducis, quem Imperator a nece ſacrilega Engelberti Archiep. Colon. Filio ſuo Regi Henrico moderatorem dedit, ſed ingratus diſcipulus, cum aula lenocinante, eundem ferro & igne in Bavariam uſque eſt perſecutus. Cauſa iræ, & inde ſecutæ necis creditur, quod Ludovicus Dux Henricum Regem juvenem, a molitione in Patrem Fridericum, modis omnibus avertere conaretur, unde putant nonnulli, Sicarium Ducis comprehenſum inter graviſſima tormenta, nil aliud edixiſſe, quam ſe a Rege immiſſum fuiſſe; Juſta occiſo Duci perſolvit Eberhardus Salisburg. Archiep. cum aliis Epiſcopis & Abbatibus, ut V. auth. Germ. ſacræ tom. II. col. 333. *Papa & Imp. non bene convenient.* *Ludov. Dux Bav. necatur.*

Pertigit hæc ſimultas Henrici Regis cum Imperatore & Patre Friderico, etiam ad Ducem noſtrum; Jam nuper bellorum ſub Friderico Duce noſtro geſtorum cauſas dixi eſſe turbas temporum, procerum potentiam, & graſſandi libidinem, præſertim, quod ſtemma Babenbergicum deficere ſenſim viderent, primi ex proceribus Auſtriæ turbas ciebant Hadmarus & Henricus, Cunringii Fratres, degeneres *Turbae Auſtr.*

Chunringii rebelles. Hadmari Patris Filii, Convicio *Hounde* dicti, de quo agnomine, an *manus duas* an *Canes* significet, fuse agit author fastor. Campilil. f. 793. Chronicon Mellicense apud Hier. Pez tom. 1. Col. 238. ait *per optimates Austriæ conjurationem contra Ducem Austriæ factam*, Chron. Claustroneob. f. 454. *orta est dissensio inter illustrem Ducem Austriæ & Styriæ Fridericum, & Fratres de Chunringen, Hadmarum videlicet & Henricum, Hadmarus moritur in Claustro suo Zvvetl, a Vener Episcopo Patav. sepelitur.* Eadem habent anonymus Leobiens. tabulæ Claustroneob. & Arenpekius qui addit: *Stein & Crems exusta.* *At Henricus oppida Stein & Krembs incendio consumpsit, & vocati sunt canes ob eorum malitiam.*

Fratres itaque Chunringii, in relictos a Leopoldo thesauros involabant, coquebant perduellionem suam longo astu, nam a Duce Leopoldo in Italiam abituro, in Conventu Crembsensi, Zwetlensis territorii jurisdictionem in feudum sibi obtinuerunt, & Henricum Abbatem Zwetlæ induxerunt, ut in villa Zwetl sibi forum, & judicium aliquo tempore permitteret, atque ut villam dictam muris suo sumptu cingere liceret.

Bohemi vast. Austriam. Auxit proterviam Chunringiorum Bohemus, qui, dum minime timeretur, in Austriam irruit, eamque rapinis, cædibus, incendiis vastavit, facile veteri cum Austriacis æmulatione in armorum societatem pertractus: hanc Bohemorum vastationem, in Styriam quidem nostram non extensam, omnia passim Chronica domestica testantur, sicque Bohemi a Moravia ad Crembs, Chunringii a Weitrach & Dirnstein usque Chremis, seu Crembsam omnia expilabant, nullo nec sacrorum respectu habito.

Frider. Dux Zvvetl capit cum Hadmar. & Henric. de Chunring. His in turbis omnino animosus esse debuit Dux noster, & ad perduelles debellandos abire, nec iis jam animi erant, ut fere servis accidit, quos una domini præsentia timore concutere solet. Villam Zwetl mox cepit, muros ejus destruxit, de multis captivis pœnam latronum sumens, alios pecunia multans, *Hadmarus, Chunringius* captus per insidias, conditionibus duris dimissus, eodem anno obiit; *Thyrnstein oppid. fit Ducis.* *Henricus* fuga lapsus, obtenta venia *Thyrnsteinenses* oppido est privatus, imo, ut contendunt alii, plura castra oppida, & Filios obsides dare debuit, ablatosque thesauros restituere. Bohemi virtute Ducis conterriti domum rediere, moti præsertim morte Ottocari Ducis, quem hoc vel priore anno defunctum ajunt.

Frider. Dux solvere deberet dotem Reginæ Margar. *Ineunte mense Octobri*, inquit Fr. Bernoldus in Chron. Biblioth. Campil. *non longe post cædem Ludovici Bav. Ducis, venit Abbas S. Galli Legatus Regis Henrici in Viennam, propter dotem Dominæ Margarethæ Reginæ, quem Dux magno honore excepit, sequc ex præsenti patriæ vastatione excusavit, ut Abbas Regem ob licentiam thori, & sopita est discordia*, hæc scriptoribus nostris incomperta, vera & præcipua causa, dissidii inter Cæsarem & Ducem, ac proscriptionis ejusdem extitit, unde patet, non solum Ducem nostrum, ob provinciæ vastationem, dotem nondum solvere potuisse, sed etiam Regem Henricum a Fide Conjugii aberrasse, quod secundum testatur quoque anonymus Gestor. Archiep. Trevir. post Golscherum Campillator apud Eccardum tom. 2. col. 2226. &c. Conradus de Fabaria Monachus S. Galli lib. de casibus sui Monasterii cap. 15. apud Goldastum tot. 1. p. 88. V. pl. apol. differt. 1. §. 21. 24. 25.

Chron.

Chron. Admontenſe apud Hier. Pez tom. 2. col. 197. ita habet: *Bertholdus Abbas ad S. Petrum in Salzburch electus, Abbatiæ Admunt. ceſſit, pro quo Dominus Chunradus ibidem nutritus, & profeſſus 16. Kal. Maji eligitur.* Conſonat lib. 1. MS. Admont. in ſerie Abbat. eorundem citatus a Frœlichio Diplom. Styr. part. 2. 247. eum ab anno 1232. poſtulatum docens: hæc tamen Petrenſium antiquitatibus non conveniunt, eo quod exſtet apud eos inſtrumentum Eberhardi II. Salzburg. de an. 1231. ad Abbatem S. Petri Bertholdum datum Nonis ſeu 5. Aprilis, ex quo itaque jam 5. April. Bertholdus Abbas ad S. Petrum fuiſſe videtur, quo tamen non obſtante potuit electio Conradi ſucceſſoris ad 16. Kal. Maji, ſeu 16. April. facile differri.

Bertholdus Ab. XX. Admont. fit Abb. S. Petr. ſucc. Conradus Abbas XXI. Admont.

Confirmat hæc omnia & plura addit Chronicon Salisburg. hoc anno, hisque verbis: *Symon Abbatiam S. Petri reſignat ſponte, Magiſter Bertholdus Abbas Agmuntenſis ſuccedit, Eccleſiæ S. Petri & Agmuntenſis Abbates, & Eccleſiæ Majoris Præpoſitus, obtinente Eberhardo Salisburg. Archiep. ab Apoſtolico infulis honorantur - - Uſcalcus aliquando Gurc. Epiſcopus obiit.* Plura ex his verbis innoteſcunt, *primo* poſtulatio Bertholdi Abbatis Admont: in Abbatem S. Petri. *Secundo*, honor Infulæ eidem Monaſterio delatus. De hac infulatione Admont. Abbatis ſilet Chron. Admont. ſeries eorum Abbatum, imo documenta Admont. an. 1740. Græcii vulgata, diſtinctis verbis ajunt, *Henricum III. mitræ prærogativam, primum inter Abbates Admont. a Gregorio X. accepiſſe.* Idem in Henrico III. docet ſeries Abbat. Admont. in Diplom. Ducatus Styriæ part. II. f. 250. unde, cum Chronicon Salisburg. citatum, & aliud ab authore Germ. ſacræ part. 2. f. 333. allatum clare doceat: *ipſo Paſchatis die feſto Præpoſitum Salisburg. Abbates S. Petri, & Admuntum de licentia D. Papæ mitris Pontificalibus inſignitos* fuiſſe ab Eberhardo, dicendum videtur, honorem eum in Conrado Abbate Admont. perſonalem fuiſſe, nondum omnibus hujus Monaſterii Abbatibus collatum, & reliquos Abbates uſque ad Henricum III. ſine mitra præfuiſſe: cæterum de ipſo hoc Abbate Conrado, magnum adhuc ſupereſt dubium, quomodo nempe *feſto Paſchatis*, an. 1231. in 32. Martii incidente, infulari potuerit, cum 16. Aprilis electus primum Abbas fuerit; Bulla certe Papalis an. 1230. citata, de ſolo Præpoſito Salisburg. infula cingendo loquitur, & author Germ. ſacræ cit. docet, Eberhardum uſum pedi paſtoralis, & annuli pro Præpoſ. Cathedr. & Abbate S. Petri impetraſſe, eiſque eadem 4. Nonas Sept. tradidiſſe, ex Alberto in Catal. Abbatum. Si vero mitræ honorem Abbati Admont. impetraſſet Eberhardus, cur non eidem pedum & annulum tradidiſſet, uti Præpoſito Salisburg. & Abbati S. Petri? dignitas Abbatum eadem erat, favor Eberhardi æqualis, cur ergo excluſus ſolus Abbas Admont. ab uſu annuli, & pedi paſtoralis? unde, ut dixi, dubia eſt ipſius Conradi Abbatis Admont. infulatio, & Chronicon Salisburg. in verbo *Abbates* erraverit, ponere forte debuiſſet *Abbatem S. Petri & Admuntum* lege Admontenſem, qualis 23. Martii hujus anni erat Bertholdus, poſtulatus nempe Abbas S. Petri, & Abbas adhuc Monaſterii Admont. cum Conradus ſucceſſor primum 16. Aprilis electus fuerit.

An infulam primus obtinuerit.

Uſcalcus Ep. Gurc. obit.

Nec minus obſcura ſunt ea Chronici Salisb. verba: *Uſcalcus aliquando Gurcenſis Epiſcopus obiit.* Quis enim fuerit hic Uſcalcus? quando electus? non refertur. Ex eodem Chronico Salisburg. vero lego ad an. 1072. Epiſcopum I. Gurcenſem fuiſſe conſecratum Guntherum, an. 1106. Bertholdum de Celtzach a Bertholdo Mosburgenſi intruſo Salisburgenſi, præfectum fuiſſe Eccleſiæ Gurcenſi, ſed mox ejectum, & Hildeboldum Epiſcopum Gurc. conſtitutum lego, qui an. 1131. obiit, ſuccedente ſibi Romano I. ſucceſſit Henricus I. Abbas S. Petri, cui an. 1174. defuncto Romanus II. ſubſtitutus eſt, ac Romano II. an. 1179. Dietricus, rejecto per Eberhardum II. Salisburg. Hermanno Ortenburgico a Canonicis Gurcenſibus electo, an. 1194. Dietrico reſignanti, ſubſtituitur Wernerus Præpoſitus Clauſtroneoburg. cui an. ſeq. mortuo Ekehardus Præpoſitus de Solio ſucceſſit. An. 1200. hic denuo obiit, ſucceſſorem ejus tacet Chronicon Salisburg. innuit vero Admontenſe, nempe Waltherum, qui denuo anno 1213. defunctus eſt, ſucceſſit an. 1214. Otto Præpoſ. Salisburg. eodem tamen anno extinctus, ac ſucceſſorem nactus Henricum Præpoſitum de Solio, poſt quem an. 1217. teſte Chronico Honorii a Canonicis Gurcenſibus liberam ſibi electionem prætendentibus electus eſt Udaſcalcus, Canonicus Gurcenſis, qui hoc an. obiit. Quis eidem ſucceſſerit? non exprimit Chronicon citatum, ſed ſolum ad an. 1253. ait Ulrico Epiſc. Gurc. def. Dietericum II. Canonicum a Philippo electo Salisburgenſi fuiſſe ſuppoſitum, ut ſuo loco dicetur.

Frid. Imp. acta.

Epiſc. Gurc. ſeriat.

Henricus Ep. II. Seccov.

A Gurcenſi ad Seccovienſem Epiſcopatum deducor, cujus Antiſtes primus Carolus an. 1231. ut dictum, in fine anni obiit, ei ſucceſſit nominatus ab Eberhardo Henricus Epiſcopus, & quidem mox poſt 4. *Idus*, ſeu 10. *Februarii*; nam poſt hunc diem Diploma Seccov. 51. inter mea num. 60. eum teſtem refert his verbis: *Henricus electus Seccovienſis.* Exorta erat lis inter Monaſterium S. Lamberti & Canoniam Cathedralem Seccov. hac de cauſa: Henricus plebanus de Linte, quæſtionem contra Eccleſiam Chnitlfelde agitare cœpit, compoſuerunt amicabiliter rem omnem Wolfkerus Abbas S. Lamberti, & Gotfridus Præpoſ. Seccov. in Monaſterio S. Lamberti, utque res perpetuo firma maneret, ratam habuit compoſitionem Eberhardus II. Salisburg. ut V. Dipl. mea in fine num. 60. 61.

Knitlfeld. Eccleſ. impetitur a Monaſt. S. Lambert. ob Paroch. Lint.

Wolfker. Ab. Lamb. Gotfr. Præp. Seccov.

Göſſ. res. Diemund. Ab. S. Georgii in Laugſee.

Göſſenſi in Styria Monaſterio *Dyemunda Abbatiſſa S. Georgii in Carinthiæ loco Langſee*, totusque ibidem Conventus, *Gertrudem Filiam Edolfi de Mulbach*, quæ ad Eccleſiam S. Georgii pertinebat, cum omni jure hæreditario & jurisdictione donavit, ut V. Dipl. Göſſ. 30.

Anno 1232.

ANNO 1232.

Indict. 5. Greg. IX. P. VI. Frider. II. Imp. XX. Frider. I. Bellicoſi, Ducis IV. Styr. III.

Chronicon Salisburg. annum hunc ſequentibus inchoat: *Imperator natale Domini apud Ravennis celebravit, & per venetos tranſiens uſque ad Aquilegiam, & (ſupple. forum) Julii proceſſit, ubi Rex Filius ſuus & quidam*

dam alii Principes, ſcilicet Fridericus Dux Auſtriæ, qui jam apud Viennam gladio militari accinctus erat (videtur deeſſe verbum) *cum quibus de pace Alemanniæ verbotenus ordinans in Apuliam ſe recepit;* plura ſuccincte hic referuntur a nobis amplius enodanda: Imperatorem Fridericum Utini celebraſſe comitia generalia, Ludewigius narrat, uti & Paſcha Aquilejæ teſte Godefr. Colon. celebratis jam ſeu Utini, ſeu Aquilejæ comitiis Fridericus Imperator in Apuliam, Dux vero noſter Fridericus in Auſtriam rediit, bellum contra Bohemos adornaturus, ut V. diſſert. 1. apolog. §. 24.

Frid. Dux noſter gladio cinctus.

Antequam vero Dux noſter, Aquilejam ad Imperatorem abiret, *apud Viennam, gladio militari accinctus erat*, ut ait Chronic. Salisburg. eadem habent Chronica domeſtica Mellic. Clauſtroneob. pluribus ſub circumſtantiis, nempe: *accinctus eſt gladio in Monaſterio Scotorum in Vienna ab Gebhardo Patav. Epiſcopo.* ita etiam Chronic. Leobienſe, & Viti Arenpekii, quod ſequentia addit: *qui cunctos commilitones ſuos, ſcharlato, cum albo in medio, & ſubductura de vario veſtivit, & equis ac clenodiis militaribus veſtivit*, exponit hæc germanico idiomate Suntheimius, **und kleidet dieſelben ſein Ritter all in Scharlach, und weiß ſtrich mitten dadurch, die kleide alle mit vech unterfuedert.** Quæ ſane magnificentiam Ducis noſtri ſat exprimunt; hanc Ducis noſtri militarem inaugurationem 4. Nonas Februarii peractam volunt.

Gebhard. Patav. reſignat.

Poſt inaugurationem hanc Ducis, ſuo ſe Epiſcopatu abdicavit Gebhardus, cum ei ſuſpicio necati ſuo conſilio Eberhardi de Lonsdorf Canonici, & Archidiaconi ſui imputaretur; vacante ſede Patavienſi poſtulatus eſt *Rudigerus de Radek* Epiſcopus Chiemenſis anno ſeq. inthronizatus *authoritate Papæ*, ut ait Chronic. Salisburg.

Succ. Rudiger Epiſc. Chiemenſ.

Frider. Dux bellum in Bohemos parat.

Exeunte Auguſto, Fridericus Dux noſter, *paravit exercitum in Bohemos* rapinas eorum de anno priore ulturus, & juſte quidem, qui Auſtriam domeſtica lite diſſidentem impie deprædabantur, unde neſcio, an probanda ſint illa authoris hiſtoriæ Ducum Styriæ verba: *belli cauſa - - preſſus ad eum injuriæ ſenſus, altera principi pacem exoſo, ſat ponderoſa ſe obtulit, quod domi quieta omnia reperiſſet*, etenim probandum fuiſſet ab authore hoc liquidiſſimis teſtimoniis, Fridericum noſtrum pacis oſorem fuiſſe; cæterum talionem de prædonibus, Provinciarum ſumere, non Principi vitio dandum, imo, ni faceret, inertiæ potius damnandum judicarem.

Henric. I. Ep. II. Secc. conſecratur Friſaci.

De Eberhardo Salisburg. hæc habet Chron. Salisburg. *Dominus Archiepiſcopus ab Imperatore reverſus, Chunradum Friſingenſem, & Henricum Seccovienſem electos, apud Friſacum in Pentecoſte* (30. Maji) *conſecravit*, inde cum menſe Junio in ſuam Metropolim reverteretur, divertit in Cœnobio S. Lamberti, ibique egit diem dedicationis ejusdem Monaſterii, ſimulque approbavit compoſitionem litis *inter Admontenſes, & Ottocarum militem de Grazvvin* ſuper decimas in Gamner factam ab Epiſcopo Seccov. ut V. Cod. Diplom. Admont. num. 58. *Datum* eſt Diploma *apud S. Lambertum in die dedicationis Monaſterii 5. Id. Junii, ex qua notitia proin dies dedicationis Lambertinæ innoteſcit.*

Exiſtit ad S. Lambertum in Styria.

Admont. ver. Grazwin de Ottocar.

Præp. Salisb. obtinet uſum anuli & chirotecarum.

Reverſus Salisburgum Eberhardus ea fecerit, quæ Chronic. aliud Salisburg. apud author. Germ. ſacræ tom. 2. f. 333. citatum refert, nem-

Item Abb. S. Petri.

pe *Dominus Archiepiſcopus ex licentia Dom. Papæ, Præpoſito Salisburgenſi* Alberto II. *uſum virgæ paſtoralis, annuli & chirotecarum indulſit*, hæc 4. Nonas Sept. Præpoſito Cathedrali, & Abbati S. Petri Salisburgi collata docet Albertus in Catalogo Abbatum, tabulæ tamen Salisburg. uſum pedi anno ſeq. primum adjectum fuiſſe dicunt, altumque ſemper de Abbate Admont. ſilentium tenent.

Non vero etiam Abb. Admont.

Plejen de Com. Henr. Abb. Cremifan.

Ex Comitibus *de Plejen* Styriæ etiam noſtræ prædia poſſidentibus, Henricus Abbas Cremifan. e Monacho Tegernſeenſi an. 1220. factus, hoc anno levavit oſſa D. Guntherii Filii Taſſilonis Ducis, Regis, Monachi, ac Fundat. Cremifanenſis, ut V. Catal. Abb. Cremifan. apud Hier. Pez tom. 2. fol. 64.

Ottocar. Styr. ſup. Archidiac. Chumbenz. Liesnich Parochr. res.

Eodem hoc anno 4. Kal. Sept. ſeu die poſt Feſt. S. Auguſtini Ottocarus Styriæ ſuper. Archidiaconus decidit litem, ob decimas, & confinia duarum Parochiarum in *Chumbenz* & *Lieſnich*, ut V. in fine Dipl. mea num. 62.

Bernoldus ſtus Præpoſ. Vorav. obit.

Succ. Comr. I. Præpoſ. ctus.

Voravienſis Canoniæ res, tam obſcuræ hoc tempore evadunt, ut augurari potius, quam certi quid edicere poſſim, dixi an. 1229. Henrico I. ordine quarto Præpoſito ſucceſſiſſe Bernoldum quintum Præpoſ. de eo ita habet Chron. noſtrum: *Bernoldus Præpoſitus hujus Monaſterii Vorav. laboribus oppreſſus reſignavit onus Prælationis, tandem ſecunda die poſt S. Lamberti* (ſeu 19. Sept.) *vita functus eſt.* Feſtum S. Lamberti Epiſc. & Martyris celebratur 17. Sept. unde ſecunda dies poſt hoc feſtum, 19. Septembr. eſt ſeu 13. Kal. Octob. uti conſonat Necrologium Seccovienſe dicens: 13. *Kal. Octob.* obiit *Bernoldus quondam Præpoſitus in Vorovve*, de anno nil conſtat, ſucceſſit ei *Chunradus hujus nominis I. Præpoſitus*, ut inquit Chron. cit. Vorav.

Anno 1233.

ANNO 1233.

Indict. 6. Gregor. IX. P. VII. Frider. II. Imp. XXI. Frider. I. Bellicoſi, Styriæ IV. Ducis IV.

Secundum Carinth. bell. cum Ep. Bamb.

Chronicon Salisburg. jam ad anni prioris finem ait, *Epiſcopus Babenbergenſis cum Duce Carinthiæ movens bellum plures ei munitiones deſtruxit, & terram pro magna parte vaſtavit*, ad hunc vero annum: *Epiſcopus Babenbergenſis a miniſteriale Ducis Carinthiæ per totam quadrageſimam in captivitate tenetur*, Chronicon Clauſtroneoburg. Auſtrale, Zwetlenſe ac Leobienſe, una phraſi loquuntur. Ekebertus *Babenbergenſis Epiſcopus, poſtquam bellando vaſtavit Karinthiam, ab Henrico de Vinkenſtein in dolo captivatur, & per illuſtrem Ducem Auſtriæ Fridericum liberatur.* Ex dictis an. 1229. cenſeo duplex fuiſſe bellum inter Ducem Carinthiæ, & Epiſcopum Babenbergenſem, unum, ut ibidem oſtendi, an. 1227. transactione finitum, quo Dux Epiſcopo ceſſit arcem *Werdernberg*, alterum hujus anni, ob villam *Wolfsberg*, quam uterque ſuam eſſe contendit, Dux vero occupavit; hoc itaque bello & anno referendæ ſunt omnes circumſtantiæ, quæ ad an. 1229. enarratæ ſunt.

Ekebertus Epiſcop. Bamberg. caſtro Vinkenſtein incluſus.

Vinkenſtein de Henric.

An per Frid. Duc. liberatus Ep. Bamberg.

Bello huic Carinthiæ peſſime iterum involvitur Fridericus Dux noſter; Megiſerus, aliique manumiſſionem Epiſcopi Babenberg. non

per

per Fridericum Ducem noſtrum, ſed Cæſarem factam ſcribunt, quod non invitus credo, eo, quod Dux noſter, ſub ipſa Bohemorum impugnatione, per irruptionem Hungaricam, ut mox dicam, in Auſtriam accelerare coactus, otium vix repererit, Præſulem Bamberg. liberandi, utpote, quod armis ſolum a Duce noſtro impetrari, a Cæſare vero imperari potuit.

Dux noſter non captivarit Ekebertum Bamberg. & Eberh. Salisb.

Graviorem in errorem de Duce noſtro ab Aventino pertractus eſt Hoffmannus in Annal. Bamberg. ſcribens, Ekebertum Bambergenſem, cum Eberhardo II. Salisburg. a Friderico Duce noſtro captivitate concluſum fuiſſe, eo, quod hi duo Præſules pacem impetrare a Duce noſtro voluerint. V. Ludewig. Script. Bamberg. tom. 1. col. 155. quod quam longe a vero abſit, ſolaque ex confuſione vel ignorantia belli & captivitatis Ekeberti Carinthiacæ ortum, jam vidit author Germ. ſacr. tom. 2. pag. 336. ita nempe male denuo carpitur Dux noſter, inconſulto rumore, & fama ſtridula authore.

Bohem. bellum a Duce conſectum.

Bohemiæ bellum ſub Duce noſtro perſequendum eſt, de hoc Chronic. Mellic. *Fridericus Dux Auſtriæ valida manu Bohemiam ingreditur, ſed capta munitiſſima Urbe nomine Vetauve, valido morbo præventus, ad propria revertitur*; eadem habent Chronica Auſtrale, Clauſtroneoburg. & Zwetlenſe ad hunc & præcedentem annum, omiſſis Dubravii fabellis, quarum nemo meminit; interim juſtum fuiſſe Friderici in prædones ſuarum Provinciarum bellum, jam an. priore oſtendi, & Diſſert. 1. apologet. §. 5.

Ungari petunt Auſtriam.

Poſt reditum Ducis noſtri e Bohemia, teſte Chron. Mellic. an. ſeq. *Rex Ungarorum Auſtriam cum exercitu petit, ſed nihil ibi proficiens, concordia cum Duce facta rediit*, prolixius reliqui Chronographi, ſed ne litera aberrantes ad hunc annum, ubi ea de Styria etiam vaſtata referuntur, quæ an. 1228. jam retuli: Rex nempe Hungariæ, & repudiatæ Uxoris ex Hungaria abductæ vindicta, &, ut credibile, a Bohemo ſolicitatus in Styriam deſæviit, cum miles abeſſet, agricolæ arma, ſub Nobilium quorundam ductu in prædones ſtringunt, non alio fructu, quam ut poſt lares etiam vitam amittant; ſiquidem populabundum Hungarorum agmen, calida ſimulatione, conſpecto Styrorum exercitu ſe ſubducit, donec extra fines Styros extraheret; Styri vindictæ cupidi, alacrius quam prudentius inſequuntur, eo uſque, donec in paratum inſidiis locum venirent, in quos dum frontem & ora fugitivi Hungari obvertunt, alii a latere, alii a tergo coorti, ſolutis habenis irruunt, Styri confuſi poſt longum æque ac ſenguinarium certamen, victoriam Hungaris cedere debuerunt, de qua tamen hi gaudere non admodum ſunt auſi, cum æquata fere clade ex arena receſſerint: e Styris vix 50. ſe neci ſubduxerunt; confirmat hæc omnia Pernoldus, cauſam irruptionis hujus Hungaricæ tradens his verbis: *ut pœnam ſumerent de repudio Sophiæ cognatæ* (Andreæ nempe Regis, & Filii ejus) *& quia Ungari ſemper cupiebant Styriæ partem, olim longis retro temporibus ſibi ereptam recuperare*; ex quo proinde liquet, bellum hoc Friderico noſtro fuiſſe extortum, non proprii inquietudine animi quæſitum, quod, quia nullius gloriæ Hungaris fuit, Bonfinius referre neglexit.

Styriam vaſtant.

Styri cæduntur ab Hungaris.

Auſtria ſtra-ta. Styriæ populatione finita, Hungari ſub autumni finem Auſtriam populantur, vires omnes in villarum incendia & prædas vertunt Ducibus Andrea Rege & Bela Filio, Hövelinum direptum, Thevino ab opibus repurgato, faces admotæ, aſt ubi Fridericus Dux exercitum objecit, fortuna Hungaris hæſit cum animis, ultra progredi non auſi pacem petunt, an ſolo metu, vel clade illata extortam, non additur: *Pax cum Hungaris.* Chronic. Mellic. anno uno prævertens de Andrea Rege ait, *ſed nihil ibi proficiens, concordia cum Duce facta rediit.*

Bavar. bell. Duc. auſtr. Exantlato huic ſucceſſit alterum Bavaricum bellum, in quo Dux noſter ex fœdere ad juvandum ſocerum ſuum inductus eſt, belli cauſam noſtri Chronographi ſilent. Aventinus in Henricum Regem cum Papa, in Patrem Fridericum II. Imper. colludentem & Ducem noſtrum, pacis ac quietis impatientem culpam confert, Chronicon Salisburg. Ottonem Bavariæ Ducem magis arguit; ita enim ad hunc annum ſcribit: *Dux Bavariæ cum exercitu fines Auſtriæ Ducis devaſtavit, & claſtrum in Lambach exuſſit*, & anno ſeq. *Dux Bavariæ ſuper Monaſterium Vornbach repente irruens, multos proſcriptos, qui ſe eo in Monaſterio receperant, ejectis Monachis comprehendit, quorum quosdam ſuſpendi, alios capite plecti juſſit.* Probabilius Otto, occiſi Ducis Ludovici moderatoris, Regis Henrici injurias & necem concoquere non potuit, cumque ſuſpicio in Regem ipſum fieret illatæ necis, huic inimicus ſemper reſtitit, ad quem proin compeſcendum Fridericus Dux noſter, ſocialia Regi ſocero arma junxit.

Lambach exuritur.

Vornbach vaſtatur.

Waſen de Erchenq. capit. Auſtr. ſuper ref. Quod hoc in bello Friderico noſtro, maxime vitio vertitur, Aventinus lib. 7. annal. Boicor. cap. 4. detexit, dicens: *Ejus* Friderici Ducis nempe *Præſes Muringerus Veſenno* (*lege Erchengerus de Weſen*) *Schardingii Præfectus, latrociniis infamis, in confinio utriusque Regni, Varnbach pulſis Monachis occupat, præſidioque firmat, inde Bojos occidentales vaſtat, omnem oram Æni, Noricique, Neuchirchen, & Weichard, Noricorum ſylvam atque pagum, ubi tum nundinæ, celebresque feriæ erant, & populus frequens coiverat, 6. Idus Sept. invadit, templum exurit, opes, merces diripit, cives ditiores, mercatoresque captivos, amplius 40: abducit.* Omnia ſusque deque vertit more ſuo Aventinus, veritatemque fabellis obſcurat; Erchengerus hic teſte Prevenhueb. f. 409. Præfectus Auſtriæ ſuper Anaſum erat, nullis tamen latrociniis infamis, ſed defenſione Domini ſui ſtrenuus, neque enim ille, ſed Dux Bavariæ, ut ex Chron. Salisb. dictum, Monaſterio Lambach & Vornbach vaſtavit; ſed eſto! vaſtaverit? quid inde vitii Duci noſtro impingi poteſt? an juſſit hæc Fridericus? ad omnia Chronica provoco, & videbimus milites flagitioſiſſima ſemper jure quaſi belli auſos, quin Duces & Reges ea jufſerint vel probaverint; narrationem ſuam præjudiciis plenam, concludit Aventinus fabella illa de Eberhardo Archiepiſcopo Salisburg. & Ekberto Bamberg. a Duce noſtro captis, ut adeo videre ſatis poſſimus, quid de integra hac Aventini narratione ſentire tuto valeamus. Plura anno ſeq.

Frid. Dux noſter Dom. Carnioliæ. Ad res Friderici Ducis noſtri de hoc anno pertinet, quod ſe ab hoc fere tempore *Dominum Carnioliæ* ſcripſerit, id, quod alii ad an. ſeq. vel an. 1235. referunt. Pro hoc anno adfert Meichelbökius tom. 2. pag. 12. chartam datam 3. *Kal. Maji*, in qua ſe *Dominum Carnioliæ*

appel-

appellat Dux noſter, anno ſeq. inter Diplom. Epiſcopatus Seccov. num. XI. idem titulus legitur, uti & apud Linkium in annal. Auſtr. Claræval. tom. 1. pag. 305. & apud Bern. Pez. Cod. Dipl. epiſtolari p. 2. pag. 85. an. 1235. eundem Ducis noſtri titulum exhibet Rmus. Hergottus monum. Auſtr. tom. 1. pag. 209. &c.

Cauſam novæ ditionis adjectæ ex Pernoldo adfert author faſtor. Campilil. ad an. ſeq. f. 812. *omnia ſplendide, & cum pace acta ſunt* (loquitur de pactis nuptiarum anni ſeq.) *F. Duci ob ſuæ generoſitatis famam, Carnioli defuncto Murchione ſuo de Crainpurch Angilberto ſine liberis, Principatum ſuum obtulerunt.* Ita Pernoldus, aliter tamen rem hanc refert Illmus. Valvaſorius tom. 3. lib. 10. pag. 212. & ex eo author Ducum Styriæ, cenſet enim a Frid. II. Imp. defuncto ſine hærede Marchione de Crainburg, Ducem noſtrum fuiſſe Dominum Carniolis ſtatutum, atque etiam Ducis Carnioliæ titulum ei adjectum, uti ex Frid. Ducis Pataviæ an. 1241. & ex aliis Frider. II. Imp. literis an. 1245. liquet; an vero hoc anno? an poſtquam reconciliatus eſt Cæſari, Duci noſtro ea gratia collata ſit? Petrus de vineis teſte auth. hiſt. Ducum Styriæ non exprimit. Diploma de Carniolia in Ducatum erecta, ac Duci noſtro conceſſa adfert Fuggerus ſpeculi hon. Auſtr. pag. 182. fragmentum ejus valvaſorius citatus.

Et cur?

An a Carniolis oblatus?

An a Frid. II. Imp. creatus?

Ad ſingula, ut breviter mentem meam exponam, cenſeo aſſuta eſſe Pernoldo ea, quæ de Carniolia ab incolis terræ, defuncto Marchione ſuo Angilberto de Crainburg, in Ducem noſtrum translata narrantur: nam 1) ea non fuit Carniolis hac ætate poteſtas, ut ſibi Principem deligerent. 2) Carniolia, ſi non omnis, ſaltem plurima erat ſub Patriarcha Aquilejenſi, & Duce Carinthiæ, ut ex dictis patet. 3) Engelbertus ille Marchio de Crainburch nullus erat hoc tempore, nulla eum Diplomata, hiſtoriæ vel genealogiæ documenta indicant, *Engelbertum Marchionem de Kreiburg*, non Crainburch ad an. 1170. poſtremum oſtendi ex docum. Frider. I. Imp. Diplom. Ducat. Styriæ part. 2. pag. 279. ut V. tom. 1. annal. meorum annot. Dipl. 82. Locus vero Kreiburg in Bavaria ſitus, ad Crainburgenſes Carnioliæ Marchiones nil facit. 4) Engelbertus III. Goritiæ Comes an. 1220. defunctus, duos reliquit Filios, nullum tamen Engelbertum. 5) Si Engelbertus Crainburgenſis an 1234. obiit, quomodo hoc anno ſe Ducem vel Dominum Carnioliæ ſcribere potuit Frider. II. Imperator?

Engelbertus March. de Crainburch hoc tempore nullus.

Sed de Kreiburg.

Illuſtriſſimi Valvaſorii, & ex eo authoris hiſt. Ducum Styriæ ſententiam, etiam non probant alii, eo, quod jam ante annos 1241. & 1245. ſe Dominum Carnioliæ ſcripſerit Fridericus Dux noſter; Diploma illud a Petro de vineis allatum, anni, diei notis deſtitutum, effectum ſuum, ſortitum non videtur, eo, quod illud an. 1245. teſte P. Calles in annal. Auſtriæ ſit datum, Fridericus vero noſter an. ſeq. jam obierit, ſane ſi authoritate Friderici II. Imp. Dux noſter creatus eſt Dominus & Dux Carnioliæ, an Ulricus Bernardi Carinth. Ducis Filius, ſe ſtatim primo Regiminis anno Dominum Carnioliæ an. 1251. & 1256. ſcribere auſus fuiſſet, quod idem Philippus Dux Carinthiæ, & Ottocarus Rex Bohemiæ ad an. 1270. uſque fecere.

Cenſeo igitur Fridericum Auſtriacum, Carnioliæ portionem, qua emptione Patris ſui Leopoldi, qua dote Agnetis Meraniæ, quam an. 1229. Uxorem ſibi induxit, aut aliis pactis obtinuiſſe, indeque ſe *Dominum*, non vero *Marchionem*, vel *Ducem Carnioliæ*, permittente & diſſimulante Cæſare, & Patriarcha Aquilejenſi ſcripſiſſe, quin tota Carniolia potiretur, cujusque pars major Ducum Carinthiæ erat, ut obſervat valvaſor. cit. plura V. ad an. 1243. & 1245.

Præp. Salisb. obtinet uſum baculi Paſtor.

Concordiam inter Regem Germaniæ Henricum & Ducem Bavariæ Ottonem, fruſtra tentatam, feliciter in Conventu Ratisbonenſi promovit Eberhardus, mox menſe Junio Canonizationem S. Virgilii Romæ peractam, ſummo cum gaudio intellexit, de qua V. Bullam Pontificiam apud auth. Germ. ſacræ tom. 2. f. 335. Kalendis vero Novembris baculi paſtoralis uſum Alberto Præpoſito Salisburg. contulit, ut V. auth. cit. f. 336.

Theodora Mater Frider. Judenburgi agit.

Neſcio, quo caſu *Judenburgum Styriæ Urbem* pervenerit, Theodora Mater Ducis noſtri Friderici, eo certe ex loco Seizenſibus beneficit, ut V. Diplom. mea in fine num. 63. quo ex Diplomate, *Urbs Judenburgum* Theodoræ a Leopoldo Marito defuncto, in partem ſuſtentationis vidualis conceſſa videtur eo præcipue capite, quod mandet *Officialibus in Judenburch*, ut ſaumam alteram olei, Seizenſibus ſinguſis annis ſuperaddant.

Urbs conceſſa in ſuſtentat. vidualem.

Græc. in Lech fundatur Commenda Teut. a Frid. Duce.

Matris beneficentiam æmulatus eſt Fridericus Dux noſter, dum hoc an. 5. Kal. Novembr. Fratribus ſeu Equitibus Teutonicis, ob ſingularia in Patrem ſuum defunctum merita, *Eccleſiam ſitam in colle, juxta Civitatem Bariſchgrätz in honorem S. Kunegundis ædificatam, cum omni jure & libertate contulit*, ſicque Commendæ Græcenſis Fundator fuit. V. pl. annot. Diplom. meorum num. 64.

Anno 1234.

ANNO 1234.

Indict. 7. Gregor. IX. P. VIII. Frider. II. Imp. XXII. Frider. I. Bolicoſi, Styr. IV. Ducis V.

Frider. Imp. pro Pap. pugnans ſuam ſtationem deſerit.

Dum Romani turbulenti, libertatemque ſpirantes cogerent Gregorium P. in Urbem Reatinam fugere, Fridericus Imper. eodem convolans ſe Eccleſiæ defenſorem obtulit, ut ſic Filium ſuum Henricum Germaniæ Regem ope Pontificis amoveret a Regno, & Conradum minorem Filium, Hieroſolymæ Regem, dignitate Regio-Romana ſublimaret; ſed vix exercitum eduxit, mox in Regnum Neapolis, ſibi feſtinandum eſſe ſimulans, ſtationem ſuam reliquit; evocatus itaque præter Principes alios fuerat a Papa Fridericus Dux noſter, cum vero Romanorum contumacia, antequam advenerit Dux noſter, jam fracta eſſet, rogavit Ducem Papa, ut copiis ſuis orienti ſubveniret; binas Pontificis ſummi ad Fridericum Ducem noſtrum epiſtolas memorat, non adſert Raynaldus, tertiam vero, qua Abbatem Mellicenſem, ut juvaret, monet. V. in Auſtria Hueberi p. 21.

Frid. Dux noſter a Pap. eſtimatur.

Pax Auſtriæ & Bavariæ.

Hoc adhuc anno Bavariæ turbas perduraſſe & Auſtriæ, docet Bernoldus his verbis: *Cum Imperator noviſſet, Regem Filium ſuum, & F. Du-*

F. Ducem Auſtriæ vaſtare Bavariam, utrique prohibuit arma, ſed Bavari in Auſtria ſuper Anaſum dire graſſati, Clauſtrum Lambach & alia exuſſerunt Varnbach rejectis noſtris reoccuparunt, & ſic ſe ipſos vindicarunt, tandem pax mediantibus Epiſcopis facta inter Duces; eadem ad hunc annum refert Chron. Salisburg. quæ tamen anno priore geſta ibidem expoſui.

Nuptiarum ſolemnia ad hunc annum referunt omnia Chronica patria, Mellicenſe ad an. ſeq. *Marchio de Meiſſen, Sororem Ducis Auſtriæ duxit in Uxorem,* amplioribus verbis loquitur Chron. Clauſtroneoburg. *Fridericus illuſtris Dux Auſtriæ, & Styriæ, & Theodora Duciſſa Mater ſua, in octavis Paſchæ ad Feſtum Apoſtolorum Philippi & Jacobi nuptias ſolennes celebravit in campo juxta Stadlovve, ubi Marcravius de Meyſen, Sororem jam dicti Ducis, Conſtantiam nomine, duxit in Uxorem, præſentibus Regibus Hungariæ & Bohemiæ, & Archiepiſcopo Salisburg. Patav. Babenberg. Friſing. Saxoniæ & Karinthiæ Ducibus, & Landcravio Thuringiæ mediantibus, & aliis quam pluribus.* Eadem verba exſcripſit Anonymus Leob. ommiſſa ſolum Epiſcopi Friſing. præſentia. Chronologus Admont. apud Hier. Pez. tom. 2. Col. 197. præſentes fuiſſe nuptiarum ſolemniis docet *Epiſcopum Seccovienſem, & Marcravium de Thuringia.*

Conſtantiæ Sororis Frid. Duc. cum Henrico Miſnenſi.

Henric. Epiſc. Seccov. præſens.

Funeſtis itaque belli turbarumque facibus, interponebantur hoc anno lætiores nuptiarum tædæ, nobiliſſimorum hoſpitum frequentia celeberrimæ; nomen Sponſi *Henrici,* Pernoldus & alii authores Genealog. detexerunt, præter Theodoram Matrem aderant Andreas Rex Hungariæ cum Bela Filio, Wenzel Rex Bohemiæ, Archiepiſcopus Salisburg. Eberhardus II. Patavienſis Rudigerus, aliique ſupra relati.

Quid vero cauſæ fuerit, cur nuptiæ iſtæ *in Stadlav,* oppido Transdanubiano, e regione Viennæ celebratæ fuerint? nemo niſi Pernoldus Campilil. detexit dicens, *civibus Viennenſibus de fide ſuſpectis.*

Cur nuptiæ in Stadlav.

Hiſce nuptiis cum Andreas Rex, cum Bela Filio intereſſet, vix credibile videtur, quod refert Chron. Clauſtroneoburg. & Zwetl. ad hunc annum: *Andreas Rex Hungariæ, cum Filio ſuo Bela partem Auſtriæ incendio & rapina devaſtavit.* Unde de his plura an. 1236. irruptio vero illa Hungarica ab Anonymo Leobienſi Col. 811. relata, jam an. 1233. ad quem ſpectat, narrata eſt.

Hungaror. nulla irruptio.

Anno 1232. dixi poſt reſignationem Gebhardi Paſſav. Epiſcopi, ac interregnum fere unius anni, poſtulatum fuiſſe a Canonicis Patav. Rudgerum Epiſcopum Chiemenſem, e nobili Familia de Radek natum, ſucceſſit itaque teſte Chron. Salisburg. an. 1233. Rudigerus, ordinatus tamen primum hoc anno, in Epiſcopatu vero Chiemenſi ſucceſſorem notat idem Chronic. his verbis: *Albertus Præpoſitus majoris Eccleſiæ in Epiſcopatum Chiemenſem eligitur, Chuno ejusdem loci Decanus ſuccedit.* Horum promotio poſt Idus ſeu 13. Januarii, & ante 3. Nonas, ſeu 3. Auguſti contigerit, nam hoc anno *Idibus Januarii Parochiam Admontenſem* de omni jure Archidiaconatus exemit Eberhardus II. Archiep. Salisburg. huic inſtrumento ſubſcripti ſunt *Albertus* adhuc *Præpoſ. Salzburg. & Chuno Decanus,* ut V. Diplom. Admont. num. 65. dein vero, cum 3. *Nonis Auguſti* Eberhardus idem componeret litem inter Capitulum Salisburg. & Monaſterium Admontenſe, *Chuno* jam *Præpoſ. Salisburg.* legitur, proin Albertus jam Epiſcopus Chiemenſis erat;

Rudiger ex Ep. Chiem. Patav.

Albert. ex Præpoſ. Salisb. Ep. Chiemenſ.

Chuno ex Dec. Præp. Salisb.

Admont. Parochia eximitur a jure Archidiac.

Henric. II. Decanus Salisb. antea Subdec.

Chunoni vero in officio Decanatus ſucceſſit Henricus II. qui forte idem fuerit cum Henrico Subdecano Salisburg. anni 1234. nam ſub eodem Chunone, Bernardus anno 1217. & Henricus an. 1234. Subdecanus legitur Salisburg.

Frider. Dux benef. Zwetl. & Erlacenſi Monaſt.

De hoc anno in annal. Zwetlenſ. tom. 1. pag. 305. exſtat charta de munificentia Ducis noſtri in Perſonas Deo ſacras, qua nempe Dux noſter Zwetlenſis Cœnobii bona omnia confirmavit in Erpurch. titulus Diplomatis eſt *D. G. Fridericus Dux Auſtriæ & Styriæ, & Dominus Carnioliæ &c.* dat. X. Kal. Nov. Indict. 8. eodem ſub titulo Immæ Abbatiſſæ & Eccleſiæ S. Petri in Erlach, cujuscunque telonei libertatem clementer indulget 7. Id. Dec. V. Bern. Pez. Cod. Diplom. part. 2. pag. 75. num. 144.

Petrus I. Prior IV. Seitz.

Seizenſes hoc anno certe, ſi non antea Priorem IV. Petrum I. obtinuere, *qui magnæ ſanctimoniæ & famæ, domique forisque in publicis literis anni 1247. vocatur vir providus, & ſanctus*, præfuit ſaltem ab hoc anno uſque ad an. 1247. ut literæ Archiv. Græc. docent. Sub hoc Petro Priore Leopoldus junior de Gonowiz cum conſenſu Conjugis, converſus Seizenſis factus eſt, ut habent Docum. Seiz. an. 1740. Græcii edita.

Gotfrid. Præp. IV. Seccov. obit.

Seccovienſis Cathedralis Canonia Gotfridum Præpoſitum de Pernek dictum, hoc, vel anteriore anno amiſit, quo anno obierit? non conſtat, diem inſinuat Necrolog. Seccov. 11. *Kal. Octobr.* nempe obiit *Gotfridus Præpoſ. Seccovienſis.* Succeſſit ei *Wolframus* Præpoſitus ordine V. quem Catalogus Præpoſitorum Seccov. e familia *de Herberſtorf* fuiſſe docet, qui hoc anno, cum conſenſu ſui Capituli, Ditramum Præpoſitum Friſacenſem, una cum ejus Parentibus, & Fratre Herbordo in Fraternitatem Seccovienſem ſe recepiſſe teſtatur, quam chartam *Hainricus D. G. ejusdem Eccleſiæ Epiſcopus ſui ſigilli munimine confirmavit*, V. Dipl. Seccov. 53. in Diplom. Ducat. Styr. part. 1. fol. 207. de hiſce Conſraternitatibus bonorum operum & meritorum jam quæpiam tomo 1. adnotavi.

Wolframus Præpoſ. V. Seccov. de Herberſtorf.

Confraternit. ſæcul. cum regul.

Godefrido Præp. IV. Seccov. 11. Kal. Octobr. hujus anni defuncto, teſte Catal. Præp. Seccov. ſucceſſit *Wolframmus ab Herberſtorf Styrus, electus an* 1234. qui *intentam ſuorum commodis curam cum ſolatio exercuit, paternisque favoribus novum rei divinæ incrementum adjecit, facultates Eccleſiæ ſolutis ex pignore fundis redintegravit, ſuaque in oeconomicis dexteritate promovit. Vectigalium immunitatem a Frider. Rom. Imper. roboratam accepit. Multa in Præſulari Gubernio ſuavitate uſus, Filiorum affectui, poſtquam quadriennium præſedit, dolenter præreptus eſt* 15. *Kal. Nov. an.* 1238. Ita Catal. cit.

Henr. Ep. Seccov. benef. Dux noſter.

Eidem vero Henrico Epiſcopopo Seccovienſi Fridericus Dux noſter indulſit, ut quicunque nobilium, ſeu miniſterialium ſuorum, aliqua de ſuis prædiis Epiſcopatui Seccov. deferre voluerint titulo venditionis, vel donationis, id libere poſſint. V. Diplom. mea in fine num. 66.

ANNO

ANNO 1235.

Anno 1235.

Indict. 8. Greg. IX. P. IX. Frider. II. Imp. XXIII. Frider. I. Bellicoſi, Styriæ IV. Ducis VI.

Germania hoc anno periculoſis æſtuabat motibus, Henricus Rex Germaniæ ambitum Regni in apertum prodebat, ob quod Fridericus II. Imp. per Aquilejam cum multa turba, & theſauris teſte Godefr. Colon. verſus Auſtriam intravit in Germaniam. *Frider. Imper. in Styriam venit.*

In Styriam cum veniret Imperator, occurrit ei Dux noſter Fridericus, in cujus comitatu erant *Eberhardus Salisburg. Erkenbertus Babenberg. Chunradus Friſing. Bernardus Dux Carinthiæ, M. Dux Lotharingiæ, Hermannus Magiſter Hoſpitalis Teutonicorum*, aliique Comites, ut V. ex Cod. Diplomat. Admont. num. 8. quo Fridericus Imper. menſe Majo *apud novum Forum* (vulgo *Neumarkt* in Styria) confirmavit Privilegia Admontenſium, de quibus plura inferius. *Occurrit ei Dux ad Neumarkt.*

Cur vero Fridericus Imperator in Styriam venerit? & quæ ejus ibidem cum Duce noſtro acta fuerint? ſatis obſcure Chronica patria indicant, Mellicenſe ait: *Fridericus Imperator in partes Allemanniæ veniens, Henricum Filium ſuum, Regem Sueviæ exilio relegavit*, eadem fere habent Chronica alia, ſed de Friderico Duce noſtro ſilent, Pernoldus tamen Campililienſ. ſequentia ſcribit: *cui Fridericus Dux in Styria cum reverentia occurrit, ſed ibi Imperator ab eo poſtulavit, Dominæ Margaritbæ Reginæ dotalia, poſito ſolvendi termino ad tres intra unum annum dies, executionem cum armis ei comminatus, ſi non præſtaret, quapropter Dux non modicum turbatus diſceſſit;* En ſomitem diſſidii inter Imperatorem & Ducem noſtrum! jam ad an. 1231. oſtendi Abbatem S. Galli, eadem de cauſa, ad Ducem noſtrum fuiſſe miſſum, atque cum tunc ob Provinciæ vaſtationem ſolvere non poſſet Dux noſter, inſtitit Imperator, urſitque Ducem hoc anno, ut inde non modicum turbatus Dux diſceſſerit. Teſtatur rem hanc liquidiſſime ipſa Friderici II. Imperatoris epiſtola ad Regem Bohemiæ ſcripta apud Petrum de Vineis epiſtolarum Cæſar. lib. 3. cap. 5. noviſſ. edit. Baſileenſ. an. 1700. pag. 388. in qua ſic ait Imperator: *tantam inſuper ſibi gratiam facientes, quod pro ſopienda lite, quam in exactione dotis ſuæ, Filius noſter Conradus* (lege *Henricus*) *contra eum jure & viribus attentabat, 8. millia marcarum promiſimus exhibenda.* En! Cæſaris Friderici II. confeſſione certum, litem omnem dotis cauſa interveniſſe. *Frid. Imp. petit a Duce noſtro dotem Reginæ Margaretæ.*

Dum Fridericus Imper. hoc an. in Styria ageret, in Monaſterio Admontenſi divertit teſte Chron. Admont. apud Hier. Pez. tom. II. Col. 198. ad hunc annum: *Fridericus II. hujus nominis, Teutoniæ partes ingreſſus, apud nos ſolemniter eſt ſuſceptus* fer. 4. infra Pentecoſten. Idem docet ſeries Abbatum Admont. in Diplom. Ducat. Styriæ part. 2. f. 247. in Conrado Abbate XXI. his verbis: *Fuit Conradus Friderico II. Imper. charisſimus, quem a feria 4. Pentec. uſque poſt Feſtum SS. Trinitatis ad Montes hoſpitem meruit*, ea occaſione cenſeo, Fridericum II. Imp. Privilegia Admontenſium, præcipue a Frider. I. Imp. collata confirmaſſe, ut ſupra dictum. *Frider. II. Imp. in Admont.*

Ex Styria diſcedens Imperator, Wormatiæ menſe Julio Conventum Procerum habuit, mox in Feſto Aſſumpt. B. V. M. curiam Moguntiæ celeberrimam, tandem Henricum Regem Filium depoſuit, & Ottoni Bavariæ Duci, ejus maximo inimico cuſtodiendum tradidit, vel ut Chron. Salisburg. in Apuliam miſit.

Eberhard. Admont. III. partem decimas. in Longav. adjudicat.

Conventui huic Moguntino Archiepiſcopum Salisburgenſem interfuiſſe non credo, cum eodem Menſe Auguſto, & quidem 3. Nonas Salisburgi Diploma ediderit pro Admontenſibus, quo litem inter Capitulum Salisburg. & Monaſterium Admont. de decimis in Longav. terminavit in hujus Monaſterii ſavorem, ut V. Cod. Diplom. Admont. Bern. Pezii num. 56.

Item decimas vinearum.

Eberhard. Salisb. & Henr. Seccav. in Leibniz.

Majus adhuc beneficium Admontenſibus præſtitit Eberhardus idem die 7. Kal. Jan. ſeu 26. Decemb. dum eis variarum vinearum decimas in Styria infer. conceſſit *in Leibniz* exiſtens, quo loco etiam Henricum Epiſcopum Seccovienſem egiſſe, idem Diploma memorat.

Frideric. Dux adeſt nuptiis Andreæ Reg. Hungar.

Redeo pauliſper ad Fridericum Ducem noſtrum, Chronica noſtra patria, uti Clauſtroneoburg. & alia ad an. 1233. &c. de Duce noſtro referunt, Regem Hungariæ pace compoſita a Duce noſtro ad novam civitatem honorifice fuiſſe ſuſceptum, & viciſſim Ducem noſtrum in Hungaria non minore pompa & humanitate fuiſſe honoratum, cauſa gemina utriusque hujus Conventus erat ſolemnitas nuptialis, nam an. priore Andreas Rex aderatnuptiis Conſtantiæ Ducis noſtri, hoc vero anno Connubium Regis Hungariæ Andreæ condecoravit, Rex hic licet ſenex, & jam bis viduus, tertiam ſibi tamen hoc anno junxit Uxorem, teſte Monacho Paduano lib. 1. ad an. 1235. apud Urſiſium tom. 1. pag. 587. *Beatricem* nempe *Eſtenſem*, tabulæ dotales in Hungaria pridie Idus Maji ſunt exaratæ, Connubio ad ingreſſum Junii dilato, uti habet Joan. Bapt. Pigna hiſt. Ateſtin. lib. 2. pag. 155.

Frider. Dux benef. Seiz.

Munificentiam Ducis noſtri in loca ſacra, ut omnis annus exhibet, ita hic denuo teſtatam facit; eo nempe tempore, quo Dux noſter, Friderico 2. Imper. in Styriam venturo occurrebat, Aprilis fine, *in Urbe Petovio*, Seizenſibus donationem a D. *Sophia de Leunbach*, in ſuas manus factam, ſigilli proprii appreſſione munivit, & confirmavit. V. Dipl. mea in fine num. 67.

Petovii exiſt. Leunbach de Sophia.

Petav. de Frid. Gros-Sontag Eccleſ. ceditur Ord. Teuton. a Frider. de Petov.

Paulo poſt in eadem *Urbe Petovio Infer. Styriæ*, *Fridericus de Petovia* ſolemni ceſſione, *Eccleſiam S. Dominicæ*, ſeu *in Gros-Sonntag*, cum jure Patronatus dedit Ordini Teutonicorum, promiſitque, ſe ejus ceſſionis confirmationem a Sede Salisburg. evicturum, qua de re plura V. Dipl. mea in fine num. 68.

Chonrad. Præpoſ. VI. obit.

Succ. Bernard. II. non Maingotus.

Tandem de rebus Canoniæ meæ Vorav. quædam ſubjicio; jam ſuperius obſervavi, Chronologiam Voravienſem hoc tempore valde obſcuram eſſe, quod ſequentia mox exhibebunt; ita vero habet Chron. Vorav, ad incertum hujus ſæculi an. *Chunradus hujus nominis I. Præpoſ.* ordine VI. *octava Agnetis mortem obiit*, Succeſſoris Præpoſiti nomen ignoravit Chroniſt. Vorav. nam ſic ſcribit: *Præpoſitus, cujus nomen ignoratur in propria domo ſua, quæ exuſta erat, per ignem ibidem periit*, quidam eum Maingotum baptizavere, ſed ex Necrolog. Seccov. Bernardum dicendum eſſe, oſtendam ad an. 1237.

ANNO

ANNO 1236.

Anno 1236.

Indict. 9. Gregorii IX. P. X. Friderici II. Imp. XXIV. Frider. I. Bellicoſi, Styr. IV. Ducis VII.

Annus hic rebus geſtis variis clariſſimus eſt, etenim primo Henricus Rex Germaniæ, diris Papæ devotus, omnique auxilio deſtitutus, de conſilio ſaniorum Patri ſupplex factus 6. *Non. Julii apud Wormatiam in gratiam Patris recipitur.* teſte Godofr. Colon. unde miſſus Epiſcopus Ratisbon. a Pontifice, ut Henricum ab anathemate ſolveret; *ſed* pergit cit. Godofredus, *non perſolvens* Henricus Rex, *quæ promiſerat, nec reſignans caſtrum Drivels, quod habuit in ſua poteſtate, juſſu Patris Imperatoris eſt Cuſtodiæ mancipatus.* An veneni Patri parati convictus fuerit Henricus? an Fridericus Pater juſto ſeverius cum Filio egerit? in medio relinquo. *Henr. Regis fata, captivitas.*

Quid interim evenerit Friderico Duci noſtro, omnia fere Chroca patria, eorumque exſcriptores exaggeratorio calamo deſcribunt, Chron. Mellic. Fridericum ab Hungaris fugatum, terras ejus vaſtatas, atque an. ſeq. conjurationem optimatum contra eum factam, eum ab omnibus deſertum, civitates Viennam & alias cum Caſtris Duci clauſas ſcribit; Salisburg. Chronic. fugam Ducis, & vaſtationem ab Hungaris anno priore refert, adjiciens, Ducem noſtrum conſilio Judæorum Auſtriam clauſiſſe, ne annona inde deveheretur, anno vero hoc docet, Regem Bohemiæ vaſtaſſe Auſtriam ad mandatum Imperatoris, Ducem Bavariæ, & Archiepiſcopum Salzburg. obſediſſe Lincium, ſed irrito conatu, Patriarcham Aquilejenſem cum Epiſcopo Babenbergenſi expilaſſe Styriam, viciſſim Epiſcopos Paſſav. & Friſing. a Duce noſtro captos, tandem in fine Decemb. ipſum Imperatorem in Auſtriam veniſſe, Claſtroneoburg. Chron. tradit hoc anno fugam Ducis ab Hungaris & pacem emptam, Auſtriam a Bohemis vaſtatam, Ducem ab Imperatore vocatum venire contempſiſſe, Matrem Theodoram ob penuriam rerum & timorem Filii in Bohemiam fugiſſe; de exactionibus vero Ducis ita loquitur an. 1237. *Idem Dux fecit omnia clauſtra, quæ erant in principatu ſuo, uno die pariter irrumpi, & inquiri pecunias proprias & alienas, & inventas diripuit, inſuper in toto Principatu ſuo recepit de unoquoque manſo* 60. *denarios*, eadem exſcripſit Chronicon Paltrami, ſeu Vatzonis, Anonymi Leob. & Viti Arenpekii; egregie declamationes has acerbas in Principem noſtrum ſecuti ſunt Scriptores recentiores, ita, ut nigriore calamo magis depingi vix potuerit Princeps noſter, quas tamen calumnias refutatas V. differt. 1. apologetica hujus tomi. *Frider. Ducis fata.*

De bello Hungarico ita ſcribit Pernoldus an. 1236. Rex Bela *mox in Principio Regni ſui, rigore vel juſto, vel injuſto, offendit Ungaros adeo, ut bis & ter per nuncios tacitos Friderico Auſtriæ Duci obtulerint Regnum ſuum. Ille gloriæ cupidus, nec ſatis prudenter ob juventutem expendens, quantam rem quam periculoſam, nec ſatis æquam præſumeret, collegit grandem exercitum fortium ſuorum, & ſpe Regni ingreſſus eſt ſilenter Hungariam, ſeditionem exſpectans. Sed Belæ res prodita eſt, qui viciſſim arma paravit, quod audiens Dux, Ungaris ſe in vanum vocantibus iratus vaſtare & prædari cœpit.* *Hungar. belli cauſa & eventus.*

En belli cauſam! conſpirationem nempe Hungarorum in Regem ſuum, & impotentem in Friderico noſtro Regni Hungarici ambitum. Conſpirationem Hungarorum deſcribit Bonfinius Decade 2. lib. 8. pag. mihi 207. &c. imo ait idem Bonfinius *tabellarium ad Fridericum Auſtriæ Ducem* Ungaros *continuo miſiſſe cum litteris, cui coronam & Regnum ſe tradituros pollicebantur, ſi ſcripta pacta & conditiones admitteret*, hæc, cum latuerint Scriptores noſtros, non miror, eos adeo perplexe de hoc bello ſcripſiſſe.

Belli hujus aleam ulterius deſcribit Pernoldus Campilil. *cui ſubito ſupervenit Bela cum Colomanno Fratre & ingenti numero, volebat Dux pugnare ſemper magnanimus, & ſui nolebant, quia prædam divitem timuerunt perdere, & cauſa eis non bona videbatur, fugere itaque Dux coactus, nunquam ſuos, ut ſtarent, perſuadere voluit maximo dolore & pudore ſuo. Bela populatus eſt uſque Viennam, nec ceſſavit ulturus æmulationem Regni, donec auro ingenti ſibi a Duce exſoluto pacem fecit.* Eventum belli aſſecuta ſunt Chronica noſtra, attamen in eo enarrando omnia ſusque deque vertunt, nam Chronic. Mellic. mortem Andreæ Regis, & Belæ Filii ſucceſſionem poſt hanc pugnam refert, qui tamen jam anno priore defunctus erat, Chronica Clauſtroneoburg. & Leobienſe Andream a morte reſuſcitant, ut eum præſentem in aciem inducant; præterea Bohemi non interea, nec motu proprio, ſed anno jam elabente, juſſu Cæſaris irruperunt. En! ut etiam faſti patrii fallant. Hoſpitalitas Ducis in Regem, non hoc anno, ut author Ducatus Styriæ, ſed biennio antea jam perſoluta eſt.

Ducis noſtri proſcriptio.

De exactionibus nimiis & irruptionibus Clauſtrorum, jam loquebar Diſſert. 1. apolog. hujus tomi §. 12. 13. 14. cur Mater Theodera fugerit? nempe non timore Filii ſui Friderici Ducis, ſed timore ſeditionis ob tributa orituræ ibidem dixi §. 15. & 18. præterea §. 21. & 22. oſtendi, proſcriptum fuiſſe Ducem noſtrum ab Imperatore Friderico, Auguſtæ Vindelicorum, non tamen in Conventu 70. Principum; confuſio enim iterum orta Friderico noſtro impegit, quod Henrico Regi Moguntiæ depoſito Aventinus obveniſſe docuit, proſcriptionis cauſam privatam, litem nempe dotalitiam fuiſſe, ibidem dictum, cui multum addidit animus Principis noſtri ſummo Pontifici contra voluntatem Cæſaris addictus.

Inde quid in Styria factum.

Proſcripti Ducis executio a Cæſare aliis commiſſa eſt, nam teſte Chron. Salisburg. *Rex Boemiæ ad mandatum Imperatoris vaſtavit Auſtriam, & Dux Bavariæ, & Epiſcopus Patavienſis, obſederunt civitatem Linze, & infecto negotio receſſerunt, & Patriarcha Aquilegienſis cum Epiſcopo Babenbergenſi Styriam boſtiliter intrantes, Eccleſias ſpoliaverunt, Patavienſis & Friſingenſis Epiſcopi, cum Nobilibus quibusdam, & aliis a Duce Auſtriæ ſunt captivati, Imperator cum modica militia Lombardiam intravit, - - - & per conales verſus Auſtriam in Decembri revertitur.* Mellic. Chronicon plurima de his tacet, aliqua tardius refert, Clauſtroneoburgenſe effectum belli hiſce deſcribit, *qui tamen nihil profecerunt, niſi quod terram rapina & incendio vaſtaverunt.*

Hic erat belli Imperialis in Ducem noſtrum geſti effectus pulcherrimus, *rapina*, nempe, *incendium*, *vaſtatio*. Principi proſcripto eripienda erat Regio, non vaſtanda, ut ipſe luat, non ſubditi patiantur,

nam

nam, ſi verum eſt, quod conclamant Chronica patria, quod optimates Auſtriæ & Styriæ alium Ducem ab Imperatore poſtulaverint, utique modo facillimo occupari Auſtria & Styria potuiſſet, quin rapinis ſubjiceretur.

Wenceslaum primarium executorem a Cæſare, utpote Ducis noſtri capitalem inimicum ſtatutum, Dubravius hoc in bello ſumme laudat hiſtor. Bohem. lib. 16. pag. 128. novumque noſtro Principi crimen impingit, quod hactenus omnes latuit, ait enim, *in qua* Auſtria nempe, *Fridericus Dux captum Henricum Cæſaris Affinem in arcem quandam injecerat, nec inde dimittere eum volebat.* Quis fuerit Henricus hic Cæſaris Affinis? qua in arce? cur a Duce noſtro captus & incluſus? in Genealogiis & Hiſtoriis non reperitur.

Linzium Urbs invicte operam omnem Ottonis Bavari, & Rudigeri Epiſcopi Patav. eluſit, adeo, ut infecto negotio redire ambo cogerentur, quod contigiſſe opinor menſe Decembri, quo Imperator Auſtriam intravit; munimentorum Linzenſium defectum ſupplebant more Lacedæmonum fidiſſima civium pectora, quæ tormentis incaſſum petebantur. *Lincium obſeſſum.*

Nihil tamen turpius deſcribitur a Chroniſta Salisburg. quam Patriarchæ Aquilejenſis & Epiſcopi Babenbergenſis hoſtilis in Styriam ingreſſus, ait enim de illis *hoſtiliter Styriam intrantes, Eccleſias ſpoliaverunt.* De Rubeis cap. 71. nil niſi hunc ipſum Chroniſtæ Salisburg. locum adfert, unde quæ & quantæ fuerint Eccleſiarum Styriæ ſpoliationes? ignorare cogor; floruiſſe mox iterum Eccleſias Dei in Styria, easque rebus & acceſſionibus auctas, mox dicam. *Styriæ vaſtatio.*

Imperatorem menſe Decembri Viennam adveniſſe, teſtantur omnia Chronica, cumque Chronicon Salisburg. more veterum, annum a natali Domini inchoans, ad an 1237. dicat: *Imperator natale Domini apud Grez in Marchia celebravit*, ceuſeo Fridericum ex Italia reducem, hoc anno natale Domini Græcii celebraſſe, & inde Viennam an. primum ſeq. vel certe hujus fine abiiſſe, ac res alias ibidem ordinaſſe, de quibus an. ſeq. *Frid. Imperat. Gracii natale Dom. celebrat.*

Dum vero Græcii ageret Imperator, advenit etiam Archiep. Salisburg. Eberhardus, qui dein ad mandatum Cæſaris pro communi Patriæ pace reducenda, contra Ducem noſtrum vires ſuas junxerat, ſed potiſſimum ope & conſilio redintegrare amicitiam inter Fridericos Imperatorem & Ducem ſtatuerat, ut ex ſeq. patebit.

Inter Nobiles & Optimates Friderico Duci affectiſſimos referendi ſunt *Albero III. de Polheim*, Capitaneus Auſtriæ ſuper Anaſum, ac Bellidux contra Belam Hungariæ Regem, & *Gundaccarus de Starbemberg*, qui fidelitatem ſuam præprimis has inter turbas Friderico Duci exhibuit, unde Frider. Dux eidem anno hoc redditus in Riedmarchia hiſce verbis in feudum dedit: *Dilecto fideli Miniſteriali noſtro Gundaccaro de Stabremberg propter fidelia ſervitia, & ut alii exemplo ipſius nobis Fideles ad noſtra obſequia ſe offerant promptiores, redditus in Riedmarchia in feudum contulimus*, &c. V. Wurmbr. f. 216. *Polheim de Albero III. Stabremberg de Gundaccar.*

His in temporum calamitatibus benefecit tamen Dux noſter Eccleſiis, Friſingenſi pro 500. marcis argenti, quas Pater debebat, *Forum Aſpach* (fors *Aſpang in Auſtria*) in pignus dedit, Monaſterio S. Crucis con- *Frid. Dux benef. in Eccl. Aſpang in Auſtria.*

Göſſ. rec. conceſſit poſſeſſiones in Sulz, Mellicenſibus jus præſentandi, Clericum in Eccleſia S. Martini in Medlich, in Styria vero Göſſenſi Monaſterio Bernardus Dux Carinthiæ, forte antequam arma in Ducem noſtrum ſtringeret, beneficus adſtitit, & ad inſtantiam Miniſterialium ſuorum Hemam Filiam, Filiæ Liebhardi de Carlsperg donavit, ita, ut pueri ejus, inter Monaſterium Göſs & Ducem Carinthiæ cum portionibus hæreditariis æqua proportione dividantur, ut V. pl. Diplo. Göſs. 31. apud Frœlich. part. 1. f. 56. de Carlſpergiis vero tom. 1. annot. Diplom. 66.

Teuton. rec in Groſſontag. Dixi anno priore Teutonicis ad S. Dominicam *Fridericum de Petovia* ceſſiſſe jus Patronatus in Eccleſiam ibidem ſitam, ſimulque ſpopondiſſe, ſe ceſſionis ſuæ confirmationem ab Archiep. Salisburg. evi-

Petovii exiſtit Eberhar. Salzb. cturum, hoc itaque anno ſubſecuta eſt confirmatio Eberhardi II. quam *Petovii* exiſtens 7. Kal. Febr. dedit, ut V. plur. Dipl. 69. in fine.

Anno 1237.

ANNO 1237.

Indict. 10. *Greg. IX. P. XI. Frider. II. Imp. XXV. Frider. I. Bellicoſi, Ducis IV. Styr. VIII.*

Vienna a Bohemis capta. Annus hic Friderico Duci noſtro periculoſiſſimus erat, etenim anni prioris medio & fine, executores Imperiales omni vi Provincias Ducis noſtri ſunt adorti, Viennam ipſam modico præſidio munitam Wenceslaus Rex cum grandi exercitu adiit; Viennenſes hoc in rerum diſcrimine celeriter Duci noſtro Friderico in Urbe nova impetum hoſtium exſpectanti nunciant, ni celeriter ſuccurreret, actum de illa iri, quibus Dux noſter reſpondit, *tempori, ut cederent, rebusque ſuis, quo melius ſcirent, modo conſulerent*, ita Dubravius, quo dein factum, ut Viennenſes ſe Wenceslao traderent docente Chron. Mellic. *Viennenſis civitas, & aliæ munitiones, tam caſtella quam civitas clauduntur ei*, intellige, non quaſi ipſæ ſe oppoſuerint, & aditum Duci clauſerint, ſed quod ab hoſtibus ea tenentibus, aditus ſit præcluſus, cum enim Dubravius, licet Bohemiæ Regi addictiſſimus ſcripſerit, Viennenſes antea auxilium Ducis ſui imploraſſe, credibile eſt, Urbes & Caſtella, cæteroquin Principi ſuo addicta, ab hoſtibus ſolum clauſa fuiſſe.

Neoſtadium fruſtra obſeſſum. Itum dein, eodem Dubravio teſte, ad oppugnandam novam civitatem, omni apparatu bellico & annona refertiſſimam, ſed cum omnis conatus fruſtra eſſet, oppugnare illam deſiterunt, firmataque præſidiis Vienna, caſtris, ac oppidis inſignioribus, rem in Auſtria geſtam ſuo ordine Cæſari expoſuerunt, qui, ut docet Dubravius, *partorum omnium tutelam fidei Regis Wenceslai commiſit*, &c. quæ, ut vera ſint, intelligi debent, hæc omnia Wenceslao uſque ad Adventum Cæſaris Viennæ tradita fuiſſe, nam Cæſar Viennam veniens primo Ekkebertum Epiſcopum Babenberg. cum Burggravio Eberſtein Auſtriæ regendæ præfecit, ut mox oſtendam.

Frider. Imp. Gracium venit. Fridericus interea Imperator, non menſe Decembri prioris anni, ſed vel menſis Januarii fine, vel Februarii initio hujus anni Auſtriam ingreſ-

ingreſſus eſt, ita enim Chronic. Salisburg. & Clauſtroneoburg. ad hunc annum Cæſaris adventum Viennæ referunt, & licet Chronicon Salisb. hoc anno dicat, *Imperator natale Domini apud Grez in Marchia celebravit*, hoc tamen more veterum locutum eſt, qui annos a Natali Domini inchoare ſolebant, more vero noſtro an. 1236. Imperator, Frider. in Nativitate Domini Græcii exſtitit, manſitque etiam menſis Januarii initio, ut ex Diplom. infra adducendis manifeſte oſtendam.

Quænam in Styria fecerit Imperator ex Italia eo delatus? hic inquirendum eſt, an Styria noſtra a vi immunis extiterit, an Carinthi ſub Duce ſuo Bernardo, executore etiam belli in Fridericum geſti ſtatuto eam vaſtaverint vel ſubegerint? non meminere annales, Chronicon Clauſtroneoburg. ita habet, *Tandem Imperator per Longobardiam intravit Styriam, & ſubjugavit caſtra valde munita, multaque confregit, & Ducis Uxorem abſtulit, quod ei maximum dedecus fuit.* Salisburg. vero docet: *Patriarcha Aquilejenſis cum Epiſcopo Babenberg. Styriam hoſtiliter intrantes, Eccleſias ſpoliaverunt.* Quæ vero caſtra deſtructa, quæ Eccleſiæ ſpoliatæ ſint? nemo expreſſit; ex his tamen infero, vel Styros Duci ſuo addictiſſimos fuiſſe, vel Imperatorem, contra omnia belli, naturæque jura, ſuam executionem urſiſſe, ſi enim Styri ipſi Ducem ſuum averſati ſunt, cur caſtra confracta? cur Eccleſiæ ſpoliatæ? ſi vero Duci ſuo addicti fuerunt, non cohærent illa veterum Chronic. Clauſtroneoburgenſis, Zwetlenſis, & Leobienſis dicta, quod Miniſteriales in Auſtria & Styria ſe Duci opponere cœperint. *Styriæ fata ſub Frid. Imp.*

Nihil vero turpius erat, quam quod Imperator Duci noſtro convitium facturus, Uxorem ejus abſtulerit, ſicque tanquam Judex Eccleſiaſticus, divortii pœnam Duci noſtro intulerit; patet nempe maniſeſte, Imperatorem, privatas tantum Ducis injurias ultum, omnia ea tentaſſe, quæ Friderico noſtro propudioſa eſſe poterant: Uxor Ducis erat Agnes Filia Ducis Meran. quo eam abduxerit? an lateri ſuo adhærere juſſerit? nullibi expreſſum lego, detentam tamen uſque ad an. 1240. vel ſequentem, & a toro Mariti ſui abſtractam ſuſpicor ex verbis Chron. Salisburg. ad an. 1241. *Dux Auſtriæ, præſentibus Patriarcha Aquilejenſi, Archiepiſcopo Salisburg. Patav. & Sekovvenſi Epiſcopis, Conjugem ſuam cum magno recepit tripudio*, de quo pl. eo anno. *Imp. Frider. Ducis Uxorem abducit.*

Subacta ſic Styria menſis januarii fine, vel Februarii initio Viennam tetendit Cæſar (ut ex Diplom. Tenton. infra adducendo oſtendam) hyemem ibidem cum variis Principibus & Epiſcopis exacturus, mox ad ordinandam rempublicam manus admovet, Ducatum Auſtriæ Styriæque ad ditionem Imperii adjungit, Viennam civitatem liberam pronunciat (V. Diſſert. 1. apolog. §. 21. 22.) illi & univerſæ Auſtriæ Ekebertum Babenberg. Epiſc. Comitem de Andechs, Belæ Regis Hungariæ avunculum, Ottonis Meraniæ Ducis Filium, Bertholdi Aquilej. Patriarchæ Fratrem præficit, virum ſtrenuum, & belli artium cumprimis gnarum, ſed eodem hoc anno mortuum, adjuncti ſimul Comites de Henneberg, & Conradus Burggravius de Norimberg; eadem vero opportunitate Imperator Filium Conradum, natu minorem, Regem Germaniæ dixit, exauthorato jam, & forte neci etiam tradito Rege Henrico; rebus ita diſpoſitis, Paſcha Ratisbonæ *Vienn. venit.* *Eggebert. Epiſc. Babenb. fit Auſtriæ Præf.* *Conradus Rex Germ.*

celebraturus abiit Fridericus Imperator, quæ omnia breviſſime ad hunc annum inſinuat Pernoldus: *Poſtquam reverſus eſt Imperator, qui Urbem Viennam Imperio adſcripſit, & Fridericum Ducem ſupplicem fruſtra exſpectavit, ac in Urbe & Auſtria Rectores poſuit, Dux e nova civitate egreſſus, cum electa militia hoſtes varie vicit, fugavit, & cepit.* Eodem modo breviter ſe expedit Godefridus Colon. Chronicon vero Clauſtroneoburg. & Auſtrale, captionem Epiſcoporum adventui Cæſaris perperam anteponunt, & poſt abductam Ducis Uxorem ita proſequuntur: *Imperator intravit Auſtriam, venitque cum multis Prncipibus Viennam, ibique cum magno honore exceptus eſt, Filiusque ejus, Rex Chunradus per Danubium venit cum magno comitatu Principum, ibique per tres menſes* (Februarium, Martium, & Aprilem) *latitantes, comedentes, & bibentes, quæ apud ipſos erant, & nihil aliud utilitatis operantes. Deinde Imperator relinquens Auſtriam, ingreſſus eſt Bavariam, & vices ſuas commiſit Epiſcopo Babenbergenſi Ekeberto.* Tantæ molis erat Ducem Auſtriæ & Styriæ debellare, ut maximo cum apparatu ex Italia & Germania conſcripto in eum moveret Cæſar, & tamen nil proficeret: *pro numero* nempe Friderico noſtro *virtus fuit, & armorum peritia*, inquit Adlzreiterus annal. Boic. gent. part. 1. lib. 24. pag. 660. §. 3. *quæ Friderico victoriam memorabilem peperere.*

Chronicon Mellic. *quosdam Comites Viennæ relictos pro præſidio* ſcribens, ait Imperatorem *quarto menſe* Auſtria egreſſum, unde menſe Januario Viennam veniſſe debuit.

Eggebert. Ep. Babenb. obit Auſtr. Praef.

Eggebertus interim Babenberg. Epiſcopus, Auſtriæ Præfectus, ab Imperatore eſt deſignatus, non tamen diu id officii geſſit, nam teſte Chronico Salisburg. *non multo poſt in eadem civitate defunctus eſt, unde Dux libere cœpit terram vaſtare*, & Chron. Clauſtroneoburg. modeſtius ait: *poſt receſſum Dux noſter in brevi 5. caſtra vi obtinuit.* Hæc quidem omnia ante obitum Eggeberti, uti & ſequentia referuntur: *Deinde Styrienſes conducti ab Imperatore Auſtriam intraverunt cum exercitu ad conſervationem terræ, ſed magis venerunt ad deſolationem, quia in brevi nonnullis ſuis interfectis & captis, cum confuſione ad propria ſunt reverſi. Interim Epiſcopus Babenberg. in Vienna diem ultimum clauſit*, quibus Anonymus Leobienſis addit, *& ſepultus eſt apud Scotos in Vienna;* Hæc de Styris devictis ad annum ſeq. expediam. Interim memorat Chron. Clauſtroneoburg. quædam ad an. 1236. quæ tamen ad hunc annum ſpectare arbitror, nempe *bi terram & Civitatem Viennenſem Burggravio de Nurnberg commendaverunt* (nempe Imperatore jam Auſtria eggreſſo, & Eggeberto Babenberg. mortuo, cum jam antea Burggravius ille adjunctus fuerit Eggeberto vivo) *qui collectis multis, venit rurſus novam civitatem locuturus Patriarchæ Aquilejenſi, & Styrienſibus, in reverſione vero inſecutus eſt eos Dux cum Comite de Bogen, & fugavit eos, cum haberent 10. contra unum, cæpitque duos Epiſcopos Patavienſem & Friſienſem* (lege Friſingenſem) *cæteri turpiter, & vix evaſerunt*, hæc refert Chronic. Clauſtroneoburg. male ante adventum Imperatoris in Styriam, quæ tamen hoc anno & poſt obitum Eggeberti opinor contigiſſe.

Styri a Duce victi.

Frider. Dux Neoſtadii ſe defendit.

Fridericus itaque Dux auditis, quæ contra ſe ſtatuta erant, ne ſpem omnem abjiceret, in vicinam Viennæ Urbem, cum fidiſſimis

ſuorum

ſuorum ſe incluſit; cum ab Urbe adeo vicina, & inimica, abſtinuerint hoſtes arma, non reperio, Trojane an Carthago Auſtriaca cenſenda erat urbs hæc? author hiſtoriæ Ducatus Styriæ ſuſpicabatur Fridericum Cæſarem adhuc Duci noſtro faviſſe, vel ſumma erepta nihili habuiſſe, Urbem hanc a Duce retineri, aſt privatas ſolum injurias ultum Cæſarem, non hæc ſolum, ſed plura alia oſtendunt. *Cur Neoſtadium immune.*

Comitem illum de Bogen, Duci noſtro adhærentem, & ſtrenuam in repellendis hoſtibus operam locantem, reor fuiſſe Albertum II. de quo V. dicta Diplom. 13. quemque Aventinus adjutorem Friderici ſtatuit, dum Lincii obſidionem armata manu ſolveret, ſed & inter Nobiles Duci noſtro adhærentes, ac devotos lego ſequentes ex litteris Friderici Ducis an. 1236. Neoſtadii datis 3. Idus Nov. nempe præter Albertum de Bogen Comitem, *Anſelmum virum nobilem de Juſtingen*, *Leuprandum Archidiaconum Carinthiæ*, *Bertholdum de Treun* Mareſchallum, *Bertholdum de Emmerberg*, Dapiferum, *Gundaccarum de Stahremberg*, *Dietric & Ortolfum de Volkenſtein*, *Albertum de Nuzberg*, *Ulricum de Chiembperg*, *Cholonem de Vronhoven*, aliosque. *Bogen de Albertus II. Juſtingen de Anſelm. Treun de Bertbold. Emmerberg de Bertbold. Stahrenberg de Gundacc. & Wolkenſtein Nuzberg. Chiemberg Vronhoven.*

Neoſtadium verſus cum abire vellent Rudiger Epiſc. Patav. & Conradus Friſingenſis, itineris cauſa in vicinia illa cum Styriæ Proceribus & Aquilej. Patriarcha collocuturi, a Friderico Duce, re hac per exploratores comperta, circumventi & capti ſunt, dum per Campum *Steinfeld* incederent, capti ſic Epiſcopi Neoſtadium ſunt abducti, liberaliſſime ibidem habiti, & brevi poſt dimiſſi, ut oſtendi diſſert. 1. apologet. §. 17. nec ſine cauſa, etenim ambo Epiſcopi dein in gratitudinem perennem, omnem ſuam operam in amicitia inter Ducem & Imperatorem reſtituenda locabant. *Rudiger Epiſc. Patav. & Conr. Ep. Friſingenſ. capti.*

Victoria hac a Duce relata, & Proceribus quibusdam captis, ſenſim animi ſubditorum in Ducem ſuum inclinari cæperunt, & *conjuratio illa exitiabilis a Proceribus Auſtriæ & Styriæ* facta, imminuta eſt, de qua Chron. Mellicenſe an. ſeq. loquitur.

Scholæ Viennenſi hoc anno initium a Friderico Imper. datum, inſigniaque nova Urbi conceſſa tradunt varii authores, Lazius *bicipitem aquilam auream & coronatam in clypeo nigro*, pro veteri albæ Crucis in clypeo rubro inſigni datam docet, ſed teſte auth. faſt. Campilil. res de ſimplici aquila, an a Cæſare venerit? valde incerta eſt, illud certum hoc ævo, Aquilæ Imperiali nondum duplex caput natum fuiſſe, corona quoque adjecta, ſigillis veteribus Viennæ contradicit. *Schola Vien. Urbis inſignia nova.*

Hos inter bellorum motus Eberhardus II. Archiepiſcop. Salisb. ſeniculus licet, continuo movebatur, non enim ſolum Græcii anno priore & hoc, ſed Viennæ etiam Imperatori adfuit, ut Diplom. Friderici Imp. menſe Jan. & Febr. data exhibent; imo videtur Eberhardus ſub finem verni jejunii, Cæſarem Paſcha Ratisbonæ celebraturum ſecutus, ac ſpiram ad Colloquium Principum, demum in Tyrolim menſe Septembri cum Cæſare abiiſſe, Chron. certe Salisburg. hoc an. ita habet: *Archiepiſcopus Salzburgenſis Eccleſiam Brixinenſem dedicavit, & oſſa B. Hartmanni reverenter a terra ſublevavit*; dum in Bavaria cum Cæſare ageret, opera ſua pacem & concordiam promovit inter Con- *Eberh. Salab. res.*

radum Episcopum Frisingens. & Ottonem Bavariæ Ducem, mox tamen iterum ruptam.

Vetera quædam Chronica habent, Eberhardum inter primarios executores belli Imperialis fuisse, quod tamen vix credam, cum anno præcedenti Dux noster Ecclesiæ Friseng. Diploma dederit, sub clausula: *ad cujus rei memoriam præsentem paginam Ven. Dom. nostri Archiepisc. Salisburg. & nostri sigillis jussimus communiri.*

Seccov. res. Dum Græcii hoc anno Frider. Imper. ageret, Canoniæ Seccovienses immunitatem a teloneis, publico Diplomate ratam esse voluit, qua proin Seccovienses res suas libere per Styriam portare sine præstatione telonei ullius possent; Diploma hoc *datum apud Græze tertia Januarii decima indictione*, clare docet Fridericum Imperatorem initio Januarii hujus anni Græcii exstitisse, quamvis enim æra Christi omissa sit, indictio tamen decima annum hunc sat manifeste indigitat.

Teuton. Græcens. Eodem hoc anno mense Februario Viennæ existens Fridericus II. Imper. confirmavit Privilegia Teutonicorum Commendæ Græcensis, ut V. Dipl. mea num. 70. in fine, ex quo simul Principes & Episcopi videri possunt cum Friderico II. Imp. Viennæ existentes. Lünig in Archivo Imper. speciali contin. 1. §. 5. de Styria pag. 141. refert Diploma ejusdem Friderici Imperatoris, quo Styriæ Ordinibus Privilegia confirmat, teste cum aliis Bernardo Duce Carinthiæ; subscriptio sequens est: *acta sunt hæc an. Dom. Incarnat. millesimo ducentesimo tricesimo septimo, mense Aprilis decimæ indictionis - - - datum apud Anasum*, quo Imperatorem ex Austria venisse Ratisbonam judico, ut Pascha ibidem celebraret, beneficium hoc præambulum erat obsequii illius, quo in fine hujus anni vel seq. initio Styros conduxit Cæsar in Fridericum Ducem pugnaturus.

Seiz. res. Nec minus afflictis terrarum & Ecclesiarum nostrarum rebus succurrerunt hostes ipsi Ducis nostri, Bertholdus nempe Patriarcha Aquilejensis, qui dato hoc anno Diplomate res Seizensium confirmavit. V. Dipl. mea in fine num. 71. Idem vero Bertholdus Aquilejensis ratam habuit venditionem bonorum Cœnobio Admont. in Styria factam *Admont. res.* a Jacobo Abbate Mosacensi electo in loco *Chyrchaim* pretio 46. marcarum denar. Aquilej. Diploma hoc adfert Bernardus Pezius in Cod. Diplom. Admont. num. 10. puto tamen id pertinere ad annum aliquem anteriorem & quidem ante an. 1230. nam licet de Rubeis hujus Diplomatis non meminerit, adfert tamen aliud cap. 71. num. 2. ad an. 1231. in quo, cum inter testes Jacobus Mosacensis non electus, sed jam confirmatus Abbas dicatur, illud non ad an. 1237. sed an. 1230. circiter pertinere arbitror.

Bernard. II. Præp. Voraw. VII. obit. In fine an. 1235. dixi, Voravienſi Canoniæ Præpositum fuisse ordine septimum, cujus nomen, Chronistam nostrum latuit; Præpositum istum hoc anno defunctum auguror, Verba do Chronici Vóravienſis: *Præpositus, cujus nomen ignoratur, in propria domo, quæ exusta erat, per ignem ibidem periit, quare plurima Privilegia, res Monasterii, ut non plures libri ibidem perierunt, quanquam idem Præpositus plura tam in libris, quam rebus per fenestras ejecit, licet minime evadere potuit; tandem flexis genibus, elevatis manibus versus cœlum in igne spiritum exhalavit; quapropter*

Voraw. exust.

propter in hodiernam diem plures defectus in privilegiis hujus Monaſterii videntur, & idem Præpoſitus tali forma reperitur in libro Papiæ vocabulario depictus, quem etiam de igne projecit. In miſerabili horum temporum ſtatu, Voravio ſupremum malum adjectum fniſſet, niſi provida ſuperni Numinis dextera illud cuſtodiiſſet, periit Monaſterii pars plurima cum Capite, ſeu Prælato ſuo, amore Collegii ſui inter flammas extincto.

Præpoſiti nomen domi incognitum detexit Necrologium Seccovienſe apud Frœlichium Diplom. Styriæ part. 2. fol. 363. quod ita habet: *XI. Kal. Decemb. obiit Bernardus de Vorovve Præpoſitus Erneſtus*, pro *Erneſtus* legendum eſſe *exuſtus*, teſtem & vadem me ipſum conſtituo, qui diu antea, quam Diplomatarium hoc ederetur, in eodem Necrologio Seccov. legi ad eum diem: *Bernardus Præpoſitus de Vorovve exuſtus*, error itaque amanuenſis hoc in loco intercurrerit, ſimilemquem errorem obſervavi in eodem Diplomatario f. 338. in Necrol. Run. in quo ad *Kal. Martii* legitur *Thomas de Flednig. Colon. Præpoſ. in Vorav.* error hic interjectione debiti commatis & lineolæ ita emendatur, ut legendum ſit: *Thomas de Flednig. Colom.* ſeu Colomannus *Præpoſitus in Vorav.* Et ſic concordat Necrologium hoc cum Admont. S. Ypolitano, Seccovienſi, &c. ita nempe amanuenſium incuria, plurima ſubin turbavit.

Bernardi II. Præpoſiti Voravienſis meminit etiam Necrolog. Admontenſe his verbis: *XI. Kal. Decembr. Bernardus Præpoſitus Vorovve.* *Vorav. VIII. Præpoſ. nomen latet.*

Sed quis quæſo Succeſſor Bernardi Præpoſiti fuit? eum negligit Chroniſta noſter domeſticus, & poſtquam varia alia narraſſet a me infra adducenda, poſt Bernardum II. ordine VII. adfert Gebbinum Præpoſitum IX. ad an. 1242. Cum itaque Gebbinum IX. Præpoſitum dicat, poſt Bernardum ordine VII. cenſeo, aliquem intercurriſſe Præpoſitum neque hoc tempore vacaſſe Præpoſituram noſtram; quale vero fuerit nomen Præpoſiti? ſincere fateor me ignorare; varios quidem in aliis Necrologiis invenio Præpoſitos Voravii inſcriptos, qui tamen nobis continuo fuere incogniti; ſic in Necrologio S. Ypolitano apud Duellium 6. *Non. Maj.* defunctus legitur *Jacobus Præp. Vorav. Præbyter & Confrater noſter*, in Necrolog. Seccov. duo leguntur Ottocari Præp. Vorav. unus 4. *Idus Jan.* & alter 15. *Kal. Junii*, mox poſt 14. *Kal. Julii Otto Præp. Eccl. Vorav.* documenta S. Lamberti ad an. 1388. habent *Chriſtianum Præpoſ. Vorav.* apud nos tamen nullus Jacobus, Otto, Chriſtianus, & unicus tantum Ottocarus Præpoſitus, ordine XIV. reperitur. An unus horum ſucceſſerit Bernardo II? quod dicam, non habeo. Id ſolum concludo, turbata domi cum fuerint hoc tempore omnia, mirum non eſſe, ſi ſubin in rebus extra Provinciam ſitis aqua hæreat. *Præpoſ. varii Vorav. ex aliis docum. ſed nobis incogniti.*

ANNO 1238. *Anno 1238.*

Indict. 11. Gregor. IX. P. XII. Frider. II. Imper. XXVI. Frider. I. Bellicoſi, Styr. IV. Ducis IX.

Lætiores Ducis noſtri ſucceſſus ad hunc annum ita narrat Bernoldus: *licet Imperator Styrienſes, brevi fugatos, & Eberſteinium cum*

Friderici Dux Styros secundo profligat.

novo exercitu mitteret, apud Tulnam a Duce contritum, Fridericus tamen auxilio Regis Bohemi, qui a Cæsare recessit, omnes Provincias magis ultra delitas quam captas maxima ex parte recuperavit. Erant enim nobilium affectus vagi, & inconstantes non jure, sed petulantia huc illuc moti, & nunquam sibi constantes, semper autem sibi ipsis malum cudentes: amplioribus hæc verbis refert Chronista Clausstroneoburg. cujus textum de Styris an. priore dedi, de Eberstеinio addit solum, eum venisse *circa vindemias, quæ ea tis sterilis erat.*

Altera hæc erat de Styris Ducis nostri victoria ad Tulnam relata, an. enim priore eos ad Neostadium fugavit; ubi enim Cæsar de prosperis Friderici Ducis Successibus edoctus erat, illico Styros (quos confirmatione Privilegiorum sibi an. priore devinxerat) in Austriam immittit, nobilibusque, sua ut arma Eberstеinio sociarent, imperat, Fridericus Dux, retrusis intra montes suos Styris, mox Tulnam advolat, fœderatos profligat, Eberstеinium Viennam fugere compellit.

Eberstein Com. Otto Præs. Austriæ.

Comes de Eberstein Otto, Successor datus videtur in præfectura Austriæ Eggeberto Episc. Babenberg. an. priore defuncto, de quo Eberstеinio Cuspiniamus in Austria. f. 620. ait: *Supremum Capitaneum & Austriæ Præsidem strenuum, bellicosumque Comitem, & qui inter militares Imperii non haberet secundum*: qui dein teste Prevenhuebero f. 410. *possessiones apud Anasum sitas, ad officium notariatus Styriæ pertinentes*: D. *Ulrico de Losenstein* pro certa pecuniæ summa oppignaravit.

Losenstein Ulricus.

Glunic. Mon. benef. Dux.

Ne ingratus Deo lauros submittenti foret Dux noster, has inter bellorum turbas Ecclesiis benefecit, & an. hoc ut refert Catal. Abbatum Glunic. apud Hier. Pez. tom. 2. col. 330. consilio Eckeberti II. Babenberg. Episc. *Monasterium* Glunicense nimirum, *quod per incendium casualiter exortum magna damna passum fuit, novis proventibus auxit, simul omnia a prædecessoribus suis Monasterio collata privilegia libertates, exemptiones, & immunitates confirmavit.* An beneficium hoc Glunicensi Monasterio hoc an. sit collatum, valde dubito: Eckebertus enim jam anno præcedenti defunctus est, & vix his annis consilia Eckeberti secutus fuisset Princeps noster, unde licet de beneficio & gratia principis non dubitem, alio tamen anno anteriore eam collatam judico.

Frider. Imper. discordia cum Greg. Pap.

Ast qui factum est, ut fortuna Principi nostro tot inter hostes lætior affulgeret? Id ex parte jam §. 24. Dissert. apolog. ostendi, nempe Fridericus II. Imp. denuo cum Papa collisus, Principes Germaniæ, hosque inter Ducem nostrum sibi demereri studuit. Pontifex recuperari volebat Palæstinam, & Imperium Latinorum Constantinopoli succollari, præterea immunitatem, causas Ecclesiæ, ejusque ordinationes sibi uni relinqui, nec violari fiduciaria Regna Neapolis, & Siciliæ volebat. Fridericus Imp. vero fidenter scribebat: *Italia mea est*, illuc omnes vires convertit Saracenos in ea locavit, Romanos rebelles fovit, de rebus orientis nil curans, se occidentis solum non orientis Cæsarem jactans, verbo, quidquid Papa ageret, Cæsari, & quæ hic faceret, Papæ suspicionem & bilem movere.

Imperator itaque, ut sibi Principes Germanos devinciret, interque hos bellicosissimum Ducem nostrum, quem faventem Papæ noverat, mitius cum eo agere cœpit, aliunde, ut putabat jam ita contrito,

trito, ut nocere non poſſet, nec enim alias apparet ratio, cur Otto de Eberſtein Auſtriæ Præfectus, vir belli ſcientia nemini fere ſecundus, teſte Chron. Clauſtron. dicatur *in Vienna manens ſine effectu*, quamvis enim addatur, *quod nulli ſe audebat committere propter infidelitatem, quæ tunc regnabat in terra*, tamen non obſtante hac infidelitate jam antea vigente, a Cæſare in Ducem miſſus eſt, quod proin hiſce annis non factum ex cauſa ſupra memorata ominari licet. Ex his, quam præjudicata ac temeraria ſit Angli Scriptoris Matthæi Pariſii gloſſa ad an. 1236. docentis, Ducem noſtrum terris omnibus exutum, vindice Deo, qui peccata Patrum in Filios in tertiam & quartam generationem viſitat, ſicque dum Avus Friderici Leopoldus virtuoſus Richardum Angliæ Regem in vincula conjecerit, a Deo in vicem iniquitatis Fridericus Provincias amiſerit. Quæ ſententia e ſecretis Dei, neſcio, quo conſiliario revelata, Anglico huic Scriptori, an fidem alicujus emendicatura ſit? ignoro. Anonymus Leobienſis loco non ſuo, ad an. 1215. ſequentia refert f. 804. *hic Imperator* Fridericus II. *an. ab Incarnatione Domini MCCXXXVIII. tranſit per Leuben, civitatem Styriæ, quia vocatus fuerat ab Auſtralibus, ut provideret eis de Duce, nam Ducem eorum Fridericum Filium Leopoldi Ducis fatuum eſſe dixerunt*, &c. fabellam hanc inſigni contradictione ſuffultam jam refutavi ex ipſo hoc authore, in Diſſert. apol. § 18. hic inquirendum, an, & quo anno Leobium tranſierit Frider. II. Imperator? hoc anno eum non potuiſſe in Leuben exiſtere, idem hic cit. auth. col. 814. conficit his verbis ad an. 1237. *Imperator cum magno exercitu intravit Longobardiam, ibique fere per 2. annos civitates ſibi rebelles impugnans, ſed non expugnans.* Eadem docent Chron. Clauſtroneob. Salisb. Mellic. & alia, habentque acta alia, ſic auth. Germ. ſacr. tom. 1. f. 377. habet Rudigerum Patav. Epiſcopum in Italiam ad Imperatorem abiiſſe in obſidione Brixiæ a medio Julio ad Feſtum S. Michaelis ſine fructu hærentem, & tom. 2. idem de Eberhardo Salisburg. in Italiam abeunte tradit. Itaque ſi Imperator per Leobium tranſiit, id an. priori fieri debuit, quo ex Styria in Auſtriam movit, ut an. præced. dictum.

Frider. Imper. Leobii non moratus.

Chron. Salisburg. ad hunc an. ſequentia habet: *in Diœceſi Aquilejenſi hoſtia Corporis & Sanguinis Domini, celebrante quodam ſæculari Clerico, in veram ſpeciem Carnis & Sanguinis transformata eſt, & hoc in menſe Februario in caſtro, quod dicitur Stain, ſuper Trabum fluvium, & idem Clericus in brevi ad Ordinem Prædicatorum in Friſaco ſe transferens, cum in die S. Pentecoſtes Divina multis adſtantibus celebraret ſecundo hoſtia Corporis & Sanguinis Chriſti in veram Carnem & Sanguinem transformata eſt, quæ in cryſtallo perſpicaci receptæ a fidelibus devote celebrantur.* Alia Chronica miraculum hoc reticent, docet tamen de Rubeis cap. 71. num. 3. ob hujus miraculi novitatem, ex nota Bollandi ad diem 5. Febr. in commentario hiſtor. vitæ B. Hildegardis Palatinæ Carinthiæ an. 1024. defunctæ, *Albertum Palatinum Carinthiæ Comitem de Goritia, & Advocatum Eccl. Aquilei. & Brixin. ob miraculum Sacroſanctæ Eucchariſtiæ, quando, ut ait, Corpus & Sanguis Chriſti non ſub ſpeciebus, ſed viſibiliter in manibus Sacerdotis apparuit, proprio ſuo decreto exemiſſe dictam S. Laurentii in Stein Eccleſiam ab omni jurisdictione Eberndorfenſium, aut potius horum jus commu-*

Miraculum in caſtro Stein, & Friſaci.

taſſe aliis bonis ad S. Danielem, ita ut Steinenſis Eccleſia deinceps ad ſolu ſucceſſores ſuos Comites Tyrolis, & Patriarchæ Aquilejenſem immediate ſpectaret.

Stein Eccleſia ad Dravum inſignis.

Eccleſia S. Laurentii in Stein caſtro ad Dravi fluminis trajectum, olim ſuberat poteſtati Monaſterii Eberndorfenſis Can. Reg. S. Auguſt. Franco Præpoſitus eam ceſſit Patriarchæ Bertholdo, floruit hic locus tum ob exuvias B. Hildegardis ibidem ſepultæ (ut tom. 1. ad an. 1024. dictum) tum *ob miracula inſignia*, quæ ibidem *mirabiliter refulgere* dicuntur.

Wolframo Præpoſ. V. ſucc. Conradus VI. Præp.

Seccovienſi Canoniæ Cathedrali hoc anno VI. præfuiſſe Prælatum nomine Conradum docet Diplom. 55. Seccov. in Dipl. Duc. Styriæ quo idem Conradus confirmat litteras Wolframi prædeceſſoris ſui, quibus Ditmarus Friſac. Decanus (Diplom. 53. Seccov. Præpoſitum vocat) cum Familia ſua in Seccov. confraternitatem eſt receptus. Unde Conradus hoc vel an. præced. ſucceſſit Wolframo Præpoſito: diem obitus inſinuat Necrol. Seccov. *XV. Kal. Novemb.* nempe obiit *Wolframus Præpoſitus Seccov. V. plura an.* 1244.

Admont. res.

Inter Diplom. Admont. apud Bern. Pez. num. 59. viſitur unum Eberhardi Salisburg. quo teſtatur ſe vidiſſe inſtrumentum *Joan. Abb. Admont.* de advocatia *prædiorum Admunt. apud Muram*, quod etiam hic adfert, & in quo *D. Offo de Teiffenbach* horum advocatiam aliquando libere ab Admontenſibus recepiſſe, ſine gravamine adminiſtraſſe, tum vero libere reſignaſſe dicitur; ea Advocatia dein data eſt *D. Dietmaro de Liechtenſtain.* In Diplom. Joannis Abb. Admont. deſcribitur, quomodo advocatus ſe debeat gerere, &c. Et ne ex parte *D. Vlrici de Liechtenſtein* & hæredum ſuorum dubium emergat, hic etiam ſigillum ſuum appreſſit Joannes I. ordine IV. Abb. Admont. præfuit ab anno 1199. ad an. 1204. quo eodem tempore Opho Teiffenbachius, & Dietmarus, ac Vlricus Liechtenſteinius floruerunt, cur vero antiqua Advocatiæ Admont. ſtatuta hoc anno confirmaverit Eberhardus Salisburg. turbæ forte temporum effecerint.

Teiffenbach de Offo.

Liechtenſtein de Ditmarus & Ulricus.

Anno 1239.

ANNO 1239.

Indict. 12. Greg. IX. P. XIII. Frider. II. Imp. XXVII. Frider. I. Bellicoſi, Styriæ IV. Ducis X.

Cæſar excommunic.

Rupta eſt hoc anno concordia inter Pontificem & Cæſarem, & hic Dominica Palmarum, deinde in Cœna Domini a Papa Greg. eſt excommunicatus, ſubditi ab obedientia abſoluti, loca omnia, in quæ veniret Imperator, interdicta, terribilis hæc diſcordia, pietatem, æquitatem, veritatem denuo exſtinxit, adeo, ut & hiſtoriam Ducis noſtri caligine non obſcura infecerit, de quo tamen Pernoldus ad hunc. an. ita loquitur: *Inter arma & bella Dux animo inſuperabilis nuptias fecit Gertrudi Sorori ſuæ cum Henrico Landgravio Thuringiæ in nova civitate menſe Junio, Viennenſes a Duce undique cincti, & arctiſſime concluſi perſtiterunt hoc anno in obſtinacia ſua; nimium timentes ultoris ſeveritatem, licet ſciverint, quod Fridericus omnes, ſe humiliter & ſuppliciter tradentes, facillime ad veniam admiſerit.*

Gertrudis Sor. Duc. noſtri nuptiæ cum Landgravio Thuring.

Exe-

Exequamur ſingula: de nuptiis hoc eodem an. ita pariter Chron. Mellic. habet: *Landgravius Thuringiæ Sororem Friderici Ducis Auſtriæ & & Styriæ, adhuc bellis in terra ſævientibus duxit Uxorem nuptiis in nova Civitate ſolemniter celebratis.* Mariti Nomen, quod in Chron. Thuringiæ inveniri docet author Tabul. Clauſtroneob. erat Henrici cogn. Raſponis, qui Landgravius Thuringiæ & Haſſiæ, ac Comes Palatinus Saxoniæ, Patrem habuit Hermannum, Fratrem Ludovicum S. Eliſabethæ Hungaricæ Maritum: viduus erat hic Henricus, & primam Uxorem habuit Eliſabetham an. 1239. atque poſt Gertrudem Auſtriacam def. tertiam thoro induxit, Beatricem Henr. V. Brabant. Ducis Filiam, electus etiam an. 1246. Imperator, ut ſuo loco dicetur. V. Hübner. Tab. Gen. f. 155.

Occaſio Gertrudem ducendi, Henrico Thuringico data fuit duobus abhinc annis, cum enim cum Imp. Friderico Viennæ exiſteret, procul dubio cum Friderico Duce noſtro ſecretis internuntiis hoc connubium tractaſſe videtur, actæ ſunt itaque hæ nuptiæ Neoſtadii, media inter arma, & quod mirandum maxime, illud eſt, quod Henricus Landgravius, Cæſari Ducem noſtrum proſcribenti ad latus hærens, Socer tamen proſcripti fieri voluerit, illumque colere, quem Cæſar modis omnibus execrabatur.

Vienna a Duce noſtro obſeſſa.

De Viennenſibus a Duce noſtro arctiſſime concluſis, & Friderici Ducis ſeveritatem timentibus, ſequentia addit Chron. Clauſtron. ſeu Auſtrale. *Hoc anno Dux Auſtriæ cum ſibi adhærentibus, magnam copiam frumenti & vini collegit, & reſiſtentes ſibi, in quantum potuit, fortiter debellavit, Majores tam in Auſtria, quam in Styria fortiter reſiſtebant ei, quia Ducis fidei ſe committere non audebant*, quæ facile cum Pernoldi verbis congruunt. Prevenhueberus annal. Urb. Styræ lib. 12. f. 28. ait jam hyemis initio Auſtriam ſuper. a Duce noſtro ſubactam fuiſſe, allegata hanc in rem confirmationis charta die 6. Dec. an. hujus in caſtro Stein pro Glunic. Monaſt. data; porro in caſtro ſuo Styrenſi idem Prevenhueberus f. 366. docet jam 8. *Id. Sept. an.* 1239. *in caſtro Styr.* datum Diploma eidem Monaſterio.

Sive proin hujus anni fine (quo, nempe 4. Kal. Jan. ſeu 29. Dec. Viennæ exſtitiſſe Ducem noſtrum manifeſtat Diploma 71. infra hoc ann. adducendum) ſive alterius initio Vienna cum Auſtria ſe Duci noſtro ſubjecerit, certum eſt, eam arctiſſime clauſam, & ſumma inopia fuiſſe afflictam, nam ad an. ſeq. refert Chron. Clauſtroneoburg. *Civitas Viennenſis ita ab hominibus Ducis cuſtodita eſt, ut vix parum aliquid deferretur ad manducandum & bibendum in ea manentibus, & inde factum eſt, ut modius frumenti venderetur pro 7. talentis, & multi homines præ fame interierunt, & aliqui ad ſublevandam famis inopiam, ut dicebatur, canes comedebant, vinum etiam valde carum fuit in ipſa civitate, & in tota terra, ut urna venderetur in aliquibus locis pro 12. ſolidis*, eadem de verbo referunt Chronica Auſtr. Paltrami, Anonymi Leob. & Viti Arenpeckii.

Has inter Auſtriæ & totius Imperii turbas, ajunt Ducem noſtrum ab Alberto de Beheim Archidiac. Patav. excommunicatum fuiſſe. Albertus hic, e familia de Beham, pluribus annis Archidiaconus Pataviæ, multa dedit ſtudii ac fervoris pro cauſa Pontificia documenta: nuper in bello Auſtriaco cum Rudigero Epiſc. ſuo ad Neoſtadium a

Duce noſtro captus, & dimiſſus, acrius cauſam Papæ tueri, quam res ferret, novos contra Cæſarem motus ciere, & Privilegiis Canonicorum inſidiari eſt viſus, atque ea de cauſa an. 1337. rebus omnibus privatus, Patavia eſt ejectus, inde vero Romam ſe conferens ita Gregorio placuit, ut eum Legatum in Germaniam cum ampla poteſtate remitteret. Cum vero hoc anno Papa Cæſarem, ut dictum eſt, excommunicaret, miſſus eſt Albertus hic in Bavariam, ut velut tuba ſonora anathema hoc promulgaret, ab Ottone Bav. Duce Papæ ſtudioſiſſimo promptiſſime exceptus, exin decretum hoc in omnes partes demiſit, denunciato ſimul in tergiverſantes anathemate.

Frider. Dux excommunicatus non fuit.

Seorſim vero ad Salisburgenſem & Patav. miſit Decretum, ut Fridericum Ducem Auſtriæ excommunicarent, quod cum detrectarent, ille Greg. P. ſcripſit, qui binis epiſtolis reſpondit, quarum una Fridericum Ducem, altera reluctantes Epiſcopos Papa excommunicatione innodavit, epiſtolæ hæ apud Steronem legi poſſunt, de quibus pl. anno ſeq. ubi oſtendam, vix credibile videri, Fridericum noſtrum excommunicatum fuiſſe.

Bertholdus Patriarcha Aquil. excommunicatur.

Certior eſt excommunicatio Pertholdi Patr. Aquil. hic, cum continuo eſſet in comitatu Imperatoris, ut ex hactenus dictis patet, Gregorii IX. P. monitionibus, quin & dirarum comminationibus, quas hoc anno Friderico Imp. Papa erat imprecatus, nil motus continuo a Cæſare ſtetit, unde cum amoveri non poſſet, ab Imperatore cenſura Eccleſiaſtica & ipſe fuit innodatus, ſacinus ejus deplorat, improbatque Gregorius datis ad eum litteris, quæ apud Ughellum in Tab. Aquil. proſtant.

Abſolvitur.

Cauſam Bertholdi apud Pontificem egerunt Bela, & Colomannus Fratres Bertholdi Nepotes, ex Gertrude Sorore nati, ille Hungariæ, hic Ruthenorum Rex, ut mitius agere cum patruo dignaretur, ipſumque anathematis vinculo ſolveret: annuit Papa, adjecta tamen hac in litteris apud Ughellum exſtantibus clauſula & conditione, *ut poſtquam ad nos iter arripueris, veniendi ab excommunicationis vinculo, quo propter hoc teneris adſtrictus, per Ven. Fratrem noſtrum Epiſcopum Caſtellanum* (is Petrus Pinus fuiſſe videtur) *cui ſuper hoc ſcripta noſtra dirigimus, juxta formam Eccleſiæ abſolvaris.* Patriarcham diſtuliſſe iter hoc ad an. 1241. probant aliæ litteræ Gregorii Papæ datæ ad Gregorium de monte longo, Subdiaconum Rom. Pont. Notarium, & Sedis Apoſt. Legatum, quas refert Rainaldus ad hunc an. num. 44. quibus huic imponit, *quatenus poſtpoſitis omnibus, perſonaliter accedens Venetias vel Torcellas eidem Patriarchæ, poſtquam ad præſentiam noſtram iter arripuerit veniendi, authoritate noſtra juxta formam Eccleſiæ, munus abſolutionis impendas humiliter poſtulanti.* Datæ ſunt hæ litteræ an. 1241. 5. Kal Febr. quo proinde nondum abſolutus erat Patriarcha, aſt, cum an. 1241. die 12. Kal. Sept. obiret Gregorius IX. & Octobre menſe ſuccederet Cœleſtinus IV. mox alterius anni Novemb. defunctus, vacante dein Eccleſia Romana, cum anno 1243. die 24. vel ſeq. Junii ſuccederet Innoc. IV. ſub hoc primum Pontifice Romam venit Bertholdus Patriarcha, ut tradit author Chron. Aquilej. his verbis: *Et licet idem Patriarcha, eo, quod adhæſit Friderico, indignationem Sedis Apoſtolicæ incurriſſet, ad curiam Romanam maxima cum comitiva Baronum & Principum accedens - - - ab Innocentio IV. gratiam & benedictionem promeruit.*

Non

Non minora hac in rerum turbatione ſuſtinuit Eberhardus Salisb. Archiep. etenim cum hoc & præcedenti anno Longobardiam bello Cæſar premeret, ad eum Eberhardus acceſſit, hyememque Tarviſii egit, e qua Urbe cum hoc anno circa Converſ. S. Pauli abiret Cæſar Paduam, Eberhardus Tarviſii reſtitit; cum dein Dom. Palmarum excommunicaretur Cæſar, Tarviſini ejecto Præfecto Cæſareo Jacobo de Mera, Eberhardum Archiepiſcopum omni ſua ſupellectile ſpoliarunt, ut nos docet Chronogr. Salisburg.

Tarviſini Eberhard. Salisb ſpoliant.

Inde reverſus domum Eberhardus, mox decretum Papale obtinuit de Cæſare in numero impiorum habendo, eoque ſic denunciando, cum deprecaretur id cum aliis præſulibus Eberhardus, aderat Legatus Apoſt. Albertus de Beham, rem iſthanc urgendi cauſa, quæ omnia refert Aventinus, ita tamen, ut venenum admiſceat de ſuo, taliaque in Papam nomine Eberhardi impie evomeret, quæ ne capitalis quidem hæreticus eloqui poſſet, moderatius ea refert Andreas Brunnerus, ex ipſa Commentariorum illorum Epitome, quam Aventini manu conſcriptam apud ſe habuit. De Conſilio Eberhardi Straubingæ acto V. anno ſeq.

Seccov. Epiſc. augetur.

Paduæ cum ageret Eberhardus II. Salisburg. fundationem Epiſcopatus Seccovienſis augere eſt dignatus, quidam *Carolus de Guetach* Miniſterialis Eccleſiæ Salisburgenſis, quandam, quæ non eſſet de Familia Salisburg. Eccleſiæ Uxorem ducebat, nec petita, nec obtenta Archiep. licentia, ex quo facto omnes Caroli ejusdem poſſeſſiones, *quas in Styria tenuit*, Eccleſiæ Salisburg. vacare cœperunt, quas proin omnes Epiſcopo Seccov. perpetuo poſſidendas tranſcripſit, Diplomate Paduæ 10. Kal. Maj. dato, ut V. Dipl. Epiſc. Seccov. n. 14. quænam vero hæ poſſeſſiones in Styria fuerit? nondum inveni. Plura alia Seccovienſi Epiſcopo hoc anno acceſſerunt emolumenta, etenim Fridericus Dux noſter, dum Viennæ 4. *Kal. Jan. ſeu* 29. *Decemb.* hoc anno exiſteret, confirmavit Privilegium an. 1234. conceſſum, ut nempe, quidcunque Nobiles Styriæ vel Miniſteriales eidem Eccleſiæ donare voluerint, ratum, firmumque Eccleſiæ eidem permaneat. V. Diploma 72. in fine. Ex quo duo ſequuntur, 1mo Ducem noſtrum anni hujus fine Viennæ exſtitiſſe, 2do eum more, & avita in Deum pietate locis ſacris ſatisfeciſſe.

Eccl. S. Petri ſupra Judenburch datur Epiſcop. Seccov.

Nec his exhauſta eſt pietas Ducis noſtri in Eccleſiam Seccovienſem, nam apud Ips[e] 15. Kal. Maji exiſtens, *jus Patronatus, & cætera jura, quocunque nomine cenſeantur, quæ in Eccleſia S. Petri ſita ſupra Judenburg prope fluvium Mouram, noſcimus legitime obtinere*, donavit Henrico Epiſcopo Seccovienſi. V. pl. Dipl. 73. Tandem Hertnidus de Orte *Viennæ in domo Dietrici ex inferno* dicti civis ibidem edidit Diploma Kal. Decemb. quo ſe fatetur promiſiſſe omnia, vel a ſe, vel a ſuis illata Epiſcop. Seccov. damna reparaturum, vademque ſui loco *D. Ulricum de Liechtenſtein* conſtituit. V. Diplom. 74.

Orte de Hertnidus benef. Seccov.

Liechtenſtein de Ulricus.

Chunegund. II. Abbatiſſ. XII. in Göſſ.

Göſſenſi in Monaſterio Styriæ, Ottiliæ II. neſcio quo an. defunctæ Abbatiſſæ, ſucceſſit Chunegundis II. ordine XII. Abbat. Göſſenſis, quæque ad an. uſque 1269. præfuiſſe videtur, exſtat de ea Diploma inter Göſſenſia in Diplom. Duc. Styr. num. 35. in quo teſtatur Monaſterio

Nusbereb de Conrad. suo pignoris cujusdam renunciationem factam per *Conradum Nusperg*, Miniſter. Ducis Carinthiæ, & vaſſallum Eccl. Göſſenſis. Conradus hic VI. manſus in Wechowe pignoris nomine tenuit ab Eccleſia Göſſenſi, has vero tradidit Eccleſiæ Göſſenſi ea ſub conditione, ut ſibi, & Uxori ad vitæ tempus concederetur uſus fructus, poſt mortem vero is cederet Eccleſiæ Göſſenſi, &c. V. Dipl. cit. Teutonicis etiam Græcenſibus *Henricus de Gravenſtein*, & *Ulricus de Truchſen* redditus 10. talentorum *in Syruich* contulit, ut V. in fine Dipl. mea num. 75.

Teuton. Græc.

Gravenſtein de Henric.

Truchſen de Ulricus.

Anno 1240.

ANNO 1240.

Indict. 13. *Greg. IX. P. XIV. Frider. II. Imp. XXVIII. Frider. I. Bellicoſi, Ducis IV. Styriæ XI.*

Vienna ſe Frider. Duci ſubjicit. Conveniunt cum Pernoldi narratione Chron. fere omnia, Urbem Viennam hoc anno fame domitam, Principi ſe ſuo ſubjeciſſe ita vero ſcribit Pernoldus. *Hoc tandem anno Urbs Vienna extrema fame coacta portas aperuit, cuicunque ſupplicio patrata. Sed contra omnem ſpem a Duce ſumma clementia in gratiam recipitur, Principem diſcrimina, quæ præterierunt, reddebant mitiorem, & cives, qui ſeditionis malum, finem graviſſimæ ſenſerunt, pœnituit turbarum, ut poſthac obſequentiores permanerent.* Mellic. Chronic. ita ſcribit: *Fridericus Dux Auſtriæ propter frequentes victorias, quibus ſuos adverſarios crebro attrivit, auctus viribus Viennam patenter obſedit, quæ rerum feſſa, & de ſalute trepidans ſe reddidit. Poſt cujus redditionem, prædicto Duci proſperis ſuccedentibus, Optimates ad eum redeunt, Legati Imperatoris veniunt, lætum nuncium, videlicet gratiam Imperatoris portantes idem*, Chron. Clauſtroneob. cum exſcriptoribus ſuis Chron. Auſtrali Zwetlenſi, & Leob. habet *eodem anno Civitas Viennenſis cum tota Auſtria reverſa eſt ad Dominum ſuum Ducem Fridericum.*

Jam an. ſuper. ex Diplom. præſertim Epiſc. Seccov. inter mea num. 71. in fin. hærebam, an non Urbs Viennenſis anno priore ſe Duci noſtro ſubjecerit, cum 29. Decemb. ſeu 4. Kal. Jan. Viennæ Dux Diploma illud conſecerit, quod nondum ſubacta Urbe ægre conciliari poteſt? ne tamen Chron. omnibus patriis contradicam, cenſeo Urbem forte altero poſt Feſt. Nativ. Dom. vel hoc ipſo die Friderico ſe promptam exhibuiſſe, ſicque, cum Chronica veterum, more ſuo, annum a Natali Dom. inchoent, Viennæ deditionem an. 1240. affixiſſe.

Illud porro in Principe noſtro memorabile, quod conclamantibus Chronicis omnibus ſumma clementia cives ſuos rebelles receperit, nempe jam malo ſuo eruditus erat Princeps noſter, ſeveritate populum alienari, & cives ſenſerunt rebellionis malum ſuos magis, quam Principis humeros ſupprimere, magis hanc Ducis clementiam deprædicat Vitus Arenpeckius in Chron. Auſtriæ ita ſcribens: & *accepta Vienna cives magno favore proſequebatur, & eos ſincere dilexit, ac 12. eorum Filios in ſuam curiam aſſumpſit, quos ſecum in Bobemiam duxit, quando Cognatam ſuam Gertrudem de Medling, Filiam Fratris ſui Marchioni Moraviæ deſponſavit, per quod bellum inter Wenceslaum Regem Bobemiæ Patrem dicti Vladislai ex una, & præfatum Fridericum ex altera parte concordatum fuit.*

Un-

Unde impegit denuo incautus Adlzreiteri calamus in Ducem noſtrum, dum annal. Boicæ gentis lib. 24. ad an. 1238. p. 661. num. 4. ſcripſit, ingentes a Duce noſtro ærumnas in Auſtriam invectas, jura humana, & Divina conculcata, cives in ſylvarum abdita confugere coactos &c. quæ lamenta Chronicon Auguſtanum aliaque in tempora Friderici mortem conſecuta referunt, de quibus nos ſuo loco.

Quæ vero hic Arenpekius de nuptiis Gertrudis Medlicenſis refert, intelligenda reor de deſponſatione, tum quod concordiam Ducis noſtri cum Rege Bohemiæ *pactis* ſolum, non initis nuptiis factam Pernoldus dicat, tum quod Gertrudis hæc tenerior adhuc hoc anno eſſet, nempe 14. annorum (cum Pater ejus Henricus Medlicenſ. an. primum 1225. Uxorem duxerit) connubium hoc ad an. 1246. referetur; hoc vero anno deſponſatio ſola proceſſit, qua mitigatus eſt Rex Bohemiæ, cum videret Friderico Duce prole deſtituto, ſpem fieri, ut Vladislaus Filius, Uxorio aliquando nomine in Auſtriæ hæreditatem ſuccederet. *Gertrud. Medl. deſponſatio.*

Operæ pretium erit, diſcordiam Ducis noſtri cum Rege Bohemiæ ejusque cauſam examinare, de ea ita loquitur Pernoldus ad hunc annum, *in autumno novum bellum Duci cum Bohemo ortum eſt, quia Dux Regi, ſi juvaret ipſum ad Principatum recuperandum, terram trans Danubium promiſit, nunc tradere negavit propter vaſtationem annis prioribus in Auſtria factam, iratus Rex converſus ad rapinas, citius ingruente magno frigore coactus fuit reverti Domum. Sub hyemem autem concordia facta eſt pactis nuptiis Gertrudis Filiæ Ducis Henrici cum Vladislao ſeniore Filio Regis:* Mellic. & Salisburg. Chronic. hæc omnia prætereunt, Clauſtroneoburg. vero ita habet ad an. 1239. *Rex Bohemiæ ſe oppoſuit Imperatori, cujus conſilio & auxilio Dux cotidie creſcendo intollerabilis factus eſt de boſtibus ſuis, Civitates Laa & Ens & multa caſtra obtinuit,* & ad an. 1219. *inter Regem Bohemiæ & Ducem Auſtriæ diſcordia ſatis intricata exorta eſt, & hæc fuit cauſa: cum eſſet ipſe Dux fere excluſus a poteſtate Ducatus ſui, quæſivit conſilium & auxilium Regis, promittens ei totam terram ultra Danubium ſe daturum, ſi reſtitueretur honori ſuo, quod & ipſe Rex ſatis competenter* (deerit verbulum forte præſtans) *in quantum licuit, & potuit, offenſam Imperatoris vili pendit, inſuper Laa Civitatem habuit in poteſtate ſua, deinde* (deeſt cum) *Dux reſtitutus eſſet honori ſuo per orationes Monachorum, & Clericorum, ac mulierum, ut creditur, quas ante minus dilexerat, bis peractis quæſivit, Rex a Duce, quod ante promiſerat, ſed & ipſe diſſimulabat promiſſa perſolvere, propter quod ex utraque* (ſupple parte) *ſatis dura contentio exorta eſt per rapinam, & incendium, & vaſtationem. Idem Rex manu valida intravit fines Auſtriæ ad depopulandam terram, ſed propter imminens frigus & clamorem pauperum reverſus eſt ad propria, cives vero Laa Civitatem tradiderunt Domino ſuo Duci Rege ignorante; tandem controverſia illa ſic terminata eſt, ut traderetur Filia Ducis Henrici, Fratris Ducis Friderici Filio Regis Bohemiæ in Conjugium, quod & factum eſt.* *Bellum cum Bohemis.*

Ex his ſat convenientibus coævorum teſtimoniis patet belli hujus cauſa; *nec Ducis avaritia vel levitas,* ut ſcribit author hiſt. Ducum Styriæ *Bohemum Ducem accerſiit,* ſed avaritia potius Bohemi hos motus cauſavit, qui jam dudum Auſtriæ inhiabat, hanc ut ex parte ſaltem

obtineret, nihili duxit Bohemus, juratam Cæſari fidem frangere, in eumque arma ſtringere, a quo juſſus erat Fridericum Ducem compeſcere. An vero Bohemus auxilio advenerit Friderico Duci, an ſolum quieverit? veterum monumenta non habent, probabilius eſt, non multum vel nihil operæ contuliſſe Duci noſtro, cum hic Pernoldo & Chroniſta Clauſtroneob. teſtibus reſtitutus dicatur, *orationibus Clericorum & Monachorum*, quapropter etiam merito cunctatus eſt Dux noſter, amico nil præſtanti ea implere promiſſa, quæ nihil commodi adferebant, præterea cum ſine cauſa Bohemi Auſtriam anterioribus annis vaſtarent, erat Duci cauſa, ut ſic illata ſuis terris damna reſarciret.

Laa, ſeu Laha Civitas Auſtriæ ad Tejam 8. milliaribus Vienna abſens, ipſamet ejectis Bohemis ad Fridericum rediit, non ab *ipſo* erepta eſt, idem de Ens Civitate ſentio, certe in caſtro Styræ *anno* præced. 6. Decemb. datum a Duce noſtro Diploma oſtendi an. priore.

Fax hoc belli initio rigante bruma ſopita, tandem per tædas nuptiales eſt conſanata, cum, ut ſupradictum, Gertrudis Medlic. Vladislao Regis Bohemiæ Filio deſponſaretur, ſicque amicitia reſtitueretur.

Styria Frider. Ducem recipit. Exemplum Viennæ univerſa Auſtria, mox Styria etiam & Carniolia eſt ſecuta, Fridericique Ducis ſui mandata lubens excepit, ut docet Vitus Arempekius in Chron. Auſtriæ, Fridericus Dux ipſe dein in Styriam abiit, ut varia Diplomata exhibent, quæ mox adducam.

Dux redit in gratiam Imperatoris. Jam vero inquirendum videtur, quomodo Fridericus Dux in gratiam Imperatoris tam cito redierit, jam in Diſſert. apolog. Frider. Ducis §. 24. oſtendi, Ducem noſtrum non ſolum per preces Præſulum, nominatim Rudigeri Patav. & Conradi Friſing. quos ad Neoſtadium captos benigne exceperat, ſed potiſſimum ea de cauſa in gratiam Imperatoris receptum, quia huic cum Pontifice Rom. lites denuo eſſe cœperunt, ſicque Imperator potius Ducis noſtri gratiam quæſiviſſe videtur; concordiam Ducis cum Imperatore factam eſſe Viennæ in Nativ. Dom. an. 1240. manifeſte habet Diploma ipſius Friderici datum Teutonicis inter mea num. 77. hæc vero Imperatoris gratia nova, novos Duci noſtro tumultus peperit; jam an. priori quædam de Alberti de Behaimb Archidiac. Patav. & Legati Apoſt. durioribus actis prologuebar, dixique excommunicationem Friderici noſtri ſatis dubiam videri, cum enim Fridericus Dux noſter Sedi Apoſt. ſemper addictiſſimus ſe hisce in turbis eum gereret, ut neutri parti favere, neutri adverſari videatur, Albertus ille Legatus Papæ impetuoſus rem hanc exaggeratius juſto Papæ detulit, qui proin nimium Legato Credulus, excommunicationis ſententiam in Ducem noſtrum, ac reluctantes Epiſcopos detorſit, ſed Salisburg. & Patav. Præſules Ducem noſtrum anathematis hujus ſecurum eſſe juſſerunt, nec etiam veterum quispiam meminit fulminis hujus in Ducem noſtrum lati.

An fuerit excommunicatus.

Alberti de Behaim turbæ. Major erat Alberti Legati audacia, ſententiam etiam feralem in Salisburg. & Patav. Epiſcopos transmittit, aſt excommunicationum harum horror per earundem frequentiam ita exolevit: ut contemptum pro obſequio referrent, nemo Legato præfervido paruit, Eberhardus Salisburg. quadraginta & ultra ſtipendiorum antiſtes, & Sedi Apoſt. ſemper affectiſſimus, tabulam ſibi miſſam pede calcavit, Rudiger Patav-

tav. nuncio ferali portorium, alapam dedit, in carceres abripi juſſit, ægre per Gerbottonem Præpoſitum ſalvatum.

Eberhardus interim Salisburgenſis Conſilium pro pace reſtituenda indixit, quod Honorius in Chron. ad an. præced. Chronicon vero Salisburg. ad hunc annum retulit his verbis: *Archiep. Salisburg. Concilium Epiſcoporum, & Dux Bavariæ curiam pro communi conſilio pro reformanda pace terræ apud Stroubingen indixerunt, ſed propter diſſenſionem Epiſcoporum & Laicorum non profecerunt.* Quænam hæc ſtatuta Straubingenſia fuerint? compertum non habeo, niſi quod Archiepiſcopus Ducem Bavariæ, a quo ad comitia Monacenſia invitabatur, moneret, pactis ut Straubingenſibus ſtaret, ſe vero hactenus contrarium fuiſſe expertum, & cum nuper a colloquio Straubingenſi rediret Archiepiſcopus cum *Conrado de Waſſerburg* & Dynaſta de *Fraunhoven*, parum amicas Landishutæ, & acerbiſſimas Salisburgi litteras accepiſſe, unde Conc. Straubingenſe contra Albertum de Beham Archidiaconum Patav. & Legatum Papæ geſtum videtur. *Salisburgenſ. Concilium.*

Author Germ. ſacræ tom. 2. f. 340. docet Eberhardum Salisburgenſem cum Duce noſtro hoc anno Græcii egiſſe, de reddendis obſidibus, & immunitate ſacrorum prædiorum, quibus quidam Nobiles incubabant: ea ſors occaſione Dux noſter & Archiepiſcopus in Paſeyl, locum Styriæ ſuperioris, Parochia nunc ſat bona ornatum deveniſſe, ibique litem de decimis in favorem Epiſcopi Seccov. decidiſſe videntur. Id. Julii ut V. pl. Dipl. mea num. 75. in fine. *Frideric. Dux & Salisb. Archiep. Græcii inde in Paſeyl morantur.*

Ambo dum ſic invicem converſarentur Dux & Archiepiſcopus noſter, Cæſarem de Ottonis Bav. Ducis Alberto turbido Patav. Archid. & Legato Apoſt. nimium addicti rebus certiorem reddiderunt, qui illico Ottoni ſcripſit ex obſidione Faventiæ 4. Non. Octobr. eumque beneficiorum antea commonitum, ſatis acriter, licet fruſtra objurgavit. De quo pl. an. ſeq.

Munificentiam Ducis noſtri in loca ſacra ex paulo ante dictis advertimus, ea vero hoc an. pacatis aliquantisper rebus ulterius ſe extendit. Zwetlenſibus pro remedio animæ ſuæ dedit prædium *in Radenreite*, poſtquam ejus feudo *Conradus Comes de Hardek*, & *Albero Schwarzenowe* voluntarie ceſſiſſent. Annal. Zwetl. tom. 1. pag. 316. Diploma dedit in caſtro Starchenberg. menſe Febr. h. anni Seitenſtetenſi Monaſterio immunitatem ab omni judicio ſæculari, Clauſtroneoburgenſi Canoniæ confirmavit Patris donationem pro Clericis ſuſtentatione in Capella S. Joannis. Patav. Eccleſiæ dedit litteras confirmatorias, in quibus proteſtatur ſe eam Eccleſiam & jura ejus ſemper defenſurum: Diploma illud habet Bernardus Pez. Cod. Dipl. part. 2. num. 165. pag. 96. Subnotatio ſequens eſt, *actum in Græce* anno ab Incarn. Domini MCCXLIII. Id. Julii. Auth. tamen Faſt. Campil. putat legendum MCCXL. 3. Id. Julii, initio etiam Dipl. per errorem ſcriptum eſt *Dux Bavariæ*, pro *Dux Styriæ*, tandem Canoniæ S. Nicolai extra Pataviam, omnium vectigalium libertatem indulſit. *Dux benefac. Zwetl. Monaſt. Hardek C. Conr. Schwarzenaw de de Albero. Seitenſteten. Clauſtroneob. Patav. Eccleſ. benef. Et Canon. S. Nicolai.*

Seccovienſi in Styria Epiſcopatui munificum fuiſſe cum Eberhardo Salisburg. per deciſionem litis decimalis, dixi ſuperius, & dicam in annot. Diplom. 76. Canoniæ vero eidem fors urgente utroque Prin- *Seccov. Epiſc. & Canoniæ.*

Teuton. Græc. Gravenſtein de Henric.

cipe *Henricus de Gravenſtein* damna omnia reparavit, ut V. Dipl. mea num. 77. tandem etiam Teutonicorum Græc. Diplomata, & libertates de novo liberaliſſime confirmavit, ut V. Dipl. mea num. 78. En! quam injuſte Princeps noſter carpatur, *Dei quaſi, ſacrorumque locorum oblitus.*

Anno 1241.

ANNO 1241.

Indict. 14. *Greg. IX. P. XV. Frider. II. Imper. XXIX. Frider. I. Bellicoſi, Ducis IV. Styriæ XII.*

Frider. Imp. ad Concilium provocat.

Fridericus Imperator excommunicatus, contra Papæ ſententiam ad Concilium œcumenicum proclamavit, patribusque illud acceſſuris, de ſecuritate ſpopondit, mox veritus Concilii contra ſe ſententiam, vias omnes Epiſcopis & nuntiis Papæ intercluſit, Conſiliumque omne prohibuit. Deſtinata erat claſſis Piſana, quæ cum invicem 3. Maji colliderentur, Genuenſis victa eſt, Epiſcopis quibusdam cæſis, aliisque merſis, plurimis captis, paucis fuga ſibi conſulentibus.

Epiſcopos capit.

Inde Romam oppugnavit Imperator, cui, ut reſiſteret Papa, cruce ſignatorum militiam eduxit in aciem, aſt atrociſſima pugna inter hos & Cæſareanos habita, Cæſar in S. milites inaudita crudelitate eſt uſus, etenim, ut in vita Frider. II. Cæſar. præfixa epiſt. Petri de Vineis Petrus Schardius, encomiaſtes quamvis Cæſaris, ſcribit, *Fridericus Imperator, contra Cruce ſignatos Romanos nihil crudelitatis prætermiſit, bis enim 4. plagas in modum Crucis infligi, aliisque caput quadrifarium inſtar Crucis diffindi Clericis ſimilive hominum generi coronam, Clericalis dignitatis notam, ad vivam reſecari, Crucemque ei imprimi juſſit, Urbis vero ſanctiæ occupandæ ſpe nihilominus dejectus fuit.*

Frider. Imp. crudelitas.

Greg. IX. obit item Cœleſtinus IV. vacat Sed.

Hæc inter 12. Kal. Sept. Greg. IX. P. prope centenarius obiit, cui ſucceſſit Cœleſtinus IV. qui pace per Legatos Cæſari extra Urbem in Caſtris hærenti oblata, ſpem reparandæ Eccleſiaſticæ quietis feciſſet, niſi & ipſe menſe Novembri jrm obiiſſet, inde Friderici metu, & vi, reſiduo hoc & ſeq. anno, & longe ultra, Cathedra Petri vacavit.

Albertus de Behaim Archid. Patav. turbas ciet.

Idem hic annus Alberto Archidiac. Patav. Legato Apoſt. fatalis erat an. priore Conradus Epiſc. Friſing. cum Duce Bavariæ poſt diutinam diſcordiam teſte Chron. Salisburg. confœderatus eſt, & quidem inſcio Alberto, qui ea re offenſus mox Papæ omnia retulit, & ipſum Ottonem Ducem Bav. ſuſpectæ fidei arceſſebat, epiſtola Alberti intercepta Eberhardo II. Salisburg. delata eſt, qui Præſules omnes Ratisbonam evocabat, Ottonemque Ducem, ut veniret, invitavit; eo in conventu prolatæ Archidiaconi litteræ, mox habitus ab Eberhardo noſtro ſermo, non is, quem Aventinus affinxit, neſarius & hæreticus, ſed ille, quo nitebatur Eberhardus turbatorem Albertum e Bavaria pellere. Unde hiſce rebus & amicitia inter Bohemum & Auſtriacum reſtituta, territus Otto Bav. Dux tandem conceſſit, ut Albertus ex univerſa Bavaria pelleretur, tanquam fax & author turbarum: quæ per invidiam multorum paſſus ſit Albertus, refert author Germ. ſacr. tom. 1. pag. 380.

Bavaria pellitur.

Ne velis omnibus in res Cæſaris proſcripti promovendas, avolarent Principes, flagello ſuo eos coercuit, ac terrore confecit Deus: ita enim ait Chron. Clauſtroneob. ad hunc annum: *Komani gens immundiſſima, quæ carnibus utebatur, fere crudis pro cibo, & lacte equorum, & ſanguine pro potu: miſerunt quosdam ex ſuis cum Rege Gutam nomine, ad Regem Ungariæ, rogantes, ut eos collocaret in terra ſua, ſimulantes ſe fieri Chriſtianos, qui ad ſuggeſtionem prædicatorum, ſine conſilio Principum ſuorum ſuſcipiens eos, heu malo ſuo! ſinebat habitare ſecum, at illi paulatim creſcebant, & multiplicabantur ſupra numerum.* Ecce initium malorum! Cumani gens Sarmatica, Ruſſis hodie vicina, timens ſibi a tartaris ad Belam Regem confugit, quietem, & Fidei Chriſtianæ nominis cupidinem ſimulans. Bela his illectus præpropero conſilio eos non admiſit ſolum, ſed etiam contra ſuos Hungaros defendit; res ea in invidiam concitavit Hungaros ita, ut ad an. 1236. dixi, ut pertæſi Belam, Friderico Auſtriaco coronam deferrent: hæc itaque longe antea contigere, quam a Chroniſta Clauſtroneoburg. referantur. *Cumani & Tartari in Hungaria.*

Tartarorum porro irruptio hujus anni fine, vel ſequentis initio contigit, quo eam referunt Chronica fere omnia, antequam vero hæc contingerent, plura alia de Duce noſtro ſunt referenda, & quidem quod tradit Chronic. Salisburg. ad hunc annum: *Dux Auſtriæ præſentibus Patriarcha Aquilejenſi, Archiep. Salisburg. Patavienſi, & Seccovienſi Epiſcopis, Conjugem ſuam cum magno recepit tripudio.* Agnes hæc erat Merania, quam Imperator ei anno 1236. abduxerat, ut ibidem & diſſert. apolog. Frid. Duc. §. 11. oſtendi, Agnes itaque Merania, Uxor Ducis noſtri, vel vi abducta, vel ſponte ad Imperatorem in illis Mariti turbis confugiens, hoc anno poſt gratiam Imperatoris obtentam, vel reddita eſt, vel ipſa rediit, & recepta a Duce *cum magno tripudio.* *Frideric. Dux Conjugem ſuam recipit.*

Quo vero in loco hæc contigerint? non refertur, fors Ratisbonenſi in Conventu contra Albertum Archidiaconum congregato, vel ab eodem conventu mox ſoluto: adfuiſſe receptioni huic Patriarcham etiam Aquilej. teſtatur Chroniſta, quem excommunicatum adhuc fuiſſe ex dictis an. 1239. patet, cum Gregorio de Monte-Longo Subdiacono & Legato Sedis Apoſt. ac Bertholdi dein ſucceſſori hoc anno ſcripſerit Papa Gregorius, ut Venetiis vel Torcellis Bertholdum, ſi venire Romam vellet, a vinculo anathematis abſolveret. Seccovienſem Epiſcopum adfuiſſe receptioni Agnetis Meraniæ nullus miror, uti enim in annot. Dipl. 76. dicam, is negotia Ducis noſtri ſedulo ſemper curabat. *Aquilej. Patr.* *Seccov. Epiſc.*

Plura alia nominatim Eccleſiis Dei hoc anno præſtitit Dux noſter, quæ mox referam, circa anni vero hujus lapſum contra tartaros in Hungariam abiiſſe reor, ita tamen, ut 4. Kal. Decemb. jam denuo redux Viennæ fuerit, de quo in fine anni hujus: de Tartaris ad an. ſeq. ait Chron. Mellic. *Tartari cum Cumanis Regnum Ungariæ invadunt, Cholomanum Regis Fratrem in conflictu interficiunt, Belam Regem de Regno expellunt, tantam ſtragem faciunt in populo, qualem nulla meminit ætas, ipſum Regem percutiunt, uſque ad internecionem vaſtantes:* eandem ſtragem deplorat Chron. Salisburg. & fuſiſſime Clauſtroneoburgenſe, quod primo damna a Cumanis, mox a tartaris illata Hungariæ memi- *Tartarum in Hungariam irruptio.*

Frideric. Dux contra eos pugnat.

nit: audiamus Bernoldum ad hunc an. ita loquentem *MCCLXLI. Bela Rex Hungariæ Fridericum Ducem vocavit in auxilium contra Tartaros, ſed Ungari verterunt arma in Cumanos, quos eſſe putabant Tartarorum ſocios, quare auxilio Friderici Ducis expugnata eſt civitas, in qua Kuthen Rex Cumanorum ſederat, qui etiam occiſus fuerat; Tartari vero cum Cumanis miſerabiliter vaſtarunt Hungariam homines, & loca.* Poſtquam itaque, ut ſupradixi, Bela Cumanos in Hungaria receptos, etiam contra Hungaros ipſos fovit, & defendit, poſtquam Tartari reliquias Cumanorum ſede pulſas, in Hungariam fugere compellerent, Regnicolæ multo amplius contra Regem Belam indignati, pugnare in Tartaros nolebant dicentes, Cumanos, niſi perfidi eſſent, in Tartaros certare debere: ita licet ſuſius diſcurrit Bonfinius Decade 2. lib. 8.

Ulterius tradit Bonfinius, Belam Regem e Fidelibus ſuis exercitum quidem contra Tartaros conflaſſe, ſed cum non ſufficeret, Tartaris jam ad fores hærentibus, per Epiſcopos Ducem, ad quem jam ante Reginam præmiſerat, ſuo nomine in auxilium exorari mandavit: Peſtini cum caſtra locaret Bela, venit Fridericus cum paucis velut inermis, atque una die irruptione in Tartaros tentata, dum unum haſta transfodit, alteri enſe arrepto brachium abſcidit, reliquos in fugam vertit, magna ſui apud Hungaros laude, Belæ vero Regis calumnia.

Inſtantibus dein Nobilibus & plebibus pergit Bonfinius Bela Rex Cuthen Cumanorum Regem cum ſuis in prælium evocat, qui ob frementis in ſe plebis rabiem ſine præſidio Regio venire renuit, hinc ab Hungaris & Allemanis irruptione facta Cuthen cum Cumanis obviis truncatur, capita e feneſtris in populum jactantur, hoſpitii jus violatum, & necem Regis Gutan ſeu Cuthen quidam Belæ, alii Hungaris, nonnulli Duci noſtro tribuunt, Chron. Clauſtroneob. ait Regem Gutan, interfectis prius duabus Reginis, & aliis ſe ipſum interfeciſſe, *præ timore Ducis Auſtriæ, qui Domum illam impugnabat, & tandem expugnabat.* Conſentit Chron. Auſtrale Freheri: Chron. vero Mellic. & Salisburg. id ſilentio prætereunt, aſt quia Pernoldus ſupra citatus id ipſum innuit, opinor omnino factum, ut Fridericus Cumanos pugnam detrectantes tanquam inertes hoſpites aggreſſus ſit, bellique jure interfecerit.

Hiſce peractis, ait Bonfinius, Dux Auſtriæ, bis victor, e caſtris multarum copiarum adventu rediit, terris ſuis a novis hoſpitibus proviſurus, Matthæus Pariſius Imperatori excidium Hungariæ a Tartaris adſcribit, eo, quod vocatus in auxilium a Rege, nec ſuppetias miſerit, & fœdus detrectaverit, quoniam ut inquit Albertus Monachus 3. fontium ad an. 1236. *Imperator a Rege Hungariæ petiit tributum 47. annorum, quod, videlicet ex quo mortuus eſt Avus ejus M. Fridericus, ſolutum non fuerat*, ſive hæc ſit cauſa, ſeu, quod Bela Rex contra Papam cum Imperatore ſentire non voluerit, Imperator tamen privatæ iræ ſuæ vindictam expleſſe videbatur negando auxilium contra Tartaros, nam teſte Chron. Clauſtroneob. Papa contra Tartaros generalem Jeroſol. terræ indulgentiam *ad inſtantiam Regis Hungariæ ac Ducis Auſtriæ* promulgante, *Dominus Imperator hoc fieri prohibuit, eo, quod Rex Hungariæ*

ab

ab eo vocatus venire contempſit, & loqui cum eo. Hæc cum perfidus Imperator Regi, non attento totius Chriſtiani orbis damno faceret, quid mirum, ſi non minora in Ducem noſtrum tentaret. Petrus de Vineis epiſt. lib. 1. cap. 29. & 30. imo potius Cæſar in epiſtolis Petri de Vineis cit. culpam omnem in Papam conjecit, at, quoniam plura malevolo ore Imperator hic in Caput Eccleſiæ evomuit, ei fides adhibenda non eſt.

Porro Bela infelix nulla ſuffultus ope, & ad Peſtinum internecinam cladem perferens, Fratre Colomano, 2. Metropolitis, Epiſcopis pluribus, ac Magnatibus cæſis, ut ſupra dictum, fuga Reginam ſuam in Auſtriam præmiſſam ſubſequi debuit, ita docet Bernold. cit. *Rex Bela Reginam, cum theſauris præmiſit, in Auſtriam, tandem ipſe ſequi coactus, quia ſui cum ipſo non concordes, ubique victi ſunt. Dux Fridericus eum hoſpitio amice primum recepit, ſed poſtea coegit, ut omnes fere theſauros ſibi tradere deberet, pro reſtitutione damnorum, quæ Auſtriæ prioribus annis fecerat, & pro coactione ad ſolvendum ſibi aurum maximum, & pro extorto a Viennenſibus tributo: & quia ad hanc reſtitutionem non ſuffecerunt omnes pecuniæ, & monialia Regis, debuit etiam Duci magnam portionem terræ Ungariæ, Auſtriæ vicinam invadiare, quam Dux contra tartaros ſtatim munivit, tunc Regem, cum Regina verſus Dalmatiam comitatus eſt, & caute providens, quod anno altero factum eſt, auxilia vicinorum conduxit*, congruit utcunque Bonfinius.

Factum hoc Ducis inhumanum & acerbum, quo Regem in extrema afflictione denuo affligere præſumpſit, jam in diſſert. apolog. Frid. Ducis §. 6. minime probandum eſſe dixi, præcipue ob jus hoſpitii læſum, eo tamen titulo aliquatenus excuſari poteſt, quod probe prævidens Dux noſter, Tartaros etiam terras ſuas acceſſuros, & opes Regis tanquam nervum belli, & partem Hungariæ tanquam munimentum Auſtriæ petierit, præſertim cum hæc aliunde Tartarorum manibus ceſſiſſent, falſum vero judico, quod refert Bonfinius, Ducem noſtrum cum ſuis Ungariam vaſtaſſe, donec ſui Urbe Jaurino potiti ab Ungaris concluſi, cum arce fuerint exuſti; hæc cum nemo veterum referat, cum circumſtantiæ Regis & Reginæ a Duce noſtro in Dalmatiam deductæ, ac collectarum inde a Carniolia aliisque terris auxiliarium repugnent, Bonfinio ſuæ genti nimium addicto, ut aſſentiar, adduci non poſſum. *Frideric. Dux ſpoliat Regem Hungariæ.*

Interim, quo periculoſiora inſtabant tempora, eo minus armis & dexteritati ſuæ, ſed Deo confidere, virtutem ex alto impetraturus videbatur Dux noſter; benefecit itaque hoc anno Eccleſiis Dei præcipue, probe gnarus, inde ſibi deſumendos eſſe clypeos mille, quibus in hoſtes pugnaret: pridie Kal. Martii Pataviæ, Eccleſiæ Patav. benefecit, & quidem primo feuda omnia, quæ ab Epiſcopo & Capitulo Patav. habebat, ut jurium ſuorum ſecuriores eſſent, publico ſcripto profeſſus; exordio ſane Principi religionis, & ſalutis ſuæ accomodatiſſimo: ut V. auth. Germ. ſacr. tom. 1. pag. 379. 9. Idus Martii in Crembs exiſtens Canoniæ Præmonſtrat. in Oſterhoven immunitatem telonei per Auſtriam conceſſit, uti & Tegernſeenſibus Benedictinis, ut V. auth. Faſt. Campilil. f. 885. *Beneficus Eccleſiis.* *Benefacit Eccleſ. Patav.* *Oſterhoven.* *Tegernſee.*

Seccov. Epiſc. Idibus Julii in Styria agebat Princeps noſter venationum delicijs in Tobel indulgens, eo ſane tempore Henrico Seccov. Epiſcopo du-
Frider. Dux in Tobel agit. plici Diplomate benignus fuit, jusque Patronatus in Eccleſiam Tobel benevole conceſſit, ut V. Dipl. mea in fine num. 79. 80. eorumque criſes, exſtitiſſe Principem hoc in loco ab Idibus Julii ad 2. Id. Auguſti, ſeu a 15. Julii uſque 12. Aug. vel certe menſe Auguſto in Tobel denuo veniſſe colligo ex Dipl. Ducis dato Canoniæ S. Hypoliti eodem in loco pridie Kal. Aug. ut V. Campilil. faſt. f. 885. Parochiam Tobel hodie iterum collationis eſſe Principis terræ, ex MSS. Seccov. ad ad annum 1196. patet.

Suben. Canoniæ Regulari in Suben idem Dux in Chrembſe 6. Kal. Octob. exiſtens conceſſit exemptionem vectigalium apud Neunburg, in aſcenſu, & deſcenſu Eni, & manſum unum juxta rivum Pirnpach, ea conditione, ut omni feria 2. ſui memoria in miſſa def. ſolemniter habe-
Friſing. Eccl. retur. V. Hund. tom. 3. pag. 261. tandem Eccleſiæ Friſingenſi advocatiam in Enzenſtorf eliberatam per 500. talenta e manibus *Vlrici de*
Pichldorf de Ulricus. *Pichldorf* Miniſterialis ſuis donavit eo pacto, ut ea ſibi & hæredibus ſuis perpetuo addicta maneret, dat. Viennæ 4. Kal. Jan. V. Meichelbök hiſt. Friſ. tom. 2. part. 7. pag. 19.

Quo tempore Dux in Tartaros pugnaverit. Hinc cum ex Diplom. hactenus citatis Dux noſter *pridie Kal. Martii Pataviæ, 7. Id. Martii Crembſii, Id. Jul. & 2. Id. Aug. in Tobel Styriæ 6. Kal. Octobr.* denuo *Crembſii, ac 4. Kal. Jan. Viennæ* exſtiterit, colligo expeditionem ejus in Hungariam contra Tartaros a menſis Octobris medio circiter uſque ad finem Decembris fuiſſe ſuſceptam.

Hunnenberch de Wilhel. III. *Wilhelmi III. Comitis de Hunnenberch* hoc anno occurrit mentio ex repertorio Auſtriaco mſ. parte 3. f. 963. etenim cum ex jam dictis
Guetenberg de Luitold. Eliſ. & Chuneg. prima hujus Conjux fuerit *Chunegundes Filia Luitoldi, & Eliſabethæ de Guetenberg.* Hac poſt annum 1214. defuncta, ſecundam induxit, nem-
Kainach de Mainhard. pe teſte Lazio Filiam quandam *Mainhardi de Kainach*, quæ denuo ante
Peka de Poppo. hunc annum e vivis obiit, hoc enim anno Wilhelmus hic ſine Uxore fuit, & Sponſam ſuam novam Filiam *Popponis de Pekach*, cujus crebrior
Ortenburch de Hermannus. hoc tempore mentio occurrit, ceſſit Filio *Hermanni Com. de Ortenburch*; hujus Hermanni II. de Ortenburch, Filius erat *Vlricus*, ſed Canon. Sa-
Vlricus. lisb. factus, ut tom. 1. annot. Diplom. 33. oſtendi, unde præter Vlricum hunc alius Hermanno II. Filius fuiſſe debuit forte *Henricus*, qui
Henricus. cum Hermanno hoc ad an. 1220. in Dipl. Göſſ. ſubſcriptus reperitur. V. tom. 1. Diplom. 33. annot. tandem hoc anno Wilhelmus *de Hochenek*
Hochenek de Wilhelm. Styriæ infer. Dynaſta illata Seizenſibus damna multifaria reſtituit. De quibus plura in annot. Diplom. 81.

Anno 1242.

ANNO 1242.

Indict. 15. Sed. vacantis II. Friderici II. Imper. XXX. Frider. I. Bellicoſi, Ducis IV. Styriæ XIII.

Tartari Viennam adeunt. Romani Pontificis electionem, dum impediret ſubdole Frider. Imperator, *Tartari* teſte Pernoldo *menſe Aug. inchoante, venientes juxta Danubium acceſſerunt, uſque Viennam, Dux vero adjunctis ſibi auxiliis Bohemorum, Carnioliorum, Carentanorum, præter ſuos advolavit, cujus exercitu viſo,*

viſo, ſubito fuga dilapſi Tartari in Vngariam redierunt, ſed occiſi tamen ex eis multi & alii capti ſunt, Chronica noſtra patria, omnia hæc profundo ſilentio premunt, quaſi vero condictum fuiſſet illis, atramentum ſuum omne in criminationes Ducis noſtri inſumere, nam & hoc ipſo anno novas in Hungaros, Bohemos, Moravos, ejusdem graſſationes damno mutuo factas comminiſcuntur, ut V. Chron. Salisburg. auth. faſtor. Campilil. adducit Commentarium inſignem ex epiſtola illa Ivonis Clerici Narbonenſis ad Giraldum Archiepiſcop. Burdegal. editum a Mathæo Pariſio hiſtor. Angl. maj. p. 412. &c. ad an. 1243. in quo de Viennæ obſidione a Tartaris Clericus hic ipſe præſens ita ſcribit: *in hac demum æſtate ipſa gens memorata, quæ Tartari nuncupantur, Pannoniam, quam per traditionem ceperat, exiens dictum oppidum, in quo tunc forte morabar* (non ſatis exprimit, an Neoſtadium, an Vienna fuerit) *cum infinitis militibus obſedit truculenter, nec erant ibidem in ipſo, ex noſtris viri bellici præter milites 50. quos cum 20. baliſtariis Dux in munitione reliquerat, hi omnes ex quibusdam eminentiis circumfuſum ſupervidentes exercitum immanem, abhorrebant ſævitiam ſatellitum Antichriſti, & aſcendentes ad Dominum Chriſtianorum &c.* deſcribitur dein ſævitia Tartarorum. *Videntibus interim ipſorum ſpeculatoribus ex cujusdam promontorii ſummitate, Ducem Auſtriæ cum Rege Bohemiæ, Patriarcha Aquilejæ, Duce Carinthiæ, & Marchione, ut dicebatur concomitante de Bade, cumque plurimo potentatu conterminarum - - - totus ille nefandus exercitus repente diſparuit.* Non itaque pugnavit Dux noſter, ſine ferro & ſanguine, vicit magnanimitate ſua. Tantæ Dei clementiæ, ut reſponderet Dux noſter, Eccleſiis denuo benefacere ſtuduit, Campililienſibus & Zwetlenſibus varia largitus eſt, Admontenſi vero Styriæ Monaſterio confirmavit, & innovavit immunitatem ab omni exactione judicibus præſtanda: Diploma edidit Bern. Pez. Cod. Diplom. Admont. n. 95. in titulo error latet, *Frider. D. G. Dux Auſtriæ & Styriæ Dominus Carinthiæ* lege *Carnioliæ, acta in Graeze MCCXLII. pridie Kal. Jul.* quo tempore Ducem has terras pertranſiiſſe reor, ut auxilia contra Tartaros conquireret a vicinis, at ſi Fridericus Dux pridie Kal. Julii exſtitit Græcii, non aſſequor, quomodo eodem hoc anno, & quidem *Kal. Julii in Clobutz, in Hungaria juxta aquam Vaga* exiſtere, & *Conradus ab Hyndberg* Camerarii inf. Auſtriæ munere inveſtire potuerit, ut Excell. Wurmbrand. Dipl. adfert f. 277. forſitan annus 1242. ponendus, quo contra Tartaros in Hungaria pugnavit. Teſte Chron. Salisburg. hoc anno Magiſter Bertholdus Abbas S. Petri ex Abb. Admont. an. 1234. factus *obiit, Petrus Richkerus ejusdem Eccleſiæ Prior eligitur*, aſt ſimul etiam Conradus Abbas XXI. Admont. diem ſupremum hoc anno clauſit, teſte MS. 3. Admont. in Catal. Abbat. Admont. in Diplom. Styriæ apud Frœlich. f. 248. de quo cit. MS. ita ait: *Poſſeſſiones Eccleſiæ augmentare ſtuduit, quæ invenit, fideliter conſervavit, alienata ſive obligationibus, ſive alio quocunque modo onerata recuperavit, ad hæc etiam emendo redditus, conſtruendo ædificia non pauca, honorem Domus Domini ampliavit, in hoc opere laudabili, & propoſito majora faciendi a Domino eſt vocatus ex hac vita, præmia perpetua per Dei gratiam adepturus.*

Dux noſter eos fugat.

Ejus auxiliarii.

Benefacit Campilil. & Zwetlenſ.

Admont.

Bertbold. Abb. Admont. dein S. Petri obit.

Conrad. XXI. Abbas Admont. obit.

Ejus laur.

Bertholdus II. Abb. XX. Admont.

Succeſſit ei Bertholdus II. Abbas ordine XXII. quem MS. 1. Admont. prorſus ommittit, uti & Bucelinus, eundem tamen adducit liber MS. 3. num. 51. & 52. ubi jam ante, tanquam Abbas Biburgenſis, & Sewenſis, ſeu Seonenſis laudatur. V. pl. an. 1245. Nec minore benevolentia Seccovienſem Epiſcopum denuo proſecutus eſt Dux noſter, dum *ex Urbe Græcenſi*, in qua ultima Junii Admontenſibus faverat, in locum Tobel denuo extra Græcium veniret, ibique IV. Idus ſeu 12. Julii Henrico Epiſc. ob innumera merita *villam in Poſeyle apud S. Jacobum Terzberch dictam*, cum omnibus attinentiis perpetuo poſſidendam transſcripſit. V. pl. Dipl. 82. in fine. Mellicenſi Eccleſiæ, ut damna per milites illata reſarcirentur teſte Cl. Huebero in Auſtria p. 72. Dux noſter ligna, quæ ſibi *Otto* Miniſterialis ſuus *de Ottenſtein* ea de cauſa reſignaverit, juxta Caſtrum Schala, illico eidem Monaſterio eſt largitus, *acta ſunt hæc apud Nevvnpurkh an.* 1242. *datum in caſtris apud Weikinſtorf* 4. *Nonas Octobr.* quo in loco ad Marcham Fl. ſito caſtra adhuc habuit Dux noſter, ſi novam forte Tartari irruptionem tentarent. Tandem 7. Id. Nov. apud Loope præſente Rudigero Patav. Epiſcopo Conrado Friſingenſ. ejus Eccleſiæ advocatiam in Enzerſtorf novo contractu & Diplomate contulit.

Frider. Dux benef. Epiſcop. Seccov.

Monaſt. Mellicenſ.

Eccl. Friſing.

Gebbinus Præpoſitus IX. Vorav.

Hoc anno Voravienſi Canoniæ præeſſe cœpit Gebbinus Præpoſitus Ordine IX. ita habet MS. Chron. Vorav. *Gebbinus Præp. IX. in ordine vacante Præpoſitura onus hujus Monaſterii ſuſcepit, & laborioſe perfecit.* Anteceſſor ordine VIII. ut dixi, ignoratur, anno porro hoc jam fuiſſe Præpoſitum, idem MS. Chron. ad hunc annum docet: *an.* 1242. *quidam contractus duarum librarum monetæ Viennenſis annuatim Monaſterio Vorav. ſolvendarum a Chonrado judice & cive novæ civitatis ſuper quadam area ibidem ſita factus eſt.* Hæc cum ſub Gebbino referantur, hoc anno Præpoſitus eſſe debuit.

Damna Eccl. Vorav.

Huc certo referenda ſunt ea Chroniſtæ Vorav. verba, quibus damna ſui Monaſterii dolenter refert ita: *Nota intra ſpatium aliquot annorum, iſto tempore infinita damna Vorav. Eccleſiæ præcipue poſt obitum Friderici Ducis piæ memoriæ, illata ſunt, videlicet a Domino Gotſcalco de Neuberg non omnibus computatis, ſed* 500. *librarum denariorum damnum intulit: a Dom. Henrico de Hertenfels* 327. *librarum, &* 25. *modiorum bladi, ſimiliter ab eodem Henrico, dum reſidebat in Talberg* 107. *librarum damnum intulit, dum caſtrum Talberg erat, in poteſtate Dom. Gerhardi de Krumpach, ab eodem quoque ad centum* 68. *talentorum denariorum damnum ſuſtulit, a Domino Henrico apud Tuchnam in Pinka, & in prædio ubique ſito in Fridberg per ipſum homines deſolati ſunt, etiam ad* 114. *libras denoriorum damna illata ſunt. Item a Dom. Henrico de Raimberg, a Dom. Wulfingo de Fridberg, a Dom. Conrado de Aichberg, a Dom. de Statek, a Dom. Wulfingo de Stubenberg, a Rechlino de Feiſtriz, a Rudolpho in Travvnſtain, a Dom. de Puchaim* (quem *Henricum* ſuſpicor fuiſſe ex annot. Diplom. 114.) *in Fillenpach, in Starcavv, Dobruten Mulldorf ibidem ad innumerabilia damna hoc Monaſterium ſuſtinuit, quæ clarius conſtant in quodam conſcripto, ſingulariter in ſacriſtia, & ſic multa perpeſſus eſt ſtatus hujus Cœnobii & Ordo, velut in mari tribulationum piſces magni ſolent parvos devorare, ſic in hoc ſæculo præfati potentes*

A Gotſcalco de Neuberg.

Henr. de Hertenfels.

Gerh. de Krumbach.

Henricus de Raimberg.

Wulfingus de Fridberg.

Conr. de Aichberg.

Dom. de Statek.

Wulfingus de Stubenberg.

Rechlinus de Feiſtriz.

Rudolphus de Travvnſtain.

Henricus de Puchaim.

pra-

prætendebant hoc minus cœnobium opprimere, ſed Deo volente quidam nunc deprimuntur per culpam, nunc elevantur per gratiam. Unde Gebbino magnus labor acceſſit, ut hæc omnia recuperaret.

Liceat hæc utpote familias Styriæ concernentia paulo amplius conſiderare: *Gotſcalcus de Neitberg*, quo in loco damnum adeo ingens Vorav. Canoniæ attulerit, non exprimit Chroniſta. Dominum Caſtri Neuberg penes Hartbergam Urbem, cum fuiſſe credam (V. annot. Diplom. 36. tom. 1.) bonis Voravienſium ad Hartbergam ac monte Maſſenberg noxium fuiſſe cenſeo, reparavit tamen damna omnia cum complicibus ſuis, ut dicam an. 1257. *Neuberg. de Gotſcalcus.* *Neuberg. Caſt.*

Henricus Hertenfelſius Styriæ Dynaſta, Thalbergæ reſidens, proin Vorav. Cœnobio vicinus, eo magis nocere potuit, de eo tanquam Fratre Vterino Dom. de Raimberg. egi tom. 1. annot. Diplom. 58. *Rudolphum de Hertenfels* damnoſum etiam fuiſſe, ſed damna reſtituiſſe dicam ad an. 1250. *Hertenfel. de Henr.* *Et Rudolphus.*

Gerhardus & Henricus de Krumpach (V. tom. 1. annot. Diplom. 58.) non ſolum in vicinia Thalbergæ & Voravii, ſed in Fridberg, in Pinka, & ad Tuchnam homines ſeu ſubditos noſtros afflixerunt, ſed reſipuere, atque omnimode Voravio ſatisfecere, ut V. an. 1246. 1252. nec minus *Henricus de Raimberg* (V. tmo. 1. annot. Diplom. 58.) tam beneficus Voravio, quam antea noxius fuit V. an. 1252. *Krumpach de Gerharous & Henricus.* *Raimberg de Henricus.*

D. Wulfingus de Fridberg (V. tom. hoc 2. annot. Diplom. 32.) an reſtauraverit damna illata, non lego in Chron. noſtro, *Conradus I.* tamen *Caſtellanus de Fridberg*, ſorte ejus Filius an. 1242. quoddam concambium cum Monaſt. Vorav. in ejusdem utilitatem iniit, ac *Wulfingus III.* an. 1332. quædam bona Vorav. Canon. vendidit. De quibus ſuo loco. Reliquorum memoratorum Dominorum damna non referuntur, vix adeo gravia fuerint, de quibus, uti & eorum Genealogiis plura ſuis locis. *Wulfing. II. III. & Conrad. I. de Fridberg.*

Procul a vero aberrat Lazius lib. 6. de migrat. gent. f. 202. dum docet *ab Henrico Dietrichſteinio*, in bello, quod Bernardus Dux Carinth. geſſit cum Epiſcopo Babenberg. pro finibus, hoc anno Ekebertum Epiſcopum Babenbergenſem captivatum fuiſſe, bellum hoc duplex cum Ekeberto, unum an. 1227. alterum an. 1233. jam abſolutum erat, ut ibidem dictum: unde captivatio Ekeberti Epiſcopi Bamberg. per *Henricum de Dietrichſtein*, *Dominum de Finkenſtein* ad annum 1233. pertinet, ut ibidem dictum, aliud tamen bellum Carinthiæ fuit, cui forte operam ſuam denuo navavit Henricus Dietrichſteinius, nam ut teſtatur Frœlichius in Archont. Duc. Carinth. part. 1. f. 58. Bernhardus Dux Carinthiæ tractavit de pactis liberationis *Friderici Goſſe de Griven.* quem captivum detinebat *Comes Henricus de Ortenburg*, quæ omnia acta fuiſſe hoc an. Indict. 14. (lege 15.) & 5. Id. Sept. ex autographo in tabulario Auſtriaco ſe vidiſſe teſtatur Frœl. cit. *Dietrichſtein de Henr. Dominus de Finkenſtein.*

Salisburg. teſte Chron. ejus loci, hoc an. *Chuono Præpoſ. Salisburg. obiit Otto Canonicus ejusdem Eccleſiæ ſuccedit*, de quo pl. annis ſeq. *Chuno Præpoſ. Salisb. obit.* *Otto ſucc.*

Gerold. Præpoſ. I. Canoniæ Stainzenſis, ſuffectus eſt Conradus Præpoſ. II. docum. communicata. *Gerold. Præp. I. Stainz. obit.* *Conrad. ſucc.*

Anno 1243.

ANNO 1243.

Indictio 1. Innocent. IV. P. I. Frider. II. Imp. XXXI. Frider. I. Bellicoſi, Ducis IV. Styr. XIV.

Innoc. IV.

Poſtquam 19. menſibus vacaſſet ſedes Romana, tandem, ubi Jacobus Cardin. Prænestinus Epiſ. & Otto S. Nicolai Card. Diac. ab Imperatore dimiſſi ſunt, electus eſt unanimi Cardinalium Anagniæ præſentium voto Sinibaldus Fliſcus Comes Lavaniæ, dictus Innoc. IV. cui tanquam amico Cardinali gratulatus eſt quidem Imperator per nuncios & litteras, ſed verbis effectus non reſpondit, cum Præſules & Clericos captivos dimittere nollet.

Frider. Dux repudiat tertiam Uxorem.

Inter hæc teſte Pernoldo *Fridericus Dux noſter, tertiam Uxorem ſuam Agnetem de Merania auctoritate Archiepiſc. Salisburg. & plurium Epiſcoporum apud Frieſach Carinthiæ ex thoro ſuo dimiſit, ob affinitatem, & quia prius Imperatorem ſecuta eſt, nec fœcunda fuit.* Chron. Auſtr. & Clauſtroneob. ait ſolum, coram Archiep. Salisburg. & Epiſcop. Patav. fuiſſe repudiatam: Salisburg. addit Patav. Laventinenſem & Seccov. Epiſc. præſentes fuiſſe, cum aliis Auſtriæ & Marchiæ, *ſeu Styriæ Prælatis*, plura jam hoc de divortio dicta ſunt Differt. Apolog. Friderici noſtri §. 11. ubi etiam de Agnetis ad Sedem Apoſt. appellatione, ejusque alteris nuptiis cum Ulrico Duce Carinthiæ quæpiam dicta ſunt, plura ad annum 1245.

Inde Bela offenſus.

Ex hoc divortio Ducis non pauci offenſi ſunt, præſertim vero Bela Rex Hungariæ, teſtante Pernoldo ad hunc an. ita ſcribente: *offendit in hoc*, Dux nempe noſter *Belam, cujus Mater fuit Soror, Patris Agnetis, qui rediens in Regnum ſuum Hungariæ, e quo Tartari exceſſerunt, cum auxiliis Equitum de Rhodiis, & Nobilium de Frangipanis, voluit in tranſitu Auſtriæ divortium bello ulciſci, ſed coactus eſt a Duce cedere,* conſentiunt

Inſequitur bellum.

Pernoldo Chron. Auſtrale, Clauſtroneoburg. & anonymus Zwetlenſis iisdem verbis ad hunc annum *Fridericus Dux Auſtriæ & Styriæ cum magno exercitu occurrit Regi Hungariæ apud Lydam* (Leitham Fluv.) *ibique pacificati ſunt ſine congreſſione.* In eo autem fallunt hæc Chronica, quod dicant, *moxque cum eodem exercitu tranſivit Danubium, & intravit fines Moraviæ, ſtatimque Rex Bohemiæ ei inſperato occurrit cum multitudine magna, quo Dux comperto fugam iniit, & dilapſus eſt exercitus ab ipſo.* Chronica namque meliora Mellicenſe Salisburg. reticent, male intercalatum hoc bellum Moravico-Bohemicum, quod ad an. 1245. loco ſuo referam.

Neminem vero magis lapſum opinor, quam Dubravium Epiſcop. Olomuc. hiſt. Boh. lib. 16. qui Principi novi criminis invidiam conciliavit docens, Belam, tum, in Hungariam redire vellet, a Friderico noſtro petitum, atque, ut vectigal in ſingula militum capita ſolveret, ſub prohibitione tranſitus per terras ſuas coactum, dumque deſuper prælium fieret, Fridericum noſtrum ſaucium, mox eo ex vulnere obiiſſe; omnia namque Chron. & documenta contradicunt aſſerto huic de morte Principis noſtri, dumque graſſatorem viarum publicarum Ducem noſtrum male fingit a Chron. domeſt. cit. aperte refutatur docentibus, pacem inter Belam & Ducem noſtrum ſine congreſſione

Frider. Dux benefac. Altah. Monaſt.

factam

factam ſuiſſe: certe contrarium docent beneficia Eccleſiis hoc ipſo anno a Duce noſtro præſtita; nam Monaſterio Altahenſi ſub Hermanno Abbate confirmavit immunitatem villæ Abſtorf in Auſtria ab omni ſubadvocatorum exactione, *actum in caſtro Medlico an. Dom.* 1243. *prid. Non. Febr.* V. authorem Germ. Sacr. tom. 1. pag. 380. faſt. Campil. f. 895. Conſimili clementia favit, Can. Reg. ad S. Hyppolitum cavendo, ne judex ſuus in Tulna in homines ejus Canoniæ ullam jurisdictionem exerceat, nec in prædiis ipſorum, niſi quis forte morte ſit condemnandus, *actum apud Chotivicum an.* 1243. *ſexto Id. Sept.* V. Duellium in excerpt. Geneal. hiſt. lib. 1. p. 25. n. 61. *S. Hypoliti Canoniæ.*

Zwetlenſibus ſalium ab Eberhardo Salisb. ob ſalutem Henrici Ep. Seccov. olim Zwetl. civis, ac Clerici datorum advectionem liberam ab omni telonio iudulſit Dux noſter, mox Canoniæ S. Floriani confirmat omnia privilegia, faſt. Campilil. f. 896. *Zwetl. Monaſter. Can. S. Floriani.*

Nec minus beneficus fuit Dux noſter Epiſcopatui Styriæ Seccov. Nam Henrico Epiſc. Seccov. ſibi dilectiſſimo, ejusque ſucceſſoribus donavit domum Viennæ penes aulam & curiam ſuam. *Datum in Hyntberch an.* 1243. *pridie Id. Jan.* V. Dipl. mea in fine num. 83. *Seccov. Epiſc.*

Ex his quædam Ducis noſtri itinera conſtant, *pridie Idus Januarii*, ſeu 12. *ejus menſis in Hyntberg*, Caſtro Auſtriæ agebat, quod teſte Lazio de migr. gent. lib. 8. f. 445. Vdalricus & Marquardus *de Thierſtein* Comites Helvetiæ ſæc. 12. fine in Auſtriam abeuntes comparunt, vel potius condiderunt cum *Eberſtein*, Caſtro, & hoc ab apro, illud a Damæ inſignibus *Hyndberg* nominarunt. Exin *pridie Nonas*, ſeu 4. *Februarii* Mellicii exſtitit, & eo in Monaſterio Altahenſibus benefecit. *Friderici Ducis noſtri itinera. Hintberg & Eberſtein caſtra.*

Quo tempore Friſaci Uxorem ſuam repudiaverit? non conſtat, id tamen ante *Nonas*, ſeu 7. Octobr. quo Henricum Epiſc. Seccov. obiiſſe ex Necrol. Seccov. habemus, contigerit, cum Henricus ei repudio præſens fuerit, 8. Sept. tamen Gotwici exſtitit, ut ex Dipl. S. Hippolyt. mox oſtendi, cenſeo proinde repudium Agnetis, & ortum inde cum Bela Hungariæ Rege bellum, poſt 8. Sept. contigiſſe, etenim ut docet author Germ. ſacræ tom. 2. fol. 341. Eberhardus Archiep. Salisb. poſtquam Capitulo ſuo Cathedrali 2. Parochias *Gaſtunam* & *Talgeu* contuliſſet, *anno* hoc jam *adulto* proin menſe Sept. & Octobri Carinthiam luſtravit, Friſacique exſtitit cum Rudigero Epiſc. Patavienſi, Henrico Seccov. Ulrico Laventino aliisque Prælatis magno numero, quo eodem tempore, proin *anno adulto* etiam Dux Frider. Uxori ſuæ Agneti repudium dedit præſentibus hiſce Epiſcopis, ut ſupra dictum, cumque dein in vallem Lavant. abiret Eberhardus, atque eo tempore Henricus Epiſcov. Seccov. de quo mox dicam 7. Octobr. obiret, hæc omnia ad finem anni referenda videntur.

Henricus itaque *Seccov. Epiſc.* teſte Chronogr. Salisb. hoc anno *obiit*: cui eod. teſt. Chron. *Vlricus Scriba Ducis ſucceſſit*, anno hoc vel ſeq. quia Henricus 7. Octobr. primo obiit, ita docet Necrol. Seccov. his verbis: *Octobr. Nonæ Heinricus piæ memoriæ Seccov. Epiſc.* obiit. Necrologium Run. ſeq. diem ſeu 8. *Idus octobr.* ponit, quod ex ſæpe dictis de die depoſitionis intelligendum eſt, binis quidem vicibus legitur in Necrol. Runenſi Henr. Epiſc. Seccov. nempe *ad 8. menſ. Octobr. & 27.* *Henricus I. Epiſcop. VI. Seccov. obit. Ulric. ſucc.*

Febr. Standum tamen videtur Necrol. Seccov. domeſtico & 27. Febr. pro die emortuali Henrici II. Epiſc. Seccov. ordine VI. erit relinquenda, vel pro Henr. III. nam etiam Necrol. Seccov. eodem die defunctum Henric. Ep. Seccov. refert: Henricus hic, cum civis eſſet Zwetlenſis, Canonicam ſibi ſepulturam in Monaſterio Zwetlenſi elegit, unde ob ejus animæ ſalutem annua duo talenta nudi ſalis ei Monaſterio conceſſit Archiep. Eberhardus Diplomate ſolenni, cui ſubſcripſerunt *Vlricus Vener. Lavendin. Epiſcopus, Bernhardus Præpoſ. Friſac. Mr. Bertholdus Præpoſ. S. Catharinæ apud Steunze &c. in Styria, actum an. MCCXLIII. X. Kal. Nov. Indict. 1. apud S. Andr. in Lavent.* Idem docet Catal. Epiſc. Seccov. mihi communicatus.

Bertbold. Præpoſitus Stänz.

Chumbenz & Vanſtorf Parochiarum concambium.

Plura ante obitum ſuum adhuc exantlavit Henric. Epiſc. Seccov. etenim *quarto Non.* ſeu 4. *Octobr.* tribus ante obitum diebus, cum Conrado Præpoſ. Seccov. compromiſſum iniit de parochiis Chumbenz, & Vanſtorf, ut V. Dipl. mea in fine num. 84. Unde morbus non diuturnus, ſed prope repentinus ad mortem eundem abripere debuit.

De Ulrico I. Epiſcop. III. Seccov. Catal. Epiſc. Seccov. ita tradit *III. Udalricus I. antea Protonotarius Curiæ Friderici Ducis Auſtriæ conſecratur an. 1244. aſſumitur an. 1256. ad Archiepiſcopatum Salisburgenſem, ubi manſit annis novem, poſtea oneri & honori cedens huc rediit, obiit 1268. die 6. Julii. Prædictus Udalricus Archiep. confert Seccovienſibus pleno jure Parochiam in Grüdvvein, tabulis tum ab ipſo deſuper tum ab Ottone Præpoſito Salisburgenſi, editis an. 1260. & 1264. cum Epiſcopus ſenio confractus, & alio gravi morbo laborans, linguæ miniſterium amitteret, & propter morbum, ad gubernandam Eccleſiam Seccovienſem inhabilis redderetur, de conſenſu Pontificis, Archiepiſcopus Ortolfum Præpoſ. Seccovienſem, & Ulricum Plebanum in Straſgang pro Coadjutoribus deputavit. Obiit Epiſcopus in Parochia Piber an. & die quo ſupra.*

Peccach de Poppo, & Ulric. Raſpo benefic. Seccov.

Frid. Dux benefac. Seccov.

Quoniam de rebus Seccovii ſermo incidit, *Poppo de Peccach* vir inter Styros generis nobiliſſimi confirmavit, Seccovienſibus factam donationem a milite ſuo *Vlrico* cognomine *Raſpo*, qui hærede carens vineam unam circa *Feuſtriz* in der Moſnich Eccleſiæ Seccov. libere legavit, ut V. Diplom. Seccov. 59. in Diplom. Duc. Styr. part. 1. f. 211. de Poppone de Peccach pl. dicta ſunt tom. 1. annot. Diplom. 9. memorabile eſt præterea Diplom. Seccov. 58. quod hic inter mea in fine num. 85. expreſſum vide; Præpoſitus, & Capitulum Seccovienſe, jam tempore *Reinberti de Murek*, judicis ſupremi Styriæ obtinuerat ſylvam *Erzvvald* dictam, ſucceſſu temporis in poſſeſſione ſylvæ hujus *D. Hartnidus de Rammenſtein* Seccovienſes turbaverat, unde hi Friderico Duci ſunt contra vim conqueſti, Dux pro ſua in loca ſacra munificentia, illico *Vlrico de Phamberg* in mandatis dedit, ut Seccovienſes in poſſeſſione ſylvæ defenderet, quod cum Vlricus Phanbergius tanquam Judex ſupr. Styriæ interdiceret Hertnido de Rammenſtein, hic in uſurpatione iniqua pergeret, *in generali tandem judicio chrauvvati* in ſuper. Styria celebrato, denuo præpoſito & Capitulo de Seccov. productis legitimis documentis ejus ſylvæ poſſeſſio eſt adjudicata: de quo pl. in fine in annot. Diplom. 84. Gyrienſis Styriæ Cartuſia in Bernhardo Carinthiæ Duce benefactorem habuit, hic enim Gyrienſibus non

Murek de Reinbert.

Ramenſtein de Hartnid.

Pfanberg de Vlricus.

Chrauvvati placit. Gener.

Gyrienſ. Cart. benef. Bernhard. Dux Carinth.

ſolum

ſolum aream in Urbe Labacenſi ad exſtruendam domum, ſed etiam immunitatem ab omnibus teloneis contulit, *Idib. April. Indict. 1. an. 1243.* V. Dipl. Duc. Styriæ part. 2. Diplom. Gyrienſ. 6. fol. 141.

Jam obſervavi ad an. 1233. partem ſolum aliquam Carnioliæ Friderico Duci noſtro, Agnetis Meraniæ, vel quibuscunque tandem pactis ceſſiſſe, majorem vero hoc ævo penes Duces Carinthiæ permanſiſſe, quod non ſolum hæc Gyrenſibus facta areæ Labac. donatio, ſed etiam Monaſterii Landſtraſſenſis fundatio a Duce Carinthiæ Bernardo an. 1234. facta oſtendit ſatis clare. *Carniol. pars major ſub Duce Carinth.*

In Styria inferiore Oberburgenſe Ord. S. Bened. Monaſterium ſub Abbate ſuo Henrico plenariam omnium rerum ſuarum confirmationem a Bertholdo Aquilej. Patriarcha obtinuit die 19. *Junii Indict.* 1. *Sacillo an.* 1243. Diploma deſuper V. in Dipl. Duc. Styr. part. 2. f. 282. & 290. integrum, quod de Rubeis in monumentis ſuis Aquilejæ, referre neglexit. *Oberburg. Abb. Henricus. Bertold. Patr. Aquilej.*

ANNO 1244. *Anno 1244.*

Indict. 2. Innoc. IV. P. II. Frider. II. Imper. XXXII. Frider. I. Bellicoſi, Ducis IV. Styr. XV.

Pax inter Imperatorem & Papam ope Balduini Conſtantinopolitani Imper. tractari cœpit, per Raymundum Com. Toloſanum, reſiliit tamen more ſuo Frider. Imp. imo eo contendit, ut Papam caperet, ægre in Galliam dilapſum, teſte Raynaldo hoc an. Hæc inter ait Bernoldus *valde difficile fuit Friderico Duci in medio horum ſic agere, ut neque Pontificis, neque Cæſaris iram pateretur, & valde laudabile fuit ſic egiſſe:* hinc Diſcors eſt authorum ſententia, an Fridericus Dux noſter Cæſari conſtanter etiam contra Pontificem adhæſerit, Brunnerus dubitat, Fuggerus affirmat, Hundius hoc anno, relicto Cæſare Papam ſecutum Ducem noſtrum ſcribit: optima videtur Bernoldi ſententia, eum hocce tempore ita ſe geſſiſſe, ut nec Cæſari, nec Papæ ſuſpectus eſſet, imo ab hoc magna benevolentiæ ſigna acciperet, etenim ut mox dicam, dum binas Dux noſter ad Innoc. Papam litteras dedit, quibus & prodigia S. Colomanni exponit, & pro erigendo in Auſtria Epiſcopatu ſupplicat, binis etiam reſponſoriis una VI. Idus Maji hujus anni, altera ſeq. 8. Id. Martii data, utraque ſolita benevolentiæ ſignificatione *dilecti Filii* nomine a Papa inſignitur. *Pax Eccleſ. rupta per Frid. Imper. Frider. Dux quas partes ſecutus. Obtinet celebr. feſt. S. Colomanni.*

Atque ut de his aliqua adducam, ad primas Ducis noſtri de prodigiis S. Colomanni litteras, reſpondit Papa, & præcipit Rudigero Ep. Patav. ut ſi prædictus Martyr canonizatus ſit per Sedem Apoſtol. ejus feſtum per Auſtriam, & adjacentes Provincias faciat ſolenniter celebrari; de Epiſcopatu Auſtriæ an. ſeq. plura dicentur.

Erat porro hoc anno Duci noſtro diſſidium non leve cum Rudigero Ediſc. Patav. id Pernoldus ita exponit: *hoc anno propter Nobiles de Waldek, quibus favebat Rudigerus Epiſc. Patav. qui ſibi multa damna facere volebant, militare debuit in Epiſcopum, & Ottonem Bavariæ Ducem.* Hæc diſſenſio cauſa fuerit, cur conſilium erigendi Epiſcopatus in Auſtria *Frid. Duc. lis cum Rudigero Epiſcop. Patav.*

Eberſpergam diruit. hæſerit in ſicco, nam, ut docet Chronogr. Garſtenſ. hoc anno *Caſtrum in Eberſperch a Duce Auſtriæ deſtruitur, & multa alia pericula per eundem Ducem imminent Eccleſiæ Patav. pro eo, quod Epiſcopus de favore prædonibus de Waldek exhibito ſuſpectus habebatur.* Hundius ad eundem hunc annum docet a Friderico noſtro arcem Obernbergenſem Patav. Epiſcopi ab *Waldek de Henric.* *Henrico de Waldek* arcis præfecto traditam occupaſſe, atque Alberti de Beham Legati Pontif. ab Ottone Bavariæ ad Cæſarem digreſſo deſerti cauſam ſuſcepiſſe, utque hic in Caſtro Obernberg refugium tutum haberet, arcem hanc tradidiſſe *Bernardo III. & Vlrico I. Com. de Schaumburg*, qui eam contra 6. menſium obſidionem ab Ottone Bav. factam defenderunt. V. tom. 1. annot. Dipl. 66. in Schaumburg. Geneal. *Schaumburg de Bern. III. & Vlricus I.*

Hæc itaque Diſſidia cauſa erant, ut erectio Epiſcopatus Auſtriaci protraheretur, quamvis enim Dux hoc an. ea de cauſa Papæ ſupplicaverit, & Papa etiam manum applicuerit, ſeq. an. per litteras imponendo *Abbatibus Ciſterc. S. Crucis de Zovetl, & de Runa, ut inquiſita ſuper hoc, & an id expediat, veritate fideliter intiment, quæ invenerint*, obſtitiſſe tamen reor Epiſcop. Patav. Rudigerum, tum quod ei cum Duce non conveniret, tum quod inde Diœceſis ſuæ imminutionem aperte prævideret. *Runenſ. Abbat. ref.*

Frider. Ducis res. Rem aliam de Duce noſtro narrat Chron. Clauſtroneob. ad hunc annum, fuiſſe nempe ei duos adoleſcentes, quos a juventute in aula ſua nutrierat, & intime amaverat, hi duo in conflictu quodam (forte cum Bavaris & Patav. habito) vulnerati ſunt uſque ad mortem; inde Dux turbatus, deſperata eorum ſanitate, omnibus viris ſpiritualibus in ſuo Ducatu ſupplicavit, ut pro his 2. adoleſcentibus exorarent Deum, vovens etiam carnarium ſeu oſſuarium in S. Cruce perficere, & in 200. talentis, & manu potenti ire contra Prutenas ſeu Pagana Bruſſiæ, exaudivit Deus preces ſuorum, ac Ducis devotionem reſpexit, & ſanati ſunt adoleſcentes illi, unde etiam eleemoſinam copioſam largitus eſt Dux. Idem referunt alia Chron. patria, in quibus Auſtrie adoleſcentes eos nominat, nempe *Albertum* ſeu Alberonem *de Zvetling* ſeu *Zelking*, & *Hadmarum de Wolferſtorf*, addit Leob. anonym. *ex poſtmodum diu viventes, milites effectos eſſe.* Fidem huic narrationi addit Raynaldus docens, Ducem noſtrum contra Prutenos expeditionem adornaſſe, cujus milites ab Innoc. IV. Papa easdem indulgentias obtinuere, quas in Conc. œcumen. Later. ſub Innoc. III. milites Palæſtinæ: ne tamen totum, quod vellet exequeretur Dux noſter, *Bela Rex* Hungariæ obſuit, *qui* teſte Pernoldo *contra ipſum in fœdus traxit, Regem Bohemiæ & Ducem Carinthiæ, ut pro altero anno arma in ipſum pararent.* *Zelking de Albero.* *Wolfgerſtorf de Hadmar.* *Bela Rex armatur.*

Hæc inter ſtudia quis non videt, addictiſſimum Ducis noſtri in Deum, ejus fidem, & loca ſacra animum, dum continuos inter armorum ſtrepitus, ea tamen ſemper corde volveret, ac benevolentia ſua proſequeretur, & quod magis mireris amice Lector! illud eſt, quod licet cum Epiſc. Patav. Dux diſſideret, hoc anno tamen ad requiſitionem Epiſcopi hujus *Vlricum de Prunſperch*, quasdam poſſeſſiones feudi Patav. ſibi uſurpantem, illico coerceret hiſce in Diplom. ſuo notabilibus verbis: *alioquin noſtra puniet taliter celſitudo, quod cæteri exemplo ſuo perterriti ſimilia pertineſcant. Nam quem Dei timor a malo non revocat,* *Frid. Dux benef. Patav.*

ſal-

saltem coercere debet sæcularis severitas disciplinæ. Annales Zwetl. tom. 1. p. 323. novum Eberhardi Salisb. & Ducis nostri in Monasterium suum beneficium collaudant, quo nempe Eberhardus ad preces Frider. Ducis decimam in *Weichartorf* eidem Conventui tradit, & ejusdem defensorem Fridericum Ducem statuit, quam rem ignorasse videtur auhor Germ. sacræ tom. 2. fol. 342. qui tamen inter res Eberhardi Salisb. recensent, quod hoc anno comitiis Ratisbon. ab Ottone Duce celebratis pro pace publica, & recta reipubl. disciplina, cum pluribus aliis Episcopis adfuerit, de quibus plura apud auth- cit. eodem vero hoc anno, ut refert Chron. Salisb. *Dominus Chyemensis ad instantiam D. Archiepiscopi ob habilitatem corporis Episcopatum resignavit*, erat is Albertus, qui ex Præpos. Salisburg an. 1234. Episcopus Chyemensis erectus est, quando Albertus Chyemensis obierit ? non constat, id ex an. 1252. patebit, successisse Henricum de Ord. Prædicat.

Zwetlens.

Eberhard. Salisburg. Comit. Ratisb. adest.

Albert. Episc. Chiem. resignat.

In Styria Episcopatus Seccoviensis vel vacabat, vel ejus electus hondum erat consecratus, Chron. enim Salisburg. quod Henrici Seccov. Episcop. mortem in fine anni prioris retulit, hujus anni initio ita scribit, *cui Vlricus Scriba Ducis Austriæ succedit*, erat hic *Scriba* seu *Notarius* Ducis nostri, concordat MS. Seccov. Canoniæ, quod Vlricum hunc *in aula Frider. Ducis Austriæ, & Styriæ Protonotarium* fuisse docet, imo ipse Vlricus in Dipl. Seccov. 64. inter mea n. 100. testatur se fuisse Frider. Ducis Protonotarium.

Ulricus I. Ep. III. Seccov.

Antea Ducis Protonotarius.

Designatio hujus Episcopi anno quidem jam priore ad preces Friderici Ducis fieri potuit, Consecratio tamen ejus diutius est dilata, nam an. 1248. primo Episcopus consecratus videtur.

Episcopum novum Seccovienſem Udalricum, Præpositus quoque novus Cathedralis Nicolaus excepit, Conrado sponte cedente; Nicolaus enim Præpositus Ordine VII. hoc an. 19. Febr. jam electus fuit, & quidem via compromissi in Vlricum elect. Seccov. a Canonicis Cathedral. Seccov. facti, ut V. ex Diplom. inter mea in fine num. 86. quo vero anno obierit Conradus, quoque die? Catal. Seccov. Præp. habet, obiisse 6. Idus Jan. anni seq. Id quoque ex Diplom. Seccov. constat Conradum Præp. an. 1243. 4. Nonas Octob. rexisse (V. Dipl. mea in fine num. 83.) & Nicolaum Præp. ordine VII. hoc an. 19. Febr. jam fuisse electum, V. Dipl. in fine n. 85. minus cohærent ea, quæ de *Hermanno de Herberstorf* refert Catal. Præp Seccov. eum nempe Præpositum ordine VII. fuisse, & 14. annis præfuisse, nam error ex hactenus dictis, & ex adjecto erecti Episcop. Seccov. an. 1232. satis patet, nec enim hujus Hermanni Necrol. Seccov. vel alia documenta meminere.

Conrado Præpos. Seccov. succed. Nicolaus Præpos. VII.

Herberstorf de Hermannus an Præp. Seccov. hoc temp.

Ampliorem notitiam de ambobus his Præpositis Seccov. Conrado I. & Nicolao ex Illustr. Familia DD. de Stubenberg ortis hic suppeditare possum, 1ma petitur ex Catal. Præpos. Seccov. sæpius jam citato, qui ita habet: *VI. Præpositus Conradus de Stubenberg Styrus electus an. 1238. Regularis disciplinæ nitorem inclytis virtutum suarum exemplis constabilivit, concordiæ, pacisque studio perintentus, ut enatam denuo limitum Archidiaconalium controversiam exscinderet, circumscriptis exacte terminis causam submovit, sacros fasces, quos ad sexennium pie utiliterque tenuit, sponte*

Conradus Nicolaus Stubenberg e famil. de Stubenberg.

dimisit an. 1244. *eodemque necdum circumacto vitam Religiosam clausis* 6. *Idus Januarii*, de Successore Nicolao sequentia in cit. Catal. lego: *VII. Præpositus Nicolaus de Stubenberch Styrus, vigore compromissi Capitularis ab Udalrico I. Episcop. Seccov. electus, communique omnium gaudio & assensu in Præpositum & Patrem receptus est mense Febr. an.* 1244. *Provide ad clavum sedit, dignumque se ex eodem genere successorem tam honore, quam virtute ac meritis præbuit. Ad comprimendas impiorum rapinas, Pontificiam clientelam instauravit, eademque sacras Canoniæ opes communitum ivit. Plenitudine juris super Parochialibus Ecclesiis præsertim S. Mariæ & D. Ruperti in Cumbez. ab Innoc. IV. exornatus est. Septimum Pastoralis vigilantiæ annum ingressus conquievit* 4. *Kal. Martii an.* 1250.

Alteram notitiam ex iisdem Canoniæ Seccov. scriniis de his 2. Præpositis submisit Excell. DD. Wolfgang. de Stubenberg, *Censor* tomi hujus II. quæ ita habet: Extrakt eines in Betref deren zwey zu Seccav gewesten Domprobsten, Hrn. Conrad und Nicolaus von Stubenberg, von den dermaligen Hrn. Domprobsten zu Seccav Joseph Schurian an mich unterm 6. & *præs.* 9ten Julii 1768. erlassenen Schreibens. Daß Beede, Conrad und Nicolaus, sich von Stubenberg genennet, gibt klar ein Manuscriptum originale, daß Wolfram, Dietmar, und Herbart von Stubenberg mit Conrad dem Domprobsten sich einmüthig unterredet, einen Jahrtag am ersten Tag nach dem Fest St. Dionisii für sich und ihre Eltern halten zu lassen, wovor sie zu Farrach ein Grundstuck dem Capitulo ad Procurationem gegeben 1238.

Dann ist in dem Necrologio, oder besser zu sagen, in einem alten im Pergament mit gothischen Character geschriebenen Missal besonders eingeschrieben, der Todfall einer von Stubenberg, und zwar in folgenden Worten: *Idibus Martii Domna Elizabet Mater Dominorum de Stubenberc*, welche Nota ohne Zweifel nicht umsonst in besagtes Missal eingezeichnet worden, wann sie nicht etwann eine Mutter oder nächste Anverwandte oftbesagter beeder Prälaten gewest wäre. Ob aber Conrad und Nicolaus Gebrüder waren, ist nicht erfindlich. Dieser Conrad hat nach 6. Jahren seiner Regierung resignirt, und ist noch selbes Jahr den 8. Jänner 1244. gestorben.

Nicolaus von Stubenberg, der Nachfolger ist, nachdeme das Capitel bey der Election in den Bischof Ulrich den Ersten zu Seccav compromittiret, und von ihme ernennet worden, zur Administration kommen; es scheinet aus denen alten Documentis, als ob dieser Nicolaus ehe ein Presbyter Sæcularis, gewest, und hernach Canonicus worden, weilen in einem alten MS. von einem Beneficio gemeldet wird, so er zuvor müße genossen haben, dann wird ein Stubenberg in Libro mortuali gefunden, doch ohne Ausnahm in diesem Sæculo, daß er Pfarrer im Mörzthall gewest. Ob aber dieser Nicolaus, oder ein anderer, ist nicht zu entscheiden. Dann wird sowohl Conrad als Nicolaus in allen uralten Catalogis Stubenberg genennt, zum Beweis dienet der durch eigene Hand geschriebene Catalogus Præpositorum des Domprobst Leonardi, welcher an. 1540. die Tauf und Zunahmen deren Antecessorum samt denen Wappen besonders aufgezeichnet. Diese Præpositi und ihre Wappen und Namen seynd in den a Fundatione her erbauten Hypo-

cau-

cauſto der gemein wärm Zimmer auf der Wand gemahlen geweſt, und weilen beſagter Leonard ein anderes gebauet, hat er ſorgfältig die gemahlte Namen, und Wappen ehevor abgeſchrieben, und abgezeichnet, ſelbe ſeinen Nachfolgern zu hinterlaſſen. Unter dieſen ſind bey Conrado und Nicolao die Stubenbergiſche Inſignien beygeſetzt; dieſer Leonard muß ohne Zweifel hiervon gewußt haben, dann er das 79te Jahr erreichet, und täglich die Namen und Wappen vor Augen gehabt, und wann es nicht richtig wäre, hätte Domprobſt Antonius nicht die Namen und Wappen aller in des Leonardi Catalogo gezeichneten Prälaten auf beſondere Kupferblätl ſtechen, auf einen Theſes drucken, und in Grätz um das Jahr 1628. oder 1630. publice von einem Canon. Seccov. defendiren laſſen. Dieſes Hypocauſtum iſt annoch zu ſehen, allein die Feuchte hat die Mahlerey gänzlich abgenutzet, und die Kupferblätl ſind gleichfalls in der Verwahrung. Ich ſchließe das Elogium Beeder bey (quod jam ſupra retuli) wie es im Saal bey den Portraits zu leſen.

Concordat cum Originali, Græcii 9. Julii, 1768.

Wolf Herr v. Stubenberg.

Berth. Patr. Aquil. rer.

Tandem hoc etiam an. finita eſt lis inter *Bertholdum Patriarcham*, & Epiſcopum Bamberg. de Eccleſiis S. Petri, S. Martini apud Villacum, & de Oſike, ita ut Capella S. Martini poſthac cederet Bamberg. Eccleſiæ, Capella de Oſike Patriarchæ Aquilej. & Capella S. Petri in temporalibus Hoſpitali S. Catharinæ apud Villacum, in ſpiritualibus vero penes Aquilej. Eccleſiam remaneret; Diploma transactionis hujus adſert de Rubeis cap. 73. n. 3. f. 715. *datum eſt apud Villacum in Eccl. S. Jacobi an. gratiæ MCCXLIV. Indict. 2. XII. Kal. Jan.* Electus Bamberg. hoc in Dipl. dictus *Henricus* fuit teſte Rub. *Schmidelfeldius* vir maturæ ætatis, eas Inſulas urgente Frid. II. Imp. circa Nonas Jan. an. 1243. adeptus, conſecratio tamen ob bella Italiæ, & ejus aditum præcluſum per 3. an. dilata eſt.

Sternberg Comes Ulricus.

Ex Cod. MS. Bellani ad hunc annum habetur: *Vlricus Comes de Sternimberg conceſſit in perpetuum Berthol. Patr. caſtrum, & Provinciam de Loſs. Item in eodem anno præfatus D. Vlric. Comes reſignavit Patriar. omne jus ſuum in caſtro & prædio de Chemich cum ſuis pertinentiis, veluti dudum Comes Guillelmus cum Fratre reſignaverat*, Comites a Sternberg, Malatin, & Treven Cognatos imo & ejusdem Stemmatis cum Comitibus Heunburg, Pfanberg, & Celeja fuiſſe, contendit Lazius Lib. 6. de migr. gent. f. 181. eosque ab Oſſiac. Cœnobio ad Villacum uſque dominatos fuiſſe ſcribit, quo tractu ruinæ adhuc caſtri Sternberg viſuntur; in hac tamen ſua Genealogia Guillelmi Com. & Fratris non meminit; ſed de his alibi.

ANNO 1245.

Anno 1245.

Indict. 3. Innoc. IV. P. III. Frider. II. Imp. XXXIII. Frider. I. Bellicoſi, Ducis IV. Styriæ XVI.

Frid. II. Imp. excommunicatur & deponitur.

Innoc. IV. Papa honorifice in Gallia a S. Rege Ludov. exceptus Gregorii IX. in Frid. II. Imp. anathema latum confirmavit, & per omnem

Galliam promulgari fecit, promptum tamen se exhibens, si captos Præsules cum honore dimitteret,& ditionibus Ecclesiæ excederet, ad pacem omnimodam cum Imperatore tractandam, quod cum non fieret, Lugduni Concilium convocavit, & ad id non solum Principes, & Præsules, sed ipsum etiam Fridericum ad causam suam dicendam invitavit, ad quod cum Imperator non veniret, proscriptus & Imperio dejectus est; Legati enim ejus præter inania promissa de S. expeditionibus spondere nil poterant; cum sic deponeretur Frider. II. Imp. ab eodem Pontifice mense Julio in Conc. Lugd. statuti sunt Electores novi Regis, nempe, *Dux Austriæ*, (qui proin Papæ offensus esse non potuit) *Bavariæ*, *Saxoniæ*, *Brabantiæ*, *Archiepiscopi Colonienſis*, *Moguntinus*, *Salisburgenſis*: Et hic primus est Electorum Imperialium numerus, nam teste Matthæo Parisio olim Electiones Imp. cunctorum ordinum Conventu transigebantur, ast cum Innocentius vellet Imperatorem Ecclesiæ addictum, hos elegit Septemviros, in quibus omnem suam posuit fiduciam, V. pl. auth. Germ. sacr. tom. 2. fol. 959.

Electores VII. a Papa statuti.

Elect. Imper. prisci temp.

Causa, cur Fridericus Dux Austriæ inter Electores a Papa sit statutus, fuisse videtur, quod Dux Imperatori nupturo, ac in Uxorem poscenti Gertrudem Medlicensem, Frid. Ducis nostri Neptem, eam negaverit, nisi in Ecclesiæ communionem restitueretur, quod Pernoldus de Frider. Duce, hoc Parisius de Gertrude ipsa refert, nempe eam respuisse nuptias Imperatoris, nisi Ecclesiæ communioni restitueretur, quidquid hac de re sentiant authores, verosimile tamen videtur, Fridericum Ducem, in cujus potestate Gertrudes erat, connubium hoc negasse, ut ea fors occasione Imperatorem ad communionem Ecclesiæ adducendi copiam haberet: ne tamen Imperatorem offenderet, excusavit se Dux noster, quod Gertrudem jam anno 1240. Filio Regis Bohemiæ desponsaverit. Eberhardus Archiep. Salisburg. a cœpto Pontificis abhorrebat; unde pro eo assumptus est Trevirens. Archiep. quo ex tempore Trevirensis pro Salisburgensi gradum illum tenuit, ut qui cæteroquin vetustatis, ac primatus Belgici merito concedere non sustineret; electus est dein contra Frider. Imp. Henricus Thuringiæ Landgravius.

Imperatori Gertrudem Mellic. negat Frid. Dux noster.

Dux Austr. cur Elector Imper. factus.

Trevir. loco Salisb. Arch. Elector.

Henric. Thuring. Imp. fit.

Inde vero offensam Pontificis incurrit Archipræsul noster, nam cum aliis contumaciæ velut reus, excommunicatus fuisse, & in ea obiisse dicitur, ut an. seq. ostendam.

Eberh. Salzb. an excommun.

Has inter atroces temporum turbas teste Bernoldo, *Fridericus Dux Ordini Teutonico contra Prutenos electam militiam in auxilium submisit, ipse vero cum aliis aliquot Principibus vocante Imperatore, cum pulchro comitatu suorum militum ad Veronam accessit, rogans ab eo, ut sibi privilegia Austriæ confirmaret, libenter hoc fecit Imperator, ac sponte etiam Duci dignitatem Regis obtulit, quam acceptare noluit, ne Pontificem offenderet.* Tria hæc ex Pernoldo sunt exponenda: 1) militia Ducis nostri in Prutenos missa, 2) ejus Veronensis accessus, 3) Regia oblata dignitas.

Primum quod attinet, Chronicorum nostrorum nullum habet nempe a Duce nostro in Prutenos exercitum missum fuisse, quod tamen eum voviſſe an. priore ex Chron. Clausroneob. audivimus, teste Chron. Salzb. an. priori orto inter Soldanos Damasci, Nazææ, Tratti, &

Frid. Dux an exercitum in Brutenos miserit.

Sol-

Soldanum Babyloniæ prælio a Croſminis gente Barbara ex quinquaginta millibus Templariorum, & Hoſpitaliorum, ſeu Teuton. Equit. hi adeo ſunt devicti, ut vix 15. evaſerint. Alia erat Teutonicorum contra Prutenos hodie Bruſſos tum adhuc Paganos cauſa, hi enim moleſti cum eſſent Polonis, contra eos Conradus Maſſoviæ Dux evocavit Teutonicos, aliosque etiam Equites Marianos, & Cruciferos dictos, ea conditione, ut quæ expugnarent loca, Ordinis Teutonici eſſent.

His itaque Teutonicis ab Avis ſuis fundatis electam militiam ſubmiſit Dux noſter teſte Bernoldo, cui ſuffragatur Excell. Wurmbr. collectan. Genealog. p. 182. &c. & quidem e domeſticis Liechtenſteiniorum documentis, in quibus victoria Teutonicorum de MD. ſeu 1500. e Pomerania cæſis ſuſe refertur nominatim vero, quod Frider. Dux multam militiam ſub Druſigero Dapifero ſuo, *Henrico Liechtenſteinio* miſerit, cujus ope Pomeranni licet Neoconverſi, cum Paganis Bruſſis fœdus ineuntes ſunt devicti. V. loc. cit. *Frider. Dux Teuton. juvat.*

Alterum de acceſſu Ducis noſtri Veronenſi, tacent etiam Chronica noſtra, referunt vero, Hagenus, Haſelbachius, Suntheimius, Arenpekius, Lazius, Cuſpinianus, aliique recentiores. Confirmat vero Pernoldus ſupra citatus, Hagenus tamen fabulam narrationi adjecit, quæ a poſterioribus nec rejecta, nec dubia notata eſt, qui ſimul in Epocha juſta omnes aberrarunt; narrat itaque Hagenus, Ducem noſtrum a Cæſare vocatum Veronam (male Haſelbachius Neapolim ponit) illuc cum 200. Equitibus veniſſe Scharlato cum albo in medio veſtitis (hæc tab. Clauſtroneob. ad an. 1232. referunt, dum Dux noſter in Monaſterio Scotorum enſe accingeretur) cui dein amicabiliter accepto, ac ad epulas Auguſtas invitato, eas vero detractanti ligna per urbem vendi prohibuit Imperator, ne cibos curare poſſet, ſed Fridericus Dux e coemptis nucibus focum ſibi paraſſe ac opipare cum ſuis convivatus fuiſſe fertur. Fabellam lepidam, ut commendaret Haſelbachius, perſuadere voluit, hoc Ducem noſtrum ideo feciſſe, ne cum Imper. excommunicato pranderet, ſane ſi excommunicationis Cæſareæ vinculum hæc effeciſſet, nec eum accedere, nec gratiæ quidquam ab eo petere potuiſſet: plura fabulatur Hagenus, cui credat, qui volet: ſimiliter fabulam redolet Fridericum noſtrum cum Italis aggreſſoribus ſub reditu pugnaſſe, eos viciſſe. Lazius, ut Viennenſibus ſuis adularetur, non modice aberravit docendo, Principem noſtrum magnis impendiis a Viennenſibus inſtructum, & magni nominis, locique civibus illuc conductum fuiſſe, imo ab his Romam deductum, atque ibidem a Papa, ac a Cæſare exceptum fuiſſe, ut Archiducem Auſtriæ, ſed qui hactenus legit, Papam, ac Cæſarem infenſiſſimos, hunc in Italia, illum in Gallia degentem; facile blandimenta vana Lazii animadvertet. *Frider. Dux Veronam adit.*

Cauſam proin unicam & veram, cur Dux noſter Veronam abierit, detexit Pernoldus, nempe, ut Privilegia Auſtriæ ab Imperatore confirmarentur, Imperator, qui ſe excommunicatum probe novit, non ſolum hæc Privilegia confirmavit, ſed etiam Regis dignitatem Duci, ut eum ſibi lucrifaceret, obtulit, quam tamen Dux noſter Religioſiſſimus Eccleſiæ ſervavit, interim tamen obſervantiæ ſpeciem In- *Auſtriæ Privilegia confirmantur.*

Frid. Duci dignitas Regia offertur.

peratori acceſſu ſuo præbuit, ne iram ejus in ſe provocaret: & quidem metu in virum conſtantiſſimum cadente, cum Cæſari opportunitas eſſet, novos hoſtes undique in terras Principis mittendi, unde non contemptu legis excommunicatum adiit Imperatorem, ſed prudenter exiſtimans, nullam Eccleſiæ legem cum periculo vitæ, famæ, fortunæ certe imminente obligare.

Auſtriæ Privilegia firmantur.

Porro Diploma confirmationis Privilegiorum Auſtriæ edidit Arenpekius in Chron. apud Hieronymum Pez tom. 1. col. 1216. &c. de quo eo minus dubitandum, quod autographum ejus, cum Primigenio Frid. I. Imp. Privilegio, Leopoldus Cæſar an. 1664. in Comitiis Ratisbon. per Electorem Mogunt. Joannem Philippum inſpici, ac explorari petierit, ac ejus legitimitatem ſcripto publico eod. an. 2. Maji dato comprobari voluerit, ut V. in prævia reſponſione Aug. *Aul.* Vien. ad Sereniſſ. Aulæ Elector. Bavar. deductionem qq. de Succeſſ. Auſtr. pag. 147.

Frider. Imp. fallacia.

In hoc porro Diplom. varia obſervo, & 1. quidem peto conferri cum Diplom. altero Frider. II. Imp. ad Regem Bohemiæ contra Ducem noſtrum dato, in Diſſert. apolog. Frider. Duc. §. 21. exarato, & candidus Lector advertet, mel & ſel ſub corde, & calamo Fridericо Imp. latuiſſe, nam in h. anni Diplom. laudat Frider. Imp. *fidem puram, & devotionem ſinceram, quam ſæpe dictus Princeps* Frider. Dux noſter *ad Mai. noſtræ perſonam, & Imperium habet, pro gratis quoque ſervitiis, quæ nobis & Imperio exhibuit, hactenus fideliter*, in priori vero idem Imp. ait: *facinora ejus talia crederentur, quæ veniam promereri non poſſent, eumque Imperio plane indignum repræſentarent.* 2. per hoc Diplom, jugulatur libertas Urbis Viennenſis antea a Frider. II. conceſſa, ait enim, ut nullus ſuorum *feudalium, aut ſuarum terrarum inhabitantium, vel poſſidentium, nulli alteri aliquid juris obediat*, 3. cum dignitatem Regiam detrectaverit Frider. Dux, conceſſit Imperator, Privilegium nempe *crucem noſtri diadematis ſuo Principali pileo ſufferendam.* Pileus Ducalis ſolet alias per limbum inferiorem, ſolis pellibus hermionicis veſtiri, ſed Frid. I. Imp. Henrico Jaſomirgoto I. Duci Auſtriæ conceſſit radios Coronæ Regiæ, Henricus Leopoldo VII. Glorioſo arcus Regios admiſit, Frider. II. Crucem Imper. impoſuit, ut adeo pileus Archiducalis hodie formam Coronæ Regiæ præſentet; Diplomati huic 3. Junio Veronæ dato, inter alios ſubſcripſit etiam *Rudolphus Nobilis Comes de Habſpurg*, dein Imper. factus. Birkenius vulgavit etiam Diplom. Frider. II. Imp. quo Ducem noſtrum Regem creare volebat Imperator, indeque docet Ducem noſtrum elatum eo Diplomate, tyrannum in ſuos, & pertinacem Cæſari fuiſſe, ſicque ea dignitate excidiſſe: Diploma hoc, ſi conceptum eſt, vulgatum non credo, nec unquam ſe Dux noſter Regem ſcripſit, quod vix intermiſiſſet, ſi adeo pertinax tyrannidem in ſuos exercuiſſet; nam quo tempore quæſo ea dignitate excidiſſet? altero enim anno jam mortem ſubiit, hoc anno bellis domeſticis ſatis impeditus eſt. Ex eodem hoc Diplom. valvaſorius, aliique Carnioliam Ducatum factum contendunt, ſed vix ſubſcribam, cum, ut dictum, decretum hoc non fuerit vulgatum, & poſt Fridericum noſtrum ſe, nec

Vien. Urbis libertas retractatur.

Crux Imper. ſuper pileum ducalem Auſtriæ.

Rudolph. Com. Habſpurg. Veronam venit.

Carniolia an hoc tempore ducatus factus.

Ca-

Carinthiæ Duces, nec alii, Duces ſcripſerint, ſed ſolum Dominos Carnioliæ, ut ex dicendis patebit an. 1263. &c.

Reducem in Auſtriam Ducem, excepit Bohemicum bellum Pernoldo teſte ita ſcribente: *Interea Rex Bohemiæ, & Dux Carinthiæ, uti promiſerunt Regi Vngariæ, poſt reverſionem Ducis irruperunt, in Auſtriam ipſa hyeme, ſed victi & fugati ſunt. Dux Carinthiæ etiam captus.* Idem ad an. ſeq. habet Chron. Salisb. ad an. vero hunc recte etiam refert Chron. Auſtrale, addens victoriam eam *prope Steier* factam fuiſſe. V. mox dicenda, Haſelbachius prolixe eam deſcribit, uti & Megiſerus docens *Vlricum Ducem Carinthiæ* propria Ducis noſtri manu captum fuiſſe, cum Capitaneis *Bern. & Henr. Preisl, & Seifrido, ac Chadoldo Syrokiis latine orphanis vulgo Waiſen:* Chronico Auſtrali dicenti victoriam eam *prope Steir* factam non aſſentior, cum reliqua Chronica veroſimilius circa Urbem Laa peractam velint, quam Rex Bohemiæ Ottocarus oppugnavit: eo enim ſubſidia ſua etiam duxit Vlricus, nondum Dux, ſed Bernardi adhuc viventis Filius, atque ideo Dux dictus: nec etiam Chron. Auſtr. id aperte docet, ſed ſolum inſinuat Vlricum prope Styram captivati datum his verbis: *Captivavit Vlricum Ducem Carinthiæ, & multos Nobiles prope Steier.* Captus itaque Vlricus Carinth. Ducis Filius in Caſtrum *Starz*, aliis *Stolz*, vel *Steuz*, prope Styram eſt incluſus, ibique longo tempore, ut tradunt Megiſerus & Aventinus, eſt detentus, donec ſcutum Styriæ Pantheram deponeret, & novum deigma aſſumeret, qua de re dubia jam mea propoſui tom. 1. Diſſert. 4. cap. 7. §. ultimo de Scuto, & Inſigni Styriæ. Certius illud, Vlricum inter alia pacta ſpondere debuiſſe, ducturum ſe Agnetem Meraniam a Frider. Duce repudiatam, ſicque an. ſeq. liberum dimiſſum. Implevit Vlricus promiſſa, atque 1248. Agnetem Uxorem duxit, obtenta prius diſpenſatione Innoc. IV. P. quam V. apud Baluzium miſcellan. lib. 7. pag. 460. unde ait Bernoldus: *Hic duxit Agnetem repudiatam Friderici Ducis, qui Filio Regis Bohemiæ, Fratris ſui Filiam Gertrudem iterum in Conjugem ſpopondit, quam negavit Imperatori*, unde pax binis nuptiis confecta eſt.

Bohemos & Carinthos devi. Dux noſter.

Pugna prope Styram.

Vlricus Dux Carinth. captus.

Vlricus Dux Carinth. liber.

Jam anno priori dixi opus neo-erigendi Epiſcopatus in Auſtria, quod noſter Dux urſit Romæ, hæſiſſe per Rudigerum Patav. uti ſub Leopoldo per Manegoldum ejusdem Cathedræ Epiſcopum, hoc cum perficere non poſſet, aliis loca ſacra ornavit beneficiis, Monaſterio S. Crucis particulam ejusdem ligni S. Coronæ Dominicæ a Rege Franciæ S. Ludovico obtentam, donavit, atque a Pontifice effecit, ut 40. dierum indulgentiæ donarentur viſitantibus id Monaſterium in die translationis hujus particulæ. Litteras Papæ ad Ducem noſtrum exhibet author Faſtor. Campilil. & Bern. Pezius Cod. Dipl. epiſt. part. 2. pag. 97. n. 167. Præterea perſuaſit Rudigerum Patav. Ep. ut Monaſterio Zwetl conferret decimas in Villa Weikerſtorf. Seccovienſi in Styria Cathedræ, cui poſt Henricum Vlricus jam præfuit, ad preces & querelas utriusque Epiſcopi compenſavit damna *per Hertnidum de Orte* illata, dando eidem *Caſtrum Wechſenek*, aliis *Weiſſenek*, Hertnido dicto ademptum, de quo plura in annot. Diplom. 87. atque hoc caſtrum eſt illud Salisburg. Eccleſiæ feudum, quod Eberhardus Hert-

Frider. Dux benef. Monaſt. S. Crucis.

Scribit Papæ.

Benef. Monaſt. Zwetl.

Seccov. Epiſc. Ort. de Hert. Weiſſenek caſtrum Epiſc. Seccov.

nido ante dicto propter insolentias in Ecclesias patratas abstulit, & cujus causa post an. 40. tantæ ortæ sunt tempestates inter Ducem Albertum, & Rudolphum Archiep. Salisburgensem.

Eberhard. Archiepisc. Strasgaugi existit.

Eberhardus Archiep. dum hoc an. 3. Idus Junii *apud Strasgaugh, prope Græcium* versaretur, eidem Vlrico Seccov. electo munificum se præbuit, cum enim decimas in Passal contuliſſet, *Popponi de Peccah*, tit: feodali, hæ vero jure proprietario ad Ecclesiam Episcopalem Seccovii spectarent, promisit ei interim redditus in Marchia, quoscunque Episcopus voluerit, quos dein an seq. determinavit. V. Diplom. mea in fine num. 88.

Posteyl. decima Peccaah de Poppo.

Admontens. Parthens. ret.

Admontensis in Styria Parthenonis prædium quoddam *in Vinsterpelt*, nempe pratum cum adsitis quibusdam beneficiis, a Leopoldo illustri Patre Ducis nostri Frid. eidem Parthenoni in remedium animæ suæ collatum, impetiit *Henricus de Pernek*, cumque Abbas Admont. pro eo recuperando ageret, *Witigo Scriba Styriæ* in *Chraubat* sententiam tulit, pro Sanctimonialibus Admontensibus, ut V. Dipl. mea in fine num. 89. an. 1242. ex documentis Admont. statui, Conrado defuncto succesſisse Bertholdum II. Contrarium huic asserto Diploma adsert Frœlichius Diplom. Styr. p. 2. f. 223. inter Dipl. Adm. num. 2. ubi ad hunc annum Conradus Admont. Abbas Diplomati Eberhardi II. subnotatus legitur: huic chartæ quidem Epochæ omnes desunt, cum vero documenta Admont. ex lib. 1. MS. Bertholdum II. Abbatem Admont. cum Bucelino omittant, nec ullos Conradi Abbatis XXI. Regiminis annos certos exprimant, omnimode Diplomate hoc confirmaretur sententia illa, quæ Bernoldo II. omisso, Conradum Abbatem usque ad Fridericum Abb. & annum 1259. præfuisse docet. Ego hac in re, cum nesciam, an liber 1. v. 3. MS. Admont. plus fidei & authoritatis habeat, sequar interim Catalogum Adm. Abbatum in Dipl. P. Frœlich Diplom. Styriæ p. 2. f. 233. &c. expressum. V. in Dipl. hujus annot.

Pernek de Henricus.

Chraubati sententia fertur.

Conrad. XXI. Abb. Admont.

Bertbold. II. an expungendus.

Sophia March. de Andechs.

Diplomatis hujus substantia in eo hæret, *Sophia Marchionissa in Andechs*, Uxor Henrici Andecensis March. Istriæ, Fratris Bertholdi Aquilej. Patriarchæ an. 1228. circiter mortui, in Monasterio Admontensi non relata, nec professa, peccata deflens prædia sua varia, Ecclesiæ Admont. certis sub conditionibus obtulit, quam proin oblationem Eberhardus Archiep. suo & Conradi Frising. Ep. ac Conradi Abb. Admont. sigillo muniit, ut firma deinceps permaneret. V. Dipl. inter mea n. 90. ubi hæc fusius exponentur.

Stabrenberg de Gundaccar. I. investitur prædio Wildberg.

Jam an. 1198. dixi Wolkerum Patav. *Gundaccaro II. de Styria* investituram prædii Passav. Wiltberg contuliſſe, hoc anno *Filius* ejus *Gundaccarus, III. & primus de Stabrenberg* dictus (V. tom. 1. annot. Dipl. 6.) ejusdem castri investituram *a Rudigero Patav.* obtinuit, Diploma adfert Wurmbrand. in collectan. f. 236. &c. in quo clare dicitur, *Gundacharus de Stabrenberg*, Filius fuisse *Gundaccari de Styra*, qui investituram prædii Wiltberg a Wolkero obtinuit; in Diplom. tamen hoc Indictio XIII. erronea est, & omittendus numerus X. annus item Pontificatus XV. Rudigeri huic anno non competit, cum hic solum fuerit XIII. vel XII. anno enim 1233. fidem Pontificalem Passavii obtinuit Rudigerus.

Styra de Gundaccar.

ANNO

ANNO 1246.

Anno 1246.

Indict. 4. Innoc. IV. P. IV. Frider. II. Imp. XXXIV. Frider. I. Bellicoſi, Ducis IV. Styriæ XVII.

Henr. Thuring. Electores & Principes nolunt.

Quamvis Innoc. IV. Papa omnibus viribus niteretur Fridericum II. Imp. ſupprimere, & Henricum Landgravium Thuringiæ Regem electum elevare, tamen & eccleſiaſtici & ſæculares Principes eundem agnoſcere non volebant. Minime omnium aſſenſit Rex Bohemiæ, & Dux Bavariæ, unde cum Conradus Cæſaris Filius in pugna ab Henrico Thuringio ſuperaretur, illico fractas ejus vires reparavit Otto Dux Bavariæ, eique inſuper Filiam ſuam Eliſabetham Uxorem dedit.

Eberhard. Salisb. excommunic.

Inter Antiſtites ab Henrico Landgravio alienos, erant Eberhardus Salisburg. quem atra inde ſententia a Pontifice notatum volunt, Patavienſis Pontifici quidem reconciliatus, ſed hæc amicitia non valuit, nam an. ſeq. excommunicatus, an. 1219. ſede ſua motus eſt.

Rudiger Patav. deponitur.

Dux noſter, licet Gertrudes Soror jam def. Henrici Thuringi Uxor eſſet, in Henrici partes tamen non inclinabat, medius, ut dixi, inter Pontificem & Cæſarem, de utroque ſibi mereri, & vereri ſtudebat, hoc vero anno alteram Gertrudem Auſtriacam ex Fratre Henrico Medlicenſi Neptem, *Vladislao* Bohemiæ Regis Filio Uxorem dedit, jam an. 1240. deſponſatam, qui etiam *Henricum* ſe ſcripſit in Diplom. Abbatiæ Lucenſis Ord. Præmonſtr. nuptias has ad hunc an. referunt, Chron. Mellic. & Salisburg. Anonymus vero Leob. rem denuo confundit an. 1247. ita ſcribens: *Auſtrales ſpe hæredis Gertrudem, quondam eorum Ducis Filiam, Marchioni Moraviæ copulant, quo ſine hærede defuncto, Frater ejus Ottocarus Marchionatum ſuſcepit.* Non enim Auſtrales, ſed ipſe Fridericus eas nuptias comparavit, nec an. 1247. quo nec ipſe Fridericus, nec Vladislaus vixit, utpote teſte Chron. Mellic. tantum 8. *menſes* vivens.

Gertrud. Mellic. nubit Vladislao Reg. Ottoc. Filio.

Bellum Hungar.

Vix nuptiis his interfuiſſe credo Ducem noſtrum, utpote bello Hungarico apparando intentum, quod eidem, ac toti Auſtriæ & Styriæ fatale fuit, ita vero de eo ait Pernoldus. *MCCXLVI. Bela Rex Hungariæ, videns devictum Regem Bohemiæ fœderatum cum grandi exercitu venit ad fluvium Lytam, habens pro Ducibus aliquos Equites Rhodios, & unum Frangipanum, in agmine Cumanos plurimos, more tartarorum telis pugnantes. Occurrit Fridericus Dux lætus & alacer, cum electa militia, & facta acerrima pugna hoſtes repulſi ſunt, Dux vero glorioſam victoriam plenius conſumare volens, incauto fervore ante ſuos omnes perſecutus eſt fugitivos, e quibus cumanus unus telum poſt tergum mittens, eodem equum Ducis in capite percuſſit, ut ſtatim caderet. Dux proſtratus, & vix 2. comites habens, a revertentibus aliquibus cataphractis obrutus, a Frangipano per oculum enſe perfoſſus eſt, ſuique comites pariter occiſi, antequam alii Auſtrales adveniſſent, tunc nova quidem pugna erat, & victoria in eodem loco, ſed heu! Dux jam obierat, magnoque luctu cadaver ejus reportare oportuit, quod Auſtriæ triſtius fuit, quam ſi cladem pertuliſſet, longo tempore alii alia de interitu Ducis opinabantur, donec unus captivorum hoſtium veritatem faſſus eſt. Funus Ducis cum pompa, quæ decuit, apud S. Crucem propinguam ſepultum fuit. - - - Dux interiit in die S. Viti, cujus animæ ſit propitius Deus.*

Frider. Dux victor.

Sed ipſe cæſus.

Sepultus ad S. Crucem.

Triſtiſſimum Ducis noſtri fatum omnes Scriptores enarrant, quidam male ad an. 1247. referunt; de die etiam mortis convenit inter eos, uti & necrologia vetera, Seccovienſe, Runenſe, Admont. & Clauſtroneoburg. quod etiam annum addit, ex quo proin corrigitur Chron. Clauſtroneob. quod diem XVI. pro XVII. Kal. Julii ponit, de genere mortis dubitare videntur, Authores, Chron. Mellic. ait, Ducem *miſerabiliter occiſum neſcio quo caſu?* Salisb. ait: *a ſuis, vel ab hoſtibus, ſicut dubitatur interemptum.* Haſelbachius a quodam de Pottendorf peremptum docet, ſed eam fabellam jam Diſſert. apolog. Frider. Ducis §. 25. refutavi. Bonfinius aliter defunctum finxit Ducem noſtrum, ait enim, novam civitatem a Rege Hung. obſeſſam, & præ mœnibus ejus urbis prælium habitum, Germanos cæſos, Fridericum vero ſingulari certamine cum Hungaro dimicantem transfoſſo ore proſtratum occubuiſſe; ſed commento huic non ſolum authores patrii, ſed etiam exteri contrariantur, uti Brunſwicenſis apud Eccard. Script. tom. 1. col. 1411. aliique, qui victoriam omnem Auſtriacis contra Hungaros adſcribunt, & Monomachiam illam Friderici cum Hungaro referre omittunt, Prevenhueb. ex Bonfinio deſumpſerit cædem Ducis ad Neoſtadium contra Chron. patria. Auxeſi iterum nimia vitam Friderici claudit author Duc. Styriæ fol. 29. ita ſcribens: *Mors Friderici audita civibus, nec dolore multum ægris, nec infelicis caſus inſolentia attonitis: quis enim aliud lethi genus ominaretur, cui vivere rixari fuit? reſtitutus in dignitatem ab injuriis quidem civium abſtinuit, cura tamen juſtitiæ a laude clementiæ longius cedere videbatur, & plerosque inexorabili rigore offenderat*, ut verbis meis parcam, adduco ſolum verba Pernoldi, quibus utique ſecurius, tanquam Authoris Synchroni, quam aliorum credam, ita vero ſcribit: *Poſt ejus mortem ineffabilis calamitas venit ſuper Auſtriam, quæ tandem etiam oculos calumniatorum aperuit; ut jam plangant Ducem ſuum, ſicut unigenitum, & ſi fieri poſſet, modis, & viis omnibus eum e ſepulchro revocarent; cum eo enim ſepulta eſt felicitas patriæ, poſtquam rigida illius juſtitia ceſſavit abundantem ſubditorum malitiam coercere:* eadem de iniquitate nobilium poſt Ducis obitum lamentantur Chronica Auguſt. ſeu Steronis Admont. apud Auth. Germ. Sacræ tom. 1. fol. 1029. & tom. 2. fol. 343. leſſos funebres ex MS. Cod. Admont. V. apud Hier. Pez. tom. 2. col. 398. &c. ex quibus patet, ducem a Clero, populo, & Monachis fuiſſe defletum.

Defletur a ſuis.

Annos ætatis Dux noſter complevit exacte 35. natus enim eſt XVII. Kal. Julii, ſeu 15. Junii an. 1211. & obiit eodem die an. 1246. in eo potiſſimum deflendus, quod plures annos non attigerit.

Eodem hoc anno X. Kal. Martii Lugduni in Gallia, Innoc. IV. Papa anno Pontif. ſui 4to. roboravit fundationem Canoniæ Stänzenſis. Ita docum. Communic. Bullam Innoc. IV. P. adfert Michael Præpoſ. Wengenſ. in Monaſteriologia ſua.

Stanzenſ. Canonia confirmatur.

LIBER VI.

Styria vacans ſub variis Dominis, & Uſurpatoribus.

PRÆFATIO.

Enim vero, ut ex Pernoldo audivimus, merito defletus eſt a ſuis Dux Fridericus, cum minus ſibi a vivo, quam mortuo malorum illatum ſenſerint, continuo cives ; defuncti ſine liberis hæres nemo cum eſſet, ſcriptus, vicinos Principes illico ambitio hæredes fecit, hinc Bavariæ, & Carinthiæ Duces, illinc Hungariæ, & Bohemiæ Reges, aliique eminebant, & quod mirandum maxime, Cæſar, ipſe inter Candidatos nomen profiteri non erubuit; Principum ambitionem proceres ceteroquin impotentes, diviſis pro utilitate ſtudiis ſuccollabant, ipſæ dein inter ſe in partes ſciſſæ Provinciæ, alternis militum graſſationibus fœde vapulabant, & quem aliquando Dominum habere cogerentur, ſæpius ante hoſtem ſenſere : potentiores horum erant Hermannus Marchio Badenſis, cujus tamen imperium in Styria fere nullum, in Auſtria breviſſimum conſtitit, Ottocarus Bohemus, & Bela IV. Hungariæ Rex, Stephanus brevi admodum tempore Styriæ habenas Ottocari regimine intercalato uſurpavit, de quibus proinde Liber iſthic aget.

ANNO 1246. contin.

Indict. 4. Innoc. IV. P. IV. Frider. II. Imp. XXXIV. Styr. vacantis I.

Unicum a morte Friderici Provinciarum ſolatium in Matre Theodora ſitum videbatur, ſed & hoc mox evanuit, dum teſte Pernoldo *Domina Theodora Duciſſa, quæ tunc in curia Kalenperch erat, audita Filii morte adeo expavit, ut ad mortem infirmaretur, nec funeri adeſſe potuerit; quin ipſa quoque octava poſtea die mortua eſt in Nevvnburg ſepulta*, Chron. Salisburg. conſonat hiſce: *Mater Ducis ejusdem nomine Theodora, audita morte Filii, præ dolore tranſactis diebus modicis exſpiravit.* Chron. Clauſtroneoburg. *octava die Mater ipſius Theodora Duciſſa Auſtriæ obiit*, conveniunt in eo fere omnes Chronographi, & necrol. veterum, uti Clauſtroneob. *IX. Kal. Julii Theodora Soror noſtra Duciſſa Auſtriæ & Styriæ.* Jam obſervavi Differt. apolog. Friderici Ducis noſtri eum tantum tyrannum, & Filium Matri rebellem eſſe non potuiſſe, qualis vulgo depingitur, cum dolore ad mortem uſque defleretur a Matre ſua : vidit Theodora Mater Leopoldum primogenitum 10. annorum, ad tumulum efferri, Henricum in impietatem lapſum fatis fungi, Margaretham Reginam e throno Auguſto ad foſſam raptam, cum Gertrude Thuringica audiit, nuſpiam tamen tanto dolore, ac in morte Friderici Ducis correpta eſt, quem proinde præ cæteris amaſſe adeo debuit, ut plus non potuerit, cum mors Filii audita, eam ad mortem quoque rapuerit.

Theodora Duciſſa obit.

Diffidium circa ſucceſſionem.

De interregno a morte Friderici ſecuto ita diſcurrit Pernoldus: *poſt mortem Ducis ſicut conſtituit, & dedit Privilegium Frider. I. Imp. Auſtriæ Ducatus ſpectabat ad ſeniorem Filiam ultimi Ducis, qui talem poſt ſe reliquit. Fridericus nullam habuit. Henricus Frater ejus nunquam fuit Dux. Quare non Gertrudis ejus Filia, nec Conſtantia Uxor Marchionis Miſniæ, tanquam junior, ſed Domina Margaretha Senior Filia Leopoldi Ducis, Romanorum quondam Regina, hæres fuit, hanc autem Fridericus Imperator, poſtquam ejus Maritum Regem, & duos filiolos in carcere perire fecit, ex Apulia non dimiſerat, quamdiu Fratri ejus Friderico inimicus fuit, ne ſuo fletu, & obſecratione quosdam Principes in ejus auxilium commoveret, ſed an. 1245. cum ſuis theſauris, multisque donis dimiſſa, intravit Germaniam, & licet ubique cum honore excepta fuerit, quia tamen ex tantis malis ſuis magnum gloriæ humanæ tædium concepit, & omnia in Auſtria eſſe inquieta audivit, ac inſuper valde pia Domina erat, ad monaſterium Monialium S. Catharinæ Ord. B. Dom. apud Treviros receſſit, non Monialis facta, nec Ordinem profeſſa, ſed in Domino ſancta pie, & quiete victura.* Hæc itaque hæres erat vera ex Diplom. Frid. I. Imp. Babenbergicis Principibus numero duodenis dato: narrationi huic Pernoldi nemo contrarius eſſe poterit, cum Pernoldus hic, ut dictum, Reginæ Margarethæ Capellanus & Confeſſarius fuerit, unde patet, præpudioſas admodum huic Margarethæ ſententias, & opiniones, eo profluxiſſe, quod eam votum & profeſſionem Ordinis, eo in Monaſterio emiſiſſe, eximium per errorem putaverint.

Margaretha hæres Auſtriæ.

Ex Apulia venit.

Treviros in Monaſt. S. Cath.

Non tamen ibi monialis.

Vladislaus Marcb. Moraviæ vult eſſe Dux Auſtr. & Styriæ.

Fridericus Imper. eas Provincias opetit.

Et per Ottonem de Eberſtein procurat.

Hærede itaque legitima declarata Pernoldus citatus, alium hæreditati huic inhiantem deſcribit his verbis: *occiſo autem Duce* Friderico *Vladislaus idem* Marchio Moraviæ, Regis Bohemiæ ſenior Filius *propter Uxorem* Gertrudem, Friderici noſtri ex Fratre Henrico Neptem, *ſtatim volebat eſſe hæres Auſtriæ & Styriæ, ſed ejus conatus non ſucceſſit, cum alter ſtatim anno obiret, neque prolem relinqueret, unde mox Imperator nunciata ſibi Friderici Ducis morte, ſtatim ex partibus Rheni illuſtrem Ottonem Comitem de Eberſtein ſubmiſit Viennam, præcipiens, ut jura Provinciæ pro Imperio curaret. Ipſe enim propter Dom. Margaretham ſui quondam Filii Reginam Uxorem appetebat Auſtriæ Provincias.* Sed de his plura ſuo loco. Arenpekius Chron. Auſtr. apud Hier. Pez tom. 1. col. 1218. ait, *Vladislaus Marchio Moraviæ, natus Regis Bohem. Wenceslai occaſione Uxoris ſuæ Gertrudis de Medling, Ducatum Auſtriæ ſibi ſubjugavit, ſed in brevi ſine liberis defunctus eſt.* Ducem hunc modiciſſimi temporis omnes fere Scriptores negligunt, & ſolum Hermannum Badenſem, alterum Gertrudis Medlicenſis Maritum referunt, ut an. ſeq. pluribus dicetur.

Eberhard. Salisb. Archiep. obit.

An excommunic.

Res Eccleſiaſticas hujus, & futuri etiam anni turbavit mors Eberdi II. Archiep. Salisburg. Serlingerus, & Chriſtophorus Jordanus eum cum aliis Script. in excommunicatione Papali obiiſſe quidem docent, omnem tamen ſimul laudem tribuunt, *virum piæ, beatæque memoriæ, feliciſſimæ recordationis, imo patrem pauperum* appellant. V. Chron. Mellic. Garſtenſe, vitum Eberſperg. &c. Unde ſi quid offenſionis in Papam incurrit, fato potius temporis, quo SS. etiam Præſules impliciti ſunt, quam ſua culpa contraxit, facem ſubdente præcipue Alberto Bohemo Legato Pontificio; an. 1288. ſepultura ſacra ei antehac negata, juſſu Nicolai IV. honoratus eſt. Hornekius eum Friſacii obiiſſe docet; In

die

die obitus variant authores, Necrolog. Runenſe 7. *Id. Decemb.* Chron. Clauſtroneob. MS. apud auth. Germ. ſacræ *prid. Kal. Decemb.* Admont. 4. *Kal. Decemb.* Serlingerus & Hundius 4. *nonas Decemb.* peſſime omnium Jordanus 5. *Aprilis.* Nam has inter opiniones id ſolum certum, Eberhardum Archiep. hoc an. 10. *Kal. Nov.* adhuc in *Schvvanenberg*, vulgo Schwamberg exſtitiſſe, & Vlrico I. electo Seccov. decimas in Poſſeyle, compenſaſſe per redditus in Marchia aſſignatos, de quibus V. in fine Diplom. mea num. 91.

Seccov. Ep. ret.

Schwhmeerg Styria.

In fine anni, cum mors eveniſſet Eberhardi, Chron. Salisb. ita refert: *Eberhardus Archiep. Salisb. obiit, pro quo D. Philippus Filius Ducis Carinthiæ unanimi voto Canonicorum, & Miniſterialium conſenſu eligitur*, Papa hæc facta neſciens Burcardum ſuppoſuit, de quo an. ſeq.

Philippus & Burcardus Archiep. Salisb.

Runæ etiam Ludovico Abbati VII. 3. Id. Octobr. ex Necrol. Run. defuncto ſucceſſit, *Rudolphus de Landelier Abb. VIII.* qui annis 9. laudabiliter rexit: hunc Venerabilem Præſulem, ait auth. Seriei Abb. Runenſ. *præclaræ converſationis ſancta merita non inferiorem præcedentibus Abbatibus reddiderunt: nam armis virtutum præcinctus ſpiritualibus, adverſus antiqui hoſtis machinamenta, ſubjectis ſibi Filiis protegente & adjuvante Domino viriliter triumphavit, hujus Venerandi Antiſtitis tempore aucta fuerunt bona monaſterii juribus, & poſſeſſionibus multis:* mirum omnino, hocce turbato tempore res monaſterii hujus fuiſſe auctas, cum omnia cæteroquin peſſumirent.

Ludov. Abb. VII. Run. ſucc. Rudolph. Abb. VIII. Run.

Gebbinus Præpoſ. Vorav. ordine IX. hon an. teſte Chron. Vorav. *de damnis ſupradictis* (nempe an. 1242.) *apud eosdem Barones, jam prece, jam vi, jam comminatione refuſionem ſtuduit habere; igitur Rudolphus ex Thalberg* (Dom. nempe *de Krumpach*, V. tom. 1. annot. Diplom. 58. in Genealogia Krumbachiorum) *pro rilatis damnis, quibus Eccleſiam Voravienſem graviter damnificavit, cupiensque ſatisfacere eidem Eccleſiæ, una cum Fratrum ſuorum conſenſu Gebhardo & Henrico*, 3. *curtibula* 70. *denariorum annuatim perſolventia, quæ etiam ſita ſunt inter S. Jacobum, & villam, quæ dicitur Waldpach* (Parochiæ ambæ ſunt Voravienſium) *manu poteſtativa, absque contradictionis obſtaculo in ſatisfactionem damnorum Eccleſiæ Vorav. maxime, ne ſuper eisdem damnis deinceps ab eodem conventu contra eum nulla, & ſuos hæredes aut Fratres ſuos in poſterum exurgeret querela, ſuo ſigillo id id roboravit:* ſummæ laudis opus erat, hoc tempore parta tueri, vel recuperare.

Gebbinus Præpoſ. IX. Vorav.

Krumbach de Rudolph. D. de Thalberg.

Lazius lib. 6. de migr. gentium f. 307. & ex eo Megiſerus ac author topogr. Germaniæ Auſtriacæ docent comitatum Leobienſem, hoc circiter anno a Conrado Epiſcopo Friſing. *Sigefridi, & Ottonis Comitum de Hochenvvard*, Fratre Uterino, venditum fuiſſe Bernardo Duci Carinthiæ: ſed venia hoc Lazii dictum ſit, novimus enim, Leobium cum omni Styria moderna ſuper. Carinthiæ partem fuiſſe, at de venditione hac Leobienſis Comitatus nemo veterum, nec ipſe Anonymus Leobienſis, cui ea nota fuiſſe debuerat, meminit: Comitatus hujus dynaſtas, Aribonem, & Adulam Fundatores Göſſenſes tom. 1. oſtendi: fœdius comminiſcitur Lazius cit. docens *Auſtriæ Principes*, ad quos perveniſſet poſt an. 1246. hic Comitatus, *haud procul dubio a Cœnobio Göſs, oppidulum extruxiſſe amœniſſimum, in eadem ipſa valle, ſive Comitatu*

Leob. Urb. origo.

Hochenward de Sigefrid. & Otto.

Leubnavv, cui inde nomenclaturam quoque indidere Leuben, mineris, ac conflatione ferri hodie apud Styros nominatiſſimum, atque exteris quoque non ignotum. Commentum hoc facile refellitur ex Diplom. Ottocarorum noſtrorum ſæc. 12. in quibus fori *Leuben* eo jam tempore meminere.

Anno 1247.

ANNO 1247.

Indict. 5. Innoc. IV. P. V. Frider. II. Imp. XXXV. Styriæ vacantis II.

Imperator. & Papæ res.

Innoc. IV. Papa Lugduni hærens, omnem lapidem movit, ut Friderico Cæſari a ſe dejecto, ejusque Filio Conrado, adjutores omnes in Germania ſubtraheret, quos econtra ſibi procurare Fridericus Cæſar ſtudioſiſſime laboravit, ut Reynoldus e coævis Scriptoribus colligit, interim non ſine modico Pontificis dolore obiit Henricus Thuringiæ Landgravius, Rex Germaniæ; hinc, ut novus eligeretur, unica Pontificis cura fuit, ſubſtitutus quidem Gulielmus Hollandiæ Comes Juvenis, ut ajunt Vicennis, mox ipſe mortuus, quem electum Papa largis opibus inſtruxit, militibus ejus ſub vexillo in Fridericum pugnaturis plurimas indulgentias conceſſit, adverſarios anathemate percuſſit: maxime omnium indignabatur Papa Archiepiſcopo Magdeburg. Episcopis Patavienſi & Friſingenſi, Friderico Imp. impenſe faventibus: quorum primus nuptias eidem cum Filia Ducis Saxoniæ, procurare contendit,

Henric. Thuring. Iup. ſucc. Guilielm. Com. Hollandiæ.

Styris indignatur Papa.

His Papa diem diem dici per Legatum juſſit: Nobiles etiam Auſtriæ & Styriæ, litteris ſuis increpabat, ita enim in litteris ſuis ad Petrum Caputium Card. Germaniæ Legatum ait: *Accepimus ſiquidem, quod Marchio Miſnenſis, Bavariæ & Saxoniæ Duces, & Filia ipſius Ducis Saxoniæ, nec non & Nobiles de Auſtria, & Styria, & H.* (lege D. ſeu Otto) de *Overſtein* (lege *Eberſtein*) *qui pro ipſorum Nobilium capitaneo nomine dicti Friderici ſe gerit, viri nobiles genere, ſed ſuis perverſis actibus ignobilitantes ſe ipſos, & in reprobum ſenſum dati, præfato Friderico contra Deum, & ipſam Eccleſiam aſſiſtunt viriliter*, quos monitione præmiſſa, niſi reſipuerint cenſuris Eccleſiaſticis, appellatione remota compelli, ſi viderit expedire, mandavit Legato: litteræ datæ ſunt Lugduni 7. Kal. Nov. an. 5. V. Reignald. h. an. tom. 13. pag. 466.

Eberſtein Com. Otto Præf. Auſtriæ.

Jam an. pr. dictum eſt, Ottonem Com. de *Eberſtein* ex Rheni partibus miſſum Viennam, ut pro Imperio eas Provincias procuraret, quas mors Friderici Ducis noſtri viduavit: rem eam confirmant Chron. patria, & Bernoldus Coævus, Chron. Clauſtroneob. MS. apud auth. Germ. ſacræ tom. I. pag. 383. ita docet: *Frider. Imperator præfecit Auſtriæ, Ottonem Com. de Eberſtein, ut eam medio tempore ab hoſtibus tueretur, ſeditque in Civitate Vienna*, & Bernoldus hoc anno, ubi de Wilhelmo Com. Hollandiæ loquitur, ita ait: *quem non agnoverunt Saxones, Bavari, & Auſtrales adhærentes Friderico, cujus Capitaneus de Eberſtein Auſtriam rexit.* Auſtralium nomine *Styros* venire, & per *Auſtriam* hoc in textu *Styriam* eiam intelligendam arbitror, tum quod Otto Eberſteinius per omnes authores dicatur, etiam Styriæ Præfectus, tum quod Papa in

Et Styriæ.

litte-

litteris ſuis ſupra citatis dicat, Ottonem Eberſteinium ſe pro Nobilium de Auſtria & Styria Capitaneo, nomine Frid. Imp. gerere.

Ut hanc Provinciam (Auſtriam nempe & Styriam) *ſibi devotam redderet Papa, per Dom. Margarethan efficere tentavit, ut cum noviſſet eam in monaſterio habitare, ac putaret, poſſe eidem conſuetudine monaſterii in mentem venire cœlibatum perpetuum, vel profeſſionem Ordinis, hortatus eſt illam* (inquit Bernoldus cit.) *ut pro bono Eccleſiæ in periculoſo ejusdem ſtatu, cum Fratre Marchionis Miſnenſis Wilhelmi Regis Nepote, nuptias faceret, ut hic per eam jus acquireret in Auſtriam, & ſic Rex Wilhelmus potentior fieret. Sed noluit Marchio timens, inanem ſpem, cum videret omnes vicinos Principes, Bavarum, Ungarum, Bohemum, Carinthum pro Auſtria & Styria contendere:* Hac de re nihil memorant Scriptores patrii, excepto Bernoldo teſte omni exceptione majore, utpote ejusdem Margarethæ Confeſſario, & Capellano, conſonat Bernoldo Raynaldus ſupra cit. pag. 570. num. 26. & allegat ex Regeſto Innoc. IV. Papæ epiſtolam ex lib. 4. epiſt. 79. ad eandem datam, eam tamen, quod dolendum, non adduxit. *Candidati pro Auſtria & Styria.*

Dum hi Pontificis conatus eluderentur, videretque Auſtrales, ſeu Auſtriacos cum Styris, Friderico Imper. adhærere, eosdem uti & Bavaros ſacris interdixit, Rudigerum vero Patav. Epiſc. excommunicavit, uti author Germ. ſacræ tom. 1. pag. 383. oſtendit. *Styria interdicta.*

Anni ſuperioris fine, Eberhardum Salisburgenſ. Archiep. defunctum dixi, de quo Anonymus Leobienſis ita habet: *MCCXLVI. hoc anno moritur Ven. Epiſcopus Salisburg. Eberhardus, & apud Raſtat Vicum ſuæ Diœceſis tumulatur, cui Burcardus ſucceſſit per ſedem* (Apoſtolicam) *ſed in via moriens Cathedram non aſcendit, ſtatimque Capitulum Bernhardi Ducis Carinthiæ Filium elegit, quem Papa propter nobilitatem generis toleravit, ſed ſtatus ei verſatilis maxima gravamina Eccleſiæ toleravit.* Chron. Salisb. anno priore citatum, defuncto Eberhardo mox a Capitulo Philippum ſubſtitutum docet. Aſt anno ſeq. a Papa Capituli electionem ignorante, *Burchardum de Zigenbagen* ſubſtitutum ait, ita etiam Ottocari ab Hornek, aliorumque Chronica docent; de hoc Burchardo refert Chron. Stainhauſeri, tempore Joan. Jac. de Kuen Archiep. Salisb. colonum prope cœnobium ſolemitanum in ſuevis arantem reperiſſe arculam cum Reliquiis ſacris, cui notis Hebr. inuſta hæc ſententia *Burcardus e Comit. de Zigenbagen electus a ſummo Pontifice Salisburg. Archiep.* reliquias has Burchardus haud dubie a Papa receperit. Cæterum defunctum hoc ante adeptum Salisb. Archiepiſcopatum in Cœnobio Solemitano Burchardum, ibique ſepultum, communiter docent authores. *Burcardus Archiep. Salisb. a Papa datur. Mox moritur. Philippus ſucc. Carinth. Duc. Fil.*

Philippus Salisburg. e Comitibus Ortenburgicis oriundus, Patrem habuit Bernardum, Avum Hermannum Duces Carinthiæ, ejusque Frater Udalricus III. aliis IV. hoc tempore Ducatum Carinthiæ geſſit, ut V. tab. 3. Genealog. in Archont Carinth. imo ipſe Philippus hic, non Patriarcha ſolum Aquilej. ſed Dux Carinthiæ nominatus eſt, ut ex dicendis patebit, ante hunc annum vero Præpoſitum Canoniæ Wiſſehradenſis Pragæ egit.

Expertus eſt Papa Philippum qualem optaverat, nempe Ottonis Bavari, Friderici Cæſaris, & Auſtriacorum partibus adverſantem, ut anno ſeq. dicam.

Petovia de Frid. & Herman. benef. Teuton. S. Dominicæ.

In Styria noſtra Equitibus Theotonicis ad S. Dominicam, beneſecit *Friaer. de Petovia*, dum 5. Kal. Nov. Petovii exiſtens *villam Hermanſtorf* ad preces *Hermanni Petov.* fidelis ſui, qui eam prius poſſederat, cum omni proprietate donavit, ac *Chonrado de Oſterna* Ordinis hujus per Auſtriam & Styriam præceptori tradidit. V. in fine Dipl 92. quam donationem an. 1249. Philippus Salisburg. electus confirmavit.

Oſterna de Chonr. Ord. Teut. Præcept.

Petrus I. Prior IV. Seitz. quando obierit.

Eadem in Styria infer. Petrus I. Prior IV. Seizenſis adhuc Cartuſiæ ſuæ præerat, an vero ulterius domum eam rexerit litteræ Archivi Seiz. non referunt de Succeſſore Burchardodicam ad an. 1260.

Papa vult Belam facere Ducem Auſtr. & Styriæ.

Interea *Pontifex*, dum teſte Bernoldo videret nuptias Margarethæ Auſtriacæ cum Fratre Marchionis Miſnenſis, Wilhelmi Regis Nepote effectum non habere, *convertit favorem ſuum ad Belam Ungariæ Regem, & monuit Wilhelmum Regem, ut pro Eccleſiæ bono, ſuaque propria majore ſecuritate, juvaret Ungarum in aſſequenda Auſtria, vel Styria contra Imperatorem.*

Margaretha Auſtr. venit, Viennam.

Dominam vero Margaretham admonuit, ut iret in Auſtriam, quam novit eſſe valde Catholicam Principem, ut Auſtrales ad Eccleſiæ partes adducere ſtuderet, promittens ipſi favorem ſuum, quacunque ratione eam poſſet juvare, quæ etiam obtemperavit, & magno honore fuit excepta, ſed in Wienna propter Eberſtilnium ſedere non volens, contulit ſe Heinburgum; venit autem pariter Domina Gertrudis Neptis ejus poſt mortem Vladislai Mariti (an. hoc defuncti)

Inde Heinburgum abit.

Gertrud. Auſt. Medlingæ ſedet.

& ſedit in Medling; quæ cum eſſet juvenis, nuptias & Dominatum vehementer concupivit, ſed Auſtria miſerrima erat, propter interdicta ſacra, & propter irruptiones Belæ Regis, qui Styriam & Auſtriam, & Ottonis Bavari, qui Auſtriam ſupra Anaſum rapere ſtuduerunt. Hæ Belæ & Margarethæ Auſtriacæ res, ignotæ noſtris Scriptoribus e Bernoldo liquido colliguntur, cum rerum harum conſcius exiſtens, ejusque Capellanus fuerit, Anonymus Leobienſis tamen ad an. 1251. Margaretham *in caſtro Haymonis* reſedisſe, ac *Gertrudi in Medlich neceſſaria diſpoſita fuiſſe* doceat, uti, & Hagecius, Arempekius, Suntheimius, & Haſelbachius.

Stainzenſem Styriæ noſtræ Canoniam, auctoritate ordinaria hoc anno confirmavit Ulricus Epiſc. Seccov. Diploma deſuper datum, cum e domeſticis hujus ſcriniis obtinere non potuerim, ex aliena penu deſumo, nempe Reverendiſſ. Michaelis Præpoſ. Wengenſis, ita vero ſonat:

Ulricus D. G. Seccovienſis Epiſcopus univerſis Chriſti Fidelibus in perpetuum. Ne geſta hominum labantur proceſſu temporis in abuſum, conſueverunt ea, quæ geruntur, ſub litterarum teſtimonio, poſterorum memoriæ reſervari. cum igitur nobilis Vir D. Leutoldus de Wildonia pia & laudabili ductus devotione ad laudem & honorem Altiſſimi, juxta fluvium, qui Stainz dicitur, Eccleſiam S. Catharinæ fundavit Regularibus ibidem Canonicis inſtitutis, nos eo, quia hujusmodi plantatio ſit in noſtra ſita Diœceſi, eandem inſtitutionem ratam habentes, & favorabiliter approbantes, ipſam præciſe cum omnibus ſuis juribus & donationibus, quocunque titulo aut nomine cenſeantur, prout in ſuis & aliorum privilegiis ſuper hoc editis plene eſt expreſſum, authoritate Dei & poteſtate ordinaria confirmamus, præcipientes ſub interminatione anathematis, ut nullus omnino hominum eandem noſtram confirmationem præſumat infringere, vel ei auſu temerario contraire. Actum apud Piber an. Dom. 1247. 8. Kal. Novembr. Pontificatus noſtri anno primo.

Nota.

Nota vel annum Chriſti ponendum eſſe 1244. vel ſi annus præſens 1247. relinquatur, ponendus erat annus Pontific. III. ut cohæreat, nam Ulricus I. Epiſc. Seccov. conſecratus eſt an. 1244.

Idem fere habet confirmatio Innoc. IV. P. data an. 1246. quam referre neglexi, id in ea ſpeciale refertur *Eccleſiam de Stainz parochialem antea fuiſſe, & etiam tunc vacaſſe, in qua, cum miniſterialis Lutoldus de Wildonia miles, jus obtineret patronatus, tantum de poſſeſſionibus propriis addidit, quod perſonis inibi Deo famulantibus poſſint neceſſaria eſſe.*

Irruptiones quod attinet Bojorum & Hungarorum in Auſtriam & Styriam hoc anno cœptas, ac ſubſequis annis iterum tentatas enarrant Chron. Garſtenſe San-Petrenſe geminum, & Haſelbachius ſol. 762. &c. ut an. ſeq. plura. *Irruptiones in Styriam.*

ANNO 1248. *Anno 1248.*

Indict. 6. Innoc. IV. P. VI. Frider. II. Imp. XXXVI. Styriæ vacantis III.

Styriæ diſſidia.

Inter tam varios Auſtriæ & Styriæ Procos, Nobilium ſtudia in utraque Provincia dividi cœperunt ita, ut quemque non utilitas publica, ſed ſua, ei Principi devotum redderet, qui de ſe optime mereretur, ſicque Patria noſtra cum Auſtria internis ac externis armis fœde eſt lacerata: hinc, ut ait Pernoldus, *videns Comes Eberſteinius Auſtrales* (proin etiam Styros eo nomine comprehenſos) *nulla concordia convenire, ſed quemcunque pro commodo ſuo, jam illi Principi ſtudere, abiit ex Urbe Vienna malæ fidei tædio, fingens ſe Imperatorem Veronæ quærere, & ab eo pro Auſtriæ Principe Fridericum ſeniorem D. Margarethæ Filium petere velle, cum tamen ambo dudum perierint, ob quem finem plures miniſteriales, & cives ſecum accepit, quod fraude fecit, volens Imperatori eosdem, ut ipſe occulte juſſerat, quaſi obſides fidei tradere, ſed Philippus Archiep. Salisburg. ut gratiam Pontificis ſibi firmaret, cum illi per Carinthiam tenderent, plures ex eis cœpit reliqui per Longobardos prohibiti ſunt, ne Imperatorem viderent.* Pernoldi verba aliis Chronicorum noſtrorum relationibus adjuvantur, Chron. Clauſtroneob. MS. quod vidit author Germ. ſacr. tom. 1. fol. 383. de Eberſteinio eod. modo loquitur his verbis: *ſed videns ſe non poſſe defendere terram ab inſultibus boſtium, cum quibusdam miniſterialibus & civibus utriusque terræ* (Auſtriæ nempe & Styriæ) *ad Imperatorem repedavit Veronam* (in obſidione Parmæ hærentem) *ſperans ab ipſo ſuſcipere Nepotem ſuum Filium D. Margarethæ Reginæ nomine, Fridericum in participem terræ Auſtriæ, ſed cum ſociis ſpe fruſtratus eſt, & in Auſtriam non eſt reverſus.* Chronic. Salisburg. quosdam Eberſteinii ſocios detegit his verbis: *Majores terrarum Auſtriæ & Styriæ pro Domino petendo ad Ducem Fridericum Lombardiam intraverunt. Qui tandem ibi tota æſtate in Verona manentes, nec Imperatorem videre volentes, infecto negotio ſunt reverſi. Inter quos Leutoldus de Plaigen, Wilhelmus de Huneburch Comites poſt reditum obierunt.* Wilhelmus hic tertius erat hujus nom. *de Hunnenburch* ut V. annot. Dipl. 4. tom. 1. *Leutoldus vero de Plejen* ex linea Auſtriaca erat, ut ibid. Diplom. 29. dixi.

Eberſtein Comes Vienna abit.

Styriæ miniſtr. & cives abducuntur ab Eberſteinio.

Inter hos Plejen de Leutold. Hunnenburch de Wilh. III.

Tandem, quæ de Philippo Salisburg. ut ſtudium ſuum Pontifici probaret, refert Pernoldus, eadem confirmat Chronogr. Garſtenſis, licet ad an. priorem. *Miniſteriales* inquit, *& omnes majores Auſtriæ & Styriæ ab Imperatore uſque Veronam invitantur, ſed quidam a Philippo Salisburg. Archiep. electo ſpoliantur, captivantur itinere conſtituti.* Quinam vero hi miniſteriales Auſtriæ & Styriæ capti, & ſpoliati fuerint? Hactenus reperire non poteram: Ignorabant porro Pernoldo teſte, miniſteriales hi fraude hanc invitationem a Cæſare factam, ut ad ſe accedentes, tanquam obſides fidei retinerentur, quo minus reſidui Auſtriæ & Styriæ alieno ſe Domino ſubmittere poſſent, at in eorum fortunam ceſſit, quod a Lombardis Imperatori offenſis, ii, qui inſidias Philippi Salisburg. evaſerunt, Fridericum adire prohiberentur.

Eberſtein de Otto Capit. V. Styriæ.

Vacua itaque erat Auſtria & Styria Præfecto poſt receſſum Ottonis Com. de Eberſtein: quonam vero tempore receſſerit ab Auſtria & Styria? non ſatis liquet, id certum Ottonem hunc eod. hoc anno 13. Kal. Febr. tanquam *ſacri imperii per Auſtriam & Styriam Capitaneum & Procuratorem*, Monialibus Admontenſibus confirmaſſe donationem quandam, & quidem *nomine Imperii Glorioſi*, ut V. inter Dipl. mea in fine num. 39. Eodem hoc an. teſte Prevenhueb. fol. 29. Frider. Imp. confirmavit *Vdalrico de Lobenſtein obſignationem de poſſeſſionibus ſitis apud Auſtriam, ad officium Notariatus Styriæ pertinentibus, per Comitem de Eberſtein dudum Capitaneum Auſtriæ & Styriæ, pro 200. libris Vienn. monetæ factam, ut civitatem eandem a proximo præterito feſto B. Martini uſque ad annum unum, ad honorem noſtrum cum expenſis ſuis cuſtodire debeat*: hunc Ottonem Eberſteinium inter capitaneos Styriæ neglexit Chron. MS. & Catal. Prætorum Styriæ: *Hermannus Comes de Ortenburch*, quem ordine IV. an. 1202. *Hemudo de Wildon* in officio Prætoris Styriæ ſucceſſiſſe tradit MS. Chron. Styriæ, cæteroquin nullibi Prætor Styriæ legitur: Num. an. 1241. obierit, nec Lazius, nec Megiſerus memorat id in Chron. cit MS. non convenit Hermanno huic defuncto, a Frider. Imp. dum in Ducem noſtrum Frider. pugnaret, ſuppoſitum fuiſſe Mainhardum Comitem Tyrolenſem, neque enim poſt an. 1240. quo reconciliati ſunt Frider. Cæſar, & Dux noſter, inter eos quidquam hoſtile emerſit, cæterum Mainhardum hunc mox ipſe inter Capitaneos Styriæ referam.

Lobenſtein de Ulricus.

Ortenburg de Hermann an IV. Prætor Styriæ.

Antequam Succeſſorem Eberſteinii in officio Capitanei inquiram ex Cl. Raymundo Duellio Canonico & Biblioth. S. Hippolyti lib. 1. pag. 401. notanda eſt charta quædam in Archivo ejusdem Canoniæ exiſtens: qua Margaretha Regina in Heinburg 6to. Kal. April. (quo itaque tempore Eberſteinius jam Auſtria exceſſit) confirmat quædam Canonicis ejus Eccleſiæ, ſuoque ſigillo firmat; ex qua licet eam inter Duces Auſtriæ regentes referre verear, id tamen eruo, eam tantæ authoritatis apud Præpoſitum dictum, utique non absque aliorum exemplo fuiſſe, & juris ſui titulos non amiſiſſe, ut confirmationes Principi terræ proprias ſubiret. V. Diplom. 95.

Margaretha Regina in Auſtria poteſtat.

Mainhard. Comes Tyrol. Styriæ VI. Capitaneus.

Quisnam vero Ottoni Eberſteinio Auſtriæ, & Styriæ noſtræ quinto Capitaneo ſucceſſerit; explorandum. Pernoldus eam rem anſeq. adſert, ego ob hiſtoriæ connexionem, quædam nunc adduco: anonymus Leob. ad an. 1246. uno filo plura complexus, ita refert:

Au-

Auſtrales mittunt ad Imperatorem (nempe poſt Eberſteinii obitum) *ut eis provideat de Principe deprecantes, qui miſit Ludovic. Ducem Bavar. in Auſtriam, in Styriam vero Comitem de Aycb Suevicæ nationis, terras pro tempore ordinare. Quo reverſo Mainhardum miſit Comitem Tyroleuſem committens &c.* Idem docet Arenpekius in Chron. Auſtr. & ex vet. MS. Chron. Auſtriæ eruit Prevenhueberus ſol. 29. qui putat Chron. hocce MS. forte Chron. Clauſtron. apud Pezium eſſe, quod tamen *Domini de Oedt* appellat: ſed hoc Chronicon neutrius meminit, imo omnes hos Capitaneos & Præfectos omittit. De Meinhardo vero Com. Tyrol. ſeu Goritiæ idem confirmat Chron. Salisburg. *Dominus Dux Bavariæ* (Otto, non Ludov. ejus Filius, quem Anonym. Leob. adducit) *terræ Auſtriæ, & Comes Mainhardus de Görze Styriæ a Dom. Imper. pro Capitaneis deputantur.* Sed quoniam Mainhardus teſte eod. Chron. an. ſeq. primum Styriam ingreſſus, ibique Capitaneus eſt receptus, plura an. eod. de Ottone Bavaro, & Mainhardo Tyrolenſi Com. recenſebo.

Theſaurorum in caſtro Starkenberg diviſio.

Interea inquit Pernoldus, *urgente maxime Dom. Gertrude miniſteriales ejus Ortulpho forti & nobili Equite Teutonico diu renuente petierunt Caſtrum Starchenberk, quod illi Fridericus Dux una cum theſauris ſuis cuſtodiendum tradiderat. Poſtquam id recepiſſent apertis theſauris, eos in tres partes diviſerunt: Primam accepit Dom. Margaretha, altera Dominæ Conſtantiæ Sorori ejus in Miſniam directa fuit, tertiam obtinuit Domina Gertrudis earum Neptis. Statim autem hæc concupivit, & nuptias, quas etiam favore aliquorum miniſterialium præpotentium, & ope Ottonis Bavariæ Ducis iniit, cum Hermanno Marchione de Baden, quem Soror Duciſſæ Bavariæ genuerat: qui etiam ſic ſpem conſecutus eſt Auſtriam & Styriam per Conjugem obtinendi. Nam Dom. Margaretha neque deſiderium nuptiarum oſtendit, neque ſpem tantam prolis dare videbatur. Et propterea defuit ei præponderans numerus potentium, qui ejus tanquam ſenioris Filiæ primum jus fortiter propugnare vellent adverſus tot æmulos Provinciarum.* Varia hic elucidanda veniunt, & 1mo. diviſionem theſaurorum Ducis Friderici narrant etiam alii, uti Hagenus, Haſelbachius &c. Pernoldus ſolus ait eam *urgente maxime Domina Gertrude* factam. 2do. Quisnam ex Teutonicis cuſtos arcis Stahrenberg, & theſaurorum fuerit? nomen *Ortolfi* Pernoldus detexit, cognomen ex aliis erui debet: apud Bern. Pez. Cod. Diplom. Epiſt. parte 2. p. 102. num. 177. legitur, villicalis curiæ in *Hiezing* commutatio facta cum D. Chonrado Præpoſitu Clauſtroneob. an. 1253. per *Ortolfum de Draskirchen*, Commentatorem domus Teuton. per Auſtriam & Styriam: ubi inſuper in teſtibus alius etiam legitur *Fr. Ortolfus de Ottenſtetten:* in binis chartis Campilil. de an. 1271. 1279. teſtis refertur *Ortolfus de Utenſtein Commendator domus Teuton. Viennæ.* An aliquis horum, vel quisnam fuerit? non conſtat, quiscunque vero fuerit, caſtri, & theſauri cuſtos, redditionem renuit eo, quod putaret, caſtrum hoc, & theſaurum palatinum, cum ad ſortem hæredum non pertineret, Principi Succeſſori integre ſervandum & conſignandum eſſe.

Draskirchen de Ortolf Commendator Teuton. per Styriam & Auſtriam.

Ottenſtetten de Ortolf.

Utenſtein de Ort. Commend. Vien.

Baden de Hermann. nuptiæ cum Getr. Auſtr.

Nuptias a Gertrude concupitas, poſt adeptionem theſauri hoc anno initas teſtantur Chronica plurima, Mellicenſe ait: *Hermannus Marchio de Baden, opitulante ſibi Ottone Duce Bavariæ, Gertrudem Filiam prædicti Henrici Ducis* (Medlicenſis) *duxit in Uxorem paucis optimatibus in*

Auſtria eidem faventibus. Idem inſinuat Chron. Salisb. an. 1250. Clauſtroneob. & Anonym. Leob. an. 1249. Hagenus, Suntheimius, Haſelbachius, Vitus Arenpekius, aliique fere omnes; Quamvis vero Optimates Auſtriæ Hermanno non faverent, paucitatem tamen domeſticorum fautorum ſupplevit præpotentia exterorum Principum, & Ottonem Bavarum ei conciliavit affinitas, erat enim *Hermannus ex Irmengarde Sorore Dom. Agnetis Ducisſæ Bavariæ genitus*, teſte Chron. Auſtr. brevi apud Hier. Pez. tom. 1. col. 686. quodque Gertrudi magis faverent Principes, Cauſam detexit Pernoldus, cum in hac animus nuptiarum cupidus, dominandique ſtudium, cum ſpe prolis connexum eſſet, in Margaretha vero licet ſeniore Filia, nec ſpes prolis, nec deſiderium nuptiarum appareret; videbant nempe Auſtriæ Proceres plenam hoſtilibus armis Provinciam, quæ niſi pari vi depellerentur, quietis ſpes nulla fulgeret, ea de cauſa contra jus etiam Margarethæ ſenioris Filiæ, Gertrudi juniori Filiæ per nuptias regimen ſtabilire optabant, quamquam plurimis jus Margarethæ longe altius cordi eſſet, adeo, ut Hermannus Badenſis perexiguam Auſtriæ partem ſibi obſequentem haberet, ut poſtea audiemus.

Ulricus Fil. Duc. Carinth. ducit Agnetem repud. Frid.

Eodem hoc anno uti anno 1245. dixi, Vlricum Filium Ducis Carinthiæ, Agnetem a Frider. noſtro, an. 1243. repudiatam, ex pacto Uxorem duxit, quo eodem tempore Bernardus Pater Dux Carinthiæ fundavit Monaſterium Landeſtrot, vulgo *Landſtraſs*, in Carniolia, ut V. Valſaſ. Chronic. Carniol. tom. 3. lib. 11. fol. 335. hoc in Diplom. fundationis ultimus Filiorum refertur Philippus Salisburg. electus, qui hoc anno a Papa obtinuit edictum, quo feuda Salisburg. Eccleſiæ in alium transferre poſſeſſorem prohibebantur, Diploma hoc refert author Germaniæ ſacr. tom. 1. fol. 364. in eo vero Philippus *Procurator Eccleſiæ Salisburg.* appellatur, quia nempe Ordinem S. nondum ſuſceperat, nec pallium obtinuerat, interim ſe tamen Philippus Archiepiſcopum Salisburg. gerebat, & ſcribebat, ut patet ex Diplom. Epiſc. Seccov. inter mea num. 94. quo Vlrico I. Epiſc. Seccovienſ. *Eccleſiam in Styven* ſibi vacantem cum omni jure Patronatus donat, eamque, ut ſuæ menſæ cum omnibus proventibus uniat, benigne concedit *datum Petovii:* quo in loco 12. Kal. Octob. exſtitiſſe Philippum cum variis Styriæ Nobilibus conficitur. Eundem Philippum *Leibnitii* exſtitiſſe 10. Kal. Martii, ibique Vdalrico eidem Seccov. nonnullos feudatarios donaſſe docet Diplom. Epiſc. Seccov. num. 24. in Diplom. Styriæ p. 1. fol. 318.

Philip. Salisb. electi res.

Styven Parochia donatur Epiſcopatui Secc.

Petovii Conventus Nobil. Et Leibnitii.

Seccov. Epiſc. res.

Radinstorf. de Henr.

Nec minus Epiſcopatui huic beneficus erat Henricus Bamberg. Epiſc. de quo quædam an. 1244. dixi, eique miniſterialem ſuam, Uxorem *Henrici de Radinſtorff* miniſterialis Eccleſiæ Seccov. cum hæredibus ex ea genitis donavit apud Werven 7. Kal. Febr. V. Diplom. Duc. Styr. parte 1. fol. 319. inter Seccov. Epiſc. Diplom. num. 26.

Can. Seccov. privil. ab Innoc. P. firmantur.

Canoniæ vero Seccovienſis privilegia & jura eodem hoc anno confirmavit Innoc. IV. Papa Lugduni 6. Kal. Mart. ut V. Diplom. Seccov. Can. num. 62. in Diplom. Duc. Styr. p. 1. fol. 212. Annus præſens adjectus quidem non eſt, colligitur tamen ex anno V. Innoc. Papæ annotato, cum enim Innoc. IV. an. 1243. ad ſolemnia S. Joan. Bapt.

Bapt. Papa renunciaretur, hoc an. 6. Kal. Martii currebat adhuc annus Pontif. ſui V. id ipſum vero Papa præfatus eodem die & anno *Abbati Admont.* per aliud breve inſinuavit, mandans ſimul, ut Præpoſitum, ac Capitulum Seccov. ſuper his moleſtantes, cenſura Eccl. appellatione omni poſtpoſita compeſcat. Nec nomen Præpoſiti nec Abbatis Admont. in his bullis exprimitur, ut adeo dubium ſit, quamdiu Nicolaus Præpoſitus Seccov. præfuerit? an. 1250. patebit præfuiſſe Arnoldum, eoque anno obiiſſe Nicolaum.

ANNO 1249.

Anno 1249.

Indict. 7. Innoc. IV. P. VII. Frider. II. Imp. XXXVII. Styr. vac. IV.

Jam an. ſuper. dixi, Ottonem Bavariæ Ducem ab Imperatore Auſtriæ Præfectum fuiſſe, confirmavit eadem Bernoldus ad hunc annum ſcribens, *Imperator Auſtriæ Ottonem Bavariæ Ducem, Styriæ Meinhardum Comitem Goritiæ, Capitaneos dedit, ac voluit, ut eis ſuo nomine obedirent*, cauſam de Ottone ſubjunxit idem Bernoldus, *videbatur Otto propter vicinitatem Rector valde commodus futurus, ſed animum non ſatis virilem habuit, ad internas & externas Auſtriæ turbas*, cauſa, cur Otto ſat animi non haberet, ex Chron. Salisburg. Peziano patet, his verbis: *Concilium ad mandatum Domini Papæ Mülldorf a Dom. electo Philippo celebratur, cui interfuerunt, Friſingenſis, Ratisbonenſis, & Seccovienſis Epiſcopi, cum aliquantis Prælatis, ubi Dux Bavariæ citatus, tam excommunicationis, quam gladio materiali ad Romanam Eccleſiam redire, & ei contra D. Fridericum adhærere, compelli debebat, quod tamen alia forma treugarum eſt intermiſſum.* Otto itaque in arcto poſitus, hisque treugis, ſeu induciis, dilatus a pœna, non abſolutus, maluit ſuæ potius, quam alienæ terræ invigilare, optavitque Auſtriam ſuo reddere Principi, ut infra dicam.

Otto Dux Bavar. Præf. Auſtriæ.

Qui tamen eam Præfecturam non adiit.

Et cur.

Aventinus inter Epiſcopos præſentes refert etiam Chiemenſem ac more ſuo, Ducem Ottonem ad Patres fæda quæque in ordinem ſacrum perorantem inducit: exprobrabat nempe Otto, quod cum impulſu Epiſcoporum, ut an. 1241. dictum, antea ad Friderici Imper. partes tranſierit, nunc mutata ſententia, ad eundem deſerendum compelleretur; juravit etiam ſe contra Eccleſiam nil egiſſe, nec acturum poſthac, unde ei induciæ ſeu treugæ ad Cal. Maji, a Papa vero ad Feſtum Aſſumpt. B. V. M. ſunt datæ, per litteras ad Epiſcopum Ratisbonenſ. ut elapſo hoc termino non regreſſum ad partes ſuas, privaret gratiis & privilegiis a Gregorio P. conceſſis, tandem etiam excommunicaret.

De tempore Conc. hujus aliisque actis nil conſtat, cum tamen Philippus Salisburg. 8. Idus ſeu 6. *Januarii* in *Caſtro Reyne* donationem Teutonicis an. 1247. a Frider. Petov. factam confirmaret (V. in fine Diploma 96.) & dein 24. Febr. Viennæ, Idibus Maji denuo *in Reyne Caſtro* vel Monaſterio, Kal. Octob. Friſaci exiſteret, cumque in Conc. hoc Ottoni Bavaro treugæ ſeu induciæ ad Kal. Maji ſtatuerentur, cenſeo conſilium hoc initio anni hujus poſt 6. *Jan.* fuiſſe factum, eoque abſoluto Philippum Viennam abiiſſe, ut ibidem cum Conrado

Philippi Salzb. varia itinera per Styriam.

Conradus Præpositus Spirenſ. Leg. Apoſt. per Styriam.

Præpoſ. Spirenſi, & Legato Apoſt. per Auſtriam & Styriam de Eccleſiæ rebus conferret, qui Legatus eodem tempore 6. Kal. Martii, ſeu 24. Febr. Seccov. Epiſcopatui confirmavit Privilegium, & donationem Philippi factam, de Eccleſia Parochiali in Styven, quo ex Diplomate inter Epiſc. Seccov. Diplom. num. 27. ſimul perſpicitur, *Vdalricus Epiſcop. Seccov. tanquam devotus Eccleſiæ Romanæ zelator, damna gravia, & offenſas multimodas ſuſtinuiſſe hactenus, & continue pati per Dei, & Eccleſiæ inimicos.* Quænam vero hæc damna fuerint, a quibus illata? non additur, illud ex eo Diplomate patet, *Seccov. Eccleſiam in redditibus Eccleſiæ fuiſſe adeo tenuem & exilem, quod ex illa Prælatus decenter nequeat ſuſtentari.* Eadem repetunt & confirmant denuo Conradus Archiepiſc. Colon. Apoſt. Sedis Legatus hoc an. 10. Kal. Aprilis Coloniæ, & Hugo Card. Presb. S. Sabinæ Legatus Apoſt. Mogunt. Nonis Julii an. ſeq. ut V. Diplom. Seccov. Epiſc. 28. 29.

Styven Parochia firm. Ep. Seccov.

Udalr. Epiſc. Seccov. Rom. Sed. admit.

Eccl. Seccov. damna.

Wagrinſtorf villa Epiſc. Seccov.

Vienna abiens Philippus *in Styriæ Caſtrum vel Monaſterium Reyne* venerit, quo in loco Idibus Maji Epiſcopatui Seccov. villam Wagrinſtorf, & alias contulit, quæ Eccleſiæ Salisb. per mortem *D. Reinberti de Muereck* vacare cœperant, quamvis vero easdem villas jam poſſederit *Chunradus de Trakenberch*, quia tamen hic promiſſorum violator, Caſtrum Rein, Styr. infer. fraudulenter aliis tradere voluit, easdem villas nominatas amiſit. De quo pl. in Diplom. num. 97. in fine. Mox, ut Vlricum & Epiſc. Seccov. ulterius foveret Philippus Salisb. Kal. Octobr. circiter, Friſaci exiſtens, villas quasdam circa *Reyne*, Caſtrum Salisburg. Styriæ infer. ac poſſeſſiones in *Tulmetz in eadem* Styriæ infer. ad Savum *Provinciæ*, quæ per mortem Frider. Ducis vacabant, eidem concambio contulit. V. Diplom. Epiſc. Seccov. num. 31.

Muerek de Reinbert.

Trakenburg de Chunr.

Rain Caſtr. Styriæ.

Mainhard. III. Com. Gorit. Capit. VI. Styr.

Styria interim hoc tempore, ut ſupra dixi Mainhardum Comitem Goritiæ & Tyrolis, Capitaneum ordine VI. habuit, qui teſte Chron. Salisb. hoc anno *Styriam intrans, pro Capitaneo ibi recipitur.* Eadem confirmant authores alii Synchroni cum Pernoldo, & recentiores: Chronic. MS. Styriæ eundem tom. 1. cap. 74. ordine V. omiſſo nempe Eberſteinio ſtatuit, maleque tradit a Frider. II. Imp. poſt Hermannum de Ortenburg, quem an. 1241. defunctum ait, ſubſtitutum, dum cum Frider. Duce noſtro inimicitias foveret, ſed has jam an. 1240. ſopitas fuiſſe, anno præced. dixi, & dum Frider. Imper. in Ducem noſtrum ageret, Ottonem Eberſteinium etiam an. 1238. Auſtriæ Præfectum fuiſſe, ibidem oſtendi.

Erat Meinhardus hic nomine III. Comes Goritiæ & Tyrolis, cujus, uti & totius ſeriei Goritianorum, Genealogiam refert cit. Chron. MS. Styriæ: correctiorem tamen, atque ex monumentis Aquilej. deſumptam, adfert de Rubeis in monum. Aquilej. cap. 61. 66. 71. & 73. *Meinhardus* hic *III.* & *Junior* dictus eſt, ad diſtinctionem a patruo ſuo *Meinhardo II.* & *Seniore*, Mainhardi hujus Frater erat, *Albertus I. Comes Goritiæ & Tyrolis*, qui denuo diſtinguendus eſt ab Alberto Comite Tyrolis tantum, cujus Filia, cum Engelberto III. Comiti Goritiæ Patri Mainhardi III. Uxor obtingeret, Comitatum Tyrolis Patre ſine hærede maſculo defuncto, in Comites Goritiæ transtulit,

tullt, unde Mainhardi III. Frater Albertus I. Comes Goritiæ ſimul, & Tyrolis dictus eſt. De quo V. an. 1238.

Ex his arguitur, cur *Mainhardus III.* dictus a quibusdam fuerit *Comes Tyrolenſis*, cum fuerit ſolum *Comes Goritiæ*, eo nempe titulo, quod Comitatus Tyrolenſis hoc tempore jam fuerit ad Comites Goritiæ devolutus: plura de iis ad an. 1238. & 1255. ex Chron. Salisburg. dicentur: Vide etiam Archont. Carinth. tab. 5. & 6. ubi plures hujus ſeriei Frœlichius detexit.

Hermannus Badenſ. Marchio an Dux Auſtriæ.

Hiſce enarratis ad res Auſtriæ denuo cum Pernoldo devolvor, qui poſtquam Ottonis Bavari, non ſat virilem ad res Auſtriæ ſuſtinendas animum deſcripſiſſet, ita pergit de eodem: unde potius *Marchioni Badenſi ingreſſum in Auſtriam fecit, qui receptus ab aliquibus, a pluribus vero agnitus non fuit, ſed hoc boni præſtitit, ut perſuaſus a Dom. Gertrude Uxore ſua Pontifici ſe devoverit, ſicque Auſtriam ab interdicto liberaverit. Contra Belam autem Vngarorum Regem valde miſere terras vaſtantem, & captivos innumeros abducentem fere nihil profecit, neque inquietos terræ edomare potuit. Genuit ex Uxore Filium Fridericum.* Hæc Chronicis aliis optime conveniunt. Chron. MS. Clauſtroneoburg. Biblioth. Cæſareæ Vindobonenſis authori Germaniæ ſacræ viſum ita habet: *Hermannus de Baden vocatus eſt Dux Auſtriæ, Viennam obtinuit, & alias civitates.* Et in annal. Zwettlenſ. tom. 1. p. 335. extat Diploma hujus tenoris. *Nos Hermannus Dei gratia Dux Auſtriæ & Styriæ &c.* Datum XI. Kal. Octobr. in Civit. Viennæ V. Diplom. mea in fine num. 98. & Baro Streunius litteras ſimiles refert, quibus *Hermannus Dei gratia Dux Auſtriæ & Styriæ, & Gertrudis Uxor Henrico de Chunringen*, conferunt in feudum prædium *Chrumynovve*, cumque in Diplom. priori teſtes ſubſcripti ſint: *Mr. Leopoldus plebanus Vien.* & *Domini de Valkenberg, Stuchſo, Habeſpach, Preiſel, Walctunkirchen, Leiſſ.*, omnino utcunque credibile apparet, Hermannum Ducem Auſtriæ agnitum fuiſſe, tum ab Eccleſiaſticis, tum a Laicis potentioribus, quo tamen non obſtante Chron. Clauſtroneob. apud Pezium, Auſtrale Leobienſe &c. ajunt *Hermannus Marchio de Baden voluit eſſe Dux Auſtriæ, ſed non valuit.*

Chunring. de Henric.

Auſtria ab interdicto liberatur.

Non litigo de Auſtria, an inter ejus Duces Hermannus ſit referendus, id ſolum ex Bernoldo patet, Auſtriam per Hermannum partes Papæ ſecutum ab interdicto liberatum fuiſſe; certe exſtat apud Baluz. Miſcellan. lib. 7. pag. 435. & excerpta apud auth. Germ. ſacræ tom. 1. pag. 384. Innoc. Papæ epiſtola, qua eum Auſtriæ Ducem declarat, & Wilhelmum Regem rogat, ut Hermanni hujus Uxori Ducatum & feuda omnia conferret, ipſumque de iis inveſtiret: An vero his in turbis inveſtitus fuerit, non conſtat. Certo jus hanc inveſtituram vetabat, nam Imperatores, qui ſucceſſionem fœmineam in Auſtria conſtituerunt, decernebant ſimul feniorem Filiam ultimi Ducis ordine ſuccedere debere, quod Pontifici ex æquo propoſitum non opinor.

Hermannus Badenſ. non fuit Dux Styriæ.

Inter Styriæ noſtræ Duces Hermannum Badenſem non colloco, tum quod in Styriam, quod maxime vellet, penetrare nunquam potuerit, Proceribus a ſe alienis & Friderico Imp. addictis, tum quod Meinhardus Comes Goritiæ Capitanei, & Præfecti Styriæ munus, ad

mortem uſque Frider. II. Imp. an. ſeq. geſſerit, ante quem tamen jam Hermannus Badenſis obiit: etenim, ſi Hermannus Dux Styriæ fuiſſet, Meinhardus Præfecturam Styriæ deſeruiſſet, vel a proceribus compulſus fuiſſet, ut cederet, quemadmodum in Auſtria, dum Hermannus eam ſubiret, Præfectus ſeu Capitaneus cæſareus nullus fuit.

Hungari vaſtant Auſtr. & Styr.

Apparet vero, Hermannum non *valuiſſe Ducem Auſtriæ* eſſe, nam, ut ex Bernoldo audivimus, *nec contra Belam Regem Ungarum profecit, neque inquietos terræ domare potuit.* Strages Hungarorum ſingulis annis repetitas Chronicon Mellic. uno tenore ad an. 1250. & breve Chron. Auſtrale apud eundem Pezium tom. 1. col. 686. declarat: *Bela etiam Rex Hungariæ, orbatas hæredibus terras ſibi attrahere cupiens, multa millia hominum per paganos homines in captivitatem abduxit, multa occidit, ac utriusque terræ* (Auſtriæ & Styriæ) *Marchias fere inhabitabiles fecit.* Conſentit Chronic. Sâlisburg. Leob. an. 1252. aliique authores, de quibus plura per decurſum.

Frider. Hermanni Filius. Agnes Filia.

Fridericum Hermanni Filium fuiſſe, conſenſus etiam omnium docet, infelix in eo Filius, quod non Auſtriæ genitus videatur, ſed ſolum, ut collum ejus ſiculi Carnificis enſi ſubderetur. Filia Agnes ſeq. an. nata eſt. Unicum itaque quod Auſtriæ præſtitiſſe videbatur Hermannus Badenſis erat, quod eam ab interdicto Papali liberaverit, cujus rei documentum dant Scotenſes, qui, cum in villa Viennenſi divina celebrare præſumerent, Abbatem ſibi novum præficere non poterant, nec Abbas novus a Rudigero Patav. benedici: unde ait Chron. Clauſtroneob. MS. ad an. præced. *Felix Abbas S. Mariæ Scotorum obiit Viennæ, cui ſucceſſit Philippus, qui authoritate Domini Petri Caputii Diac. Cardin. per Alemanniam Legati Sed. Apoſt. a D. Ulrico Seccovienſi Epiſcopo munus benedictionis accepit.* Quamvis vero ſic Auſtria ad Papæ partes abiret, non tamen Otto Bavarus cum ſuis, & Rudigerus Epiſc. Patav. Ottonem, ut an. pr. oſtendi per cenſuras reducere volebat, Rudigero vero perſuadere, ut ipſe Epiſcopatu cedat, ſed ambo Abbates Legati Ratisbon. & de Watenbach nihil ſuaſionibus ſuis effecerant, unde hoc an. dignitate ſua per Innoc. IV. motus eſt, non tamen ceſſit Rudigerus, ſed in arce S. Georgii ſe detinuit, ab Ottone Bavaro defenſus, imo diverſorum Epiſcoporum, uti Mogunt. Colon. & aliorum auditæ ſunt querelæ contra Petrum Caputium Legatum, qui Aquisgrani ſententiam depoſitionis in eundem protulerat; rem eandem male habuiſſe Patavienſes oſtendit Catal. Laureac. & Patav. Epiſc. apud Cl. Hier. Pez. tom. 1. col. 17. ubi de Rudigero dicitur: *& poſtea deponitur injuſte propter Papam Innoc. IV.* reaſſumptum fuiſſe a PapaRudigeri judicium ob murmura valde gravia an. ſeq. docebo.

Udalr. Epiſc. Seccov. benedicit Abbatem Scotorum.

Ruliger Patav. Epiſc. deponitur.

Vorav. datur vinea. Stubenitz de Walpuin & Bertha.

Inter chartas Canoniæ Vorav. domeſticas legitur etiam ſequens: *Walpuinus, & Uxor ſua Bertha de Stubeniz, in remedium animæ ipſorum, & anteceſſorum eorum, vineam in monte Stubenich, in monte Eccleſiæ Vorav. ſitam, manu poteſtativa, ſine contradictionis obſtaculo ſuper altare B. V. M. & S. Thomæ Apoſt. Patroni Eccleſ. Vorav. reſignarunt poſt ipſorum deciſionem perpetuo ſervituram inibi. Teſtes Henricus de Pranke, ejus Eccleſiæ Canonicus, Ortolfus plebanus de Chunperge, Seifridus villicus de Guntayn, Rudegerus & Rudolphus Filii ſui, Henricus Perivolfus de Wachniz, Herbordus ſartor*

Pranke de Henric. Can. Vorav.

de

de Vorav. Chunlinus Sartor, Heinricus paganus, Heinricus Waltherus, acta ſunt hæc an. Dom. MCCXLIX. pridie Kal. Sept. in Guntayn coram D. Gebewino Vorav. Eccleſ. Præpoſ. & teſtibus prænotatis feliciter Amen.

Obſcura eſt utcunque hæc relatio, etenim, & locus *Guntayn* & locus, ac familia *Stubenitz*, vel *Stubenich* intra Styriam non reperitur, niſi forte pro *Stubenitz* legendum ſit *Studenitz*, quo in loco an. 1263. fundatum eſt monaſterium Monialium S. Dominici: unde ſorte Walpuinus hic & Bertha, ultimi de familia Studenicenſium fuere, quibus ſine hærede defunctis Domini de Rochatſch ſucceſſere: hæc conjiciendo; nam plura ex docum. aliquo legitimo afferre nequeo: obſcurior adhuc eſt deſignatio *vineæ Stubenich in monte Eccleſiæ Vorav. ſitæ;* traditione habeo, in monte Eccleſiæ noſtræ Vorav. quondam plantatam fuiſſe vineam, quæ quotidianum Canonicis Vorav. potum præbuit, ſi ſi ita; cur vinea hæc *Stubenich* propria erat? vel forte collegium noſtrum eo tempore in Styria inf. montem habuit, ejusdem nominis? ignorare certo omnia cogor, mons ſtudenizenſi Monaſterio vicinus Watſch ſolum appellatur. Ut Dipl. Studenizenſia habent.

Studenitz Monaſt. & Familia. *Stubenich locus.* *Vorav. vineæ.*

Teſtes chartæ hujus erant *Henricus de Pranke Canon. Vorav.* quem ex alio Catal. Canon. Vorav. *cum Bernfrido Presbytero* ſub Gebbino Præp. Vorav. hoc tempore floruiſſe lego V. tom. 1. annot. Dipl. 47. an frater fuerit *Ortolfi de Prank Præpoſ. Seccov.* an. 1260. non conſtat? *Ortolfus plebanus in Chunperge Kumberg* arx eſt circa Guetenberg, quo in loco hocce tempore nondum Parochia perfici potuit, *Kymberg* arx alia Styriæ ſuper: cum oppido, forte inde plebanus hic deſumendus. Reliqui teſtes plebeji ſunt: cæterum patet, loca vetera ſæpiſſime nomen ſuum mutaſſe, ut nonniſi locorum illorum peritis innoteſcant, in chartis vero topographicis non reperiantur. *Luitoldus Com. de Wildon* Fundator Canoniæ Stainzenſis, quamvis Viennæ Idibus Aprilis obiret, non alio tamen ſub lapide, quam eo, quem ipſe primum jecerat in Stainzenſi Collegio, ſepeliri voluit, monumentum ejus hodie adhuc vilitur ibidem. Ita Docum. Stainz. Can.

Canon. Vorav. hoc tempore. *Kumberg arx Styriæ.* *Item Kymberg.* *Wildon de Luitoldus in Stanz ſepultus.*

ANNO 1250.

Anno 1250.

Indict. 8. Innoc. IV. P. VIII. Frider. II. Imp. XXXVIII. & ultimo Styriæ vacantis V.

Hoc anno teſte Pernoldo, Hermannus *Marchio Badenſis etiam accepit Filiam Agnetem, ipſe vero obiit cum initio menſis Octobris*, qua de re conclamant omnia Chronica patria, unicum adduco Anonymi Petrenſis apud Cl. Hieronym. Pez tom. 1. col. 684. &c. *Tunc Hermannus Marchiode Baden, natus ex Irmengarde Sorore Dominæ Agnetis, ducis Bavariæ, duxit in Uxorem Gertrudem Filiam Hainrici Ducis, quondam Fratris Friderici Ducis Auſtriæ, & Ducatus Auſtriæ & Styriæ ratione talis conjugii ſibi uſurpavit, qui genuit Filium nomine Fridericum, & Filiam nomine Agnetem, & hic fuit Dux V.* (miror ab Anonymo hoc, qui antea ajebat Hermannum uſurpaſſe Ducatus duos, eundem tamen inter Duces numerari) *quæ quidem Agnes Duci Carinthiæ, poſtea copulatur, & cum*

Agnes Filia Hermanni Bad. *Hermannus Badenſ. Marchio.*

dictus Hermannus Dux eſſet impotens, tantam malitiam hominum, quæ jam nimium invaluerat, morte etiam præpeditus compeſcere non valebat, moritur ergo 4. *Non. Octob. an.* 1250. Eadem refert Haſelbachius Necrolog. Scotor. & Clauſtroneob. *ad* 4. *Non. Octobr. ait Hermannus Dux Auſtriæ, & Comes de Baden.* narratio Geneal. poſterorum S. Leopoldi apud cit. Pezium fol. 576. easdem Hermanni proles adducit, & *ſepultum Neumburch in clauſtro* docet.

Bavari in Auſtriam irruunt.

Defuncto Hermanno Bavarici ſanguinis ſurculo, Bavari jus quoddam in Auſtr. ſibi acceſſiſſe opinantes eam invaſerunt, docente Chron. Clauſtroneob. *Junior Bavariæ Dux erat Ludovicus Filius Ottonis natu major, qui Auſtriam ſuperiorem, olim ex Bavariæ Ducatu per Frider. I. Imp. detractam, Auſtriæque novo Ducatui creato adjectam, turbulento hoc tempore denuo repetere, juris vicem ſubeunte vi opportuniſſimum credidit:* plures circumſtantias addunt alii, ſic Chron. Salisburg. ait. *Junior Dux Bavariæ circa Aneſum & Linzam quædam caſtra obſidens, clauſtra ibidem jacentia plurimum damnificavit.* Haſelbachius *interea, & Dux Bavariæ* Otto *per Filium ſuum Ludovicum miſſis gentibus ſibi ſubjugavit ſuperiora Auſtriæ oppida Linz & Anaſum cum aliis locis ſibi conterminis.* Prevenhueberus fol. 29. &c. teſte Aventino ab Auſtriis & Styris Filium Ottonis Ludovicum Ducem petitum ſcribit, qui dein Urbes Linzium, Aniſiam & Styriam ſibi ſubjecit: de quo Georgius Calaminus in tragœdia ſua, cui titulus Rudolph. & Ottocarus ita canit.

Tum Bela noſtros Hunnus atrox bellua
Finesque Styri vaſtat: affines Otto
Ludovico ad oras Filio Bojus premit.
Hoc & tumultu Linzium terræ caput,
Et Styra, & Anaſum, & plura ſe dederunt loca.

Garſtenſ. Monaſterii damna.

Ex clauſtris damna a Bavaris perpeſſis, Garſtenſe merito cenſetur, cujus annales ita habent: *Ipſi Bavari ſupra modum ad Eccleſiam Garſtenſem rapaciter accedentes, cum eximproviſo ſine præmunitione ipſum cœnobium inveniretur, taliter ſuam nequitiam intra, & extra ferociter probaverunt, quod bene confido de Domino, quod ſine ultione divina non fecerint tanta mala.* Similia Canoniæ S. Floriani, aliisque Monaſteriis vicinis contigiſſe ſuſpicor. Hinc non ſine cauſa ajunt annales citati: *terra turbatur, pauperes clamant, Eccleſiæ ſpoliantur, incendia committuntur, & non erat angulus, qui non gemeret.*

Frider. II. Imperator obit.

Defunctum menſe Octobri Hermannum Badenſem, teſte Pernoldo, *Imperator menſe Decembri ſecutus eſt in mortem*, obiit vero 13. Decembris in arce Apuliæ Florentiola dicta, uti omnes Hiſtor. conveniunt, de genere, modo mortis, ac teſtamento ejus, aliis diſſerendum defero, cum mea non interſit; inde æmulorum Regum Wilhelmi & Conradi ſtudia exardere cœperunt, de quibus An. ſeq.

Mainhardus Com. Gorit. & Styr. Prætor e Styria abit.

Audita Friderici morte Mainhardus Goritienſis, Styriam cum Præfectura dimiſit, unde vacua Styria, & Auſtria erant Præfecto, ac Duce, quapropter non mirum, quod Bela Ungarus hiſce terris inhiaret: has Ungarorum vaſtationes ſingulis annis actas, referunt Chronica patria cum Pernoldo, qui ita ſcribit: Bela Rex iterum (V. an. 1247. & 1249.) *cum Cumanis has Provincias terribiliter vaſtavit*, Chron. Mellic.

Ungari vaſtant Styriam.

hoc

hoc an. *Rex Ungariæ Bela cum Cumanis Auſtriam ingreſſus, magnam ſtragem hominum fecit, Eccleſias & villas per incendium in circuitu montium devaſtavit.* Inter Eccleſias vaſtatas refert Chron. Clauſtroneob. *Eodem an. in die S. Jacobi combuſtum eſt Clauſtrum, Cella S. Mariæ* in Auſtria *a Komanis & Ungaris*, vaſtationem Auſtriæ per Ungaros & Cumanos refert etiam Chron. Salisburg. aliique authores cum Haſelbachio dicente de eodem Bela: *plus Styriam tamen prægravavit: imo & corruptis nobilibus certis per pecuniam pro multa parte Ducatum præmiſſum ſibi vendicavit.*

Nec minus moleſtus erat patriæ noſtræ Philippus electus Salisb. miles magis, quam Præſul, & nullo adhuc ordine S. inauguratus. *Et Philippus electus Salisb.*

De eo Chron. Salisb. ita hoc an. ſcribit. *Dominus electus Salzburgenſis Marchiam manu intrans hoſtili, poſſeſſiones quorundam Styrenſium rapinis, & incendiis devaſtavit.* Sunt, qui eas vaſtationes Eccleſiæ ſuæ cauſa peractas velint, contra Dynaſtas Styriæ rebus Eccleſiæ Salisburg. inhærentes, ſed Philippum etiam Styriæ inhiaſſe, anni ſeq. docebunt. Inter has tamen turbas benefecit Eccleſiæ Seccov. Epiſcopo Ulrico I. dum ei 4. Idus Febr. in Vanſtorff exiſtens, decimas reſtituit in Poſeyle, quas Eberhardus olim Popponi de Pekach jam def. contulerat. V. Diplom. mea in fine num. 99. eodem tempore factum opinor, ut Ulrico Eccleſiam in Pyber, ſe a jure Monaſt. S. Lämberti in Styria abſoluturum, atque daturum ſponderet, ut V. pl. Diplom. mea num. 100. *Seccov. Epiſc. dantur decimæ in Poſeyl.* *Eccleſ. in Pyber.*

Interim eod. hoc an. ut docet Pernoldus, *defuncto Hermanno, Papa iterum requiſivit Dom. Margaretham, ut Florentio Comiti Hollandiæ, Fratri Wilhelmi Romanorum Regis nubere vellet, eumque redderet Auſtriæ Ducem, ſed nulla erat ſpes conſenſus Provincialium in Dominum tam alieni genam, & remotæ Provinciæ, cum inſuper offenſam & potentiam Conradi, qui fuit Filius defuncti Imperatoris, metuerent,* Paragraphum hunc Pernoldi incognitum Chronicis patriis Raynaldus etiam Hiſtoricus ad an. ſeq. n. 8. detexit, ex epiſt. Papæ ad Margaretham Reginam data, quæ in regeſtis Innocent. lib. 8. epiſt. curiali num. 16. occurrere dicitur. Nuptiæ cur hæ non ſucceſſerint? allegatas a Pernoldo rationes per Margaretham Reginam Pontifici perſcriptas puto, Papamque iis acquieviſſe. *Papa Margar. Auſtr. perſuadet nuptias.*

Jam anno ſuper. dixi ob latum a Papa in Rudigerum Epiſc. Patav. anathema murmura fuiſſe exorta, quibus motus Papa, cauſam ejus examinandam commiſit Philippo electo Salisburg. qui eam confudit, *& ſe ipſum deridiculo dedit*, teſte Schritovino; unde Papa hoc an. eundem Rudigerum Romam citatum, & non comparentem depoſuit, ejusque omnia acta irritavit, ea ſolum de cauſa, quod Friderico Imp. ſemper fidus adhæſerit; atque hæc erat Rudigeri tragœdia, cui præter contagionem cum Frid. Imp. nil exponi poterat, ut teſtatur auth. Germ. ſacræ tom. 1. fol. 386. & omnia Chronic. Laureac. & Patav. vixit ad an. uſque 1258. teſte Chron. Clauſtroneob. quod etiam Succeſſorem ejus nominat hoc an. nempe: *Bertholdus Frater Ratisbon. Epiſcopi ordinatur pro eo*, ſed non ſine æmulo, nam Papa electionem futuri Epiſc. Paſſav. commiſit Petro Alban. Epiſc. & Legato ſuo per Germaniam, qui, cum Rudigerus cauſam ſuam armis adhuc tueretur per Bavariam, Alberti Decani Patav. opera, Conradum quemdam e ge- *Rudigeri Ep. Patav. cauſa examinatur.*

Succeſſor Rudigeri an Bertholdus? Conradus? Albertus?

nere Ducum Poloniæ Papæ nomine declaravit Epiſcopum, ſed hic mox ad matrimonium convolans, utpote nondum ſacris initiatus, Albertum Decanum Succeſſorem nominari optavit, ſed fruſtra, nam ſubſtitutus eſt 15. Junii *Bertholdus Comes de Sigmaringen*, Frater Epiſcopi Ratisbon. cui Capitulum, non tamen Civitas Patav. ſe mox ſubjecit, hæc enim Ottonis Bav. fiducia obſequium exuit, quæ ſecum aliis Imperii Civitatibus liberam eſſe dicebat: Bertholdus cum ſuis caſtrum Neoburgenſe Pataviæ vicinum occupavit, mox 11. Sept de nocte clam per oſtium, *portulam perditam*, dictum intromiſſus Urbem ſibi ſubjecit ope Alberti Epiſc. Ratisbon. & Fratris alterius Vicedomini Ratisbonenſis, ſicque caſtra etiam gemina S. Georgii in monte & Orth obtinuit.

In Bavariam dein hoſtiliter, ac ſimul infeliciter excurrens, præter prædam 1500. pecorum ex Wilhart abactam, moxque amiſſam, plures etiam e ſuis miniſterialibus cum Comite Fratre captivos relinquere debuit, ipſemet ægre elapſus, tandem vero Civitatem Patav. ſibi iterum refractariam 25. Dec. edomuit, de quibus pl. apud auth. Germ. ſacr. tom. 1. fol. 390. plura an. ſeq.

Bertholdi Aquilej. res.

Eodem hoc an. Bertholdus Aquilej. Patriarcha Monaſt. de Landeſtrat omnia a Bernardo Carinth. Duce donata confirmavit 12. Aug. indict. 8. in Monaſterio Sittic. V. Rubeis monum. Aquilej. fol. 725. qui tamen omiſit referre tabulas concordiæ inter Bertholdum Patriar. Aquilej. & *nobilem Virum Ulricum Filium D. Bernhardi illuſtris Ducis Carinthiæ*, in quibus & mentio fit Dom. Agnetis Neptis Patriarchæ, & Mariti ejusdem D. Ulrici. *Actum in Stain* ineunte Septemb. MCCL. harum tabularum meminit Frœlichius in Archont. Carinth. p. 1. fol. 60. Ulricus porro Dux Carinth. duas Uxores habuit Agnetes, prima erat Ottonis Meraniæ Ducis Filia, quam Frider. Dux Auſtriæ repudiavit, & Ulricus an. 1248. Uxorem duxit, hæc erat Neptis Patriarchæ Bertholdi, cum Bertholdus Patr. & Otto Dux Meraniæ Frates eſſent; altera Uxor Agnes etiam dicta, Hermanni Badenſis & Gertrudis Auſtriacæ Filia erat, ac Soror Friderici March. Badenſ. an. hoc primum nata, quam Ulricus an. 1263. Uxorem duxerat, quamque an. 1265. dato, *Conſortem ſuam ſecundam* vocat. V. de Rubeis f. 726. &c.

Ulrici Carint. Ducis Uxores 2. Agnes Meran. Agnes Badenſ.

Nicolao Præp. Seccov. ſucced. Arnold. Præp. VIII.

Seccovienſi Canoniæ hoc jam anno præfuit Arnoldus Præpoſitus VIII. an hoc vel præced. aliquo anno jam ſucceſſerit? detegit Catal. Præpoſ. Seccov. mox citandus; dies emortualis Nicolai Præpoſiti ex Necrolog. Seccov. detegitur, in quo *ad 6. Kal. Martii* defunctus legitur *Nicolaus Præpoſitus Seccov.* ſed 4. Kal. Martii obiiſſe eundem docet Catal. Præpoſ. Seccov. qui de Arnoldo Succeſſore ita loqitur: *VIII. Præpoſitus Arnoldus a Prank e ſuper. Styria electus* 1250. *immartalem avitæ munificentiæ memoriam nominis ſui celebritate exornavit. Infeſta rapinis Styria ad uſitatum Prædeceſſoris ſui aſylum confugit, atque hinc ſacrilegos Harpyarum auſus repreſſit. Epiſcoporum Gurcenſis & Seccov. patrocinio, demandante Innoc. IV. ſuffultus, paræcialem Divæ Margaritæ Eccleſiam Henrico Presbytero contulit, quem in Apoſtolicæ Clientelæ beneficio Pontifex ipſe confirmavit. Curis confectus 6. Regiminis anno* 1256. *diem ſupremum vixit 7. Kal. Auguſti.* Arnoldus hic hoc anno in die S. Michaelis compoſitionem fecit *cum*

* *D. Had-*

D. Hadmaro de Schænberg, in caſtro *Smilnperch*, reſidente de omnibus damnis Eccl. Seccov. illatis, ut V. Diplom. in fine num. 102. erat vero lis, de prædio Glanz, quod tamen ad Eccleſiam Seccov. pertinuiſſe teſtatus eſt, Canonicis ſuis Ulricus Epiſc. Secov. ut V. Dipl. 101. *Schænberg de Hadmarus.*

Nec minus Voravienſibus Canonicis compenſatio damnorum facta eſt, quam Chron. Vorav. hiſce recenſet: *An. Domini MCCL. Dom. Rudolfus de Hartenfels Eccleſiæ noſtræ gravia damna* (omiſſum videtur verbum v. g. inferens) *videlicet Eccleſiam noſtram in S. Jacobo violenter contra jus ſibi vendicans, ac per triennium 50. modios nobis auferens de noſtris decimis ibidem apud Eccleſiam memoratam: ſane, cum annuente providentia divina idem in mortis anguſtia laboraret, pro ſupradictorum recompenſatione damnorum curiam in Haidek, ſolventem talentum Viennenſium* (ſubintellige denariorum) *Eccleſiæ Voravienſi diſpoſuit in teſtamento, poſtmodum ipſo eadem infirmitate mortuo, cum ad noſtram Eccleſiam jam foret ipſius funeris præſentia delata, & in crypta ſepultum* (intellige funus) *Fratres ſui Gerardus, & Henricus de Reinberg, Pernoldus de Pirckfeldt, Hainricus de Kirchberg, & plures alii de privato Monaſterii damno convenerunt, at ipſi precibus benignis & devotis inſtantes, humiliter poſtulabant, quatenus intuitu divinæ miſericordiæ, atque, ut in perpetuum Eccleſiam noſtram nullis* (omiſſum forte, modis) *perturbarent, quod etiam fide data unanimiter promiſerunt, teſtamentum ſuum pro ſatisfactionis remedio Prælatus una cum Conventu reciperet ita etiam, ut & ipſi deinceps Eccleſiam Voravienſem piis affectibus promoverent. Ad hoc Prælatus una cum Conventu precibus ipſorum inclinati, aſſenſum præbuerunt communem, dictum teſtamentum pro damnis accipientes illatis.* Ita Chron. noſtrum domeſticum, eadem habet Diploma Voravienſe, quod Gebbinus Præpoſitus Vorav. in rei hujus æternam memoriam conſecit, quodque inter Diplom. mea in fine num. 102. extat, de quo uti, & totius hujus rei geſtis plura ibidem. Interim obſervo, in Chron. Vorav. mendum irrepſiſſe, dum *Rudolphi de Hertenfels* Fratres dicuntur, *Gebhardus & Henricus de Reinberg* legendum enim cenſeo de *Krumbach* uti tom. 1. in annot. Diplom. 58. obſervavi, & in fine in Diplom. 99. oſtendam. *Vorav. Eccl. damna reparantur. Hertenfels de Rudolph. Reinberg de Gerh. Henr. Pirkfeld de Pernoldus. Kirchberg de Henric.*

ANNO 1251. *Anno 1251.*

Indict. 9. Innoc. IV. P. IX. Wilhelmi Regis I. Styr. vac. VI.

Friderico II. Imp. mortuo rediit in Italiam Pontifex in id unum intentus, ne Conradus Frider. II. Imp. Filius regnum Germaniæ adipiſceretur & Siciliæ, hinc authores & fautores ſuos continuis anathematibus execrabatur. Wilhelmum Regem Romanum ſtatuo, quoniam in Styria eundem agnitum fuiſſe docet, Diplom. Epiſc. Seccov. 35. apud Frœlichium Diplom. Styr. parte 1. fol. 324. quo Nuffiæ idem *Wilhelmus D. G. Rom. Rex, & ſemper Auguſtus* Privilegia Epiſcopatus Seccovienſis confirmat, quæ Fridericus & alii Imperatores ac Principes Imperii contulerant, præcipue *quod coram Imperio ac Principibus & aliis gaudeat, & utatur omnibus juribus & libertatibus, quæ aliis Principibus Epiſcopis Suffraganeis Eccleſiæ Salzb. ſunt conceſſæ &c.* Inſcriptio Dipl. *Wilhelm. Rex German. Epiſc. Seccov. Princ. Imper. Rom.*

ſequens eſt. *Dilecto Principi noſtro Ven. Epiſc. Seccovienſi*, jam Frid. II. Imper. an. 1218. hunc honorem Chiemenſi & Seccov. Epiſcopis detuliſſe videtur, ut an. 1218. ex Diplom. Can. ſecc. 38. & Epiſc. Seccov. IV. oſtendi, eadem confirmavit Maximil. 1. an. 1489. Dipl. ſuo, cui litteræ Wilhelmi Regis verbotenus ſunt inſertæ, ex MS. Cod. pag. 7. cum itaque Wilhelmi Privilegium Seccov. Epiſcopo collatum, habitum fuerit genuinum ab ipſo Maximil. Imp. nil vereor, Wilhelmum Germaniæ Regem dicere.

Interim Wilhelmo, & Conrado æmulis annus hic fatalis fuit, Wilhelmus enim Brunſvici in die Converſion. S. Pauli nuptiis actis, & die altero incendio intra palatium exorto periiſſet, ni manu Reginæ eductus fuiſſet, teſte Alberto Stadenſi, Conradus vero natalem Dom. Ratisbonæ in S. Emerammi Monaſt. agens ea nocte, quæ diem Innocentum præcedit, per Chunradum de Hochenvels, & alios Miniſteriales Ratisbon. noctu occiſus fuiſſet, niſi ſub lecto ſe ſcite abſcondiſſet. Ita Stero, & Chronogr. Salzburg. apud Caniſium & Pezium an. 1250.

Gertudes Auſtriæ. abit in Miſniam.

Quæ in Auſtria ac Styria noſtra contigerint, refert Pernoldus ſæpius citatus ad hunc annum: *Cum obiret Hermannus, Dom Gertrudes Uxor ejus, propter tumultus in Auſtria, cum Filiolo erat in Miſnia apud Amitam ſuam Dom. Conſtantiam, ubi puerperium Filiolæ egit*, unde dum Chron. Leobienſ. ad hunc an. ait: *Gertrudes etiam mortuo ſecundo Marito in Auſtriam rediit, cui apud Medlich neceſſaria diſponuntur*, intelligendum puto, id mox a morte Hermanni contigiſſe, atque Viennenſes Gertrudi neceſſaria, ſedemque vidualem apud Medlich deſtinaſſe, attamen cum turbata videret omnia, Gertrudes maluit ad amitam ſuam puerpera abire, quam dolores partus cum doloribus patriæ tolerare.

Provincialium Auſtr. diverſa ſtudia.

Conventus in Triebenſee.

Pergit narrare Pernoldus, *Provinciales opinionibus de novo Duce querendo, maxime diviſi, valde contra ſe invicem ſentiebant, quorum concordia, cum haberi Viennæ non poſſet, Principes eorum in oppido Trievvenſee juxta Tulnam convenientes decreverunt nuncios 4. in Miſniam ad Marchionem pro una Filiorum Dominæ Conſtantiæ mittere, qui ambos Ducatus pro Dom. Margaretha regendos ſuſciperet; ſed hos nuncios Rex Bohemiæ Wenceslaus, cum terras illius tranſirent, ſibi proditos detinuit, & ad ſe vocatos bonis verbis, epulis, donis, ac etiam minis negato progreſſu coegit, ut redirent in Auſtriam, & Provincialibus utriusque Ducatus Filium ſuum Premizl, pro Duce ſuaderent: multa bona terris promittens, plurimi vero Nobiles ad hoc ſurdi erant, donec auri fulgor & clangor eis aures cum oculis aperuit.* Conveniunt cum hac narratione Pernoldi, Chronica patria, Hageni, anonymi Leobienſis, Garſtenſe Haſelbachius & Arempekius, ſilent vero legationem hanc Chron. Mellic. Clauſtroneoburg. & Salisburg. apud Pezium, diviſionem provincialium Auſtriæ deſcribunt Cuſpinianus, Hagenus, & Haſelbachius, etenim *unam partem*, ait hic, *fovit Pincerna Schenk de Ratenburg, aliam D. Otto de Haslov, & D. Hadmarus de Liechtenvverth, quibus conſenſerunt de Bottendorf, de Veltſperg Domini de Chunring, de Vikenſtorf, de Winkel, de Meiſſav, de Liechtenſtain, de Sunneberg, & de Zelking Barones*, Hagenus Pincernam *de Rottengrab* appellat, Cuſpinianus *de Ruſpach*: ad tollendam hanc diviſionem comitia indicta ſunt, in oppi-

oppido Triebenſee juxta Tulnam (ut habet Pernoldus Haſelbachius & Hagenus) vel *in oppido Krembs*, ut Arenpekius, vel *Tulnæ*, ut Cuſpinianus aliique; his in comitiis communi decreto ſancitum, ut 4. Legati in Miſniam mitterentur, unum Conſtantiæ Filiarum petituri pro Principatu Auſtriæ Dom. Margarethæ loco, cujus jura intacta agnoverunt, & defenderunt. *Comitia in Tribenſee.*

Legatos hos fuiſſe *Abbatem Scotorum, Ditmarum Præpoſ. Clauſtroneob. Pincernam de Hausbach ſeu Habſpach, & D. Henricum de Liechtenſtein* docent Hagenus, Cuſpinianus, & Haſelbachius, aliique; author Ducatus Styriæ, cur neſcio, Henrico Liechtenſteinio inter Legatos ſubſtiuit *Conradum Eberſtorfium*. *Legati in Miſniam miſſi.*

Wenceslaus Rex Bohemiæ, cui hæc Auſtriacorum Legatio vel per Chunringios prodita, vel ex ipſis Legatis Bohemiam tranſeuntibus elicita fuit, Legatos hos Pragam adductos humaniſſime excepit, eisque inter cibos & pocula imbellem e Miſnia Principem terris nil profuturum, econtra Filium ſuum Premizl ſeu Ottocarum belli ſtudiis inclytum, & potentia nemini ſecundum obtrudere conatur, minas adhibet non ſolum de progreſſu non admittendo, ſed etiam de via per vim ad clavum Auſtriæ Filio ſuo facienda: Legati qua minis, qua benevolentia Regis capti, quæ ſibi contigerint, collectis denuo Auſtriæ proceribus exponunt. *Pragæ detinentur.* *Redeunt.*

Reſtiterant diu precibus Bohemi, proceres, quibus jus Margarethæ cordi alte inſculptum erat, aſt auri fulgor, & clangor effecit tandem, ut plures Ottocaro conſentirent. *Ottocarus a plur. in Auſtr. recipitur.*

Hiſce in Styriam noſtram perlatis, *Styrienſes tamen alio nuncio, ut ait Pernoldus, invitarunt Henricum Filium Ottonis Ducis Bavariæ, ſed quia Bela Hungariæ Rex has Provincias vehementiſſime cupiebat pro Filio, non auſus eſt Henricus Bavarus, licet Belæ gener, ſine ejus conſilio easdem occupare, nec voluit, quem etiam Auſtrales ſupra Anaſum prohibuerunt ab ingreſſu. Styrorum Legatum in Bavariam egerat Ditmarus de Weiſſenek*, nobilis Styriæ Dynaſta teſte Hageno aliisque, Otto Bavariæ Dux, etſi Ducatum hunc ardentiſſime Filio ſuo optaret, admittere tamen non audebat, acerbiſſimum ab Hungaro bellum veritus, quem eam quoque dignitatem ambire conſpiciebat; ne tamen amitteret omnino, Weiſſenekium orat, in Hungariam iter ſuſciperet, animum Regis exploraret; ſed deceptus eſt opinione ſua Dux Bavariæ, nam Belæ Regi perſuaderi non potuit, ut generi, quam Filii majorem rationem haberet, Bela itaque nullis ambagibus Weiſſenekio exponit, ſe non ſolum Henrici Bavari ſocerum, ſed Stephani Patrem eſſe, huncque Henrico, ſi non majorem, certo parem fore, tandem Weiſſenekium Legatum donis & promiſſis ingentibus in novam legationem pro Filio ſuo in Styriam faciendam feliciter emit. *Non autem in Styria.* *Qui petunt Henr. Filium Ducem Bavar. per Ditmarum de Weiſſenek.* *Qui in Hungariam mittitur.* *Et a Bela Rege corrumpitur.*

Redux in Styriam Weiſſenekius, quid ubique a ſe actum, exponit in curia frequentiſſima, Belæ humanitatem, Stephani dotes mira, & mercenaria eloquentia exaggerat, utque vim adderet, & ultimum arietem, immenſa dona, quæ devinciendis Procerum animis perferenda Rex tradiderat, in medium ponit, ſicque ad effuſum auri omnia *A Styris petitur Stephanus Belæ Filius.*

penetrantis imbrem, plerique procerum victi, nutare, tandem neglecto Henrico Bavaro, Principem aureum Stephanum evocare statuerunt.

Ottocarus in Austrinm venit.

Interea teste Pernoldo, *Premizl, quem Ottocarum appellarunt, statim post nuncios Australium prædictos, cum exercitu patris, & thesauris venit in Austriam, & quædam loca ostensis armis, plura uti etiam Viennam, dispensatis pecuniis sibi aperuit, nulla insuper pacta, quæ petebantur inire detrectans, consilium erat, ut nuberet Dominæ Margarethæ, & per eam Dux legitimus fieret, sed hæc noscens, se Provinciæ tantum causa in Conjugem peti, & parum boni de hoc Conjugio sperans, diu & graviter, etiam propter cognationem obstitit. Domina Gertrudis autem bis auditis cito venit in Austriam, sperans inclinare Provinciales ad Filium suum Fridericum; sed hic infans erat, de cujus tutela nulla consensio, quia Ottocarus & Bela pro Austria fortissime pugnabant. Hinc illa ad Belam confugiens, jus, quod se habere putabat, in illum transtulit, novarum nuptiarum referens promissum.* Ottocari in Austr. Adventum referunt Chron. Salisb. Claustron. Watzonis, Leobiense, aliique authores, traduntque eum a plerisque civitatibus & proceribus receptum fuisse.

Margaretha non vult Maritum Ottocarum.

Inter pacta Ottocaro proposita erat connubium Margarethæ Reginæ, ut sic nempe per eam Dux legitimus fieret, quod edoctus antea a Patre, de admittendis omnibus conditionibus (quas aliquando securius violare, quam modo repudiare posset) mox annuit, sed restiterat *diu & graviter* Margaretha, probe videns, non se, sed Austriam Sponsam expeti, utque causam sine offensione daret non nubendi, tertium & quartum cognationis gradum obstare ajebat, hacque tergiversatione annus elapsus est; ex hac Pernoldi relatione refutatur fabella Haselbachii docentis, Margaretham per avaritiam Provincialium in compedes fuisse conclusam, tanden vero a secretariis persuasam, ut *licet jam provectæ ætatis vetula esset*, & non in Matrimonio, sed in Monasterio vivens, consentiret, nam quomodo Margaretha an. 1205. 4. Idus Aprilis nata *vetula* dici potuit, ab Haselbachio, dum ætatis an. ageret 47. ? hæc videre debuisset Haselbachius, modo annum nuptialem Leopoldi Ducis a se ipso traditum, cum hoc præsenti contulisset.

Certrud. Austr. Hungaros in Austr. vocat.

De Gertrude, quod ait Pernoldus, omnes fere Scriptores tradunt, eam in Austriam venisse, non tamen, unde venerit, explicant, spe sua, cum lusa esset in Filiolo Friderico, eo quod Austria virum non infantem hisce temporibus Ducem expeteret, fugit ad Belam, sui potius quam Patriæ rationem habens, sicque Belam ad vastationem Austriæ stimulans, cui jus suum putativum in Austriam contulit; eadem in Gertrude execrantur Scriptores alii.

Salisburg. Capituli res.

Salisburgi res non minus turbatæ erant, ita enim refert Chron. Salisb. *Capitulum Salisburgense super mutuo contractu per custodem ipsius in Curia Romana super litteras & sigillum ipsius Capituli pro negotiis Dom. Philippi electi eorum, cujus nuncius idem Custos fuerat, & in Curia Romana per quinquennium detentus ad solvendum idem debitum a Dom. Papa citatur. Unde Dominus O. Præpositus Capituli in se recipiens periculum, Lugduni Papæ se obtulit, secum abinde Marsil a in Genuam procedens, multis laboribus, & expensis, ubi Dom. Papa cognoscens de causa, & intelligens evidenter pecuniam*

mutua-

mutuatam non in uſum Capituli, ſed electi eſſe converſam, ſententiavit, de redditibus Epiſcopatus eſſe ſolvendam, aſſignando ipſi Præpoſito quosdam redditus Epiſcopatus, per quos eadem pecunia, cum omni integritate, damno, & intereſſe abſolveretur. Bullam Innoc. Papæ deſuper habet author Germ. ſacræ tom. 2. fol. 347. Philippus vero electus ut acrius ad ſolvenda hæc debita compelleretur, impetravit Otto Præpoſitus, ut ſententia denunciandi excommunicationem in Philippum, ſi ſolvere abnueret, Decano Ratisbonenſi a Papa concederetur, quod decretum ibidem f. 348. vide, quibus efferatus Philippus anno ſeq. iras ſuas in Styriam noſtram convertit.

Antequam hoc anno obiret *Bertholdus* Patr. Aquilej. refertur *donaviſſe Eccleſiæ Aquilejenſi Caſtrum Windiſchgrätz cum foro, & Provinciam totam in perpetuum, quod ſitum erat, cum omnibus aliis ſuis locis ad ipſam Provinciam pertinentibus, tam in proprietate, quam in poſſeſſione*, ita de Rubeis ex Cod. MS. cap. 73. f. 718. & Megiſero lib. 8. cap. 24. Bertholdum e Marchionibus Andecenſibus fuiſſe an. 1218. 1229. & 1230. &c. & ad an. 1204. ex Dipl. Seiz. 22. inter mea in fine num. 21. oſtendi, Duces Meraniæ & Andecenſes, Windiſchgratzium, Styriæ tum oppidum in ſua poteſtate habuiſſe, quod proin jure hæreditario in Bertholdum, & ab hoc tit. donationis ad Eccleſiam Aquil. eſt devolutum, quod an. 1271. Ottocaro Regi tradi debuit, & hodie adhuc Principi terræ ſubeſt. Non diu dein vixit Bertholdus Aquilej. teſte enim Necrol. Aquilej. 10. Kal. Junii obiit, cui ſubſtitutus eſt Gregorius de monte longo Patriarcha ab Innoc. Papa, cujus antea Legatus erat.

Windiſchgrätz donatur Eccleſ. Aquilej.

Bertbold. Patr. Aquilej. ſucc. Gregor. de monte longo.

Hoc anno Vlricus Ep. Seccov. litem compoſuit cum *Hermanno de Chranichberg* circa *decimas in Kirchberg*, quas an. 1246. dum a morte Friderici Ducis Auſtriæ vacarent, Eccleſiæ Salisburg. Ulrico Epiſcopo Seccov. contulit Eberhardus II. Salisburg. Archiep. in compenſationem decimarum in Paſeyl; decimæ hæ, quoniam *ultra montem Sœmerinch ſitæ erant*, vicinæ erant Dynaſtiæ Kranichberg, indeque liti cauſam dederint. V. Dipl. Epiſc. Seccov. nnm. 34. *de Hermanno de Kranichberg.* V. dicta tom. 1. annot. Diplom. 32. Idem etiam Ulricus Epiſcop. Seccov. ab Hugone Cardin. Apoſt. Sedis Legato juſſus eſt defendere Capitulum Seccovienſe contra iniquos aggreſſores. V. Dipl. Can. Seccov. num. 65.

Seccov. Ep. res de decimis in Kirchberg Auſtr. Kranicberg de Hermann.

Seccov. Can. res.

Tandem *an. MCCLI.* teſte Chron. Vorav. *Gebhinus Præpoſ.* noſter *una cum Conventu, tres vineas in Primertal ſitas cuidam Dietrico decimatori, & ſuis hæredibus contulit jure civili poſſidens* (lege *poſſidendas*) *ita ut ſingulis annis Domino Duci IV. Urnas, & 10. Eccleſiæ Voravienſi ſine contradictione, non obſtante aliquo periculo* (deerit, ſolveret) ſitum harum vinearum, & quomodo Collegio noſtro advenerint? ignorare cogor.

Vorav. res.

Inter gliſcentes Procerum Styriæ turbas, nihilominus ſibi divina bonitas ſedem in Styria elegit, qua perpetuis deinceps temporibus coleretur. *Monaſterium* id eſt Ord. S. Domin. *in Mährenberg* loco Styriæ infer. ad Dravum fluvium ſito in confiniis Carinthiæ. *Geisla* etenim Vidua *Alberti de Mährenberg*, & Filius ejus *Sifridus*, Clauſtrum hoc ſecundum *Reg. S. Aug. & ſub conſtitutionibus FF. Prædicatorum* in fundo ſuæ proprietatis *ſub Caſtro Merenberch* fundarunt, attribuendo redditus 30.

Mährenberg Monaſt. fund.

De Geisla & Albert ae Sifridus Filius.

Marcarum, cum consensu cohæredum suorum, de quibus, V. plura in annot. Diplom. meorum in fine num. 104. & 105. ædificio hujus Monasterii an. 1221. initium, hic vero perfectionem dedit.

Sepulchrum D. Sigefridi (a quo Monasterium, fundatio S. Sigefridi appellari consuevit) Fundatoris & Martyris in cœnobiali Ecclesia a se erecta sub tit. Annunciationis B. M. V. ante magnum altare ad cornu Evangelii situm, pluribus gratiis & miraculis clarum est. Lapidi, qui cupreum loculum D. Fundatoris sacris ossibus in præfato Sarcophago tegit, sequentia verba inserta leguntur. MIRABILIS DEUS IN SANCTIS SUIS.

Sepultura D. Sigefridi de Märnberch.

Dein sequitur Germanico idiomate. *Hic in crypta jacet sepultus hujus Ecclesiæ Fundator S. Sigefridus de Märnberg, qui in temporibus Regis Ottocari Pragæ Martyrizatus, & deindè per suos Consanguineos huc allatus est.*

Supra Sepulchrum lapideum, Statua D. Sigefridum repræsentans, ad murum erecta est, circa quam hæc verba antiquis characteribus expressa leguntur:

SEFRIDUS
DE
MERNBERG.
POLICARP.
RICHARD.
†
ANNO DOMINI
M. CC. LXXII.
PASSUS EST.

Ita Frœlichius cit.

Anno 1252.

ANNO 1252.

Indict. 10. *Innoc. IV. P. X. Wilhelmi Regis II. Styriæ vacantis VII.*

Conradus Rex Siciliæ.

Conradus Frider. II. Filius, contra voluntatem Pontificis ope Manfredi ejusdem Frid. nothi, Siciliam fere omnem obtinuit, quæ res Pontificem attentum fecit, ut exteris Regibus ac Principibus pro posse faveret.

Margar. Austr. consentit in nuptias Ottor.

Gratiæ hujus pars magna ad Ottocarum est derivata, nam, ut ait Pernoldus, *Ottocarus tanto magis pro nuptiis Dom. Margarethæ institit, quæ tandem precibus, & consilio provincialium pro bono publico cedens, initio Febr. consensit, si Dominus Papa impedimentum tollere vellet cognationis; Hoc valde perurgente Ottocaro, venit Legatus Pontificis cum his pactis, ut Pater Ottocari, Rex Bohemiæ, & ipse Ecclesiæ jurarent esse devoti, Conrado Sueco non adhærerent, sed Wilhelmum Regem agnoscerent & juvarent, juramentum coram Legato & Episcopis, & Clericis factum est, statimque nuptiæ in Hiemburch 6. Id. Aprilis celebratæ fuerunt.* Idem de sublato impedimento cognationis refert Raynaldus ad an. seq. p. 631. num. 30. per Velascum Ord. Min. Pœnitentiarium & nuncium Papæ, subjungens litteras Ottocari ad Papam datas *in chremis XV. Kal. Oct. an.* 1253. in quo anno error cubat, cum Chronica præstantiora Mellic. Salisburg. Steronis &c. authoresque coævi, uti Pernoldus, contrarium testentur.

Dispensatur a Papa in cognat. impedimento.

Por-

Porro quale hoc impedimentum fuerit, idem Raynaldus declarat nempe *tertium & quartum conſanguinitatis gradum* ab Agnete S. Leopoldi Conjuge deductum, ego quartum conſanguinitatis gradum ſubeſſe ſolum video ex hoc Schemate. *Hoc quale fuerit.*

Agnes
S. Leopoldi IV. Auſtr. March. Uxor.

Uladislaus II. Rex III. Bohem. Ux. I. *Gertrudes Auſtriaca* Filia S. Leop. & Agnetis.	*Leopoldus V.* largus Marchio Auſtriæ. Ux. Maria Sobieslai Bohem. Filia.
Premislaus II. Ottocarus. Ux. II. Conſtantia Belæ III. Filia.	*Leopold. VI.* virt. Dux I. Auſtr. Styr. Ux. Helena Geyſæ II. Filia.
Wenceslaus III. Ottocarus Ux. Chunegund. Philip. Imp. Filia.	*Leopold. VII.* glor. Dux Auſtr. Styr. Ux. Theodora Græca.
Premislaus III. Ottocarus Sponſus Margarethæ, quam dein Uxorem an. 1261. repudiavit.	*Margaretha Auſtriaca.* Frid. II. Bellic. Soror Ottocari Sponſa, & Henr. Reg. Germ. Vidua.

Erant ergo Sponſi hi 4. conſanguinitatis impedimento implexi, unde falluntur annal. Leobienſes & Colmarienſes apud Urſtiſiium tom. 2. p. 41. tradentes, quod diſpenſatio Pontificia non ſolum impedimentum hoc, ſed etiam peſſulum religioſæ Profeſſionis in Margaretha tollere debuerit, V. dicta an. 1246.

Diſpenſatione allata Ottocarus illico tactis SS. Evangeliis in manu nuncii prædicti, coram Epiſcopis Conrado Friſing. Alberto Ratisbon. Bertholdo Patav. Friderico Guardiano in Stein, & Menhardo Subpriore Prædicat. in Chrembs, conditiones a Papa poſitas juravit. Ita litteræ Ottoc. ad Papam, properavit vero, & ut Pernoldus ait, tanto magis pro nuptiis his inſtitit Ottocarus, quia nempe *Dom. Gertrudis Regi Hungariæ jus in Auſtriam, quod ſibi imaginabatur, ceſſit, & nuptiarum novarum promiſſum evicit*, ut an. priore dictum.

Jam de nuptiis Ottocari & Margarethæ agamus, has cum Pernoldo noſtro Coævo Chron. meliora patria, Mellicenſe, Salisburg. & Steronis huic anno alligant, confirmantque Diplomata varia, atque in his Runenſe Diplom. 19. infra adducendum, in quo hoc anno proin poſt nuptias, & jus ex iis ademptum, Ottocarus Bohem. ſe Ducem Auſtriæ & Styriæ ſcribit, unde facile erroris argues Chron. anonymi Zwetlenſis, quod eas nuptias ad an. 1250. Auſtrale Neoburg. & Leob. quæ ad an. 1251. & Garſtenſe, quod an. 1253. easdem refert. Sponſaliis Ottocari cum Margaretha *initio Febr.* ut ait Pernoldus, ſeu 11. Febr. ut habet Balbinus in epitome rerum Boh. pertractatis nuptiæ 6. *Idus*, ſeu 8. April. feria 2. poſt Dom. in albis ſunt celebratæ ſolenniter in *Heinburch*, præſentibus 4. Epiſcopis Conrado Friſing. Bertholdo Patav. Alberto Ratisbon. ac Brunone Olomuc. aliisque Auſtriæ & Styriæ nobilibus, in quibus teſte Chron. Garſt. *ipſa Vidua privilegia terræ Marito ſuo exhibuit, & jus ſuum tribuit ſibi ſolenniter, nullo penitus in contatrium allegante*, eadem refert proſecutor Martini Poloni apud *Nuptiæ Ottoc. cum Margareth.* *Quomodo jus ſuum Ottocaro Margaretha dederit.*

Eccardum tom. 2. col. 1421. Ottocarus ab Horneck apud Hier. Pez tom. 3. a cap. 11. ad 22. Jacobus Unreſtus Script. Carinth. in Chron. Auſtr. confirmatque luculentiſſime Pernoldus Coævus docens: *Tunc Dom. Margaretha protulit aureas Bullas Frider. I. & II. Imperatorum de inſtitutione Auſtriæ in Ducatum, & ſucceſſione ſenioris Filiæ ultimi Ducis & ſuum jus Ottocaro commune fecit coram Provincialibus.*

Ex quibus 3. infero: 1) cum ſimilia de Domina Gertrude & Hermanno Badenſi nullibi legerim, eos etiam inter Duces Auſtriæ & Styriæ referre neglexi. 2) Jus Dom. Margarethæ in terras iſtas in Auſtria fuiſſe agnitum integrum, nullique obnoxium exceptioni, licet Provinciales quidam ſubin metu, vel ſpe, vel avaritia illud agnoſcere noluerint. 3) Ex privilegiis his vel in manibus Margarethæ hærentibus, vel e ſcriniis publicis protractis, Dom. Gertrudem excluſam, utpote non *ſeniorem*, ſed juniorem Ducis Filiam, jusque hoc a Margaretha non in Ottocarum *translatum*, ſed ſolum *communicatum* fuiſſe, ſeu eam illud *jus ſuum Ottocaro commune feciſſe*, qui proin, ubi a thoro Margarethæ ſe ſejunxit, communione hac juris ſe quoque ſpoliavit.

Teſtatus eſt hoc ipſum Ottocarus, dum an. 1245. (uti lego in hiſtor. Friſing. tom. 2. p. 1. p. 41.) Diplom. ſuo ait, *Ottocarus D. G. Dom. Regni Bohemiæ, Dux Auſtriæ & Styriæ &c. notum ſit univerſis, quod ex Dom. Margarethæ dilectiſſimæ Uxoris noſtræ conſenſu, & plena ipſius voluntate plenariter accedente - - - nos & eadem Uxor noſtra donamus libere &c.* Idem Meichelbekius habet geminas chartas hujus tituli: *Ottocarus D. G. Dom. Regni Bohemiæ Dux Auſtriæ & Styriæ, Marchio Moraviæ, pariter & Dom. Margaretha Uxor ſua, dilectis eorum fidelibus &c.*

Hungari vaſtant Auſtriam.

Ulteriora ab Hungaris fata terrarum noſtrarum deſcribit breviter Pernoldus, deplorant fuſius Chronica patria, ita vero Pernoldus ſcribit, *poſtea bellum cum Hungaro iterum factum, qui in Auſtria terribiliter vaſtavit.* Chron. Mellic. *Rex Ungariæ in Auſtriam cum Cumanis ingreditur, incendiis, rapinis, ac cæde hominum boſtiliter ipſam depopulando.* Idem habet Chron. Salisburg. fuſius Clauſtroneob. & ex eo Leobienſe loca vaſtata denotans, *Ungari vaſtaverunt Auſtriam uſque Tulnam rapina & incendio nullo reſiſtente, infantes, mulieres & viros in captivitatem duxerunt, & innumerabiles occiderunt, clauſtra incendiis, & rapina vaſtaverunt Eccleſiam Medlich, quæ eſt in foro, incenderunt, in qua referunt periiſſe mille quingentos homines: illo tempore fregerunt Eccleſiam in Waltherſtorf, quam dolo ceperunt, & multos interfecerunt. Tertia feria poſt Paſcha libera civitas exuſta eſt, ita, ut nec una domus eſſet reſidua: multi homines interierunt incendio, plures vero oppreſſi a turba, atque conculcati pedibus fugientium mortui ſunt.*

Ratio ita vaſtandi Auſtriam erat non una, veteres cumprimis injuriæ decantatæ, delatum a nonnullis procerum Imperium, jus demum omne in Auſtriam ſibi a Gertrude Vidua ceſſum.

Ottocarus non receptus a Styriis Græcii agit.

Has inter turbas Ottocarus Styriam adiit, cumque a proceribus, ut Sacramentum dicerent, impetrare non potuiſſet, ne nihil Ducis ageret, Runenſium immunitates Græcii ſignavit, de quo pl. in fine Diplom. meor. n. 106.

Cur Styriæ proceres Ottocaro ſe non ſubmiſerint, cauſam dediſſe videtur Pernoldus docens de Bela: *Styriam ſibi pecuniis conciliavit pro*

Filio

Filio Stephano, ſed hanc Provinciam vaſtavit magna parte, Philippus electus Salisburgenſis. Jam an. ſuper. dixi, Belam, Styriæ proceres per Dietmarum de Weiſſenek in fidem ſuam emiſſe, rerum harum inſcius cum eſſet Bavarus, cujus Filium Henricum antea Styri per eundem Weiſſenekium Ducem depopoſcerant, ſocia arma junxit Belæ, opinatus hunc ſui Filii partes acturum, ſed dupliciter luſus eſt, nam & Bela Filii ſui non generi cauſam armis tuendam ſuſcepit, & Bavarorum exercitus per Auſtriæ Styriæque ſuperioris confinia, aditu excluſus eſt.

Bavari in Styriam non admiſſi.

Bavari vagationes & prædas ſupplevit Philippus Salisburg. qui licet Ottocari cognatus eſſet, moleſte tamen tulit, ab eo Auſtriam & Styriam fuiſſe connubio obtentam, unde & hoc, & præced. anno in Auſtriam, ac præcipue Styriam graſſabundus irruit, Dynaſtiam *Medlicenſem & Hochenvvartenſem* cum telonio in *Rottenmann* occupavit, cœpit caſtra *totius vallis Anaſinæ*, emunivit arces in *Chriechberg*, *Neſſelberg*, & *Zinsberg*, ſicque ſibi ſpem Styriæ potiundæ nectebat, cui quoque Dynaſtarum multi favebant Hageno teſtante. Hoc etiam anno cum Tyrolenſem & Goritienſem Comites, in Carinthia haberet hoſtes, audiretque hos Caſtrum Carinthiæ ſuperioris *Graiffenburg* obſidere, illico in eos movit, atque *Albertum Com. Tyrol. & de Eſchelk* cum pluribus aliis miniſterialibus & auxiliariis cœpit teſte Chron. Salisburg. quos Caſtro Werven incluſos, ut magna ſe pecunia exſolverent, coegit.

Philippus Salisburg. vaſtat Styriam.

Rottenmannenſe teloneum occupatur.

Vincit Com. & Tyrol. Goricnſ.

Eodem hoc anno ut habet Chron. Salzb. *Dominus Philippus electus Salzburg. Chiemenſem Epiſcopatum contulit Fratri Henrico de Ordine Prædicat.* ex quo addito termino *Fratris* male arguunt Hiſtorici Salisburg. hunc Henricum fuiſſe Fratrem Philippi, num innumeris exemplis conſtet votivos omnes & Cœnobitas, etiam Ordinis Equeſtris, hoc tempore tuliſſe nomen *Fratris*, certe hic *Fratris* titulus ſemper Henrico adhæſit, quoties de eo ſermo incidit.

Henr. Epiſc. Chyem. Ord. Prædic.

Fratris titulus antea omnibus relig. datus

Domina vero Gertrudis teſtante Pernoldo, *ſimiliter feſtinavit cum nuptiis, cum ei Bela Rex Ungariæ Maritum procuraſſet Romanum quendam Ruſciæ Ducem, cui nupſit in Caſtro Hindperch, cum Conjuge dimiſſa ad Judenburch Styriæ, ſperans ſe a Bela Rege, poſtquam Auſtriam occupaſſet, in ejus Ducatum inſtituendam, in quo valde deluſa fuit.* Quam verum eſt D. Pauli ad Timoth. cap. ſeſſatum ubi ait: *adoleſcentiores autem viduas devita, cum enim luxuriatæ fuerint in Chriſto, nubere volunt.* Hæc veriſſima eſſe probavit Gertrudes hoc an. tertias nuptias ambiens, & obtinens per Belam Hungariæ Regem; nam Romanum quendam Ducem Ruſciæ ei Bela Maritum dedit, nuptiis in caſtro & oppido Auſtriæ Hindperch celebratis, aſt hic Uxorem a ſe imprægnatam reliquit, Gertrudis autem in *Judenburch* interim ſubſtitit, ſperans ibi ſe Ducatum Styriæ & Auſtriæ a Bela recepturam: eadem habet Anonym. Leob. Unreſtus & Haſelbachius addens de Gertrude, *cui portio in Styria circa Judenburch fuit aſſignata & Voigtberg*, lege *Voitſperg*, & an. ſeq. oſtendam Gertrudem ſe Duciſſam Styriæ ſcripſiſſe, & in Voitſperg reſediſſe. V. Diploma Mährenberg an. ſeq. inter mea num. 109.

Gertrud. Med. licenſ. tertiæ nuptiæ.

Judenburg & Voitſperg obtinet.

Eodem in loco *Judenburch* excommunicationis fulmen detortum eſt in Bernardum Ducem Carinthiæ, juſſu Innoc. IV. P. eo, quod prædia Eccleſiæ Friſingenſis detinuiſſet, uti teſtatur Frœlich. in Ar-

Judenburgi excommunicatur Bern. D. Carint.

chontologia Carinthiæ parte 1. fol. 62. aliud tamen non adfert, quam brevis ſubſcriptionem ſequentem; *Datum apud Judenburch an. Dom. Milleſ. Ducenteſ. Quinquageſ. Secundo. XVII. Kal. Sept. decimæ indict.* hujus rei nec Megiſerus, nec Valvaſorius meminit.

Hermannus Monach. S. Lamb. fit Abb. Seitenſtettenſ.

Ex celeberrimo Styriæ aſceterio S. Lamberti hoc an. circ. ad regimen Monaſterii Seitenſtettenſis in Auſtria poſtulatus eſt *Hermannus Monachus Eccleſiæ S. Lamberti, qui rexit an. X. menſibus 7.* ut ait hiſtor. Fundat. Seitenſtet. apud Hier. Pez. col. 309.

Loſenſtein origo a DD. de Styra.

Quo tempore hæc in Styria & Auſtria tractabantur, Loſenſteiniæ gentis illuſtriſſimæ proſapia oriri cœpit, *Ditmarus de Styra* ex inclyto Marchionum Styriæ genere (V. tom. 1. annot. Diplom. 6.) e turbis Auſtriæ commodum ſuum traxit, Styramque Urbem cum vicinis locis ſibi ſubjugavit: Ottocarus Dux novus Auſtriæ rem eam ægrius tulit, ne vero plures ſibi in terris his cæteroquin turbatis, hoſtes pareret, cum Ditmaro tranſegit, eique pro arce & urbe Styra, Caſtrum *Loſenſtein* cum 200. talentis conſignavit, atque ex hoc caſtro ſe primum *Dom. de Loſenſtein* ſcripſit, de quo V. pl. in annot. Diplom. 107. in fine, datum eſt Diplom. in urbe Linz 3. Kal. Sept. quo in loco exſtitiſſe Ottocarum certum fit.

Ditmarus de Styra I. D. de Loſenſtain.

Vorav. res. Reinberg de Henricus.

Voravii in Styria res variæ hoc tempore ſunt geſtæ, ita enim Chron. MS. habet ejusdem Canoniæ *An. Dom. MCCLII. Heidenricus de Reinberg cum vitæ ſuæ in extremis graviter poſitus fuiſſet, Eccleſiæ Voravienſi pro illatis damnis, ut perfertur, nec non pro ſalute animarum delegavit de redditibus ſuis, manſum unum in Rainberg, & curtem unam in Lavenz, & vineam unam in eodem loco*, de Dynaſtis de Rainberg, arcis olim infra Vorav. ſitæ egi tom. 1. annot. Diplom. 58. in Geneal. Krumpach. Henricum hunc Canoniæ noſtræ noxium fuiſſe dixi ad an. 1242. hic porro an. 1250. Voravii præſens erat, cum D. Rudolphus de Hertefels ibidem ſepeliretur, ſimulque promiſerat, ſe Vorav. Monaſterium modis, quibus poſſet, ſublevaturum, præſtitit hoc in articulo mortis conſtitutus, & manſum unum in Rainberg, ac curtem in Lavenz cum vinea ibidem non amplius exiſtente benigne contulit.

Fridberg de Conradus Vor. benef.

Præterea pergit Chronographus Vorav. eod. *an. Dni. MCCLII. Conradus Caſtellanus de Fridberg, pro ſalute animæ ſuæ ac ſuorum hæredum Eccleſiæ Vorav. manſum unum in loco, qui dicitur Schellaborn, annuatim tali modo tradidit, ad perſolvendum pretio pro concambio, quod habuit cum Fratribus in Vorav. uſque ad crucem penes caſtrum ſuperius Fridberg, aſſignavit in prædicto manſo redditus ad LX. denariorum pro remedio animæ ſuæ, iterum in eodem manſu delegavit ad prædictum locum ſex ſolidos denariorum, ſtabilita ſunt hæc ſcripta compromiſſa utriusque partis concordi ac unanimi voluntate.* Donatio hæc plura notatu digna continet, de quibus, ne hic longior ſim, plura in annot. Diplom. 108. in fine adducam, Styriæ etiam hiſtoriam declarantia.

Thalberg de Gertrud. Vorav. benef.

Tandem *annis quibus ſupra* teſte eod. Chronogr. Vorav. *Gertrudis relicta de Thalberg quandam curiam ad Erzberg ſitam, cum omni jure ſuo liberaliter Monaſterio Vorav. & in ſubſidium præbendæ Fratrum Deo ibidem ſervientium contulit, ſub hac forma perpetuo poſſidendam: Quare idem Præpoſitus Gebbinus, & ſui Fratres miſericorditer conducti, quendam dictum Gerhar-*

bardum, ut patet ſupra, Filium ſuum, quondam prob dolor! occiſum, & 6. annis Eccleſiaſtica carentem ſepultura, in Eccleſia ſua ſepelierunt. Similiter poſt obitum ejusdem advocatiam præfatæ curiæ Principi terræ Styriæ duxit committendam. *Gerardus Filius Vorav. ſepultur.*

Gertrudem hanc in annot. Diplom. 58. tom. 1. cenſebam eſſe Viduam Rudolphi de Hertenſels, Domini de Thalberg, præterea ſuſpicabar Dominos de *Thalberg*, *Hertenfels*, *Raimberg*, *Krumbach* ſanguine junctos eosdem forte fuiſſe, atque ex poſſeſſionibus ſuis modo de Thalberg, modo de Ramberg dictos &c. vel certe more eorum temporum Thalberg caſtrum, plurium fuiſſe Dominorum, ut adeo Krumbachii, & Hertenſelſii, & Raimbergii, partem ſinguli ſuam eo in caſtro habuerint, indeque ob poſſeſſionem hanc indiſtincte Domini de Thalberg fuerint appellati. Quidquid ſentiatur, conſtat ex hoc Chronico noſtro, Gertrudem hanc viduam *curiam in Erzberg*, in Waldbach ſitam, Monaſterio Vorav. integraliter donaſſe in ſubſidium præbendæ Fratrum. *Thalberg arc. varii Domini.*

Quid vero rei contigerit cum Gerhardo Filio ejus ſeniore occiſo, & 6. annis Eccleſiaſtica ſepultura carente? ignoratur, nec cauſa necis liquet, nec cur eccleſiaſtica ſepultura 6. annis caruerit.

Aliud quidpiam ex MSS. Vorav. eruo, nempe: *dedicatum eſt ſummum altare* in Vorav. *a Vener. Seccov. Epiſcopo Ulrico in hon. S. perpetuæque Virginis Mariæ, ſanctique Thomæ Apoſtoli ſub D. Gebbino Præpoſ. an. MCCLII.* Chron. Vorav. MS. nihil de hoc refert: 8. *Kal. Nov. dedicatum eſt hoc Venerabile Monaſterium, nec non & publicatum Altare a Ven. Seccov. Epiſcopo Udalrico in hon. SS. & Individuæ Trinitatis, uniuscujusque ſummæ Deitatis, ſed ſpecialiter in honore S. perpetuæque Virginis Mariæ, ſanctique Thomæ Apoſtoli*, continebit opinione mea Chron. MS. Vorav. errorem in numero anni *MCCLVII.* eo enim Udalricus non Seccov. Ep. ſed Archiep. erat Salisburg. poſtulatus anno 1256. & an. 1257. Ulricus cum Chiemenſi, Romam ſe contulit ibique certo a nonis Septembris, uſque ad an. ſeq. veris initium permanſit, unde 8. Kal. Nov. Voravii exiſtere non potuit, quare & dedicationem Monaſterii, & ſummæ aræ Vorav. hoc anno contigiſſe arbitror. *Ulricus Secc. Ep. dedicat. ar. ſum. & Monaſt. in Vorav.*

Porro aliud MS. Vorav. Biblioth. ſequentia adjicit: *Continentur autem hic reliquiæ de corpore Domini, de ſanguine Domini, victorioſiſſimæ Crucis de crinibus B. V. M. Joan. Bapt. Thomæ Apoſtoli, Petri Apoſtoli, Andreæ, Jacobi, Bartholomæi, Simonis & Judæ Apoſt. Stephani Protomartyris, Laurentii, Pancratii, Joannis & Pauli, Cæſarii, Viti, Blaſii, Sixti, Vincentii, Stephani Papæ, Thomæ Anglici, Coſmæ, Damiani, - - Adriani, - - Chriſtophori Urbani, Trium puerorum, - - Floriani, SS. Innocent. Nerei, Achillei, Vitalis Martyris, Hermetis M. Wenceslai, Hudberti, Auguſtini, Nicolai, Gregorii, Udalrici Confeſſoris, Mariæ Magdalenæ, Catharinæ, Agnetis, Agathæ, Chunegundis, Afræ, Erntrudis, Eliſabethæ, 11000. Virginum, & aliorum SS.* Indulgentias de more additas ab Epiſcopo refert idem MS. hiſce hanc *Indulgentiam univerſos ſcire cupimus, in anniverſario hujus Monaſterii 40. dies criminalium, & annum venialium, infra octavam 20. dies criminalium, 722. venialium. Item a Dom. Vener. P. Hugone Epiſcopo Sardienſi 40. dies criminalium, & annum venialium.* Hugo hic idem forte fuerit, *Reliquiæ arc. ſum. Vorav.*

qui Can. Seccov. an. 1251. defendendos commiſit Ulrico Ep. Seccov. ut V. Dipl. Seccov. 65. & qui an. 1250. Epiſcopatui Seccov. confirmavit Eccleſiam in Stiven V. Dipl. Epiſc. Seccov. 29. in his vero Diplom. ſcribitur ſemper: *Hugo miſeratione divina Eccleſiæ Sabynæ Presb. Card. Apoſt. Sedis Legatus &c.* ſine addito Epiſcopatus an. dein 1259. Voravii aras varias dedicavit, ubi tamen in Chron. noſtro ſolum ſcribitur ſemper *Sardienſis* vel *Sardinienſis Ep.* unde an idem cum Hugone Legato fuerit? non omnino certum videtur.

Anno 1253.

ANNO 1253.

Indict. 11. Innoc. IV. P. XI. Wilhelmi Regis III. Styr. vac. VIII.

Conrad. Rex Siciliæ victor.

Conradus Rex Frider. def. Imp. Filius in Apulia, & omni Sicilia victor, obſequentes Papæ miris modis excruciabat, Papa inde motus Regnum id primum Richardo Carnubiæ comiti, Regis Angliæ Fratri, & hoc abnuente Carolo Andegavenſi S. Ludov. Regis Franc. Fratri obtulit, qui illud, non expleto tamen Innoc. IV. deſiderio acceptavit quidem, ſed militem e Francia in Italiam abducere ob abſentiam S. Ludovici in Provinciis Transmarinis non potuit.

Auſtriam Bela populatur.

In Auſtria & Styria, quid actum ſit, noſtra Chron. exponunt, & Pernoldus quidem ad hunc annum ait: *Bela populationem Auſtriæ facere perexit, & Moraviam quoque auxilio Bavarorum, in Styria etiam plurima occupans.* Idem habet Chron. Mellic. addens vaſtationem hanc factam *opitulantibus ſibi quibusdam optimatibus Auſtriæ & Styriæ*, Salisburg. Cumanos a Bela in prædationem adductos, & innumeros ex Auſtria in captivitatem abductos, quas vaſtationes Bonfinius, ut Belæ honoribus conſuleret, caute omiſit.

Et Henr. Bavar.

Adjuvit Belam ſocerum, Henricus gener Ottonis Bav. Ducis Filius, qui cum per Auſtriam, Salisburgum, ac Carinthiam penetrare non poſſet, *per alpes noricas* annuente *Menhardo Toparcha* Goritienſi, auctus Ezelini Dynaſtæ Tarviſini copiis in Hungariam tandem devenit, ibique populabundo Belæ ſe junxit, ſed his armis non Mars, ſed mors Ottonis patris terminum fixit, etenim, ut teſtatur Pernoldus & Chron. alia *menſe Septembri* die 22. & ut ait Balbinus *Wenceslaus Bohemiæ Rex, & Novembri* die 29. teſte Avent. *Otto Dux Bavariæ moriuntur*, cujus anathemate confixi morti, inter epulas & ludos geniales peractæ a multis timetur, pl. habet Chronicon Salisburg. qua morte duplici bellum abrumpitur. Induciæ ergo factæ ad finem anni, & Conventum ut, Bela Styriam, Ottocarus teneret Auſtriam, id quod plura probant Diplomata; nam 13. Kal. Febr. Friſing. Eccleſiæ Ottocarus Viennæ, idem Benedictinis in Monſee, in Chrembs 4. Nonas Martii & Leobii 16. Kal. Junii Epiſcopo Seccov. dedit privilegia, in quibus ſemper ſcribitur, *Ottocarus Dux Auſtriæ & Styriæ &c.* econtra Zwetlenſi in Diplom. 12. Kal. Octob. dato in caſtris ante Weikendorf omiſſa jam Styria ſolum notatus eſt *Dux Auſtriæ*, ut V. annot. Zwetl. tom. I. p. 344.

Otto D. Bavariæ & Wencesl. Rex Bohem. obeunt.

Styria datur Belæ.

Ex

Ex his induciis factum fuerit, quod refert Pernoldus, Chron. Auſtrale, Neoburg. Haſelbachius aliique, nempe *Domina Gertrudis a Marito ſuo Romano gravida deſeritur*, etenim cum Romanus hic, Leonis Regis Ruſciæ Filius, teſte Haſelbachio, dotem præ Uxore ſua adamaſſet, videns dotem Gertrudis a Bela abreptam, fugitivum e veſtigio pedem impulit. *Gertrud. Auſt a Marito deſeritur.*

Judenburgi, vel Voitſpergæ conſediſſe Gertrudem cum Marito hoc tempore dixi an. præced. inibi vero ſe Duciſſam Styriæ geſſiſſe & ſcripſiſſe, clare exhibet Diploma Mahrenberg. in Styria Monaſt. quod inter mea in fine num. 109. vide. Eo in Diplom. titulus eſt. *Nos Gertrudis Duciſſa Styriæ*, confert dein *miniſteriali ſuo Sifrido de Merenberch* facultatem condendi Monaſterii &c. datum eſt Diploma *in caſtro Vottſperch Nonis Januarii*, quo die nondum induciæ ſupra dictæ cogitari cœperunt. *Judenburgi & Voitſpergæ Gertr. manens gerit ſe Styriæ Duciſſam.*

In Gurcenſi Cathedra obierat Ulricus Epiſc. in die Exaltatæ S. Crucis, mox Dominus Philippus electus Salisburgenſis quendam ex Conſratribus Gurcenſis Eccleſiæ, Epiſcopatui Gurcenſi præfecit, ut ait Chron. Salzb. Dietericus is erat, Can. Reg. S. Aug. in Gurcenſi Cath. profeſſus. *Ulrico Epiſc. Guerc. ſucc. Dietericus.*

Ulricus alter adhuc Seccov. regebat Cathedram, *cujus obſequiis & amori occurrere* cupiens *Ottocarus Dux* adhuc *Styriæ* eidem homines ſeu *ſubditos ac poſſeſſiones Comitum de Plain circa Leibenz & Styven* abſolvere, & Ulrico dare promiſit, & adjecit villam *Reuſſenz*, de quibus plura inter Diplom. mea in fine num. 110. Leobii datum eſt, Diploma hoc an. 16. Kal. Junii. *Ulricus Epiſc. Gurc. ſucc. Dietericus. Ulrico Epiſc. Seccov. dantur ſubditi in Leibnitz &c.*

ANNO 1254. *Anno 1254.*

Indict. 12. Innoc. IV. P. XII. Wilhelmi Regis IV. Styriæ vacant. IX.

Wilhelmi Romanorum Regis, Franciam diripientis authoritas, in Germania fere tota emarcuit, contra vero Conradi potentia crevit, Innocentius Papa huic crimina varia, atque inter hæc hæreſim objecit, ſed ubi Conradus Rex Legatos ſuos miſit, ad mitiora etiam Papa declinavit, inter hæc vero obiit, non ſine ſuſpicione veneni a Manfredo Fratre notho porrecti. Conradus hæredem Filium Conradinum dixit, quem tamen Papa nonniſi Jeroſolymæ Regem & Sueviæ Ducem agnovit, jure tamen in Siciliam interim poſtliminio ad Eccleſiam reductam, non omnino excludens. *Wilhelmi & Conr. Reg. ret. Conradus Rex obit.*

Dum Manfredus Tarenti Princeps, Ottonem Marchionem Pontificii exercitus Ducem cum Legato Apoſt. in fugam conjiceret, diem ſupremum obiit Innoc. IV. P. die 7. Dec. cui 12. ejusdem menſis ſucceſſit Raynoldus Signiæ Comes Card. Ep. Oſtienſis dictus Alex. IV. *Innoc. IV. P. ſuccedit Alex. IV. P.*

In Patriæ rebus breviſſime proſequitur Pernoldus *MCCLIV. inter Belam & Ottocarum Regem fit pax, & Bela totam Styriam, uſque ad partem proximam Auſtriæ, & montem Semering obtinuit*, inducias anni prioris, pax tandem eſt conſecuta. Chron. Clauſtroneob. ſub an. 1253. ita erronee profert: *Bela Rex Ungariæ, & Ottocarus Dux Auſtriæ reconcilian-* *Pax inter Ottocarum & Belam.*

ciliantur in Poſonio poſt Paſcha, nam Chron. Auſtrale idem fere cum Clauſtroneoburg. his actis annum 1254. præfigit, ac voces ultimas *poſt Paſcha* puncto ſeparat, cum attineant ad ſequentem paragraphum de morte Conradi Regis, ſic nempe errores librariorum, hiſtoriæ, Chronologiæ, & Scriptorum fidei non leve ſubinde incommodum pariunt.

Styria datur Belæ.

Styriæ traditionem Hungaris factam commemorant uno fere ſtylo Chron. alia patria, ſic Mellicenſe: *Ottocaro Filio Regis Bohemorum Auſtriam, & Styriam nomine dotis obtinente, pluribus ac majoribus de Styria rebellantibus, imo Regi Hungariæ foventibus, inter ipſum Regem, & Ottocarum poſt multas & graves bellorum tempeſtates amicabilis compoſitio interceſſit tali pacto, quod partem Styriæ, videlicet a monte, qui dicitur Semtririch* (Semering) *donec per montana in Agmunt* (Admunt) *veniatur, reliquat Regis dominio, & hoc ſecundum quod aquæ pluviales diſtinguunt decurrentes.* Eadem habet Chron. Clauſtroneob. in fine an. præced. Chron. Baltrami; Anonymus Leob. ſecutus Chron. Clauſtroneob. ad an. 1253. ſed addit ſequentia: *unde exortum eſt, quod iſti in nova civitate, & circumquaque dicuntur Auſtrales; cum* tamen *eadem civitas ſita ſit in terra Styriæ*: addunt alii, hac in conventione cautum, ne Ottocarus elogio Styriæ Ducis poſthac uteretur.

Neoſtadium Urbs Styriæ.

Singula melius diſcutiamus: conſtat ex dictis an. 1251. & ſeqq. Styros Ottocaro nunquam fuiſſe addictos, ſed jam a Bela in fidem Filii ſui per Ditmarum a Weiſſenek coemptos, cumque ut ait Chron. Mellic. Majores Styriæ rebellarent, & Regi Hungariæ aperte faverent, hic diverſas in Styriam etiam irruptiones fecit, ut ſic ſibi hanc Provinciam, ex parte etiam vi, & armis ſubjiceret, Ottocarus, ut viduatum per mortem Patris Bohemiæ Regnum non amitteret, pacem in favorem quidem Hungari fecit, ita, ut Ottocarus Auſtriam, & quantam Styriæ, quæ cis veterem cetium, nunc *Hartberg*, & *Semmering* montes, olim Buttinenſem Comitatum complexa, per Neoſtadienſem tractum porrigitur, ſervaret, reliqua vero infer. & ſuper. Styriæ Regionem, ad vallem Anaſi uſque, ſeu *donec per montana in Admunt veniatur*, proin valle Anaſi dempta, Hungari poſſiderent; vallem Anaſinam ſibi Ottocarus reſervaſſe videtur, quia eam, aliaque Styriæ bona an. 1252. occupaverat Philippus electus, ut ibi dictum: Ex his bene obſervat Anonymus Leobienſis, Styros eos, qui nempe cis cetium in Buttinenſi Comitatu, & ad novam civitatem erant, ab eo tempore Auſtrales dictos, licet de Styria eſſent.

Anaſina vallis ſub Ottocaro.

Auſtrales de Styria qui.

Stephanus Dux Styriæ proclamatur.

Hiſce ſtabilitis Bela Filium *Stephanum* in poſſeſſionem Styriæ mittit, qui hoc an. quemadmodum in membranis publ. legitur, *Primogenitus Belæ IV. Illuſtris Hungariæ Regis Dux Styrenſis proclamatur*, ac inuſitato procerum omnium, jam auro ſubjectorum gaudio recipitur.

Stephanus de Zagrab. Cap. VII. Styr.

Interim donec Stephanus Dux veniret, Bela *Styrienſium aſſenſu quemdam Comitem Ungarorum in Gräz ſtatuit ſuum Capitaneum Stephanum de Zagrabia*, ut ait Haſelbachius, aliique, declarantque id Diplomata Styriæ: unum adduco interim Seizenſibus datum hoc titulo: *Nos Stephanus Banus, Dux totius Sclavoniæ, ac Capitaneus Styriæ &c.* V. Dipl. Seiz. 18. in Diplom. Styriæ, p. 2. f. 83. quem tamen, ſi etiam ad tempus abſuit, an. 1257. hoc in officio iterum perſtitiſſe oſtendam ex

Chron.

Chron. MS. Vorav. aliisque Diplom. occurrentibus, contra Haſelbachium de eo ita ſcribentem: qui Stephanus Zagrabienſis, *ob faſtum ſuum, quem verbis explicare non erubuit, aſſerens Dominum ſuum Styriam emptionis titulo poſſidere, vix per annum reſidere potuit in Grätz. Cadoldum de Lindav Succeſſorem recepit, qui ſimiliter ingratus Patriæ fuit, una cum Ambaldo ſibi ſuccedente in Præſidis officio*, quæ proin ut cohæreant, bene explicanda ſunt. *In Styria non acceptus. Lindav de Cadoldus Styr. Capitan.*

Stephanus Zagrabienſis itaque VII. Styriæ Capitaneus, ſeu Prætor fuit, Mainhardo Goritienſi VI. Prætore Styriam an. 1250. deſerente, neque in turbis, quæ Styriam ab an. 1251. vexabant, Prætorem quempiam datum opinor, Stephanum Catalogus Prætorum Styriæ in MS. Chron. Styriæ inter Prætores, non reponit, ſed Henricum Comitem de Peka & Pfanberg VI. ordine uſque ad an. 1256. præfuiſſe docet. de quo inferius.

An vero in hac traditione Styriæ cautum fuerit, *ne Ottocarus poſthac titulo Ducis Styriæ uteretur*, in veteribus non invenio, quamvis conſectaneum videatur; tradunt tamen idem author Ducatus Styriæ & faſtor. Campililienſium. Interim invenio Diplom. de anno 1254. quo Ottocarus Ducis Styriæ titulo eſt uſus adhuc Kal. Maji, eſt illud datum Epiſcopatui Seccov. quod inter mea V. in fine num. 110. quare conventio illa ſolennis de Styria inter Ottocarum & Belam poſt Kal. Maji hujus anni facta eſt, vel Ottocarus titulo Ducis Styriæ non abſtinuit. *Ottocarus an dein titul. Duc. Styriæ geſſerit.*

Tutus ſic ab Ungaro Ottocarus in varios hoſtes pugnavit, & primo quidem in Pruſſos idololatras; antequam tamen in eos abiret Epiſcopo Seccovienſi Ulrico *Eccleſiam in Moutenſtorf*, quæ prius Ottocarum & Margaretham Auſtriacam reſpexerat, cum jure patronatus, & aliis omnibus attinentiis, & juribus de conſenſu Uxoris ſuæ Margarethæ perpetuo poſſidendam dedit, Viennæ Kal. Maji. V. Dipl. in fine num. 111. ab hac donatione facta in Pruſſos ſeu Prutenos tum ad idola a fide Chriſti relapſos, & Chriſtianos dire perſequentes movit hyemis initio: oppoſuit ſe his jam antea Conradus, Ludov. Landgravii Haſſiæ Frater, D. Eliſabethæ Levir, Magiſter Pruſſiæ, ſed multitudini impar, Pontificis opem imploravit, a quo ſacrum mox bellum decretum, & Ottocarus copias ſuas Cruce ſignatas cum ingenti nobilitatis Bohem. Moravicæ, & Auſtriacæ multitudine adduxit, hoſtesque ita devicit, ut vel ſecuri collum, aut caput ſacris undis ſubjicere coacti fuerint, plurimi ſic per Brunonem Olomuc. Epiſc. baptizati ſunt, pertinaces omnes conciſi; ne denuo relaberentur in ſuperſtitionem, vel turbas; aliquamdiu in Provincia hæſit Ottocarus, atque levitati frænum injecturus regium montem, Königsbergam condidit, cujus ortum alii ſecundæ in Prutenos expeditioni attribuunt. *Moutenſtorf. Eccleſ. datur Epiſc. Seccov. Ottocar. Pruſſos vincit.*

Ejusdem Ottocari pietas inde etiam pateſcit, quod Friſingenſi Epiſcopo, pro damnis a Rege Hungariæ acceptis, donationem inſignem fecerit, inductus probabilius pietate Margarethæ Uxoris ſuæ, V. Hiſtor. Friſing. tom. 2. parte 1. pag. 41. *Benef. Eccl. Friſing.*

Pataviæ primis anni menſibus obiit Bertholdus Epiſc. cujus famam apud Scriptores laborantem, vindicat auth. Germ. ſacræ tom. 1. pag. 394 &c. Succeſſit Otto de Landsdorf elogia ſumma promeritus, ut V. ibid. *Bertbold. Ep. Patav. ſucc. Otto.*

ibid. & Catal. Patav. apud Pezium, Canonicus antea, & Archidiaconus Eccleſiæ Patav. erat; auth. Germ. ſacr. cit. eum Archidiaconum ſolum Maticenſem fuiſſe docet, Chron Salb. ita de eo ſcribit, *qui a Domino Philippo Salzburg. electo confirmatus, apud Mülldorf ipſo præſente, a Chunrado Friſing. Epiſc. conſecratur.*

Philippi Salzb. res.

Philippus vero Salzburg. electus jam antea ad ſolvenda debita a Papa condemnatus, hoc an. grave capitulo negotium ſecit, præſertim quod teſte Chron. Salzb. ſententia de omnibus Cathedralibus electis a Papa data, *ut infra annum munus conſecrationis acciperent*, denuo tangeretur: Tuitus eſt tamen Capitulum Salisburg. Papa Innoc. IV. & Richero Abbati S. Petro in mandatis dedit, ut *bona Præpoſiti & Capituli Salisburg. Ord. S. Auguſtini*, ad ſolutionem debitorum non impendantur. V. auth. Germ. ſacræ tom. 2. fol. 349.

Amelricus Abb. Rumenſ.

Amelricus Abbas 9. Runæ meritiſſimus ab Apoſt. Sede Judex delegatus eſt, ut Epiſcopatum Seccov. contra invaſores defenderet, cumque *Gertrudes de Waltſtein*, ob occupatas inique decimas Epiſc. Seccov. citata, non comparuerit, eam jus omne in decimas amiſiſſe declaravit Græcii in Eccleſia Parochiali 3. non Nov. de quo pl. in fine Dipl. 112. errat proinde Catal. Abbat. Runenſium apud Frœlich. tom. 2. f. 46. dum Amelricum hunc an. 1255. primum, Abbatem inſtitutum ſcribit, ut proinde tum anni 9. Rudolphi prædeceſſoris in regimine transacti, tum annus elect. Amelrici lateat.

Epiſc. Seccov. res.

Waltſtein de Gertrudes.

Seccov. Can. res.

Pernek de Hugo. Maſſenberg de Wigand.

Simili defenſione apoſtolica habebant opus Canonici Seccov. contra *Hugonem de Pernek*, *Wigandum de Maſſenberg*, aliosque Laicos Dioceſ. Salisburg. & Seccov. qui ſuper decimis & poſſeſſionibus injurii erant, Canoniæ Seccov. unde Innoc. IV. Papa litteris ſuis Idibus Maji Aſſiſii datis impoſuit, Epiſcopo Seccov. & electo Gurcenſi, ut partibus convocatis cauſam audirent, & appellatione remota finem facerent, V. Diplom. Canon. Seccov. 66. de Maſſenbergiis Dynaſtis dixi tom. 1. annot. Diplom. 41. & hoc tom. Diplom. 102. de Pernekiis, tom. 2. annot. Diplom. 42. Dietericus II. Gurcenſis, an. pr. electus, cur nondum conſecratus fuerit? ignoro.

Dietericus II. Ep. Gurc.

Stubenberg de Wulfing.

Wulfingus VII. Dynaſta de Stubenberch cum Göſſenſi Parthenone hoc an. IV. Idus Octob. transegit, etenim, cum eidem Monaſterio debitor eſſet 100. Marc. denariorum ſupplicavit, ut eam ſibi ſummam remitteret, conſenſit Abbatiſſa cum Conventu ea tamen ſub conditione, ut poſthac nullam Steuram, vel exactionem indebitam de bonis Eccleſiæ Göſſenſis extorqueret. V. pl. Dipl. mea in fine num. 113.

Göſſ. res.

Aquilej. Synodus.

Aquilejæ hoc an. Synodum coegit Gregorius Patriarcha, in qua & Eccleſiaſtica diſciplina reſtaurata, & numerus ingens Canonicorum ibidem de conſenſu Papæ eſt imminutus, ut V. pl. de Rubeis, cap. 74. num. 5.

Anno 1255.

ANNO 1255.

Indict. 13. *Alex. IV. P. I. Wilhelmi Regis V. Styriæ vacantis X.*

Wilhelm. Reg. & Alex. IV. P. res.

Wilhelmus Rex, a Papa ad coronam Imperii in Italiam evocatus, eo privatus abiit, exploraturus, quid inibi gereretur; dum ini-

inibi ageret, inaudiit Siciliam a Papa Edmundo regio Angliæ Principi oblatam, & ideo quidem, ut Manfredus ejiceretur, ſed inania erant Papæ vota; redux ex Italia Wilhelmus, domi Friſones rebelles compeſcuit.

Fames Auſtr.

De Auſtriæ & Styriæ rebus ita loquitur Pernoldus: *Auſtria per pacem aliquatenus reſpirare incepit, ſed frugum ſterilitate afflicta eſt*, conſonant Chron. patria de famis malo, ſic Chron. Mellic. ait, *tanta fuit aeris inclementia, & terra ſiccitate depreſſa, ut nec agri ſegetes, nec uvas vineta, nec arbores fructus, redderent ſuis cultoribus in tantum, ut divites cum pauperibus famis inediam anguſtiati ſuſtinerent.* Chron. Palthrami inediam eam an. priori, & per plures terras exſtitiſſe narrat, unde & in Styriam noſtram vicinam penetraſſe non dubito.

Marchburg de Godefr. Jud. Styr. Petav. de Frid. III. Mareſch.

Hungaris in Styria dominantibus, Judicis Styriæ munus *Godefridus de Marchburg*, & officium Mareſchalli Styriæ *Frider. Junior ſeu III. de Petovia* obibant, bina id docent Diplomata Styriæ, primum datum Canonicis Seccov. quo confirmant donationem, ſeu compoſitionem *Herrardi II. de Wildonia*, cum Seccov. Canonicis factam, cum enim eam Canoniam damnis 6000. Marcarum violenter læſiſſet, conſentiente, & præſente Patre ſuo *Ulrico I. de Wildonia*, duas marcas in redditibus infer. *Villæ Avvrſpach* eidem Canoniæ aſſignavit, compoſitio hæc a Judice Godefrido Mahrburgenſi, & Mareſchallo Frider. Petov. hoc anno Græcii in octava Epiphaniæ, ſeu 13. Jan. eſt confirmata, ita Diplom. Seccov. 67. inter mea num. 114. in fine.

Wildon. de Herrard. II. & Ulricus I. Seccov. rer.

Teuton. Græc. rer.

Idem vero Judex & Mareſchallus Styriæ eod. die ac loco pro Teutonicis in Græz ad inſtantiam Regis Hungariæ, & mandatum inclyti Banni (*Stephani Zagrabienſis*) *Capitanei Styriæ* ſententiam tulerunt, contra varios Styriæ Nobiles, eisdem Teutonicis injurios, eorumque bona tamdiu confiſcata declararunt, donec Eccleſiæ Teutonicorum fuerit ſatisfactum, erant vero hi Nobiles *D. Henricus de Pucheimb, D. Gotſchalcus de Stange, D. Ludov. de Chapfenſtein, D. Otlinus de Bertholdſtein, D. Ulricus de Winkel, D. Bernhardus de Haus, D. Gebhardus de Churingerſtorf, D. Gotſchalcus de Neuberg, D. Wulfingus de Freyſtein.* De quibus omnibus, & fuſius & exactius in annot. Dipl. in fine num. 115.

Steph. Zagrabienſ. Capitan. Styr.

Pucheimb de Stange de Kapfenſtein Bertholdſtein Winkel Haus Churingeſtorf Neyberg Freyſtein.

Philippus Salisb. a ſuis Roma defertur.

Salisburgenſe Chronicon apud Pezium plurima commemorat, non tamen ad hunc an. ſpectantia, uti mortem Bernardi Carinthiæ Ducis &c. de qua ad an. ſeq. de rebus Philippi longo ſtylo proſequitur, ejusdem incendia & rapinas in Diœceſi ennumerans, ordine majori res haſce proponit author Germ. ſacræ tom. 2. f. 349. Cum enim omnia libitu tantum ſuo, imperioſus diſponeret, ab eo alienati ſunt, Salisburgenſes præſertim, quod miles potius, quam Præſul videretur, itaque Capitulares Salisburg. ſupplicarunt Pontifici, ut legem latam de Epiſcopis intra an. S. Ordines non ſuſcepturis exequeretur, aſtutus Philippus animos a ſe maxime alienorum beneficiis devincire ſtuduit, nec Pontifex aliis diſtractus mox latam legem urſit; hæc inter Philippi conſilia annus hic integer effluebat, niſi quod pacem cum Bavaris reſtitueret. De qua plura auth. Germ. ſacræ tom. 1. f. 396.

Straſtindl Icon Crucifixi prodigioſa.

Styriæ interea prodigium ſacrum natura adjecit, nempe repertam Chriſti Cruci affixi maginem, quæ in colle Mariano uno ſu-

pra Græcium milliario, e pini radice procrevit, & hodie in Deipræ Basilicam Strasindl, hodie *Strasengel*, ab Ottocaro nostro fundatam Icone B. M. V. quam a S. Luca pictam ferunt, ornatam translata, multa peregrinantium pietate colitur.

Göff. res.

Chunegundi II. Abbatissæ XII. Göffensi, plurima hoc an. negotia erant, *Primo* etenim arbitramentum quoddam fecit cum *Chunrad Mätzen* de prædiis Ecclesiæ suæ, ut V. Diplom. Göffense num. 37. *Secundo* cum *Richero plebano de Tragöffe* de feudis, non ampliandis egit, V. Dipl. Göff. num. 38. *Tertio* a Dom. *Henrico de Ceyffelbercb* donationem obtinuit Ecclesiæ suæ, notabilia eo in Dipl. verba illa, quibus de testibus adductis dicitur, *qui apud Cutzmannum bibebant vinum in testimonium & signum.* Frœlichius in præfat. hujus Diplomatarii putat nomine *Cutzmanni* intelligi quæstorem, seu tributorum collectorem, etenim ly *Cut* tributum significat, teste du Fresne in glossario latino, præterea *mos bibendi vinum in testimonium & signum*, teste tacito de German. cap. 22. pag. 75. in usum Delphini, apud veteres Germanos receptus, in Carinthia diutius obtinuisse videtur, imo & in Styria nostra inter plebejos adhuc, qui dum apud forenses Prætores suos negotii quidquam componunt, hæreditatem dirimunt, sponsalia contrahunt, mortuos sepeliunt &c. Solennitates suas vino semper coronare solent. V. Diplom. Göffense 41.

Mätzen de Chunrad.

Tragöff. Paroch.

Ceiffelbercb de Henr.

Cutzmannus quis.

Zeiffelbergi Carinthi erant, extat enim penes *Portendorf* in Carinthia, teste Megisero, arx vetus, & diruta *Zeiffelburg*, unde hi Dynastæ orti.

Wocho de Rosenberg Capitaneus Austriæ supra Anasum teste Prevehueb. f. 411. factus est, quem an. 1261. &c. Capitaneum fuisse ostendam.

Rosenberch de Wocho.

Anno 1256.

ANNO 1256.

Indict. 14. *Alex. IV. P. II. Imperii vacant. I. Styriæ vacant. XI.*

Wilhelm. Rex obiit.

Wilhelmus Rex fine Jan. in Frisones movens, in palude cum equo loricato, glacie resoluta mersus, ab hostibus telis necatus est, inde ubi pro Rege eligendo diversa hoc an. colloquia, in vanum haberi cœperunt, Imperii Sceptrum vacare cœpit.

Ludov. Sever. Dux Bavar. male necat Conjugem suam.

In Bavaria Ludov. Severus Comes Palatinus, & Super. Bavar. Dux Mariam Brabantinam Conjugem suam clarissimam, levi suspicione ex litteris ejus hausta, decollari, Familiares vero ejus acerbiore mortis genere de medio auferri præcepit: sed dein comperta ejus innocentia, ita præceps factum doluit, ut Princeps 27. annorum, unus tamen nocte, præ pœnitudinis vehementia, toto capite incanuerit, a Papa pœnam sibi postulans, jussus est Cartusianis Cœnobium condere, qui cum terris in istis cogniti non essent, Cistercienfibus non longe Monachio, Cœnobium posuit, *Fürstenfeld* dictum, & an. 1263. cœptum, Ludovico vero exin nomen *Severi* continuo mansit. V. Chronic. Mellic. Claustroneob. &c.

Canescit inde juvenis.

Ottocar. ex Borussl. redit Vien.

Ottocarus ex Brussia Viennam jam rediit hoc anno, exstat enim Diplom. ejusdem Mellic. datum apud auth. fastor. Campil. quod hujus

anni

anni fine 6. Idus Decemb. inter alios *Philipp. Vener. Archiep. Salisburg.* ſubſcripſit. Quæ cauſa Viennam adeundi Philippo fuerit? ex Chron. Salisburg. refert auth. Germ. ſacræ tom. 2. fol. 349. etenim cum ambitione, & vita licentiore, militarique magis quam Eccleſiaſtica offenſi Salisburgenſes eum ſummo Papæ detuliſſent, Alexander Papa aliud quidem non egit, quam ut Epiſcopos ad ſuſcipiendos intra annum ab electione S. Ordines urgeret, contigit vero hoc anno, teſte Chron. Garſt. ut Philippus apud Müldorf ludos equeſtres, & tyrocinia militaria exerceret, res hæc cordatos Canonicos & Miniſteriales adeo movit, ut eum ferendum non putarent: unde *Capitulum Salisburgenſe* impetrata deſuper a ſummo Pontifice licentia, *vocatis eis, qui debebant, volebant & poterant, ad electionem commode vocari, ad Hællinum (Hallein oppidum) in præſentia quorundam miniſterialium, de conſilio tamen omnium Dominum Ulricum Seccovvenſem Epiſcopum ſibi in Archiepiſcopum poſtulaverunt, ſuper eadem poſtulatione admittenda, & confirmanda D. Ottonem Præpoſ. ejusdem Eccleſiæ ad Romanam curiam transmittentes.* Ut ait Chron. Salisburg. auth. Germ ſacræ cit. id via compromiſſi factum, nempe in *Henricum Chiemenſem Epiſc. Ottonem Præpoſ. Heidenricum Scholaſticum, & Hermannum Can. Salisburg.* qui Ulricum omni vi reſiſtentem elegerunt, ſicque reliquis omnibus propoſuerunt.

Philippi Salisburg. ambitio.

Ulricus Seccov. Epiſc. fit Archiep. Salisb.

Electioni ſeu poſtulationi huic alius intervenit caſus, nam ut habet Chron. Salisburg. *duo Canonici Salisburg. ſcilicet Ulricus, Filius Comitis Hermanni de Ortenburch* (V. tom. 1. annot. Diplom. 33.) *& quidam dictus Gregorius Sacerdos - - - ab unitate Capituli recedentes, Dom. Philippo adhæſerunt, pro negotio ſuo ante confirmationem Dom. Ulrici, iter ad curiam Romanam arripientes: in quo itinere Gregorius miſerabiliter obiit, alter ad curiam veniens auditus a Papa ſatis deſpective ab eo dimiſſus, demum confuſus revertitur.*

Ortenburg de Ulric. Can. Salisb.

Hæc itaque novi Præſulis Salisburgenſis Ulrici electio cauſa fuit cur Philippus Ottocarum Viennæ adierit, ab eo nimirum auxilia contra ſibi adverſantes impetraturus, id inſinuat Chron. Salisburg. quamvis male ad an. 1255. docens Philippum *terminos Epiſcopatus adſcitis ſibi auxiliariis a Bohemia & Auſtria invaſiſſe*, de quibus plura an. ſeq. addidit Philippus in pondus majus Ottocaro querelas contra Hungaros teſte anonymo Leob. quod nimirum Eccleſiam ſuam valde læderent.

Philippi Salisburg. querela coram Ottocaro Viennæ.

Ottocarus interim Rex teſte Pernoldo, *ex Margaretha nullam prolem obtinens, violata fide conjugii, poſt carnem alteram abire cœpit, cum pudore ſuo, & maximo dolore Reginæ.* Balbinus Ottocari amaſiam fuiſſe ait Sororem *Alberonis & Henrici de Chunring*, ex qua 4. proles ſuſcepit, nomen ei *Gislæ*, poſtea nuptæ *Scheſtoni de Willitſchin, Baroni in Budvvais.* Ita Stemmatol. tab. Zwettlenſ. tom. 1. annal. pag. 342. veritatem rei probabit Ottocarus ipſe, dum his nothis ſuis veniam natalium contentioſe a Papa exoravit. Balbinus interim fœdam Dubravii fabulam amplexus eſt, qua Margaretham ipſam Reginam, Marito ſuo Ottocaro pellicem ex ſuo dediſſe gynecæo docet, experiundi cauſa, quanam ex parte defectus eſſet: crimen hoc Reginæ noſtræ imputari nefas eſt, præſertim ubi deſunt documenta rem evincentia.

Ottocarus ſidem Conjugii fallit.

Chunring. de Alber. Henr. & Gisla.

Styri averſantur Stephan. Zagrab. Capit. Styriæ.

In Styria noſtra Ungarorum Regimen inviſum eſſe cœpit, Stephanus nempe Banus, Dux Zagrabienſis, ac *Capitaneus Styriæ*, qui a Bela pro Filio Stephano Duce, Rempubl. Styriæ adminiſtrare juſſus eſt, homo erat ferox, æque ac arrogans, in aula Græcenſi verſatus, populum juxta ac proceres, nullo diſcrimine accipere, adverſus immunitates agere, vectigalibus, exactionibus, multis pecuniariis Provinciam exhaurire cœpit, Bela eam rem audiens, ut medelam ferret, Stephano e Styria revocato *Cadoldum de Lindau*, teſte Haſelbachio Succeſſorem dedit in officio Capitanei, *qui ſimiliter ingratus patriæ, una cum Amboldo ſibi ſuccedente in Præſidis officio.* Hos una Haſelbachii relatione, & minime diuturnos, inter Capitaneos Styriæ numerare vereor. Bela, ut omni ſecuritate Styriæ provideret, Stephanum ipſum Filium ſuum, ac Ducem Styriæ in hanc Provinciam dimiſit, id, quod ex Diplom. Göſſ. 40. inter mea num. 116. manifeſte colligo, eo enim in Diplom. *Godefridus de Marchburg Judex Styriæ Provincialis*, ad querelas D. Kunegundis Abbatiſſæ Göſſenſis, quorundam nobilium Styriæ bonae confiſcavit, ob injurias Göſſenſi Monaſt. illatas. Datum eſt Diploma *Græcii feria* 3. *poſt quindenam S. Michaelis.* Sententia hæc lata eſt non ſolum *ad præceptum Illuſtris Dom. noſtri Regis Hungariæ, & mandatum Inclyti Domini, Domini Ducis Styriæ* (Stephani nempe Filii Belæ Regis) ſed etiam ut ait *in ejus* ſeu Ducis Styriæ *præſentia* quærela hæc depoſita, quem proin in Styria, & Græcii, ubi ſententia hæc lata eſt, reſediſſe opinor. Præterea per dicenda an. ſeq. patebit Stephanum Ducem Seccovii in arce inſer. Styriæ commoratum fuiſſe.

Lindav de Cadoldus & Amboldus an Capit. Styriæ.

Stephanus Dux Græcii reſidet.

Stephan. Dux Seccovii reſidet.

Haurlau de Otto Capitan. Styr. VIII.

Si jam quæras, quisnam hoc tempore Styriæ Capitaneus fuerit, cenſeo eam dignitatem *Ottonem de Haslau* obtinuiſſe, id, quod an. 1269. ex Diplom. Admont. inter mea num. 150. probare conabor pluribus, geſſit vero id officii ſolum per annum, cum an. ſeq. revocatus denuo fuerit Steph. Zagrab. ut V. an. ſeq. vel Otto hic an. 1258. ad 1260. Styriæ Prætor erat, unde non credibile mihi videtur, quod refert Chron. MS. Styr. hoc an. defunctum *Henricum Comitem de Montfort* VII. Prætorem Styriæ ſucceſſiſſe, *Henrico Comiti de Pfanberg Prætori VI.* quamvis enim Lazius id etiam teſtetur, Diplomata tamen, & documenta Styriæ contrarium teſtantur, Haſelbachius quidem cit. & Hagenus docent ab Ottocaro ejectis circa an. 1259. Hungaris e Styria *Henricum Comitem de Phannberg, Styriæ Capitaneum* factum, oſtendam tamen ex genuinis Styriæ Diplom. an. 1260. *Henricum de Liechtenſtein*, ac an. 1261. *Wochonem de Roſenberg*, Styriæ Capitaneum fuiſſe: certe hoc an. Henricum Phanbergium non fuiſſe Prætorem Styriæ oſtendit Diplom. Repertorii Auſtriaci MS. in Archontologia Duc. Carinth. p. 1. f. 64. &c. allatum, cui inter alios poſt Com. de Sternberg & Heunburg ſubſcriptus eſt ſine omni muneris tit. *Comes Henricus de Phannberg*, unde etiam male hunc an. 1256. obiiſſe docet Chron. MS. Styriæ, quem patet ultra an. 1277. vixiſſe, ut V. hic, tom. 2. annot. Diplom. 40.

Pfanberg de Henric. & Montfort de Henr. non erant Prætores Styriæ.

Wolkenſtorf de Ortolph necat Witigonem ſcribam Styriæ.

In Monaſterio Auſtriæ S. Floriani caſus contigit exitialis: teſte Prevenhueb. f. 411. annal. Styr. *Ortolphus de Volkenſtorf Miniſterialis Auſtriæ, Wigitonem Virum venerabilem* (quem ibidem *Henricum Wigitonem* vocat, *& ejusdem Ducis Venerab. Scribam Aneſenſem*) *Scribam Ducis in re-*

fecto-

fectorio Fratrum Domus S. Floriani, prius cultello, poſtea gladio interfecit, gratis, & indebite ſuo malo, nam ipſe Ortolphus, & Otto de Rore Nepos ipſius, & Dietericus Filius ejus, ſine ſpe redeundi, profligati terram exeunt omnibus caſtris ſuis ad humum proſtratis, ac bonis eorum omnibus confiſcatis. Ita annal. Garſtenſ. hoc Volkenſtorfiii factum plerique authores reticent, unde quamvis annalibus Garſtenſibus fidem ſuam derogatam non velim, quæ refert de Volkerſtorfii profligatis, & caſtris dirutis, cenſeo tamen, ſententiam hanc licet latam, executioni non fuiſſe mandatam, cum Volkerſtorfii ſemper inter Primates Auſtriæ fuerint, nominatim cum an. 1275. *Bernardus Wolkerſtorfius* inter Legatos Auſtriæ in Comitiis Auguſtanis adfuerit, ut V. auth. Germ. ſacræ tomo 2. f. 381. quem Bernardum tamen in ſerie Wolkerſtorf. omiſit Bucelinus.

Ror. de Otto.

Wolkerſtorf de Bern.

Interim ex his annalibus configitur error Hageni in Chron. ſuo Auſtr. f. 1074. docentis ab Ottocaro Rege, circa an. 1259. vel ſeq. expulſis e Styria Hungaris, Witegonem hunc, ac dein eo utpote alienigena denuo exoſo, Henricum Pfannbergium fuiſſe capit. Styriæ miſſum. *Witigo* hic ab an. 1245. inter teſtes, *tanquam Scriba Styriæ* reperitur, ut V. Dipl. mea in fine num. 97. ad an. 1241. forte *Witigo*, hic antea Notarius Epiſc. Seccov. (V. Dipl. mea num. 73. an. 1239.) dein Scriba Styriæ evaſit, ei in officio Styriæ ſucc. *Mr. Ulricus Can. Friſing.* V. an. 1260. *Menſ. Febr.* hujus anni *Bernhardus Dux Carinthiæ obiit*, ita Chron. Auguſtana Freheri tom. 1. pag. 531. *Ulricus Filius ejus ſuccedit.* Similia habent contin. Martini Poloni, Eccardi Script. tom. 1. p. 1422. qui addit *in monte S. Pauli de Valle Lavantina cum priſtinis Ducibus ſepelitur: reliſtis 2. Filiis* (Ulrico nempe Succeſſore, & Philippo Salisb. Bernardo Filio ante Patrem mortuo, & in Landeſtrat ſeu Landſtraſs Monaſterio ſepulto) *ex Filia Regis Bohemiæ*, Juta nempe, *progenitis*, in anno obitus peccant, Chron. Salisburg. quod eum an. 1255. & Anonymus Leob. qui eum an. 1257. defunctum docet.

Witego Scriba Styriæ. Succe. ei. Mr. Ulricus Can. Friſing. Bernard. Dux Carinth obiit Succ. Ulricus Filius.

De ſepultura ejus Lavantina dubium omnino oritur, uti enim habet P. Bernardus Pez. theſauri annecdot. tom. 2. pag. 100. an. 1251. *Bernardus D. G. Dux Carinthiæ* ad ſepulchra majorum ſuorum in Monaſterio S. Mariæ in Newenburch, perpetuum lumen fundavit &c. *Actum in S. Vito anno gratiæ MCCLI. Indict. VIII.* (lege IX.) Chronicon vero & Necrologium Clauſtroneob. Bernardi hujus non meminere.

Dubium de Sepultura ejus.

Ulricus novus Carinthiæ Dux, illico Monaſterio Styriæ Runenſi benefecit, eique pro remedio animæ Patris ſui Bernardi VII. manſus in villa *Scheiflich* perpetuo delegavit, ut V. Diplom. Styr. p. 2. f. 23. inter Runenſia num. 20. *Scheiflinch* arx elegans eſt cum Oppido in Styria ſuper. & valle Anaſi hodie Princ. de Schwarzenburch, quæ forte olim Carinthis paruit: hoc in Diplomate Ulricus primus, quod ſciam, Ducum Carinthiæ, ſe *Dominum Carnioliæ* ſcripſit, quod idem V. ex charta Göſſenſi mox adferenda: idem fecere Succeſſores Duces uſque Meinhardum, & Filios, qui ea *Domini Carnioliæ*, compellatione abſtinuiſſe videntur in Auſtriacorum gratiam: jam ad an. 1233. dixi Carnioliam hoc tempore pluribus Dominis paruiſſe, diviſam nempe Friderico Duci Auſtriæ, Patriarchæ Aquilej. & Ducibus Carinthiæ, indeque ſe Fridericum Ducem, Cæſare, & Aquilej. diſſimulante, &

Ulricus Car. Dux Runenſ. benef.

Scheiflinch arx Styriæ.

Dom. Carnioliæ quis.

Præter Privilegia his S. Sororibus an. 1254. ab Innoc. IV. Rom. Pontif. conceſſa, eædem Sorores per Cardinalem Rainaldum Epiſc. Veltrienſem & S. Ordin. Minor. Protectorem obtinuerunt ab eodem Innoc. IV. ut in cubili infirmorum, ſorores ægrotantes breviarium orare, & pro temporis ratione molliores veſtes portare queant.

Quæpiam Privilegia Pontificia & Cæſarea hic loci ſubjungo, Sorores Paradiſianæ habuerant Parochiam in Züll dictam, a Com. de Haimburg collatam, confirmavit an. 1301. Bonifacius VIII. Nicolaus V. omnia ea rundem privilegia rata habuit an. 1450. Paulus V. an. 1697. omnibus Eccleſiam hujus Monaſterii in feſto Patrociniii ſeu Aſſumpt. B. M. V. viſitantibus plenarias indulgentias contulit, Urbanus VIII. an. 1632. omnibus Sororibus intra clauſuram 7. altaria viſitantibus omnes eas indulgentias conceſſit, quæ Romæ obtineri poſſunt in Viſitatione VII. Eccleſiarum, & quidem toties quoties. Fridericus III. Imp. Græcii Sabb. poſt Feſtum S. Luciæ an. 1458. Monaſterium hoc in ſuam ſpecialem protectionem recepit, & Neoſtadii die Lunæ ante Feſtum S. Margarethæ an. 1476. Sorores has earumque ſubditos ab omnibus aliis judiciis exemit, excepto Conſilio S. Maj. Cæſar.

Inter alia Parthenii hujus inſignia, & illud memorandum, duas hic Archiduces habitum S. ſuſcepiſſe, quarum una Soror Papæ fuiſſe fertur, nomina quidem earum latent, exſtat tamen diurnale quoddam antiquum, quo officium divinum Pergameno inſcriptum, & ſigno Archiducali eſt munitum.

ANNO 1257.

Anno 1257. *Indict. 15. Alex. IV. P. III. Imperii vacant II. Styr. vac. XII.*

Diſcors elect. Reg. Germ. Electioni novi Regis Germaniæ, dum octava Epiphaniæ ſtatueretur, Moguntinus, Colonienſis, Palatinus Rheni, & Dux Bavariæ Richardum Fratrem Regis Angliæ, electum Aquisgrani inunxerunt, alii tamen Imperii Romani Principes his contradicentes in media quadrageſima elegerunt Alphonſum Regem Hiſpaniæ, cui electioni acceſſerant Rex Bohemiæ, Dux Saxoniæ Marchio de Brandeburg, & multi Principes. Ita Stero, ſeu Chron. Auguſt. & Salisburg. Diſcors hæc extraneorum electio effecit, ut nemo Dominum in Imperio agnoſceret.

Ottocarus tuetur cauſam Philippi Salisb. Anno præced. dixi Philippum Salisburg. Viennam abiiſſe, ut Ottocarum in ſuas partes pertraheret, ulteriora exponit Pernoldus, alique, ita vero ait: *Ottocarus malam cauſam Philippi electi Salzburg. anno Carinthiæ obtinendæ contra Bavaros infeliciter propugnare cœpit, & eladem turpem pertulit.* Ubi enim Philippus audiit, a Salisburgenſibus electum, ſeu poſtulatum eſſe Ulricum Seccov. illico *terminos Epiſcopatus adſcitis ſibi ex Bohemia & Auſtria auxiliariis* vaſtavit, & quidem primo bona Præpoſiti in Lungav, & Bavariæ aggreſſus, mox Capituli prædia diripuit eo fortius, quo minus libidini ejus miniſteriales ipſi Eccleſiæ Salisburg. metu adacti cum vicinis Styris, & Carinthis reſiſtere auderent.

Philipp. Salisb. graſſea.

Citatur Roman. Papa, qui in negotio poſtulationis admittendæ moram faciebat, interceſſione, ut opinor, Ottocari Bohemiæ Regis, & Ulrici Carinthiæ

thiæ Ducis, ubi de Philippi exceſſibus per Legatos denuo eſt admonitus, tandem, ut ait Chron. Salisburg. *Præfatum Philippum ad Curiam per Henricum Chymenſem Epiſc. citari fecit, præcipiens ei ſimiliter, ut caſtra & munitiones Eccleſiæ ipſi Chymenſi medio tempore conſervanda aſſignaret, addens talem pœnam, ſi non obediret, ut eum, & fautores ſuos, atque Conſiliarios cum auxiliariis, & detentores munitionum Eccleſiaſtico mucrone percelleret, Clericos ab obedientia, Miniſteriales & Vaſallos a fidelitate abſolveret, quæ omnia, cum dictus Philippus parere mandatis nollet Papalibus, Dominus Chymenſis eſt executus, Eccleſiam & Civitatem Salzburg. & totum diſtrictum, pro eo, quod ipſi Dom. Philippo adhuc adhæſit, tam ex altera parte ſupponens Eccleſiaſtico interdicto, id etiam fieri præcipiens ex mandato ſibi injuncto in omnibus Eccleſiis Suffraganeorum.* Ita Chron. Salisburgenſ. Philippus hiſce nil melior factus, ferrum & faces in ultionem ſuſtulit, ac agros Eccleſiæ Chyemenſis vaſtavit, imitatus canem, qui lapidem mordet, jacentem præterit, cum vero inde Salisburgenſes timidiores fierent, Philippumque audirent, *Civitas Salisburgenſis hoc toto anno* ait Chron. Salisburg. ad an. 1257. *Caruit divinis, huic tamen interdicto, nec omnes Clerici paruerunt, nec Abbas S. Petri Richerus, nec Monachæ Numbergenſes*, nam *Parochiales Eccleſiæ per quosdam nefarios Clericos ad mandatum D. Philippi fuerunt inofficiatæ.* *Salisb. Diœc. interdicitur.*

Rebus adeo ſœdis Ulricus Seccovienſis poſtulatus Salisburg. qui poſtulationi ſui ægerrime conſenſerat, medelam adhibere cogebatur; dubito, an Styria interdicto hoc comprehenſa fuerit, cum enim ejusdem Epiſcopus Ulricus poſtulatus fuerit Salisburg. procul dubio huic adhæſiſſe videtur, præſertim quod Hungari Styriæ Domini, Ulrici partes tuerentur, etenim ut narrat auth. Germ. ſacræ, tom. 2. fol. 350. Stephanus Dux Zagrabienſis, Capitaneus Styriæ, nomine Regis Hungariæ ad Præpoſ. & Canonicos an. præced. miſſus, Ulrico omnem opem addixit contra Philippum, quem turbatæ Styriæ cauſa aliunde oderat, author faſtor. Campilil. f. 972. docet Stephanum Ducem Regis Hungariæ Filium in loco Seccau infer. Styriæ inſtitutum, omnem Ulrico opem promiſiſſe; fateor, non raro confuſionem inter binos hos Stephanos oriri, interim tamen ex dictis an. pr. conſtat Stephanum Zagrabienſem Capitaneum Styriæ, denuo res Styriæ procuraſſe, forte hic Styriam trans Muram adminiſtrabat, ille cis Muram. *An Styria interdicta.* *Stephanus Dux Zagrab. Ulricum Seccov. defendit.*

Ulricus itaque poſtulatus Archiep. Salisburg. cum Henrico Epiſc. Chyemenſi Romam adiit, medelam inde allaturus, Comes erat Otto Præpoſ. Cathedralis damna Eccleſiarum optime recenſurus, ubi, ſeu Romæ *per annum, & dimidium moram traxerunt, in Curia Romana, unde propter tam diuturnam abſentiam eorum tanta mala Eccleſiæ increverunt.* teſte Chron. Sal. *Ulric. Salisb. Archid. Romam abit.*

Cauſam Ulrici & Capituli Salisburg. contra Philippum & Ottocarum, interim, defendit Henricus Bavariæ Dux, qui plures Epiſcopatus munitiones impoſitis præſidiis occupavit. Inde Philippus cum Ottocaro Bavariam ingreſſus, ad Urbem Landishutam Henrici regiam, exercitum promovit menſe Aug. ubi Bavaris forti manu occurrentibus verſus Müldorfium fugere coactus eſt, hoſte in tergis continuo hærente: fuſius turpem hanc cladem deſcribit Chron. Salisb. Arenpekius in Chron. *Bavar. Bellum.*

Capti Roſenberg de Chunring Lobenſtein Capella Zelking Piber.

Auſtr. & Stero in Chron. Aug. qui duo etiam Catal. Nobil. captorum ex Auſtria & Bohemia adſerunt, inter quos notandi ſunt *Wocho de Roſenberg*, Capitan. Auſtriæ ad Anaſum. *Albero, & Henr. de Chunring, Ulricus de Lobenſtein, Ulricus de Capella Ludov. & Albertus de Zelking, Sigbordus Piber &c.* Per quos nono die dimiſſos pax inter Bohemos, & Auſtriacos convaluit; his commotus *Abbas S. Petri cum Conventu ſuo, & Monialium in monte divina, quæ ad mandatum Domini Philippi malo uſi conſilio, in ſcandalum Eccleſiæ, & detrimentum plurimorum Clericorum, eos ſubſequentium celebraverant, ad mandatum Dom. Ulrici Archiep. dimiſerunt*, teſte Chron. Salisburg. quod etiam ſequentia addit: *Puer prope Raſtat in Monte nii naſcitur, cujus vox ploratus 14. diebus antequam de ventre matris exiret, audita eſt*

Philippus Salisb. depositur a Papa.

Ubi ad Papæ curiam ſunt allata fata Eccleſiæ Salisburg. & turbæ Philippi, tandem Ulricum Archiep. confirmat, & Philippum de gradu ſuo deturbat, aliisque litteris Chiemenſem monet de Philippo exarmando, ut V. bullas apud auth. Germ. ſacr. tom. 2. f. 552. datas Nonis Septembr. & 2. Non. Decembr. ut ſic Henricus Chiem. Epiſc. & Otto Præp. haberent teſtimonium, quo ſimilia ex mandato Papæ contra Philippum agerent.

Superius ſuſpicabar Stephanum Zagrabienſem Rempubl. Styriæ trans Muram, Stephanum vero Ducem Filium Belæ Styriæ cis Muram

Steph. Zagrab. Capt. Styriæ.

Regimen adminiſtraſſe; de Stephano Zaprabienſi extat teſtimonium ex Diplomate Admontenſi 4. apud Frœlichium. Diplom. Styrenſ. part. 2. fol. 226. quod nempe coram eo *Luitoldus de Lembach, & Uxor ejus Albaides* ceſſerint liti, cum Monialibus Admontenſ. hactenus actæ, de qua pl. inter Dipl. mea in fine num. 118. in quo Dipl. Stephanus hic, diſertis verbis *Capitaneus Styriæ Glorioſus* dicitur. Aliud ejusdem rei documentum ſuppedicat Chronicon Vorav. MS. in quo ita lego: *An. MCCLVII. Gotſchalcus terræ Styriæ miniſterialis, dictus de Neuberg, una cum complicibus ſuis Monaſterium tale in Vorau, quondam ad 500. librarum æſtimationem damnificaverunt, præfatus Gebbinus Præpoſ. utpote in onere Prælationis ſibi commiſſæ Fidelis, & Eccleſiam ſuam undique devaſtatam cernens, ad præſentiam Domini Regis Belæ Ungariæ, coram D. Stephano Duce Sclavoniæ, & tunc Styriæ procuratore, de præfatis damnis querimoniam propoſuit indefeſſam; Gotſcalcus vero una cum complicibus ſuis timorem principum declinare volens, pro obtentu regiæ gratiæ, & ſuæ ſalutis augmento, Eccleſiæ Vorav. pro damni ſibi illati ſatisfactione bona ſua in Permeſſe in Bælan poſſeſſionem dimidii talenti Viennenſium annuatim ſolventia, liberaliter, & proprie contulit, cum advocatia bonorum eorundem, ſoli illi vacare, qui tunc terræ Styriæ cognominatur.* Forte omiſſum *Dux.*

Lembach de Luitold. & Albaides.

Neuberg de Gotſcalcus compenſat bona Vorav.

Obſcurus eſt quidem Chronici hujus ſenſus, plura tamen de Styria noſtra manifeſtat; *Gotſcalcus hic II. de Neitberg* (V. tom. 1. annot. Dipl. 36.) ut an. 1242. dixi plurima Monaſterio noſtro damna intulit, dein an. 1255. circiter manus violentas in bona Teutonic. Græcenſium injecit, ideo a Belo ſevere punitus, ut dictum eſt eo an. & ad Dipl. 114. timens itaque novam Regis offenſam, tranſegit de hiſce damnis Voravienſium cum Præpoſito Gebbino. Obſcurus eſt locus *Permeſſe*, & vix legibilis, in Chronico clarior locus *Bælan*, olim DD. de Neiberg, in quo hodie Canonia celeberrima exiſtit Pöllenſis.

Præ-

Præterea ex hoc Dipl. videmus Belam authoritate omni Styriæ imperaſſe, licet Filius ejus Stephanus Ducis titulum gereret, ut inſinuant Diplom. hoc tempore fere omnia, in quibus lites componuntur, ſententiæ feruntur, ſemper addito *mandato regio.* Ubinam vero Gebbinus noſter Belam, & *Stephanum Capitaneum*, ſeu *Procuratorem Styriæ* adierit? Chronicon non exprimit. *Bela Rex Hungariæ Styriæ dominatur.*

Eodem vero hoc anno teſte cit. Chron. Vorav. *Hainricus cognomine Raid, Conradus & Guntherus Fratres, ſuper tribus huebis in Glettendorf apud fluviolum Ilz ſitis conventio, & concambium facta ſunt, una cum Præpoſito Gebbino:* erroneus denuo ſenſus, *Reit* toparchia eſt Auſtriæ ſuperioris ad Welſium, hod. Com. de Seccau in circulo Hausruggenſi, e qua cognomines etiam Dynaſtas Wurmbrandius ducit, an hi Dynaſtæ in Styria etiam noſtra, poſſeſſiones habuerint, vel diſtincti Dom. de Raid in Styria exſtiterint, primi fors authores, & poſſeſſores caſtri Reitenau infra Voravium? ignoro. Stanzenſem in Styria Canoniam Stephanus Belæ IV. Hungar. Regis Filius hoc anno in ſuam, ac Patris fidem recepit, ita docum. ſubmiſſa quo eodem anno Chunrado Præpoſ. II. Stänzenſi def. ſucceſſit Petrus. *Raid de Conr. Gunth. Henr. Reit arx. Reidenau Caſtrum. Stanz. Can. res. Conr. Præp. II. Stanz. ſucc. Petrus.*

Oberburgenſi in Styria Ord. S. Benedicti Monaſt. teſte Valvaſ. tom. 3. lib. 10. f. 218 Ulricus Carinthiæ Dux ſpecialia Privilegia & donationes fecit, de quibus tamen Frœlichius in Diplom. Styriæ, & Archontologia Carinthiæ nil refert, certius illud Alexandrum IV. Papam, Seizenſis & Gyrienſis in Styria Carthuſiæ immunitates & Privilegia confirmaſſe. V. Diplom. Styr. p. 2. f. 88. & 158. *Oberburg. Seiz. Gyricnſ. res.*

Chunegundis vero Abbatiſſa Göſſenſis jura Eccleſiæ ſuæ egregie vindicavit, dum *Herbordo* Filio Dom. *Engelſcalci de Pelſe* miniſteriali Eccleſiæ Göſſenſis, nonniſi certis ſub conditionibus indulget, ut Matrimonium inire poſſit, cum extranea Sponſa Filia *D. Ditmari de Mure*, ut V. Dipl. Göſſ. 42. V. tom. 1. annot. Dipl. 43. *Göſſ. res. Pels de Herbard. & Engelſc. Mure de Ditmar.*

Tandem *Wulfingus, & Hertnidus Fratres de Leubentz* teſtantur, & confirmant donationem vineæ in monte Chunberg Seccov. Canoniæ factam *a Richza Ebermuetin* fideli ſua, ut V. Dipl. Seccov. num. 69. Dominos de Leibniz V. tom. 1. annot. Dipl. 8. & tom. II. annot. Dipl. 4. forte *Hertnidus* hic idem eſt cum *Hartungo* in Dipl. Epiſc. Seccov. an. 1245. ſubſcripto. *Leibniz de Wulfing. & Hertnid. Seccov. res.*

ANNO 1258. *Anno 1258.*

Indict. 1. *Alex. IV. Pap. IV. Imper. vacant. III. Styriæ vacantis XIII.*

Alphonſus Hiſp. Rex dictus Caſtilienſis confirmationem a Papa eſflagitabat, qui ei reſpondit, ſi omnes in ſe Principes conſentitirent, Eccleſiæ opem, & authoritatem ei non defuturam, interim tamen Papa magis in Richardum Anglum propendebat, a quo commoda majora, Siciliæ cauſa exſpectaverat, interea vero Manfredus, ut ajebat pro Conradino totam obtinuit Siciliam, qui dolo ſuo in omni Sicilia ſparſit, Conradinum vel jam defunctum, vel extremo morbo laborare, utque fucum mendacio adderet, miſit Legatos in Germa- *Imperii res. Manfredi in Sicilia res. An Conradinum occiderit.*

niam rei veritatem exploraturos, per quos etiam munernm loco fructus, veneno imbutos Principi juveni ſubmiſit. Mater fraudem edocta, alium puerum Conradini loco ſuſtinuit: qui comeſtis frugibus illico exſpiravit, fraudem hanc maternam, qua patrui dolos eluſit, ignorantes Legati reduces, Conradinum def. ubique divulgabant: unde Manfredus Corona ſibi impoſita Papam fugere, imo ad pacta deſcendere coegit, de quibus fuſius Raynaldus lib. 14. p. 37. 39.

Styri rebelles in Hungaros.

Styriæ noſtræ res turbatas admodum refert Pernoldus his verbis: *Styrienſium conſpirationes contra Ducem ſuum Stephanum Ungarum, occulte fovens Ottocarus, & non deſinens Philippum juvare, contra quem Bela erat, futuri belli ſemina jecit, ſed neque ceſſavit Dom. Margarethæ thorum violare, tertia jam prole illegitima procreata.* Gliſcebat jam diu ſeditio Styrorum præſertim nobilium, eo, quod Ungari rigidam contra invaſores Monaſteriorum exercerent juſtitiam, & Stephanus Zagrabienſis Capitaneus Styriæ, Provinciam duriter adminiſtraret, querulisque reſponderet, ſe emptitios proinde ſervos Hungarorum eſſe; hanc Styrorum ſeditionem Chronica patria fere omnia commemorant, quod hoc anno proruperit, ſequens occaſio fuiſſe videtur; mandatum neſcio quid,

Mebrenberg de Sigefr. acta.

Sigefrido Mebrenbergenſi Dynaſtæ fuerat, quod is non illico, aut ſatis curate explevit, ut renitentem compeſceret, arci *Mebrenberg* Dravo adſitæ militem ex Hungaria vocatum circumfudit Stephanus Zagrab.

Mebrenberg obſidetur.

Styriæ Capitaneus. Sifridus, ubi ſe peti advertit, amicos & vicinos

Petav. de Frid. Hungaros fugat.

de periculo admonet, quos inter *Fridericus de Petove regio mandato*, ut dictum eſt, *Mareſchallus Styriæ* clam Provinciales ſub ſigna colligit, caſtra Hungarorum a tergo adoritur, ſomno obrutos, & nil tale ſuſpicantes Hungaros magnam partem concidit, reliquos caſtris ejecit, Stephanus ipſe jamjam manibus tenebatur, feliciter tamen fuga elapſus,

Steph. Zagrab. Marchburgum fugit.

Marchburgum evaſit, at nunciato, inſtare Fridericum Petov. nec hic conſiſtere auſus, equo conſcenſo Dravum natando trajecit, rectaque

Inde in Hungariam.

ad Regem & Ducem Belam & Stephanum tendens, de Friderico Petov. a quo probrcſe ejectus, & de nobilibus Styriæ, qui eum ad *Ankenſtein Caſtrum* perſecuti fuerant, acerbe conqueritur; irrogatam Præfecto contumeliam Bela & Stephanus memorabili pœna expiare. & excidium Styris inferre decreverunt, illico Stephano Duci datus a Petre exercitus, quo Petovionem cingeret, nec ante diſcederet, quam obtineret, ita Ottocarus ab Hornek, ex quo author Duc. Styriæ hæc ſeditionis initia cum defenſione Petovii Friderico Petovienſi, ſed author Germ. ſacræ, tom. II. *Hertnido de Petove* adſcripſit.

Ankenſtein Caſtrum.

Petovium obſeſſum.

Sive dein Henricus, ſive Hartnidus fuerit, Petovii obſidionem ſtrenue contra Stephanum Ducem, & Hungaros tuebatur, cui, cum quidam authores eſſent deditionis, ille ſe Clientem Eccleſiæ Salisburgenſis profeſſus, negabat Oppidum traditurum, niſi cui Papa & Capitulares his in turbis poteſtatem Eccleſiæ detuliſſent: Opportune Ulricus Archiep. cum veris fine, Roma regreſſus, Petovium venit, dum obſideretur, illico itaque Regem Belam, & Stephanum Filium adit rogans, ut ſibi & Eccleſiæ ſuæ parcerent, Deum intuerentur, cogitarent, Petovium Dei, & S. Ruperti eſſe, tum litteras exhibet Papæ, quibus Regem hortabatur, & Ulricum, & Eccleſiam Salisburgenſem

Ulricus Archiepiſc. eo venit.

in

in protectionem reciperet, quæ, cum lubens annueret Bela, ajebat tamen ſe injurias expugnato oppido ulciſci debere, ad ſummas & iteratas Ulrici preces, id ſolum per arbitros effectum: *Oppidum Petov. Duci Udalricus cederet, Dux vero* 1500. *argenti libras ſolveret, oppidum aliquando Salisburgenſis eo pretio redimeret, Stephanus Zagrab. Capitaneus Styriæ abrogaretur, & domum revocaretur, injuriarum etiam oblivio decreta.* Redux Petovio Ulricus vitæ periculum ſubiit, ut mox dicetur. *Petovium Hungaris oppignoratur.* *Steph. Zagrab. Styr. Capitaneus depoſitur.*

Obtento ſic oppido Petovienſi, Stephanus Dux Styriæ ibi ſedem cum Uxore fixit, Styriamque per ſe ipſum aliquamdiu rexit, id commodi inde ſperans, ne Caſtrorum, Urbiumque Præfecti, Ducis vicinia absterriti, ſua licentia populum irritarent. Dixi ſupra Ottonem de Haslav fors jam an. 1256. Capitaneum Styriæ fuiſſe, cui id credibile non apparet, poterit Ottonem hunc ab an. 1258. ad 1260. eo in officio collocare. *Steph. Dux Styr. Petovii reſidet.* *Haslav. de Otto Styr. Prætor.*

Interea Philippus Salisburg. audiens, quæ geſta fuiſſent Romæ, acrius ſævire cœpit, ita enim ait Chron. Salzb. *Dom. Philippus intellecta ſua depoſitione, furiali modo contra Canonicos & Miniſteriales, ivgraſſatur, perſecutionem intolerabilem eis inferendo, terras eorum, & redditus rapinis, & incendiis devaſtavit, in tantum enim Dominicalia Capituli diſtraxit, quod 4. Canonicis, qui ſolummodo in Eccleſia remanſerunt, omnibus aliis de loco perturbatis, & ejectis non poterant neceſſaria miniſtrari.* Res hæ in pejus converſæ, cauſam dederint, quod Richbergus *Abbas S. Petri una cum Monialibus mandatum tum Apoſtolicum, tum Metropoliticum jam vice altera contemnentes in ſcandalum totius Cleri, & detrimentum clavium eccleſiaſticarum divina reſumere temeritate propria præſumerent, Choro Salisburg. in ſua obedientia permanente.* *Philippus Salzburg. perſequitur Salzburg.* *Salisb. interd. violat altera vice Abb. S. Petri.*

Ottoni Patav. Epiſc. ſcripſit etiam Henricus Ep. Chiemenſis, ſeriem totius proceſſus contra Philippum acti inſinuans, eumque, ut Ulrico & Salzburg. ſerio aſſiſteret, commonens, ut V. litteras apud auth. Germ. ſacr. tom. 2. f. 353. &c. quid Otto Patav. ſeſquiorem, & ipſe fortunam expertus ea in re egerit? non conſtat, probabilius dein Ottocaro author fuerit, ut Ulricum in Sedem Salisburg. induci ſineret. *Ottonis Patav. Ep. acta in cauſa Salisb.*

Jam reditum Ulrici Archiep. Salisb. e Petovienſi oppido, in Salisburgenſem ditionem videamus; eum ita deſcribit Chron. Salisb. hoc an. de Ulrico ita pergens: *poſtquam pluribus aſſumptis armatis, verſus civitatem Salisburg. iter abripuit, & dum Raſtat veniſſet, Dux Ulricus Carinthiæ, eum clam a tergo cum militia inſequitur, volens ipſi nocere, ubi in crepuſculo fuit a partibus utriusque graviter dimicatum, aliquantis ex utraque parte vulneratis & occiſis.* Uberius hæc ex Hornekio, & Serlingero deduco: Styris jam biennio ante a Stephano Duce Styriæ fuerat imperatum, ut Udalricum Salisburgum deducerent Hos inter erant nobiliores, iique beneficiarii Salisburg. Eccleſiæ *Hartnidus I.* (vel ut author Ducatus Styriæ) *Fridericus III. de Petov. Wulfingus VI. de Stubenberg, Ulricus I. de Liechtenſtein, & Otto I. Filius, Gundaccar. & Ditmarus de Offenberg, Hertnidus II. de Ort, & Hertnidus II. de Wildonia,* quem mox morbus redire coegit, acceſſit etiam *Albertus de Hornek* teſte Chron. Hornek, quem Serlingerus *Albertum de Pernek* vocat, quem Albertum *Ulrici Salisb. iter a Petav. Salzb. verſus.* *Styri eum Salisb. deducunt.* *Nempe Petav. de Stubenberg Liechtenſtein Offenberg Ort Wildon Hornek Pernek.*

tamem hoc tempore inter Perneggios non reperio: equites erant prope 500. quos omnes Ulricus regia Belæ pecunia conduxerat.

Ventum in Lungau ad montem *taurum ſuperiorem*, ex quo ad caſtrum *Werfen*, ubi perventum eſt, ex indice cognoverunt, viam per *Lueg* ab armatis eſſe circumſeſſam: conſilio convocato ſtatutum monumentum erigi ad fluvium *Salzach* e Regione Caſtri Werſen, hic, cum mora fuiſſet tracta, venere ad Caſtra *Gebhardus de Velben*, & ſenior de *Goldek* Ulrico fideles, qui de rebus Philippi nunciarent, nocte intempeſta nuncius ad *Ulricum Liechtenſteinium* venit, ex quo cognitum, Carinthos cum Duce ſuo properato itinere inſequi, mox collectis ſententiis decretum, iter Raſtadium verſus relegendum, ubi Ulricus Dux tranſire deberet, cumque ad locum *Friz*, e quo proſpectus Raſtadium patet, veniſſent, viderunt Raſtadium a Carinthis occupatum, hosque jam taurum montem trajeciſſe: dies inclinabat ad veſperam, & mox nunciatur ab anteſignanis hoſtem adeſſe, e ſententia Liechtenſteinii pugnatum eſt feliciter Carinthis in fugam actis, atque ad ipſum oppidum, in cujus foro dimicatum, compulſis: ſed non diu ea lætitia uſi ſunt Styri Victores, cum enim ex prælio feſſi decumberent, Carinthi collecti eos adoriuntur Ducibus *Leopoldo de Scherfenberg*, & *Nicolao de Lebenberg*, & quamvis Liechtenſteinius, aliique, qui vigilaverant, reſiſtere conarentur, Styri tamen rejecti ſunt, & Liechtenſteinius ſe in Anaſinam vallem, Archiepiſcopus vero Ulricus mutata veſte, *in Pyber* fugere debuit, ubi cladem eam uſque ad an. 1260. lugere debuit: ita Hornekius, Serlingerus, Hagenus, aliique, nihil vero Megiſerus.

Velben de. *Goldek de.* *Carinthi ad Raſtat victi.* *Mox vincunt Styros.* *Scherfenberg de Leopold.* *Lebenberg de Nicol.* *Ulricus Archiep. in Pyber latet.*

Ulricus Salisburg. *in Pyber* Styriæ caſtro deliteſcens, vicinior erat ſuæ Sedi primæ Seccovienſi, huicque apud Pyber ſic reſidenti *Wulfingus de Hanau* obligatoriam fidelitatem ob decimas *in Hirſchegg* collatas profeſſus eſt apud Pyber 13. Decemb. V. annot. Dipl. meorum in fine num. 119. antea vero *apud novam Eccleſiam*, ſors. Neukirchen in Auſtria, *Leetoldus de Stadek* idem fidelitatis obſequium promiſit Ulrico fideliter, qui eidem decimas circa *Hartberch* contulit, V. ibid. annot. Diplom. 120.

Hanau de Wulfing. *Stadek de Leut.*

Hæc dum in Styria gererentur, Viennæ *in ſecunda Veſpera Aſræ in nocte exuſta eſt, magna pars civitatis Viennæ, ita quod Eccleſia parochialis cum campanis, & Domus Theutonicorum, & Domus S. Joannis in hoſpitali, & prædicatorum* ab igne *conſumerentur*. Ita Chron. Clauſtroneob. Paltrami, & Anonymi Leobienſis &c. clarius hæc exponit Anonym. Zwetlenſ. apud Pezium, *Parochialem Eccleſiam S. Stephani* (quam tum unicam fuiſſe Parochialem cenſeo) appellans, & *Domum S. Joannis in Karata* (lege *Strata*) *Karinthianorum*, ſeu Kärnerſtraß, determinans. V. etiam Haſelbachium.

Viennæ incendium.

ANNO 1259.

Anno 1259.

Indict. 2. Alex. IV. P. V. Imperii vacant. IV. Styriæ vacant. XIV.

Ambo Germaniæ Reges nihil ſibi invicem hoc anno moleſtiæ intulerunt, at regia Conradini Siculi Mater, Eliſabetha Ottonis Bav. Ducis

Germania & Sicilia res.

Ducis Filia Abbatem quemdam in Siciliam miſit, qui in publicis Regni comitiis Conradinum vivere declararet, atque a patruo Manfredo Coronam repeteret. Stupefactus Manfredus Regnum ſuis armis partum, nonniſi cum morte ſe Conradino dimiſſurum ajebat, Abbatem vero illum interfici ſub itinere jubebat: ita Raynoldus.

Fridericus Badenſis ſe Ducem Auſtriæ & Styriæ gerit.

Res Styriæ noſtræ ſpecialem hoc anno attentionem merentur, etenim primo P. Placidus Herzog in Coſmogr. Auſtriaco-Franciſc. edita in fol. Colon. Agrippinæ, an. 1740. p. 397. ubi *de Conventu Judenburgenſi* agit, adſert Diploma Friderici Filii Hermanni Badenſis, & Gertrudis Auſtriacæ, quo ſe hic hoc. an. 13. Kal. Maji *Ducem Auſtriæ, & Styriæ* ſcribit, quod inter Dipiom. mea in fine num. 121. referam, ex quo proin Diplomate Judenburgi, ubi Gertrudis Auſtriaca cum filiolo ſuo ab an. 1252. morabatur, edito Gertrudes cum filio ſuo nondum omni in terras noſtras jure ceſſiſſe videtur; ſi tamen Diploma genuinum, de quo pl. in fine.

Gertrudes Auſtriac. moratur Judenburgi.

Stephan. Dux Styriæ Græcii. Dionyſ. magn. Petov. Capitan. Stubenberg de Wulfing. Judex Styr. Provinc.

Certiora de Styria noſtra enarrant documenta Styriæ, Stephanum nempe jam Regem Hungariæ, & Ducem Styriæ Græcii moratum 7. Kal. Junii, ibique privilegia Runenſis aſceterii confirmaſſe Diplomate inter Runenſia n. 22. de quo plura in fine inter Diplom. mea num. 122. ex quo Diplomate ſimul patebit *Dionyſium magnum Dapiferum*, & Com. Zeladienſem fuiſſe *Capitaneum Petoviæ, & Wulfingum de Stubenberg Judicem Styriæ provincialem.*

Cerewald hoſpit. datur Seizenſibus.

Eodem tempore & loco, ut opinor, Stephanus idem Dux Styriæ Seizenſi Carthuſiæ hoſpitale in Cerewald fundatum ab Ottoc. V. attribuit, ut V. Dipl. Seiz. 17. inter mea in fine n. 123. Diplom. hoc ſine ulla nota temporis & loci datum, eodem hoc an. 7. Kal. Junii Græcii editum opinor.

Ulrici Salisb. & Philippi res.

Meminit in eo Diplomate Dux Stephanus, acceſſiſſe non ſolum conſenſum, ſed etiam *petitionem Dom. Ulrici Salzburg. tunc Archiepiſcopi.*

Ulricus Græcii & in Pyber agit.

Ubinam hoc tempore Salisburg. Archiep. Ulricus exſtiterit, Dipl. Runenſe memorat, ex quo credibile, eum *a Pyber Græcium* ad tempus digreſſum, ut de variis cum Stephano rebus hoc tempore ageret, exſtat enim Dipl. Run. 21. quo Ulricus Archiep. Salisburg. omnia Monaſterii Runenſis Privilegia 2. Maji hujus anni *Græcii* confirmat, teſte *Ottone Plebano de Grez* ſubſcripto. Philippus interim electus Salisburg. copiis auxiliaribus ab Ottocaro jam tertium ſubmiſſis ſæve agebat, quo eodem tempore Alexander Papa per Diploma ſuum Archiepiſcopum Salisb. Abbates, aliosque Prælatos per Diœceſim Salisburg ordinariam poteſtatem obtinentes, ſerio adhortatur ad reparandam diſciplinam Eccleſiaſticam, per hos bellorum & turbarum caſus collapſam, quod inſigne Diploma V. apud auth. Germ. ſacræ tom. 2. f. 356. quo Papa præcipue contra Clericos concubinarios intonat, qui dein 12. Kal. Julii *omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui Eccleſiam B. V. M. in in Seccove, in feſto Aſſumptionis ejusdem Virginis viſitaverint*, 100. *dierum indulgentias largitur*, V. Diplom. Seccov. num. 70. in Dipl. Styriæ p. 1. f. 216. datum eſt Diploma, *id ad Præpoſitum & Conventum Eccleſiæ Seccovienſis*, quem ab an. 1256. Ottonem fuiſſe diximus: ſed hoc an. mirabilis converſio Seccovii contigit, etenim, ut habet Catalogus Præ-

Otto Plebanus de Graz.

Seccov. Eccleſ. indulg. 100. dierum.

Seccov. Monaſt. conflagrat.

poſ. Seccov. *Otto de Ernhauſen rexit 6. annis, ſub eo Monaſterium igne periit, ille Prælaturam reſignavit, Ordinem Prædicatorum ingreſſus*: idem confirmat Necrol. magnum Seccov. quod *Idibus Martii* de eo ita habet: *Otto Presbyter, & Canonicus, quondam hujus loci Præpoſitus, Prædicator factus*, Necrol. Confraternitatis ad 3. *Idus April.* ponit *Otto Præpoſitus.* Veroſimile itaque Monaſterii conflagrationem, & Ottonis reſignationem hoc anno contigiſſe, ſicque ei ſolum 3. annos regiminis aſſignandos eſſe; certe Ortolfus ſucceſſor jam an. 1260. præfuit. V. dicta anno 1256.

Ortolf. de Prank Præp. X. Seccov.

Ortolfus Præpoſ. X. Seccov. ex familia *Illuſtr. DD. de Prank* Seccovio ſumme munificorum, extitit, de quo plura per decurſum patebunt. Catalogus Præpoſ. Seccov. ita de eo loquitur.

Ortolphus a Prank e ſuper. Styria, electus inclinante an. 1259. *Canoniam miſere devaſtatam quaſi Phœnicem e buſto eduxit, novoque dotatam ſpiritu operoſe reſtituit. Eximiam quoque pro innovandis Eccleſiæ ſuæ juribus curam exercuit, ſacra quidem a Pontificibus Urbano & Clemente IV. profana ab Ottocaro Rege Bohemiæ & Rudolpho Rom. Imp. recepit. Udalrico Epiſc. Seccov. apoplexia proſtrato Coadjutor datus eſt, ſuaque vigilantia Piberenſe ei beneficium ſervavit. Rexit* 30. *annos, metamque laborum attigit* 7. *Kal. Jan.* 1289.

Göſſ. Monaſt. viſitat Ulricus Dux Carinth.

Göſſenſem Parthenonem hoc anno ipſemet adiit Ulricus Dux Carinthiæ, & Dom. Carnioliæ, ibique donationem quandam Patris ſui Bernardi ratam habuit, ut V. Dipl. Göſſ. 21. inter mea num. 124. numerus additus hoc modo an. Dom. MCCXVIII. ſubſiſtere nequit, utpote quo anno, nec ulricus Dux, nec Bernardus Pater mortuus, nec Chunegundes Abbatiſſa in Göſſe extitit, addendum ergo L. & legendum anno 1259. uti habet Frœlichius in Archont. Ducum Carinth. parte 1. f.

Dyſpa Abb. S. Georg.

64. quo eodem anno *Dyſpa Abbatiſſa S. Georgii* in Carinthiæ loco Langſe cum Chunegunde Abb. Göſſenſi commutationem fecit tradendo ſtabulariam *curiam in Gurkon juxtam Muram* Göſſenſibus, & recipiendo ab his 4. manſus in *Küllendorf* villa, & *unum manſum in Plintendorf*, ut V. Göſſ. Dipl. 44. apud Frœlich Diplom. Duc. Styr. p. 1. f. 76. Dyſpam hanc Abb. in Catal. Abbatiſſarum Langſeenſium neglexit Megiſerus lib. 7. cap. 73.

Vorav. res.

Voravii noſtri res memorat Chron. noſtrum MS. hiſce *An. Dom. MCCLIX. 5to Idus Septembris, feria 2. ſub Gebbino Præpoſito dedicatum eſt altare ad dexteram publici Altaris S. Joannis Evangel. a Vener. Sardinienſi Epiſc. Hugone.*

Eodem die ab Epiſc. Hugone dedicatum eſt Altare ad ſiniſtram publici Altaris S. Catharinæ, & S. Stephani Protomartyris. De Hugone Ep. Sardinienſi V. dicta an. 1252. neutrum altare exiſtit amplius.

Fames in Styria.

Salisburg. Chron. teſtante *maxima cariſtia*, ſeu fames, *orta eſt per omnes terras, quam ſequitur peſtilentia*, qua fame univerſam Styriam pene inhabitatam faciente *Fridericus Abbas XXIII. Admont.* hoc an electus, compulſus eſt *cum ſuis ad S. Petrum exulare*, ita Catal. Abbat Admont. apud Frœlich. Dipl. p. 2. f. 249.

Frid. Abb. Admont. cum ſuis ad S. Petr. abit.

Steph. Dux Styr. Carinthiam veſtat.

Dum ſic Styrorum ſtomachos vellicaret fames, Hungarorum ferocia denuo animos ad ſeditionem acuit: opportunam nacti videbantur occaſionem, ſe armandi, dum æſtate hujus anni teſte Chron. Clauſtro-

ſtroneob. & Paltrami, *Stephanus Juvenis Rex Hungariæ manu armata intravit Karintbiam, & eam incendiis, & homicidiis heu! devaſtavit, multosque ſecum in Hungariam deduxit*, his mitiora, dum ſibi non præſagirent Styri, dumque atrox aliud ad procerum aures effluxit Stephani Ducis Conſilium, neſcio, an ſemel animo conceptum, quod nempe compedes, manicasque numero ſat magno fieri juſſerit, quibus Potentiores Styri ſpecie honoris invitati, in vincula conjicerentur, ac in arce Plyntenberg detinerentur captivi, ea res in vulgus edita mirum in modum animos irritavit; Rex Stephanus Græcio Petovium, & inde in Carinthiam vaſtabundus abiit, impoſito *arci Petov.* Præfecto *Dyonifio M. Dapifero, & Com. Zaladienſi* (ut ex Dipl. Run. ſupra oſtenſum) cui etiam Præſidium Hungaricum impoſuit, a quo vicini ſœda quæque ſunt perpeſſi.

Styrorum ſeditio.

Nobiles Styriæ collatis capitibus, Regem Ottocarum per Legatum appellant, fidem offerunt, modo juribus Patriæ pro poſſe caveretur. Res Viennæ occultiſſime tractata, nec oratio hæc Ottocaro ingrata, niſi quod per pacta cum Hungaris inita aperte nondum ſubvenire poſſet.

Ottocarus invocatur a Styris.

Quamvis vero Stephanus Zagrabienſis, non amplius Styris imperaret (ut V. ex Dipl. ſupr. cit. Run. 22. cui *Stephanus Bannus* ſolum *totius Sclavoniæ* eſt ſubſcriptus) forte tamen *Dionyſius Com. Zaladienſis, & Capitaneus Petov.* abſente Rege, & Duce Stephano, non minore faſtu, & inſolentia Styros tractabat; ergo hunc acerrimo licet hyemis frigore adorti intra dies 11. cum omnibus Hungaris e Styria ejiciunt incredibili omnium gaudio.

Hungari omnes e Styria ejecti.

Sed mox auditi apparatus armorum, & exercitus Hungarici, pœnas repetituri adventus; unde denuo ad Ottocarum miſſi Legati orantes, ut vel ſuppetias adduceret, vel deduci per alios curaret: Ottocarus, gaudio diſſimulato, hæſitanti ſimilis milites ſe non poſſe ſubmittere, induciarum Religione, aſſerebat, ſi qui ſponte ſe offerrent, ſe invitum non eſſe, unde *Conradus ab Hardek* ætate vetulus, ingentium tamen ſpirituum vir, vocem ſuſtulit: *Dabis hoc ſanguini meo Rex, quem a 4. avis nobilem, ac liberum traxi, ut injuſſu etiam tuo, cui velim, deſerviam; ſtat animo vicinos non deſerere.* Ita digreſſus cum 1000. Equitibus in Styriam, effecit, ut Hungari ſecundis Caſtris intra Styriæ fines jam conſiſtentes, audita Auſtriaci ſubſidii fama, pedem illico referrent.

Hardek de Conradus Styris ſubvenit.

Hungari e Styria abeunt.

Ottocaro Regi gratior exitus, quam cœptum fuit, illico Legatos in Styriam ſecutus, hujus adhuc anni fine, die Nativ. Dom. Græcium venit, Provinciamque ordinavit: at, quia veteres annum a Natali Domini ordiri ſolent, hæc omnia ſeq. an. referam; hæc de Comitibus Hardeccenſibus narrata Chron. Clauſtroneob. Leob. & Pernoldus ad an. ſeq. referunt, cenſeo eam cladem ad ſeq. annum pertinere, cum hoc an. cum Hungaris congreſſi non fuerint, ſed altero anno, quo jam in exercitu Ottocari arma geſſiſſe videntur.

Ottocarus Gracium venit.

Anno 1260.

ANNO 1260.

Indict. 3. Alex. IV. P. VI. Imperii vacant V. Styr. vac. XV.

Styriæ acta ſummatim.

Manfredus potuiſſet hoc an. Regnum Siciliæ ſibi firmare, ſi pacta Pontificis de gente Saracena expellenda, aliaque obſervare voluiſſet. In rebus Patriæ noſtræ Pernoldus, ubi ad hunc annum, Hardecenſium Comitum pro Styris contra Hungarum abeuntium generoſitatem narrat (de qua an. priore) ita pergit: *Sed uterque Rex ad ſubſequens bellum grandem exercitum præparavit, Bela & Stephanus Filius contra Auſtriam ad Marcham fluvium cum ingenti exercitu venerunt, ingrediente Julio, quibus Ottocarus cum multo paucioribus obviam ſtetit. Principio Stephanus fluvium tranſiens aliquam victoriam habuit, & perierunt Comites Hardeccenſes. Deinde in die S. Margarethæ idem cum dimidia parte exercitus pœnitus contritus eſt, Bela ex altera parte fluminis fugit, Caſtris relictis. Ottocarus eum ſecutus vaſtavit uſque Poſon; ubi Bela pacem rogavit, & obtinuit, totam Styrium & jus ad illam cedens, atque nuptias Filii ſui Belæ, cum Nepte Ottocari Brandeburgica Paciſcens, pacta pacis fiebant per Patrem Sponſæ, & Ducem Carinthiæ.* Hæc, antequam fuſiore calamo perſtringam, quædam antecentia commemorare debeo: an. priori dixi, Legatos e Styria ad Ottocarum fuiſſe miſſos de acceptando Styriæ Ducatu, nec defuiſſe his votis Ottocarum, & quamvis aperte arma contra Belam ob pacta pacis aſſumere non poſſet, illico tamen ſubſecutus eſt Legatos, & Natalem Dom. præced. anni (a quo die Veteres plerumque annum ſunt exorſi) Græcii egit.

Ottoc. Rex 25. Decemb. an. præc. Græc. confirmat.

Run. privileg. Græcii agunt Bruno Ep. Olomuc. Ulric. Dux Carinth. Roſenberg de Wocho. Ottocar. Vienna. Ulricus Can. Friſingenſ. Scriba Styriæ. Helfenſtein Caſtr. Runenſ. Henricus de Liechtenſtein IX. Prætor Styriæ.

Ottocarus itaque Græcii exiſtens die ſacro Nativ. Dom. Runenſium immunitates, Privilegia, & jura confirmavit, præſente ſtmul Græcii *Ven. Brunone Olomuc. Epiſc. & dein*, ut dicemus, *Styriæ Capitaneo, Ulrico Duce Carinthiæ, & Wochone de Roſenberg Capitaneo Auſtriæ ſupra Anaſum*, aliisque pluribus nobilibus Styris. V. Dipl. Runenſe 23. inter mea in fine num. 125, Exin, ſi Diploma hoc anno præcedenti affigendum, Viennam rediiſſe videtur Ottocarus, quo in loco denuo 6. Id. Martii Runenſium immmunitates confirmavit, ut V. Diplom. Run. 24. inter mea in fine num. 126. quo in Diplomate notandus eſt *Ulricus Canon. Friſing. Notarius Styriæ ſeu Scriba*, Witegonis an. 1256. necati Succeſſor, de quo plura in annot. Diplom. tandem 9. *Kal. Junii* ſeu 24. *Maji* ad exercitum ſuum in Auſtriam ſuper. abiens Lincii iisdem Runenſibus Caſtrum *Helfenſtein* confirmavit. V. Diplom. 25. Run. inter mea num. 127.

Hoc ex Diplomate innoteſcit 9. *Capitaneus ſeu Prætor Styriæ Henricus de Liechtenſtein*, ita enim inſcriptum eſt Diploma. *Dilecto fideli ſuo Henrico de Liechtenſtein, nec non Capitaneo Styriæ.* Jam ſuperius dixi, poſt Mainhardum Com. Goritienſem VI. Prætorem Styriæ an. 1250. munus hoc cum Styria deſerentem, in illis Patriæ noſtræ turbis Capitaneum nullum fuiſſe ad an. 1254. quo Stephanus Zagrab. Dux, ac Banus Sclavoniæ declaratus eſt Capitaneus Styriæ, cum vero, & hic an. 1258. domum revocaretur, & officio ſuo ob turbas exortas cedens cogeretur, ex Dipl. Admont. inter mea in fine num. 150. Capitaneum

fuiſſe Styriæ, *Ottonem de Haslav*, de quo plura ad an. 1299. & Dionyſium Com. Zelad. Prætorem ſeu Capitaneum Petovii ſolum fuiſſe.

Hoc itaque anno Henricus Liechtenſteinius ordine IX. Prætor ſeu Capitaneus Styriæ eſt declaratus, quem tamen in Catalogo ſuo MS. Chron. Styriæ omiſit, eique poſt *Henricum Comitem de Montfort.* ordine VII. *alium Henricum de Roſenberg* an. 1260. ſubſtituit.

Henricus Comes de Montfort & Henricus de Roſenberg non erant Styr. Capitanei.

Hiſce prælibatis res alias Styriæ noſtræ ex Pernoldo ſpectemus: comparato per utrumque Regem grandi exercitu, *Bela & Stephanus Filius contra Auſtriam, ad Marcham fluvium cum ingenti exercitu venit, ingrediente Julio, quibus Ottocarus cum multo paucioribus obviam ſtetit, principio Stephanus fluvium tranſiens, aliquam victoriam habuit, & perierunt Cotes Hartekenſes.* Eadem fere narrant Chron. noſtra, Anonymus Leobienſis, ait Belam *collecto exercitu centum & 40. millia Equitum cum Chomanis & Paganis in Auſtriam juxta Marchiam* (Marum vel Marcham) *fluvium* locaſſe caſtra, *Ottocarum vero in occurſum ejus cum* 100000. *Equitum, inter quos dicitur habuiſſe* 7000. *equorum de ferro coopertorum, ad reſiſtendum decurriſſe.*

Hungari petunt Auſtriam. Prælium cum Hungaris. Comites de Hardegk laſi.

Duplicis pugnæ meminit etiam Chron. Salisb. his verbis: *prima vice a Comitibus de Plein, & a quibusdam miniſterialibus Auſtriæ dimicatum eſt, qui omnes occiſi ſunt, & captivati ab exercitu Ungarorum.* Chron. Clauſtroneob. *hoc anno Hungari intraverunt Auſtriam, & decurrerunt illis quidam de Auſtria, ſed heu! pugnantibus eis occiſi ſunt 2. Fratres, Otto Comes de Hardek, & Frater ejus Chunradus Comes de Playgen & Dominus Chrafto de Schleunz, & Chatoldus Orpbanus in die SS. Joannis & Pauli MM.* Eosdem cæſos adfert Anonym. Leob. Hagenus, Arenpekius, & Haſelbachius, qui inter hos occiſos duos *Orphanos ſeu Wayſen* dictos, & *Dom. de Dürnholz* omiſſo Chraſtone de Schleunz refert.

Prælium 1. cum Hungaris.

Hardeggenſes Com. cæſi Otto & Conr. Com. de Plejen Craſto de Sleunz Catoldus Wayſ Dürnholz

Ex his apparet, bina vice exceptionem ſuſcepiſſe Dominos de Hardek an. priore, ut ex Hornekio dictum, & Hungaros tunc receſſiſſe ſine prælio, hoc vero anno jam ſub exercitu Ottocari iidem pugnabant, nam Pernoldus ait, Stephanum Filium Belæ habuiſſe, quandam victoriam, qua periiſſent Comites Hardekenſes, pugna hæc facta eſt 26. Junii die SS. Joanni & Paulo MM. ſacro, ita enim habet Necrolog. Clauſtroneob. *6. Kal. Julii Otto & Chunradus Comites de Hardek, Chatoldus Orpbanus, Chraſto de Sleunz, occiſi cum multis de aliis circa Steutz, cbierunt an. MCCLX.* & Necrol. Campil. manu ſæc. 13. exaratum, iisdem pene verbis: cauſa cladis erat, quod incaute ex Laa, & vicina Regione pabulatum euntes, Stephanus cum 40000. ſuorum circumveniſſet inſidiis, quibus repellendis Comites cum exigua ſuorum cohorte (500. enim erant) ſupervenientes pares non fuerunt, teſtantibus Hageno Arenpekio & Haſelbachio &c.

Errant itaque Chron. Mellic. & Zwetlenſe an. 1259. his prælliis aſſignans, magis labitur Lazius lib. 7. de migr. gent. f. 322. hiſce an. 1262. & Comment. Reip. Rom. lib. 12. an. 1265. addens: inconſulto Calendario etiam ſcripſit author Chron. Auguſt. apud Freher. tom. 1. pag. 533. dum primum hoc prælium cum Hardeccenſibus feſto SS. Joannis & Pauli aſſignavit.

Hardegg. Stirps an hoc prælio extincta.

Cur vero *Comes Chunradus de Hardek* a Chron. Clauſtroneob. aliisque dicatur *Comes de Pleyen*, & Frater Ottonis Hardeccii, dum tamen Necrolog. Clauſtroneob. aliique authores *Ottonem*, & *Conradum Com. de Hardek* vocent? Auſtriaci inquirant, quorum quidam etiam contra aſſertum Arenpekii aliorumque, ea clade progeniem primam Hardekiorum non obiiſſe volunt.

Prælium II. cum Hungaris.

Primum cum Hungaris conflictum ad fluv. Marcham vel Moravam 26. Junii habitum, alter ſecutus eſt die *S. Margarethæ, ſeu 20. Julii* ita enim docet Pernoldus: *deinde in die S. Margarethæ idem* (Stephanus) *cum dimidia parte exercitus penitus contritus eſt, Bela ex altera parte fluminis fugit Caſtris relictis. Ottocarus eum ſecutus vaſtavit uſque Poſon, ubi Bela pacem rogavit, & obtinuit*, Chron. Mellic. ait: *Ottocarum circa Chreſſenprune occurriſſe - - Tandem pluribus in flumine ſubmerſis, Belam fugam cum Filio ſuo Stephano poſt magnum ſuorum excidium arripuiſſe*: Eadem habet Chronic. Clauſtroneob. Anonymus Leob. pluribus prælium hoc ad horrorem deſcribit, dicens: *cumque in finibus Regnorum bellum inchoatum fuiſſet, ex colliſione armatorum & equorum tantus pulvis de terra ſurrexit, ut media & clara die vix homo hominem agnoſcere poſſet. Tandem Ungari inito prælio - - Bela graviter vulneratus, cum Stephano Filio ſuo fugam petit* (auth. hiſtor. Duc. Styr. Stephanum vulneratum tradit) *cum fugere feſtinaret, in quodam fluvio profundo, quem tranſire debuerant, præter alios occiſos circa 14000. hominum ſunt ſubmerſi*, eadem habet Arenpekius. Hagenus 4000. flumine merſos docet; Belæ animus non erat, uni prælio omnem ſuam, & Styriæ fortunam committere: moram tamen rupit Ottocarus impatiens, tanto ſub æſtu medii Julii militem ſuum adeo graviter laborare, maxime cum tot cataphractos haberet ſub exercitu, quibus uſtio Syrii intolerabilis erat: Quare Hungaris tranſeundi fluminis Marchæ copiam fecit, imo exercitum ad unius, alteriusve diei ſpatium traductum, interim in aciem debitam diſpoſuit, induciis ad 4. dies ſtatutis, cum per Meiſſavium Legatum, Belam ad prælium provocare ſatis non poſſet.

Hungari hanc ſtationum ſuarum deſertionem, fugam in Bohemis ſuſpicati ſatis tuto flumen tranſibant, mox aderant Bohemi, pugnæque neceſſitatem excutere Hungari non poterant: pugnatum in die S. Margarithæ a Stephano, qui nulli virtuti pepercit, donec Ottocarus e ſuperiore ripa adveniret, tum pugna atrox recruduit, diu inter cruentas vices ad Chreſſenprunam ambigua certatum fortuna, & ubi Stephanus, ut opinor (Bela enim flumine impeditus, adeſſe prælio non poterat) graviter ſaucius e prælio elatus eſt, Hungari cadere animis, & loco moveri cœperunt, cumque fugerent, & fugientibus ne a ripa deviarent, Ottocarus ſuos opponeret, inde periculo moti, cum enatandi ſpes quædam afforet, plurimi in flumen præcipites miſere peribant; merſis ut ajunt 4000. omnino vero 16. millibus deſideratis. Bela ex adverſa ripa ſuccurrere non potens, & cladis fœditatem conſpicatus, lacrymari, vixque tantum animi revocare potuit, ut collectas exercitus reliquias in tutiora ſubduceret, caſtris ſuis relictis.

Hungari totaliter caſi.

Græc. hoc an. non obſeſſum.

Ex his decidere videtur fides aſſerto Cuſpiniani, qui hoc anno Græcium a Bela obſeſſum docet: ut V. dicta tom. 1. Diſſert. 1. §. 21.

de

de pictura quadam Domus Provinc. Græcenſ. ex eodem Cuſpiniano deſumpta: bellum enim illud Belæ an. 1260. in Auſtria, non in Styria geſtum eſt.

Pax Belæ & Ottocari.

Inde, ut ait Pernoldus, *Ottocarus eum ſecutus vaſtavit uſque Poſon, ubi Bela pacem rogavit, & obtinuit, totam Styriam & jus ad illam cedens, atque nuptias Filii ſui Belæ cum Nepte Ottocari Brandenburgica paciſcens; pacta pacis fiebant per Patrem Sponſæ, & Ducem Carinthiæ.* Ottocarus Caſtris opulentiſſimis Ungarorum tutatus, ut reditum in has terras acerbum Ungaris redderet, Ungariam uſque Poſonium vaſtavit. Bela Rex Victori Ottocaro ſupplices palmas tendere coactus eſt; pacta pacis per *Ottonem March. Brandeburgicum, & Ulricum Carinthiæ Ducem*, Ottocari Caſtra ſecutos, conflata hæc erant. 1. Bela Styriæ toti & omni juri cedat. 2. Petovium deducto inde præſidio reddat. 3. Bela Junior, March. Brandeb. Filiam Chunegundem Ottocari ex Sorore Neptem ducat. 4. Qui prior in pacem peccaverit 11. millibus ſelibrarum argenti puniatur, in his omnia Chronica conveniunt.

Pacta pacis.

Styria tota Ottocaro data.

Petovium redditur ab Hungaris.

Rudolphus Habſpurg. an Dux hujus belli.

Gerardus de Roo relat. Annal. Habſpurg. p. m. 18. edit. vernac. Auguſt. an. 1621. in hoc Ottocari triumpho *Rudolphum Habspurgicum*, ſupremum Equitum Ductorem ſuiſſe putat, & Fuggerus addit, a Rege cingulo militari donatum, ſeu Equitem creatum fuiſſe; quod ego nunquam credam, tum quod Rudolphus tantæ Nobilitatis Comes, vix ad hunc annum diſtulerit honorem cinguli militaris ſuſcipiendi, utpote jam an. 43. habens, tum quod apud Hergottum Geneal. Diplomat. Aug. Gent. Habſpurg. tom. 2. p. 349. n. 430. exſtet charta, qua Eberhardus Ep. Conſtant. & Bertoldus Abbas S. Galli anni 1259. fœdus inierunt, contra Rudolphum Comitem de Habſpurg, & Herman. Jun. Com. de Kiburc, ex qua eruo Rudolphum domi forte in vicinos ſibi moleſtos arma ſtrinxiſſe V. 1245. quo *Rudolphus nobilis Comes de Habſpurg* ſubſcripſit, Dipl. Frider. II. Imp.

Ulric. Salzb. Leibnitii.

Gradwein Parochia Seccov.

Ulricus Archiepiſc. Salzb. in Pyber.

S. Joan. prope Herberſtein Eccleſ. Teuton. Græc. unu Ord. S. Aug. Diſcalc. Monaſt. Fund. a Georg. & Joan Max. C. de Herberſtein. Herberſtein C. Georg. dein Ord. Prad. Provinc.

Ulricus Archiep. Salzb. II. Aprilis Leibnizii Canoniæ Seccov. Eccleſiam Parochialem in Gradwein ſupra Græcium (hodie Monaſt. Runenſis) donavit V. Dipl. mea num. 128. dein 14. Aprilis in Piber exſtitit, eoque die *Eccleſiam S. Joannis prope Stubenberg - - Fratribus Hoſpitalis S. Mariæ domus Teutonicorum apud Grez pleno jure contulerat*, V. Dipl. mea in fine num 129. Eccleſia hæc S. Joannis prope Stubenberg, cum adjecto Monaſterio Ordini Diſcalceatorum S. Auguſtini tradita eſt, jam an. 1384. fundatio Monaſterii inchoari cœpit *a Georgio Dom. de Herberſtein*, ſed curſus adverſorum temporum impedimentum tulit, donec an. 1654. *Joan. Maximil. Comes de Herberſtein* eam fundationem integre perfeciſſet, teſtamento eam in rem confecto: cujus Patruelis *Georgius Comes de Herberſtein* ex Aulico & Camerario Cæſareo, ac Præfecto Sereniſſimi Principis Leopoldi Auſtriaci, Prædicatorum Ordinem ingreſſus ac Provincialis in eo ordine factus, ædificio ſpirituali hujus Monaſterii per introductam SS. Roſarii Congregationem initium dedit, ut ex Docum. Monaſterii habeo, de quo alibi plura.

Ulric. Salzb. capitur penes Admont.

Ulricus vero Archiep. Salzb. poſtquam Ottocari de Hungaris triumphum inaudiit, haud tutum ſibi in Styria morari arbitrabatur, Conſilium itaque cœpit petendi Bavariam, id, cum furto faceret, ac

via regia devitata per vallem Anasi ad Cœnobium Admont. veniſſet, indeque iter promoveret, captus & Caſtro Wolkenſtein incluſus eſt, audiamus hac de re Scriptores patrios Chron. Salisburg. *Dom. Ulricus Archiepiſc. tranſitum faciens per vallem Anaſi, volens venire in Bavariam, apud Admunt de conſcientia Monachorum ab hominibus Ducis Auſtriæ capitur, & in Caſtro Wolkenſtein aliquamdiu detinetur, donec ad mandatum Ducis relaxatur.* Hornekius Admontenſes excuſat dicens: *an quisquam eum prodiderit? nolim aſſerere.* Anonymus Leobienſis ſolum captum *in Caſtro Wolkenſtein* docet Ulricum: Hagenus captorem Ulrici vocat *D. Henricum de Rotenman* f. 1077. & f. 1079. *Henricum de Turen* auth. Germ. ſacræ tom. 2. fol. 359. *Henricum Turianum de Rotenman*, auth. hiſt. Duc. Styriæ vero *Henricum de Rotemnan.*

In Wolkenſtein Caſtro detinetur.

Rottenman de Henr. Turen de Henr.

De *Dominis de Turen* Styris quæpiam dixi tom. 1. annot. Dipl. 86. cenſeo eos Rotenmanium poſſediſſe, vel ibidem habitaſſe, nec enim Dominos de Rotenman alios, quam Oeconomos vel Præfectos novi hactenus, de quibus tom. 1. annot. Diplom. 74. *Wolkenſtein Caſtrum* Styriæ in valle Anaſi munitiſſimum, hodie Comitibus de Saurau obnoxium eſt, cujus antiquos Dynaſtas tom. 1. annot. Diplom. 9. attigi.

Ottocarus, ubi ſacrilegum & ignobile facinus intellexit, idem non ſolum indigne tulit, ſed mox Antiſtitem e captivitate dimitti imperavit, qui Salisburgum veniens miris gaudii ſignificationibus exceptus eſt, cum Cives paulo ante Philippum urbe exeſſe juſſiſſent: mox Monachi S. Petri contumaces in interdicto, in cauſam vocati, ad ſarcienda incommoda ſunt condemnati ad arbitrium Præpoſiti Cathedralis.

Ulricus Archiep. juſſu Ottocari liber.

Non diuturnum erat Ulrico Salisburgi gaudium, & habitaculum, magnam pecuniæ vim a creditoribus acceperat, eam, quod nondum ſolveret, imputatum quidem temporibus, Papa tamen, & Cardinalibus indignantibus, præſertim quod promiſſam 4000. marcarum in ſubſidium Palæſtinæ ſummam nondum pependiſſet: hinc Chiemenſi Epiſcopo Apoſt. Legato impoſitum, ut Ulricum ſub anathematis & exauthorationis obtentu ad officium compelleret; Ulricus præſentem inopiam, ſedem vix bene prehenſam, eamque prædiis Carinthiæ adhuc orbatam fruſtra cauſatus ab Epiſc. Chiemenſi excommunicatus, & depoſitus eſt, unde denuo Romam abire debuit contra ſententiam Legati appellaturus: interea Chiemenſis collectam pro terra S. urſit ubique, cumque a Patavienſi exigerentur 300. marcæ, is pariter cum Prælatis ſuæ Diœceſis appellationem, & reverſum ad Pontificem fecit, de quibus plura an. ſeq.

Urgetur ad ſolvenda debita.

Excommunicatur & deponitur.

Romam abit.

Seizii Dom. Burcardus Prior V. ordine ab hoc ſaltem anno præfuit, cujus notitia ex unicis, & authenticis litteris fundationis Cartuſiæ in Fränitz an. 1260. Kal. nov. ab Ulrico Duce Carinth. & Fundat. datis habetur, in quibus poſt Dietricum Epiſc. Gurc. inter teſtes legitur *Burcardus Prior vallis S. Joannis in Seiz, & Georgius Prior in Gyriovva.* Cætera de hiſce prioribus latent.

Burcardus Prior V. Seiz.

Georg. Prior Gyrii.

Cartuſiæ in Freidental jam an. 1255. Bernhardus Pater Ulrici Dux Carinth. initium quoddam dedit, ulricus Filius eam hoc anno perfecit litteras Fundat. exhibet Valvas lib. 11. f. 141. Chriſtophorus primus Rector fuit, litteræ fundationis locum, ubi datæ ſint, non

Frental v. Fränitz Cartuſ. Carn.

ad-

adferunt, hinc cum inter teſtes varii etiam ex Auſtria & Styria appareant, uti *Ulricus Comes de Heunberg*, *Henricus de Helfenberch*, *Henricus de Roſenberch*, cenſeo eos forte Viennæ, vel alio in loco Auſtriæ vel Styriæ datas, cum ab expeditione Hungarica, & pactis inter Belam & Ottocarum firmatis rediret Ottocarus. *Heunburg C. Ulr. Helfenburg Henr. Roſenberg Henr.*

Chunegundes etiam Abbatiſſa Göſſenſis certos Colonos *in Styriæ Parochia Pruk*, redemit ab *Henrico de Uts Filio Ottonis*, quos dein *Ottoni de Pruk & Uxori ſuæ Mechtildi*, ſervis Eccleſiæ ſuæ, eorumque hæredibus contulit. V. Dipl. Göſſ. 45. *Göſſ. res. Pruk Par. Styriæ.*

Eidem etiam Monaſterio Göſſenſi: *Otto de Pernek* & Soror *Chunegundes* Vidua *D. Ottonis de Lonſperch*, manſum *in Hindersdorf* ſeu curiam de Caſtro *Fraunburg* ſitam, cum conſenſu Matris Hardwigis donavit, V. Diplom. Göſſ. 46. apud Frœlich. *Fraunburg* Caſtrum Styriæ in circ. Judenburg. hodie Princ. de Schwarzenburg ſubeſt. *Pernek de Otto. Lonſperg de Chuneg. Fraunburg Caſtrum.*

Author. Germ. ſacræ tom. 2. f. 313. *Hermannum e Comitibus de Truchſen Ab. S. Lamberti*, quem alii *Permanum*, *Germanum* alii vocant, hoc an. defunctum docet, quem ab an. 1243. quo Diplom. Seccov. 53. inter mea num. 83. ſubſcripſit, præfuiſſe conſtat; vir erat magnorum meritorum, quem primum ex Abbatia S. Lamberti in Styria Salisburgum inſula, Imperium variis beneficiis exornavit. *Hermann. Abb. S. Lamb. Com. de Truchſen. Primus inſulatus an fuerit.*

Succeſſorem ei ſtatuit ſeries Abbat. S. Lamberti mihi communicata *Gotſcalcum* ordine XV. calculo meo XIV. de quo eadem ſeries adfert hæc ſolum verba: *Litteras fundationis ab Ottocaro Rege & Duce Styriæ confirmatas accepit:* id certum an. 1265. præfuiſſe ex Dipl. Seccov. 82. de quo ſuo loco, & in annot. Dipl. 48. hujus tomi. *Succ. Gotſchalc. Abbat XV. S. Lamberti.*

ANNO 1261. *Anno 1261.*

Indict. 4. Urb. IV. Pap. I. Imper. vacant. VI. Styriæ vacantis XVI.

Alexander Papa IV. ubi antea VII. Idus Aprilis confirmaſſet donat. Ord. Teuton. Commendæ Græcenſis ab Udalr. Salzb. Archiep. factam de Eccleſia S. Joannis prope Stubenberch (V. Dipl. mea 128. & Diplomat. Styr. p. 2. f. 186. inter Diplom. Teuton. Græc. num. 8.) tandem 25. Maji Viterbii obiit, die S. Urbano ſacra, quodam quaſi præſagio, Urbanum eidem ſucceſſurum; erat hic antea Jacobus Patr. Jeroſol. e Gallia natus. *Alex. IV. P. confirmat Teut. Græc. Eccl. S. Joan. prope Stubenberch. Urbanus IV. Pap.*

In rebus Styriæ noſtræ primo quaſi loco occurrit novo cum anno, novus Styriæ Capitaneus; nempe *Wocho de Roſenberg* e Bohemia, Auſtriæ antea ad Anaſum Præfectus, pluribusque geſtis, & muniis inſignis, *Wochonem hunc de Roſenberg* adhuc anni prioris fine, noſtro numerandi calculo die 25. Dec. Feſto Nat. Dom. jam Capitaneum Styriæ fuiſſe denuo ex Dipl. Canon. Seccov. num. 73. inter mea num. 129. erus, quo Ottocarus Boh. Rex *Wochoni de Roſenberg Capitaneo* cæterisque ſuis fidelibus inſinuat, ut Eccleſiam Gradwein in ſuam protectionem receptam Eccleſiæ Seccov. tueantur & defendant. *Roſenbereh de Wocho Prætor X. Styr. Gradwein Parocb. Secc. firmatur.*

Novi quidem in Diplomatario Styriæ P. Frœlich ad id Diploma tum in tit. cum in ipſo Dipl. adjectum eſſe an. 1260. & 8. *Kal. Jan.* ſeu

25. *Decemb.* ſed contendo, corrigendum eſſe numerum anni, & addendum num. 1260. unitatem; cauſas binas adfero: 1. Confirmatio Eccleſiæ Gradwein non poteſt antecedere ipſam donationem, Eccleſia vero Gradwein Seccovienſibus donata eſt an. 1260. die 2. April. ut ex Dipl. Seccov. 72. an. pr. oſtendi, unde Confirmatio tardior fuiſſe debuit, & quidem, ut lubens concedo, die 25. Dec. ſeu 8. *Kal. Jan.* non tamen an. 1260. veterum more, qui annum a Nativ. Dom. inchoare ſolebant (hic enim anno noſtrati 1259. reſponderet) ſed an. no 1261. qui proin noſtro computandi more annus quidem eſſet 1260. ſed more veterum, quem etiam Ottocarus ſequebatur (V. Dipl. mea num. 124.) erit annus 1261. Secundam rationem do: Certum eſt, ex Diplom. Runenſi 25. inter mea num. 161. an. 1260. ante 24. Maji. Capitaneum Styriæ fuiſſe *Henricum de Liechtenſtein*, jam vero ſi huic Diplomati permittatur annus 1260. & 8. *Kal. Jan.* dies, jam an. 1259. die 25. *Decembr. Wocho Roſenbergicus* fuiſſet Capitaneus Styriæ, & poſtea an. 1260. die 24. *Maji Henricus Liechtenſteinius*, & iterum eod. an. 1260. die 25. *Decembr.* Wocho Roſenbergicus, itaque quemadmodum die 25. *Decemb.* anni noſtratis 1259. veteres inchoabant annum 1260. ita 25. Dec. in veter. Dipl. poni debet annus 1261.

Wocho itaque Roſenbergicus, quemadmodum nos computare ſolemus annorum initia a Kal. Jan. jam fine anni pr. 1260. die 25. Dec. (quo die veteres annum 1261. ordiebantur) Capitaneus Styriæ fuit, & quidem Ordine IX. quem MS. Chron. Styr. tom. 1. fol. 282. VIII. Prætorem & Henricum male vocat. Diplomata enim Styriæ plurima eundem Wochonem fuiſſe dictum per decurſum oſtendent.

Ottoc. confirmat Seccov. Canoniæ parochi Gradwein. Roſenberg Wocho apud Runenſ. Caſtr. Helfenſtein.

Primum, quod de hoc Capitaneo Styriæ legimus, eſt Diploma, ad eundem ab Ottocaro datum inter mea in fine num. 129. quo Wochoni huic Roſenbergico Capitaneo Styriæ, & omnibus ſuisque fidelibus mandat Ottocarus. ut Eccleſiam Cathedralem Seccovienſem in poſſeſſione Eccleſiæ Gradwein defendant, cum eandem in ſuam protectionem receperit, V. in fine Dipl. 130. ubi etiam dicam; cur Henr. Liechtenſteinius non amplius Prætor Styriæ fuerit. Alterum eſt Diploma ipſius Wochonis Capitanei Styriæ datum Kal. Aug. hujus anni, quo *Amelrico Abbati & Conventui Runenſi* poſſeſſionem Caſtri Helfenſtein contra *Bernhardum, & Henricum Com. de Phannberch* adjudicat in Comitiis Marchburgi, ut V. Dipl. Run. 26. inter mea num. 131.

Amelric. Abb. Runenſ. quando Epiſc. Lavent.

Amelrici Abbatis Runenſis opportuna incidit mentio; Joſephus Mezger San-Petrenſis ſub finem hiſtor. Salisb. in Catal. Epiſc. Lavant. in Carinthia pag. 1152. & in Catal. altero Almericum Abbat. Runenſ. cognomine *Graffendorfer* ab Archiep. Salisburg. *procul dubio Ulrico*, Epiſcopum Lavantinum an. 1259. factum docet, qui eam Cathedram ad an. 1275. tanto clariore virtute rexit, quanto acerbiora erant tempora; fallitur tamen Mezgerus, putans Amelricum an. 1259. factum fuiſſe Epiſc. Lavantinum, cum ex allegato prius Diplom. pateat, eum Kal. Aug. an. 1261. adhuc fuiſſe Abbatem Runenſem, Catalogus Abbatum Runenſium apud Frœlich. Diplom. Styr. p. 2. f. 46. ejus promotionem, & Succeſſoris Rudigeri electionem in Abbatem an. 1265. refert, ſed quamvis forte in anno non erret hic Catalogus, labitur tamen in calculo

culo annorum Regiminis, dum docet Amelricum ab an. 1255. ad 1265. Runæ præfuiſſe, certum eſt enim ex Dipl. Seccov. Epiſc. 38. inter mea in fine num. 111. Amelricum jam an. 1254. Abbatem Runæ, & Judicem Apoſt. fuiſſe deſignatum.

Interim cum alia documenta præſto non ſint, cenſeo Amelricum circa an. 1264. ad Cathedram Epiſc. Lavant. promotum, ut adeo Catal. Run. ſalvetur, tradens eum an. 10. & 6. menſibus præfuiſſe.

Salisburg. Eccleſiæ ſtatus miſerrimus erat, dum duo æmuli certarent invicem, ſicque Provincia, & Diœceſis ſciſſa turpiſſime dilaceraretur; Ulricus Romæ innocentiam ſuam & paupertatis ſtatum ſolvendis 4000. marcarum imparem oſtendens ægre a Papa, & Cardinalibus inducias obtinuit, pro ſubſidio illo orientis ſolvendo, additus tamen ei Thomas ſquillacenſis Epiſc. Legatus Apoſt. qui Ulricum ſtatuto tempore non ſoluturum dejiceret gradu, & diris devoveret. Præterea Papa ratus, medelam ſe allaturum, Eccleſiam Salzburg. Ottocaro Bohemo trinis Epiſtolis commendavit, aſt, ſic oleum igni affudit, nam Ottocarus Philippum unicam turbarum facem defendit, & inſuper Bavariæ Ducem Advocatiam præcipue Eccleſiæ Salisburg. ſibi expetentem irritavit, atque ad arma permovit Salisburgo inferenda, ut ſeq. anni docebunt. *Salisb. Eccl. ſtatus.*

Ottocari res enarrat Pernoldus ad hunc an. ſequentibus: *Bela Rex ad Ottocarum venit Viennam, & pacem firmavit, & Sponſalia Filii fecit, clam præterea Ottocaro depactus eſt pro Uxore, Chunegundem Neptem ſuam ex Filia Conſtantia.* Conventum hunc Viennenſem variorum Principum refert etiam Arenpekius in Chron. Auſtr. an. 1261. *Convenerunt Principes in Vienna ad faciendam concordiam inter Ottocarum, & Regem Hungariæ: Convenerunt ambo Reges, cum duobus Belæ Regis Hung. Filiis, Bela, & Stephanus, & Rex Moſchaviæ gener Belæ Regis, & 3. Reges ex Servia, & 50. Duces potentes* hunc eundem nobiliſſimum Regum Conventum Hagenus primus & poſt eum Haſelbachius aliique deſcripſere, tacentibus tamen Chronicis plurimis, Ottocarus ad Pompæ augmentum complures Principes primi Ordinis Dynaſtas, ex Bohemia & Moravia advocat, atque Clientelares in Auſtria Dominos ad dicendum Sacramentum invitat, Bela, ſeu ea Procerum Conventu territus, ſeu quid fraudis ſubeſſe ſuſpicatus, nondum tradita nuru cum filiis occulta ſe fuga ſubduxit, Scriptisque Poſonio litteris, Sponſam Filio poſtulans, transmitti ab offenſo licet Rege obtinuit: forte vero Bela ob Tartaros jamjam Hungariæ proximos, occulto monitus nuncio domum properare debuit. *Conventus Vienn. compl. principum.*

Antequam Bela Vienna abiret, pacem an. pr. ad Poſonium confectam publicis tabulis probavit, neptemque Ottocari ex Sorore Marchioniſſa Brandeburgica, Belæ Filio Juniori obtinuit, quorum nuptiæ ad an. 1265. referentur; clam vero Pernoldo teſte Ottocaro Uxorem ſuam jam exoſo depactus eſt Chunegundem Neptem ſuam ex Filia Conſtantia. *Sponſalia Belæ Jun. cum Nepte Ottocari.*

Rem ita fuiſſe geſtam, & eventus, & alii præter Pernoldum authores fatentur: nam Pernoldo docenti ab Ottocaro *Dom. Margaretham, cujus oderat ſenectutem ſua voluntate ſine authoritate Eccleſiæ repudiatam* *Ottocarus repudiata Margar. Uxor.*

tam aſſentiuntur, Chron. Salisburg. Clauſtroneob. Mellic. Leob. Arenpekius, Hagenus, Haſelbachius aliique authores fere omnes: audiatur Balbinus Bohemus in epit. rer. Bohem. pag. 245. *An.* 1261. *Premizlaus Ottocarus Bohemiæ rex Margaretha Auſtriaca ingentis animi fœmina obſterilitatem repudiata, neque ob id ſolum, ſed quod ait Pulkava Treviris Parthenonem ſacrum Prædicatorii ordinis poſt Henrici cæſaris mortem ingreſſa, cælibem vitam diu profeſſa fuiſſet, quod poſtea cognitum eſt, chunegundem filiam Roſtislai vel Hoſtislai Ruſſiæ regis - - neptem Belæ Hungariæ regis, Pontifice annuente Moguntino Archiep. cauſam prius cognoſcente duxit uxorem &c.* in hunc ſenſum omnes loquuntur fere authores Bohemi cum Neplachone Abbate Opavienſi apud Hier. Pez tom. 2. col. 1033. & 1102.

Falluntur tamen omnes, qui putant Margaretham Auſtriacam poſt mortem Henrici Regis ordinem prædicat. fuiſſe profeſſam, ut oſtendi ex Pernoldo ad an. 1246. & 1247. & 1250. ex regeſtis Pontificum allatis, unde bene ait Pernoldus: *Ottocarum falſo ſparſiſſe in vulgus, quod jam ſciret Margarethaм eſſe monialem profeſſam*: videantur alii authores apud Auth. Germ. Sacr. tom. 1. pag. 402. Anonymus, & Synchronus Bohemus apud Pezium tom. 2. pag. 1113. quibus clare docetur, Margaretham ſine judicio Eccleſiaſtico fuiſſe repudiatam.

Margaretha in Crembſa locatur.

Margaretam ſic repudiatam, Pernoldo teſte *ſedere in chremis juſſit*, Ottocarus, deditque ei caſtrum *chrampenuvve, villam grevenberch, & alia*; Margaretham in *chremſe locatam* docet etiam Anonymus Leob. Hagenus, Haſelbachius, Arenpekius & Hornek. &c.

Crembſa, hodie *crembſium* urbs eſt Archiducalis Auſtriæ, boreali domicilii latere in clivum elevato ad Chremſe amnis oſtium impoſita, 10. Vienna milliaribus in occaſum diſſita, in qua 4. extant templa, S. Viti Parochia cum turri notabili an. 1464. erecta, alterum Ord. Prædicat. 3tium Soc. Jeſu 4tum hoſpitalis.

Ottocar. Dux Auſtr. & Styr. nec ab hoc anno reputatur.

Propter repudium hoc Margarethæ, *probroſum*, & *injuſtum* teſte Pernoldo, *multorum Auſtralium affectus*, & *fides in Ottocarum valde vacillavit, qui ſic ex juſto poſſeſſore tranſivit in injuſtum*, & hæc eſt cauſa, cur Ottocarum hoc an. inter duces etiam Auſtriæ non amplius referant, authores quidam, tanquam poſſeſſorem injuſtum, uti enim an. 1252. dixi, Margaretha, dum Ottocaro nupſit, jus illi ſuum ſolum communicavit, non autem in eum plene & abſolute tranſtulit, id quod diplomata nonnulla oſtendunt loco cit. allata; thori ergo communione ab Ottocaro ſoluta, ceſſavit etiam communio juris, quare ducatum Auſtriæ vacaſſe, legitimo Domino, Ottocarumque ab hoc tempore ſolum uſurpatorem fuiſſe cenſent, quamvis ego eundem inter Duces Styriæ nunquam poſuerim, ut v. diſſert. de Rudolpho §. 12. Ottocarus vero remiſſa e Bohemia Margareta uxore legitima, Pragæ conjunctus eſt Chunegundi Belæ Hung. Regis ex Filia Conſtantia Nepte.

Ottocar. Regem Chuneg.

Jam an. pr. dixi, ob periculoſum Tartarorum incurſum a Pontifice & Conc. Viterb. indictam collectam pecuniarum in bellum ſacrum promovendum: Salzburgenſi impoſita penſio 4000. marcarum ab eodem, & Prælatis ſuæ Diæc. pendenda, Patav. Eccleſiam contigere 300. marcæ, quare Otto Ep. Patav. cum Prælatis ſuæ Diæc. Nuncio Apoſt. Epiſcopo Chyemenſi ſcripſit, ſe nimium inde gravatum, interim

rim tamen hoc an. idem Otto conſtituit taxatores, & collectores pecuniæ in ſumptus procuratoris ea de cauſa Romam mittendi, de quibus pl. v. apud Auth. Germ. ſacræ Tom. 1. f. 402.

Labacum an Patr. Aquil. donatum.

Si Bellono, & Anonymo Leob. credimus, Ulricus Dux Carinthiæ pro ſe, & Philippo Fratre dedit Gregorio Patr. Aquilej. labacum, & alia, quæ tamen illico feudi titulo eodem hoc an. Dux Ulricus a Patriarcha recepit, Belonus quidem de Labaco nil memorat, Anonymus vero Leob. ad hunc an. clare habet, Ulricus Dux Carinthiæ obtulit *Labacum Gregorio Patriarchæ, officialibus caſtri clavibus datis.* Sed de his plura v. apud de Rubeis cap. 75. num. 1. f. 749.

Arlongus de Voytsberg Epiſc. Tergeſt.

Inter res Styriæ commemorandum eſt, quod valvas: lib. 8. Chron. Carniol. fol. 685. refert. *Arlongum* nempe de *Voytsberg Styrum*, Canonicum S. Georgii & Aquilejæ, hoc an. Epiſcopum Tergeſtinum ordine 28. factum fuiſſe, qui dein an. 1264. Eccleſiam Cathedr. cum ara B. V. ibidem dedicavit: Idem valvas: loco cit. fol. 697. docet Gregorium Patriarcham Aquilej. Theodorico Abbati 6. Sitticenſi *Parochiam S. Petri in Saxenfeld. Styriæ noſtræ*, eidemque monaſterio univiſſe.

Saxenfeld Parochia.

Seccov. Eccl. incendium.

Seccovienſis Styriæ Super. Cathedralis Eccleſia an. 1259. conflagravit, & Ottonj Præp. 9. ſucceſſit *Ortolfus de Prank*, ut dictum eſt an. priore, idem vero præpoſitus, ut Eccleſiam novam poneret, hoc an. obtinuit indulgentias omnibus illis, qui auxiliatrices novæ baſilicæ manus porrexerint. ut v. dipl. Seccov. num. 71.

Ortolfus de Prank Præp. eam reſtaurat.

Göſſenſi res Phuntan, de Conradus & Chuneg.

Göſſenſi ejusdem Styriæ Super. Eccleſiæ *Conradus de Phuntan* nobilis Styrus (v. dipl. in fine num. 113.) cum conſenſu *conjugis ſuæ Chunegundis*, manſum unum in *Stadelhofen* ſeu *Stalhofen* prope Voitspergam certis ſub conditionibus ceſſit V. Dipl. Göſſ. 47. eidem Monaſt. Ulricus Dux Carinthiæ confirmavit donationem *ab Alberto Ceyfel* in loco Lebenach factam, ut V. Dipl. Göſſ. 48. inter teſtes varios Styriæ memorantur *D. Luitold de Stadeke. D. Syfridus de Mürbenberg. D. Otto de Vinkenſtain. D. Cholo, & ſuus Filius de Seldenhofen &c.* de quibus pl. in annot. Dipl.

ANNO 1262.

Anno 1262.

Indict. 5. Urbani IV. P. II. Imperii Rom. vacant. VII. Styriæ vacantis XVII.

Alphonſi Reg. res.

Alphonſus Caſtiliæ Rex, dum Rom. Imp. coronam a Papa impetrare non potuit, ad partes Manfredi ſiculi, licet cæteroquin rex & cognomine ſapiens, nimium tamen præceps abiit, quapropter a Papa & a S. Ludovico. Franciæ rege correptus fuit.

Et Richardi Anglo.

De æmulo altero Imperii, Richardo Anglo, diploma exſtat, apud Goldaſtum in append. document. ad comment de Reg. Bohem. p. 26. & 46. quo Ottocaro Bohemo confert feuda Auſtriæ, quod ſubleſtæ fidei eſſe jam dudum docuit, P. Antonius Steyrer in addit. ad hiſtor. Alberti 2. Duc. Auſtriæ cap. 1. col. 141. &c. rationes breviter aſſigno ejusdem 1. ambo Goldaſti exempla, verbis, & ſententiis admodum ſunt diverſa. 2. Subſignatio chartæ eſt Aquisgrani an. 1262. ſed con-

Ottocar. an Auſtr. & Styr. ab Imp. receperit.

ſtat, Richardum proſuſo auro ſuo neglectum ſe videntem, menſe Jan. an. 1259. tædio plenum, in Angliam rediiſſe, nec res Germaniæ curaſſe. 3. Commendatur in eo fides, & obſequium ſingulare Ottocari in Richardum, quale tamen nemo ſcriptorum novit, immo, Ottocarus in partes Angli ſe abiturum negans, Archiepiſcopum Trevir. ad ſeceſſionem votorum impulit, & dein quamvis ad tempus eum agnoverit, turpiter deſeruit, ut teſtatur ipſe Goldaſtus; 4. varia continentur ævo ac Stylo curiæ contraria v. g. dum Styria jam an. 80. Ducatus, Marchionatus ſolum vocatur &c. 5. Falſiſſime dicitur *Ducatum Auſtriæ* ex Frid. I. Imp. feudum fœmineum, *ad manum Imperii, & ad ſuam, de jure libere eſſe devolutum*; hæc quomodo vera ſunt vivente adhuc Margaretha Auſtriaca?

Manet ergo Ottocarus injuſtus horum Ducatuum poſſeſſor, qualis etiam a legatis Rudolphi Imp. de uſurpatione, & reſtitutione horum Ducatuum dein interpellatus eſt.

Interea, teſte Haſelbachio *Ottocarus ſe iterato de Styriæ Ducatu intromiſit, & Brunonem Epiſc. Olomuc. inibi Capitaneum fecit, etiam Dominam Gertrudem ſupradictam de Styria ejecit, quæ tandem exul in Miſniam ad quoddam monaſterium convolavit, ibique uſque ad vitæ ſuæ terminum permanſit*, de Brunone Olomuc. mox pluribus; Anonymus Leob. ita de Gertrude ſcribit: *Gertrudam ex Styria in oppidum, quod dicitur Feiſtriz, cum dedecore relegavit, quæ poſtea in Miſniam ad Conſtantiam migravit.* Author hiſt. Duc. Styriæ Gertrudem etiam circa an. 1252. poſt tertias nuptias in Feiſtriz relegatam docet, at eandem Judenburgum & Voitspergam obtinuiſſe, pluribus jam eo an. oſtendi. Haſelbachius de hac relegatione in locum Feiſtriz nil memorat, ſolus, quod novi, anonymus Leob. id tradere videtur, loca plura ſunt Styriæ *Feiſtriz*, opinor tamen, ſi Anonymo Leob. fides eam in Feiſtriz infer. Styriæ urbeculam relegatam fuiſſe.

Gertrudes an relegata in Feiſtriz.

Alterum Haſelbachii aſſertum de Brunone Olomuc. Epiſc. capitaneo Styriæ facto confirmant diplomata Styriæ, obierat *Wocho de Roſenberg* Capitaneus Styriæ, teſte Hübnero, Bucelino aliisque plurimis an. 1262. &, ut addit author hiſt. Ducum Styriæ 3. *Junii Græcii*, non vero, ut contra omnium fidem ſcribit author Mſ. Chron. Styriæ, an. primum 1276. confirmant hæc diplomata Styriæ, quæ Brunonem Olomuc. Epiſc. Capitaneum Styriæ, ante eum diem Prætorem non docent, ſic in Dipl. Ottocari Viennæ *Kal. May.* an. 1262. dato & confirmatario omnium privilegiorum Henrici Lichtenſteinii primus omnium teſtis adhuc legitur, *Wocho de Roſenberg capitaneus Styriæ*, itaque 1. Maji ſanus ad huc Viennæ exſtitit, proin adhuc Græcium abire, ibique diem Supremum 3. Junii concludere potuit.

Roſenberg de Wocho Capit. Styr. obit Græcy.

Menſe Auguſto porro Bruno Olomuc. Epiſc. Capitaneus Sryriæ in urbe Marchburg Leobienſibus mandavit, ut 4. majores, vel 10. minores ferri maſſas ad Gyrienſe Cœnobium avehi ſine teloneo permitterent, ut V. Dipl. Gyr. num. 7. inter mea num. 132. dein 4. Idus Decembris litem Seccovienſibus adjudicavit Græcii, ut V. Diplom. Seccov. 75. inter mea num. 133. dum Ottocarus antea advocatiam Eccl. Seccov. in ſe recepiſſet V. Dipl. 134. Ex his tuiſſime colligo, de-

Bruno Olom. Epiſc. Capitan. 11. Styriæ.

Gyrienſis Cœnobres.

Seccov. res.

deſuncto 3. Junii hujus anni Wochoni Roſenbergico Capitaneo 9. Styriæ ante 1. Aug. ſuffectum fuiſſe Brunonem Olomuc. Epiſc. Capitaneum 10. cujus crebrior per decurſum recurret mentio, ut ita MS. Chron. Styriæ mortem Wochonis hujus ad an. 1276. differenti, & Brunonem Olomucenſem negligenti, fides habenda non videatur.

An. ſuper. dixi, Bavarum irritatum fuiſſe, quod Papa Eccleſiam Salzburgenſem Ottocaro Regi Bohemiæ tuendam commiſiſſet; hoc anno, illatus ditioni Salisburgenſi eandem vaſtavit, 8. Epiſcopales munitiones cepit, & Ulricum tam ſubito obruit, ut colligendi vires non haberet. *Nobiles quidam de Wiſpach ſeu Weispach* a Philippo Salzb. nuper ditati, & exaltati, Ducem Henricum ad occupandam ipſam urbem permovere, nec morabatur Dux, ſed urbis captæ partem contra baſilicam cathedralem trans fluvium Salzzach inſpectante Ulrico Archiep. & Thoma Epiſc. Squillac. Legato Apoſt. ignibus ſubjecit, ita Chron. Salzb. continuans in hunc modum, *nec illo contentus, iterum conſilio eorundem prævaricatorum, cum multitudine armatorum ſalinam intrans, munitionem in detrimentum Eccleſiæ ſuper ipſam civitatem erexit.* Prævaricatores hi erant præter Weispachios, *Gebhardus de Welbem* capitulo nuper omnem fidelitatem jurans, ſicque curam *caſtri Werven*, & *Cluſarum* (clauſtra montana erant) obtinuit, qui nil habens damna Eccleſiæ Salisburgenſis, Comitem Goritiæ aliosque obſides pro perſolutis ſibi 800. marcis liberos dimiſit, ut docet Hagenus, Chr. Salisb. & Auth Germ. Sacr. tom. 2. f. 360.

Bavarus Salisb. vaſtat. *Weispach de.* *Velben de Gebhardus.*

Hæc omnia præſens cum ſpectaret Thomas Epiſc. legatus Apoſt. jurabat, ſe rem omnem Papæ relaturum, nil tamen inde motus Bavarus *ad Hallein oppidum*, caſtrum exſtruxit, e quo ſui vicos & oppida circumſita populari poſſent.

Cum vero Thomas legatus denuo urgeretur, ut Ulricum, ſi fidem verbis non faceret, officio moveret, perfecit hoc quidem, & ſententia præſcriptionis vel depoſitionis promulgata, Præceps Romam abiit, ſic demum Philippus electus, ad ſedem vocatus, Ulricus vero in Bavariam ſe contulit, præſidiumque Ducis & Prælatorum ſibi adjunxit; & ſane adfert Author Germ. ſacræ litteras Prælatorum Patav. & Ratisb. Diæceſis ad Urbanum Papam, quibus teſtantur Ulricum revera impotentem fuiſſe, ad ſolutionem, utpote ſpoliatum, & exulem, ut adeo Curia Romana ei de remedio reſtitutionis provideat, qua obtenta ſolutionem certo ſit præſtaturus: eodem etiam anno Otto Epiſc. & Capit. Patav. contra ſententiam Thomæ Ep. ſquillac. Legati Apoſt. ad ſedem Apoſt. denuo appellavit, poſtulans liberari ab onere ſolutionis ſibi impoſſibilis.

Ulricus Salzb. depositur. *Philipp. redit Salisburgum.*

Per Auſtriam, teſte Chron. Mellic. &c. *vulgata ſæpe ſertilitas tanta eſt hoc anno uredine ſterilitatis abſorpta, ut ſegetes in herbis præmortuæ, prænimio ſolis ardore, ad ipſas tempore meſſis reſecandas, non opus eſſet falcibus, ſed magis vellentium manibus*, unde an. ſeq. *graviſſima fames Auſtriam per circuitum vaſtavit*, quæ Prevenhueberus f. 32. ad an. præced. retulit, addens modium frumenti venditum 10. vel 14. fl. quod minimum adhuc pretium erat.

Siccitas ingens Auſtriæ famem.

Præterea teſte Chron. Clauſtraneob. hoc eodem an. *Conſumpta eſt civitas Viennenſis pro majore parte per incendium, ſed & in Moravia, & in-*

Vienna exu-ſta.

Auſtria per Civitates, & villas quasdam maximum per incendium receperunt dammum. Eadem verbo refert Chron. Paltrami, Anonymi Leobienſ. & Zbetlenſis.

Anno 1263.

ANNO 1263.

Indict. 6. Urb. IV. Pap. III. Imper. Rom. vacant. VII. Styriæ vacant. XVIII.

Imperii Rom. res.

Richardus, & Alphonſus de regno contendere videbantur, magis vero Imperium ambire Alphonſus, qui denuo Papam ad ferendam inter utrumque ſententiam deciſoriam urgere per legatos cæpit, unde utrique dies dicta, & utrique Regis Romani titulus a Papa datus.

Salisb. obſidio.

Salisburgenſis Eccleſiæ ſtatum miſerum deſcribit, Chron. Salisb. *Henricus Dux Bavariæ obſedit civitatem Salisburgenſem, quam, cum non poſſet obtinere, ictu fulminis circa meridiem, & cum maxima ſerenitas per totum firmamentum appareret in oppugnatione ejusdem civitatis conterritus retroceſſit, treugas cum civibus ſtatuendo.* Quibus tamen in treugis, ut Philippus e civitate, & locis omnibus Epiſcopatus faceſſeret, ſancitum, unde ejectus eſt denuo Philippus docente eodem Chron. Salisb. *Dom. Philippus a civitate, & aliis munitionibus Epiſcopatus ejicitur.*

Philipp. Salisburg. ejicitur.

Ottocar. Rex defenſ. ſedis Salisburg.

Interea, ut pergit Chron. Salisb. *Dominus Papa tertio commiſit Epiſcopatum Salzburgienſem Regi Bohemiæ, & Epiſcopo Ollomuc. tuendum, & reformandum, qui omnes munitiones transmontanas de facili obtinuerunt,* quæ res tamen ſtatum Eccleſiæ Salisburg. nihilo meliorem effecit, *nam Miniſteriales Eccleſiæ Salzburg. quidam adhæſerunt Regi Bohemiæ, quidam Duci Bavariæ, hæredes eorum ab Eccleſia alienantes, qui etiam in iſtis tribulationibus nunquam capitulo vel Eccleſiæ fidem aliquam ſervaverunt, imo poſſeſſiones Epiſcopatus & capituli ſibi adjacentes, his temporibus omnimode vendicarunt.*

Miniſteriales Salzb. perfidi.

Bruno Olom. Capitan. Styriæ occupat. ditiones Salisburg.

Si Ottocarus per Brunonem Olomuc. Epiſc. & Styriæ Capitaneum munitiones transmontanas Epiſcopatus Salisburg. obtinuit, id vel ab initio anni, vel eo ad finem vergente contigiſſe debuit; conſtat enim ex Diplom. Seccov. 76. Ottocarum Regem in die Jacobi Apoſt. 8. Kal. Aug. ſeu 25. Julii, & die ſeq. Neoſtady fuiſſe: ibique confirmaſſe ſententiam Brunonis Olomuc. Epiſc. Styriæ Capitanei, qua Seccovienſibus ad judicatum eſt prædium *Erzbald*, ſitum apud *Caſtrum Waldſtein*: præterea ſequ. die eodem in loco Ottocarus confirmavit factam Seccov. donationem *Elleys de Guetenſtein* viduæ, V. Dipl. Seccov. 77. inter mea num. 135.

Ottoc. Neoſtadi confirmat.

Seccov. res.

Arzwald Secc. Præd. ad Waldſtein.

Gutenſtein de Elleys.

Seccov. res.

Quoniam vero de Seccovii rebus occurrit mentio, conſtat ex ejusdem Canoniæ Privilegiis & Diplomatis, Urbanum IV. P. eorum jura, & privilegia confirmaſſe (v. Diploma Seccov. num. 78.) ſed etiam *Ulricum Carinthiæ Ducem* ejusdem canoniæ benefactorem fuiſſe eximium, etenim prima die Auguſti Seccovii exiſtens, eisdem 10. marcas denariorum annuas de moneta ſua in foro S. Viti donavit pro anguillis & ficubus, ut v. Dipl. Seccov. 79. inter mea num. 136. Beneficentiam Ulrici plura alia S. loca deprædicant, ſic teſte Duellio

Ulricus Dux Car. Seccov.

hiſt.

hiſt. ord. Teuton. parte 3. cap. 6. pag. 103. jura equitum Teuton. in Laybaco, confirmavit in clauſtro Landeſtrat 5. non 1. Maji mox 8. Kal. Junii Sigillo ſuo muniit fundationem Studenizenſem ac dein in feſto SS. Apoſt. Petri & Pauli Cænobio Oberburg. ſuas poſſeſſiones ſtabiliit, de quibus mox pluribus dicetur.

Ejus nuptiæ cum Agnete Badenſi.

Ex his vero oritur quæſtio, quonam anni hujus tempore Ulricus Dux ſecundas Nuptias celebraverit? variant in anno nuptiarum Chronica, attamen pleraque, uti Auſtrale, Clauſtroneob. & Leobienſe hunc an. ſtatuunt, confirmatque Hornekius Chron. rythmico cap. 17. ſcript. Auſtr. apud Pezto. 3. unde cenſeo, nuptias eas initio hujus anni contractas, Hymæneo ſane præpropero, cum Agnes Badenſis Hermanni, & Gertrudis Auſtriacæ Filia an. primum 1250. nata fuerit; matrimonium hoc ſterile fuit, ex prima vero uxore Agnete Merania a Frider. bellicoſo repudiata, teſte Anonymo Leob. ad an. 1257. Ulricus genuit Filium, & Filiam, Henricus Filius an. 1262. vivus erat, attamen præmortuus Patri, ut dicetur.

Studeniz. Monaſter.

Studenizenſe Ord. S. Dominici in Styria infer. cænobium hoc anno fundatum eſt, a *Sophia* Vidua Dom. *Richeri de Sunekk*, cum conſenſu cohœredum ſuorum, ut V. Diplom. Styr. P. Frœlich, tom. 2. pag. 298. & litter- fundat inter Dipl. mea in fine num. 137. reſignavit enim Sophia partem hæreditatis ſuæ in caſtro Studeniz & varia alia bona, de quibus plura in annot. Diplom. meorum.

Sunck de Richerus & Sophia.

Citatus mox Frœlichius ſ. 303. num. 40. refert deſcriptionem Germanicam hujus fundationis Studenizenſis, ex qua ſequentia lectori communico.

Studeniz nomen, originem ſuam debet fonti infra *montem Wotſch* in loco ſolitario exurgenti qui fons tempore V. Sophiæ fundatricis in caſtello Studenitz habitantis an. 1258. ter in vinum mutatus, & Puellæ ruſticanæ viſum attuliſſe, ac cæcitatem repuliſſe fertur, ita ut pelliculæ oculos obſtruentes contactu aquæ hujus, illico deciderint, unde dein *Studeniz, ad fontem gratiarum* nomen exortum. Nam *Studeniz* idiomate vindico idem, ac *fons gratiarum* ſignificat.

Sophia hæc non fuit Soror Ottocari.

Hujus gratiæ intuitu *Sophia* Filia D. *Alberti de Rocbatſch* & Vidua D. *Richardi de Sunek* (addit relatio fuiſſe Sororem Ottocari Regis Bohemiæ, quod non cohæret) fundare cæpit Monaſterium hoc Studenizenſe, eique attribuit ſuam hæreditatem in *Stottenberg* (in Dipl. Fundat. dicitur in Studeniz) cum conſenſu Fratris ſui D. *Henrici de Rocbatſch*, aliorumque Fratrum uterinorum D. *Ottonis de Kunſperch*, *D. Henrici de Wiltenbauſen* aliorumque cognatorum, una cum advocatia & omnibus juribus, *uti & Studeniz cum* 10. *villis ſeu manſis*, *ſylva & 2. vineis*, *vicum Kroiſſendorf.*

Eadem prima Prioriſſa.

Eadem vero Sophia habitum aſſumpſiſſe, primaque Prioriſſæ nomine, præfuiſſe dicitur v. an. 1265. cui dein Ottocarus Rex Bohemiæ, eodem hoc anno de *Dominio Sounek* in carinthia, de ſuis bonis 57. pondo dominicalium contribuit, (57. ℔ Herrn Gildt) quæ in litteris fundationis referuntur.

Ottocarus Rex quæ huic Monaſterio dederit.

Hæreo de his ab Ottocaro collatis bonis, tum quod nec eorum, nec Ottocari mentio fiat in Diplom. fundat. tum, quod Ottocarus hoc

an. ſe nec Carinthiæ Ducem, minus Archiducem ſcripſerit, Ulrico Duce adhuc vivente, & de translatione Ducatus in alium nondum cogitante, utpote, cum ſecundas Nuptias inierit, & Henricus ejusdem ex 1. Uxore Filius adhuc vixerit, unde quæ de Ottocaro hac in deſcriptione adducuntur, ſubleſtæ fidei ſunt.

Tandem eadem deſcriptio habet, an. 1259. (quem annum primum hujus fundat. ſtatuit) *duos fratres Labacenſes Rudolphum, & Henricum* ob 2. Sorores ſuas inveſtitas *Sophiam & Eliſabetham* varios manſus, & villas cænobio huic contuliſſe.

Hæc eſt origo Monaſterii hujus in circ. celej. ſiti, cujus Diplomata, & res alias cum tempore adferemus, præſertim ubi plura Diplomata memorabilia, & ſeriem Prioriſſarum inde abtenturum me confido. Electio Prioriſſæ libera eſt conventui, peragiturque in præſentia DD. Commiſſariorum Cæſareorum, & Archidiaconi Celejenſis. Opportune ſubmiſſus a Reverendiſſimo ac Perilluſtri DD. Archidiac. Weizenſi Liber annot. clariſſimi Poppovichii ad Diſquiſit. de mari, & de columnis Herculis, plura de hoc celeberrimo Monaſt. documenta

Wotſch mons Styriæ. ſubminiſtrat, & quidem de monte *Wotſch* ſeu *Potſch* ait, montem hunc a rotunditate ſua nomen habere, idque ex pluribus linguis oſtendit, mons hic pluribus æris generibus dives reperitur, ut aquæ ex eo proruentes produnt, ferri, vitrioli, ſulphuris, ſalis petræ, aluminis reliquias, eo in monte hærere, oſtendunt variæ aquæ ſalubres ex eo-

Rochitſch. acidulæ. dem protuberantes, nam præter venam celebrem *acidularum Rochitſchenſium* (de quibus videri poteſt deſcriptio Acidularum Rochitſchenſium Doctoris Gründel) una ut ſemihora Rochitſchio, & 5. quadrantibus a S. Cruce diſſita, in pede montis *Botſch*, quinque aliæ venæ fere ſimiles videntur, nondum quidem purgatæ, atque ideo minus

Ad S. Crucem. conſideratæ. Vena ad S. Crucem exurgens, flavo admodum acræ pulvere, lapides afficiens, ferri mineras exhibet, aqua ad *Ariviza*

Ad Ariviza. ſeu *rufum vicum*, cum lapides rubro-flava terra induat, teſte Doctore Gründel cit. aluminis, & ferrei vitrioli ſigna præbet, aqua ad

Ad Studeniz. Monaſterium Studeniz exorta, ſumma hyeme calidiſſima, & fumans, lotricibus, ut nudis pedibus ei inſiſtere poſſint, admittit, quod ſulphuri ferro, vel ſilicibus latentibus, potius quam ignibus Subterraneis Poppovitſchius adſcribit, deducitque eo in monte copiam ſalis communis, & ſalis petræ includi, tum quod montis non adeo magna ſit altitudo, tum quod ſumma æſtate foſſæ quædam montis

Fons gratiarum ibidem. hujus nives contineant, uti ſub Eccleſia S. Nicolai in Raunim. Fons porro *gratiarum* dictus in Studeniz, cum communem uſui humano aquam & potum præbeat, & extra hortum Monaſterii oriatur, venis mineralibus immunis erit cenſendus.

Göſſen. ret. In Göſſenſi Styriæ Superioris Parthenio, Chunegundes Abbatiſſa executioni dedit liberalitem olim fundatam, vi cujus monialibus 3tia per hebdomadam die vini portio danda aſſignabatur, cum antea non niſi duabus per hebdomadam diebus iisdem vinum præbitum fuiſſet: V. Diploma Göſſ. num. 51. præbenda enim olim ſtatuta Solumbinis per hebdomadam vicibus, vinum ſuppeditabat his monialibus, dein vero quidam Chriſti Fideles contribuebant 18. marcas denariorum

uſualis

ſit, & tab. 776. in March. Brandenburg. ait Chunegundem an. 1275. de functam nuptiſſe Belæ 4to.

Hiſce nuptiarum ſolemniis Margaretham Reginam minime adfuiſſe cenſeo, utpote quæ dies malos obtruſæ ſibi opprobrio viduitatis in bono vincere ſtuduit, & cultum illius, qui conſolatur mæſtos in omni tribulatione ſua, in opum ſuarum ſancta liberalitate, & forte propriarum manuum regiarum pio labore promovere contendit, nam, ut Annal. Zwetl. hoc an. pag. 371. habent, integrum ornatum, cum aliis ornamentis dedit Eccleſiæ Zwetlenſi, & homines Zwetlenſes libertate donavit. *Margar. Reg. pia opera.*

Jam an. 1261. obſervavi Amelricum Abbatem 9. Runenſem an. circiter hoc vel priore Epiſcopum Laventin. nominatum fuiſſe, ratio mihi alia in promptu non eſt, quam Catal. Abbat. Runenſium apud Frœlich Diplom. Styr. p. 2. f. 46. in quo dicitur 10. annis, & 6. menſibus præfuiſſe, cumque an. 1261. & an. 1254. ex Diplom. Seccov. oſtenderim, eum an. 1254. Abb. Runenſem fuiſſe, conſequitur eum hoc circiter an. ad Epiſcopatum Lavent. promotum, vel etiam anteriore an. ſi ante an. 1254. Runæ jam præfuiſſet. Laudem Amelrici ſequentibus proſequitur Catal. idem. *An 10. & 6. menſibus hujus S. Monaſterii curam geſſit paſtoralem, hic ſacræ religionis Zelator fervidus, quæ verbo docuit, opere demonſtravit, & fidelis in minimis transferri meruit ad majora - - - hujus Abbatis tempore Dominus benedixit Monaſterio in poſſeſſionibus & juribus multis.* *Amelric. Abb. Runenſ. Epiſc. Laventin.*

Succeſſor datus eſt Bernardus de Plankenvvarth 10. Abb. Run. an. 1265. regulariter inſtitutus, ut ait Catal. Run. Abb. Amelrico ſorte in fine anni ad Cathedram Lavant. translato, *annis 14. vigilanti ſolicitudine Monaſterium hoc adminiſtravit. Hic pietatis cultor, conſolator pauperum, afflictorum refugium, commiſſam ſibi Eccleſiam auxit, in bonis ſpiritualibus, & temporalibus dilatavit.* De Familia hac V. tomo hac in fine annot. Dipl. 22. *Bernardus de Plankenwarth Abb. 10. Run.*

Unum ſubjungo, an nempe plus fidei mereatur Catal. Abb. Runenſium quam necrologium ejusdem Monaſterii: cenſeo plus deferendum eſſe Catalogo, cum necrologium in pluribus nominatim in Abbate 7. erret, quem Bernardum, Henricum, & Rainoldum fuiſſe refert, differentiam Catalogi, & Necrologii ejusdem hic ſuppedito.

Necrol.	*Catalogus.*
2. *Id. Jan.* obiit *Hermannus Abbas in Runa an.* 1570.	Docet an. 1469. fuiſſe defunctum in Octav. Epiphaniæ.
8. *Id. Febr. Nicolaus Abbas in Runa an.* 1112.	Eo an. Monaſt. Run. non ſtetit, Catal. habet an. 1472.
4. *Id. Martii* & 3. *Id. Martii, Bartholomæus de Grundnig Abb. Run. an.* 1577. proin bis defunctus eſſet; uno die mors: altero depoſitio inuitur.	Et an. & diem obitus omittit.
6. *non. Julii Bernhardus Abbas 7. Runenſis.*	Catalogus 10. fuiſſe ait, & concordat chronologia.
3. *Non. Octobr. D. Henricus Abbas Runæ 7.*	Catal. 12. ſtatuit.

Necrol.	*Catalogus.*
15. *Kal. Dec. Ortbinus* 3. *Abbas Runæ.*	Catal. 3. habet Guilielmum 2. Otmarum, Ortbinum nullum.
12. *Kal. Jan. Rainoldus Abb. Runensis* 7.	Catal. 7. vocat Ludovicum & Rainoldum 11. Abb.

Ex his concludo, majorem Catalogo, aquam Necrologio deberi fidem.

An. 1265.

ANNO 1265.

Indict. 8. *Clement. IV. Pap. I. Imper. Rom. vacant. X. Styriæ vacant. XX.*

Clemens IV. Pap. Clemens Papa IV. die 9. Febr. pontificatum adeptus, mox feuda Siciliæ Carolo Andegavenſi contulit, dein ubi Alphonſo Caſtilienſi ſuaſit, ut renunciaret Regno Germaniæ, in Angliam legatum miſit, eamque pacavit, Eduardo Principe, Henrico Rege Patre, & Richardo Germaniæ Rege liberatis.

Seccov. Res. Idem vero Clemens Papa de Rebus Styriæ plura hoc anno pertractavit, primo enim Canon. Seccov. Privilegia omnia Peruſii 7. Id. Junii Confirmavit, ut V. Diplom. Seccov. 80. eodem etiam die Brunoni Ep. Olomuc. & Præpoſito Friſac. per Diploma ſuum mandavit, ut Canonicos Seccov. contra injurias Dynaſtarum *de Maſſenberg* tuerentur. V. Dipl. Seccov. 81. inter mea in fine num. 139. Iterum 15. Julii, dum Prælati nonnulli ſupplicarent eidem, ut Parochiam Gradwein confirmaret Seccovienſibus (V. Dipl. Seccov. 82. inter mea num 140.) eandem ipſis Parochiam confirmavit V. Dipl. Seccov. 83. tandem, ut omnem Seccov. Canonicis exhiberet ſolicitudinem, ipſi Ottocaro de die 5. Id. Julii ſcripſit, ut hos contra Philippi Salzburg. quondam electi tyrannidem defenderet, V. Dipl. Seccov. 84.

Gradwein Parochia confirmat. a Papa Seccov.

Seccov. damna a Philippo Salisburg. Ex binis his Diplomatis patet, Canonicos Seccov. plurima damna a Philippo Salzb. electo ſuſtinuiſſe, etenim dum an. 1256. Ulricus Seccov. Epiſcopus, poſtularetur Archipræſul, hicque cum Ottone Præpoſ. Salisb. infra Diæceſim ob Philippi tyrannidem conſiſtere non auderet, eos dum ſic per abrupta deviantes Seccovienſis Præpoſitus & Capitulum ſæpius ſuſciperent, & omni auxilio foverent, Philippus etiam in Seccovienſes debacchari cæpit, Ulricus vero Archiep. Otto Præp. & capitulares Salisburg. horum memores beneficiorum, ut damna ſui cauſa illata, Seccovienſibus repararent, unanimi conſenſu Parochiam Gradwein tum vacantem an. 1260. contulerunt in perpetuum. Succedente tempore quidam Canonici Salisburg. qui tempore collationis hujus abſentes, & fugitivi erant, collationem hanc impedire cæperunt, utpote ſe irrequiſitis factam; ne vero Seccov. Eccleſia inde recipiat incommodum, unde debuiſſet gratiam referre, ſupplicarunt Abbates S. Pauli, S. Lamberti, Admont. & Garſtenſis Papæ, ut non obſtante hac Canonicorum Salisburg. repugnantia Seccovienſibus Parochiam Gradwein conferret, quod etiam edito Dipl. fecit, ut ſupra dictum.

Gradwein Parochia cur. Seccovien. data.

Ottocar Rex Græcii. Ottocarus Rex Bohemiæ Græcii exſtiterat. 11. Kal. Maji ſeu 21. Aprilis, ibique varia Seccov. Privilegia, nominatim Ottocari I. Ducis

Diplo-

uſualis monetæ, ex quibus 3tia per hebdomadam die vini portio data eſt Göſſenſibus: Inter teſtes memorari merentur 3. *Capellani Göſſenſes nempe D. Joannes Plebanus Göſſenſis, D. Henricus Plebanus S. Dionyſii, & D. Joannes Plebanus S. Mariæ juxta Leuben*, 4tus eorum Capellanus, ſeu Monaſterio ſubjectus Parochus, de *Tragöſſ.* non aderat præſens. *Plebani Göſſ. in Göſſ. nempe ad S. Dionyſius S Mariæ juxta Leuben de Tragöſſ.*

Oberburgenſe in Styria Infer. Ord. S. Benedicti Monaſterium Udalricum Ducem Carinthiæ benefactorem habuit, ut ſupra dictum. *Hertnidus II. de Orte* ultimus hujus Familiæ (uti tomo 1. annot. Dipl. 13. dixi) vitam ſuam concluſerat, & quidem probabilius circa an. 1261. cum an. priore jam ut defunctus referatur, Dipl. Seccov. 74. inter mea num. 133. hujus itaque bona omnia per ditionem ſuam, Ulricus Dux, Eccleſiæ Oberburg. cui tum Henricus Abbas præerat, donavit. Datum eſt Diploma apud Stein, V. Diplom. Styr. p. 2. fol. 292. inter mea num. 138. *Oberburg. res. Orte de Hertnidus 2. ultim. Fam.*

ANNO 1264. *Anno 1264.*

Indict. 5. Urbani IV. P. IV. Imperii vacant. IX. Styriæ vacantis XIX.

Papa ab nimiam Manfredi in Sicilia licentiam, regnum illud obtulit Carolo Andegavenſi Fratri S. Ludov. Regis Franciæ, qui mox id acceptans ſui loco, Vicarium Romam miſit, qui in Italia inchoaret Manfredi depreſſionem, dum ipſe interim in Francia exercitum inſtrueret. *Carolus Andegavenſ. acceptat Regnum Siciliæ*

In Anglia interim ſubditi perduelles Henr. 3. regem ſuum, cum Eduardo filio, & Richardo, Regni Rom. candidato in acie ceperunt, anno altero primum liberandum. *Eduardus & Richardus Angli Capti.*

Salzburgenſes res enarrat Chron. idem ad hunc annum: *Dom. Ulricus Archiepiſcopus vocatus a clero, & miniſterialibus, & civibus, intravit civitatem Salzburgenſem, una cum Duce Bavariæ, ubi per 4. annos demoratus, ſuam recognoſcens inſufficientiam, propter malitiam plebis propoſuit renunciare oneri, & honori, & egreſſus a civitate in marchiam ſe recepit, ab inde dirigens Litteras ceſſionis ad curiam Romanam. Sed Papa Urbanus jam obierat, unde negatium manſit inſuſpenſo.* Ulrici ad Præpoſitum cathedralem & miniſteriales orationem diſertam ex verbis Hornekii refert Auth. Germ. Sacr. tom. 2. f. 361. *Ulricus Salzburg. reſignat.*

Præpoſitus convocavit collegium, in quo Ulrico dignitatem reſignanti decretum eſt domicilium, & datus apparatus familiaris e dignitate, mox *in marchiam* ſeu *Styriam* abiit, reliquum vitæ quietius transacturus, atque, cum Romæ protelaretur Ulrici reſignatio, hic teſte Hornekio alterum Romam legatum miſit, qui tamen ab Urbano reſponſi aliud non tulit, quam rem diligentius ruminandam eſſe; ſed inter hæc Urbanus 4. non. Octob. obiit, qui 2. Id. Maji Gyrienſibus Diploma Leopoldi Ducis Auſtriæ, & Styriæ de an. 1209. confirmavit, & de verbo refert, ut V. Dipl. Gyr. num. 53. cumque hoc Anno Papa nullus eligeretur, hæſit Legatus Ulrici inaniter Romæ, ita Hornek. *In Styriam abiit.* *Urban. IV. P. obiit.*

Monachi S. Petri & Nunberg. cum Capit. Salisbur. transigunt.

Interea pergit Chron. Salisburg. *Monachi S. Petri, & moniales in monte ad obedientiam, & gratiam capituli redierant facta aliqua recompensatione damnorum, quæ capitulum ex inobedientia eorum receperat.* Jam enim dictum eſt, Richerum Abbatem S. Petri interdictum ſæpius violaſſe, Chuno ejusd. an. 1259. Succeſſor damna ad arbitrium Ottonis Præpoſiti cathedralis reparavit, de quibus V. bina Diplom. apud Auth. Germ. Sacr. tom. 2. p. 362. poſthæc, ut ait idem Chron. *Otto Præpoſ. obiit, Fridericus de Walchen Canonicus ejusdem Eccleſiæ ſuccedit.* An. 1270. Archiep. factus, quo eodem tempore Decanatum Salzburg. gerebat Fridericus II. ab an. nempe 1253. ad 1278.

Otto Præpoſ. Salisburg. obiit ſuccedit Frider. de Walchen.

Frider. alter Decan. Salisb.

Frider. Abbas 23. Admont. obiit Ulricus I. Abb. 24. Succ.

Eodem an. ad ſuperos evocatus eſt Fridericus Abbas 23. Admont. nil niſi famis, & vitæ ærumnas patienter his 4. ſui regiminis annis perferens, cui ſucceſſit Ulricus I. Abbas 24. cognomine *Zant.* de quo lib. 3. MS. Admont. hæc habet, *licet bonis Eccleſiæ Admont. nil adjecerit, de his tamen, quæ invenit nulla minuit, aut obligavit.* Ita ſeries Abbat. Admont. apud Frœlich Diplom. Styr. p. 2. f. 249.

Ottocar. Rex an ſe Ducem Carinthiæ ſcripſerit.

Res Ottocari jam memorandæ videntur; P. Philibertus Hueber Auſtriæ ex Archivo Mellic. illuſtratæ, lib. 1. cap. 4. pag. 25. mirabilem Ottocari chartam refert, hoc tit. *Nos Ottocarus D. G. Bob. Rex, Dux Auſtriæ, Styriæ, & Carinthiæ, Marchio Moraviæ, Dominus Carniolie, Marchiæ Egræ portusque Naonis.* Confirmat privilegium Friderici Mellicio datum *an. MCCLXIV. 3. non. April. Viennæ.* Sigillum Diplomati adjectum, ait exhibere ſcutum Carinthiæ modernum; jam an. pr. dixi Suſpectum eſſe titulum *Ducis Carinthiæ* in Ottocaro, tum quod Ulricus an. pr. 2dis nuptiis contractis nondum de translatione Carinthiæ cogitaſſe videatur, tum quod eam an. 1268. menſe Decembri primo in Ottocarum tranſcripſerit, præterea omnia reliqua Diplom. Ottocari uſque ad an. 1270. eo titulo carent, unde ſuſpicio non erit inanis, ut numero dicto addatur X. legaturque an. MCCLXXIV. nec obeſt, quod Frœlichius teſtetur, ſe in tabulario Auſtriaco vidiſſe hoc an. primum ab Ottocaro ad hibitum fuiſſe modernum Carinthiæ ſcutum, nam & eadem charta omittit titulum Ducis Carinthiæ in Ottocaro, & Ulricus Dux vetere ſigillo, quod Styriacæ Pantheræ fere eſt geminum, conſtanter eſt uſus.

Ottocarus crucem ſuſcepit.

Hoc eod. an. Ottocarus Rex Bohemiæ, Ruthenis, & Lithuanis, Ruſſiam denuo vaſtantibus, crucem contra eos ſuſcepit cum plurimis nobilibus Bohemiæ, Moraviæ, Auſtriæ, & Styriæ, ſed expeditio hæc quadriennio dilata eſt, hinc tempus Hymæneo datum, etenim ut habet Chron. Clauſtraneob. hoc an. *Juvenis Rex Hungariæ Bela, contraxit cum Domina Filia Marchionis Brandenburgenſis; ob cujus honorem Rex Bohemiæ Ottocarus avanculus ſuus maximum feſtum in campo, qui Vizze dicitur, celebravit, vocatis ad hoc multis principibus de partibus diverſis, cum quibus expenſas fecit infinitas; Bela autem confirmato matrimonio Dominam Secum abduxit.* Eadem fere habent Chron. Salisburg. Leobienſe, Balbinus aliique, Sponſalia jam an. 1260. contracta erant. nuptiæ hoc an. in campo *prope Fiſcham* omni magnificentia inſtauratæ; male de his ſentiſſe videtur Hübnerus, in tabula enim 108. Belam hunc Jun. nomine 5. omi-

Nuptiæ in Fiſchau Belæ jun.

ſit,

Diploma datum an. 1182. confirmavit, antequam adhuc Clementis IV. P. Litteras, pro Seccovienſium contra Philippi Salisb. auſus damnoſos tutela recepiſſet; præſentes ei erant Nobiliſſimi Bohemiæ, Auſtriæ, & Styriæ proceres cum Ulrico Archiep. Salzburg. & Brunone Epiſc. Olomuc. ut V. Dipl. Seccov. 85. inter mea num. 141. *Uti & Ulricus Archiep. Salisbur. Bruno Olomuc.*

Quid rei fuerit, cur Ottocarus Styriam hoc an. ſubire voluerit? nullibi reperio, id ex Chron. Clauſtroneob. Auſtrali, & Leob. certum, eum ſævire in Auſtriam cœpiſſe, ita enim inquiunt: *Dominus Rex Bohemiæ eod. anno Miſſovvarium, & Benefum, & Dom. Mylotum Fratrem ejusdem redegit in captivitatem, in Aychorn, in qua Miſſovvarius eſt mortuus, & illo annoidem Rex incepit in Auſtria multa caſtra devaſtare.* Verum eſt itaque, quod ajebat Pernoldus ad an. 1261. *propter probroſum, & injuſtum hoc divortium* (Margarethæ Auſtr.) multorum Auſtralium affectus, & fides *in Ottocarum valde vacillavit*, nomine Miſſowarii venit *Otto de Meiſſov*, clariſſimæ inter Auſtriacos Familiæ: Dynaſta hic vicinis principibus chariſſimus, hac ipſa ſui exiſtimatione, Ottocaro licet fideliſſimus, ſuſpectus tamen fuit, utpote de uſurpatione Auſtriæ ſibi male metuenti, hunc, ut eo liberaretur, in carcerem conjecit, ut ibi vitam finiret. *Aychorn.* 3na Auſtriæ loca ſunt, unum ſuperioris, bina inferioris: nullibi, quod novi, caſtrum adjectum eſt; forte locus Bohemiæ erat, quo dimiſſus eſt Meiſſovius. *Ottocar. ſævit in Auſtriacos. Meiſſav. de Otto abit in carcere.*

Penefus ille quis fuerit etiam carceri mancipatus? ignoro, forte *Poneſlius Moraviæ Camerarius*, qui in Ottoc. Diplom. an. 1256. Mellic. dato, ſubſcriptus legitur, *Mylotus ejus Frater* pariter ignotus, an idem *cum Mylota Styriæ ad an.* 1276. Capitaneo? quod dicam, non habeo.

Pataviæ 5. Id. Aprilis obiit Otto Epiſc. cui ex Canon. Patav. votis Succeſſor datus eſt Uladislaus, Sileſiæ Dux, Ottocari ex Anna Premislai Ottoc. Patris Sorore cognatus, Juvenis quidem, ſed eruditione, moribus, ac genere clariſſimus, & ipſi Summo Pontifici Commendatiſſimus: cum vero deliberaſſet Papa de electione Patavienſium admittenda, ecce adſunt, Legati Ulrici Salzb. dimiſſionem urgentis, cum Legatis Salzburg. de eodem Uladislao ſuæ Cathedræ præficiendo, quibus proin aſſenſit Papa & Eccleſiæ Salisb. Uladislaum non obſtante defectu ætatis & ordinum dedit præſulem, quæ breviter refert. Chron. Salisburg. his verbis: *Papa ſibi proviſionem utriusque Eccleſiæ* (Salzb. & Patav.) *reſervans Dom. Wlodezlaum Ducem Poloniæ præfecit Eccleſiæ Salzburgen. Petrum vero Magiſtrum pædagogum Ducis, Eccleſiæ Patav.* *Otto Ep. Patav. obiit. Succ. Uladislaus.* *Mox Salzb. Archiep.* *Petrus Epiſc. Patav.*

Poſtulatus itaque, non vero reipſa Patav. erat Epiſcopus Uladislaus, antea Præpoſ. Wiſſehradenſis ab Ottocaro conſtitutus, eique ad Archiepiſcopum Salzburg. promoto, ejusdem Magiſter & Pœdagogus Petrus Canonicus Uratislaviæ eſt in Cath. Patav. ſubſtitutus, Canonicum fuiſſe Uratislaviæ Petrum, docent litteræ, Clement. IV. P. apud Auth. Germ. ſacræ, non vero Parochum Viennenſem, ut volunt Lazius, & Hundius, eum in Synodo Viennen. fuiſſe a Guidone Card. Epiſc. Patav. factum, nam Synodus ea primum an. 1267. kabita eſt, ut dicetur, certe ex litteris Otton. Ep. Patav. an 1261. inter taxatores pecuniæ in S. bellum colligendæ reperitur; *Mr. Gerhardus Plebanus*

banus de Vienna, Canon. Patav. ut V. Dipl. an. 1266. apud Auth. Germ. S. tom. 1. f. 409. qui an. 1252. Magiſtro Leopoldo Suffectus, per plures deinceps annos Parochiam rexit; minus credibile *Petrum* Ep. Patav. fuiſſe *Styrienſem* ut ait Catal. Anonymi Mellic. certius quod legitur in vita Wilbirgis San-Florian. recluſæ apud Hier. Pez, tom. II. pag. 255. eum ex Michſna ſeu Miſnia oriundum.

An. ex Styria natus.

Ulricus Archiepiſc. denuo Epiſc. Seccov.

Quo vero abierit, quidve egerit Ulricus Salzburg. ceſſione ſui a Papa acceptata? declarant documenta MS. Canoniæ Seccov. inter Diplom. Seccov. Canon. num. 87. in quibus refertur Epiſtola Clementis Papæ, qua *ad inſtantiam Udalrici Epiſc. Seccov. abſolutoriæ ſuper excommunicatione in ipſum lata &c. Item ſuper retentione Eccleſiæ Piber una cum Epiſcopatu Seccov.* diſpenſatio datur, *Kal. Sept. an Pontific. primo.*

Simul retinet Piber Paroch.

Ex hoc MS. patet itaque 1. Epiſcopatum Seccovienſem ab an. 1256. quo Ulricus poſtulatus eſt Archiep. Salzb. per eas temporum turbas vacaſſe. 2. eundem Ulricum poſt ceſſionem mitræ Salisburg. eum denuo Epiſcopatum obtinuiſſe, 3. Eccleſiam in Piber eidem quoque attributam, ex quo conjicio facile, Eccleſiam Piber, quam an. 1250. Philippus Salzburg. Archiep. eidem Ulrico Ep. Seccov. a Monaſterio S. Lamberti eliberandam, ſe traditurum, ſpopondit, dein, incertum, quo an. eliberatam Epiſcopatui Seccov. fuiſſe attributam, utpote cum exſtet Diploma Clem. Papæ de an. 1268. quo conqueritur de inique erepta Ulrico Epiſc. Seccov. Eccleſia in Piber, ut V. Pl. an. 1268.

Piber Parochia Epiſc. Secc.

Hiſce enodatis alia non modica controverſia explicanda eſt de Diplomate quodam Studenizenſi, quod obelum fixit Frœlichio, qui tamen difficultatem nondum omnem reſecuit: Diploma illud in Dipl. Styriæ P. Frœlichii tom. II. p. 301. num. 39. inter Studenizenſia refertur, ſubſcriptio omnem difficultatem continet, ita vero eadem habet. *Teſtes autem ſunt Philippus Vener. Salzburg. Eccleſiæ Electus, in cujus præſentia hæc geſta ſunt, Ulricus Seccov. Epiſc. - - acta ſunt hæc an. incarn. Dom.* 1296. (in titulo ponitur annus 1286.) *in Eccleſia Pattone. Idus April. Apoſtolicam ſedem Honorio Gubernante:* Hoc qui legitime cambinaverit, magnum omnino ædipum aget.

Frœlich cit. in notis hæc ſolum addidit: *Quis Honorius? nam 3tius obiit an.* 1227. *itaque debet alius fuiſſe, ſcilicet Honorius 4tus qui ſedit annos 2. dies 2. obiit an. Chriſti* 1287. *hoc magis convenire videtur, cum altero ſcripto.* Non attendit autem Frœlichius, Philippum Salzburg. an. 1279. mortuum & Ulricum an. 1268. defunctum non potuiſſe convivere Honorio 4to.

Studenis Dipl. Criſis.

In re hac ſumme ardua, cenſeo nomen Honorii, & numerum anni vitioſum eſſe, pro Honorio Clemens, pro an. 1286. vel 1296. ponatur annus 1265. vel 1266. ſicque omnia cohærebunt quamvis nec hæc ſua difficultate careant: Philippus Salzburgenſem electum ſe hoc certe anno adhuc ſcripſerit, cum deſignatio Uladislai Romæ facta 4. Id. Nov. ante finem anni hujus vix in terras haſce devenerit, aſt an. hoc. & quidem Idib. April. Se Ulricus nondum Epiſc. Seccov. ſcripſerit, cum in eam ſedem hoc an. per Diploma Clementis datum Kal. Sept. primum fuerit reſtitutus, ut ſupra dixi, quod ſi proin alicui hæc com-

combinatio non placeat, poterit ſtatuere an. 1266. cui allata probe conveniunt, ſed ſimul probare debebit, & Philippum ſe an. 1266. ubi Uladislaus Salisburgi jam inthronizatus erat, adhuc electum Eccleſiæ Salzb. ſine addito *quondam* ſcripſiſſe, & ut talem a reliquis ei ſuppoſitis teſtibus agnitum fuiſſe, certe Diplom. Seccov. 82. inter mea num. 139. hoc an. datum, *Philippum quondam electum Salzburg.* appellat. felicius hæc explicanda aliis poſt me relinquo.

Cæterum Diplomatis hujus Subſtantia in eo hæret: hæredes nempe Sophiæ Fundatricis, *Henricus de Robats* cum *Uxore ſua Gysla* & 2. Filiarum ſuarum *Gertrude & Prida*: item *Richza* cum 3. pueris ſuis *Ottone*, *Henrico* (3tius omiſſus videtur) & *Catharina*, ac etiam *Gertrudis*. Beatæ mem. *pueris* 4. plane faventibus, *Henrico*, *Alberto*, *Diomede* (4tus denuo neglectus) & *Chunegundes*, conſenſere non ſolum fundationi cœptæ, ſed etiam de ſuis mediis adjecere 20. manſus, de quibus V. plura in Annot. Diplom. hujus inter mea num. 142. *Studenitz Fundat. Confirmat. Robats Henric. de & Gysla &c.*

Motivum præcipuum benevolentiæ hujus fuerit, quod Sophia Fundatrix hoc jam an. monialem Studenizii egerit. Ita enim dicitur, & appellatur *Soror Sophia Domini Alberti de Robats Filia* -- & mox *faciens oraculum, & cœnobium in eo conjungens, & aſſocians ſibi Sorores, quæ Sanctimoniales nuncupantur, &c.* *Sophia fit monialis Studenitz.*

Tandem *Herrandus II. de Wildonia* prædia *Landſchachenpach* Eccleſiæ Seccov. ab omni exactione liberavit V. Dipl. Seccov. 86. inter mea num. 144. Diploma datum eſt apud *Weizzenchirchen*, ſeu *Weiſskirchen* Styriæ Super. 1265. ſexto Id. Sept. *Seccovien. res Wilion de Herrandus II.*

ANNO 1266. *Anno 1266.*

Indict. 9. Clement. IV. P. II. Imper. Rom. vacant XI. Styr. vacant XXI.

Carolus novus Siciliæ Rex coronatus, in Manfredum movit, eumque prælio ſuperatum occidit, inde de hoc ſucceſſu lætus Papa, diem dixit Richardo Anglo, & Alfonſo Caſtellano Electis Germ. Regibus, cum Eccleſia ulterius defenſore carere non poſſet. *Imperii res.*

Ottocarus Rex, veteres Henrico Bav. iras reſervans, nunc Salisburgo per inaugurationem Ladislai pacato inde cauſam belli deſumpſit, quod Henricus anterioribus annis Eccleſiæ Salisburg. graviſſima damna intulerit, quorum recompenſationem quærere ipſe, ut conſtitutus a Papa Salisburg. Defenſor deberet, unde conſcripto ampliſſimo exercitu, inde quidem ex agro Salisburgenſi Brunonem Epiſcop. Olomuc. ac Styriæ Capitaneum immiſit, hinc per ditionem Chambenſem ipſemet Bavariam nil tale præſtolantem inundavit, in qua utrinque Satis dire, & inclementer eſt ſævitum, donec annonæ inopia reditum indiceret, ſed interea exciti Boy, Ottocaro reditum ſatis aſperum fecerunt, male multato ejus exercitu, & magno Auſtriacorum, & Bohem. Nobilium numero capto, ab Auſtria, ut talionem repeterent, urbem Pataviam de nocte cæperunt, eamque direptam exuſſerunt; *Bavar. bellum ab Ottoc. illatum.*

ita refert Chronicon Salisburg. & fusius Biographus S. Maximiliani referens simul miraculum ea in direptione patratum, item Chron. Salisburg. succincte adducit per Brunonem Olomuc. Episc. *civitatem Hallis per incendium* destructam fuisse. Arenpek. in Chron. Austr. plura refert. Brevenhueber captos ennumerat nempe *Wochonem de Rosenberg.* cum 15. Nobilibus Bohemis, ex Austriacis *Albertum, & Henricum de Chunring, D. Ulricum, & Albertum de Zelking, D. Ulricum de Lobenstein, D. Ulricum de Chappel, Henricum, & Sigbartum Piber*, qui omnes in urbeculam Mühldorff fugitivi, ibidem capti, mox tamen sunt liberati, cur vero Salisburgensis civitas Hallis sit destructa incendio, per Brunon. Olomuc. causam refert Author Ducatus Styriæ, id nempe in rebellionis pœnam factam, eo quod Hallinenses ab Henrico persuasi, Uladislao Archiep. se submittere pertinaciter recusarent.

Rosenberg Wocho Chunring de Alb. & Henr. Zelking de Ulricus & Albert. Lobenstein de Ulric. Chapel de Ulric. Piber, Henric. & Sighard.

Interim eod. hoc an. *Dominus noster Electus*, Uladislaus, ut ait Chronic Salisburg. *cum Episc. Patav. Salzburgam veniunt, & glorioſe recipiuntur.* Petrus hic Patav. Episc. eodem hoc an. ab Ottocaro Bohemo bina obtinuit Diplomata insignia, quorum uno Laicis prohibitum, ut bona prælatorum, vel clericorum defunctorum in spolium non cederent, alterum, quo bona Ecclesiæ Patav. ejusque immunitates, contra judices sæculares aliosque laicos defenderentur.

Chiemens. Epiſc. Frat. Henric. Ord. Minorum.

Inter prima Uladislai Salzb. gesta erat provisio de Episcopatu Chiemensi, & Abbatia S. Petri, ita enim ait Chron. Salzb. *Episcopatus Chyemensis per Dominum Electum Fratri Hainrico de Ordinum Minorum confertur, & confirmatur, Chuono Monachus S. Petri quem D. Archiep. Ulricus præfecerat Abbatiæ, ipsam resignavit, & Dom. Symon. Frater ejusdem Monasterio pro eo eligitur, & a Domino Electo confirmatur*, bene observandum est discrimen inter Episcopi, & Abbatis promotionem, nam de Episcopatu ait, *Confertur, & confirmatur*, de Abbate *eligitur, & a Dom. Electo confirmatur.*

Amelricus Ep. Lavant. Vorav. erat conſecr.

Voravienſe Chron. MS. insinuat Amelricum Abb. Runensem hoc an. fuisse Episcop. Lavant. ita enim habet, *An. Dom. 1266. Indictione 9. 3tio nonas Octobris sub eodem Gebbino Præposito dedicatum est denuo Altare S. Crucis, S. Jacobi majoris Apost. ac S. Augustini Episcop. a Ven. Amelrico Lavantin. Episcop.* Altare S. Jacobi in nova Collegiata Vorav. nullum amplius exiſtit.

Ulricus Epiſc. Secc. in Piber.

Ulricus Episcopus Seccov. Ortolpho Præpos. Seccov. severe eodem hoc an. mandavit, ne ullis personis sæcularibus exceptis duntaxat Magnatum uxoribus vel filiabus, aut consanguineis principum ullo unquam tempore aditus ad Claustrum Sanctimonialium Seccovii admittatur V. Diploma Seccov. 88. *datum in Piber 6.* Id. Sept. an. hoc: Collapsa erat disciplina religiosa in Diœc. Salisburg. per Bellorum, & Philippi Electi Salisburg. unde reformationi Monasteriorum Uladis. Archiep. Salisburg. an. seq. etiam manum adhibere debuit.

Matrimonia ſine Conſenſu Dominior. inire olim vetitum.

Chamera de Otto.

Matrimonia sine Consensu Dominiorum inire, Subditis antiquo jam tempore vetitum, plures id probant Chartæ Gösſenses nominatim Charta 42. ad an. 1256. & Charta 58. ad hunc annum: in quo *Otto de Chamera* (V. tom. I. Annot. Dipl. 48.) *Hoboldo de Duringersdof* proprio suo (V. tom. I. Annot. Dipl. 25.) concedit inire Matrimonium

cum

cum Filia Chnullonis Eccleſiæ Göſſen. Miniſterialis, ea tamen ſub conditione, ut hæredes ex hoc matrimonio orti cum Subſtantia reddituum, inter ſe, & Eccleſiam Göſſ. æquali jure dividantur, uti & de hærede unico, ut redditus eodem modo æqualiter dividerentur; exin forte factum colligo, ut Dominia Subin in uno alterove diſtrictu valde diſſito, unum ſolum, alterumve ſubditum etiam noſtro ævo numerent, quod vel ſtata hac matrimoniorum lege, vel permutationibus etiam variis accidentibus obtinuiſſe reor. *Duringersdorf de Hoboldus.*

Iſto etiam *anno*, ut ait Anonym. Leob. *XW. Kal. Aug. oppidum in Schadvvienna ex inundantia pluviæ, & ex procellis nubium & colliſione lapidum in torrente, fere totum eſt everſum cum Eccleſia in eodem foro, & bene 500. homines ſunt ibidem tunc exſtincti.* Eadem habet Chron. Paltrami, ſed ad Kal. Aug. hujus anni reædificatum utcunque oppidum hodie Com. de Walſegg ſubeſt, quod inter anguſtas rupes ex Auſtria in in Styriam aditum pandit. Locus arcis *Clam* præſidio utcunque munitus Mathiæ tamen Regis copias prohibere vix potuit, quo minus *anno* 1485. ad Semeringanos uſque Styriæ limites penetrarent. *Schadwein oppid. deſtructum inundatione.* *Clam arx.*

Ramenſteinios in Styria prædia poſſediſſe oſtendam tomo hoc 2. Annot. Diplom. 180. eosdem vero etiam Auſtria habuiſſe poſſeſſiones, & quidem circa Lilienfeld, docet Author. Faſtor. Campilil. f. 1044. *Wichardus de Rammenſtein* hoc an. præfato Monaſterio remiſit, quæſtiones intentatas de limitibus Monaſterii, ſi pro ipſo, ut confratre, ſuffragia facerent, corpusque ſuum in eodem monaſterio tumularent; Compulſus autem eſt ad hanc renunciationem, atque ad deſiſtendum a violatione finium Campililienſium a monte Chogilperch uſque Oltſchan in placito publico per judices provinciales *Henr. Com. de Hardek*, & *Alberonem de Veldsperch*, edita deſuper 3plici charta, quarum una eſt ipſius renuntiantis, altera *Gotſchalci de Neitberg*, cui Wichardus Gener erat, 3tia dictorum provincialium. *Rammenſtein de Viccardus.* *Hardek Henr. Veldſperch de Albero Neuberg. de Gotſch.*

Teſte præcitato Chronogr. Campilil. fuerat etiam celeberrimo Styriæ Monaſterio S. Lamberti diuturnior cum Campililiolis de finibus cellarum Marianarum, ea, ut Sopiretur, conſtituit Ottocarus Rex Bohemiæ, *Gotſchalcum de Neitberg* & *Erchengerum de Landeſer* viros magnæ nobilitatis, ut fines hoſce litigioſos de novo cognoſcerent; hi itaque edito prius ante aram B. V. M. Cellenſis jure-jurando, fines ita conſtituerunt, qualiter olim in multa nobilium frequentia præſentibus eisdem fuerant aſſignati, unde dein *Henr. Com. de Hardek* Judex Provincialis Auſtriæ, Virum Militarem *Chunradum de Nusdorf* delegavit, qui Campililienſes ſui loco in poſſeſſionem horum limitum immitteret. *S. Lamberti & Cellarum Marian. res.* *Neitberg de Gotſchalcus.* *Landeſer de Erchanger.* *Hardek Com. Nusdorf Chunr.*

Margaretha Regina quondam Germaniæ, Hæres Auſtriæ, & Styriæ, ab Ottocaro repudiata, hoc anno Monaſterio Campililienſi donavit *oppidum Gravenberg in Auſtria.* Ut V. pl. Dipl. 143. in fine. *Nargar. Auſt Don. Campilil. Oppidum Gravenberg.*

Anno 1267.

ANNO 1267.

Indict. 10. *Clement. IV. P. III. Imperii Rom. vacant. XII. Styr. vacant. XXII.*

Siciliæ Turbæ a Conradino & Frid. Austr.

Gaudentem de oppresione Manfredi Italiam hoc an. turbarunt Conradinus Sueviæ Dux, & Natus Jerosolymæ ac Siciliæ Rex, qui cum lectissimo exercitu, Stipatus Duce Bavariæ Ludov. Severo, Mainhardo, Com. Tyrolis, Friderico Austriaco Hermanni Badensis & Gertrudis Filio, Siciliam adiit, plurimosque in sui partem pertraxit. Pontifex, ut Carolum tueretur, Reges hos omnes anathemate perstrinxit, & Ottocarum Regem monuit, ne horum partes sequeretur, vel juvaret.

Pax Ottocar. cum Bavaris.

Interim hoc eodem anno pax inter Ottocarum Regem, & Bavaros coaluit, non tamen advota Pontificis inde metuentis, ne res Conradini, cujus Mater, Soror Ducum Bavariæ erat, accessionem sumerent, pax vero hæc in Conc. Viennensi in Austria per Guidonem Cardinalem est Transacta, hic enim Cardinalis de Ord. Cisterc. jam an. 1265. a Clem. Papa in Germaniam missus Saxoniam infer. Daniam, Suediam, Poloniam lustravit, redux inde in Austriam primo hujus anni vere venit, causa Concilii hujus fuisse videtur Petrus Episcop. Patav. qui datis ad Abbates, Præpositos, aliosque cleri Ministros Encyclicis suis, evocavit Viennam ad Concilium a Guidone S. Laurentii in Lucina Præsbyt. Cardin. & Leg. Apost. celebrandum feria 3. post Festum S. Joann. apud Portam latinam, proin 10. Maj. hujus anni: ita habent Chron. Claustroneob. Paltrami, & Leob. Episcopos præsentes Concilio enarrat Stero: nempe *Joannem Pragens. Petrum Patav. Brunonem Prixiensem, Conradum Frising. Leonem Ratisbon. Amelricum Lavantinensem*, aliosque Prælatos, Archidiaconos & Decanos, ita hosce Episcopos enarrat Arenpekius Chron. Austr. ad hunc annum: Uladislaus Salzburgensis non adfuit concilio huic, attamen statuta Conc. eidem jussu legati transmissa cum Imperio, ut *ea singulis annis in Episcopalibus, & in Provinciali Concilio faciat recitari, & diligentius observari.* Ulricum Episcopum Seccov. ut Concilium non adiret, detinuerit infirmitas corporalis uti an. seq. dicetur.

Viennense Austriæ Consilium.

Episc. præsentes.

Ulricus Episc. Seccov.

Statuta Conc. Vienn.

Celeberrimum hoc erat Viennæ Austriæ Concilium, quod pro utilitate Ecclesiæ & reformatione monasteriorum præcipue est institutum, ejus statuta edidit Lambeccius, emendavit Harduinus tom. VII. pag. 580. per Synopsim adsert Author Germ. Sacr. tom. I. f. 410. quæ ibidem legi possunt.

Gebhardus Pleb. Viennen. fundat. Monast. Viennæ. Portæ Cæli.

Per eandem occasionem, qua Petrus Episcopus Patav. Viennæ præsens erat, duas ibidem Ecclesias neofundatas consecravit, de quo Chron. vetus unum, atque alterum ita memorant. an. 1267. *Magister Gebhardus Plebanus Viennensis* & Canon. Patav. *Construxit claustrum monialium Viennæ quod Porta Cœli nuncupatur: etiam eodem anno Vener. Episc. Patav. Dominus Petrus Prædictum Claustrum consecravit. Item eod. an. Prædictus Gebhardus Plebanus domum Leprosorum Viennæ in loco, qui dicitur Chlagpaum suis facultatibus construxit, etiam Venerab. Episcopus Petrus præ-*

sente

ſente Dom. Cardinale Guidone Eccleſiam ibidem conſecravit, eadem de verbo Chron. Anonymi Leob. Haſelbachius in Chron. ſuo de Monaſterio Portæ Cœli ſequentia addit de Petro Patav. Epiſcop. Eccleſiæ ejus Conſecratore, & *Profeſſionem Regularis Vitæ ſecundum Regulam B. Auguſt. a prædictis Sororibus in ſuas manus ſuſcepit*, eadem habentur in pluribus Canoniæ hujus florentiſſimæ documentis: aſt, cum tempore virgines hæ a rigore diſciplinæ Canonicæ deviantes, reformatione opus habuere, ſæculo nempe 14. dum bellorum turbis, aliisque ſatis Eccleſia ipſa cum clauſtro deſolata jaceret, quapropter *Agnes Archidux Auſtriæ, Andreæ Hung. Regis uxor* reformavit ad mores Præmonſtratenſes, ita, ut id Monaſterium virginibus ex Hungaria venturis deſerviret, Eccleſia de novo erecta, & a Dietrico Epiſcop. Dionyſienſi an. 1331. in Hon. SS. Agnetis, & Catharinæ eſt conſecrata, ac Monaſterium curæ, & regimini Abbatis Geraſienſis ſubjectum: cui paulo poſt Catharina Alberti II. Archiducis Auſtriæ Filia præfuit Abbatiſſa an. 1381. Id. Jan. mortua, ante hanc, *Anna Frider. III. Auſtriæ Imp. Filia*, & Poloniæ Regis Vidua, ut ajunt, cum 62. virginibus an. 1334 ingreſſa ac ei loco præfuiſſe fertur; quod, ſi Poloniæ Regis Vidua fuit, Ladislai Lactici Poloniæ Regis, an. 1334. defuncti Sponſa eſſe potuit, ſed de his alibi.

Ordinis Canoniſſ. S. Aug.

Id ab Agnete Auſtr. Reform. ad Ord. Præm.

Catharina Alberti II. Filia Abbat. ibid. & Anna Frid. III. Imp. Filia.

Monaſterium hoc 3tiam mutationem ſubiit ſæc. 16. fine cum enim virgines ibidem denuo imminuerentur, jam an. 1586. Barb. Dorothea Pauhoſerin cum 6. aliis Sodalibus ex altero S. Jacobi Viennæ Monaſterio Canonicarum, huc translata eſt, ut interea providerent loco deſolato ob peſtem eo anno (ſalva unica ſactimoniali, loco hoc ideo dimiſſo, in Hungariam patriam remeante) omnes alias virgines ſufferentem; dein Mathias Auſtriæ Archidux ac Gubernator, rem urſit, ita, ut Paulus 5. Papa an. 1605. *Franciſco de Ditrichſtein Ep. Olomuc.* ejus Monaſterii reparationem injungeret, quam omnimode perfecit Melchior Kleſſelius Card. & Epiſc. Vienn. qui dirutas ædes reſtruxit, dotem addidit, clauſuram firmavit, ac ſaluberrima ſtatuta contradidit, & quidem 2dum inſtitutionem Canoniſſ. Reg. S. Auguſt. ex quo tempore diſciplina Præmonſtrat. cum dependentia a Geraſſenſi cœnobio in loco deſiit.

Dietrichſtein de Franc. Ep. Olomuc.

Ut redeam ad Conc. hujus anni Viennæ habitum, eidem, ut ſupra dixi, Uladislaus Salisburg. non adfuit, eo, ut arbitror, titulo, quod nec dum SS. Ordinibus initiatus, competentem ſtationem ſuam manutenere non poſſet, itaque abeuntes e Conc. Vienn. Epiſcopi Diæceſani Salisburgum venerunt, ubi teſte Chron. Salisburg. *Ordines Clericorum celebrati ſunt, in Choro Salzburg. a Dom. Petro Patav. Epiſcop. Cooperantibus ſibi, Friſing. Ratisbon. Chyemenſi* (qui tamen Conc. non præſens erat,) *Epiſcopis in Sabbatho poſt Feſtum Pentecoſtes, ubi Dom. noſter Archiepiſcopus recepit Ordinem Sacerdotalem, die ſeq. id eſt feſto SS. Trinitatis, ab eisdem recepit conſecrationem Epiſcopalem, brevi facto intervallo a Dom. Clemente Papa pallio honoratur.* Eadem habet Chron. Oſterhov. & Altahenſe &c. Ordinatio hæc Uladislai per Petrum Patav. facta, ne præjudicio foret Eccleſiæ Friſing edito Dipl. ſuo cavit Uladislaus, id ſolum ea de cauſa factum, quod Petrus Patavien. ſuus quondam

Uladislaus Salzb. ordinat.

præceptor Eſſet. V. Auth. Germ. Sacr. tom. I. f. 1080. ex Meichelbekio.

Ottocarus in Bruſſiam arma moveret & cum eo.

Inter fructus Concilii hujus, ut dixeram, erat concordia per Guidonem Cardin. adornata inter Ottocarum Regem, & Bavar. Ducem Henricum, effecitque ut Bellum ſanctius in Brutenos moveret Ottocarus, quod etiam præſtitit; proficiſcenti ſupplementum militum dedere, ex Styris *Bernardus, & Henricus Comites de Pfanberg, Frider. de Petav. Hertnidus de Wildon, Wulfingus de Stubenberg, Udalricus de Lichtenſtein*, ſui quique agminis duces, ſed majore voluntate bellum inchoatum, quam fructu finitum, eo, quod hyems mitior alterius anni, ſolum uligine inſtabile, & paſſim paludibus lentum, in militares vias non durarit, ſed collectæ Ottocari copiæ an. 1269. Bello Carinthiæ ſat opportunæ erant.

Ex Styrii. Pfanberg de Bern. & Henr. Patav. de Friderico. Wildon de Hert. Stubenberg de Wulfing Lichtenſtein de Ulric.

Pragæ 3. Id. Decembr. dum moraretur Ottocarus, legatum quoddam pium Leopoldi Ducis & Fundat Campilil. huic Monaſterio confirmavit, ſubſcriptio ſequens eſt, *actum in Praga an. Dom. MCCLXVII. & datum ibidem per manus Ulrici Notarii Plebani in Hartberg 3. Id. Decemb.* diſtinctum hunc cenſeo ab Ulrico Canon. Friſing. itidem Ottocari Protonotario, ut ex ante dictis & an. 1268. patet, ubi hic idem legitur, ſed alio longo titulo nempe *Magiſter Ulricus, noſter Protonotarius* Ulricus ille Plebanus Hartbergenſis Styriæ, iter in Prutenos cum aliis Styriæ Nobilibus ſuſcepiſſe videtur, & eo in itinere Notarii Officium Geſſiſſe, Mag. Ulrico Protonotario in Auſtria remanente.

Ulricus Hartberg. Plebau. Notar. Ottocar. Regis.

Margar. Auſtr. obiit.

Interea temporis obiit pie in Domino Margaretha Auſtriaca, Ottocari repudiata Uxor, Germaniæ Regina in Caſtro ſuo *Chrumpenau*, vel *Chrembſii* 28. Octob. teſte Pernoldo, hunc mortis annum Chron. Mellic. ſed Zbetlenſe recentius an. præced. male ſtatuit; diem mortis diverſum habet Necrologium Clauſtroneob. 4. *Cal. Nov.* ſeu 29. *Octob.* & Campililienſis Chronogr. ipſe fatetur, diem mortis ſibi exacte non conſtare, id certum, eam Campililii, uti petierat, ſepultam fuiſſe initio Novembris, locum quietis habet in Presbyterio ad cornu Evangelii e regione ſereniſſimi parentis in tumulo elato, ac declivi, non tamen multum ornato; atque cum Margaretha Regina, mortuus item eſt calamus Pernoldi Campililiens. Ord. Prædic. & pœnitentiarii reginæ hujus, qui opus ſuum ita finiit: *Afflicta regina cum honeſta tamen curia, vivit usque ad annum MCCLXVII. ubi V. Kal. Nov. pie obiit ſepulta in Monaſterio Lilienveld Griſeorum Monachorum.*

Campilil. ſepulta.

An veneno per Ottocar. Regem perrecto obierit.

Veneno per Ottocarum Regem extinctam Hagenus primus, quod memini, aſſerebat, quem illico more ſuo, ſecuti ſunt Haſelbachius, Suntheimus, Arenpekius, Anonym. Zbetlenſis, Contin. Martini Poloni aliique recentiores, qui contra Pernoldum eam pie, & ſine vi defunctam docentem, fidem vix merentur.

Styriæ Terræ motus.

Neſcio, an de Styria noſtra intelligenda veniant, quæ Anonymus Leob. ad hunc annum refert his verbis, *eodem anno nonis Maji, die Dominica hora 3tia terræ motus factus eſt magnus qui duravit per mediam horam, & ex eo multa ædificia corruerunt, & Caſtro Chynberg corruente cecidit Avarius & expiravit: & Eccleſiæ tremerent, ita ut Campanæ ſonarent.* hæc an

Caſtro

Caſtro Styriæ *Kimberg*, an Auſtriæ *Hindberg* attribuenda ſint? item quis Avarius ille fuerit? non inſpicio.

Eodem anonymo Leob. teſte *hoc an. fuit publica pœnitentia, quæ orta eſt in Sicilia, & tranſiit Longobardiam, Karinthiam, Carnioliam, Styriam, Auſtriam, Bohemiam, & Moraviam, cum flagellationibus, & canticis pœnitentialibus, quæ pro miraculo habebatur, multi homines pauperes, & divites, miniſteriales, milites, ruſtici, ſenes & juvenes ibant nudi a cingulo, & ſupra, & caput totum texerant laneo panno, portantes ſecum vexilla, & candelas ardentes, & flagella in manibus, ſe quidam percutiebant, uſque ad effuſionem ſanguinis, & cantabant devotos cantus, & ibant de provincia & in provinciam de civitate, in civitatem, de villa in villam de Eccleſia in Eccleſiam, quod videntes multi compuncti ſunt, & flebant, ponebant ſe etiam proſtrati toto corpore ad terram, nudi vel in nivem, vel in lutum, in hac pœnitentia comparuit quisque 33. diebus bis in die, mane & veſpere:* Eadem ad. an. 1261. referunt alia Chronica, Mellic. addit *fœminis ejusmodi ritum exercentibus in ſecreto, ſed tandem, utpote ſuperſtitio veræ religioni contraria talis ritus per mucronem Eccleſiaſticum eſt reſecatus.* Erat hæc ſecta flagellantium, quæ tamen mox abolita videtur.

Pœnit. public. per Styriam.

Flagellantium ſecta.

Res ſacræ in Styria magno progreſſu hoc an. ſunt ſtabilitæ: Uladislaus nempe Archiep. Salzb. quam ætate juvenis, tam moribus ac Zelo Eccleſiaſtico ſenex, ſuam Diæceſim obibat, in Carinthiam, teſte Hornek, per vallem Lungau veniens, nobilium & popularium favoribus conſulebat, cœnobia, & Parochias inviſebat, in quo anteceſſor deſecerat, ipſe diligenter ſupplebat.

Uladislai Salzb. Zelus.

Inde *in Styriam* veniens, *Seccovii* pridie Id. Auguſti extitit & complures leges de diſciplina Canonica Seccovii inſtauranda & conſervanda tulit, ut V. Dipl. Seccov. 89. quo eodem tempore fere, nempe Kal. Nov. Guido Cardinalis, & Legatus Apoſt. Seccovii agens omnibus, qui ad ædificium Templi Seccov. vere pœnitentes, & confeſſi manum adjutricem porrexerunt, 40. dierum indulgentias conceſſit, ut V. Dipl. Seccov. 90.

Styriam luſtrat. Seccovii exeſſit. Uti & Guido Cardin. & Leg. Apoſt.

Ex Styria ſuper. in inferiorem abiit Uladislaus, immo ad marchiamuſque vindicam, tum, ut limites juvavenſes, tum ut arces, præſidiis muniret, atque hoc tempore factum arguo, quod refert Chron. Salisb. *Patriarcha Aquilegienſis a Domino* Al. (Alberto) *Goritiæ Comite Captivatur, qui poſtea per Dom. Archiep. Salisburg. Wladeslaum ſub quibusdam conditionibus abſolvitur;* quæ omnia ſuis ſub circumſtantiis, variisque relationibus adducit de Rubeis fuſius cap. 75. monum. Aquileum. 2. & 3.

Styriam infer. obit Uladislaus. Gregor. Patr. Aquileg. Capitur. Liberatus ab Uladisl. Salisb.

Seizenſium commoda promovit Ulricus Dux Carinthiæ, cum antea Seizenſes ex *prædio Windiſchgrætz* 2. modios frumenti, & 10. menſuras braſii ſeu cereviſiæ, ex dono *Bertholdi Meraniæ Ducis* haberent, annonam hanc duplicavit aliaque omnia Privilegia eisdem confirmavit. V. Dipl. Seiz. 26. inter mea num. 145. in fine Ducis hujus anniverſarium in antiquo Seiz Necrologio ad 26. oct. proſtat.

Scia. res. Windiſchgrætz Civ. res

Göſſenſibus *Rudolphus de Lübgaſt*, cum uxore *Gertrude*, & *Hæredibus Gertrude & Adelhaide*, earumque maritis D. *Leone Dſol & Alberto de Wolfsberg*, donarunt *Chunradum de Luben* cum hæredibus ejus ad cen-

Gœſſenſ. res Lübgaſt de Rudolph Dſol Leo Wolfsberg de.

ſum annuum 3. denariorum perſolvendum: Domini hi ex Carinthia fuiſſe videntur, neque enim inter Styros uſpiam apparent, *Wolfsberg* locus Styriæ infer. eſt Parochia ex *Jägernberch* huc delata, an prædium adjectum habuerit: vel ex eo Dynaſtæ quidam prodierint? ignoro; *Chunradum de Luben* inter *DD. de Leoben* referre non audeo: cum Rudolphi de Lübgaſt proprius ſeu Subditus fuerit. Wolfsbergios Dynaſtas Carinthiæ fuiſſe conſtat ex MS. Kainach. aliisque.

Parochia.

Camera de Ottonis.

Certior & clarior eſt donatio *Ottonis de Camera* Eccleſiæ Göſſenſi eod. hoc an. facta, qua eidem 3. marcarum redditus in *Perchach* de dominio ſuo donat, de quo plura in fine Annot. Dipl. 146.

Gebbinus Præp. 9. Vorav. reſignat.

Voravii Dominus Gebbinus præpoſitus ordine 9. jam per 27. annos præſul, honori & oneri ceſſit, ait Chron. MS. Vorav. *an. Dom.* 1267. *vacante præpoſitura Voravienſi, per liberam D. Gebbini præfati quondam præpoſiti reſignationem, per quemdam vices gerentem Salzburg.. Archiepiſcopi, Electus eſt in Præpoſitum, & concorditer poſtulatus Dom. Bernardus Canonicus & Cellerarius Salzburgæ.* Hunc Chronicon noſtrum ſemper 2dum vocat, ego 3tium quoniam Bernardum 2. Præpoſitum 7. Vorav. Chron. idem Meingotum appellavit, quem ego ex Necrol. Seccov. Bernardum nuncupatum fuiſſe oſtendi: præterea in rationario MS. Styriæ hoc an. confecto legimus, ad mandatum Epiſc. Olomuc. Gertrudem Auſtr. eo adhuc anno de proventibus Styriæ vectigalia ſua percepiſſe nempe 400. marcas denariorum, quæ ſumma pro eo tempore modica fuit, cum juxta computum ejusdem rationarii ſumma omnium reddituum Styriæ 7334. marcarum eſſet.

Succedit. Bernardus 3. Canon. & Celler. Salisburg.

Gertrudis Auſtr. Redditus Styria.

ANNO 1268.

Anno 1268.

Indict. 11. *Urbani IV. P. IV. Imperii Rom. vacant. XIII. Styriæ vacantis XXIII.*

Conradini Res in Suevia.

Conradini res in Italia mirum in modum ſunt auctæ, ipſeque Romæ Imperiali fere magnificentia exceptus eſt, Henricus Aragonius cum Fratre Friderico, aperte ſigna pro ipſo educebat, & quidem Viterbium, ubi Papa morabatur, ſuperbe tranſeundo, cui vaticinium Papa dediſſe fertur, hiſce *ecce! ut oves ad macellum ſaltant*, mox vero Conradinum cum fautoribus ejus novo fulmine perculit, quod tandem Ludovicum ſeverum Palat. Electorem ac Ducem Bavariæ Super. ut Conradinum deſereret, impulit, de quo V. Chron. Salisburg. Auſtrale &c. Tandem decretoria pugna in vigilia S. Barthol. habita in agro Palentino, Conradinus victor cum ſuis exſtitit, de Carolo Siciliæ Rege, at mox tertio, ante occultato agmine, Carolus Rex prorumpens, Conradinum cum ſuis clade internecina delevit, captique Conradinus, & Fridericus Auſtriacus, anno ſeq. necandi, non tamen Conſilio Papæ Clementis, utpote mitiſſimi, & integro fere anno menſis Nov. nempe fine, eisdem præmortui: Alii volunt cum Anonymo San-Petrenſi apud Hier. Pez. tom. I. col. 687. Ottocarum necis ſuaſorem juiſſe, eo quod *ſpem non modicam fuiſſe* crederet, *quod* Frider. Auſtriacus, *deberet aliquando paternas ditiones Auſtriæ videlicet & Styriæ obtinere.*

Victor.

Mox cum Frider. Auſtr. Captus.

In-

Interim Ottocarus Rex, dum cum exercitu & Nobilibus ſuis e Boruſſia, nulla alia, quam Königsbergæ ædificatæ, opera rediret, in Styros Nobiles ſibi de molitione rerum novarum ſuſpectos debacchari cœpit, ita conclamant Chron. Salisburg. Clauſtroneob. Leobienſe, & Hageni, & MS. Kainach. in Geneal. Stubenberg. quinam Styriæ Nobiles expeditionem eam Ottocari ſecuti fuerint, jam an. priore ennarravi, cum his redux Uratislaviæ eos aliquo tempore commorari ſecum juſſerat, quadam die omnes in coclavi adeſſe jubentur, in quo Ottocarus, juſſo in medium prodire, *Friderico Petavienſi* imperat; ſiquidem vera nuper in aures Suſurraſſet, ea jam palam ediceret. Fridericus a præſentibus ſe ad defectionem ſollicitatum, & de transferenda in alium Principem Styria ad Conſilium invitatum ait, conjuratos præcipuos nominat *Bernardum de Pfanberg*, *Hertnidum de Wildoniæ*, *Wulfingum de Stubenberg*, & *Ulricum de Liechtenſtein*. Hi innocentiam ſuam coram Deo & Rege modis omnibus conteſtati, urgent Petovienſem, diceret, quem deſignaſſent Principem? quo loco? tempore? quomodo in has molitiones invitatus fuiſſet? *Pfanbergius* atrox mendacium, & calumniam in os exprobrat, *Wildonius* innocentiam ſuam ferro, ſi vellet, ſe oſtenſurum offert: ſed fruſtra hæc omnia; plura loqui parantes, in carceres abripi mandat, *Bernardus de Pfanberg in Purgleins* (uti Hagenus valvaſor aliique) vel ut Author Duc. Styriæ in *Purgsleinitz* (quale eſt Caſtrum Styriæ in circulo Celej) clauditur. *Henricus* ejus Frater *de Pfanberg* Uratislaviæ detinetur, *Hertnidus de Wildon* in Chlinberg arce Bohemiæ *Wulfing de Stubenberg* & *Udalricus de Liechtenſtein* in *Fren* arce Bohemiæ cuſtodiæ mandantur. *Fridericus* vero *Petav.* ſeu gratia exciderit, ſeu ſimulate in *Aichorn* deportatur, quo in carcere *Otto de Meiſſau*, an. 1265. obiit.

Ottoc. Rex in Styros ſævit.

Frider. de Petav. Malev. delator.

Delati Pfanberg de Bernar. Wildon. de Hertn. Stubenberg de Wulfing. Liechtenſtein de Ulricus.

In Carceres conjiciuntur.

Meiſſau de Otto.

Captorum Comitum bona, famulos, & apparatum, cum rapere vellent Bohemi, *Mordaxius* teſte Hageno apud Regem effecit, ut ſecuro Commeatu in Styriam perferrentur, cum triſti ad reorum agnatos nuncio, ſi ſalvos morte ſuos habere vellent, Regi arces Styriæ, quas rei poſſederant, traderentur; Patuit inde, crimen unicum, captivorum divitias, & potentiam fuiſſe.

Friderico itaque *Petovienſi Schwamberga*, & *Wurmberga* adimuntur, muri *Wurmbergæ* dejecti, & foſſæ expletæ. *Bernardus de Pfanberg Pekavio & fano S. Petri* (quod MS. Kainach. caſtrum de Lizelmayr vocat) præterea Caſtro *Pechlarn*, ut idem MS. docet. Henricus Frater *Kaiſerſperga*, *Schollegio*, & *Loſchentallio* exuitur, relicto ſolum *Rabenſteinio*, cæteræ arces diruuntur: Hagenus etiam *Pfanberga* privatum docet. MS. Kainach pro *Schalleg* ponit *Straſſegg* additque daß man ihm auch die Zaſpel angelegt, biß er ſein Theil gab an Pfanberg, und bemelte Geſchlöſſer. *Ulricus de Liechtenſtein Frauenburgum* amiſit, *Muravia*, & *Lichtenſtein evertuntur*. *Hertnidus de Wildon* (cui plura, teſte Hageno, quam 3. Caſtra non erant) *Eppenſteinium* ademptum, *Gleichenberga*, & *Premersburgum* exciſa, *Wulfingus de Stubenberg* arce *cognomine*, & *Kapfenberga Katſch* ac *Wulfingſteinio* vitam redimere debuit, captivi poſt 6. menſium captivitatem dimiſſi quidem, nempe an. 1269. die palmarum

Schwamberg & Wurmberg admuntur Petovienſi. Pekov. S. Petri Pechlarn Pfanbergio Kaiſerſperg Schalleg & Loſchentball. Frauenburg Murau. Liechtenſtein. Eppenſtein Gleichenberga Premersburgum.

Stubenberg Kapfenberg Katſch Wulfingſtein.

incidente in 17. Martii, diuturnam tamen cum libertate iram abſtulere: reddidit quidem dein ablata Ottocarus, priusquam in Hungaros duceret, ea tamen beneficentia animos illorum emollire non potuit.

Schwamberg arx.

Vaſtata ſic eſt impune in caſtris, & ſine bello patria noſtra; de caſtris patriæ noſtræ plura jam tom. I. & II. dicta ſunt, quædam tamen adjicio: *Schwamberg*, forte etiam *Schbanneberga* dicta, *arx pulchra, & elegans*, cum oppido & Monaſterio Capucinorum adſito, inter circulum inter Muram & Dravum; Caſtrum hoc *Schwamberg*, teſte MS. Kainach. Sæc. 16. Carolus Archidux. *Wilhelmo Com. de Gäller* hæreditarie

Saurau de Rud.

vendidit. Subeſt Joſepho Com. de Saurau Canon. Salisburgenſi & Miniſtro Salisburg. in Comitiis Ratisbon. teſte Lazio Petovienſibus

Wurmberg arx.

olim ſuberat, cum *Wurmberga* arce ejusdem circuli, arcem hanc ſatis elegantem Petovienſes obtinuiſſe videntur per nuptias *Margarethæ*

De Margaretha.

Wurmbergicæ, Conradi Filiæ & Neptis *Othmari de Wurmberg*, qui circa an. 1130. Floruit ex Docum. Monaſt. Admont. Margaretha hæc Wurmbergica, uxor fuiſſe videtur, Frider. III. hoc an. arcibus his ſpoliati, nam, ut dixi, an. 1230. Frider. I. uxor erat Mechtildes: arx hæc Wurmberga e ruderibus ſuis denuo ſurrexit, quo tempore? neſcio.

Pfanberg Caſtra obtinent D. D. de Peka.

Pfanbergiorum caſtra ennumerat Lazius, magnam ad Satlam proxime Slavinis ditionem, Pfanbergam & Pekovium, ſed Lazius Pfanbergenſes & Pekavienſes Comites ibidem confundit, qua in re eidem jam non aſſentior, ut V. in fine Annot. Dipl. 41. diſtincti enim hoc tempore ſemper, Dynaſtæ de Peka & de Pfanberg apparent, ut cum anno circiter 1243. *Poppo II. de Peccab*, & ultimus, ut arbitror hujus Familiæ obiret, inde caſtrum Peka ad Pfanbergios, vel nuptiarum vel alio tit. mihi ignoto deveniſſe videtur, ſicque Henricus *ille de Pecca, & Pfanberg* appellatus, e Pfanbergiorum Familia fuit, atque exſtinctis Dynaſtis de Pecca, de hoc Caſtro ſe primus ſcripſit: Quamvis vero Henricus ſecundogenitus ſe Dom. de Pfanberg & Pecca nominaverit, Poſſeſſor tamen caſtrorum horum fuit Bernardus, Frater ſenior, his etiam Caſtris ab Ottocaro mulctatus.

Pfanberg arx vetus monti magno inſiſtit, ſupra græcium & Pekovium, cui alia arx nova & pulcherrima in planitie ſubſtituta eſt, *Graffendorf* dicta, hodie Domini de Saffran. *Pfanberg* tamen arx, vetus relicta ab Ottocaro Bernardo videtur, ſolum enim *Pekovio* (quod hodie Canoniæ Vorav. obnoxium eſt) vicino, atque in rupe ſito, una cum *Fano S. Petri* punitus refertur, quod penes Caſtrum Mell in circulo Judenburg exſtare arbitror. V. de Caſtro Pfanberg veteri plura Annot. Diplom. 4. in fine.

Kaiſersberg arx.

Henricus Bernardi Frater 3. Caſtris mulctatus eſt, *Kaiſerſperga* (ſita eſt arx hæc ſublimi in monte, atque in circulo Muræpontano, ad Muram infra Kraubath, & S. Michaelem ſubeſtque Comitibus de Breiner) *Schalleggio* (arce circuli Celej. cujus arcis cum vico ſeu oppido & Eccleſiæ adſita olim *Altenburgii* dein *Teiffenbachii* poſſeſſionem obtinuere) & *Loſchentallio*, quod nomen mutaverit, cum in chartis, & de-

Schallegg arx.

Rabenſtein arx.

lineationibus arcium Styriæ non inveniatur. *Rabenſteinium* tamen (ſitum in eadem vicinia arcis Pfanberg, hodie Com. de Dietrichſtein)

eidem

eidem Henrico relictum, quæ arx hodie 2plex eſt, una fere diruta in ſummitate montis, altera in monte vicino minore exiſtens.

Fraunburg arx, quam Liechtenſteinius amiſit, ſitum habet in circulo Judenburgenſi ad Fl. Muhram, hodieque a principibus de Schwarzenburg tenetur, ad quos per nuptias devoluta videtur, de quo dixi plura tom. I. Annot. Dipl. 47. reliquæ duæ ejusdem arces everſæ: nempe *Liechtenſtein* (in circulo Judenburg. & Canoniæ Seccov. propria) quæ ſorte arx ad hunc uſque diem reſtaurata non fuerit. Fors hanc arcem Ulricus, ipſe inſignis Seccov. Benefactor, vel Succeſſores ejus Canoniæ Seccov. donarunt. *Muravia* idem everſionis fatum ſubiit, ſed eleganter hodie reſtaurata cum urbe adjecta itidem venuſta, principibus de Schwarzenburg deſervit.

Fraunburg arx.

Liechtenſtein arx.

Muravia arx.

Wildon de Hertnidus caſtra 3. ſolum habuerat Hageno teſte, attamen Dom. de Wildon, ut tom. I. Annot. Dipl. 53. ex Lazio dixi, caſtra longe plura quondam numerabant, quæ forte poſt tempora obtinuerint, *Eppenſtein* caſtrum circuli Judenburg. hodie duplex viſitur, unum in monte dirutum, alterum inferius, de hoc caſtro & Familia tom. I. Annot. Dipl. 37. uti & hoc tomo variis in locis: in Annot. Dipl. 53. hujus tomi dicam Eppenſteinios fuiſſe Conſanguineos Wildoniorum, cumque hoc tempore Eppenſteinii jam extincti fuerint, Wildoniis id legatum, vel hæreditatis titulo obveniſſe videtur.

Eppenſtein arx.

Plura de Caſtro Eppenſtein ſuppeditat MS. Kainachianum de Nobilibus Styriæ Familiis mihi ex Bibliotheca Perneggenſis Caſtri Communicatum, in eo lego §. de Kainachiorum Familia ſequentia:

Von Georgen von Rhainach hat Coſmus von Graben das Gſchloß Eppenſtain aus Befelch Rhayſers Friderichen aufgenohmen in 1475. Jahr.

Darnach hat daſſelbe Gſchloß Eppenſtein Andre von Teuffenbach von den Rhayſer Friderichen innen gehabt in 1479. Jahr.

Wer vor Jahren Eppenſtein innen gehabt:

Ain Freyberger von Khärnthen.
Peter Räming. Dietmayr Lobminger.
Ernſt Lobminger. Der alte Saurer der kropfet.
Der Welzer. Der Breuner.
Berthold Khrottendorffer. Hanß Greiſſneger.
Erhardt Oberdorffer. Friderich Welzer.
Bernard Krabatſtorfer. Lienhardt Harracher.

Nach dieſen haben Eppenſtein innen gehabt.

Hanß von Rhainach der elter, und ſein Sohn Georg von Rhainach.
Coßmus von Graben. Andre von Teufenbach.
Georg von Tenfenbach. Wolfgang Painer.
Barthlme von Pernegg. Georg Winkler.
Stephan Graßwein, und ſein Sohn Wolf Graßwein.

Jezunder hats innen Herrn Carls Erzherzog zu Oeſterreich Wittib, darvon hats im Bſtand, oder Pfandweiß, Doctor Schranz, geweſter Kanzler.

Gleichenberg arx. *Premersburg fors.* *Premſtetten arx.* *Stubenberg arx.* *Kapfenberg arx.* *Kätſch arx.* *Wulfingſtein fors.* *Wolkenſtein arx.*

Gleichenberga arx altera Wildonii everſa, ea in circulo Vorav. exiſtens ac Com. de Trautmanstorff propria egregie reædificata eſt, & munita. *Premersburgum* caſtrum, ſi in Styria ſitum, nomen mutaverit, hodieque ut arbitror *Premſtetten* dicetur, intra Muram, & Dravum exiſtens & Comitibus *de Saurau* obnoxium.

Wulfingus VI. de Stubenberg IV. caſtris vitam redimere debuit, nempe *Stubenberga* arce Circ. Vorav. hodie Com. *de Herberſtein*, *Kapfenberga* in Circ. Anaſinæ vallis hodie adhuc Familiæ *Stubenbergicæ* propria, *Kätſchio* in Circ. Judenburg. ad Muram, hodie Principis *de Schwarzenburg* de quibus caſtris tom. I. & II. plura dicta) & *Wulfingſteinio* (forte *Wolkenſtein*, hodie Com. *de Saurau*) quod niſi nomen mutaverit, inter Styriæ loca non reperitur; dum ſic Styriæ caſtra vaſtat Ottocarus, in Auſtria monumentum celebris victoriæ an. 1260. ab Hungaris reportatæ, ac munimentum contra velitationes Hungarorum erexit Marcheggium urbem, ſolo Moravo Fl. ab Hungaria diſcretum.

Leoben urbs transfertur & munitur.

Has inter triſtes Styriæ viciſſitudines etiam urbs *Leobium* aliam faciem eſt ſortita, ut nobis detegit Author Anonymus Leobienſis: *hoc tempore*, inquit ille ad hunc annum, *Leuben civitas Styriæ transplantata eſt verſus Aquilonem propter montem, qui verſus meridiem eandem tangebat Civitatem, ex quo muniri* non poterat, monte nempe ſic obſiſtente; cum enim continuæ eſſent in Patria noſtra turbæ, arces, oppida, & urbes ſe contra vim imminentem munire cæperunt.

Göſſ. res Zeiſſelberg de Albert.

Plura de Ulrico Carinthiæ duce occurrunt, patriam noſtram Spectantia, etenim cum *Albertus de Czeiſſelberch pincerna, Judex generalis per Carinthiam:* Chunegundi Abb. & Conventui Göſſenſi donaret prædia Carinthiæ in Lebnach ſita, præter horreum, Subditos, & agrum unum, Ulricus Dux eam donationem illico ratam firmamque eſſe voluit, Diplomate ſuo in Völkenmarkt dato 14. Kal. Martii, ut V. Dipl. Göſſenſia num. 52. 54.

Oberburg. res Joann. Abbat.

Idem Dux Labaci in die S. Alexii Confeſſ. *Joanni Abbati Oberburgenſi* confirmavit terminos alpium, nempe Loſek & Erlau ex fundatione Diebaldi Fundatoris, ad idem Monaſterium attinentium, de quo V. Dipl. 147. Joannes hic Abbas novus Succeſſor fuit Henrici, de quo an. 1263. plura dixi.

Clagenfurt S. Viti & S. Georgii dantur Eccl. Salisburg.

Præterea, ſi non fallit Chron. Salisburg. apud Pez, Hier. tom. I. col. 371. *Dux Carinthiæ pro multis damnis, quæ Eccleſiæ Salzburg. intulerat, Satisfecit Eccleſiæ per Civitates, fora, & caſtra S. Viti, Chlagenvurt, & S. Georgii, dans proprietatem Eccleſiæ, & recipiens ea in feudo.* Plura damna Ulricum ducem, & Fratrem Philippum Electum Salzburgenſem, Eccleſiæ Salzb. intuliſſe, aliunde conſtat, unde ut his ſatisfaceret, donavit Eccleſiæ præfatæ, loca prædicta, quæ tamen non diu penes eam permanſerant, ablata an. 1271. ab Ottocaro Rege Bohemiæ, hoc an. & eo tempore, quo Uladislaus Salzb. Diæceſim ſuam viſitavit, etenim exſtant litteræ ejus, ex *Neuberg* Styr. Super. loco, ubi nunc eſt Monaſt. Ciſterc. ad Gerhardum Plebanum Viennenſem, ut V. Auth. Germ. Sacr. tom. II. f. 370.

Neuberg a agit Uladisl. Salisburg.

Ulricus interim hoc an. pridie nonas Decembris teſtamento ſolemni Ottocarum Boh. Regem, hæredem terrarum ſuarum inſtituit,

utpote

utpote cognatum ſuum, quo in teſtamento nulla ſit mentio Fratris Philippi, nec conſenſus provincilium vel miniſterialium Carinthiæ, datum vero eſt Diploma hoc teſtamentarium in Podiebrat, loco Bohemiæ, nec etiam Congruit, quod docet Megiſerus Carinthiam Ottocaro ſuiſſe venditam, teſtamento enim Ulrici, quod inter mea Diplom. num. 148. vide, nil de venditione vel pecuniis ea de cauſa datis refertur, ſed redditus centum marcarum locis religioſis applicandos nec dotem quichariſſimæ Uxoris ſuæ ſibi reſervat Dux Ulricus, ſi ea præmortua ſibi eſſet: Deſignatio Ottocari hæreditaria multis dein turbis, & bello ſat cruento initium dedit, ut ſuo loco dicam.

Ulricus Dux Carinth. Ottoc. Bob. facit hæredem.

Inter hæc Ulricus Seccov. Epiſc. in *Caſtro Pyber*, ad Stationem meliorem abiit, pridie nonas Julii, ut habet Necrolog. Seccov. & ejusdem Canoniæ notitia num. 92. eum ſenio, & moleſtiis Corporis ita deſatigatum fuiſſe, ut plane uſum Linguæ amitteret, docet Diploma Seccov. 91. inter mea in fine num. 149. aſſignati itaque ſunt Ulrico Epiſc. coadjutores, *Ortolfus de Prank Præpoſ. Seccov. & Ulricus Plebanus in Strazgancb.*

Ulricus Epiſc. Seccov. obit in Pyber.

Amiſit antea uſum linguæ Coadjutor ejus.

Prank de Ortolf Præp. Secc.

Ulricus Plebanus in Strasgang.

Hac infirmati, & inhabilis Epiſopi occaſione uſus erat maligne *Ulricus Plebanus in Gruſchorn*, qui ſub prætextu reſignatæ ab Epiſc. Seccov. Parochiæ Piber, eandem Eccleſiam a Guidone Cardinale, & Legato Apoſt. obtinuit, qui Guido mox *Archidiacono infer. Marchiæ ſeu Styriæ & Conrado Plebano de Petovia* mandavit, ut receptis Epiſcopi reſignatoriis litteris eam Parochiam Conferrent Ulrico Plebano in Gruſchorn, qua re audita Coadjutores Epiſc. Seccov. juſte quidem, ſed fruſtra fuerant proteſtati, unde, ut eis juſtitia fieret, mandat Papa Clemens IV. Id. Maji dato Viterbii Diplomate *Electo Laventin. Abbati Admontenſi & Præpoſ. Nivvenburgenſi*, ut partibus vocatis litem decidant. ex quo tempore alienatam ab Epiſcopatu Seccov. Parochiam Pyber opinor, de qua Pl. in fine Dipl. n. 148. deſuncto Ulrico Epiſc. Seccov. ab Uladislao Salzb. Archiepiſcopo Succeſſor datus eſt *Bernardus Decanus Patav.* olim *in Lyceo Patav. Canon. Juris Doctor*, vir cæteroquin doctiſſimus, & Uladislao notiſſimus, ita Chron. Salisb. & Reichersperg. & Catal, Epiſc. Seccov. cui etiam mox eodem hoc anno Salisburgi 4. non. Novembris confirmavit *Eccleſiam in Stiven*, olim a Philippo Salzb. ad menſam Epiſcopalem donatam, ut V. Dipl. Epiſcop. Seccov. num. 41. Diplomati etiam poſt Archiep. Collatorem ſubſcriptus eſt, *Frider. Præp. Henricus Decanus totumque Capitulum Salisburg.* ex quo proin Diplomate corrigendus eſt Catal. Decanor. Salzb. apud Auth. Germ. Sacr. tom. II. f. 1045. qui hunc *Heinricum Decanum* neglexit, Henricus itaque 3. hujus nom. Decanus Salisburgi poſt Frider. II. an. 1253. Decanum, ante Udalricum eſt interponendus.

Pyber Paroch. abalienatur ab Epiſc. Seccov.

Gruſchorn in Pleban. Ulric. & Petav. de Pleban Conrad.

Bernardus Epiſc. 4. Seccov.

Stiven Eccl. Epiſc. Seccov.

Henricus 3. Decan. Salisb.

Bernardus Epiſc. Seccov. Eccleſiæ mox ſuæ omnibus viis providere ſtuduit; quo tempore Ulricus Seccov. erat Archiep. Salisburg. nullus Eccleſiæ Seccov. Epiſcop. erat, ſed ſolum ſimplex ejus Eccleſiæ procurator, hinc plurimæ alienationes, venditiones, & diſtractiones rerum contigere Epiſcopatus Seccov. has, ut reduceret Bernardus, ſupplicavit *Brunoni Olomuc. Epiſc. & Styriæ Capitaneo* qui mox *Herbordo Dapifero de Fulmſtein Judici Provinciali* Styriæ, aliisque Styriæ

Bernardi Epiſcop. Seccovien. res.

Bruno Olomuc. Capitan. Styr. Fulmſtein de Herbord. Jud. Prov. Styr.

minoribus judicibus mandavit, ut juxta Sententiam Græcii latam omnium alienatorum ab Episcopatu Seccov. possessionem Episcopo Bernardo defendant; Dipl. datum est *Græcii Kal. Decemb.* V. Dipl. mea in fine num. 150. confirmavit sententiam hanc Ottoc. Rex an. seq.

Diploma Seccov. 91. dubium mihi movet, de Amelrico Episcopo Lavent. ex Abb. Runensi, nam dixi eum an. 1264. Episcopum Laventinum factum, atque an. 1266. Voravii 3. aras consecrasse: jam vero in Dipl. cit. Seccov. omisso nomine, *Electus Laventinensis* nominatur, qui proin Amelricus esse non potuit, utpote jam consecratus Episcopatus, supponendum Amelricum hoc vel præced. an. defunctum; nomen electi eruo ex Chron. Salisburg. an. 1275. ita scribente *Episcopus Eberhardus Laventinus moritur, cui Eberhardus Abbas S. Pauli substituitur*, quis hic Eberhardus fuerit? hactenus non constat, Eberhardum Abbat. 10. S. Pauli Megiserus, Gerhardum Dipl. Seccov. 94. Gebhardum alii teste Auth. Germ. Sacr. tom. II. p. 390. Herbertum vocant, pluribus rebus insignem & an. 1284. defunctum.

Amelr. Episc. Lavent.

Succ. Eberhardus.

Idem Dipl. Seccov. 91. datum Idus Maji, *Abbatis Admotensis* nomen reticet *Ulricum I. Cogn. Zant.* Abb. 24. Admontens: an. 1264. factum ostendi, de eo Catal. Abbat. Admont. ait, *præfuit 4. annis cum dimidio, & resignata Abbatia paci suæ in Monasterio Müllstadiensi consuluit exortis Domi discordiis.* Liber MS. 3. Admont. vult Abbatem Müllstadiensem factum post Dietmarum an. 1270. ad S. Petri Abbatiam pro Simone II. evocatum, liber vero MS. I. præcise ait apud Abbatem Müllstadiensem, usque ad obitum permansisse, hæc non moror. quæro solum, an. Ulricus hoc an. adhuc Commissarius Apost. in causa Parochiæ Pyber fuerit? Censeo Commissionem hanc Ulrico Abbati adhuc fuisse impositam: nam ex Catal. Abbat. Admont. Ulricus præfuit 4. annis & medio, Fridericus ejus anteceſſor obiit an. 1264. die 13. vel 12. Kal. Sept. unde huic Ulricus ante Sept. non succeſſit, computando jam a Kal. Sept an. 1264. ut eveniant 4. anni, cum dimidio devenietur ad mensem Martium an. 1269. quo etiam anno Ulrico suffectum Albertum dicam, cum hoc integro anno Ulricus, abbas adhuc Admont. fuisse videatur.

Ulricus I. Abb. 24. Admont. resignat.

ANNO 1269.

An. 1269. *Indict. 12. Sedis Rom. vac. I. Imper. Rom. vacant. XIV. Styr. vacant. XXIV.*

Imper. Rom. res.

Acephala erat hoc tempore sedes Romana, uti & Corona Imperii, cum Styriæ Ducatu, & inde nil mirum, si res Ecclesiæ & Imperii atque Styriæ detrimenti non modicum hisce in turbis caperent.

Conradin. Suev. Frider. Austr. Neapoli necat.

Dum Conradinus Suevus, & Fridericus Austriacus Neapoli ferro necarentur jussu Caroli Regis Siciliæ, Ottocarus Bohemiæ Rex de Carinthia Bellum subiit; occasio Belli sequens erat; obiit 8. Sept. Gregorius Patr. Aquilej. Ulricus Dux Carinthiæ Forojulium *ad Aquilegensi capitulum venit cum interceſſoriis Ottocari* (ait Anonym. Leob.) *ut Fratrem suum ad hanc Cathedram promoveret, sed modicum fructum attulit spes concepta.*

Greg. Aquilej. Patr. obit.

Succ. Philipp. amovere Electus.

cepta. Dux enim in forojulii infirmatus moritur, & in civitate quæ Auſtria dicitur, tumulatur. Chron. vero Salisburg. contrarium eloquitur nempe, *Philippus quondam Electus Salzburg. pro Patriarcha Aquilej. eligitur.* Hoc ipſum certum reddit Epiſt. Ulrici Ducis ad Ottocarum Bohem. Regem: ex MS. eod. Cæſareo apud Auth. Germ. ſacræ tom. II. fol. 363. &c. in qua ait Fratrem ſuum *Philippum Aquilej. Patriarcham*, ſe vero *Capitaneum Forojulii* electum fuiſſe, idem docet ſtero in annalibus, ut adeo certum ſit, Philippum Aquilejenſem Patriarcham Electum fuiſſe, uti Fratrem Ulricum Ducem Carinthiæ, Capitaneum Forojulii, mos enim erat teſte de Rubeis cap. 76. ut defuncto Patriarcha, *Vicedominus & Capitaneus generalis* eligeretur, qui negotia Eccleſiæ, & provinciæ adminiſtrarent, donec novus Patriarcha regimen ſuſciperet. *Ulricus Dux Carint. obit.*

Electi Patriarchæ negotium vacante ſede Rom. apud Cardinales urgebant Suffraganei Aquilej. ſed confirmatione ad novi Papæ electionem dilata Greg. X. electionem Philippi caſſavit, eo quod electio Patriarchæ, vacante ſede Rom. fuerat prohibita per curiam Romanam, de qua pl. an. ſeq. unde Philippum interim militiæ ſuæ Forojulienſes præfecerunt, donec electio ejus a Rom. Pontif. futuro confirmaretur. *Philippi Electio Romæ caſſata.*

Alii mortuo Ulrico duce Carinthiæ, docent, Aquilejenſes vota ſua de Philippo recantaſſe, huncque potius dein Carinthiæ tanquam hæreditati, ut putabat ſibi deſtinatæ, inhiaſſe; quidquid dicatur, id patet Ulricum Ducem Carinthiæ 27. Octob. obiiſſe, dequo V. Dipl. 147. Annot. mortuo Duce Philippus Frater, omiſſo facile Patriarchatu Aquilej. Ducem Carinthiæ ſe ferebat neglectis Ulrici ſupremis tabulis, viciſſim his nixus Ottocarus Rex Chunradum Præp. Brunnenſem ablegavit, ut Carinthiam in fidem Regis ex pactis cum Ulrico reciperet; his annus hic effluxit, ſicque ſequens turbarum Carinthiæ plenus fuit.

Admontes in Styria Ulrico Abbati 24. Admontenſi reſignanti ſucceſſit menſe Circ. Martio Albertus, qui *Electus de Gremio*, ut ait ſeries Abbat. Admont. *vir quidem pius, in ultimam egeſtatem cum ſuis recidit, donec Succeſſor Henricus monaſterium totum, quaſi noviter fundatum refloreſcere fecit.* Ita lib. 3. MS. num. 53. ſub hoc Alberto Abbate *Herbordus Dapifer de Fullenſtein* Judex Styriæ Gener. latam Græcii ſententiam in *Henricum de Treviach*, ut decimas Admont. monaſterio reſtitueret, confirmavit in Liuben in die S. Marcii V. Dipl. in fine num. 151. *Albertus Abb. 25. Admont.* *Fullenſtein de Herbord.* *Treviach de Henr.*

Dubium ingenerat hoc Diploma, ait enim *latam Græcii ſententiam per Ottonem de Haslovve ſeu Haslau, & Capitaneum Styriæ & Mr. Ulricum ſcribam Styriæ.* Quandonam vero Otto Haslavius Capitaneus Styriæ fuerit? ægre omnino conficitur, conſtat enim ex antedictis Brunonem Olomuc. Epiſcop. fuiſſe *Styriæ Capitaneum* ab an. 1262. uſque ad annum præcedentem, immo videtur Bruno hoc an. 16 Kal. Sept. fuiſſe Capitaneus Styriæ, ut ex Dipl Seccov. 94. oſtendam, an. vero ſeq. ex Dipl. Styriæ pluribus pateſcet *Burchardum de Cblingenberg* Styriæ noſtræ Capitaneum fuiſſe, unde non adverto tempus, quo Styriæ prætorem agere Otto Haslavius potuerit, præſertim, cum coævus *Mr. Ulrico ſcribæ* *Haslav. de Otto Capitan. & Styr. quo tempore.* *Scryba Styriæ Mr. Ulricus.*

ſcribæ Styriæ dicatur, qui ann 1256. id officium ſuſcepit, ut dixi, idque tenuit uſque an. 1270. quo ei Chonradus ſucceſſit, ut V. Diploma Seccov. 96.

Ut tamen conjiciendo ſaltem, quædam dicam, cum Diploma hoc confirmatam dicat ab Herbordo de Fullenſtein. Jud. Styr. Provinc. ſententiam illam, quam Græcii olim Otto de Haslowe Capit. Styriæ, & Mr. *Ulricus ſcriba Styriæ* tulerant, cenſeo Ottonem Haslovium fuiſſe 8. Styriæ Capitaneum, & quidem circa annum 1258. cum eo tempore Ulricus ſcriba Styriæ fuerit & Stephanus Zagrabienſis, per pacta cum Salzburg. facta officio Capitanei, & terra Styriæ cedere debuerit.

S. Lamberti Monaſt. res.

Gotſchaleg Abb. ib.

Bernard. Ep. Seccov.

Theodoricus Pleban. in Pölan.

Henricus Prior Runenſis.

S. Lamberti Monaſt. Res.

Inter Monaſteria S. Lamberti in Styria & Campilil. in Auſtria laudum eſt celebratum, quo dirempta lis ſatis acris inter bina hæc Monaſteria, de quodam Circuitu nemoris, circa *Weiſſenpach*, cella, lacu & ſalina, Mr. Ulricus Protonotarius Ottocari Regis effecit, ut ambo Abbates *Gotſchalcus Lambertinus*, Bertholdus Campililienſis, aſſentiente utrinque Conventu, primo apud Novam civitatem 18. Cal. Maji compromitterent in arbitros D. *Bernardum Epiſc. Seccov. Theodoricum Plebanum de Pölan*, & *Chunradum Plebanum Novæ civitatis*, laudi celebratione *Græcii in Eccleſia S. Ægidii* in octav. Pentec. Conſtituta. Cum vero Plebanus de Polan dein infirmaretur, venireque non poſſet, compromiſſo novo Græcii 18. Kal. Jun. pro eo ſubſtitutus eſt *Henricus Prior de Runa*, qui dein hoc laudum cum aliis celebravit 12. Kal. Jun.

Eidem S. Lamberti Monaſterio *Ulricus D. G. Dux Carinthiæ Dominus Carnioliæ* (antequam obiret) *fatetur ſe Largiri aliqua pro compenſatione damnorum, quæ ipſi olim Eccleſiæ, & Cœnobio S. Lamberti intulerat, cum per Bavariam iter ageret, ut Fratri Philippo auxiliares copias adduceret, datum in villa Trudendorf circa Gravenſtein An. Dom. milleſ. ducenteſ. ſexageſ. nono 5. Kal. Jun. Indict. 12. V.* Archont. Carinth. part. II. f. 48. ex tabulario S. Lamberti. Ex dictis an. 1258. novimus Ulricum Ducem Fratri ſuo exauthorato, Suppetias per Styriam Super. in ditionem Salisburg. miſiſſe eoque in itinere multis damnis, Monaſterium S. Lamberti affeciſſe, quibus damnis antequam moreretur, præcavit Ulricus Dux in Villa Carinthiæ *Trudendorf* (cui arx *Wildenſteinorum* ejusdem nominis adjecta eſt) circa *Gravenſtein* Caſtrum, & pagum ejusdem Carinthiæ.

Wildenſtein & Gravenſtein Caſtra.

Seccov. res.

Ortolf. Præp. Ditmar. Decan. Seccov.

Seccovienſi in Cathedrali Canonia *Bernardus Epiſc. Ortolfus Præpoſitus*, *Ditmarus Decanus*, & totum Capit. Seccov. in Vigilia S. Bartholomæi in capitulo congregati, pro reformatione ſpiritualium & temporalium hujus canoniæ meditabantur, ſtatutaque condebant, quibus diſciplina & *Converſatio Religioſa adum Reg. S. Auguſtini* conſervari debeat, ut V. Dipl. Seccov. 93.

Schönberg de Mechtild Seccov. Can. dat. Glanz prædium.

Bruno Olomuc. Ep. Bern. Secc. Ep. Fulnſtain de Herbord.

Bitſchein Caſt. Seccov.

Eodem omnino tempore ſeu 15. Aug. *Mechtildes Vidua de Schönberg* cum Filiis ſuis *Reinberto & Hadmaro* diremit litem de prædiis *in Glanz*, ceſſitque omne jus in hæc bona ſuo & hæredum nomine Eccleſiæ Seccovienſi, utque hæc ceſſio firma eſſet appenderunt ſigilla ſua, *Bruno Olomuc. Epiſc.* adhuc ut judico *Styriæ Capitaneus. Bernard. Epiſc. Seccov. & Herbordus de Fulnſtain Dapifer & Judex per Styriam Generalis.* V. Pl. Dipl. Seccov. 94. inter mea num. 152. in fine Dipl. datum in *Bitſchein arce hodie Seccov.*

Idem

Idem vero *Herbordus Dapifer de Fulnſtain Judex Gen. Styriæ Græcii* 16. Kal. Maji promulgavit ſententiam a Brunone Epiſc. Olom. Styriæ Capit. an. præced. *Græcii* Kal. Dec. latam, atque ab Ottoc. Rege hoc an. Pragæ 5. non. Martii confirmatam, qua etiam omnes alienationes Eccleſ. Epiſc. Seccov. ſub & ab Ulrico Archiep. Salisb. & procuratore Eccl. Seccov. factæ annullantur: præterea hoc in Dipl. notantur quædam bona ab Ulrico Archiep. alienata, nempe Eccleſia *S. Stephani, Chirchpach, Wolfsberch & Jagerperch*, quas Udalricus idem *Gundakaro de Gleitsavve, ejusque Filiis* indebite obligavit, de quibus V. pl. Dipl. Epiſc. Seccov. 44. inter mea num. 153. eodem hoc an. Ottocarus Rex Znoymæ Id. Junii confirmavit omnia privilegia Seccov. Epiſc. tum a ſe, tum a Friderico Auſtriaco Ulrico quondam Epiſcopo, & Eccleſ. Seccov. Collata. V. Dipl. Seccov. Epiſ. n. 45.

Parochiæ Secc. Epiſc. S. Stephani Kirchbach. Wolfsbereh Jagerberg. Gleitsaw de Gundaccar.

Chunegundes Abbatiſſa Göſſenſis rebus ſuis invigilans, quædam bona in *Parochia Pruke* ſita, certis ſub conditionibus redemit ut V. Dipl. Göſſ. 55. & Anno 1260.

Göſſ. res. Pruk Paroch.

Inter Diplom. Runenſia num. 27. adfertur quoddam, ad hunc tamen annum vel non pertinens, vel aliunde erroneum, id dicitur eſſe Udalrici Salisburg. Archiep. & Apoſt. Sed. Legati, quo immunitates Runenſium quoad decimas ſolvendas a ſuis anteceſſoribus datas confirmat Græcii 2. Maji coram *Henrico Plebano Salzburg. & Ottone Plebano de Greze.* Udalricus Salisburg. jam an. 1265. ei honori ceſſit, ac an. 1268. in Pyber obiit, unde Diploma hoc, ſi ad hunc an. referendum, Uladislai fuiſſe debuit, vel ſi ab Udalrico datum, ad an. 1265. erit reponendum, quo an. & Menſe Majo Udalricus Græcii exſtitit, ut ibidem dictum. V. Dipl. Run. 27. cum vero an. 1269. in hoc Dipl. non numeris, ſed litteris ſeu vocibus ſit expreſſus, malim Udalrico ſubſtituere Uladislaum, qui, cum an. priori viſitationem Carinthiæ, & Styriæ ſuſciperet, forte hoc an. Græcium veniſſe videtur.

Runens res. Henric. Pleb. Salz. Otto Pleb. Græc.

ANNO 1270.

Anno 1270.

Indict. 13. *Sed. Rom. vac. II. Imperii Rom. vacant. XV. Styr. vacant. XXV.*

Diſſentientibus Rom. Eccleſiæ Cardinalibus toto hoc anno necdum Eccleſiæ Cath. de Paſtore proviſum fuit, unde ait Chron. Salisb. *hoc toto anno, ſicut 2. prioribus Romana Eccleſia caruit Papa.*

Pontific. interregnum.

Ottocaro Regi Bellum cum Hungaris; fuit Bela enim, & Stephanus Filius minabantur ultionem injuriarum, quas Ottocarus annis anterioribus intulerat Styriæ proceribus, Ottocarus, audiens a Philippo Carinthiam occupari, Ungaros pro poſſe placavit, militemque contra eos paratum, in Carinthiam contra Philippum deduxit; etenim quamvis Ottocarus anno priore Chunradum Præpoſ. Brunnenſem in Carinthiam mitteret, ut eam in fidem Regis Ottocari ex pactis Ulrici reciperet, teſte tamen Hornekio Chron. cap. 87. pag. 99. Ghunradum hunc ſibi Philippus adjunxit, quare Chunrado indignatus Ottocarus, arma Carinthiæ & Carnioliæ, primo per *Ulricum de Liech-*

Ottoc. Bellum cum Hung.

Liechtenſtein de Ulric. Bellid. Ottor.

tenſtein, dein ipſe intulit, rem hanc complura Chronica deſcribunt, in his Anonymus Leob. ad an. 1269. maturo nimis calculo Ottocari in Carinthiam ingreſſum, Labaci obſidionem, Fautores Philippi oppreſſos, atque Carnioliam cum Carinthia ſubactam deſcribit, ad an. vero 1270. ita tradit: *Eodem anno Ottocarus manu valida Carinthiam intravit, & cum magna multitudine Civitates ibidem dictas Laybach & Landſtroſt expugnavit, & ibidem quædam munitiones eisdem civitatibus adjacentes ſibi fuerant aſſignatæ:* Anteriora tamen neglexit Leobienſis, nempe expeditionem Carinthiæ per Ulricum Liechtenſteinium ſuſceptam, quam Chron. Hageni refert his verbis: Jn der Zeit hätt ſich Herr Phillipp unterwunden Krain, und Kernten, und der Biſchof (lege Probſt) von Brüne hätt ſich auch mit den 2 Bürgen an Herrn Phillipp geworfen, Der König zoch da mit dem ganzen Heer, für Laibach, und macht zu Haubtman Herrn Ulrich von Liechtenſtain, der gewann Laibach und ganz Krain, en primam per Ulricum Liechtenſteinium expeditionem, de 2da inferius.

Agnes Vidua Ulrici Duc. Car. nubere cogitur Ulrico Com. de Hainburch.

Pfanberg de Ulricus.

Celeja de Com. Frider.

Quomodo ab Agnete Auſtr. deſcendat.

Ut vero Ottocarus Securior de Carinthia foret, *Agnes relicta Ulrici Ducis Carinthiæ, proneptis incliti Leopoldi Ducis Auſtriæ, ad generis depreſſionem ab eodem Rege Bohemiæ,* teſte Anonymo Leob. *cuidam Comiti Ulrico de Haynburch tradita eſt in Uxorem,* idem ad an. 1268. ita loquitur *quæ genuit filios, & filias, ex quibus proceſſerunt Comes Ulricus de Pfanberch, Fridericus Libertinus, jam Comes Ciliæ & utriusque ſexus ſeges nobilium ampla,* eadem Arenpekius Chron. Auſtr. aliique, deſcendentes tamen has Familias intellige propagatione ulteriore, non origine primigenia, ſic ut ſuo loco oſtendam, *Fridericus I. Comes Celejæ* deſcendit ab Agnete hac tanquam nepos, nam *Ulrici I. de Sunck Patris Frider. I.* Celejenſis uxor erat, *Filia Agnetis* hujus, & *Ulrici de Hainburch:* & *Ulrici I. de Pfanberg.* Uxor 2 pariter creditur *Margaretha Filia Ulrici de Hainburch,* & Agnetis Auſtriacæ, uti tomo hoc Annot. Dipl. 40 ex quo matrimonio dein prodiit *Ulricus II. de Pfanberch.*

Labacum Capitur ab Ottoc. Rege.

Item Stain & Landſtraſs.

Hausbach de Ulr. Præt. Carn.

Dirnholz de Ulricus Ottocaro inſid. ab Hungaris ponuntur.

Submiſſum in Carnioliam exercitum, ſub Ulrico Liechtenſteinio Rex ipſe Ottocarus ſecutus videtur, Carnioliæ caput Laybacum obſeſſum & præſente Rege triduo captum aſſultu, caſtrum ad clementiam Regis ſe contulit, inter hoc agri eorum, qui Philippo favebant vaſtati, Rex oberrata cum exercitu provincia caſtrum *Stain*, aliaque ad obſequium compulit, uti & Urbeculam *Landſtraſs*, ſicque interim Carnioliæ ſubactæ præfecit, *Ulricum de Hausbach*, quem dein an. 1272. poſt *Ulricum de Dirnholz*, Carnioliæ prætorem fecit; dum ex Carniolia per Styriam in Auſtriam tenderet Ottocarus Rex, Stephanus Rex Hungariæ defuncto Bela Patre ſuo, incurius induciarum Ottocaro *inſidias per multos Cumanos & Ungaros obviam deſtinavit,* circa feſtum S. Thomæ: *Ut ſic poſſet eum occidere, vel captivare, quo comperto prædictus Rex Ottocarus per aliam viam Auſtriam intravit.* Ita Chron. Clauſtroneob. MS. apud Auth. Germ. Sacr. tom. II. p. 365. Hagenus id vernacule ita reddit. Darnach kammen mehr (Zeitungen) Chunig Ottokern, wie die Vngarn in Oeſterrich ſeynd gezogen, der König kam gen Judenburg, dem entbieten die Neüſtetter, daß König Stephann von Vngarn, bey dem Semerink auf ihm wartet, darum Chunig

Judenburgum venit Ottocrus.

Otto-

Ottoker reyt für Lianveld (Lilienfeld) gen Mawrberch, und kam des gefertes von Behem, da er ſich beſambt kräfftiglich, pergit Chronogr. MS. Clauſtroneob. *inſidiæ vero ſentientes ejus evaſionem, totam terram inter novam civitatem & Viennam occaſione hominum vel captivatione, nec non & præda deſtruxerunt, multam ſtragem in clericos, matronas, pueros, juvenes, & ſenes tempore hyemis exercentes:* Eadem referunt fuſe, Chron. Clauſtroneob. aliud apud Pezium, Salisburg. Leob. &c. de quibus pl. an. ſeq. *Ungari veſtant Auſtriam.*

Salisburgum hoc an. infelix fuit, non modo maxima civitatis parte incendio conſumpta, verum etiam eximio ſuo Præſule orbatum, quem veneno propinguorum ſuorum necatum tradit Anonym. Leob. eo quod partem hæreditatis ſuæ, Epiſcopatui Salisburgenſi unire vellet, ejus depoſitionem ad 4. Kal Maji Necrol. Admont. Runenſe ad 5. Kal. Maji ſtatuit, in anno omnes Conveniunt. Succeſſit e gremio Canonicus *Fridericus* quem Chron. Salisburg. & Clauſtroneob MS. *de Walben:* alii Comitem de *Leonſtein*, *Fulbach*, & *Dornberg* vocant, ab an. 1264. Præpoſitum Cathedralem egit: huic in propoſitura Salisb. ſucceſſit non Henricus II. qui an. 1282. Epiſc. Seccov. eſt factus, ut Hanſiz, ſed Conradus ut v. an. 1273. *Salisburg. exuritur.* *Uradislaus Archiep. obit.* *Frid. II. Succ.* *Conrad. Præp. Salisburg.*

Interea temporis, Styria noſtra novum prætorem ſeu Capitaneum *Burchardum* nempe de *Chlingberch* obtinuit; qui hoc an. ſub hujus officii titulo & nomine 7. Id. Octobris pro Seccov. litem decidit; erat hic Capitaneus Styriæ Ordine 12mus, qui Brunoni Epiſc. Olomuc. ad Cathedram ſuam in Bohemiam reverſo hoc an. Succeſſit: quem origine Bohemum, quia ſimul Mareſchallum Regni Bohemiæ opinor. MS. Chron. Styriæ ex toties decantato Prætorum Styriæ Catalogo *Heinrici de Roſenberg* capitaneatum ad an. uſque 1276. extendit, de quo dictum inferius, id ſolum obſervo, authorem Chron. MS. Styriæ ſæpius notare, in Catal. citato, plures omitti, qui vel dubii vel Prætores, & Capitanei Provinciæ non erant: Sed potius Belli duces, aſt exiis, quos hactenus adduxi, eorumque actis patebit, eos vere Styriæ Prætores fuiſſe, cum cauſas hujus Provinciæ cognoverint, lites deciderint, judiciis in Styria præſederint &c. nec obeſt; quod ex alienis Provinciis, & ab Ottocaro intruſi fuerint, etenim hoc non obſtante officium id tamen gerebant, nec inde excludendi ſunt, quia alienigenæ, cum ex ipſo illo Catal. prætorum etiam *Henricus Roſenbergius*, quem Wochonem dicere oportuiſſet, Styriæ Capitaneus fuiſſe dicatur. *Chlinberch de Burcard. Prat. 12. Styriæ.*

Porro Purchardus Chlingberchius Mahrburgi Styriæ urbe, 6. Octobris generale placitum ſeu comitia celebrans, cum Nobilibus Styriæ *Hertnidi pincernæ de Ramenſtein* querelas de prædiis in Arzwald contra Præpoſ. Seccov. Ortolfum non admiſit, eo quod hic exhiberet litteras Regis Ottocari pro Se. V. Dipl. in fine 154. Rex Ottocarus 5. Kal. Nov. eandem placiti hujus ſententiam confirmavit ut V. Dipl. Seccov. 97. *Marburgi Comitia Seccov. res* *Ramenſtein de Hartnid.*

Epiſcopatui Seccov. Munifica extitit *Giſela de Kranichberg* relicta *D. Reinberti Jun. de Muereke*, quæ 2. milites ab *Hermano* parente ſuo receptos in Eccleſia Kirchberg. hodie Monaſterii Canoniſſ. Reg. S. Aug. in- *Seccov. Ep. res.* *Krainichberg de Giſela Vid. de Murek.*

Kirchberg Monaſt. in Auſtria, donavit Eccleſiæ Epiſc. Seccov. V. Dipl. mea in fine num. 155. confirmavit donationem aviæ ſuæ, *Gyſila de Orte* Vidua *D. Alberti Dapiferi de Veltsperch* Viennæ eodem hoc an. ut V. Dipl. in fine num. 156. immo eadem, ut Fratri ſuo *Hertnido de Orte* ob damna Eccl. Seccov. Epiſc. illata ſepultura privato, obtineret eandem ſepulturam, pro iis omnibus damnis Eccleſiæ dictæ ſatisfecit, V. Dipl. in fine 157.

Ort de Gyſila. Veltsperch de Albert. Ort de Hertnidus. Sepult. Privatus.

Leibnizii vero Fratres 2. *Herrandus II. & Hertnidus II. de Wildon* Bernardo Epiſc. Seccov. jus omne in villam *Reuſenz* liberaliſſime contulerunt. V. Dipl. Epiſc. Seccov. num. 49.

Wildon de Herrand. II. & Hertnid. II.

Seizenſi Carthuſiæ poſt Burchardum Prior præfuit ordine 6. *Jacobus* nomine I. *œconomus optimus*, ut ait Catal. Prior. Seiz. *qui Privilegia per Ottocarum Regem confirmari petiit, & obtinuit, aliaque plura comparavit.*

Jacobus I. Prior. 6. Seiz.

Anno 1271.

ANNO 1271.

Indict. 14. *Gregorii X. P. I. Imperii vacant. XVI. Styriæ vacantis XXVI.*

Greg. X. P.

Bienno jam, novemque menſibus vacante ſede Petri, ope Philippi Franciæ, & Caroli Siciliæ Regis, a Patribus purpuratis Romæ per viam compromiſſi in 6. arbitros facti, 1. Sept. Electus eſt Papa Theoldus Placentinus, Archidiac. Leodienſis, ſub nomine Greg. X. ſancte & feliciter Eccleſiam Rom. regens; lætam toti orbi electionem funeſtavit turpiſſima cædes Richardi Angli, Romæ in Eccleſia a 2. Amitinis, *Guidone & Simone Monsfortiis* patrata, dum domi Richardus Pater longiore vita dignus etiam obiret.

Auſtria vaſtatur ab Hungaris.

Interea Auſtriam & Moraviam Stephanus Ungariæ Rex, a Philippo Electo quondam Salisburg. Carinthiæ patrimonium repetente ſtimulatus, igne, ferroque acerbiſſime vaſtavit, juncto ſuis cumanorum exercitu; Mellicenſe vaſtationem ad an. ſeq. *a fl. litta ad montana Auſtriæ*, Salisburg. an. præced. *captis chriſtianorum plurimis millibus utriusque ſexus*, uti & Clauſtroneob. referunt; conſonant chronographi reliqui, quod ſi vero toties, ac chronographi reliqui, id factum recepta ſemper ſimillimaque phraſi lamentantur, accidiſſet, opinari licet Auſtrales fere omnes in Ungariam compedibus fuiſſe attractos, viginti enim millia cæſa ac abducta ait Anonymus Leob. & Zwetlenſis, cæptam an. præced. fine, vaſtationem compoſuerunt feliciter Epiſcopi Pragæ 2. Id. Julii interque hos *Fridericus Salisburg. & Petrus Patav. Bernardus Seccov.* adjectaque cenſura excommunicationis in eum, qui pacem primus violaſſet, pacis inſtrumentum ipſi ſummo Rom. Pontif. dein confirmandum traditum eſt.

Bernard. Ep. Seccov. Pragæ.

Ottoc. in Ung. Poſonium & alia Caſtra occupat.

Nec pepercit hoc in Bello Ungariæ Ottocarus, *ultra fluvium Rebniz* enim, teſte Chron. Mellic. transgreſſus, *Pozonium caſtrum* (ſeu Poſonium, Presburg) aliasque munitiones, nil cogitantibus Hungaris eripuit, immo teſte Paltramo, *cum Styrienſibus ad civitatem Tyernam uſque pervenit ei* ſubjectam: Addit Anonym. Leob. locis ab Ottoc. ſubjectis *Caſtra S. Georgii, Poſinge, & Piberspurg, Cherſelburg, Wart, Altenburg,*

Styri cum Ott. Tyrnav. occupant.

tenburg, cum civitate & Caſtro Myſenburg totaliter deſtructo, eadem habet Anonym. Zbetl. plures circumſtantias adfert Hagenus, & Arenpekius qui *Eiſenburg* & *Edenburg* ab Ottocaro etiam capta docent.

Ottocarus Carinth ſubjugat

Bello hoc compoſito, Ottocarus Rex ſigna Carinthiæ intulit, contra Philippum Electum quondam Salisburg. qui Goritianos interea Comites debellabat, cumque, teſte Anonymo Leob. *in brevi utrumque terras*, Carnioliæ, & Carinthiæ *ſibi ſubjiceret, quia nemo ei reſiſtere potuit*, inde proceres Carinthiæ ſeſe ultro clementiæ Ottocari permiſerunt: atque ut bonis pactis cauſa Philippi tranſigeretur, poſtulabant; *Philippus* ipſe teſte Anonymo Leob. *videns ſe minorem, reſignavit omnia*, deſignati viri 4, arbitrii ferendi cauſa, qui pace ſtatuta pronuntiabant, Philippus oppida & caſtra reliqua Ottocaro traderet, ab eo veniam peteret, jus omne in Carinthiam & Carnioliam Regi cederet. Sic Philippus *acceptis proventibus neceſſariis in Crembſam Civit. Auſtriæ* commigravit, *dein forum julium intravit: ubi caſtrum portus Naonis, quod ad Principem Styriæ pertinet, Aquilejenſe feodum exemptis ibidem de Porciliis, & Caſtello nobilibus* deerit, obtinuit, ſicque *vaſallus Eccleſiæ* Aquilej. *eſt effectus* ita Anonymus Leob. licet loco non ſuo an. nempe 1269. hoc ultimum de Caſtro Naonis a Philippo obtento, cæterorum nemo refert, ſed ſolum, Philippum in Crems locatum, ibique caſtrum cum teloneo tenuiſſe item caſtrum Penſenbeig, ubi deinceps larem poſuit: nec credibile portum Naonis Philippo remanſiſſe ut V. Dipl. Run. 28. infra citandum.

Philippus in Crembs ablegatur.

An obtinuerit Portum Naonis.

Porro caſtra Aquilej. Eccleſiæ in Carinthia, & Styria ſita Philippus etiam nuper occupaverat, ut ſic vim faceret Aquilejenſibus ad mitram ſibi imponendam, hæc caſtra etiam Regi Ottocaro tradita ſunt nempe *Tyfer, Treven, Windiſchgrätz & Clemau*, præterea teſte Chron. Salisburg. *Civitatem S. Viti cum aliis munitionibus & foris, per quæ Dux Ulricus Carinthiæ ſatisfecerat Eccleſiæ Aquilejenſi de damnis multis, quæ eidem Eccleſiæ irrogarat, ſibi potentialiter vendicavit* Ottocarus: jam an. 1268. dixi ab Ulrico duce Carinthiæ Eccleſiæ Salisb. fuiſſe data *Caſtra S. Viti, Clagenfurth, & S. Georgii.*

Tyfer, Treven Windiſchgraz Clemau Ottoc. cedunt.

Uti & S. Veit Clagenfurt, & S. Gergii.

A ſubacta Carinthia Ottocarus reverſus in Styriam juxta Dravi ripas, haud procul a Caſtro Mehrenbergenſi iter fecerat, Sigefridus loci dynaſta, morbo impeditus venienti ſerius occurrit, Rex contemptum interpretatus Sigfridum capi, in Bohemiam ſibi adduci jubet, Sigefridus inſidiis miſer capitur, invitatus amicitiæ ſpecie *ad Ortolfum de Grätz* militem, ab hoc *Ulrico de Dirnholz* traditus, & in vincula datus, Pragam mittitur, ubi non audita rei cauſa, in furcam pedibus actus eſt, cumque innocentiam ſuam ſemper teſtaretur Sigefridus, immiſſus eſt noctu carnifex, qui impacta in tempora clava necatum ſub patibulo humaret, cumque corpus prodigioſis de nocte faculis revelaretur, ægre bini Fratres impetrarunt, ut reſoſſum corpus in patriam ac monaſterium ſuum Mahrenbergenſe reportaretur, in quo ſanctorum Honores obtinet. V. dicta Annot. Dipl. 103, & ad an. 1251.

Ottocar. per Styriam tranſit.

Mehrenberg de Sigefr. torm. & mors.

Graz de Ortolf Dirnholz de Ulricus.

Sepultus ſub patibulo, nunc in Mährenberg Monaſt.

Anonymus Leob. docet ægritudine corporis impeditum Sigefridum ſerius Ottocaro occurriſſe, Hagenus & Haſelbachius Sigefridum, ut prædonem falſo delatum, id certum, innocenter Sigefridum fuiſſe

occiſum, præterea Anonymus Leob. bene diſtinguit *Ortolfum de Gräz* militem ab *Ulrico de Dürnholz* Capitaneo Ottocari, contra Auth. Duc. Styriæ, qui *Ortolfum de Gräz Cogn. Dürrenholz* vocatum male aſſerit. diſtincta enim erat Familia DD. de Dürnholz a DD. de Gräz. De quibus ultimis egi tom. I. an. Dipl. 7.

Dürnholz Famil. Styr. an Morar.

Lazius Dürenholzios Styros appellat, unicumque Udalricum ex iis adfert, quem male docet an. 1269. in Bello Ottocari cum Stephano Ungar. Rege occiſum, pro an. 1269. ponendus erit an. 1272. conſtat enim ex Chron. Juliani Ulricum hunc an. ſeq. civitatem Auſtriæ in Forojulio cepiſſe ac Ottocaro ſubjeciſſe, V. Chron. Forojul. Juliani apud de Rubeis f. 763. & in appendice f. 21. 38. cæterum dubito, an ex Styris fuerint Dyrnholzii, cum pauciſſimi eorum in actis noſtris reperiantur, forte Moravi erant, quia poſſeſſores villæ Nicolſpurg, ut V. Annot. Dipl. 129. & an. ſeq.

Runenſ. res.

Ottocarus crudelis licet, monaſteriorum tamen utilitati ſemper intentus erat, etenim Pragæ 3. Id. Octobr. confirmavit donationem quandam Runenſi Monaſterio a Rudigero quodam cive Græc. factam V. Dipl. Runenſe 28. in Dipl. Styr. p. 2. f. 28. in quo ſe Ottocarus etiam *Ducem Carinthiæ, Dominum Carnioliæ, Marchiæ, Egræ, & Portus Naonis* appellat, unde vix credendum Anonymo Leob. docenti, portum Naonis a Philippo Salisburg. Electo fuiſſe hoc an. obtentum.

Kirchberg Monaſt. res.

Gregor. X. P. qui Monaſterium Kirchbergenſe Ord. Canoniſſ. Reg. S. Aug. teſte Bern. Pez. tom. 5. f. 115. in protectionem ſuam receperat eod. hoc an. privilegia Teutonicorum in Auſtria, Styria, Carinthia, & Carniolia confirmavit, ut V. Dipl. Styriæ p. 2. f. 187. Diploma tamen id dari non potuit 10. Kal. Aug. cum Gregorius primum Kal. Sept. electus, & an. ſeq. 27. Mart. primum conſecratus fuerit, unde vel annus, vel dies, & menſis corrigendus eſt.

Teuton. res in Styria.

Vorav. res.

Bernardus III. hujus nominis Præpoſitus X. Vorav. anno hoc *Contractum quemdam cum Richpoldo de Teiffenbach pro quadam vinea in Fokenberg fecit*, ita, *quod idem Dom. Richpoldus & Hæredes ſui quinque quartalia vindemii tempore, & quatuor denarii* (lege denarios) *vecturæ Monaſterio Vorav. in villa Teiffenbach perſolvere non retardent*, vinea hæc Fokenbergenſis hodie adhuc penes Monaſterium Vorav. exiſtit. Ita Chron. MS. Vorav.

Teiffenbach de Richpold.

Seccov. Epiſc. res.

Epiſcopatui Seccov. *Wulfingus, & Diemudis de Treunſtein* 10. marcarum redditus *in Vogau* ſeu *Vogau* Styr. inſer. loco, non procul Leibnizio liberaliter contulit. V. Dipl. mea in fine num. 158.

Treunſtein de Wulfing. & Göſſ. res.

Uts de Henr.

Herburgi Abbatiſſæ in Göſſ. *Henricus* dictus *de Uts* (V. de loco & Familia hac dicta tomo I. Annot. Dipl. 48:) decimas in *Rotternſtern* quas antea ab eadem per modum feudi retinebat (V. Dipl. Göſſ. 57.) reſignavit: *Aulam in Utſch* ad *Muræpontum* & Muram Chriſtoph Kainach ſen. ſæc. 16. Emit, a Sebaſt. *de Windiſchgräz* ut docet MS. Khainach.

Utſch aula Styr.

Pöls Archiparoch. Matrix & Princ.

Ad eundem hunc annum refero primordia antiquiſſimæ matricis ac Principalis ſeu Archi-Parochiæ Pölſenſis in ſuper: Styria hodie Archidiaconali honore inſignis: documenta a Reverendiſſimo Perill. DD. Franc. Petro Leopoldo Krebs Archiparocho & Archidiac. Pölſenſi collata, & ingenti labore conquiſita ita habent: Ex antiquiſſima

Ejus origo.

tradi-

traditione in valle Pölſenſi lacus olim erat, qui ante multos centum annos, in loco illo, quo nunc *Eccleſia ad omnes Sanctos* ſita eſt, erumpens, vallem hanc frugiferam reliquerat, ſucciduo tempore locus hic habitari, & in *Pöls, oppidum* ædificari cæpit, aſt ubi *in Zayringa* una & ſemihora diſſita argenti ſodinæ repertæ, & egregie excultæ fuerunt, libertates oppidi Pölſenſis in Zeyring translatæ ſunt, Pölſiumque ad hæc tempora vicus dicitur. Non conſtat quidem genuina antiquiſſimæ hujus Parochiæ origo, cum locus hic, & cum eo documenta vetera trinis jam incendiis fuerint deleta, ex modicis, quæ ſuperſunt, MS. ac potiſſimum extraditione habetur, primam Eccleſiam, *Corner* dictam, & in cæmeterio hodie adhuc exſtantem, a S. Ruperto fuiſſe dedicatam; ea, cum ſucceſſu temporis plebi Parochiali anguſta nimis foret, moderna exſtructa eſt B. V. M. in cœlos aſſumptæ ſacra. Icon originalis hujus Eccleſiæ in Muſco ſeu Ulva, Mooß, quadrante horæ ab Eccleſia hac Parochiali diſtante reperta, nomen inde B. V. M. in Mooß retinuit, & olim magno peregrinantium concurſu celebrata eſt; aſt ubi Parochia per incendium vaſtata, ac ex defectu mediorum diutius non reparata fuit, peregrinatio quoque iſthæc ceſſavit.

Eccl. Filialis ad omnes SS.

Pöls Oppidum hodie vicus.

Zeyringa Oppidum.

Corner Eccleſia prima in Pöls a S. Ruperto dedic.

Eccl. hod. B. V. M. Aſſ. ſacrata.

Icon B. V. M. in Moos.

Parochiæ hujus principalis ac matricis amplitudo ante annos centum aliquot tanta erat, ut 9. Presbyteri eidem curandæ neceſſarii eſſent, quorumque quivis diebus Dominicis & feſtivis aliam Eccleſiam Sacris obire miniſteriis debebat; noſtro tempore Vicarii Parochiales haſce Eccleſias adminiſtrant, nempe *ad S. Oſwaldum in Tauro Rottenmannenſi, Zeyringæ, ad S. Georgium ſupra Judenburgum*, & *ad S. Laurent. penes Scheiffling*, qui omnes Archiparocho & Arhidiacono Pölſenſi ſubſunt, ab eoque inſtituuntur: Parochia ipſa Pölſenſis eſt Principis terræ, qui jus advocatiæ in eam habet, jus vero Patronatus alternativum eſt, una vice a Principe terræ altera vice ab Archiepiſcopo Salisburg. conferri ſolet. Quis olim Archiparochiam adminiſtraverit Pölſenſem? qui ejusdem primi ſacri Curiones fuerint? non conſtat, an. 1271. D. Hartnidum hic loci Archidiaconum fuiſſe, aliena documenta exhibent, illud apertius eſt, Templarios quondam equites huic loco præſediſſe, ibique Reſidentiam ſui Ordinis habuiſſe, uti ex muris veteribus inventis magni & ampliſſimi ædificii conſtat; aſt anno 1313. hi equites feria VI. quadam hora 8. matutina, armata manu abducti ſunt. Ab exceſſu Templariorum, certi nondum Parochi in Pöls conſtituti videntur, ſeries proin legitima horum Archiparochorum ab anno hoc 1330. ita deducitur.

Amplit. Paroch.

4. Ejus Vicarii Parochiales.

Jus patronatus & advocatiæ Paroch. Pölſ.

Parochi primi qui.

Hertnidus an. 1271. Archidiac. Pölſ.

Templarii hic olim reſidebant.

Parochi Pölſ. ab an. 1330.

1. *D. Georgius*, ad an. 1339. quo Epiſcopus Seccov. factus eſt, in quo tamen errorem cubare oſtendam ad an. 1337. & 1350.

2. *D. Matthæus*, ab an. 1339. ad an. 1376. ſub quo primum Capellanus ad S. Oſwaldum Fundatus eſt, qui nunc Vicarius Parochialis eſt;

3. *D. Joannes de Raab*, Canon. Paſſav. obiit 1398.

4. *D. Rudolphus*, Vicarius ſolum vocatur, obiit an. 1405.

5. *D. Albertus de Petau*, 25. an. profuit ad an. 1430.

6. *D. Georgius Ueberacker*, uno ſolum an. Parochus, dein, ut ſuſpicor, an. 1452. Epiſcopus Seccov.

7. *D. Chriſtoph Welzer*, ab an. 1431. ad 1450.

8. *D. Mr. Joannes Duſter*, Canon. & Præpoſ. Uratislav. ad an. 1487. Cæſareus idem Cancellarius fuiſſe dicitur.

9. *D. Petrus Winckler*, Parochus ſimul Frauenburgi & Judenburgi mortuus an. 1487.

10. *D. Andreas Mitſchacher*, præfuit ad an. 1490.

11. *D. Joannes Prenner*, Canon. Vicarius General. & Officialis Salisburg. ſub quo Confraternitas S. Wolfgangi ad S. Oswaldum erecta, præfuit ad an. 1518.

12. *D. Joann Georgius de Thurn*, ad an. 1530.

13. *D. Joannes Grienn*, ad an. 1536.

14. *D. Vitus Cæſar*, ad an. 1549.

15. *D. Andreas Kolböck*, ad an. 1551.

16. *D. Mr. Joannes Haſelbrunner*, ad an. 1555.

17. *D. Mr. Joannes Murrer*, ad an. 1558.

18. *D. Maximilianus Pitter-Kraut*, ad an. 1570. obiit eo an. 12. Decembr. dein intruſi Præcones Lutherani, de quibus & reliqua ſerie Parochorum Pölſenſium plura ad an. 1570. referam.

An. 1272.

ANNO 1272.

Indict. 15. *Gregor. X. Pap. II. Imper. vacant. XVII. Styr. vacant. XXVII.*

Stephan. Rex Hung. obit.

Pacem inter Hungariæ & Bohemiæ Reges factam, licet Papa Greg. X. die 27. Martii coronatus confirmaret, Epiſcopiſque permitteret, ut in violatorem diras detorquerent, obitus tamen Stephani Hung. Regis facem Belli denuo reaccendit; Succeſſerant enim turbæ inteſtinæ in Hungaria ſub initia Ladislai IV. Hung. Regis impuberis, eaque de cauſa Comites quidam, ex Hungaria profugi benigne ab Ottocaro Rege ſunt ſuſcepti, ac variis ditionibus donati, res hæc vel metam vel bilem *Henrico Comiti Ginſienſi* movit, ut licet antea ab Ottocaro ſtaret, Patriam tamen repeteret, & Belam Ducem, Fratrem Reginæ Bohemiæ necaret; præterea Ægydius quidam Comes animi levitate, Poſonium Ottocaro reſervatum, Ladislao tradi curavit, hæc Legati Pannoniæ tanquam privata odia excuſare nitebantur, Ottocarus tamen ea ultum iri cupiebat, prævenere Bellum Hungari, Auſtriam, denuo populabantur, mox vero Ottocarus populatione 14. Hebdomadorum, & multorum oppidorum occupatione vindictam Hungariæ repoſuit, ita habent Chron. Mellic. Salisburg. Zwetl. Leobienſe, & Arenpeckius, qui Civitates Styriæ vaſtatas etiam ab Hungaris docet; Uberius Belli totius aleam narrat, Leobienſis Anonymus, nempe a morte Stephani Regis, Ægydium quemdam Com. Hungariæ, Reginam proceresque veritum cum Gregorio Fratre in Auſtriam Confugiſſe, cui benigne excepto Ottocarus Oppida *Laba*, *Neuburgum*, & *Stokeraviam*, *Steinam*, vel *Greitſchenſteinam*, & alia cum 2. millibus marcarum annuatim ſolvendis donavit, Poſoniumque ejus fidei commiſit: hos favores Henricus Com. Ginſii, vivente adhuc Stephano Rege, Ottocaro addictiſſimus ſuam injuriam eſt interpretatus, indeque Be-

Ladislaus 4. Succ.

Hung. Turbæ.

Auſtriam Populantur & Ottocar. Hungariam.

Styria vaſtatas.

lam

Jam Ducem Reginæ Bohem. Fratrem in inſula prope Budam occidit, auxit Belli cauſam Ægydius Comes perfidus, qui *Poſonium* Ladislao prodiderat, Comani itaque cum Hungaris, inducias, & pacem renuente Ottocaro in *Carinthiam*, *Auſtriam*, *Styriam immiſſi* eas regiones vaſtabant (Ottocari exercitu nondum plane Coacto) atque 20000. hominum in captivitatem abducebant.

Hungaria male habetur.

Donec exercitus Ottocari conveniret, ſocietas quædam nobilium Auſtriæ 1000. Armatorum, Hungariam ſubiit, & Caſtrum *Rab* expugnavit, & Epiſcopum Quinque Eccleſiæ ejus loci Præfectum, cum pluribus Nobilibus Captum in Auſtriam abduxit, mox alia Auſtriæ & Moraviæ Nobilium ſocietas ſubſecuta urbem, & Epiſcopatum Nitrenſem, ſeu *Neytrach* ingreſſa, eam cum Caſtro S. Georgii cepit ac effugato Epiſcopo cum 50. Canonicis ablato Eccl. Theſauro, & incenſa urbe denuo rediit.

Dürnholz de Ulr. Cæſus Capitan. Carn. & Carinth.

Interea Ottocarus cum exercitu Henricus Comes Ginſii cum 30000. ſuorum, exercitum hunc turbavit, *Ulricum de Dürnholz* occidit, ſumptisque ſic Spoliis trans fl. Marcham aufugit, Ottocarus fugitivos inſequitur, quos cum non amplius deprehenderet, relictis ad expugnandum Poſonium, & Caſtrum S. Georgii civibus Viennæ & Neoſtadii, ipſe Hungariam ſubiit menſe Aug. ex parte, ubi *Tyrna* conſiſtit, omnia vaſtat, mox ad *Rottenſtein* ponte Danubio inædificato, omnes munitiones uſque Jaurinum, ſeu *Rab* occupat, inde *Sopronium* ſeu *Oedenburg* cum omnibus munitionibus juxta piſcinam *Vertſec* ſibi ſubjicit, alias uti *Tevven Brodanſtorf*, *Burgbach*, *S. Margarethæ* deſtruit, ita Anonymus Leob. pacem cum Hungaris reſtitutam an. 1276. Chron. Auſtrale memorat.

Ulricum de Dürnholz occiſum refert Anonymus Leobienſis idque circa menſem Aug. nam 10. Cal. Maji an. hujus Pragæ dato Dipl. juſſus eſt manutenere moniales Mahrenberg. vocaturque eo in Dipl. *Capitaneus Carinthiæ, Carnioliæ & Marchiæ*, de quo pl. in Dipl. meo 159. in fine.

Mahrenberg. res.

Voravii Præpoſitus Bernardus *Comparavit prædium, quoddam ſitum prope Rohrbach, a quodam Caſtellano dictus Bernherus* (lege dicto Bernherus) *de Leibniz pro* 10. *libris Viennenſis monetæ perpetuo poſſidendum cum ſuis attinentiis.* Ita Chron. MS. Vorav. confirmavit venditionem hanc Bernardus Epiſc. Seccov. cujus fidelis Caſtellanus dicitur *Wernberus de Leibniz*, V. Dipl. mea 160.

Vorav. ref. Leibniz de Bernherus.

Monaſterium Kirchbergenſe quod an. præced. Greg. X. in protectionem ſuam, & S. Petri receperat, hoc an. ampliora incrementa accepit, refert ea Frœlichius in Diplomat. S. Ducatus Styriæ parte I. f. 369. ex eod. Diplom. P. Bern. Pez part. II. num. 212. pag. 119. & *primo* quidem Bernardus Epiſcopus Seccov. ad mandatum Friderici Salisburg. Archiep. & Ottocari Regis Bohemiæ, *Eccleſiam Parochialem in Kürchberg* eregit in conventualem; narrat in hoc Diplomate Bernardus Epiſcopus Seccov. ſe ipſum perſonaliter acceſſiſſe Eccleſiam in Kürchberg, atque dum *viri Nobiles Fratres de Kreinichberg* ſe opponerent huic ordinationi, idque, quod proponebant in contrarium, legitime probare non poſſent, ex mandato Archiep. Salisburg. & Otto-

Kirchberg. Monaſter. Eccleſiæ ſimul Parochialis.

Bernard. Epiſc. Seccov. eam edit. cum FF. de Kranichberg.

cari Regis Eccleſiam hanc Parochialem decreviſſe conventualem; unde ab hoc tempore conventualis eſſe cæpit Eccleſia Kirchbergenſis ſub communi vita, & Regula ſancti Auguſtini.

Duo in ea ſtatuuntur Capellani. Eorum Præbenda.

2do Statutum, ut Sanctimoniales hæ, duos ad minus haberent, Sacerdotes Capellanos, qui ipſam inofficient, & Sacramenta Eccleſiæ in ea miniſtrent, præbenda his ad ſummum 32. librarum de proventibus Eccleſiæ hujus aſſignata, redditus Eccleſiæ, Prioriſſæ & ejus procuratori miniſtrentur, qui ex eisdem ſupra dictam præbendam duobus Capellanis daret, Si vero redditus hi ad prædictam præbendam non ſuffecerint, ex Monaſterii bonis prætaxata præbenda ſuppleatur.

Henricus Pleb. Kirchberg. ſimul Archidiac. infer. Marchiæ.

3tio Refertur *Henricus* tum *Plebanus in Kirchberg*, & ſimul *Archidiac. infer. Marchiæ* Spontanee hanc Parochiam reſignaſſe.

Fund. Kirchberg. quodam D. de Kranichberg.

4to Monaſterium *Kirchbergenſe* per quandam *Dominam de Kranichberg* fundatum dicitur, quæ fundatio ab Ottocaro Rege confirmatur.

Anno 1273.

ANNO 1273.

Indict. 1. *Gregor. X. Pap. III. Rudolfi I. Imperii* I. *Styriæ vacant. XXVIII.*

Lugdun. Conc. indicitur.

Gregorius Papa Lugdun. indicto concilio, pro an. futuro Germ. proceres ad electionem novi Capitis Imperii ſerio eſt adhortatus, ſeque, ſi ſegnes eſſent in jure ſuo, ſuprema poteſtate in denominatione novi Imperii capitis uſurum edixit. Comitia itaque menſe Septembri indicta ad quæ, ut convenirent Electores, invitati, an Ottocarus Regnum delatum reſpuerit, an ambierit? alii diſcutiant, in utramque enim partem loquuntur Authores, Wernerus Archiep. Mogunt. primus omnium maxime pro Rudolfo Habſpurgico loquebatur, tum quod eidem Romam pro confirmatione abituro, Rudolphus per ſuas, contra Graſſatores adſiterit, tum quod Capellano ſuo ſacrum viaticum deferenti equum ſuum Rudolphus obtulerit; & conciliavit Rudolpho Wernerus prope omnes, præter Ottocari Bohem. Regis, & Henrici infer. Bavar. Ducis Legatos; Ludovicus Elector Palatinus ſpe veniæ ob necatam uxorem, & affinitatis Auguſtæ, hujuſque etiam affinitatis Spe, Saxoniæ Dux, Marchio Brandenburgicus a Frider. Com. de Zollern in vota Rudolphi ſunt illecti, tandem omnium Electorum votis via compromiſſi in Ludovicum junctis, hic Rudolphum Imper. nominavit, ſic rem enarrat Argentinenſis, chronicaque fere omnia, Gerardus tamen de Roo, continuator Martini Poloni, & Anonymus Leobienſis erronee ajunt, a Mainardo Com. Goritiæ, 3. Candidatos propoſitos, Bernhardum nempe Carinthiæ Ducem, Albertum Com. Goritiæ, & Rudolphum Habſpurgicum, qui quoad Bernhardum Ducem an. jam 1256. defunctum, certo falluntur.

Rudolphus Imp. Rom.

Ottocarus eum non agnoſcit.

Electioni ac coronationi Rudolphi Imper. obſtitit Ottocarus, nemini adhuc ſubeſſe doctus, variasque inde turbas Provinciis, ſibique mortem accivit, ut anni Conſeq. docebunt.

Frider. Salzb. pallium obtinet.

Fridericus Archiep. Salisburg. Electioni huic non videtur adfuiſſe, etenim anni præced. fine ut ait MS. Chron. Honorii *Dom.*

Electus

Electus Salzburg. iter arripuit ad Romanam Curiam pro ſua confirmatione, atque hoc anno conſentiente eodem MS. Chron. Honorii, ait Chron. Salisburg. *Dom. Fridericus Electus Salzburg. quondam Præpoſitus, a Papa Greg. X. confirmatione recepta, & conſecratione in Curia Rom. pallio honoratur: quibus obtentis, dum Papa ex plenitudine poteſtatis ſuæ ad petitionem, & inſtantiam Dom. Archiepiſcopi, & Epiſcopi Chiemenſis, Prælaturam Salisburg. ejusdem Eccleſiæ Chunrado Canonico contulit.* Hunc Præpoſitum Conradum neſcio, quomodo Author Germaniæ ſacræ tom. II. fol. 1041. neglexerit. *Conrad. Præp. Salisburg.*

Quæ Frider. Archiep. ob contracta ſub Ulrico adhuc debita, Romæ perferre debuerit, refert Chron. Salisburg. & Honorii uti & Hornekius apud Auth. Germ. Sacræ, tom. II. f. 372. quibus compoſitis, ab urbe reverſus Carinthiam *Styriamque* luſtravit, & locorum Salisburg. prætoribus impoſuit, ut naviter officio fungerentur, ſicque Eccleſiam Salisb. debitis brevi liberarent. *Frider. Salzb. Styriam adit.*

Friſaci eum convenit Ottocarus Rex ab eoque caſtra, & oppida fiduciaria recepit Hornekio teſte.

Cum electio Philippi in Patriarcham Aquilejæ, Romæ non probaretur, Gregor. X. Papa novum Eccleſiæ huic Sponſum ac Patriarcham dedit Raymundum de Turre Mediolanenſem die 11. Dec. Epiſcopum antea Cumanum, qui ſeq. an. 17. Auguſti primo ad ſedem ſuam venit. *Raymund. de Turre Patr. Aquilej.*

Dom. Jacobus I. Prior Seizenſis 6. hoc an. in Gyrienſem Cartuſiam translatus videtur, exſtant enim litteræ Seizenſes de an. hoc in die S. Jacobi Apoſt. ſignatæ, in quibus allegantur ſolum *F. Gotfridus de Victoria, Fr. Chunradus Procurator, & Fr. Sifridus Converſus*, unde colligitur Jacobus hic jam fuiſſe in Gyrium translatus, ubi 19. Nov. incerto anno obiit. an. 1275. Prior Gyrienſis fuit. *Jacob Prior. Seiz. in Gyrose Translatus.*

Succeſſit ei in præfectura Seizenſi Hismido Prior VII. vir plane egregius, & de toto ordine meritiſſimus. *Hismido Prior 7. Seiz.*

Wulfingus de Paumgarten miles, ſeu vir equeſtris Ordinis, *Petovii in Urbe* donationem fecit Teutonicis ad S. Dominicam, ut V. Dipl. Styr. p. 2. f. 211. & quidem ad manus *Fr. Bertoldi tum commendatoris ibidem*, teſtes erant *D. Frider. de Petove*, & *Dom. Chunradus Plebanus* ibidem ſeu *Petovii*, præter 6. alios Fratres Ord. Teutonici ad S. Dominicam. *Paumgarten de Wulfingus. Petov. ver. Teuton. ad S. Domin. ver. Petav. de Frid. Conrad. Petov. Pleban.*

ANNO 1274. *An. 1274.*

Indict. 2. Gregorii X. P. IV. Rudolphi I. Imper. II. Styriæ vacantis XXIX.

Gregorius X. Papa cum in Palæſtina verſatus, orientis notitiam haberet optimam, eo in Conc. Lugdun. contendit viribus omnibus, ut unionem cum Græcis, & libertatem Palæſtinæ obtineret, & ſavente Michaele Paleologo Conſtantinop. Imp. ſatis in vota prono, effecta eſt hoc in Conc. unio cum Eccl. Græca, hoc confeſſionem proceſſionis S. Spiritus, Romanam Lyturgiam, & primatum Papæ agno- *Lugdunenſe Conc.* *Unio cum Græcis.*

agnoſcente, mox decreta expeditio Sacra in Palæſtinam, prædicatio Crucis, & Collectio decimarum in Subſidium Terræ ſanctæ.

Aderat Conc. huic præſens cum Petro Patav. Leone Ratisbon. Joanne Chiem. Fridericus Archiepiſc. Salzburg. qui in itinere hoc ſuſcepto die 4. April. cum dicto Epiſcopo conſecravit baſilicam Friſing. ut ex Meichelbekio oſtendit Auth. Germ. S. tom. II. f. 1080.

Rudolph. Imp. Confirmatur. Dein non quidem in ipſo Conc. ſed Cardinalium Conſiſtorio confirmata electio Rudolphi Imp. fruſtra reclamante Alfonſo Caſtellano æmulo, Ottocarus Bohemiæ Rex quoque contra Rudolphum excepit, bellumque eſt comminatus, ſed reſp. Papa Augur, aliud perſæpe eſſe bellorum initium, alium finem: inanis interim erat Papæ labor, cum Ottocarus fœdere cum Henrico Bavaro icto, cum hoc, neque Francofurt. nec Norimberg. nec Herbipolenſia Comitia adiret, nec Legatos mitteret, quin eo uſque progreſſus eſt audaciæ, ut Fridericum Salisburg. a Conc. Lugdun. reducem, ejusque Suffraganeos decreta Concilii Lugdun. promulgare ſeveriſſime prohiberet, quæ omnia videre licet in epiſtola Frider. Salisburg. an. 1276. ad Joan. 21. P. ſcripta, quam V. apud Auth. Germ. Sacræ tom. I. pag. 416. urſerat nempe Ottocarum ambitio, qua ſibi Rudolphum præferri vidit, Hæredem patrimonii non adeo Copioſiſſimi, nec ultra Comitis dignitatem evectum, alii Rudolphum præfectum prætorio, & Belli Ducem Ottocari fuiſſe credunt, quam tamen rem mihi vix veriſimilem oſtendi an. 1260.

Ottocarus contra eum excipit.

Ad Comitia non venit.

Nec Legatos mittit.

Ejus cum Friderico Salisburg. res.

Rudolphi Imp. res. Rudolfus interea Imp. variis benefacere pergebat, Ludovico com. Palatino, bona Conradini quondam Sueviæ Ducis obligata, hoc an. Hannoniæ confirmavit, plura Monaſteriis variis donavit, 3. Filias ſuas Electoribus nuptui dedit, *Mechtildem Electori Palatino Ludovico, Agnetem Alberto Saxoniæ Duci, Hedvvigem Ottoni Electori Brandeburgenſi,* in Comitiis Ratenburgenſibus ineunte Aprili celebratis, Philippo Electo Salisburg. Carinthiam & Carnioliam in feudum dedit, ita docet Anonymus Leob. ad hunc an. *Philippus vero Ducis Bernhardi Filius in ſede Salzburg. & Aquilej. fruſtratus, dolens de pactis, quæ Frater ſuus habuit cum Ottokero, ad curiam Regis venit, & ibidem terras Carinthiam, & Carnioliam ſuſcepit de manu Regis in feodo, ſicut fieri eſt conſuetum.* qua occaſione forte factum, quod refert idem Anonymus ſol. 839. præced. *bic Philippus cum Baronibus Styriæ Domino de Wildonia & Domino de Lanſſe & aliis Regem Rudolphum Rom. adierunt ipſum inducentes ad hoc, ut deſcenderet, & Ducatum Auſtriæ ac Carinthiæ de Dominio Regis auferret Bohemiæ,* Dominus hic de *Wildonia* fuerit Hertnidus nuper a Rege Ottocaro caſtris ſuis ſpoliatus eſt, & Dom. de *Lanſſe* ſeu *Landeſer, Ercbengerus* II. ut v. tomo I. Annot. Dipl. 53. Philippus porro a Rudolfo reſtitutus in Comitiis Auguſtanis an. ſeq. aſſedit ſub titulo hoc: *Philippus Dux Carinthiæ.*

Filiæ tuæ Electoribus nuptæ.

Philippo Salisb. Carinthia & Carn. dat.

Wildon de Hertnid.

Landeſer de Ercbenger.

Salisb. Conc. Fridericus Salisburg. Archiepiſcopus, inquit Ghron. Salisburg. Pezianum, *Provinciale indixit Concilium, ubi convenerunt Friſingenſis, Patavienſis, Ratisbon. Brixinens, Chyemenſ. Seccov. Epiſcopi & Prælati Provinciæ ubi diverſa, & ſalubria ſtatuta promulgavit.* Statuta hæc refert MS. Codex Cæſareus inter Cod. Jur. Canon. num. 217. fol. 207. p. 2. capitula

Bern. Epiſt. Seccov. Præſent.

pitula ſunt 26. ubi tamen Labbeus & Harduinus ſolum 24. ponunt. ſtatuta hæc quia Styriam etiam concernunt, utpote Diæc. Salisburg. ſubjectam, ſummatim ex Auth. Germ. Sacræ hic refero.

In præmio Mandatur Epiſcopis, Abbatibus aliisque Prælatis, ut ſtatuta Conc. Lugdun. hujus anni, & Viennenſis in Auſtria an. 1267. a Guidone Card. celebrati, uti & hujus Conc. Provincialis frequenter ſtudeant publicare.

Mandantur Abbatibus Ord. S. Bened. varia, refert hæc omnia puncta in Germania Sacra Hanſiz f. 378. &c. tom. II. quem vide

Salzb. Eccl. conſecratur.

Synodo Provinciali ſic abſoluta pergit Chron. Salisburg. idem Archiep. Salisburg. *Eccleſiam Salisburg. in die omnium SS. cooperantibus ſibi Epiſcopis prænotatis honorifice conſecravit, celebritatem ipſam reddens inſignem largitione indulgentiæ Dom. Alexandri Papæ, Patriarchæ Gradenſis & Archiepiſcoporum, Epiſcoporumque plurium &c.*

Frider. Salzb. in Comit. Norimb. Regalia capit a Rudolpho.

Poſthæc Frider. Archiep. ad Curiam, & Comitia Norimberg. in die S. Martini celebrata venit, *ſuſcipiens a Rudolpho ſua regalia* ut inquit Anonymus Leob. *Super quo indignatus Ottocarus, Capitaneo ſuo Miloto mandat, ubicunque Epiſcopium vaſtari.* De quo plura an ſeq.

Milotus Zawiſchius Styr. 13. Prater.

Milotum Zawiſchium Capitaneum, ait Anonymus Leob. & conſonant Diplom. Styriæ, quæ eum Capitaneum Styriæ his annis appellant. an. 1270. Burchardum de Chlinberch Capitaneum Styriæ ex variis patriæ teſtimoniis oſtendi, hunc Prevenhueberus f. 412. ait fuiſſe hoc an. Capitaneum ad Anaſum, & Mareſchallum Bohemiæ, cui proin in capitaneatu Styriæ Ottocarus Succeſſorem dedit Milotum, quem non militiæ ſolum, ſed cauſis etiam Styriæ dicendis præfuiſſe Diplomata annorum ſeq. oſtendent.

Ottocar. Reb. Græcii.

Milotum hunc Capitaneum Styriæ conſtitutum arbitror ab ipſo Ottocaro Græcii hoc an. agente, etenim Græcii hoc an. 16. Kal. Maji Monaſterium Oberburgenſe Ord. S. Bened. in protectionem ſuam ſingularem recepit, ut V. Diplom. Duc. Styr. p. 2. f. 294. & 7. Kal. Maji itidem Græcii Seizenſibus confirmavit Ottocari Ducis Styriæ de An. 1185. Privilegium, V. Diplomat. Styr. p. 2. f. 73. datum dicitur Diploma per manus M. Ulrici *Protonotarii*: atque hoc tempore Milotum ab Ottocaro Capitaneum Styriæ factum reor. Milotus hic def. & occiſi Ottocari Viduam duxit, & cum ea plurima bona obtinuit, defuncta Uxore ſua Ottocari Vidua, a Wenceslao Rege Boh. captus, & capite plexus eſt, ut ſuo loco pluribus.

Oberburg. & Seiz. rer.

Scriba Styriæ Conradus bona permutat cum Göſſen.

Diploma Göſſenſe 56. inter mea num. 161. in fine, difficultatem non modicam movet, etenim in eo *Mag. Chunradus ſcriba* Styriæ teſtatur, *Herburgim Abbat. & Conventum Göſſenſem bona ſua in Paumbgarten prope Tidnam in Auſtria* ſibi, & Uxori ſuæ Cytæ, liberisque eorum utriusque ſexus aliisque hæredibus permutaſſe pro 2. curiis in Mierbendorf, & una hueba eisdem adjacente &c. ut V. Pl. in fine Annot. Dipl. 160.

Chunrad. ſcriba Styriæ an uxoratus. An Epiſcop. Chiemenſ. An de Hintberg dictus.

Difficultas mea in eo hæret, quomodo *Chunradus ſcriba Styriæ uxoratus* dicatur, cum tamen Auth. Germ. Sacræ tom II. fol 389. 390. doceat eum an. 1277. ex ſcriba Styriæ factum Epiſcop. Chyemenſem, eumque antea Canonicum Paſſav. fuiſſe, de *Hintberg* dictum.

Fallitur itaque Author. Germaniæ Sacræ cit. dum Chonradum hunc ſcribam Styriæ *Hintberg* dictum, Canon. Patav. fuiſſe, dein Epiſcopum Chiemenſem putat.

Primum quod attinet, clare oſtendit Diploma hoc Göſſ. 56. in quo Chonrado ſcribæ Uxor Dom. Cyta, & plures liberi utriusque ſexus tribuuntur, una Filiarum *Frider. de Liechtenſtein* Uxor erat, unde ergo Canonicus Patav. atque an. 1279. Epiſcop. Chiemenſis eſſe non potuit, qualem tamen putat Author Germaniæ citatus; *Chonradum de Hintberch ſeu Himberch*, Canonicum Patav. & dein Epiſcop. Chiemenſem factum, docent Chron. Salisburg. Leobienſe, ſed hic *Chunradus de Hintberch Canonicus*, longe alius fuit a *Chonrado ſcriba Styriæ*: qui quidem in Diplom. Seccov. 103. ad an. 1277. etiam de *Hintberch* appellatur, uti & in Dipl. Epiſcopatus Seccov. 52. ad eundem annum, *Chunradus ſcriba Styriæ de Hintberch* dictus; aſt an. 1283. ex Dipl. Seccov. 112. *Chunradus de Tulna* etiam vocatur, certe *Chunradus de Hintberch* Canonicus Paſſav. & an. 1279. Epiſcopus Chiemenſ. ex Familia DD. de Hüntberg, in Auſtria fuiſſe videtur, ac Conrado huc eidem, vel alteri ejusdem Familiæ forte hujus Patri, Officium Camerarii Auſtriæ Hæreditarii an. 1242. Fridericus Dux Auſtriæ contulit, ut v. Wurmbrand. cap. 3. f. 277. &c.

Liechtenſtein de Frider.

Chunradus de Tulna quis.

Alterum aſſertum Germ. Sacræ Auth. Cit. quo Chunrado de Hintberch ſcribæ Styriæ an. 1279. v. ſeq. ſucceſſiſſe putat Henricum Abbatem Admont. non dum ſat erui, id certum Henricum Abbat. Admont. an 1283. ſcribam Styriæ fuiſſe, ut V. Dipl. Admont. inter mea num. 186. hunc ego *Chunradum de Tulna* eundem, cum Chunrado de *Hinberch* ſcriba Styriæ cenſeo, eo quod hoc anno bona in Paumbgarten prope Tulnam commutatione obtinuerit indeque, ut vicinior bonis ſuis eſſet, Tulnæ ſedem figens, cognomen *de* loco *Tulna* acceperit, ita interim, donec clariora documenta occurrant.

Seccov. vet.

Seccovienſium Privilegia Greg. X. Papa hoc an. Peruſii 10. Kal. Jan. confirmavit, ut V. Dipl. Seccov. 98.

An. 1275.

ANNO 1275.

Indict. 3. Gregor. X. P. V. Rudolphi I. Imper. III. Styriæ vacant. XXX.

Greg. X. P. ſervit Rudolpho Imp.

Gregorius X. Papa, antequam Lugduno in Italiam moveret, hortatus eſt Rudolphum, ut pro Corona Imperii Romam veniret, præſertim cum Alphonſus Caſtiliæ Rex exercitum jam Genuam transmiſerit, ad Italiam ſibi ſubjiciendam: Ottocaro pariter binas miſit Epiſtolas, quibus eum ad pacem & concordiam inclinare nitebatur, quibus tamen nihil motus, cum Henrico Bav. infer. Duce, Rudolfo ſe oppoſuit, inque eos, qui huic favebant, arma truculenta movit, teſtis erat Fridericus Archiep. Salisburg. qui, quod vetante ſe ſynodum Salisburgi ad exequenda Conc. Lugdun. decreta cœgerit, & nuper a Rudolpho Norimbergæ feuda, & Regalia acceperit, Ottocarum hoſtem ſatis acerbum ſenſit; *Milotum Zabiſchium Styriæ Capitaneum*

Et Ottoc. Regi.

Hic ſævit in Salisburgenſes.

Salis-

Salisburg. inditiones miſit, igne, ferroque acerrime ſævientem. Chron. Salisburg. damnum *ad 40. millia marcarum maxime in diſtractione, & exuſtione prædiorum* æſtimat, Anonym. Leob. vero ait: *indignatus Ottocarus Capitaneo ſuo Miloto mandat ubicunque Epiſcopium devaſtari, qui Friſacum obſedit, & obtentum Oppidum incendio deſtruxit, & omnia prædia Epiſcopalia multa crudelitate laceravit.* Defendit Friſacum *Hartvvicus de Preſing* (V. hic Annot. Diplom. 55.) & *Otto* de *Ungnad* pro Archiepiſcopo, abſente *Godefrido de Thonbauſen* Salisburg. ditionum in Carinthia prætore, Urbs, licet diu reſtitiſſet, præſidio tamen imminuto Bohemis ceſſit, a quibus exuſta: fuſius direptionem Friſaci exponit Megiſerus lib. VIII. f. 888. ad 893. cap. 35. quem vide.

Milota Zawiſch Capitan. Styr.
Vaſtat Diœc. Salisb.
Friſacum incendit.
Præſing de Hartw. Ungnad de Otto.
Thonbauſen de Gotfridus Prætor. Salisb. in Carinth.
Seccov. res.

Antequam ad direptionem Salisburg. ditionum abiret Milotus ab Ottocaro Rege ex Urbe Vienna mandatum obtinuit, ut Seccovienſium immunitates exacte defenderet, ac defendi juberet, ut V. Dipl. in fine num. 162.

Fridericus Salisburg. Archiep. tantis cladibus afflictus opem Rudolphi imploravit per litteras, in quibus de ſævitia Ottocari acerbe eſt queſtus, refert eas Auth. Germ. Sacræ tom. II. f. ſeq. alias ejusdem Friderici ad Papam Greg. X. ut Rudolphum ad Subſidium ſibi ferendum inclinaret; ut querelis ſuis majus robur adderet Fridericus, ipſemet abiit ad comitia Auguſtana, die feſto S. Joannis Bapt. celebrata, in quibus Ottocaro Regi jam tertio, dies dictus eſt, &, ni comparuerit, idem Ottocarus cum Henrico Bav. hoſtis Imperii ſit proſcribendus, fulmen hoc fregit Ottocarum cum ſocio, ita ut Henr. Bav. pro ſe legatum mitteret *Henricum Præpoſitum Oeting. Ottocarus* vero *Bernardum Epiſcopum Seccov.*

Frider. Salisb. querelæ ad Papam & Rudolphum.
Auguſtana Comitia.
In his adſunt.
Bernard. Epiſc. Seccov. Ottoc. Leg. Henric. Præp. Oting.

Cum his Legatis aderant Comitiis *Philippus* Electus olim Salzburg. cum tit. *Ducis Carinthiæ*, id quod 3. Rudolphi diplomata probant, quibus *Philippus Dux Carinthiæ* ſubſcripſit: Ordines quoque Auſtriæ, & Styriæ ſuos Legatos miſerunt, ex Auſtriis *Bernardus de Volkerstorf*, & *Ulricus de Viebhofen;* ex Styris *Fridericus Petov.* & *Hertnidus de Wildonia*, Hornekius Solius *Wildonii*, & *Wolkerstorfii* meminit; nam vias omnes præcluſas, & capitis pœnam ſtatutam in eos, qui hæc comitia adirent, eorundem etiam tantum meminit Anonymus Leob. alii Legatis Styrorum *Lanſejum*, alii *Liechtenſteinium* addunt; hiſce etiam ſe junxit Fridericus Salisburg. ſuas querelas depoſiturus.

Philippus Dux Carinth.
Volkerſtorf de de Bern.
Viebofen de Ulricus.
Petov. de Frid. Wildon de Hertnidus.
Frider. Salisb.

Legati hi in publico procerum Imperii conſeſſu multa de Ottocari violentia, provinciarum calamitate differebant, omnium maxime Eccleſiæ ſuæ miſerias, ac incendia deplorabat Fridericus Salisburgenſis, non alia de cauſa illata, quam quod Rudolpho Imp. Norimbergæ fidem addixerit.

Poſt hos auditi ſunt Ottocari, & Henr. Bav. Legati, Præpoſitus Oetinganus, ſat modeſte excuſatis pluribus, acta alia Bavari eſt tuitus ſed Bernardus Seccov. Epiſcopus verbis tumidam, rebus vacuam orationem exorſus, omnia Ottocari acta tueri, multa in Rudolphum & aſſidentes ordines declamare cœpit, Rudolphum vitio creatum, utpote a Papa ob quasdam Eccleſias Spoliatas excommunicatum contendens: mox Rudolphus, ſuas ut res patrio ſermone exponi petiit, au-

Bern. Epiſc. Seccov oratio.

diit plura in ſe ac ordines Imperii convitia, quibus motus Palatinus violentas jamjam manus Bernardo intuliſſet, ni a Rudolpho monitus, majorem publicæ fidei, quam vindictæ rationem habuiſſet; ægre ſic ſecuritatis conductu obtento ad ſuos Dominos inaniter reverſi Legati, Rudolphus vero edito pro Salisburg. Ratisbon. & Patav. Epiſcopatibus in ſuam protectionem receptis decreto, cum proceribus Ulmam venit, qua ex Urbe Fridericum de Zollern Burggravium Norimberg. & Henricum Epiſcopum Baſileenſem, Legatos ad Ottocarum in Auſtriam miſit, cum ea legationis ſumma, Auſtriam, Styriam cæterasque ſtipendiarias Provincias reddat, electioni Rudolphi non obſiſtat, ſententiæ ordinum ſubſcribat, fidem Cæſari juret, efferbuit ad poſtulata Ottocarus, omnia abnuens, Rudolpho parere nimis humile ratus, Auſtriam ajebat, Styriam dotalitiis tabulis ſibi obveniſſe, Carinthiam teſtamento translatam alia armis, vel ære comparaſſe: hiſce Legatos dimiſit Ottocarus.

Legati ad Ottor. miſſi.

Frider. Salisb. in Styr. & Car. convenit cum Bern. Ep. Secc.

Fridericus Salisburg. domi non ſat tutus, cum Conrado Friſing. Epiſcopo in Styriam & Carinthiam excurrit, ibique conveniendi Bernardi Epiſcopi Seccov. occaſionem habuit, quem, cum amice remotis arbitris reprehendiſſet de rebus in Rudolphum actis, hic verbis ignominiæ plenis, illum tanquam Regis Ottocari proditorem accepit, ac factione concitata cum Conrado Friſing ſugere coegit, Fridericum Salzburg. tanquam rebellem apud populares accuſans; uti videre eſt ex Epiſt. Frider. Salzburg. ad Rudolphum Imp. apud Auth. Germ. Sacræ tomo II. f. 382.

Lauſannæ Convent. inter Rudolf. Imp. & Greg. X. Pap.

Interea Gregorius Papa non quievit, donec cum Rudolpho aliquo in loco conveniret, id Lauſannæ ſub medium autumni factum, nempe pridie nonas Octobris, teſte Annal. Colmar. hoc in Conventu Rudolphus. 1. Sacramentum Eccleſiæ Rom. & Papæ fecit. 2. Dies OO. SS. ſeq. anni Coronationi deſtinata. 3. Expeditio in Palæſtinam decreta.

Eberhard. Ep. Lav. Succ.

Gerhard. Abb. S. Pauli.

Pax cum Hung. & Bohemis.

Teſte Chron. Salisburgen. *Epiſcopus Eberhardus Laventinus moritur, cui Eberhardus Abbas S. Pauli ſubſtituitur:* quem Gebhardum, vel Gerhardum dictum ab aliis an. 1268. oſtendi, *pax* etiam teſte eod. *Chron. inter Ungarios, & Bohemos pro tempore reformatur*, Ottocaro jam de bello in Rudolphum cogitante.

Albertus Abb. 25. Adm. reſig. Succ.

Henric. Abb. 26. Natus Styrus.

Albertus Abbas 25. Admont. honorem regiminis Henrico ceſſit, cum hic jam regente Alberto Adminiſtrator Monaſterii fuerit, natus eſt Henricus Abbas vir clariſſimus ſago, togaque, *ad S. Walburgam prope Lieſnich in Styria* claris parentibus, & admodum juvenis Monaſterium ingreſſus eſt, & quia in eo reſplenduit, ſingulari judicii maturitas, de Conſilio Conventus Procurator Generalis, & Inſpector omnium bonorum Admontenſium eſt conſtitutus, eo deficientis Monaſterii emolumento, ut ipſi etiam Albertus Abbas pedum, & cum hoc jus omne cederet; incredibilia ſunt, quæ hic Abbas præclare geſſit, ſingula fere publicis inſtrumentis clara, ut per decurſum patebit.

Göſſ. res.

Göſſenſi etiam Monaſterio *Mechtildes Vidua Ottonis de Pruk* & quondam *Hoſpitaliaria* (ſeu Præfecta Hoſpitalis Göſſenſis, nam etiam

Hoſpi-

Hoſpitalarius Præfectum ſeu Magiſtrum Hoſpitalis denotat) præbendam ſuam Göſſenſem, cum redditibus unius talenti denariorum ſiti *in Pruk circa Parochiam*, cum domo inibi exiſtente, donavit Monaſterio Göſſ. cum conſenſu ſecundi mariti ſui Rudolphi, poſt mortem ſuam libere poſſidendam: ut V. Dipl. Göſſ. 59. & 55.

Hoſpitalarius qui Pruk de Mechtild. & Otto ac Rudolphus.

ANNO 1276.

Anno 1276.

Indict. 4. Innocentii V. mox Hadriani V. & Joann. XXI. Pap. I. Rudolphi I. Imp. IV. Styriæ vacant. XXXI.

Gregorio Papæ X. hujus anni 10. Jan. Aretii defuncto & ſepulto, mox 21. Jan. Suffectus eſt Innocentius V. primus ex Ord. Prædicatorum aſſumptus, qui tamen Papalem dignitatem ad 22. Junii ſolum tenuit, eo die defunctus; 10. Julii eidem Succ. Hadrianus V. ſed & hic 18. Aug. ſatis ceſſit, huic 5. Sept. ſubrogatum volunt Vicedominum de Vicedominis ex Ord. Min. Cardin. Epiſcop. Prænestinum, quem altera ab electione die e vita raptum, inter Pontifices omittunt fere omnes, ipſeque Franc. Pagius Minorita licet, itaque Succeſſor Hadriano datus eſt 16. Septembr. Joannes XXI. P. & ipſe altero jam anno e vivorum numero ſublatus.

Obit Gregor. X. Innoc. V. & Hadrianus V.

Vicedominus Minorita an Papa.

Joann. XXI. Pap.

Rudolphus inter hæc Cæſar, Italiam per Carolum Siciliæ Regem aliquantum turbatam per Legatos miſſos ſibi attraxit, eique *Henricum de Fürſtenberg* interimpræfecit, cum vero ſe ad iter Rom. accinxiſſet, hortatus eſt Cardinales, ut ab obitu Greg. X. electionem cito ſuſcipe-rent, Innocentioque gratulatus eſt, quem hortatorem etiam habuit, ne Italiam accederet metu belli cum Carolo Rege Siciliæ, cum vero Hadrianus Papa pacem Italiæ procurare a Rege ſiculo tentaret, & mors Papæ feſtina & Ottocari Bohemiæ Regis contumacia, arma Imperatoris in Auſtriam provocarunt.

Rudolphi res in Italia.

Nemo vero magis opem Rudolphi contra Ottocarum efflagitavit, quam Frider. Archiep. Salisburg. utpote cujus ditiones Ottocari inſolentiam, maxime experiebantur, præ omnibus affligebat Fridericum ejus Suffraganeus Bernardus Epiſcopus Seccov. totus Ottocaro devotus, nam præterquam, quod anno priore Archiep. ſuum tanquam proditorem propalam argueret, credebatur etiam Author libellorum probroſorum in Rudolphum ſparſorum, at Rudolphus mollibus hunc litteris adeo infregit, ut fidem omnem Rudolpho addiceret, ut probant 3. Epiſtolæ ab Auth. Germ. Sacræ tom. II. f. 383. allatæ.

Frid. Salzb. a Bern. Ep. Secc. afflictus.

Tranſit ad partes Rudolphi.

Ottocarus, qui Greg. X. adhortationibus motus ab injuriis Epiſcoporum, aliquantum manum retraxerat, atque hoc an. immunitates Steinzenſium confirmaverat, mortuo Gregorio acrius ſævire cœpit, unde 3. iterum epiſtolis Rudolphi opem imploravit Frider. Salisburg. ut exercitum in Auſtriam duceret: plura tamen erant, quæ iter Rudolphi in has terras morabantur, vices nempe Pontificum, turbataque inde Italia pax domi procuranda, graſſatores, licentia Equitum & Nobilium, ac præcipue Dux Bavariæ, Wirtenbergæ & Marchio Badenſis &c. Ottocaro fœdere juncti, Bojus Auſtriam ſupra Anaſum

Ottocar. res.

Conſœd. ejus.

Varias Prov. occupant.

Wirtenberg. & Marchio Badenſis, ditiones Sueviæ, Friburgenſis & Neoburg. Comes, Brisgojæ Provincias turbantes, Conſilia, & vires Rudolphi diſtrahebant; tandem pontificum favore, & cleri totius obſequiis adjutus plurimum Rudolphus, Ludovico inſuper Palatino, Burggravio Norimberg, Miſniæ Marchione, Meinhardo Tyrolenſi aliisque ſibi devinctis, aciem talem inſtruxit, cum qua, licet alius Ottocarum ne tentare quidem poſſet, Rudolphus tamen feliciter devicit, Ottocari ipſius ambitione Rudolphum ſemper ſpernentis multum conferente.

Rudolphi auxil.

In Auſtriam ducit.

Curia Campiduni, utputat Author. Germ. Sacræ celebrata, cogitabat Rudolphus in ipſam Bohemiam exercitum ducere, ut patet ex litteris ad Frider. Salzb. datis apud Cl. Hergot ſub num. 561. pag. 465. & Dubravio, ſed cum conſiliis his præverteret Ottocarus, Cæſar exercitum in Auſtriam deducit: *Styra, Lincium, & Welſa* Henrico Bojo erepta, ſicque compreſſo Duce Bavariæ, Rudolfus Ratisbonam mox Pataviam venit 6. Cal. Octobr. cum Archiep. Mogunt. Salisburg. Epiſcopis Herbipol. Ratisbon. Chiemenſi, ut patet ex Dipl. Rudolfi Eccleſiæ Ratisbon. dato apud Auth. Germ. Sacræ tom. f. 415. quo etiam tempore Petrus Patav. Ep. ab Ottocaro ad Rudolfum tranſiit; *in Caſtris ad Lincam.* Rudolphus *Gundaccaro de Stahrenberg*, confirmavit advocatiam Monaſt. Lambac. V. Dipl. mea in fine num. 163.

Auſtr. Super. eripit Ottocaro.

Stahrenberg de Gundaccar.

Pax inter Duces Bavariæ.

Eodem tempore, & ut opinor Pataviæ, conciliati inter ſe Duces Bavariæ, *Henricus, & Ludovicus*, & per hunc Henrico gratia Cæſaris eſt obtenta: pacta gratiæ erant; Imperator Ottoni Henr. Ducis Filio, Catharinam Filiam deſponderet, Dux Cæſari 40000. auri Drachmas mutuas daret, & pro his Auſtriam ſupra Anaſum prope omnem in pignus haberet.

Bero. Epiſc. Seccov. in Caſtris Rudolphi.

Hiſce Rudolphi Caſtris alii etiam Epiſcopi acceſſerunt nempe Bamberg. Tridentin. Patav. Seccov. & Gurcenſis, qui ære ſacro Monaſteriis, Eccleſiis, Collegiis impoſito Cæſarem juvabant.

Meinh. Comes Tyrol. Styriam obtinet Rndolph.

Ex iisdem Caſtris teſte Anonymo Leob. *ad juſſum etiam Regis* Rudolphi, *Meinhardus Comes de Tyrol. Carintbiam intravit, accurſu Nobilium civitates, & populum ad Regis voluntatem celeriter inclinavit.* Eadem habet Baltramus Conſul Vien. promovit rem maxime Fridericus Salisburg. qui Subditos omnes ab Ottocari obedientia abſolvit, & Rudolphum, ſub Anathematis perſtrictione Regem propoſuit, id quod Chron. Auſtr. Fragm. apud Auth. Germ. Sacræ tom. II. ita declarat, *per Conſilium, & informationem Prædicatorum, & Minorum Fratrum, ac totius Cleri, qui authoritate Papæ tollentes juramentorum ſcelera, omnes Regem Rudolphum in Dominum receperunt.*

Rudolphus Viennam venit.

Hiſce peractis Anaſiburgum, ipſa Tulna, aliæque Urbes traditæ, Neoburgum aſtu occupatum, ex quo planus ad Viennam acceſſus erat, dextram ad ripam ex adverſo urbis, Ottocarus cum longe majori exercitu conſedit; ſed cum ſingulos offendiſſet, vix ulli fidem habere, nec militem ab excurſibus coercere poterat; neglexit etiam ſibi providere de navibus, unde tranſeundi Danubii, dejectis pontibus copiam non habebat, Vienna 35. diebus obſeſſa, & quamquam Bruno Epiſc. Olomuc. Auſtriæ, & Viennæ Præfectus eam vi omni defen-

Ottocari exercitus oppoſitus.

Bruno Epiſc. Olomuc. Auſtriæ Præfect.

deſendere niteretur, quamvis Rudigerus Baltramus Conſul, & civis Viennenſis, pro Ottocaro efficaciſſime peroraret, licet Styrorum Suppetiæ eam etiam ad urbem pervenerint, Hungarique proxime venturi exſpectarentur, ubi tamen Rudolphus vineta, & agros ſe exciſurum minaretur, ni dederetur urbs, tandem plebs furore incenſa, & non obſtante Paltrami eloquentia, Vienna Auſtriæ Caput portas aperuit, in caſtris his apud Viennam 3. Kal. Nov. Rudolphus I. confirmavit Privilegia Monaſterii Admont. a Frider. I. & II. Imp. Conceſſa V. Dipl. Styr. p. 2. fol. 227.

Styrorum Suppetiæ ad Urb. Vienn.

Vienna debita Rudolpho.

Admont. rer.

Viennam antequam 18. Octobr. obſideri cœpta erat, triplex antea incendium pene in favillam redegerat, omnibus portis, præter 2. *in Witmarcht, & Carinthianorum* (ut habet vetus Cod. Neoſtad.) & *Sunthingerſtraſs, Chienmarkt* cum Monaſt. Scotorum FF. Minorum, Parochiis S. Stephani, S. Michaelis, S. Petri uſque ad 150. hoſpitia, circa novum forum conſumptis ut V. Chron. Clauſtron. & Leobienſe, unde Ottocarus Civium animos devincturus, tributum omne in 5. annos remiſit, ſed liberalitas hæc nil profuit, quin Vienna preſſa Rudolpho ſe dederet.

Vienna incendium.

Indignatus Ottocarus, Brunonem Olomuc. deditionis cauſam redditurum, toto biduo non admiſit, tandem vero annona laborans, ac Cæſaris ad ſe tranſitu perterritus, de pace cogitare cœpit: Arbitri pacis erant Bertholdus Herbipolenſis, Bruno Olomuc. Epiſc. Ludov. Com. Palat. Rheni, Otto Marchio Brandeburg. documenti ab arbitris confecti autographum in tabulario Auſtr. Vienn. aſſervatur, quo hoc an. X. Kal. Decemb. delecti hi Arbitri in Caſtris prope Viennam ita pronunciarunt: *item arbitramur, quod Dom. Ottokerus Rex Bohemiæ cedat ſimpliciter, & cedat præciſe omni juri quod habebat, vel habere videbatur, in terris & hominibus cujuscunque conditionis exiſtant: Auſtria videlicet, Styria, Carniolia, Carinthia, Marchia, Egrä portu Naonis &c.* Ita verba ex authographo deſcripſit P. Steyererus in addit. ad commentar. pro Hiſt. Alberti II. pag. 147. unde aliis in apographis male additur *Gortia.*

Pax fit.

Articuli ejus.

Summa proin laudi concordiæ hæc erat teſte Leibnizio 1. Rex Bohemiæ cedat omni juri in Auſtriam, Styriam, Carinthiam &c. ut ſupra. 2. Feuda Bohemiæ, Moraviæ &c. tanquam Imperii a Rudolpho recipiat. 3. Ottocarus præſules & Eccleſias in juribus ac poſſeſſionibus non turbet. 4. Obſides Provincialium Filios reddat. 5. Filio Cæſaris ſecundo genito Filiam ſuam Agnetem tribuat Uxorem, & dotis nomine det omnia bona Auſtriæ venditione vel donatione ad ſe devoluta, quæ ſingula Cæſar Filio ſuo pro 40. Marcarum argenti millibus ſupponet: Summa hæc in donationem propter nuptias deputata, qua perſoluta denuo bona hæc redempta Imperio remanebunt, nunquam ad Reges Bohem. reditura, tametſi ex his nuptiis nullushæres oriatur. 6. Viciſſim Cæſar, Wenceslao Filio Ottocari deſponſabit, Gutam, & Dotalitii nomine pignori 40000. Marcarum ſubdens redditus 4. millium Marcarum in Auſtriam extra Urbes manſuras apud Regnum Boh. etiam ſi ſine liberis obiret Wenceslaus, donec dicta ſumma redimantur. 7. Rex Ungariæ huic paci includatur, eique Ottocarus ablata vel detenta reſtituet. 8. Paltramus cum Urbe

Vienna protectione Cæsaris incolumes maneant, & clerici ab Ottoc. ad Plebanias vel beneficia promoti permaneant. 9. Omnibus Præsulibus & aliis feuda in Provinciis integra perdurent.

Ottoc. quomodo feuda recepe-rit.

Hisce peractis dies S. Elisab. 19. Nov. Ottocaro dicta, quo Cæsari Provincias resignaret, Bohemiam, & Moraviam ab eodem feuda reciperet; hac in re admodum variant Authores, Fragmentum Hist. Australis ait, eam feudorum collationem in Castris ante Viennam factam, Horneckius putat eam nec adripam Danubii oppositam, Oppido Neuenburg, nec in Castris, sed Viennæ in Palatio Regis, factam, Ottocaro solum Genua flectente, prima relatio magis concordat Epistolæ Frider. Salisburg. apud Auth. Germ. Sacræ tom. I. pag. 417. quod plures AA. de tabernaculi seu tentorii dimissione, ut sic Ottocarus flectens videri posset, referunt, jam an. 1755. Cl. Frœlich confutavit, & dialogum edidit, quo disceptatur, *anne Rudolphus Habspurgicus Regi Bohemiæ Ottocaro ab obsequiis fuerit, eundem tentorio lapsili deluserit.* Edit. Vienn. in 4. ego, ut verum fatear, vix hanc de tentorio lapsili narrationem credo, etenim tanta mihi modestissimi Imp. Rudolphi in tam gravi negotio circumspectio fuisse videtur, ut pacem compositam fraude tabernaculi dissoluti præsens in periculum novi belli inter ipsa Castra, ac exercitus conjicere omnino noluerit, vetustas scriptorum non obest tantum, novimus enim Albertum Argentin. & Annales Colmarienses complura tradidisse, quæ fidem vix mereantur: Id ex repertorio Austr. MS. part. 3. p. 183. legitur, feudorum hanc collationem 3. Kal. Jan. factam fuisse.

Meissov de Steph. Prætor. Austr.

Teste Brevenh. f. 412. Rudolphus Austriæ prætorem dedit *Stephanum de Meissov*, Hæred. Austriæ Mareschallum, atque ut ait Lazius, *nobilissimum, & dignissimum Austriæ Satrapam.*

Seccov. res.

Hæc omnina a fine Sept. circiter usque ad finem anni pertractata sunt: antequam has in miserias incideret Ottocarus, Milotæ Capitanei sui per Styriam Vicarius *Ekebardus de Dobrenge* pro Canon. Seccov. sententiæ in judicio Græc. latæ & ab Ottoc. confirmatæ testimonium dedit, quo *Henricus de Mässenberg*, & Fratres ejus conquesti erant de damnis a subditis Seccov. illatis V. Pl. in Annot. Diplom. 164. cum vero teste Hageno, Rudolpho hoc an. victore, omnes ex Terris Austriacis Prætores Bohemi, Moravi, alienigenæque depellerentur, quæri potest, quemnam Milotæ Capitaneo in Styria suffecerit Rudolphus Imp. Communiter fere omnes *Ottonem Liechtensteinium* Præfectum Styriæ censent; nec abnuo, ante annum tamen 1279. id munus eum suscepisse non credo, ut eo anno ostendam, hoc vero an. vel futuri potius initio Rudolphus in Styriam descendens, duos interim Styriæ dedit, vel Capitaneos, vel Judices Provinciales, nam, vel vacabat Capitaneatus Styriæ, & hi Judices a Rudolfo statuti id muneris obibant, vel eosdem fuisse credo cum prætoribus juris dicendi, in Diplomat. Admont. 7. Diplom. Styr. parte II. f. 227. ad an. seq. Henricus Pfanbergius se judicem Gener. scribit; ita docet Hagecius, & Hagenus: Zu der Zeit wären zwey Hauptmann, der von Perau, und der von Pfanberg, und Landschreiber war Herr Chunrad Hunterger: Nec hisce testibus crederem, nisi in Diplo-

Dobrenge de Ekrhard.

Mässenberg de Henr.

Milota Capit. Styr. ejectus.

Liechtenstein Otto an Succ.

An Pfanberg de Henr. & Petav. de Frid.

mate

mate Seccov. 103. ad. an. ſeq. hoſce nempe *Henricum Com. de Pfanberch, & Fridericum da Petove, & Hon. Vir. Chunradum de Hintberch ſcribam* Styriæ determinaret Rudolphus tanquam Judices, Seccov. querelas audituros, quamvis vero Capitanei vel prætores non dicantur, officium tamen injunctum oſtendit, eos juris dicundi prætores, vel ſaltem Judices Styriæ, fuiſſe, idem habet Diploma Admont. 7. in Dipl. Styr. p. II. f. 277. & Seiz 31. 32. ad eundem annum.

Gebhardus III. Dom. de Seunek, Tergeſti hoc an. contulit Henrico de Antro & Fratribus ejus 4. manſos in Provincia Cikniz in Villa Lok, die 10. Kal. Junii, an Ulrici I. & Leopoldi Frater fuerit? certum non eſt, id credibilius, Ulricum I. de Sonek ex Filia quadam Ulrici de Heinberch, & Agnetis Badenſis procreaſſe Fridericum I. de Sonek dein S. R. I. Com. de Celeja, V. dicta an. 1270. Petro Præpoſ. 3. Steinzenſi poſt 20. annorum regimen ſucceſſit Sighardus. docum. Commun.

Seunek de Gebh. III.

Petro Præp. 3. Stanz. Succ. Sighardus.

ANNO 1277.

An. 1278.

Indict. 5. Joann. XXI. Pap. II. & Nicolai III. P. I. Rudolphi I. Imp. V. Styriæ vacant. XXXII.

Dum Joanni XXI. P. Viterbii Cameræ concidentis ruina Concuſſo, ac 16. Maji def. die 25. Nov. ſuccederet Nicolaus III. Papa, Rudolphus denuo de itinere Rom. cogitare non potuit, Viennæ ferre totum annum exegit, tum ut Auſtriam omnem, cæterasque Provincias rite ordinaret, tum ut motibus forte eventuris præcaveret: hanc Viennenſem Rudolphi moram teſtantur, Diplomata Styriæ quam plurima: ſic 4. Id. Jan. Viennæ *Seizenſem Cartuſiam* in tutelam recepit, ejusque immunitates confirmat, in quo *Comes de Pfanberg, & de Petovio Judices Styriæ* appellantur, V. Dipl. Seiz. 31. apud Frœl. Diplom. Styr. p. II. f. 94. dein feria 2. ante Converſ. S. Pauli in domo Fratrum Minorum legem fert de Feudis Principum Eccleſiaſticorum ad inſtantiam Ven. Henrici Trid. Epiſcopi ſanxitque, ut inſeudatio a Prælato, irrequiſito Capituli ſui conſenſu nullius ſit roboris: aderant definitioni huic *Frider. Salzburg. Archiep. Bertholdus Babenberg: Leo Ratisbon. Petrus Patav. Chunradus Friſing Henricus Trident. Dytricus Gure. Joannes Chiemenſ. & Bernardus Seccov. Epiſc.* præter Principes & Comites Sæcul. plurimos, quos inter notandi *Meinhardus Tyrol. & Henricus Phanberch* Comites, V. inter Dipl. Epiſcop. Seccov. num. 51. poſitum, mox 14. Kal. Febr. Viennæ confirmavit Privilegia Urbis Judenburg, quæ olim ſatis ampla obtinuiſſe videtur, de quo V. Dipl. Seccov. 106. inter mea in fine n. 165. die 13. Kal. Mart. Seccov. Canoniæ Privilegia ab Ottocaro I. Duce Styriæ an. 1182. Collata firmat, eamque in tutelam recipit, V. Dipl. Seccov. 101. ex quo patet, Ortolfum Præpoſ. Seccov. ea de cauſa Viennam abiiſſe, nec his contentus 12. Kal. Mart. ſeu ſeq. die reliquas Seccov. immunitates a Leopoldo Duce an. 1202. datas roborat, & alio Diplom. mandat caſtellanis, & judicibus, ne ullam jurisdictionem in homines Eccl. Seccov. exerceant, ad teno-

Joann. XXI. P. obit Nicol. III. Succ.

Rudolph. Imp. Viennæ.

Seinz. confirm.

Legem fert de Feudis Eccl.

Bernard. Ep. Secc. Viennæ.

Judenburg. Urbis Privileg.

Item Seccov.

Ortolph. Præp. Seccov. Viennæ.

rem ab Ottocaro an. 1275. & ſeq. ſtatutum, V. Dipl. Seccov. 102. & Diplom. Seccov. 103. mandat *Henric. Com. de Phanberg, Friderico de Petove, & Chunrado de Hyntberch ſcribæ Styriæ*, ut querelas Ortolfi Præp. Seccov. contra *Fratres de Mäſſenberch*, & alios injuriatores Seccov. ſuper ſylva Feiſtriz audiant, & litem juſte finiant.

Mährenberg Monaſt.

Non minus Mährenbergenſe Monaſterium in tutelam ſuam recipit, & *Mainhardo Comiti Tyrol.* (cui, ut dicam, Carinthiam procurandam dederat) aliisque miniſterialibus &c. mandat, ut idem nec offendant nec turbari ſinant. V. Dipl. Miſc. num. 51. Diplom. Duc. Styr. p. II. f. 327. Bernardo Epiſcopo Seccov. ſententiam ab Ottocaro Rege confirmatam in favorem Eccleſiæ ſuæ 6. Kal. Martii innovavit V. Dipl. in fine 166. atque 16. Kal. April. collata, Chiemenſi, & Seccov. Epiſcopis a Frider. II. Imp. Privilegia denuo rata habuit, ut V. Dipl. mea in fine num. 167.

Seccovien. & Chiem. Ep. ret.

Tandem, cum, ut an. præterito dixi, Epiſcopi per collectas Collegiis, Eccleſiis & Monaſteriis impoſitas ſuccurriſſent, hoc an. itidem Viennæ 5. Kal. Junii reverſales de tali exactione non amplius petenda, Epiſcopis dedit gravesque pœnas ſtatuit, in eos Succeſſores ſuos, qui ſimilia auderent. V. Diploma Epiſcop. Seccov. 54. & Auth. Germ. Sacræ tom. I. p. 417.

Styr. Privileg. exoruat.

Nec omittendum eſt Privilegium Rudolphi, Styris ob præclaram an. priore navatam operam contra Ottocarum datum, confirmat. enim omnia ab Ottocaro, & Leopoldo Ducibus, ac Frider. II. Cæſ. data Privilegia, ut V. Dipl. mea in fine num. 168.

Rudolphus & Ottoc. bene conveniunt.

Interim Rudolpho ſatis adhuc bene cum Ottocaro conveniſſe docent varia tabularii Auſtr. documenta, ſic pridie nonas May per Frider. Norimberg. Burggravium, aliosque Legatos ſtabiliuntur ea, quæ de mutuis prolium nuptiis an. priore ſunt ſtatuta, ita vero habent Tabul. Auſtr. & Repertor. Auſtriac. MS. part. III. pag. 187. datum Viennæ *pridie nonas Maji MCCLXXVII. ſub Regis Ottocari Maj. Sigillo, quia novum Sigillum nondum habebat, quare Rudolpho id fraudi non eſto, in Sigillo iſto alia ſcuta adeſſe præter Bohemiæ & Moraviæ*: nempe Ottocaro non licebat Amplius Auſtriæ Styriæ &c. inſignia præ ſe ferre; in aliis Tabularii Auſtr. Litteris habetur ratificatio pactorum initorum, & nominantur novi ſponſi *Hartmannus* Rudolphi Regis Filius, & *Chunegunt* Ottocari Regis Filia: rurſus in repertorio Auſtr. part. III. p. 186. memoratur ampliatio pactorum concordiæ de mutuis auxiliis Regum, de obſequio Ottoc. erga Rudolphum, qui vice mutua Ottocarum aliquanto tempore ad Comitia non evocaret, de Rege Hung. Ladislao &c. *Hanc ampliationem Sacramento firmavit Dominus Albertus pro Patre ſuo Rudolpho Rege, jurans ad animam ejusdem, & Ottocarus Rex jurejurando corporali id firmavit, porro principibus quibusdam poteſtas fit, arctiora etiam amicitiæ fœdera inter ambos Reges conciliandi, & arbitrium de his ferendi datum Pragæ pridie Id. Septemb. MCCLXXVII.* Sigillum hujus chartæ jam ſola Bohemiæ & Moraviæ ſcuta oſtentat, ex quibus omnino rite colligit Frælichius, fabulam eſſe de tentorio lapſili, quo utique vel maxime animum Ottocari, a ſe alienaſſet Rudolphus.

Fabula de tentorio lapſidi Ottoc. refutatur denuo.

Paulo

Paulo poſt tamen amicitia hæc abrupta eſt, nempe 3. Id. Nov. dum circa id tempus Ottocarus variis ſe gravatum queritur, & Chunegundem Filiam, Hartmanni Habſpurg. Sponſam Monaſterio intrudit, quod factum etiam continuator Coſmæ Pragenſis improbat, cauſa ruptæ amicitiæ fuiſſe videtur Imperioſa Ottocari Conjux Chunegundes, quæ, ut inquit Bzovius *tot virum contumeliis affecit*, ut amicitiam rumpere cogeretur. *Concordia inter Rudolf. & Ottoc. rumpitur.*

Antequam querulas Ottocari litteras accepiſſet Rudolphus, teſte Anon. Leob. *Rex reverſus in Auſtriam, Styriam luſtravit, ibique Karinthianos, & Caruiolos alloquitur, & fidelitatem ab eis recepit, terrisque eorum per Meinhardum Comitem & officiales diſpoſitis venit in vallem Anoſi.* Iter hoc menſis Junii fine, vel tardius ſuſceptum enarrata Superius Styriæ & alia Diplomata ſatis oſtendunt, ipſum vero Rudolphum in Carinthiam veniſſe, ibique Menſe Sept. exſtitiſſe oſtendit de Rubeis cap. 77. f. 768. docens ad Rudolphum in Carinthiam 11. Septembri, abiiſſe *Raymundum Patr. Aquilej.* ibi dum ageret Rudolphus Carinthiæ interim præfectum dedit Mainhardum Comitem Tyrolenſem, uti Auſtriæ Stephanum de Meiſſav, Styriæ Henricum de Pfanberg & Frider. de Petove, cum vero Mainhardus Tyrolenſ. ſæpius abeſſet, ejus vices *Conradus Aufenſteinius* agere eſt juſſus. *Rudolphus in Styr. venit.* *Mainhardus Com. Tyr. Præf. Carinth. cum Conr. de Aufenſtein.* *Rudolphus in Carinthia.*

Viennam redux Rudolphus, ubi querulas Ottocari reperit litteras, militem novo Bello parare cæpit, Præſulum fide quidem tutus erat Rudolphus, at provinciales pecuniis in fraudem empti, militis ſuſtentationem difficillimam reddidere, ut adeo in omni Auſtria, Styria &c. tributa imponere Stipendiorum cauſa cogeretur, unde paſſim Patria Chronica Clauſtroneob. & alia ajunt: *Rex Rom. Rudolphus impoſuit exactiones grauiſſimas toti Auſtriæ: exigens de curia* 60. *denarios, de area* 12. *denarios, de jugere vineæ* 30. *de rota molendini* 30. *de manſo* 30. *Rudolph. ſe ad Bellum parat.* *Exact. Auſtr.*

Præterea Henricus Dux Bav. a Rudolpho ad partes Ottocari abiit, vel quia proferendæ poteſtatis, & obtinendæ Auſtriæ ſpes nulla fulgebat, vel quia inquieto animo auctas Rudolphi res aſpiciebat; hoc Ducis Bavariæ acceſſu Rex Ottocarus omnia prius pacta revocavit, atque ad bellum cruentum ſe præparavit. *Henric. Bav. ad Ottoc. declinat.*

Communi anni hujus curſu, ejusque rebus relatis privata quædam adhuc ſunt enarranda, Viennæ nempe 4. Kal. Sept. lis illa finita eſt, quæ de bonis & juribus in valle Martia, ſeu *Mitterzthall* inter *Henricum Abbatem Admont.* & *Hervvicum de Chrotendorf* agitabatur, finem nempe impoſuit *Heinricus Comes de Phanberch Judex Gener. Styriæ, & Chunradus de Hintberch ſcriba terræ ejusdem*, uti habet Dipl. Admont. 7. in Diplom. Duc. Styr. p. II. f. 227. de Chrotendorfiis egi jam in Annot. Dipl. 42. tom. II. *Henric. Abb. Admont. & Hervvici de Chrotendorf HS. finitur.*

Seizenſibus benefecit *Fridericus de Petove*, remittendo eis 3. partes Telonei in civitate Petov. ut V. Pl. in Annot. Dipl. in fine num. 169. hunc Frider. Judicem Styriæ fuiſſe exhibet Dipl. Seiz. 31. *Seiz. res.* *Petav. de Frideric.*

Teutonicorum ad S. Dominicam res promovit, *Stinko Judex in Hermanſtorf* eisdem ſubjectus ſeu ſubditus, qui edito inſtrumento cavit omnia bona ſe eisdem daturum, ſi tempore vitæ ſuæ ab eorum ſervitio ſe alienaret, vel alteri Domino ſubjiceret, &c. Diploma hujus *Teuton. ad S. Domin. res.*

Supani ſeu Judicis ideo memorari meretur, quod plurimos e Fratribus Teuton. ſubſcriptos habeat, quos hic videre potes; primus inter eos ſubnotatus eſt Plebanus in Dominico ex eodem Ordine, dein Sacerdotes & Diaconi, mox ſequuntur milites, inter quos præcedit *Fr. Diet Commendator* nempe ad S. Dominicam, hi mutari ſolebant forte ſingulis trienniis, nam ad an. 1273. Fr. Bertholdus Commendator erat. an. 1315. Fr. Ludovicus Commendatorem agebat: quo non obſtante Commendatores Provinciales perpetui fuiſſe videntur, etenim *Cbunradus de Oſterna dicti Ordinis per Auſtriam, & Styriam* an 1247. Præceptor *ſeu Commendator*, adhuc anno 1274. eo in officio perſtitit, ut ex documento Biny oſtendit vir Clariſſ. de Rubeis in monum: Aquilej. cap. 74. fol. 767.

Commendatores eorum mutabiles.

Non vero Provinciales.

Seccov. ver. Seccovienſis Canoniæ prædia, & poſſeſſiones a Rudolpho I. Imp. hoc an. ut dictum, confirmatæ, variis aliis acceſſionibus ſunt auctæ, ſic *Hertnidus de Wildonia* Mareſchallus Styriæ, ejusdemque Terræ Judex, Græcii in Domo Fratrum Minorum 3. Id. Decembr. ceſſit omni quæſtioni, & liti de bonis in Eiſengor & Erzwald cum conſenſu *Filii ſui Richeri*, ita tamen ut Præpoſitus & Capit. Seccov. eidem 50. marcas argenti perſolveret de quo V. Pl. Dipl. Seccov. 104. inter mea num. 170.

Wildon. de Hertn. & Richerus.

Liechtenſtein de Otto. Præterea *Otto de Liechtenſtein* Seccovii exiſtens 8. Id. Jan. Capellæ S. Joannis ibidem ſeu Lichtenſteinæ dictæ a Patre ſuo *Ulrico edificari cœptæ*, dotem aſſignavit. V. Dipl. Seccov. 105. inter mea num. 171.

Vorav. ver. Vorav. Canoniam in ſuam protectionem ſpecialem, dum recipit Rudolphus ut V. Dipl. in fine num. 172. etiam Oberburg. Monaſter.

Oberburg. ver. beneſecit, ne Monaſterium ullum ſine gratia dimitteret;

Frœlich inter Diplomata de Oberburg. Monaſter. varia omittit, quæ refert valvas: tom. III. Lib. X. f. 229. ex MS. Oberburg. nempe *Guntherum de Heggenberg.* (arx ejus nominis eſt, unde hi Domini orti videntur, in circulo Celejenſi, ad confinia Carnioliæ non procul a Fränz, hodie Comiti de Schratenbach ſubjecta) donaſſe Monaſterio huebam, a quo viciſſim ad tempus vitæ & Uxoris ſuæ duas alias huebas acceperat; præterea memorat eidem Monaſterio, omnia Privilegia a Rudolpho fuiſſe Confirmata, præcipue de donatis 8. huebis ab Ulrico Duce Carinthiæ, de area, ſeu domo in Urbe Labacenſi & de jure proprio libertinorum poſt deceſſum DD. de Orte oppignorato a *Leopoldo de Gonovviz* jure advocatiæ Oberburg. jam antea a Leopoldo Viennæ confirmato, ita Valvaſor. cit.

Heggenberg de Familia & arx.

Gonowiz de Leopold.

An. 1278.

ANNO 1278.

Indict. 6. Nicolai III. P. II. Rudolphi I. Imper. VI. Styriæ vacant. XXXIII.

Antequam atrox inter Ottocarum & Rudolphum Reges bellum hoc anno gereretur, Styria noſtra plurimis eſt illuſtrata beneficiis.

Ru-

Rudolphus nempe Aug. Miniſteriales ſuos, bono exemplo antegreſſus pridie Id. Martii Viennæ Diploma edidit, quo Teutonicis Græcii, ſeu ut ait in *loco, qui dicitur Bayriſch-Gretz*, concedit *Scholaſteriam liberam* perpetuam, ita, quod ſæpe dicti Fratres poſſint *Scholaſticum conſtituere, & deſtituere, quando voluerint, & eis videbitur expedire.* Varia dein Privilegia Scholaribus eorum, nominatim exemptionem a judicibus, & officialibus etiam ſuis tribuit, de quo V. Pl. in fine Dipl. 173. Annot. confirmavit Diploma Rudolphi Viennæ ſimul exiſtens Frider. Archiep. Salisburg. eodem die ut V. Diploma Teuton. Græc. num. 11. in Diplom. Styr. p. II. f. 790.

Teuton obtinent Scholam Græcii.

Atque hæc prima videntur Univerſitatis Græcenſis rudimenta.

Univ. Græc. initia.

Nec minus favit Admontenſibus ob Abbatem Henricum, cui, ut poſthac videbimus, totus quantus addictus erat Rudolphus I. & Filius Albertus, nam Viennæ itidem pridie Kal. May conceſſit, *ut contra hoſtiles incurſus ad majorem ſui Monaſterii Securitatem, clauſuram munitam erigere, ac intra illam judicium exercere poſſit.* V. Dipl. 8. Admont. in Diplom. Styr. p. II. f. 228. Caſtrum hoc erat *Gallenſtein* in valle Anaſi teſte Catal. Abbat. Admont. ubi Monaſterium Admontenſe hodie adhuc omnem etiam criminalem jurisdictionem per ſæculares officiales exercet. Eorundem Admont. Privilegia omnia ampliſſimo Diplomate 2. Kal. May in Müldorf dato Fridericus Archiep. Salzb. adhuc amicus Henrici Abbatis confirmavit, ut V. Dipl. Admont. 9. in Dipl. Styr. cit.

Gallenſtein Caſtr. Admont. erigitur.

Magnatum horum munificentiam æmulati ſunt miniſteriales & primo quidem *Erchengerus de Landeſer* Styriæ dynaſta Seccovienſibus benefecit, cum enim Rudolphus Aug. eidem jura omnia, & poſſeſſiones Dom. *Ulrici quondam Pincernæ de Hausbach* in perpetuum donaret, Ortolfus vero Seccov. Præpoſ. teſtimonio nobilis *Uiri Chalchochi de Schrettenſtein*, aliorumque probaret, Eccleſiæ Seccov. *ab Henrico & Ulrico Hausbachiis*, quasdam vineas juxta Raetemgrube ablatas fuiſſe, eas illico Erchengerus hic reſtituit V. Dipl. in fine 174.

Landeſer de Erchenger.

Hausbach de Ulric. & Henr.

Schrettenſtein de Chalchochus.

Alter *Styriæ* miniſterialis ac *Marſchallus Hertnidus de Wildonia*, quem an. pr. etiam judicem Gener. Styriæ oſtendi, Wernhardo Epiſcopo Seccov. ejusque Succeſſoribus aſſignavit *Domum ſuam in Seebach*, quam munire cœpit, & proprietates in villis, videlicet *Schvvarza* cum 22. & media Hueba, & in *Weitersveld* huebas 8. & mediam. Datum eſt Dipl. *Leibnizii* tertii Id. April. V. Dipl. mea in fine num. 175.

Wildon de Hertnidus.

Seccov. Epiſcopi res.

Seebach domus.

Tandam *Ulricus Comes de Heunburch*, & *Agnes Comitiſſa* Gyrienſi Cartuſiæ dant villas *Chyetall & Chalop* in Prov. ſua Tiver ſitas V. Diploma mea in fine num. 176. Datum eſt Diploma in *Voitsperch* 4. non. Julii.

Gyrienſ. res.

Heunburch de Ulric. Com. & Agnes.

Tiſer cor. prov.

Voitsbergæ res.

De Vorav. Canonia Chron. domeſticum MS. ita refert, *qui* nempe Bernard. III. Præp. X. Vorav. (*cum in Fürſtenfeld de jure, quod dicitur* Marck-Dienſt *in bonis Monaſterii Vorav. dictis in Neudorf, inter Officiales Domini noſtri Sereniſſimi Romanorum Regis ex parte una, & Dom. Præpoſitum præfatum ſuumque Collegium ex parte altera quæſtio verteretur, dictus Præpoſitus per ſe, & ſuos probavit teſtimonio laudabili & honeſto, dictum jus integraliter imo nullo obſtante ſuo Monaſterio attinere in bonis memoratis,*

Vorav. res in Fürſtenfeld.

quemadmodum etiam coram Dom. Brunone Vener. Oſon. Rutten) cenſeo Legendum Olomuc. Eccleſ. Epiſc. quem Capitaneum Styriæ fuiſſe novimus) *Epiſcopo obtinuerat primitus rationabiliter & honeſte Voravienſis Præpoſitus memoratus.*

Ottocarus Bellum inchoat. Interim Styri noſtri jam vires, & animos collegerant, ut Rudolpho contra Ottocarum aſſiſterent, ſuamque fidelitatem ac magnanimitatem an præced. a Rudolpho dilaudatam ampliore teſtimonio confirmarent; etenim Ottocarus reſciſſis jam pactis omnibus hoc an. *In Auſtriam irriut.* cum ingenti exercitu denuo in Auſtriam, Pentecoſtalibus feſtis, invito Spiritu Patris ingredi cœpit, ſeque præſentem & hoſtem, populatione & incendiis monſtravit, ſecialem quidem præmiſit, ſuaſores tamen ſervandæ pacis ex ſuis Wartenbergium, Riczanum, Wilhelmum, bonis exutos relegavit, Agnetem Filiam Alberto Auſtr. deſponſatam *Fœderati ejus.* cum aliis 10. virginibus in Monaſterium detruſit, inde fœdere ſibi attractis, Wenceslao avunculo ſuo cum Bohemis, Rege Apuliæ, Ducibus Gloggoviæ, Henrico Duce Uratislav. Caſimiro Poloniæ, Ducibus de Caleis, de Syras, de Pomerania, Theoderico Com. Miſniæ, Rege de Ruſſia Leone, gentibusque aliis de Saxonia, de Magdeburgo, & Merſeburgo exercitum ad 30. millia auxit.

Vaſtat etiam Styriam. Hiſce Auſtriam ingreſſus *Rex Bohemiæ* teſte Chron. Salisburg. *partem Auſtriæ trans Danubium vaſtat incendiis & rapinis* (id prope civitatem Laha alii factum tradunt) *& procurante Poltramo* Conſule Vienn. *induxit Ybanum Comitem Hungariæ ad aliam partem Auſtriæ & Styriæ devaſtandam.* Hiſce *Henricus & Leopoldus Chunringii & Henricus Dux Bavariæ* pecuniis in proditionem empti vires ſociabant.

Cum Poltramo Conſ. Vienn.

Chunring. de Leop. & Henr. Henr. D. Bav.

Reſiſtunt Meiſſav. de Stephan. Berchtoldsdorf de Otto. Eberſtorf de Bertbold. Primas has impreſſiones, donec decretoriam in arenam veniretur, ſuſtinuerunt *Stephanus de Meiſſav. Otto de Berchtoldsdorff & Bertholdus de Eberſtorf.* Rudolphus interim convocatis, qua poterat, auxiliis conabatur parem aggreſſori exercitum opponere; extant apud Cl. Hergott. p. 476. & 481. & 482. ternæ Cæſaris epiſtolæ ad Frider. Burggrav. Norimberg. ad Ladislaum Regem Hung. & ad proceres *Rudolphi Auxiliarii.* Hungaros, quibus opem efficacem & celerem contra communem hoſtem Ottocarum flagitabat; nec deerant Rudolpho Auxiliarii ſui, Ladislaus Rex Hungariæ, cujus pars ſub Ibano Comite, Auſtriæ, & Styriæ damna non modica attulerat, cum 20. millibus Hungarorum & Cumanorum venit, Suevos præſtantiſſimi roboris, Albertus, & Rudolphus Filii adduxerant, aliique gentis Habſpurgicæ Comites, *Fridericus Burggrav. Norimberg.* Franconicarum partium Subſidiarios attulit. *Ortenburg de Frid. & Alber.* *Salisburgenſis Archiep.* 300. *Epiſcopus Baſileenſis: Norimberg & Marchio Hochenburgicus* 800. *Hennenbergici & Firſtenbergici* 600. *Albertus Goritienſis* *Hainburg de Ulric. Com.* 150. *Mainhardus Comes Tyrol.* 300. totidem *Fridericus & Albert. Comites* *Pfanberg de Henr. cum Styris & Petav. de Frid. Liechtenſtein de Otto. Seldenhofen de Cholo.* de Ortenburg. *Udalricus Com. de Hainburg* 200. Carnos, & *Henricus de Pfanberg* 100. Styros ſubminiſtrabant, quibus *mille alios* communi ære lectos *Provincia Styriæ* ſub *Frider. de Petov. Ottone de Liechtenſtein & Cholone de Seldenhoven* ſubmiſit. Auſtrios Cæſar ipſe collegit, quorum ex parte Dux erat *Philippus I. de Polheim*, ut notat Excell. Wurmbr. f. 179.

Styrienſes, & Carinthiani omnes, inquit Haſelbachius, *uſque ad mortem ſpoponderunt aſſiſtentiam, quod & cum magna gente fideliter effectui demandaverant*, nam ſola Styria 11. centurias ſubmiſit, *quibus ſic ordinatis rumores perſonuerunt*, inquit idem Author, *Ottocarum jam Teynam fluvium vadaſſe cum ſuis Auxiliariis - - - quibus præmiſſis Caſtra movit Rex Rudolphus, ab ea parte Marchiæ circa Marchekb obviam Regi Ottocaro, & in Weydenbach in unius milliaris diſtantia ab exercitu Ottocari reſedit.* *Styr. magnanimitat.* *Ottocar. ad Teynam venit.* *Rudolph. obviat cum.* *Liechtenſt. de Ottone, & Seldenboven de Cholone.*

Hæc antequam fierent, *Rex Rudolphus cum ſuis*, ut ait idem Haſelbachius & Hagenus, inter quos *Otto de Liechtenſtein, & Cholo de Seldenhofen verſus Haimburgum iter arripuit, & ibi Danubium transfretavit, atque in Marchek Caſtra defixit*; arena, qua exercitus convenere, non procul Morava flùvio, & *Oppido Laa, Stilfridum inter & Idenſpeugum* delecta fuit, uti docent Chron. Clauſtroneob. mellicenſe, aliique, Caſtra locata veſperi S. Bartholomæi 24. Auguſti; altera die velitabantur Pannonii, de quo prælii ſucceſſu ita Haſelbach: *videbatur in medio 2. exercituum arundinetum grande, unde & paludes ſunt ſuſpicati, utrinque, per quod arundinetum Hungari ſiccis pedibus tranſeuntes, exercitum Ottocari conſpicere volentes, ſpeculatores Boemorum in quodam promonticulo conſiderantes, ipſos aggreſſi ſunt, & occiſis Polonis, & Saxonibus, hunc promonticulum ſuſceperunt, & 200. ſecum captivos abduxerunt, cum 100. capitibus una cum galea abſciſſis ex parte hoſtium:* eadem refert Hagenus, & Chronic. Salisburg. *Locus pugnæ.* *Prælim. prælium Hungar.* *Hungari Victores.*

Tertia die, quæ fuit feria 6. Paſſioni Domini ſacra, pugna indicta eſt; cauſam rei dat Haſelbachius, *Rex Rudolphus juxta morem ſuum, qui prælia duntaxat feriis 6tis inire ſolebat, ordinatis feria 5. aciebus, juxta prudentum conſilia diviſit quoque exercitum in 4. partes juxta Com. Hugonis de Taufers conſilia*, eadem habent Hagenus aliique paſſim: quibus addunt Rudolphum voviſſe, Monaſterium ſe ſub tit. S. Crucis erecturum, ſi victor evaderet, & ſtatuiſſe, ut Prælato ſibi ab Alberto Filio vexillo crucis teſſera militaris foret *Chriſtus.* *Rudolph. cur fer. 6. prælium indixerit.* *Taufers de Com. Hugo.*

Acies Rudolphi ita ordinabatur: Suevorum agmen unum erat ſub *Mathia Treuzio Ord. Teuton.* commendatore, alterum ſub Comite *Stephano de Schiiltberg* (Ungarorum enim quidam teſte Haſelbachio corrupti pecuniis, ab Ottocaro abierunt, quidam tamen perſtiterunt) tertium agmen erat Styrorum, Carinthiorum, Carniolorum, & Salisburgenſium, uti & quorundam Suevorum, in quo Rudolphus ipſe commilito erat: in quarto Auſtriaci pugnabant, Ungari ſub ſuis Ducibus & Cumani, imperia tamen Rudolphi explebant. *Bertholdus de Capella* partem aciei extra prælium ſervavit, ut, quo res poſceret, in omnem prælii rationem ſuccurrere poſſet. Ita referunt Haſelbachius, Hagenus Author Duc. Styr. Anonym. Leobienſis. *Aciei ordo apud Rudolphum.* *Styrorum agmen.* *Capella de Berth.*

Rex Ottocarus viciſſim exercitum ſuum in 6. turbas diviſit, tandemque ambo Reges exercitum ſuum ad fortiter pugnandum ſunt adhortati, & Ottocarus quidem monitus: *Videret, quibus fideret*, depoſitis armis in medium Ducum ſuorum ingreſſus, dixit, *ſe quidem de nullius fide ambigere, ſi tamen infenſo aliqui in eum animo eſſent, ſuamque necem cogitarent, paratum ſe ad illam excipiendam eſſe, eant, feriant ſe nunc potius, priusquam una ſecum multa millia cadere neceſſe ſit.* *Ottocari ad ſuos Oratio.*

Milota Zebiſch Ottor. reſtitit.

Reſtitiſſe Regi Ottocaro in faciem Milotam Zebuſchium antea Styriæ Capitaneum, docet Haſelbachius his verbis: *Ottocarus -- accedens ad Zebuſch potentem Bohemum, cujus Fratris Filiam defloraverat, petens ſibi ignoſci, ſi quid mali in eum admiſit, & ipſe vellet ipſum divitiis & honoribus exaltare, qui reſpondit, ſe non poſſe pro eo confligere, & ſic cum Electis Bohemorum II. Millibus ad partem ſeceſſit, & finem eventus aſpexit,* ſed melius cum aliis cenſeo, Milotam diſſimulata nunc vindicta, Ottocarum in fine ſolum deſeruiſſe, ut inferius dicam.

Initium pugnæ in Styris.

Tandem viriliter etiam ſuos ad prælium ubi animaſſet Rudolphus, pugnæ initium datum eſt: Ottocarus primam in *Styros* impreſſionem cum equitibus cataphractis fecit, Cæſarem enim ibi pugnantem quærebat, coorta itaque acerrima pugna, ubi hoſtium primæ vires & utriusque exercitus capita ſumma erant, Henricus Scharlinus eques Salisburg. dum equo ſuo indomito calcaria adhibet, primus in hoſtes fertur, quem mox reliqui Cæſarei ſequebantur, quibus Ottocarus 850. equites cataphractos oppoſuit, diu anceps fortuna erat, mox victoria fere Ottocarum ſpectabat, quoniam Styris viri ferrei nimium fortes videbantur, in quorum corpora nec haſtis nec enſibus ponetrare poterant; ægerrime accidit Styris videre Ducum ſuorum quemdam *Henricum Pfanbergium* ſaucium acie efferri, nutare itaque, & retrocedere aliquantum Styri videbantur, tum Rudolphus ex equo delapſus, ante labarum Crucis cœli auxilium imploravit, ſuisque denuo animatis equum conſcendit, ac in hoſtem novo cum Styris impetu ruit.

Dubia victoria.

Pfanberg de Henr. ſauciatur.

Fulnſtein de Herbardus.

Wolkenſteinde.

Rudolph. ex equo dejectum in novum ponit.

Capella de Bertholdus.

Paulo poſt conductus ab Ottocaro nobilis ad Rudolphum perimendum (*Heribortum de Fullenſtein Dapiferum*, & Styriæ noſtræ an. 1269. Judicem Generalem dicunt, Hagenus, Haſelbachius, aſt Anonymus Leob. nobilem Thuringum, ac virum alium Nobilem *de Wolkenſtein* in id facinus conductum ſtatuit) vehementiſſimo ictu Rudolphum ex equo ejecit, terræ ſine damno alliſum, dum interim Umbone ſe defenderet Rudolphus, aderat *Bertholdus de Capella*, qui Rudolphum in alium equum levavit, & res labantes ſuſtinuit. Fullenſteinium captum occidi vetuit Rudolphus, quin medicinis juvari læſum præcepit dictitans, damnum fore reip. ſi tantæ virtutis miles periret.

Prælium novum.

Bohemi fugiunt.

In novo equo novum robur & vires oſtendit Rudolphus valentem ſe exclamans, & ſuos ad prælium redire jubens mox cum ſuppetiis *Bertholdi de Capella* denuo in hoſtem ruit, & ordines hoſtiles perrumpit, cumque ex parte altera, ut conditum erat, *Henricus Morchio de Hochenberg* cum ſuis clamaret, *fugiunt, fugiunt*, confuſi hoſtes, quod clamabatur, verum rati, trepidare, ordines deſerere, & fugere cæperunt.

Milota deſerit Ottocarum.

Ottocarus extremam ſuorum fugam conſpicatus, *Concitus miſit ad Milotum, qui turmam defatigatam ſibi commendatam habuerat, quatenus in articulo neceſſitatis ferret auxilium, qui non immemor, quod Ottocarus Fratrem ſuum in Carcere vivum incenderat* (alii id de Patre ajunt, alii imprægnatam ab Ottocaro Fratris Filiam queruntur, V. dicta an. 1265.)

venire

venire diſſimulabat, eadem referunt, Hagenus, Anonym. Leob. Auth. Hiſt. Ducum Styr. valvaſorius aliique.

Nec reliqua Rudolphi agmina in virtute defecerant, agmen Styrorum, cæterorumque ſub cæſare pugnantium ſublevantia, nominatim Auſtrales ſub Duce *Bertholdo de Capella*, qui certamen reſtituebant; inter Auſtriacos præcipua virtute enituit vir *Otto de Haslau*, quem ad an. 1258. Styriæ Capitaneum oſtendi. Dynaſta hic Nobilis, & jam Centenarius Auſtriæ erat Bondophorus, ſeu vexillifer, cui cum ob æſtum temporis, & virium defectum vexillum grave nimis decidiſſet, illud teſte Hageno *Liechtenſteinius Henricus* excepit, & ſub eo pugiles Auſtriæ deduxit, eadem habet Chron. MS. Haſelbachii; de Ottone hoc de Haslau mirabilem alium caſum refert Hiſt. Auſtral. apud Struvium, quem omittit Anonymus Leob. *Dom. enim Otto de Haslove Miniſterialis Auſtriæ jam Centenarius, & ultra cum Filio pronepotis ſui Hugone - - - qui eodem die a Rege Rom. accinctus eſt gladio, haſtiludium honorifice exercuit.*

Auſtriac. virtus. *Capella de Berth.* *Haslau de Otto.* *Liechtenſtein de Henr.*

Rex Ottocarus, ubi Milotam ſibi non ſuccurrere vidit, ubi ſuos timore actos, ſusque deque ferri, dimiſſis armis fugere conſpexit, ipſemet fugientium torrente abreptus fuiſſet, ſi *Styrorum vigilantiam vel celeritatem fugere* potuiſſet, *qua ſpe fruſtratus Ottocarus cum 4. ex ſuis fugam inire deliberavit, quem inſequentes aliqui Styrienſes*, inquit Haſelbach *duobus de ſuis occiſis, ipſum Ottocarum ex equo proſtraverunt, qui multa dona pro ſalute vitæ ſuæ ſpopondit propter offenſas, quas ipſis crudeliter irrogaverat.* Anonymus Leob. *ab Auſtralibus, & Styrienſibus in ultionem ſanguinis amicorum &c.* necatum docet, Hagenus, & Arenpekius pro Styris decidunt.

Ottocarus Rex a Styris capt.

At quinam fuerint? inquirendum, ſi Haſelbachio credimus Fratres, & agnati *Mabrenbergici* fuerunt de quibus V. Annot. Diplom. 103. nam, ita habet Haſelbachius, *unde quidam ad eum* Ottocarum nempe captum ait, *Tu cognatum meum Mebrenberg ſine omni culpa neci tradidiſti, igitur, & cogeris in mortem, & ſic gladio confoſſus, & per callum cultro transfixus animam miſere cogitur exhalare*, obſcuriora ſunt, quæ ſequuntur, *quorum unus fuit Saureker, qui nunc Comites Ciliæ feruntur, alter vero ſuus Frater conjuratus Baro Auſtriæ Genealogia de Kunring*, idem de cognato ſolum habet Hagenus, e contra Arenpekius, Dubravius, Auth. Hiſtor. Duc. Styr. & alii paſſim Fratres Mehrenbergenſes fuiſſe volunt, qui Ottocarum occidiſſent, quos teſte Dubravio, Rudolphus in criminis atrocitatem in conſpectum non admiſit, immo *Bertholdum de Emmerberg, & Bertholdum de Ebrſtorf* miſit, ut vivum Ottocarum adducerent, ſed hi eum 17. vulneribus jam necatum viderunt, Megiſerus & alii inter complices necis Ottocari Chunringium referunt.

A Mabrenberg. necatus. *Emerberg de.* *Eberſtorf de.*

Unde Emmerbergius cadaver Ottocari a calonibus nudatum plauſtro impoſuit, Marcheggium primo, dein Laham, mox Viennam ad Scotos deductum, tandem ad FF. Minorum templum deportatum 30. fere Hebdom. omni honore caruit; donec a Bohemis impetratum Znoymæ primum, dein Pragæ in cœnobio S. Franc. honorifice eſt tumulatum: Corpus hoc Viennæ quidam Epiſcopus extinctum cer-

Ottocari ſepultura.

nens, ita cecinit, *quam brevis, & triſtis, inſtet mortalibus iſtis: regnandi finis, nos docet iſte cinis.*

Bohemi & Cæſarei quot Caſi.

Cæſa cum Ottocaro ferunt 14000. Bohemorum, & Sociorum, vel ſaltem vulnerata aut flumine merſa, ſed & in exercitu Rudolphi plurimi cecidere, cum atrox Bohemorum enſis acriter ſævierit, de numero non conſtat, Tiguri in templo Minorum ſuſpenſa feruntur, Scuta 100. Nobilium quos ex Turicenſibus cohortibus ante pugnam Rudolphus gladio militari accinxit, imo ex *Trautmansdorfia Familia* 14. pugiles hoc in prælio obiiſſe docent aliqui.

Trautmanſtorffii quot Caſi.

Diei pugnæ.

De die pugnæ diſcors eſt opinio, Hagenus minus verosimiliter feſtum S. Barbaræ, Eberhardus Altah. & Rhoo 26. Aug. Fugger. 23. Auguſt. uti & Annales Colmarienſes, Anonymus Zwetl. 25. Nov. id ex Epiſt. laureatis Rudolphi ad Nicol. III. & Frider. Salzb. conſtat, *die veneris* pugnatum fuiſſe, quæ in 26. Auguſt. hujus anni inciderat, quem diem obitus Ottoc. Regis ſtatuunt Necrol. Runenſ. Seccov. FF. Minorum Viennæ, & Clauſtroneoburg.

Hungari & Styri Domum remiſſi.

Obtenta hac victoria Rudolphus per triduum in loco certaminis adverſarios eſt præſtolatus: tertio die ad *Miſtelbach* abiit teſte Haſelbachio, cum vero exercitus Cæſaris acri graſſatione Moraviam ac Bohemiam affligere inciperet, Cumanis more ſuo modum non ſervantibus, orta inter Germanos & Hungaros diſcordia, Rudolphus primum Hugaros, & Cumanos cum Rege Ladislao ad propria dimiſit, mox & *Styros* Carnos, & Salisburg. levandi ſtipendii cauſa, egregie collaudatus domum ablegavit, cum cæteris in Bohemiam movit.

Rudolph. in Bohemia movet.

Revocati denuo Styri.

Sed ecce rumor ſubitus ad eſt, Ottonem Brandeburgicum avunculum Ottocari, novo cum exercitu pro tutela Regni, juvenisque Wenceslai advenire, hinc celeribus nuntiis revocati *Styri*, aliæque omnes copiæ, præter Hungaros, apud Schazlau convenere exercitus, ſed ne confligerent, effecere Epiſcopi *Fridericus Salzburg. Joan. Chiem. Dietricus Gurcenſis, Bernardus Seccov. Gerhardus Lavont.* ac præcipue *Bruno Olomuc. Ep.* paxque eſt confecta ita, ut Wenceslaus puer ſub tutore Ottone Brandenburg. retineret Bohemiam & Moraviam, nuptias vero cum Filia Cæſaris ipſe, & ſoror ejus cum Rudolpho Filio Imp. ſponderent, ita, ut Wenceslao ſine prole obeunte, ſocer ejus Rudolphus eidem ſuccederet, ita, Haſelbachius, Hagenus, aliique.

Novi Belli occaſio.

Bern. Epiſc. Seccov. cum iis.

Pax fit.

Rudolphus in Auſtriam redit.

Ad anni finem in Auſtriam regreſſus Rudolphus gratiis primum Deo ſolemniter actis, omnem fere ſeq. annum ordinandæ Auſtriæ impendit.

S. Lamberti Monaſt. res.

Mezgerus hoc an. Abbatialem Eccleſiam S. Lamberti incendio conflagraſſe, & diſciplinam regularem ibidem per Guidonem Cardinalem reſtitutam docet, quæ de diſciplina Regul. dicta forte ad an. 1267. v. ſeq. potius pertinebunt, cum eo tempore Guido Cardin. in Styria noſtra egerit.

Lamberg de Frider. Wilbel. Georg. Balthaſ. Joachim.

Quidquam in Familiarum Styriæ gloriam & honorem refert Valvaſor. tom IV. lib. XV. f. 309. De *Friderico de Lamberg*, quam Familiam in Carniolia floruiſſe, imo ortam plerique cenſent; contraxerat hic varia debita aliique de hac Familia apud Judæos, *Mahrburgi, Rakerſpurgi, Judenburgi, ad S. Vitum, & Labaci* exiſtentes, quæ tamen

hoc

hoc anno exſolvit, ut oſtendunt litteræ horum Judæorum hic allatæ: in his litteris Friderici hujus avus vocatur *Wilhelmus*, uti & hujus 3. Filii: *Georgius*, *Balthaſar*, & *Joachimus*, quorum proin unus Pater Friderici fuerit, ita Valvaſ. loco citato. *Judæi in Styria Mahrburgi Rakerſpurgi, Judenburgi.*

Judæos in Styria noſtra *Mahrburgi* præſertim extitiſſe, oſtendi jam tomo I. Diſſert. I. §. 24. ubi dictum an 1440. *Sigiſm. de Roggendorf* Judæorum Prætorem Mahrburgi fuiſſe. Idem de *Rakerſpurgo* teneo, de hoc enim loco ſubſcriptus eſt litteris iſtis Jſmael des Jſaac Sohn von Radkerſpurg, uti & de Mahrburgo Abraham des Jacobs Sohn von Mahrburg. Quamvis vero nullus de Judenburgo Judæus his litteris ſit ſubnotatus, ibidem tamen extitiſſe hoc tempore Judæos nullus dubito, ab Commercium ſatis frequens in ea Urbe de qua V. Annot. Dipl. 164. *Roggendorf de Sigiſm. Prætor. Judæor. Mahrburgi.*

ANNO 1279. *An. 1279.*

Indict. 7. Nicolai III. Papæ III. Rudolphi I. Imperii VII. Styriæ vacant. XXXIV.

Rudolphus I. Imp. ad vota Pontificis omnes veterum Augg. donationes Eccleſiæ Rom. factas liberaliſſime confirmavit, atque, ut easdem Electores confirmarent, uno communi Diplomate effecit; Charta ea Cæſaris, *Viennæ XVI. Kal. Martii data eſt Indict. 7. Regni an. 6.* teſtibus inter cæteros *Frider. Archiep. Salisburg.* & *Alberto* ac *Hartmanno* Filiis Imper. uti & *Joanne Chiemenſi* & *Bernardo Seccov. Epiſcopo.* *Rudolph. I. Conf. donation. Eccl. Rom.* *Bernard. Ep. Seccov. Viennæ.*

Ut nobis teſtatur Chronogr. Salisburg. *Dietricus Gurcenſis Epiſc. obiit, cui ſuccedit Dominus Joannes Chiemenſis Epiſcopus & eidem ſubſtituitur Dom. Chunradus de Himberg. Canon. Patav.* Addit Chron. Clauſtroneob. & Anonymi Leob. *Qui ſimul ab Epiſc. Tripolitano Apoſt. Sed. Legato Viennæ conſecratur 3. nonas Maji.* Male tamen an. 1281. ponitur, cum hoc jam an. Chunradus Electus Chiemenſis fuerit, forte tamen ejus conſecratio ad an. 1281. translata: certe ſibi contradicit Anonymus Leob. dum ad an. 1177. inter Epiſcopos *Joannem Gurc.* adfert quo tamen anno adhuc Dietricus vixit. de Chonrado de Himperch Epiſc. Chiem. V. dicta an. 1274. *Dietrico Epiſ. Gurcenſ. Succ. Joann. Chiem. Epiſ. huic Chunradus de Himberg Com. Patav.*

Dum teſte eod. Chron. Salisburg. *Romanorum Rex hoc etiam toto anno Viennæ moratur*, res Auſtriæ ordinaturus, ſolus *Henricus de Chunring*, uti docet Author. Annal. Campilil. regulus admodum potens, iram Rudolphi in ſe concitavit, quod adhuc Ottocaro def. foveret, & gratiam Auguſtam quærere nollet, unde & *Weitra*, Caſtrum ejus præcipuum obſeſſum eſt, ut an. ſeq. pl. *Chunring de Henr. rebellis.* *Weitræ obſidio.*

Uti ex Annotat. Diplom. 174. patebit, teſte Chron. Clauſtroneob. *Henricus de Chunring* anno 1278. & ut ait Chron. Salisburg. ad eundem an. Henricus hic, cum Paltramo Vienn. cive a Rudolpho defecit, quod ſi jam Henricus de Chunring an. 1278. necatus eſt, Henricus hic rebellionem in Rudolphum continuans diverſus eſſe debuit, vel Henrici illius Filius, vel Frater; uti enim in Geneal. Kunring, apud Bucelinum invenio, tres erant eodem

fere tempore Henrici, Henricus I. Hartmanni Filius ultimus, Henricus II. Henrici I. Filius, & Henricus III. Alberonis Fratris Henrici I. natus. *Albero & Henricus I.* ſæc. medio floruere, quorum Sororem Gislam, Ottocari pellicem fuiſſe Balbinus docet. Ambo hi Fratres pro Ottocaro Rege pugnantes capti ſunt a Bavaris an. 1257. ut ibidem dictum; unde arguo Henricum I. de Chunring fuiſſe Auſtriæ Mareſchallum, & rebellionem in Rudolphum cum Baltramo Vienn. cive & conſule cæpiſſe, ac an. 1278. fuiſſe cæſum, hoc vero anno & ſeq. Henricum II. patris veſtigia ingreſſum ſe ſe Rudolpho oppoſuiſſe, atque jan. ſeq. *Weitræ* fuiſſe obſeſſum. V. etiam Annot. Diplom. 141.

Rudolph. Imp. Rotenmanni. Interim vero Ducatus Auſtriæ, Styriæ & Carinthiæ, Rudolphus nemini adhuc contulit, ita fatetur Rupolphus ipſe Rotenmanni in Urbe Styriæ 8. Kal. Nov. exiſtens, dum ibidem Epiſcopo Bamberg. quædam in Styria & Carinthia largitur: *Cedimus pro nobis & Filiis noſtris, ac omnibus futuris Auſtriæ & Styriæ Ducibus - - - noſtro & Filiorum noſtrorum nomine vel cujuscunque terræ Karinthiæ Principis, aut Domini futuri, datum apud Rotenman 8. Kal. Nov. indict. 8.* (quæ a Sept. initio currebat.) *an. Dom. MCCLXXIX. Regni VII.* qui ab octava S. Michaelis ſeu 5. Octobr. quo Aquisgrani Coronatus eſt, fluere cœpit) Lünig Spicil. Eccleſ. tom. II. pag. 33.

Mainhard Com. Tyrol. Præf. Carinth. Petiit quidem a Rudolpho Meinhardus Comes Tyr. præſtitæ operæ pretium, aliquam ex ereptis Ottocaro Provinciis, non abnuit Cæſar, ſed teſte Anonymo Leob. reſpondit, *hoc non poſſe fieri ſine Principum conſenſu, ſed illa in curia, quam in Auguſta concepiſſet agere pertractanda*, profuit interim Carinthiæ Rudolphi I. nomine Meinhardus Tyrolenſis: ita clare legitur in litteris Rudolphi an. 1278. initio anni & in vigilia Epiphaniæ Viennæ datis ad Bertholdum Epiſc. Bamberg. cui mandat, ut procuret Eccleſiæ Werdenſi ſatis factionem de damnis ab *Ottone de Vinkenſtein*: advocatiæ titulo illatis, in iis litteris ita legitur, *cum propter dilecti nobis Mainhardi Com. Tyrolenſis affinis noſtri Chariſſimi* (Eliſabetha enim Meinhardi Filia Alberto I. nupſit) *abſentiam & propter procuratorum noſtrorum, & Officialium impotentiam & deſidiam, quos loco ſui regimini Terræ Carinthiæ præfecit, Eccleſia Werdenſis periclitetur &c.* V. Meichelbök Hiſtor. Friſing. tom. II. p. II. 96. &c. & num. 163. illud miror, cur Philippum Electum Salzburg. qui an. 1274. ad Rudolphum confugit, contra Ottocarum conquerentem, & an. ſeq. denuo titulum Ducis Carinthiæ geſſit, Ducatui non reſtituerit Rudolphus? cauſam rei cenſeo, quod harum Provinciarum & collationem, & jus in eas reſervaverit ſenatui Principum Germ. gerendum, Philippus vero jam antea, ſeu hoc an. obierit, ita docent Chron. Salzb. & Leobienſ. *Philippus Electus Salzburg. moritur apud Cremſam, teſtamentum condidit ſub titulo Ducatus Karinthiæ, & Laibacum Eccleſiæ Aquilej. diſponit, & Fratris donationem* (de an. 1268.) *ratificavit. Titulus ſepulchri ſui habet, quod fuerit Dux Epiſcopus Patriarcha.* Conditus eſt in templo Prædicatorum Cremſii.

Vinkenſtein de Otto.

Philip. Elect. Salzb. obit.

Joh. Iph. Imp. Dixi ſuperius Rudolphum Rotenmanni extitiſſe, eo, antequam abiret, & quidem 6. nonas Octobr. *Græcii* exſtitit, cum quibusdam Princi-

ſtein, & Cholo de Seldenboven, qui ambo cum Comite Mainhardo Sigilla ſua ſubjecerunt; memorabilis eſt titulus Mainhardi in hoc Dipl. *Coram illuſtri Comite Mainhardo Tyrolenſi, qui de Conſenſu D. Rudolphi Romanorum Regis Ducis Carinthiæ tunc ſe Geſſit.* Videtur poſt illa Ducis Carinthiæ deeſſe *Vicarium*, vel quid ſimile, tametſi ſententia etiam ſine hoc conſtare poſſit. *Liechtenſtein de Otto. Seldenboven de Cholo.*

Epiſcopatui Seccovienſi omnimode Liberalem ſe exhibuit *Ulricus Pincerna de Ramſtein*, Varios eidem redditus conferendo, de quibus pl. agam in Annot. Dipl. 180. in fine. Canoniæ vero Seccov. *Wulfingus de Ebrenvels* damna illata 100. marcarum denariorum Græcenſ. compenſavit dando alpes *Puchſchachen* ad ſe, & Fratrem ſuum Ottonem pertinentes. De hac Familia V. dicta Dipl. 56. in fine hujus tomi, litteræ hæ obligatoriæ, quæ in Dipl. Styr. p. I. f. 244. inter Dipl. Seccov. num. 110. occurunt, datæ ſunt in *Marchburg* in Vig. B. Nicolai, appenſum iis Sigillum Wernardi Epiſc. Seccov. unde eum in ead. Urbe exſtitiſſe pronum eſt conjicere. *Seccov. Epiſc. rer. Ramſtein de Ulric. Ernvels de Wulfing. & Otto. Bernard. Epi Secc. Mahrburg.*

Runenſi in Monaſterio Abbas X. *Bernardus de Plankenvvarth* hoc anfatis ceſſit teſte ſerie Abb. Runenſ. Necrol. ejus Monaſt. diem obitus ſtatuit *6. nonas Julii*, errat tamen, cum ait *Wernerus Abbas Run. Septimus*, cum fuerit decimus. Plankenwarth. Geneal. V. hic, Dipl. 23. *Blankenwarth de Bern. Ab. X. Run. obit Succ. Pfanberg de Com. Reynold.*

Succeſſit *Raynoldus Comes de Pfanberg* Abbas Runæ XI. qui *annis 12. huic Runenſi præfuit Monaſterio. Hujus Paſtoris ſancta converſatio, ſuis ſubditis iter diverſarum virtutum exhibuit, verbo pariter, & exemplo, qui cum cæteris mortalibus currens, in hujus vitæ ſtudio in augmentatione ſpiritualium, atque temporalium bonorum ſe demonſtravit ſedulum proviſorem*, ita ſeries Abbat. Run. cit.

Leobienſem Styriæ Superioris civitatem, ſi non antea (quod tamen docum. ſcriptum non abſque fundamento, ſignanter ſub regimina Ottocari Regis Bohem. indicat) certe an. 1280. a Fratribus Prædicatoribus fuiſſe inhabitatam, inter alia aperte probant acta Capituli Provincialis eod. anno Friburgi celebrati, quod in ſuis actis, etiam Leobium transmiſſis, *P. Godefridum* nominat *Domus Leobienſis* ſeu Leubienſis *Priorem*. Inde autem videtur ædem, quam Fratres eo tempore poſſederant, potius formam Domus, quam Conventus præſetuliſſe, paucosque extitiſſe Fratres, ſicut & hodiernus Conventus non multos numerat, idemque luculenter etiam apparet, ex reſtante inſtrumento ſcripto a ſenatu & Civibus Leobienſibus anno mox memorato, III. Kalend. Februar. eisdem tradito, quo pro Conventus ædificio, aut priore æde amplianda, aream quandam gratioſe obtulere ſequentibus:

Nos Bernardus Judex & Conſules, totaque univerſitas Civium, omnibus præſentem paginam inſpecturis notum fieri cupimus, quod nos ad omnipotentis Dei gloriam, ut vere dignum & juſtum eſt, Reverendis Patribus & vere viris Apoſtolicis, Fratribus Ord. Prædicatorum, a nobis humiliter & devote ſæpe invitatis - - aream in Clauſtrum aſſignavimus - - &c.

Verum haud a multis poſtmodum annis Fratres Leobienſes multum egere cæperunt, tum ex graviſſimo incendio, quo una cum Urbe Conventus depaſtus eſt, multaque proin documenta periere, tum

Anno 1280.

ANNO 1280.

Indict. 8. Nicolai III. Pap. IV. Rudolphi I. Imp. VIII. Styriæ vacant. XXXV.

Ladislaus Rex Ung. corrigitur. Jam an. priore Papa Rudolphum exorabat, ut Ladislaum juvenem Regem Hungariæ ad vitia deflectentem, authoritate ſua componeret, quod hoc an. factum; ſatisfecit enim Ladislaus delicto ſuo, quo abhinc anno Philippum Epiſcop. Firmanum Legatum Apoſt. pro diſciplina Eccleſiæ Budæ Synodum agentem, ignominioſe abjecit, regnique Epiſcopis Urbis ingreſſum negavit, hoc itaque an. ad redimenda Eleemoſynis peccata eidem Legato 100. annuas argenti marcas ex argenti fodina ſcepuſienſi aſſignavit pro ſuſtentatione & exſtructione Noſocomii in Regno Hungariæ. Dein vero Nicolaus Papa in feſto *Nicol. Papa obit.* B. V. M. Aſſumptæ in Caſtro Sarriano obiit, ſede ad Febr. ſeq. anni vacante.

Chunring. de Henr. proſcr. In Auſtria Rudolpho Imp. res cum Henrico II. Chunringio erant, Weitra enim Caſtrum præcipuum ſubegit, & ditionibus Ducum Sty- *Weitra Caſtr. ſubactum.* riæ ſubjecit, Chunringium vero cum Uxore Bohemica proſcripſit; hunc Henricum Annales Zwetlenſes tuentur, animo ingenuum, invidia potius æmulorum, quam culpa ſua Cæſaris indignationem perſenſiſſe, utpote, cum dein retectis Calumniis gratia Rudolphi egregie valuerit.

Tulnæ S. Cruc. Monaſt. Fund. Rudolph. Has inter Belli turbas quaspiam, etiam cum Bohemis & Bavaris timendas, locis religioſis benefacere non intermiſit Rudolpus, præſertim vero votum ſuum ante pugnam cum Ottocaro factam implevit, ac Monaſterium Tulnæ monialibus ſub Regula S. Auguſt. & inſtituto Ord. Præd. erexit in Vener. S. Crucis, Dipl. Viennæ dato prid. Kal. Sept. primas odei hujus virgines Norimberga adductas, iisque *Euphemiam* Rudolphi Filiam Sociatam, vulgo receptum eſt: quanquam ex Dipl. ejusdem nil erui poſſit. Hübnerus in Geneal. Rudolphi Euphemiam in Monaſterio obiiſſe docet.

Euphemia Filia Rudolphi an. Abbatiſſa.

Petr. Patav. Ep. obit. Petro Patav. Epiſc. hoc an. 20. Febr. ut habet Author. Germ. Sa- Sacræ tom. I. f. 424. defuncto ſucceſſit *Weichardus de Polheim* cujus *Weichard. de Polheim Succ.* patruus *Philippus* in prælio Rudolphi cum Ottocaro peregregie partes Belli Ducis ſuſtinuit, ut ibidem dictum. Wiccardus hic ex Canon. Præ- *Polheim Philip.* poſitus, tandem Epiſc. factus hoc an. teſte Chron. Clauſtroneob. Viennæ 3. non. Maji. Conſecratus eſt cum D. Chonrado Chiemen. Epiſc. ab Epiſcopo Tripolit. Sed. Apoſt. Legato.

Silberberg de Henr. *Henricus de Silberberg* Eques Carinthiæ (V. tom. hoc Annot. Dipl. 99.) cum per incendium & rapinam hominibus Eccleſiæ Göſſ. in *Göſſ. vet.* Foro S. Viti in Carinthia damnum 100. marcarum denariorum intuliſſet, Conventus ab Herburge Abbatiſſa Göſſ. coram D. Mainhardo Tyr. Carinthiæ Vicario, advocatiam in *Arbendorf, ſub Caſtro Staine* eidem tradidit Monaſterio pro 5. Marcis argenti ut V. Dipl. Göſſ. 63.

Silberberg Caſtr. Carinth. Porro in *Caſtro Carinthiæ Silberberg*, ubi hæc acta ſunt, magna nobilium copia ad fuit 17. Kal. Martii. Nominatim vero *Otto de Liechtenſtein*,

lerunt, qui dignitatem eam, quamvis urbis caput eſſet, his in turbis ſuſcepit & Carolo Siciliæ Regi ſuo nomine ad miniſtrandam dedit.

Uti anno priore dictum Rudolphus Imp. per Hartbergam venit Græcium, Varia Græcii conſtituit: interque ea *Ottonem I. de Liechtenſtein Styriæ juris dicundi Prætorem, ſeu Judicem Provincialem* dedit. Plurimi Ottonem Liechtenſteinium Styriæ Capitaneum ſeu Prætorem datum volunt, quod ego de hoc Saltem anno vix credo, etenim cum Rudolphus e Styria ad Rhenum Profectus, Provinciæ huic Albertum Filium ſuum, Vicarium daret, hic officium Prætoris ſeu Capitanei Geſſiſſe videtur, Otto vero Liechtenſteinius Officium Judicis Provincialis, non tamen abnuo, Ottonem hunc an. ſeq. dum Albertus Dux Styriæ eſſet, vel ab hoc, vel ab ipſo Rudolpho Capitaneum Styriæ conſtitutum fuiſſe quamvis an. 1283. ſe Otto Liechtenſteinius ad huc Judicem Provincialem Styriæ ſcripſerit; Hagenus quidem Arenpekius Chron. MS. Styriæ, aliique Prætorem ſeu Haubtman vocant Liechtenſteinium, differentiam tamen inter Prætorem ſeu Capitaneum & Judicem Provincialem dabo in Annot. Dipl. 177. Idem certe Hagenus citatus docet, Petovienſem, & Pfanbergium ante Ottonem Liechtenſteinium fuiſſe Capitaneos Styriæ, quos tamen jam oſtendi fuiſſe ſolum Judices Provinciales: magis errat Anonymus Leob. dum an. 1277. de hoc an. ait, Rudolphum *ordinata Styria per Henricum Abbatem* Admont. Viennam ob graviter decumbentem Uxorem rediiſſe, Græcii ſimul Sacramentum a Carinthis & Carniolis recepiſſe videtur; Solennem Rudolphi Aug. in Styriam, & Urbem Metropolim Græcium ingreſſum fuſiſſime deſcribit Author. Hiſt. Styriæ in Kalend. Græcenſi an. 1764. impreſſæ, & quidem ex actis Archivi Aulæ Cæſareæ, & Domus Provinc. Græc. quæ tamen obtinere ſe non potuiſſe ait. Illuſtriſſimus D. D. Comes Erneſtus de Wildenſtein, eadem, ſe legiſſe me docuit quorum proin fide eadem adduco.

Rudolph. Imp. Hartberga Græcii.

Liechtenſtein Otto Jud. Prov. Styr.

An. ſeq. Capit. Styriæ.

Rudolph. Græcii Lomagium recipit.

Solennis ejus ingreſſus Græcii.

Adventuro in Styriam Rudolpho, ſelecta cum manu, in vallem Aniſum obviam miſſus eſt *Otto junior de Liechtenſtein*, eumque ſubmiſſa veneratione nomine totius Provinciæ Styriæ excepit. Rudolphus probe memor magnæ illius opis, quam ſibi Styri ſub eodem Ottone Liechtenſteinio contra Ottocarum præſtiterant, eum illico Prætorem (alii præfectum vocant) Styriæ conſtituit, atque ſub ejus militia Græcium feliciter advenit; inter Rudolphi Comites hoc in itinere erant *Albertus & Hartmannus Filii, Clementia Filia, Fridericus Salisburg. Archiep. Wiccardus Paſſav. Bernardus Seccov. Joannes Lavant. Epiſcopus, Rudolphus Cancellarius Imperii, Comites de Sayn, & Wertenberg*, cum aliis plurimis Imperii, & Aulæ Conſiliariis, & Nobilibus.

Dum Græcio jam jam proximus cum Comitatu ſuo eſſet Rudolphus, inſignis Equitum Styriæ manipulus, Duce Comite Pfanbergio, Provinciales, & Nobiles Styriæ equeſtres omnes, Auguſtum ante portas Urbis reverebantur, portæ mox omnes Urbis clauſæ, viæ ita obſeſſæ, ut iter cum ſuis ſiſtere cogeretur Rudolphus.

Inter hæc Abbas Admontenſis e medio magnatum Styriæ progreſſus amæna æque ac facunda oratione Cæſarem ſalutabat, qua primo de felici adventu gratulatus, mox gratiis perdemiſſe pro libertate

Abb. Admont. Oratio.

ex hostium e ditione Salisburgensi an. 1291. incursione facta, & obsessione, tum tandem ob quorundam malevolentiam.

Ex hoc præclaro Cœnobio prodiit inter alios vir celeberrimus, Author Anonymus Leobiensis Chronici VI. Libris Comprehensi a Christo nato ad an. 1343. conscripti apud Hier. Pez tom. I. script. Aust. fol. 751. qui ad an. 1281. Dominicanorum in Urbe Leobiensi adventum & introductionem his verbis verbis insinuat, *Isto anno in die Kathedræ S. Petri receptus est a primo Conventus Prædicatorum Fratrum in Leuben in Terra Styriæ sub Rudolfo Rege Romanorum ac sub Friderico Salzburgensi Metropolitano, nec non sub Alberto Duce Austriæ & Domino Terræ.*

Vorav. ver. Eodem hoc an. inquit Chron. Vorav. MS. 1280. *de præfati Bernhardi Præpositi* Vorav. X. *voluntate, & una cum consensu totius conventus,*

Heinfeld Curia. *Curiam quandam in Hainfeld, extra forum sitam, cuidam Dietmaro Plebano ibidem, jure civili contulit, sub hac forma, ut ipsam curiam restauret ædificiis, ac habeat insuper in Festo S. Bartholomæi Apost. singulis annis unam libram denariorum Viennensium pro jure civili, una cum cæteris omnibus servitiis, quæ alii Coloni Monasterii ibidem solvunt, ad consuetudinem Provinciæ approbatam solvat.* Ita satis obscure Chron. nostrum; clarius hæc pandet littera Hermani Abbatis Chotewicensis desuper facta, quam inter Dipl. mea in fine num. 181. cum debitis Annot. vide.

Rudolph. Imp. in Styriam venit. Circa anni hujus finem Rudolphus I. Aug. Styriam denuo nostram lustravit, eam in fidem recepturus, & ordinaturus, ante Octobrem certo in Styriam non venit, nam 12. Kal. Octob. in Castris apud Brunam confirmavit Monasterio Priflingensi Ord. S. B. Privilegia ab Ottoc. Rege collata V. Bern. Pez, parte II. Cod. Dipl. num. 230. p. 142. ad finem itaque anni in Styriam pervenisse videtur. Ex Styria, an e Vienna Legatos dimiserit, qui Clementiam Filiam, Sponsam Carolo siculo adducerent? non constat, Legatos hos detegit Anon.

Legati in Siciliam a Terris vestris. Leob. & Hagenus his verbis: Doch sand man sey dahin, und sezt ihr Bischof Johansen von Gurck zu einem Pfleger, und den Grafen von Sain, und Wertenberg, und Maister Rudolph den Canzler, darnach reit der Chunig in Steyer zu allen Steten, und Geschlosen, da er löblich, und erbarlich ward empfangen.

Varia per Styr. Rudolfi itinera. Iter hoc Rudolphi *Vienna per Hartbergam, Græcium, & inde Judenburgum, postea Admontes, Linzam, & denuo Viennam an. seq.* cum variis ejus actis exponam.

An. 1281.

ANNO 1281.

Indict. 9. Martini IV. Pap. I. Rudolphi I. Imp. IX. Styriæ vacant. XXXVI.

Martinus IV. Pap. Exactis 6. a morte Nicolai P. mensibus, die 22. Febr. h. anni Electus est Martinus IV. P. qui quamvis ex Martinis Secundus solum esset, quia tamen Marini II. Papæ lapsu temporum etiam Martini dicerentur, hic se Martinum IV. dixit: quod maxime mirandum, Romani rebelles, Papæ huic, Senatoris supremi dignitatem simul obtulerunt,

Filium ſuum Albertum Auſtriæ & Styriæ conſtituit proviſorem: eadem habet Chron. Salisb. Paltrami &c. & quidem ante 20. Maji, teſtantur hoc litteræ eo die, & an. datæ, ubi cives in Laa Auſtriæ infer. Oppido, Alberto Vicario Generali obedientiam ſpondent, & Albertus dein eo tit. uſus legitur: *Nos Albertus D. G. de Habſpurch & de Kyburch Comes, Landgravius Alſatiæ, Illuſtris Rom. Regis Primogenitus, & ejusdem per Auſtriam, & Styriam Vicarius Generalis.* V. Hergott. Monum. Auſtr. tom. I. Auctarii pagina 215. in Germanico vero: Gewaltiger Pfleger, und gemeiner Verweeſer. *Albertus Vic. Styriæ.*

Quos vero Conſiliarios Alberto adjunxerit, detegit Diploma Alberti Viennenſibus datum an. 1281. in Vig. S. Jacobi, quod ex Bar. Streunio Prevenhueberus, & Joan. Jacobus Moſer in Biblioth. MS. Anecdot. parte I. p. 121. &c. adſert, in eo ita ait Albertus: Darnach, da unſer Herr, und Vatter von uns gefuhr, da ſaſſen wir mit unſern Rath, den Landherren, den unſern Rath geſchworen haben, vor unſern Herrn dem Römiſchen Kunig, und ſeynd auch daß die, die wir hie nennen, Wernhard von Schwamberg, Graf Bertholt von Hardegk, Ott von Haslau, der Landrichter zu Oeſterreich, Ott von Bertholzdorf Cammerer, Stephan von Meiſſav, der Marſchalich, Leutold von Kunring der Shenck, und Hainrich ſein Brueder, Erkberg von Langperg, Friderich der Truckſeß, von Lengbach, Chunrad von Pillichdorf, Ulrich von Chapelle, der Landrichter ob der Enß, Cunrad von Sumerau, Hadmaer von Kunberch, Chunrad von Pottendorf, Reinprecht, und Chadolt, die Brüder von Eberſtorf, ꝛc. *Conſiliarii a Rudolpho dat, Alberto* *Schwamberg de Bern. Hardek de Berth. Haslav de Otto. Bertholtsdorf de Otto. Meiſſau de Steph. Kunring de Leut. & Henr. Erkberg de Landsberg, de Lengbach, de Frid. Pillichdorf de Conrad. Capella de Ulr. Sumerav de Conrad. Kunberch de Hadm. Potendorf de Conr. Ebersdorf de Runb. & Chadoldus.*

Hiſce, cum fidem ex Diplomate adducto negare non auſim, cenſeo alios dein Conſiliarios Alberto Duci fuiſſe adjunctos, nam uti in Alberto Duce dicam inter Conſiliarios eidem additos a Patre *Hermannus de Landenberg*, & *Eberhardus de Walſee* ſuevi ambo, *Albertus de Pucheim*, & *Hugo de Taufers* referuntur.

Diplomatis Super. Viennenſis meminit etiam Excell. Wurmbrandius f. 262. refertque Dynaſtas Auſtriæ, alio tamen ordine, nam poſt Chunringios omiſſo *Ecberto de Landsberch*, refert *Fridericum de Lengenbach*, dapiferum, & poſt hunc adſert *Erchingerum de Landeſave*, Prevenhueberus etiam omittit *Ecbertum de Landsberg*. Ipſius Alberti titulum Germ. ita deſcribit ex eo Dipl. Wir Albrecht Graf zu Habſpurch, und Kyburg, Landgraf zu Elſaß, gewaltiger, und gemeiner Verweeſer in Oeſterreich und Steyer. *Landenberg de Herman. Walſee de Eberhard. Puchaim de Albert. Taufers de Hugo. Landsberg de Ecbert. Lengenbach de Frider. Landeſer de Erchinger.*

Auſtria ſic ordinata, ſimulque Styria Rectore, & Vicario proviſa, Bavariæ etiam res compoſuiſſe videtur antea, quam abiret Rudolphus, quamvis pro hoc anno efficaciter non pugnem; inter varios Provinciarum Duce vacuarum procos erant præcipui Henricus Bavarus & Frater Ludovicus Palatinus Rheni, huic indignatus erat Rudolphus, quod ſuppetias in Bello Ottocari promiſſas ad Superioris Auſtriæ fines continuerit, ut, ſi Rudolpho mars æquus non fuiſſet, eam ſibi regionem ſubjiceret, Henricus magis deliquerat, ære & milite Ottocaro ſubmiſſis; eam perfidiam jam nuper ulciſci parabat Rudolphus, ſed ab Ottone Cæſaris genero, Henrici Filio, & hujus con- *Bavar. res.*

Non admittitur in Urbem Rudolph. ni antea Urbis Privilegia confirmaret.

Patriæ redditis, fidem omnem & obedientiam Styriæ nomine addixit, modo Privilegia vetera confirmare dignaretur, ſi minus, nec portas Urbis apertum iri, nec obedientiam a Styris præſtandam aſſerebat; Rudolphus, ubi omnia liberaliſſime ſe confirmaturum, pluraque additurum ſpoponderat, Provinciales omnes equis devoluti, ſubmiſſo poplite Cæſarem venerabantur.

Ingreditur per Portam ferream.

Hæc ubi peracta, Portæ Urbis apertæ, & per Portam ferream (quoniam Vienna Hartbergam, inde Græcium, via Regia moderna nondum exculta venerat) ſolenniſſimus ingreſſus ſub ſonitu tubarum & tympanorum habitus eſt ordine pulcherrimo, plateæ omnes, quas Cæſar tranſibat, ſelecta militia ſtipatæ, ante armamentaria, ædesque nobilium plura trophea ſurrexerant, ad curiam ſtabat Magiſtratus rubro ſuo ſeu ſanguineo ſub vexillo, penes quod enſis criminalis ſerico nigro obvolutus tenebatur, in foro omnes cum conſule, militum more, venabulo, enſe, clypeis muniti, quibus Panthera alba, Styriæ inſerta erat.

Clementia Græcio in Siciliam dimiſſa.

Ita exceptum, & omni dein honore præventum Rudolphum Auguſtum Græcii cit. Author ſcribit, quamdiu Græcii moratus fuerit? non conſtat, Græcio vero dimiſſam. Ad Carolum Salerni Principem, ſponſam Clementiam Filiam, teſtantur Author German. Sacr. tom. II. f. 390. ex Hornekio, aſt Hagenus Vienna jam demiſſam teſtatur, ut V. an. pr.

Rudolph. Imp. Judenburgi Admontes.

Græcio relicto Judenburgum, dein Admontenſe cænobium adiit Rudolphus, qua de re documenta Admontenſia altum ſilent, eo in Monaſterio degens Rudolphus Henrico Abbati notus, ſimul & addictiſſimus factus videtur, ut conſequentia oſtendent, dum vero Admontes ageret, de ægritudine Uxoris nuncium accepit, quæ ex diſceſſu Filiæ tam longinquo ad lethum uſque ægrotare cœpit: hinc per Lincium feſtinus Viennam venit, ubi eam, breviſſime poſtea deſunctam lugebat, obitus diem, inter Menſes Jan. & Aprilem tam varie conſignarant ſcriptores, ut ſatius fuiſſet, eam prorſus omittere. Chron. Clauſtroneob. XIV. Kal. Maji. deſunctam Annam Uxorem, & Baſileæ in Eccl. Cath. ſepultam docet, cui Eccleſiæ teſte Annal. Colmar. p. II. apud urſtiſium p. 47. perpetuos 2. Præbendarum redditus, ſeu jus Patronatus Eccleſ. in Augſt, & Zeiningen delegavit. Id certum, Viennæ 4. Kal. Maji jam exſtitiſſe Rudolphum, quo die Canon. Patav. immunes a vectigalibus eſſe juſſit.

Indeper Linz Viennam abit.

Anna Uxor Rudolphi obit.

Hartman, vel Hermannus non hoc an. merſus Rheno.

Hageni, & Hornekii ac Anonymi Leob. error hic referendus eſt, quo docent Annam Rudolphi Uxorem ob triſtiſſimum nuncium Hermanni Filii Rheno merſi animam anxiam egiſſe. Conſtat enim hunc Matri Aug. anno fere integro ſupervixiſſe, ut infra dicam. Rudolphus Viennæ poſt mortem Aug. Uxoris plura Diplomata edidit, & gratias contulit, nominatim Monaſteriis, Campilil. Zwetlenſ. Tulnenſi, & huic quidem 14. Kal. Jun. cui Dipl. adhuc Hermannus vel Hartmannus Filius ſubſcriptus eſt. Tandem vero, cum ad Rhenum iter inſtaret, antea Albertum primogenitum ſuum Auſtriæ & Styriæ Vicarium dedit: Ita docet Chron. Clauſtron. *Dominus Rudolphus Rom. Rex Auſtriam egreditur verſus Franconiam, & partes Rheni procedens*

Filium

De Styriæ rebus ita loquitur Anonymus Leob. col. 855. *Iſto anno in die Cathedræ S. Petri receptus eſt a primo Conventus Prædicatorum Fratrum in Lueben, in Terra Styriæ, ſub Rudolpho Rege Romanorum, ac ſub Friderico Salzburg. Metropolitano, nec non ſub Alberto Duce* (corrige Vicario vel Proviſore) *Auſtriæ & Domino Terræ*, quo eodem anno inter Admont Cœnobium, & *Wichardum de Polhaim* lis diutina de foro S. Petri in Augia compoſita eſt in Caſtro Styrenſi XI. Kal. Febr. de quo plura in fine in Annot. Diplom. 182. *Leoby Prædicatores recepti. Admont. ver. Polhaim de Wiccardus.*

Seizenſis Cartuſiæ Eremitis, octavus Ordine Prior Rudolphus nomine præeſſe cæpit, de hujus enim anni die 17. Kal. Julii extat documentum, eundem Priorem fuiſſe probans; Hiſmido anteceſſor ejus Prior Domus S. Crucis in Jareſio an. priore fundatæ factus, vixit uſque ad an. 1311. obtenta tamen antea miſericordia (ſeu abſolutione a Prioratu) Monachus in Domo Vallis S. Hugonis cum beneficio pleni Monachatus per totum Ordinem, quo majus nec Priori Generali Sæc. 14. dari ſolebat, obiit 9. Febr. vir plenus dierum & meritorum. *Seiz. ver. Rudolph Prior VIII. Hiſmido Prior S. Cruc. in Jareſio.*

Göſſenſi Parthenoni 5. nonis Octobris præfuiſſe adhuc Herburgim Ven. Abbat. oſtendit Dipl. 64. Göſſ. in quo eadem cambium variorum in Carinthia bonorum celebravit, unde minus aſſentior Catalogo Abbat. Göſſ. qui Herburgi an. 1279. quaſi poſtremum attribuere videtur. *Herburgis Ab. Göſſ.*

ANNO 1282. *An. 1282.*

Indict. 10. Martini IV. P. II. Rudolphi I. Imper. X. Styriæ vacant. XXXVII.

Contigit hoc an. cædes Gallorum omnium in Sicilia feria 2. Paſchatis, cum campanarum ad veſperas pulſu, unde *veſperæ ſiculæ*, appellatur, nulli parcitum agnato, cognatoque ſanguini, nulli dignitati, vel ætati, immo quod crudeliſſimum, prægnantes ex Gallis fœminæ ſectæ, ne quid ſeminis Gallici in Sicilia ſupereſſet. Ultionem hanc quidam volunt, Conradini Suevi, & Friderici Auſtriaci crudeliter in Sicilia enſe Carnificis peremptorum; Conſcius certe, ſi non Author fuiſſe, videtur Petrus Aragoniæ Rex, claſſe Siciliam occupans, atque in fidem recipiens, Martino Papa fruſtra fulminibus intonante (ut V. Chr. Salisb. ubi excom. adſertur) & Gallos ad vindictam incitante. *Veſperæ Siculæ.*

Rudolphus Cæſar, triſte etiam hoc an. fatum patiebatur, cum enim expugnaret ad Rhenum prædonum & obſtinacium Procerum ac Urbium propugnacula, & Oppenheimii diutius moraretur, Hartmannus Filius 18. an. Juvenis, deſignatus Alſatiæ Langravius, & Regiæ Principis Angliæ Sponſus, Patrem viſitaturus, cum compluribus nobilibus adoleſcentibus apud infer. Turgojam proxime Rheinaviam, navi Rhenum trajicere parabat, at ecce! dum nautæ bene poti dormirent, Cymba dumetis ripæ infeliciter inflexa, ſubito inverſa eſt, & Regium Juvenem cum Sociis Rheno immerſit, quem dein mæſtus Pa- *Hartmannus Filius Rudolphi merſus.*

Welf. Styra & Lincium sunt Austr.

juge Mathilde reconciliatus, pacem ea lege admisit, ut *Welsium*, *Styram*, *Lincium* aliaque Oppida pignori data non redhibita, quam Rudolpho mutuatus erat, pecunia, anno 1276. redderet, & quamvis Henricus Bavarus an seq. denuo ad partes Ottocari declinaret, pax tamen redintegrata eo pacto, ut Bavarus militem suppeditaret, si Bohemi quid tentarent, vicissim dotis Nomine Ottoni Filio Henrici Rudolphi genero *Neoburgum*, *Schardinga*, *Freustad*, aliaque Oppida vicina data.

Discordia inter Duc. Bav. & Archiepisc. Salisb.

Tandem iter suum aggressus, versus Franconiam, & ad partes Rheni abiit, & mox inter Fridericum Salzburg. Archiep. & Henricum Bavariæ Ducem discordia exarsit, hic adversus Cæsarem, nunquam æquo satis animo, aut studio fuit, ille contra Cæsari & Imperio unice addictus, quotquot alterutri adversabantur, hostes habuit; fomitem discordiæ suppeditavit Hornekio teste, Baltramus Vatzo, olim Consul Viennensis, ac Ottocaro, Bohemisque addictissimus uti an. 1278. ostensum, hic plura in Rudolphum machinabatur, & forte Chunringios aliosque Austriæ proceres concitabat, inde a Cæsare pulsus, ab Henrico Bavaro receptus, ac arci Carlstein præfectus fuit, ex qua arce, cum ditiones Salisburgenses continuo excursionibus gravaret, ab Archiepiscopo per interdictum & Imperii authoritatem cohiberi non potuit, quia Bavarum tutorem habuit, unde mense Novembri a *Friderico Salzburg.* Archiep. apud *Salzburgam Concilium celebratur* teste Chron. *Salzburg.* eo in Concilio deliberatum, quid factu opus esset; Aderant Episcopi Frisingensis, Ratisbon. Patav. Brixinens. Chiemensis, Seccov. Lavant. an Gurcensis adfuerit, dubito, vix enim a legatione sua an. priore, vel ut alii, hujus initio in Siciliam cum Clementia Rudolphi Filia, & Caroli siculi sponsa suscepta rediisse videtur; in Collect. Concil. apud Labbeum, & Harduinum Præsulum præsentium nomina obscure referuntur, & mendose: Nam *Hanno*, *Wilhelmus Thimon*, quos hi collectores, Episcopos referunt, nullus in his sedibus hocce reperitur tempore Episcopus.

Paltramus Consil. Viennen. rebell. expulsus dein Præf. in Carlstein Bav.

Salzburg. Conc.

Bern. Episc. Seccov. res.

Bernardus Seccov. Episc. finem rei prudentius meditatus, vehementi apud Archiep. intercessione, & potenti apud Henr. Bavar. suasione effecit, ne diræ communes in Bavarum conjicerentur, effecitque, ut Henricus rerum præteritarum emendationem sponderet ita, ut si quid posthac excederet, e trium virorum sententia se anathemati subjiceret, de Baltramo quid statutum sit? non invenio; hunc Authorem ex parte fuisse Chronici illius Vienn. quod communi ori Baltrami Vatzonis Consulis Vienn. fertur, censeo ex iis, quæ vir Cl. Hier. Pez in Annot. ad id Chron. tom. I. col. 704. &c. adducit.

Paltram. Consil. Vienn. Author. Chron.

Consulebatur in hac Synodo, etiam disciplinæ pariter, & moribus: statuta Synodi 18. erant, quæ adfert Author Germ. Sacræ tom. I. col. 391.

Præcepta præterea observantia Canonum Conc. Lugdun. renovata statuta guidonis Cardin. in Synodo Vienn. quæ decreta Synodalia mense Novembri an. 1281. edita, Codex Membraneus in fol. Biblioth. Campilil. manu Sæculi XIV. descripta 28. paginis servat.

De

dum: Senſus admodum obſcurus eſt, nec colligi poteſt, quænam bona Voravienſibus ceſſerint via commutationis.

Pergit vero idem Chron. Vorav. ad hunc an. *Idem Præpoſitus Bernhardus, a Chunegunde de Lonsberg quædam bona in Tubupircben* (ſeu *Sibenpircben* infra Hartberg) *apud Hochenwarth comparavit*, bona hæc Collegium Vorav. hodie adhuc poſſidet; Chunegundes hæc Vidua erat Ottonis de Lansperch, Soror *Ottonis de Pernek*, benefica etiam Göſſenſibus, ut an. 1260. dixi, pergit idem Chron. Vorav. *Idem Bernhardus confecit vitrum unum in Choro verſus S. Joannem, tandem poſt, multis hujus Monaſterii fatigiis* (ſupple toleratis) *humano labori ab hac vita die poſt S. Eliſabethæ finem dedit. Succeſſit ei Conradus II. hujus nominis Præpoſitus*: Obiit proin Bernardus III. die 20. Nov. qui proin in Necrol. Seccov. & Admont. ad 24. Nov. defunctus legitur, Bernard. Præp. Vorav. h. nom. ſecundus erat, an. circiter 1237. mortuus ut ibidem oſtendi.

Lonſperg de Chuneg. & Otto. *Perneb de Otto.* *Bernard III. Præpoſ. Vorav. obit.* *Succ. Conrad. II. Com. Salisb.*

Succeſſor ejus Conradus II. etiam Canonicus Metropol. Capituli Salisburg. fuit, id docet idem Chron. Vorav. magna cum laude eum memorans ita: *Conradus II. Salzburg. Eccleſiæ olim Canonicus, & Natione Salisburg. hic multa bona fecit, in Vorav, multos libros comparavit, & conſcribi fecit, Eccleſiam a Choro uſque ad finem texit, & Capellam S. Michaelis conſtruxit, & conſecrari fecit, hic etiam auri ſeu Argenti fodinis ditatus fuit, & reliquit poſt obitum ſuum mille libras denariorum Viennenſium.* Plura ejus acta per decurſum occurrent.

Ejus laus. *Eccl. Vorav. teſtudine tecta.* *S. Michaelis Capella ibid.* *Auriſodinæ Vorav.*

Synodum Aquilejæ 14. Dec. celebravit Raymundus Patriarcha pro reform. morum, cujus ſaluberrima ſtatuta refert de Rubeis cap. 79. a f. 791. ad 794. & f. 770.

Aquil. Synod.

Wiccardo Epiſcopo Patav. 16. Kal. Jan. def. ſucceſſit *M. Gottfridus Rudolphi Cæſar. Protonotarius, & Præpoſitus Patav.* 10. Febr. an. ſeq. Electus.

Wiccardo Ep. Patav. Succeſſ. Godefridus.

Nova jam epocha Ducatus Styriæ eſt conſtituenda, eaque glorioſiſſima, quia ab Habſpurgicis Principibus derivanda, in iisque poſt hæc continuanda: Sed utinam epocha hæc tam certa eſſet, quam Alberti ſucceſſio, variant enim Oppido ſcriptores in deſignandis Comitiis Auguſtanis, in quibus Dux Styriæ declaratus eſt Albertus; Albertus Argentin. Diem & conſulem omiſit, Henricus ſtero apud Freherum, mortem Annæ Auguſtæ male cum initiis Ducatus in Alberto conjunxit, Chronica Auſtralis an. hunc Comitiis Auguſtanis præfixit, & menſem Decembrem. Nauclerus Chronogr. Vol. 2. generat. 43. pag. 969. ad hunc etiam an. & ante Nativit. Domini hanc Curiam reponit. Idem habet Trithemius in Chron. Hirſaug. Annal. Colmarienſes, Mutius in Chron Germ. Gerardus de Roo, anni hujus initium, & Hornekius anni alterius primordia ſtatuit dicens: am Prechtag ſive Pestichtag id eſt *Epiphan. Domin.* Chronicon, Salisburg. annum præced. ſeu 1181. Mellicenſe an. 1282. Clauſtroneob. 1283. Annonymus vero Leobienſis, peſſime an. 1286. ſanxit.

Auguſtana Comitia in quibus Albertus Dux Styriæ.

Has inter Authorum diſcrepantes ſententias, cenſeo probabilius Comitia Auguſtana & denominationem novi Ducis Styriæ Alberti, hoc an. & quidem, vel ipſo feſto Nativit. Domin. vel circa, factam

ter Baſileæ ad Matrem Auguſtam & Fratrem Carolum cultu Regio ſepeliri juſſit, ita Annal. Colmar. Albertus Argentin. Anonymus Leob. &c. licet ad annos diverſos: Chartæ tamen publicæ an. pr. adductæ vivum eo an. Hartmannum oſtendunt.

Herburgis Ab. Göſſ. obit. Herburgis Abbatiſſa Göſſ. Ordine XIII. prioris anni fine vel hujus initio obiverit, contra Catal. Göſſ. qui ei an. 1279. poſtremum figere videtur, eam vixiſſe priore an. oſtendit, Dipl. Göſſ. 64. datum 5. non. Octobr.) in quo ea adhuc, ut viva, refertur; obierit ergo vel an. pr. poſt 5. non. Octobr. vel hoc anno 3. nonas Julii, ut mox dicam; hæc quidem ſatis clara eſſent, unicum Dipl. Göſſ. 66. datum an. 1283. pridie non. Aprilis, ſeu 4. April. obſtat, in qua Herburgis Abb. velut adhuc vivæ fit mentio, ſed notum eſt Diplomatum ſcrutatoribus, Diplomata & litteras Actorum teſtes, non continuo, ut res Geſtæ ſunt, ſed plurium etiam menſium intervallo emanaſſe, quod proin hic locum habere credo, ita, ut venditio Curiæ illius in Milbach ad Eccleſ. Göſſ. facta an. priore vivente adhuc Herburge contigerit, Diploma vero deſuper hoc an. factum ſit mortua jam Herburge, ut proin a Notario rei ignaro & Herburgim vivam opinante, res prout Geſta, relata fuerit in Diplom. & annus non actæ rei, ſed dati, emanati diplomatis adjectus, quod ſæpius factum tomo I. oſtendi.

Antea fuit Monacha Admontenſis. Diem obitus Herburgis notat Necrol. Admont. his verbis 3. *non. Julii Herburch Abbatiſſa Gœſſe, Monacha noſtræ Congregationis*, proin obiit 5. Julii an. 1282. cui Offena ſeu Euphemia ſucceſſit, porro Herburch in Necrol. Admont. vocatur *Monacha Congregationis noſtræ*, ſeu *Admontenſis* unde ex Monaſt Monialium Admont. in Göſſ. poſtulata videtur, cum cæteroquin nulla Abbat. Göſſ. in Necrol. Admont. referatur, & dum aliæ aliorum Monaſter. Abbatiſſæ memorantur, nullibi addatur *Monacha noſtræ Congr.*

Offena ſeu Euphemia Abbat. XIV.

Göſſ. reſ. Ebrnvels de Henr. Herburgis obitum a 3. non. Julii non removet Diplom. Göſſ. 65. hujus anni, in quo a *D. Henrico de Ebrnvels* varia bona Göſſenſi Monaſt. per modum teſtamenti donantur, quamvis enim eo in Dipl. dato hoc an. Kal. Octob Herburgis adhuc Abbat. vocetur, Diploma tamen per ly, *tunc Abbatiſſa* indicat. rem hanc antea viva Herburge factam, ea vero mortua primo in acta relatam fuiſſe V. pl. Dipl. mea in fine n. 183.

Hausbach de Henric. Seccov. reſ. Heinburch de Ulr. & Agnes. Gyr. reſ. Eodem circiter tempore ſeu 5. Kal. Octobr. *Henricus Pincerna de Hausbach* ceſſit litem Seccov. intentatam de vineis in Rotengrueb in nova civit. V. Dipl. in fine, num. 184. Gyrienſibus *Ulricus & Agnes de Heynburch* donationem an. 1279. factam confirmavere, & jus montanum adjecere V. Dipl. in fine num. 185.

Vorav. & Admont. reſ. Canoniæ Vorav. res memorat Chron. MS. Domeſt. his verbis, *Anno 1282. Vener. Præpoſitus una cum Conventu, pacto commutationis formato inter Abbatem Henricum & Admontenſem Conventum quod ipſius ſuper 2. huebis, quarum quælibet ſolvit dimidiam marcam denariorum uſualis monetæ, & inſuper unam aream ibidem ſolventem 20. denarios, pro quibus redditibus ipſis a Monaſterio Vorav. tradita eſt, una hueba ſolvens 6. ſolidos denariorum ſita in Parochia Trophyæ* (Travejach) *in interiore monte apud S. Oſwaldum;*

LIBER VII.

Styria ſub Ducibus Habſpurgico-Auſtriacis Alberto I. & Friderico III.

ANNO 1283.

Indict. 2. Martini IV. P. III. Rudolphi I. Imper. XI. Albert. I. Duc. Styr. I.

Annus hic faſtis Styriæ lætiore omine conſignari non potuiſſet, quam regimine Alberti, utpote a quo magnus ille felixque Habſpurgicorum ſæculorum ordo initium cæpit: inde enim & Patriæ noſtræ pax ac tranquillitas, & imperturbata auguſtiſſimorum poſthac fere ſemper principum ſucceſſio uno quaſi filo continuata fuit. *Habſpurgici regiminis origo.*

Rudolphus Imperator pacem Germaniæ optatiſſimam reddidit, & turbulentiorem præ cæteris Wirtembergæ Ducem ſeu Comitem Ulricum ad Officium redegit, S. Galli Abbatem Wilhelmum de Monte forti, per Albertum Filium Ducem anno jam præced. ad veniam rogandam compulit, hoc vero anno Albertus utriusque Ducatus poſſeſſionem adiit, illuc a patre dimiſſus cum *Hermanno de Landenberg* & *Eberhardo de Walſee* Suevo utroque, & utroque prudentia, ætate, ac fide ſumme conſpicuo, ex Auſtriacis Dominos *de Meiſſau*, *de Capella*, *de Lengenbach*, & *de Puecheim* ſecreto Alberti conſilio ab Aug. Patre deputatos narrant Chron. Zwetl. Campilil. MS. aliaque. *Rudolfi I. Imp. res.* *Alberti Duc. Acta.* *Styr. & Auſtr. regimen adit.* *Landenberg de Hermann, Walſee de Eberhard, de Meiſſau, de Capella, de Lengenbach, de Puecheim Conſiliarii Alberti.*

Illuſtr. Baro Streunius in Annal. Auſtr. Super. narrat, novum Ducem Albertum ab utriusque Ducatus Provincialibus ſummo honore fuiſſe exceptum, quæ res Rudolpho Aug. adeo placuit, ut Privilegia Auſtriæ & Styriæ ab anterioribus Cæſaribus conceſſa conceptis plene verbis confirmaret.

Solennem Alberti Ducis in Styriam ingreſſum reticet Author Hiſtor. Styriæ in Calendar. Græc. anno hoc 1765. impreſſæ, ſolumque refert eum, quo Rudolphus Imp. cum Alberto & Hartmanno ac Clementia Filia, an. 1280. Styriam ſubiit, de quo eod. anno dictum; interim Albertum Ducem in Styriam veniſſe, manifeſtum reddunt duo Diplomata, unum Gyrienſe Ordine 10. apud Frœlich. Diplom. Styriæ parte II. quo *Albertus Dux Auſtriæ & Styriæ Dominus Carnioliæ, Marchiæ, & Portus Naonis* Diploma Leopoldi glorioſi Ducis inter Gyrienſia num. 2. relatum confirmat, & quidem Muræponti exiſtens, *datum* enim eſt Diploma *apud Prukham an. Dom. milleſ. ducent. octog. tertio* 5. *Kal. Aug.* Diploma hoc extat Græcii in Convictorum Collegio, in eoque *Emgo Procurator Conventus Gyrienſis* legitur; alterum Diploma eſt Admontenſe, quo idem Albertus in *Chindeberch*, ſeu hodie *Kimberg Henrico Abbati de Admont. Kal. Auguſti* omnia jura & Præſertim a Rudolpho parente collata, confirmat, ex quibus proin Albertus hoc anno in Styriam veniſſe manifeſte colligitur. *Albert. Dux in Styriam venit.* *Muræponti menſe Julio exiſtit.* *Gyrienſ. res.* *Albertus Dux in Kimberg 1. Aug.*

fuisse: rationes suadentes sunt Diplomata varia, & quidem litteræ ipsius Rudolphi feudales pro Filiis *datæ in Augusta per manum Gotfridi Præpos. Patav. Protonotarii sexto, Kal Jan. seu 27. Decemb. Indict. XI. an. Dom. Millesimo ducent. octogesimo secundo, Regni anno X.* Hæ litteræ prostant in Archivio Reg. Vindobon. in der Vorleif. Königl. Beantwortung auf die Bayrische Ausführung part. II. instrum. p. 116. sub num. 52. præterea in repertorio Austriaco MS. p. I. f. 1. ad 7. adferuntur litteræ Consensus Electorum Germaniæ, ut feuda Austriæ, & Styriæ &c. conferre Filiis posset, omnes scriptæ hoc an. *Wernheri Mogunt. X. Kal. Octobr. Henrici Trevir. X. Kal. Octob. Sigefridi Colon. die S. Jacobi, Ludov. Palat. Rheni, & Joannis Saxon. Ducis II. Kal. Sept. uti & Ottonis March. Brandeburg.*

Ajunt vero his in litteris Electores citati (excepto Sigefrido Colon. qui Terras non nominat) se consentire, ut Filiis conferantur Ducatus *Austriæ, Styriæ, Karinthiæ, cum Carniolia, Marchia* (proin Vindorum, & distincta a Carniolia) *& Portu Naonis*, unde 1. colligit P. Erasmus Frœlich Archontol. Ducatus Carinth. part. I. f. 86. Rudolphum Cæsarem Filiis suis *Alberto & Rudolpho* contulisse cum Austria, & Styria *Carinthiam*, sed excepisse possessionem, cum reservato post liminii jure, destinato jam Com. Mainhardo, cui an. 1289. Carinthiam obtulit. Hinc in Diplom. Collativo horum feudorum supra cit. nulla *Carinthiæ* Filiis collatæ mentio facta est: Diploma exstat in Tabulario Cæsareo Viennæ. 2. ex eo, quod Rudolphus Cæsar, Filiis suis Alberto & Rudolpho, hæc feuda Contulerit, binos tamen Duces non imposuit, nam Rudolphus substitutus est sólum hæres, & Dux, in casu, quo Albertus cum progenie sua deficeret, ita habet clarissime cit. superius die vollständige Königl. Beantwortung p. 240. & seq. contra Lambecium docentem, Rudolpho Juniori Fratri dimidiam Austriam fuisse donatam.

Carinthiæ Dux an Factus Albertus.

Quomodo hæ Terræ Collatæ Rudolpho.

Reverendissimus Hergottus Geneal. Diplomat. Domus Habspurg. tom. III. p. 507. & Monum. Austr. tom. I. p. 216. bina adfert documenta, in quibus Albertus an. 1282. die 29. Jan. & 29. Julii Dux appellatur; sed hisce Diplom. vel unitas addenda erit, vel minus proprie id scriptum, vel denique Albertus Dux antea renunciatus, quam Diploma in Comitiis August. evulgaretur, vel certo Diplomata hæc, de rebus 29. Jan. & 29. Julii Gestis, dein primum emanaverunt, cum Dux jam esset Albertus.

Epocham itaque Austriaco-Habspurgici regiminis in Styria cum anno 1283. inchoo, atque ulterius deduco.

Arma oppoſuit armis Henricus Bavarus ad Cellam uſque pro- *Pax ſit.*
greſſus, ac Schardinga probe munita, Filium Ottonem in Auſtriam abire juſſit, veruntamen Ottonis Ratisbon: & Godefridi Patav. Epiſc. item Mainhardi Com. Tyrol. ope concordia eſt effecta, ita, ut Henricus dotem redderet, belli ſumptus 100. marcis compenſaret, qui prior deinceps bellum inchoaret, 500. libras argenti in pœnam penderet; quæſtione juris in Ludovicum Electorem Palatinum rejecta, qui poſtea ad votum Alberti Ducis cuncta reſolvit, ita Chron. Auſtr. Anonymi Leobienſ. Andreæ Presbyt. Ratisbon. &c.

Hæc concordia menſis Martii fine facta fuiſſe videtur, utpote *Godefrid. Ep. Ratisbonenſis.*
quo *Godefridus Rudolphi Regis Ptotonotarius* anni hujus Febr. 10. Electus eſt Patav. Epiſc. ac pridie nonas Martii Sacerdos, deinj nonis Martii Epiſcopus eſt conſecratus, uti nos docet Andreas Presbyter Ratiſbon. his verbis: *Gotfridus Patavienſis, & Leopoldus Seccov. Eccleſiarum Electi pridie Nonas Martii Sacerdotes - - - Ordinantur in Salzburg. Eccleſia, & ſequenti Dominica* id eſt ipſis *Nonis* ſeu 7. *Martii a D. Friderico Salzburg. Archiepiſc. conſecrantur*, quæ, miror in Chron. Salisburgenſi fuiſſe Omiſſa. *Leopold. Epiſc. Secc. antea Parochus in Vagan & Vicedomin. Leibnia.*

Bernardi Epiſcopi 4. Seccov. obitum Necrologium Seccovienſe ad 13. Kal. Februarii, Runenſe & Admontenſe ad 14. Kal. Februarii, refert, ſucceſſit ei mox *Leopoldus* antea *Parochus in Vogan* Styriæ & *Vicedominus Leibnizenſis*, Subrogatus a Friderico Salisburg. Archiep. qui *Seccov. rer.*
tertia die Martii ſeu Nonas ejusdem menſis nondum conſecratus ad inſtantiam Friderici Salisburg. procurationem 6 hebdomadarum a Capitulo Seccov debitam eidem remiſit, ac renuntiavit, qua de re plura in fine ad Diploma 187.

Bernardo Epiſc. Seccov. 20 Jan. defuncto ſucceſſit teſte Catal. Epiſc. Seccov. *Leopoldus I. Epiſc. Seccov.* V. antequam de hoc quidpiam memorem, ex cit. Catal. ea recenſeo, quæ de Bernardo adhuc adducuntur: *Bernhardus Epiſc.* ait: *ad mandatum Frider. Archiep. Salisb. & Ottocari Regis Bohemiæ, Eccleſiam Parochialem in Kirchberg, in Conventualem erigit. Legitur inter teſtes ſubſcriptus feudalibus litteris Regis Rudolphi ad ſuos Filios Albertum & Rudolphum. Dat. Auguſtæ Kal. Jan. 1282. ſenio fractus obiit an. & die ut ſupra ita noſtrum Necrol. cui æquali Caractere additum eſt: IV. Id. April. Adelheit Converſa de Nivvenberch Soror Epiſcop. Wernhardi.*

V. Epiſcopus *Leopoldus I. ab Archiep. Friderico 7. Martii incidente in Dominicam, Salisburgi conſecratur an. 1283. obiit apoplexia tactus Judenburgi in itinere verſus Friſacum die 16. Decembr. 1291. Funus Seccovium deductum, ibique ab ipſo Archiepiſcopo, Henrico Brixinenſi, & Laventino Epiſcopis, qui Friſaco Judenburgum contendebant, ſupremis Cæremoniis eſt compoſitum. Legitur: Leopoldum fuiſſe Vicedominum in Leibniz, ſubin fuiſſe ab Henr. Epiſc. Ratisbon. in Metropoli Salisb. pridie non. Martii in Sacerdotem ordinatum, & ſeq. Dominica conſecratum. Item fuiſſe prius Parochum in Vogan infer. Styriæ. Hæc aliis inquirenda relinquimus* ita Catal. cit.

Nec minus favit Seccovienſibus Canonicis *Otto de Liechtenſtein Judex Styriæ Provincialis*, dum Ortolfo Præp. & Conventui Seccov. *contra Fratres de Maſſenberch* litem de prædiis in Feiſtriz prope Prank ad- *Liechtenſtein de Otto. Græc. Comitis.*

Henric. Abb. Admont. ſcriba Styriæ.

Hoc in Diplomate *Henricus Abbas ſcriba Provincialis* vocatur, quod, quomodo intelligendum ſit? cum eod. hoc an. 5. *nonas Martii Chunradus de Tulna ſcriba Styriæ* vocetur, vide in Annot. Dipl. 186.

Albert. Dux Græcii homagium recipit.

Non dubito, Albertum Græcii hoc anno obſequium fidelitatis a Provincialibus Styris more aliorum principum recepiſſe, indeque Græcio Prukkam ſeu Muræpontum perveniſſe, atque per Kimberg in Auſtriam remeaſſe, quamvis vero documenta id evincentia non adſint, ſuſpicio tamen gravis ex binis his Diplomatibus, ac more aliorum Ducum deſumitur, Albertum homagii recipiendi cauſa in Styriam veniſſe.

Styriæ Privilegia confirmant.

Rudolphum Imper. confirmaſſe Privilegia Auſtriæ & Styriæ docet idem Baro Streunius, & Diploma confirmationis extenſo tenore referunt D. Lunich in Reichs Archiv parte ſpeciali de Auſtria pag. 9. & ex eo die vollſtändige königl. Beantwortung der Chur-Bayriſchen Ausführung pag. 171. not. C.

De Privilegiis Styrorum dubium non habeo, novimus enim ex ſupra dictis an. 1277. & ad Diplom. mea n. 168. Rudolpum 1. Aug. Styris id dediſſe Privilegium, ut deficiente (eo tempore, quo plures de Ducatu Styriæ contendebant) ſerie ſuorum Ducum ille Styris Dux ab Imperio detur, quem major & ſanior pars Miniſterialium Styriæ duxerit idoneum, nec eis invitis Dux aliquis obtrudatur; aſt hoc ipſum Privilegium jam antea a Frider. II. Imper. Styris datum docet Author MS. Chronici Styriæ; & ſane Privilegia Styriæ ſeu Steuriſches Land-Handveſt f. 9. Privilegium Frider. 2. Aug. de an. 1237. adferunt, in quo eadem omnino Privilegia conferuntur a Frider. 2. Aug. quæ dein a Rudolpho I. an. 1277. aſſumpta, ſicque confirmata fuere.

Auſtr. Privil.

Privilegia Auſtriacorum a Rudolpho I. confirmata quod attinet, omnino miror, in eis Julii Cæſaris & Neronis litteras (quas dudum jam exploſere eruditi) commemorari; præterea varia inibi dubia occurrunt, etenim *Henricus Jaſomirgott* primus Dux Auſtriæ, vocatur der groſſe Fürſt. *Leopoldus* VII. ad an. 1228. der frume Leopold. demum *Fridericus bellicoſus* ad an. 1240. prædicatur der forchtſame Fürſt, de quibus plura apud Auſt. reperies.

Bavariæ Bellum.

Novo Duci Alberto uti prima cura erat Ducatus ſuos inviolatos conſervare, ita paulo poſt ſuum in Styriam adventum, primi Belli occaſio ex vicino Bavariæ Duce Henrico enaſcebatur; Jam an. 1281. dictum eſt, Henricum hunc a Cæſare in pœnam, quod Ottocari Bohemi turbas ſemel iterumque foviſſet, ad Auſtriam ſuperiorem, quam pignori obligatam tenebat, cum debiti jactura reddendam damnatum fuiſſe; condictum præterea, ut ſi Filii ſui Ottonis Uxor Catharina Alberti Soror ſine liberis obiret, urbes illæ ad ænum, quas ei dotis loco attulerat, rurſum Auſtriæ accederent, jam vero obiit improlis hoc vel ſuper: anno Catharina, unde monitus de reſtituendis urbibus dotalibus, & Auſtria etiam ſuperiore, cum negligens eſſet ac moraretur, duraque vel dubia verba redderet Henricus Bojus, bellum ei indictum, & fœdere cum Salisburg. Archiep. facto, ſocius exercitus ad Welſam Oppidum eſt perductus; Chronogr. Leobienſis bellum commotum teſtatur pro Caſtris Scharding & Vilshofen.

Arma

venerit Admontenſibus ignoro? unus inſer. Styr. Bar. de Rämſchisl, alter eſt Com. de Gäller.

Occaſione hujus itineris Albertum Ducem noſtrum Judenburgum etiam abiiſſe arbitror, hyemem ac anni hujus initium in Oppido Friſaco exigebat Fridericus II. Archiep. Salisburg. oportunam inde occaſionem capiendis ex eo feudis ſe nactum fuiſſe gaudebat Dux Albertus, admonuit Fridericum, adeſſe ſe Judenburgi, amice ſimul percontatus, vellet juberet ſe Friſacum venire, an ipſe mallet hoſpitalis officii ſibi copiam facere Judenburgi? occupavit antiſtes, ſeque Duci ſtitit, & quæ petebantur impertiit; ibi ſeu Judenburgi renovatum, quod nuper cum Rege Rudolpho conceptum fuerat, pactum, ut probonis fiduciariis cunctis, quæ per mortem Friderici Babenberg. poſtremi ad Eccleſiam reciderant, *medium vectigal in Rottenman & Lutenverd in marchia* cederet Eccleſiæ Salisburgenſi.

Albertus Dux Judenburgi & Frider. Archiep. Salisburg.

Rottenman, & Luetenberg in marchia datur Eccl. Salisburg.

Inde ambo Dux & antiſtes ad ſtationem ſuam redierunt, antiſtes brevi poſt Friſaci moriturus, Dux inde Judenburgo Viennam abiturus, Viennæ extitiſſe Albertum Ducem XIV. Kal. April. eoque die pro defenſione Henrici Abbatis Aomont. contra eos, quos in rebus officii tanquam ſcriba Provincialis Styriæ offenderat, edidiſſe Diploma, certum eſt ex Diplom. Styr. P. Frœlich tom. II. f. 230. inter Dipl. Admont. n. 15. offendiſſe Abbatem, & damno fuiſſe pluribus etiam Styriæ Provincialibus manifeſtat Diploma Adment. 16. loco cit. etenim in eo *Otto de Pernek* & *Duringus de Styra* teſtantur, ſe omnia damna, quæ ob expugnatum Caſtrum Pernek, ab Henrico Abbate & ſcriba Styriæ fuerant perpeſſi, non ſolum æquo animo ferre, ſed etiam omne jus regreſſus in futurum plene remittere, *Actum apud Friſacum III. Nonas Octobr. an. Dom. MCCLXXXIV. Indict. XII.* teſtibus *Ulrico de Capella, Ottone de Liechtenſtein &c.*

Albertus Dux Viennæ.

Henr. Abbatis Admont. ut ſcribæ Provincial. acta.

Perneck de Otto & Caſtrum Styra de Duringus.

Pernek Caſtrum hoc, probabilius avitum antiquiſſimæ hujus Familiæ (de qua V. not. ad Diplom. 43 hujus tomi in fine) in Styria Super. ſitum, hodieque Comitibus de Leslie obnoxium fuiſſe arbitror, quoniam Domini de Pernek plurima prædia in Styria Superiore poſſederunt, ut ex Genealogia eorum in fine ad Dipl. 43. patebit.

Inter ſubſcriptos horum diplomatum teſtes occurrunt *Otto de Liechtenſtein* & *Ulricus de Capella*, huic teſte Prevenhuebero eod. hoc an. *Eberhardus I. de Walſee* in officio Prætoris ſeu Capitanei ad Anaſum, qui primus ſuæ gentis circa an. 1276. cum Rudolpho I. Habspurgico in terras has deductus, dein Alberti Filii intimo & arcano conſilio eſt adjunctus, de hoc Albertus Argent: in ſua Chronica fol. 161. habet: *reliquit autem Filio ſuo Duci Alberto Rudolphus multos ſuevos in Vienna, quorum unus de Walſee, cujus liberi propter eorum virtutem conſtantiæ ditiſſimi ſunt effecti, ita quod, qui per pedes venerunt in Auſtriam, poſtea decem millia marcarum reditus habuerunt.* Fundator fuit PP. Franciſcan. Lincii, in cujus monumento ſepulchrali ſequentia leguntur: *Anno Domini MCCLXXXVIII. obiit Dominus Eberhardus de Walſee Pater ſenior omnium Dominorum hic ſepultus.*

Liechtenſtein de Otto Capella de Ulricus.

Walſee de Eberhar. I. primus hujus Familiæ in Auſtria.

Hoc vel certe ſeq. anno cum populatoribus Hungaris jam Auſtriæ jam Styriæ infeſtis certandum erat Alberto Duci noſtro; Styris primus

judicavit in Conventu generali Græcy habito, qua de re pluribus in Annot. Diplom. 188.

Wildon de Hertnid. Epiſc. Gurc. *Antea par. in Pöls.*

Gurcenſi Eccleſiæ ſuo Paſtore viduatæ eodem hoc anno Fridericus Archiep. Salisburg. præfecit Epiſcopum *Hertnidum de Wildon*, antea *Plebanum in Pöls* Styriæ Superioris, qui an 1292. Diplomati cuidam ſupſcripſit, ut eo anno dicetur pluribus. Megiſerus eum *Plebanum in Wels* fuiſſe docuit, error forte amanuenſis intervenerit; V. plura tom. I. Annot. Diplom. 53.

Milbach de Liebhard.

Inter res Styriæ hujus anni ennumeranda eſt etiam venditio curiæ in Milbach, quam *Liebhardus de Milbach proprius S. Mariæ de Göſſe* vendidit Eccleſiæ Göſſenſi, uti Diplom. Göſſ. 66. videndum. *Datum & actum in S. Vito in Karinthia.*

Græcii Capella S. Cuneg. in Leeb ampliatur. *Teuton. Græc. & Ad S. Dominic. rct.*

Græcii interea, cum *Capella B. Chunegundis, S. Catharinæ, & B. Margarethæ* Salzburg. Diæceſis a Fratribus Ordinis Teutonicorum majorem in molem extrui inchoaretur, eleemoſynas ad ſtructuram conferentibus indulgentias conceſſit Romualdus Archiep. Barienſis 7. Maji, ut V. Diploma Teuton. Græcenſ. 12. in Dipl. Styriæ p. II. f. 191. Dixi Capellam majorem in molem hoc anno ſurrexiſſe, nam an. 1202. jam primum ſtructa eſt, ac an. 1233. Teutonicis collata; eisdem vero Teutonicis a S. Dominicam ſeu Groß-Sonntag *Maezl de Petovia* vineam *in Monte Schiermz*, nempe *in Hermansdorf* Styr. infer. donavit, *actum & datum Petoviæ an. hoc in Vigilia Annunc. S. V. Mariæ Maezlonem* hunc non fuiſſe e dynaſtis Petovienſibus ſed cognomine *Handvolch* dictum, V. ex Diplom. Teuton. S. Dominicæ n. 8. in Diplom. Styr. p. II. f. 213.

Collecta decim. pro Palæſtina. *Solvitur a Seccov.*

Dictum eſt ad an. 1260. metu Tartarorum ingruentium impoſitam eſſe omnibus Eccleſiis penſionem e decimis ſolvendam pro ſubſidio Palæſtinæ, an ea per hos annos continuata fuerit? vel an eandem Seccovienſes Canonici hoc primum anno ſolverint? nullibi expreſſum lego; in Diplom. Styr. p. I. f. 246. Dipl. Seccov. 114. habetur, *Fridericum Abbatem Moſacenſem, collectorem decimarum in ſubſidium Terræ Sanctæ* teſtatum fuiſſe, ab Ortolpho Præp. Seccov. pro totali decima 6. annorum ſolvendas eſſe 600. marcas uſualis monetæ.

An. 1292.

ANNO 1284.

Indict. 12. Martini IV. Papæ IV. Rudolphi I. Imper. XI. Alberti I. Duc. Styr. II.

Albert. Dux Muraponti. *Admont. rec.* *Ainöd loca Styriæ.*

Denuo Patriam noſtram inviſit Dux Albertus, & quidem anno ineunte, etenim 3. Idus Februarii in Pruka ſuper Muram Admontenſi *Abbati Henrico ſcribæ Styriæ tum Provinciali* confirmavit emptionem Curiæ in Ainöd factam, cujus rei teſtes erant *Otto de Liechtenſtein, Ulricus de Capella, Hertnidus de Wildonia Mareſchalus Styriæ, M. Penzo Protonotarius Alberti.* V. Diplom. Styr. P. Frœl. part. 2. f. 230. inter Admont. num. 14. Tria ſunt loca Styriæ Ainöd, unus ad Knitlfeldam Urbem, alter ad fines Carinthiæ infra Linth, tertius in Styria infer. inter Celejam & Vindo-Græcium, quorum quis emptione ob-

yene-

ANNO 1285.

Anno 1285.

Indict. 13. *Honorii IV. Pap. I. Rudolphi I. Imp. XII. Alberti I. Ducis Styr. III.*

S. Lamberti Monaſt. exuſtum.

Dum, teſte Mezgero, Monaſterium S. Lamberti in Styria hoc anno exureretur, pro ſubſidio Terræ Sanctæ continua interim fiebat decimarum collectio, uti enim jam an. 1283. obſervavi, decimæ per 6. annos Paleſtinæ ſeu Terræ Sanctæ deſtinatæ erant; Aliron de Riccardi Canonicus S. Marci Venetiis, & ab Apoſtolica ſede conſtitutus decimarum collector in Diæceſi Salisburg. fatetur Friderico Moſacenſi Abbati a Canonia Seccov. 500. marcas eſſe ſolutas, ſibi vero adhuc eſſe ducentas ſolvendas, ut habet Diploma Seccov. n. 115. apud Frœlich. Dipl. Duc. Styr. p. I. f. 246.

Decimæ pro Terra S.

Seccov. eas ſolvunt.

Viennæ nuptiæ Dietrici Thuringi cum Agnete Tyrol.

Albertus Dux noſter, quin arma in Ibanum Ginſienſem Stringeret, nuptiarum Solennitate impeditus erat, Dietricus Landgravius Thuringiæ, ſolennes Viennæ nuptias celebravit, cum Filia Mainhardi Com. Tyrolenſis Sorore Duciſſæ Auſtriæ teſte Chron. Clauſtroneob. quod nomen ſponſæ expreſſit ſolis litteris Al. Genealogia Com. Mainhardi apud Frœlich. Tab. 6. Geneal. Archontol. Carinth. Agnetem nominat Sororem Duciſſæ Auſtriæ Eliſabethæ Uxoris Alberti I. ſolennitati nuptiali præſentes fuiſſe Epiſcopos Friſingenſem & Seccovienſem, ac Nobiles & Miniſteriales fere cunctos Auſtriæ & Styriæ docet Chronic. Clauſtroneoburg. cit. ab his nuptiis Albertus Auguſtam ad Comitia evocabatur, quibus in Comitiis forte Mainhardus Tyrolenſis Dux Carinthiæ eſt deſignatus, nam eod. Frœlich. teſte in Archontol. Carinth. p. I. f. 87. Albertus Dux Saxoniæ conſenſit, ut Mainhardo Com. Tyrol. conferatur Ducatus Carinthiæ, cum de jure ſuo deceſſerint Duces noſtri Albertus & Rudolfus, idque ab Imp. Rudolpho ipſi petierint, quibus antea Ducatus Carinthiæ (V. an. 1282.) datus fuerat ab Auguſto Parente. Ita Frœlich. cit. ex repertorio Auſtr. part. I. f. 8.

Seccov. Epiſcopi præſent.

Auguſt. Comitia.

Nuptiæ Gutæ Auſtr. cum Wenceslao Rege Boh.

Aderant iisdem Comitiis Legati Bohemiæ Cæſarem rogaturi, ut Wenceslao jam 15. annum egreſſo, Gutha Filia Rudolphi nuper deſponſata traderetur, isque rempublicam tractare poſſet, probata petitione Sponſam Legati Bohemiæ abduxere, quam Albertus & Rudolphus Fratres comitati, Pragæ nuptiali feſto adfuere; teſte Chron. Clauſtroneob. etiam Rudolphus Pater adfuiſſet, ita enim ſcribit: *Eodem anno Dominus R. Rex Romanorum in Egra ſolemniter celebravit nuptias Filiæ ſuæ, quam tradidit Filio D. Otokari piæ recordationis quondam Regis Bohemiæ, quem etiam ibidem in Regem Bohemiæ coronavit.* Si Dubravio fides, tempore harum nuptiarum indies 100. millia hominum honorata ſunt prandio liberali.

De Comitiis Auguſt. obſervatio.

Comitia hæc Auguſtana mihi diſtinquenda videntur a Comitiis Auguſtanis anni ſeq. nam cum Mainhardus Tyrol. hoc an. teſte Frœlichio, deſignatus fuerit Dux, & an. ſeq. primum 1. Febr. Auguſtæ proclamatus, cum hæc Comitia circa ſolſtitium, teſte Chron. Salisb.

Styri ſub Henrico Abbate Admont. cum Hungaris pugnant.

in Hungaros impetus tentandus erat, cum enim Hungari, teſte Hagenio, Ladislaum Regem ſuum non vererentur, plusque Ibano Comiti Ginſienſi Auſtriacis infenſo deferrent, Styria prima eorum furori objecta videbatur. Albertus Dux Henrico Admontenſium Abbati in mandatis dederat, ut muniret limites, & opportunis ſtationibus præſidia collocaret, Henricus vir artium aulicarum peritiſſimus, ad ſupremum in Styria Magiſtratum anhelans, ut arcem gratiæ apud Albertum, & meritorum cumulum obtineret, bello etiam inclareſcere volebat, repente igitur ex Abbate Dux militum effectus, nullius non gloriæ cupidus, agmen centum militum in valle Anaſi lectum Rakerſpurgum copioſum Styriæ Oppidum deducit, cui Hungaros inhiare audiebat; Ibanus Ginſienſis Comes tria ſuorum millia adduxit, occultatis aliis, alii pauco numero ſub muros ſuccedunt, prædisque onuſti lente revertuntur; Henricum Abbatem primo bellicæ gloriæ guſtu ſuccenſum nulla fraudis ſuſpicio ſubierat, atque ut prælii gloriam ſolus referret, *Alotho de Feiſtriz* hujusque ſocio *Seffnero* prælii gerendi aleam occultabat; non expectato itaque limitaneorum horum ſubſidio, cum prætoriana centum militum ſuorum cohorte, in revertentes Hungaros invectus, his quidem frontem obvertentibus, ſed frigide reſiſtentibus, quaſi de fuga magis quam de pugna ſolicitis Dux tyro cum milite in inſidias eſt pertractus; ad periculum Rakerſpurgenſes occurrerunt, ſed non modica clade percuſſi parum auxilii laborantibus attulerunt; Henricus Abbas cum paucis profugus, prope aberat, quin a furente plebe diſcerperetur, niſi ad tutiora ſe abdidiſſet. Ejus diei tyrocinio cautior Abbas *Alotho de Feiſtriz & Seffnero* limites tuendos commiſit. Ita Hagenus de Roo & Haſelbach. Anni ſequentis æſtate majoribus copiis inſtructum rediiſſe Abbatem apud eosdem legò, ſed quidiis actum? non reperio.

Ad Radkerſpurgum.

Feiſtriz de Alatbus Saffner.

Albertus inde prædonis Ginſienſis capeſſendi viam aliam ingreſſus de damno illato apud Ladislaum Regem conqueritur, ut hominem ſibi ſubjectum in officio contineret poſtulat; Rex infirmitatem virium excuſat imparem ſe coercendo Ibano profitetur, decerneret, ut liberet, in graſſatorem publicum Albertus, per ſe cuique integrum fore, ſuas injurias ulciſci; vindictæ cogitationes interruperant nuptiarum Viennæ celebrandarum negotia, de quibus anno ſeq.

Frid. Archiep. Salisb. obit.

Interea Fridericus Archiep. Salisburg Friſaci diem extremum obiit. Hornekius mortuum docet menſe Majo ante diem S. Urbani. Chriſtoph. Jordan. 7. Idus Aprilis, necrologium Admont. 6. Idus April. depoſitum, obiiſſe autem die Paraſceves tunc in 7. Idus ſeu 7. April. incidentem tradit. Succeſſit *Rudolphus Baro de Hochenek*, antea Imperialis Aulæ Cancellarius, quod munus teſte Mabillonio & Pagio olim viri Eccleſiaſtici obierunt.

Rudolphus de Hochenek Succ.

Prædicat Ordo Leobii confirmatur.

Eodem hoc anno, teſte anonymo Leobienſi, *In Capitulo Generali Viennæ confirmatus eſt conventus in Leuben Prædicatoribus a Fratre Joanne totius Ordinis Prædicatorum Magiſtro, & hoc in Feſto Pentecoſtes, cum eodem anno antea in quadrageſima ipſa Domus Fratrum in Leuben a proprio igne omnino eſt exuſta.*

AN-

riæ, omiſſo Colone de Seldenhoven & Henrico Abbate Admontenſi, Præturam Ottonis ſenioris & junioris ad annum uſque 1302, ac dein Wulfingum Stubenbergium inter Prætores refert, cui tamen ſententiæ refragantur Diplomata plura Styriæ, nominatum antea recenſitum.

Colonis de Seldenhoven inter Prætores Styriæ præter Hagenum meminit Author Fauſtor. Campilil. & Germ. Sacr. tom. II. f. 398. qui per ſeſqui annum id muneris geſſiſſe eum docet, quod ſi itaque inter hos referendus eſſet, ante Henricum Admontenſem reponendus foret, & quidem tam brevi temporis intervallo, ut ejus memoria quaſi nulla fuerit; certum mihi proinde, Henricum Abbatem Admontenſem hoc certe anno Capitaneum Styriæ fuiſſe. Hagenus & Haſelbach. Henricum Abbatem jam Capitaneum Styriæ fuiſſe docent, dum cum Hungaris ad Rakerſpurgum incaute confligeret.

Hoc in Diplomate Henricus Abbas vi muneris ſui litem inter Salisburg. Archiep. & Ortolfum Præp. Seccov. de quibusdam bonis decidit in favorem Seccovienſium ex arbitrio 7. virorum delectorum, ut V. pl. in Annot. Dipl. 189. *Seccov. res.*

Interim, ut ait anonymus Leobienſis, *Rex* ſeu Imperator Rudolphus *Curiam, ſicut dudum præſtitit, celebrat in Auguſta, ad quam Principes Electores, ac alii proceres Regni cum nobilibus diverſis convenerunt*, fuſius hæc Comitia deſcribit anonymus cit. aitque in eis Albertum & Rudolphum Filios, cum Mainhardo Com. Tyrol. ſolenniter comparuiſſe; objectum primarium horum comitiorum fuit, Mainhardi Comitis novi Carinthiæ Ducis inauguratio, antea certis ex cauſis ſemper dilata, orationem in Comitiis habitam idem anonymus refert, in eo vero labitur, quod dicat Albertum ſimul Ducem Auſtriæ & Styriæ, Dominum Carnioliæ, Rudolphum vero Ducem Sueviæ deſignatum, cujus contrarium ad an. 1282. oſtendi. *Auguſt. Comitia.* *Mainhard. Tyrol. fit Dux Carynthiæ.*

Comitia hæc Auguſtana *Kalendis Februarii* hujus anni celebrata fuiſſe habetur in Autographo Græcenſi, ſeu Tabulario Aulæ Græcenſis apud Seyrerum Coment. pro Alberto II. pag. 82. quamvis Steyrerus *pridie Kal. Februarii* ea coacta velit, & Andreas Presbyt. Ratisb. in die Epiphaniæ, quo die fors cæpta & Kal. Febr. fuerint abſoluta; notabilia ſunt verba Diplomatis: *Noverit præſens ætas, & futuri temporis ſucceſſiva poſteritas, quod illuſtres Albertus & Rudolphus Duces Auſtriæ & Styriæ, Domini Carnioliæ, Marchiæ, & portus Naonis, Principes & Filii noſtri dilecti, aud Auguſtam in noſtra præſentia conſtituti Celſitudini noſtræ devotis precibus inſtiterunt, quatenus principatum ſeu Ducatum Carinthiæ, quo ipſos jam dudum cum cæteris Ducatibus videlicet Auſtriæ & Styriæ ſupradictis, de conſenſu principum electorum jus in electione Regis Romanorum habentium, inveſtiviſſe rucolimus, in Auguſta in manus noſtras libere reſignatum, Spectabili Viro Meinhardo Comiti Tyrolis & hæridibus ſuis conferre, ac ipſum de eodem ſolemniter inveſtire de regali noſtra clementia dignaremur &c.* *Ad preces Alberti & Rudolphi Ducum.*

Ex his convincitur 1. Error anonymi Leob. ſupra cit. docentis his in Comitiis ſimul Albertum Auſtriæ Ducem, ac Rudolphum Ducem Sueviæ fuiſſe inauguratos. 2. Videmus Rudolphum non Sueviæ Ducem, ſed cum Alberto Ducem Auſtriæ & Styriæ factum,

alia anni seq. 1. Febr. habita fuerint, vix eadem credam, unde post nuptias Dietrici Thuringi cum Agnete Tyrol. Viennæ in Bachanaliis hujus an. celebratas, Augustana Comitia ad solstitium æstivum condicta, atque his finitis nuptiæ Pragenses omni sub solemnitate habitæ fuisse videntur: interim ad res Styriæ parum refert, seu Comitia Augustana hoc an. nulla habita fuerint, seu ad an. seq. cum nuptiis Pragensibus differantur.

Rudolph. Arch. Salisb. Styriam visitat.

Rudolphus Archiep. Salisburg. hoc anno die Pentecostes consecratus, cum Bavaro Duce priorum contentionum inducias fecit, habito desuper in Wechselberg colloquio, mox Carinthiam & Styriam lustravit, Frisaci clientibus suis feuda contulit, Græcii, cum ageret, nuntios obtinuit de incendio *Müldorfensi*, erupisse flammam obscura nocte, Oppidum funditus exustum, de authore non constare, mox novi Nuntii supervenere dicentes, per occasionem incendii Ducem Bavarum copias suas Oppidum immisisse. Archiepiscopus fidem & inducias violatas causatus clientes admonuit, alios ad Opem Ecclesiæ suæ

Turbæ Salisb. & Bavar.

ferendam accendit, propere collecta 200. virorum manu in Bavariam irruit, Salisburgenses omnia obvia in Bavaria prædantur, jamque res proxima decretorio prælio erat, cum Ludovicus Palatinus Henrici Frater rem eo deduxit, ut se arbitro usque ad Festum Purificationis an. seq. uterentur, donec Judex Cæsar in medium consuleret.

Godefr. Episc. Patav. † Succ.

Obiit interea Godefridus Episc. Patav. in octava Paschæ 1. Aprilis. Successit Bernardus aliis Wernherus ex Nobili Familia de Prom-

Bernardus vel Wernherus de Prombach.

bach antea *Archidiaconus, ex parte Danubii Australi, Canonicus Patavien*sis & *Plebanus Wiennensis* vir a mansuetudine & pietate celeberrimus, de cujus rebus præclare gestis plura per decursum. Eodem hoc anno ait Chron. Claustroneob. post Pascha Martino Papæ, Honorium 4. successisse.

Anno 1286.

ANNO 1286.

Indict. 14. Honorii IV. Pap. II. Rudolphi I. Imp. XIII. Alberti I. Ducis Styr. IV.

Henric. Abb. Admont. Prætor 15. Styriæ.

Capitaneum seu Prætorem novum Provinciæ Styriæ, nobis suppeditat Diploma 116. Canoniæ Seccovienſis, in quo *Henricus Abbas Admontensis* se *Capitaneum ac scribam Styriæ ac Anasi* scribit; uti in notis Diplom. 177. dicetur, ad an. 1283. Otto de Liechtenstein præturam

Seldenhofen de Otto an Styriæ Prætor.

Styriæ gessisse videtur, huic Successorem in munere Prætoris Colonem de Seldenhoven statuit Hagenus his verbis: Jn der Zeit waz Herr Ott von Liechtenstain Haubtman in Steyer, der sich alsó hett gehalten in der Haubtmanschafft, daz ihm reich und arm an der Steurmarkh sere lobten; der überpart des Chawin Herzog Albrechten von Oesterreich, daz er ihm von der Haubtmanschafft must nemen, und macht Herrn Cholo von Seldenhofen zu Haubtman, Darnach began der Abt von Admunt zu werben umb die Haubtmanschafft, der darnach ward Landschreiber und auch Haubtman, er bracht auch auf dem Landt viel newnger. MS. Chronicon Styriæ,

ſe Leibnizium conferret ad jus accipiendum, Archiepiſcopus dein judice in ſui locum conſtituto diem dixit Comiti de decimis quibusdam, quas olim Ulricus deceſſor tradiderat, nil obſtante præſcriptionis titulo, Deo & Eccleſiæ reddendum docens, quod præter fas & æquum detractum erat. Diſceptatio hæc fere biennium duravit, cum interea ſuppellectilia Comitis in arce Petovienſi, & quidquid frugum ac cibariorum collegerat, præſidiarii Epiſcopales decoquerent. Demum Styriæ Proceres, quorundam arbitrio, litem omnem ſic componebant: Comes decimas redderet, Archiepiſcopus ei Caſtrum Petovienſe relinqueret, Comes etiam cautione litteraria de injuriis his poſtmodum non committendis ſe obligaret.

Origo diſſenſ. inter Albert. Ducem & Rudolf. Archiep. Salisb. ac Henric. Abb. Admont.

Dixi *Hochenekium quendam Suevum* a Rudolpho Archiep. arci Petovienſi præfectum fuiſſe. Suevorum hoc tempore in terras noſtras immigratio, & evectio ad officia fere primaria, cauſa maxima turbarum fuit; quæ Alberto occaſione Suevorum turbæ acciderint? inferius dicetur, id certum, contentionis ſat acris inter Rudolphum Archiep. & Henricum Abbatem Admont. cauſam Suevos fuiſſe, cum enim Rudolphus Familiam haberet numeroſam e Suevis, hi hoſpitia per vim uſurpabant, veſtes, equos, aliaque in uſum extorquebant, anſaque erant, ut Rudolphus civium ſuorum fundos vectigalibus inſolitis oneraret, ne exceptis quidem Admontenſis Cœnobii ſervitiis, quibus adeo incubabat, ut, quidquid de bonis Admontenſium opportunum eſſet, inde fructum exaggeratum peteret, atque res hæc pomum diſcordiæ inter eosdem fuerat, ut in afferendis invicem incommodis nihil reliquum facerent.

Heunburg de Comes Ulric. & Agnes. Oberburg. Monaſt. res.

Inter Diplomata Cœnobii Oberburgenſis ſub Joanne Abbate refertur etiam apud Frœlich. Diplom. Styr. p. II. f. 283. ex repertorio Auſtriaco MS. p. II. f. 273. charta, qua *Ulricus Comes de Heunburg & Uxor Agnes* reverſales dant *Joanni Abbati in Obernburg*, ſe acceptos fuiſſe ut loci advocatos; ſane teſte Megiſero l. VII. c. 9. Lazio l. VI. de Migr. Gent. Albertus Dux Auſtriæ eodem anno hoc advocatos Monaſterii Obernburgenſis elegit *Udalricum, Andream, & Fridericum Comites de Starcband & Haynburg*, quibus mortuis advocatia tranſiit ad Celejæ Comites velut ſanguine junctos.

Joann. Ab. ib. Starcand & Haynb. de Com. Udalric. Andr. & Frider. Celejn de Comites Advoc. Oberbur.

Communiter ad hunc annum, & Burchardi Abbat. 16. ad S. Lambertum tempora refertur fama prima iconis Thaumaturgæ Cellenſis in Styria ſuperiore; nam latuit prodigioſa hæc icon paucis adhuc nota uſque ad hunc annum, quo Moraviæ marchione Henrico ejusque Uxore Agnete, aliis Chunegunde, paralyſi per triennium fere laborantibus, cum ſubditi ſupplicationem publicam inſtituiſſent, ut per B. V. & S. Wenceslai Patroni Provinciæ interceſſionem ſalutem Principum a Deo impetrarent, D. Wenceslaus per ſomnium Henrico apparuit, Marianam Styriæ Cellam digito indicans, atque exhibita, quæ ibi colebatur, Deiparæ imagine, ut reparatam integre valetudinem huic adſcriberet, debitasque cum conjuge grates rependeret, eundem commonefecit. Excitus ſomno Marchio, & ſanitati plene reſtitutus, cum hoc ipſum ea nocte Agneti contigiſſe perciperet, comprobatam gemino miraculo viſionem admiratur; Sacrum proin iter

B. V. M. Cellenſis miracula prima in Henr. March. Morav. & ejus Uxore.

ita, ut decedente Alberto hujusque linea succederet Rudolphus. 3. Carinthiam an. 1282. Alberto & Rudolpho quidem collatam, ne principe vacaret, possessionem tamen ejus reservatam fuisse jam tunc Mainhardo, ut eod. an. dictum. 4. Probatur mihi denuo sententia priori anno statuta de diversis hujus & præcedentis anni comitiis, quoniam Comitia Augustana hujus anni Kal. Febr. illa prioris anni circa solstitium celebrata videntur.

Salisburg. & Bav. lites compositæ.

Alterum horum comitiorum negotium adducit Chron. Salisburg. hoc anno, nempe concordiam inter duos Fratres Ludovicum & Henricum Palatinos Comites Rheni & Duces Bavariæ, qui 2. annos & 6. menses discordes Terras suas rapina & incendio dissipabant; Andreas Presbyter Ratisbon. renovatam solum docet amicitiam inter Rudolphum Archiep. Salisburg. & Ducem Bavariæ Henricum, de quorum contentionibus an. 1285. dictum, &, ut ait Author Germ. Sacr. tom. II. f. 197. inducta amicitia, atque ad Pentec. Mildorfium restitutum, vel ut ait Hornek a Bavaris desertum, forte hujus contentionis collisi etiam fuerint ambo Fratres, dum Ludovicus Rudolpho Archiep. contra Henricum Fratrem faveret: Vitus Arenpekius, Serlingerus, aliique memorant solum inter Rudolphum Archiep. Salisburg. & Ducem Bavariæ Henricum compositas esse lites.

Mainhardi Duc. Carinth. inaugur.

Mainhardus Dux novus Carinthiæ dein Kal. Septembr. solemni & vetere apud Carinthios more super mensa lapidea prope Ecclesiam S. Petri ad montem Carinthianum *(Karnoburgi)* per rusticum Glasendorfensem dictum *Herzog (aut Edlinger)* inauguratus est, idem Dux mox postea feuda distribuit in alia sella Lapidea duplice Fürsten-Stull dicta (in cujus aversa sede Palatinus Carinthiæ sua feuda conferre solet) haud procul Clagenfurto, hodieque superstite in Soliensi campo; de hac inauguratione V. plura in anonymo Leob. ad an. 1287. Hageno apud Hieron Pez. Æneа sylvio de statu Europæ cap. 14. de Carinth. Frechero tom. II. pag. 406. Megisero Anal. Carinth. lib. VI. cap. 11. fuse de hoc ritu tractante, Haselbachio, Chronico Weichenstephanensi & aliis.

Rudolphus Salisburg. in Petav. & Leibniz.

Rudolphus Archiepiscopus ab Augusta reversus paulo post *in Styriam* abiit; offensionem teste Hageno, Haselbachio, aliisque conceperat ex *Hertnido hujus nominis Secundo Comite de Petav*, qui anno priore bellum Bavaricum non adjuverat; multa præterea damna per ejus insolentiam in Oppido Petovienſi aliisque per Marchiam dilionibus Ecclesiæ Salisburgensis inferebantur. Ut primum Archiepiscopus *Leibnizium* venit, adfuere Petovienses multa acerbe questi, quibus cognitis dum *Petovium* moveret Archiepiscopus, Comes recusavit de more cedere lares Archiepiscopo, & in Oppidum se transferre, Præsul iratus eum jure feudi excidisse statuit: amici Comitis persuasere tandem, ut hic habitu sumpto supplicis impetraret, ut Præsul se cessione laris mitigari sineret. Mox Præsul ad arcem devectus Præfectum imposuit quemdam *de Hochenek* Suevum, & alium quemdam *de Guttingen*, dein mandavit rationes iniri damnorum, quæ sibi & suis intulerat Comes, civibus omnibus imperavit, ut quidquid haberent nominum a Comite petendorum ederent; Comiti vero Petovienſi injunctum, ut

Petav de Comite Hertnid II. compescetur.

se

cum Duce cingit, ſagittarum imbrem in eos depluit ita, ut jam de vita deſperantes objectis armis ſe Ibano traderent. Albertus milite nudus Neoſtadio ſe includit, *Hugoni de Taufers* mandat, honeſtum ut bello exitum paciſcatur. Haimburgi pax ita coaluit, ut Ibanus captos dimitteret, Alberto Duci, ſi opus fuerit, copiis aſſiſteret, Ibanum viciſſim Dux contra ipſum etiam Regem Ladislaum defenderet. *Styri fortes bello.* *Pax fit.*

Sed Ibano belli cauſa non deſuit, dum vicini, quod rapi poſſet, haberent, in Auſtriæ & Styriæ fines denuo illabitur, moxque novum Ibano bellum ab Alberto denuntiatur. Hæc non uno quidem anno geſta, huc conjicere libet, ne ignobilem latrociniorum narrationem identidem reſumere oporteat. *Bellum novum cum Ibano.*

Conflato itaque e *Styris* & Auſtriacis exercitu, Poſonium Urbem & arcem in deditionem recepit, mox majore apparatu hominem rapacem, & rebellem coarctaturus, novo lecto milite expeditionem continuat, adjunxere vires ſuas Arnoldus Babenberg. Bernardus Paſſav. Emicho Friſing. Leopoldus Seccov. Epiſcopi, exercitus ad 15. millia excrevit. *Poſonium capitur.* *Ulterius Hungaria petitur.*

Primas novi belli vires ſenſit, *Mertenſtorfium Oppidum*, corona cinctum, ſimul cum Ibano pugnari debuit, qui Oppidum liberatu rus media Caſtra perrumpere tentabat, ſed ubi media ſuorum parte multatus receſſiſſet, Michael & Simon agnati Ibani, vitam pacti portas reſerarunt. *Eggendorfio* nec turris ſua adverſus vim Germanorum, nec pelles, quibus ligneam molem contexere, contra ignem profuerunt, expulſis mulieribus & parvulis, viri prædatores capitis obtruncatione & ſuſpendio ſunt delecti. *Caſtrum S. Margarethæ* prædonum receptaculum captum, & *Henrico de Creuzbach* Præfecto Burggravii titulo eſt commiſſum. *Khoboltsdorfium* cum Mertensdorf & Eggendorf *Bertholdo de Emmerberg*, *Rechnizium Udalrico de Stubenberg*, & *Sleinitium*, Schleuning arces *Henrico Stubenbergio* conceſſæ. *Altenburgo* expugnato, cum vindemiarum tempus inſtaret, Provinciales abeundi licentiam impetrarunt. Dux ipſe ſupplementa e *Styria & Auſtria* ſcripturus Viennam ſe retulit. *Mertenſtorf capitur.* *Ibanus fugit.* *Eggendorf capitur, & S. Margareth. Caſtrum.* *Creuzbach de Henr. Præfect.* *Khoboltsdorf, Rechniz, Schleining, Emerberg de Berth. Stubenberg de Henr. & Udalr. traditur.* *Altenburg ſubactum.*

Reverſis ſub autumni finem Provincialibus, Princeps prædonum latibulum Ginſium, egregie munitum, impeti cæpit, exercitus Auſtriacorum, Styrorum, Carinthorum & Tyrolenſium cum Suevis circumfuſus undecima die in Urbem penetravit, cives, quorum Filios Ibanus obſides ſecum extra Urbem duxerat, ignem tectis injiciunt, in arcem confugiunt. Ibanus deſperato armorum ſucceſſu ad fraudes reverſus, ducum quosdam auro corrupit, inter hos *Hugo Tauferius* ſuevus Albertum ab obſidione removere, fidem Regis Hungariæ ſuſpectam reddere, metum injicere tentat, ſed illico ab Alberto ſeu fidei ſuſpectus, ſeu perfidiæ manifeſtus exulare cogitur, nec receſſit Albertus, donec Ginſium deditione caperet Kal. Novembris; 800. fœminæ, 400. viri exceſſere, arcem ſuæ fidei commiſſam *Bertholdus II.* *Emmerbergicus* novis munimentis amplius firmavit. Expugnata ab Alberto Hungariæ loca refert Chron. Auſtrale, nempe *Martinsdorf*, *Chervellenpurch*, *Rohrpach*, *Paumgarten*, *Walbramſtorf*, *Junerpodemſtorf*, *Chreinſtorf*, *Sanctmargareten*, *Oedenburg*, *Nekendorf*, *Chabelſtorf*, *Landeſer*, *Traizendof*, *Rekincz*, *Stainperge*, *Pilgreimſtorf*, *Wilamſtorf*, *Pinkevelde*, *Reterſtai-* *Taufers de Hugo expellitur.* *Emmerberg de de Berthold. II. Præf. Ginſii.* *Hungar. loca ab Alberto capta.*

ingreſſus eſt magnam ſecum trahens populi multitudinem, videndæ Cellenſis Thaumaturgæ cupidiſſimam, cumque a recta via declinaſſet, a genio quodam vel D. Wenceslao ſub peregrini ſpecie (ut teſtatur marmorea Templi tabula foribus præfixa) ad eandem revocatus fertur. Cupitam tandem metam aſſecutus, agnitaque quam in ſomnio viderat imagine, non modo demiſſiſſimas ſoſpiti ſuæ grates perſolvit, verum pretioſa etiam largitus munera, ligneo quo illud condebatur ſacello, nobiliorem Eccleſiam a fundamentis erectam pia liberalitate ſuffecit. Atque ab hoc tempore illuſtris adeo miraculi fama per Hungariam, Bohemiam, Auſtriam, Styriam e veſtigio ſparſa, undique populos e remotioribus etiam terris excivit.

An. 1287.

ANNO 1287.

Indict. 15. Honorii IV. Pap. III. Rudolphi I. Imp. XIV. Alberti I. Duc. Styr. V.

Albert. Dux Styra exiſtit.

Albertus Dux noſter Styram Urbem, hujus anni menſe Aug. invi-ſit, eique vetera ſua Privilegia novo Diplomate confirmavit, Diploma hoc refert Prevenhueber Annal. Styr. f. 35. &c. Latino & germanico Diplomate, Privilegia eo in Diplomate, contenta ut plurimum ſunt abrogata.

In Ibanum Com. Ginſienſem movet.

Eodem hoc tempore arbitror, Albertum militiam indixiſſe adverſus Iwanum, ſeu Joannem Comitem Ginſienſem, qui crebris latrociniis laceſſebat fines Auſtriæ & Styriæ, uti an. 1284. dictum, conductis apud Viennam 8. Kal. Maji copiis (ut teſtantur litteræ cujusdam *Hadmari de Schœnberg* apud Annal. Zwetlenſem) in hoſtem movit hoc vel præcedenti anno, de quo non conſtat, annum huic expeditioni figunt Chron. Clauſtroneoburg. Poltrami & Zwetlenſe ſic fere loquentia: *Eodem an. Albertus Dux Auſtriæ collecto exercitu cum Styrienſibus & Auſtralibus intravit Hungariam, & obſedit Poſonium, cives autem tradiderunt ei civitatem, Caſtrum vero ſuis hominibus collocat:* Bellum hoc per intervalla geſtum Haſelbachius fuſe deſcribit, ex quo ſequentia ad commendandam Alberti Ducis noſtri, Styrorumque fortitudinem noto: jam an. 1284. Henrici Abbatis Admont. copias callide profligaverat Ibanus, diſſimulato tunc ob nuptiarum ſolemnia ulciſcendi ſtudio, circa an. 1286. dum Ladiſlaus Rex ob pertinacem libidinem a Philippo legato fidelium communione motus, ab Hungaris captus, Ibani cuſtodiæ eſſet traditus, Albertus pro liberatione Regis cum Ibano agere cæpit, nil cum proficeret, hicque Neoſtadienſem agrum hoſtili excurſione tentaret, bellum ei indixit.

Poſonium Capitur.

Landenberg de Hermann. infel. pugnat.

Primum belli impetum infeliciter ſuſtinuit *Hermannus de Landenberg* Hungaricæ belli aleæ imperitus; *ſuadebant Styri* aliique, quos longa experientia cum Hungaris colliſerat, pugnam dubiam evitare, eo quod Hungari ſui copiam nunquam cominus facere, ſed eminus telis pugnare ſolerent, Suevi vero cum Duce ſuo acerbe cavillari, Styris meticuloſitatem objicere; hos inter diverſos Suevorum Styrorumque motus, illico advolat Ibanus, copias

cum

Varias inter altercationes dies dicta ad Neoſtadium poſt 6. hebdomadas. Ad Neoſtadienſem conventum Archiepiſcopus ipſe cum Conrado Laventino Ep. & peritiſſimis Laicis ac Clericis venit, Dux pro ſe ſubſtituit *Leopoldum Epiſc. Seccovienſem*, *Henricum Abbatem Admontenſem*, & *Ottonem Liechtenſteinium*, poſt colloquium diuturnum, compromiſſum eſt in Leopoldum Epiſc. Seccovienſem, de Raſtadio revocata eſt res ad ſummum Pontificem, de Caſtro *Statenek*, cum moveretur quæſtio, & Archiepiſcopus exceptione fori competentis, nempe Papæ vel Imperii intercederet, tum factus eſt motus omnium, Dux momento Viennam abiit, Archiepiſcopus eadem nocte in *Neukirchen* Oppidum, inde in Styriam abiens, *Muræponti* ſuorum adventum expectabat, ubi habito colloquio dimiſſi Viennam novi Legati, *Nicolaus Notarius Parochus in Malentin & Henricus de Noppingen*, qui ducis animum mitigarent, Archiepiſcopus vero ad arcem *Leibniz* deſcendit expectaturus adventum legatorum.

Neoſtad. Convent.

Leopold. Ep. Seccov. Henr. Abb. Admonten. Liechtenſtein de Otto.

Rud. Archiep. Muræponti agit.

Inde Leibnitii moratur.

Legati Salisburgenſes, qui plus Archiepiſcopo ſuo, quam Abbati Admontenſi tribui identidem rogabant, id ſolum reſponſi tulere, ut ad redintegrandam amicitiam Caſtrum Weiſſenek ab Archiepiſcopo Duci cederetur, cumque plura dein contra Henricum Abbatem Admontenſem proferrent legati, Dux multis querelis in Archiepiſcopum allatis, Archiepiſcopo bellum per eosdem denuntiat.

Vienn. Conv.

Dux petit Caſtrum. Weiſſenek bellum incidit.

Interea Præſul e *Styria Friſacum digreſſus*, inde per *Landsberg* in Lavental, ac per viam Superiorem Rayn dictam Raſtadium verſus abiit, legati eum ſui in Werven ſunt aſſecuti, ubi lectis Ducis litteris ad bellum quoque ſe præparat, interea vero Caſtrum *Statnek*, *Leopoldo Epiſc. Seccov.* tanquam Sequeſtro tradit, donec Goldekerus docuerit, quod hoc ſibi feudum ab antiquis marchionibus datum fuerit. *Leopoldus Epiſc. Seccov.* Caſtrum hoc fere per medium annum tenuit, quum is, qui nomine Epiſcopi Caſtro præerat, cædem fecit, cujus veniam nec precibus, nec obſequio obtinere potuit, inde Epiſcopus Caſtrum in manus Ducis tradidit, qui *Abbati Admontenſi* mandavit, ut ei virum egregium præficeret, præfectus eſt itaque *Hiltigrinus de Steinach* invitus licet.

Statneck Caſtrum Ep. Secc. datur adminiſtrandum.

Dein Abbat. Admont.

Stainach de Hiltigrinus.

Interea, dum Bellum pararetur, urſit Ducem Abbas Admontenſis, ut erecto ad limites Salisburg. monumento, frænum Archiepiſcopo injiceret; igitur in monte penes rivum *Mandlich*, ædificavit Dux Caſtrum *Enſpruk*, eique impoſuit *Ditmarum de Stretzvich*, qui cum Præfecto Raſtatenſi mox rixas cæpit, alia plura contra Archiepiſcopum ſuum moliebatur Henricus Abbas, multos Salisburgenſium ad defectionem ſollicitavit, tres permovit *Sybotonem de Lampoldingen equitem*, *Jacobum de Turn*, & *Hartnidum de Nopping*. Abbatis commendatione *Jacobus de Turn* domicilium in Caſtro *Wolkenſtein* obtinuit cum conjuge eleganti, *Sybotonis de Waſen* Filia.

Enſpruch monum. erigitur.

Stretwich de Ditm. ejus Præfectus.

Lampoldingen de Sybato.

Turn de Jacob.

Nopping de Hartm.

Wolkenſtein Caſtr. Waſen de Syboto.

Has inter bellorum minas, *Leopoldus Epiſc. Seccov.* Eccleſiæ ſuæ res mirum in modum promovit, favente ſibi per omnia Duce, etenim 10. Kal. Junii *Leutoldus de Chunringe* Eccleſiæ Seccov. donavit Henricum & Wilhelmum Fratres de Auroham Famulos ſuos & Sororem ipſorum Chunegundem, nec non Chunradum puerum Ottonis Fratris

Leopold. Epiſc. Seccov. res.

Chunr. de Leut. D. de Wildon.

terſtaichen, Albernſtorf, Stegraifebach, Onejuze, Das Drin Warten, Nicolaſturn, Sleunz, Berchtolsdorf, Rumpolsdorf, Neubaden, Weyersdorf, Brandorf, Warteschirichen, Ludensbuſen, Zuchanochſen, Avvet, Iſenenburch. Bellum hoc per intervalla geſtum varia alia negotia, præcipue diſcordia cum Rudolpho Salzburg. interrupit.

Alberti Ducis diſcordia cum Archiep. Salisb.

Diſcordia, inquam, *cum Rudolpho Salisburg. habita*, bellum hoc Alberti utcunque interrupiſſe videtur; hujus diſcordiæ cauſa iſthæc erat: obierat mortem quidam cliens Eccleſiæ Salisburg. quem Hornekius *Erchengerum* vocat, cumque improlis obiret, feudum Eccleſiæ Salisburg. reciderat, feudum hoc Albertus ſibi poſtulat, revocatis in memoriam beneficiis, quibus Rudolphum Archiep. Pater cumulabat. Rudolphus, cum tempus expendendi, an hæc collatio Eccleſiæ ſuæ rationibus conveniret, ſibi peteret, denuo urgetur a Duce moræ omnis impatiente; Abbas Henricus Admontenſis Ducem magis incendit, ut advocatus Monaſterii ſui fieret, quod cæteroquin ſub Rudolpho Archiep. ut an. præced. exhibitum, magnis exactionibus petebatur, Dux, cum cunctaretur, illico poſtulata Abbatis exequi, hic Cæſari Rudolpho ea de re ſcripſit, qui Albertum Filium objurgat, quod cum advocatus eſſet, Eccleſiam & Abbatem Admontenſem ab injuriis non defenderet.

Abbas Admont. præcipua Cauſa.

Litteras has Rudolphi Cæſaris Archiepiſcopo transmiſit Dux Albertus, Archiepiſcopus Legatum ad Albertum miſit, qui peteret, oſtenderetur is, quem oppreſſiſſet, detegerentur injuriæ Admontenſi Eccleſiæ illatæ, & illico ſe medelam allaturum. Inde miſſi, qui minima damna notarent, eaque referrent in tabulas.

Controverſia de Raſtat Weiſſeneck, Stateneck ſeu Purchſtal.

Tandem querimoniæ ſequentes Archiepiſcopo proponebantur 1. Quod Archiepiſcopus uſurparet advocatiam loci *Raſtat*. 2. Quod Caſtrum *Weiſſenek* ad Wildonium, quo olim conceſſione fiduciaria gaudebant Duces Auſtriæ, nunc Archiepiſcopus in commodum ſuum revocaſſet. 3. Quæſitum, quo jure Goldekerus Eccleſ. Salisburg. cliens in valle Anaſi, ditione Ducis Auſtriæ, teneret munimentum *Statenek*. 4. Querelæ Canonicorum Berchtesgadenſium, & Virginum Nunbergenſium de cenſu gravaminum impoſito.

Gutting de Chuchel de Contr.

Hæc gravamina Archiepiſcopus conſilio ſuorum expoſuit, ex quo quidam *de Gutting*. Suevus & *Conradus de Chuchel* Viennam miſſi, ut reſponderent objectis, & quidem ad 1. de advocatia Raſtat. in fundo Admont. ſita reſudiſſe Archiepiſcopos aliud bonorum genus Abbatibus volentibus: inde tamen Dux Advocatiæ Admontenſi ſibi per manus traditæ derogari non poſſe per Abbates reponebat. Ad 2. de Caſtro *Weiſſenek* controverſiam, ea jam a me expoſita eſt hoc tomo in Annot. Dipl. 87. ubi de Hertnido de Orte actum. Ad 3. de Caſtro *Statnek* repoſuere Legati Salisburg. quod Caſtrum *Purchſtall* ſeu *Statnek* a majoribus Goldekeri emptum fuerit, de Ottocaro in Gruſcharn reſidente: repoſuit Dux, Goldekerum inde non poſſe cum 40. equis pererrare vallem anaſinam, & facere, quod proprietarii eſt, ut, quamdiu moratur in Statenek, Equos & Famulos popularium quadra ſuſtentet. Ad 4. petierunt Legati Salisburgenſes, docere damna Berchtesgadenſium & Nunbergenſium.

Va-

IN. FILIO. VNICO. EJVS. PRINCIPE. HIEROSOLYMITANO. IN. DIE. IV. hebdomada II. TAMVZ. Seu menſis Junii ANNI quinque Milleſimi, quadrageſimi ſeptimi. SIT. ANIMA. EJVS. LIGATA. IN. LIGAMINE. VITAE. AMEN.

Calculus hic re ipſa dubius eſt; quod ſi conſonet, monumentum hoc anno Chriſti 1287. poſitum fuiſſet, Hebræi enim annum hunc 1766. mundi conditi 5526. eſſe contendunt.

ANNO 1288.

An. 1288.

Indict. 1. Nicolai IV. P. I. Rudolphi I. Imper. XV. Alberti I. Ducis Styr. VI.

Rudolph. Salis. Legatos Romam mittit.

Salzburgenſis Archiepiſcopus Rudolphus, res ſuas, & amicitiam cum Alberto Duce in ſummo diſcrimine verſari videns, Legatos ſuos *Henricum de Göſs* & Gangolfum quemdam Romam miſit, Conſilium Nicolai IV. Papæ hoc anno 22. Febr. conſecrati exquiſituros, ſimulque petituros licentiam, ut corpora S. Virgilii nondum honoribus publicis expoſiti, & Eberhardi nondum (ut an. 1246. dictum eſt) ſepulti elevare poſſet. Legati hanc licentiam attulere, de Abbate vero Admon. Conſilium erat Cardinalium, eundem Romæ non deferendum, cum res nimium protelaretur, quod ſi vero vitam ageret a SS. Canonibus adhorrentem, vel injurius Eccleſiæ Salzburg. foret, cogendum eſſe Concilium Provinciale, in quo exceſſus ejus per Canones vetarentur, quibus ſi non obſequeretur, cæteroquin excommunicationi Papali fore obnoxium.

Salisb. Concil.

Indictum ergo Concilium Provinciale die S. Martini denuntiata ſimul Elevatio S. Virgilii cum ſepultura Eberhardi ad Domin. præcedentem ſeu 7. Novembr. cum indulgentiis inſolitis, convenere Epiſcopi Emicho Friſing. Wernardus Patav. Henricus Ratisbon. Landolfus Brixinenſis. *Leopoldus Seccov.* Chunradus Lavent. Chunradus Chiem. Prælati Collegiorum & Monaſteriorum omnes; præterea tanta vis populi, ut ad Spatium unius leucæ ad Salisburgum advenis omnia plena eſſent. In Concilio hoc inter alia ſancitum, *ut ne Eccleſiaſtici profano in republ. munere fungerentur*: Decreto hoc Seccovienſis Epiſcopus & Abbas Admontenſis feriebantur. Admontenſis Abbas & ipſe præſens illico ſe Salisburgo ſubduxit, Ducem in Archiepiſcopum armaturus, Leopoldus Seccov. decreto diu reſtitit, nolle ſe, ajebat, ut amiſſa Principis ſui gratia, Eccleſia lueret, ope Magiſtri *Henrici de Traveyach* eo tandem ægre perſuaſus eſt, ut contra decreta Concilii hujus non loqueretur. Albertus de his Concilii Salisburg. geſtis edoctus, bellum vi omni decrevit, ad quod etiam ſe Salisburg. Archiepiſcopus comparavit; de quo an ſeq.

Præſens ei Leopold. Epiſc. Seccov.

Phanberg de Com. Ulric. benef. Seccov.

Interea *Ulricus Comes de Phanberg* ob remedium def. Parentis ſui Henrici, atque ob damna ab eodem ejusque ſubditis Eccleſiæ Seccovienſi apud *Witſchein* Caſtrum illata, jus advocatiæ in Sembriach in

Herberſtorf de Marquard. eorundem, uti & pueros *Marquardi de Gerroveigstorf, Herberſtorf, Chunradi Paldaver*, & omnes omnino *homines* (ſeu ut alibi expoſitum *Subditos*) in Dominio & *diſtrictu Wildonienſi &c.* ad ſe *ex materna ſucceſſione* devolutos, cum conſenſu *Agnetis Uxoris, ac Ducis Alberti &c.* V. Dipl. Epiſc. Seccov. 58. in Diplom. Styriæ p. I. f. 342.

Wildon olim DD. de Chunring. Ex hoc proin Diplomate I. firmatur ſententia jam tom. I. a me ſtatuta, *Wildonium olim Chunringiorum* fuiſſe, & quidem, ut ait Diploma hoc; *ex materna ſucceſſione*, quare Mater, avia, vel, proavia *Leutoldi de Chunringe Wildoniæ* Stirpis fuiſſe videtur, V. tom. I. Annot. Diplom. 53. 2. eruo, Herberſtorfios, de quibus egi tom. hoc Dipl. 175. nondum ſui juris fuiſſe, ſed adhuc ſubjectos Chunringiis, utpote Wildonii Dominis, quamvis vero *Marquardus de Herberſtorf* hoc tempore jam miles ſeu eques fuerit, potuit tamen feudi titulo Chunringiis fuiſſe obnoxius. Actæ rei hujus in Domo Prædicatorum Viennæ varii teſtes nobiles erant, jam alibi expoſiti.

Pickelbach Caſtrum emitur ab Ep. Seccov. Idem vero Epiſcopus Seccov. Leopoldus XI. Kal. Sept. Græcii exiſtens Caſtrum *Pikelbach* emit a *Gundaccaro de Hausbach*, ut V. pl. in *Hausbach de Gund.* Annot. Dipl. 190.

Admont. ret. Wildon de Hertn. II. Pro rebus etiam ſuis ſollicitus erat Henricus Abbas Admont. atque ab *Hertnido II. de Wildon Mareſchallo Styriæ* obtinuit, ut hic renuntiaret omni juri advocatiæ, quod in complures fundos Monaſterii Admont. habuit. Rei hujus datæ & actæ *in Curia Wenge apud montem Capel. de Ulric. Zeyriche, Zeyring* XVI. Kal. Julii, Teſtes erant *Otto de Liechtenſtein, Ulricus de Capella*, jam alibi expoſiti, & *Geroldus Judex de Lieſnich* cum aliis V. Diplom. Admont. 17. in Diplom. Styr. part. II. f. 231.

S. Lamberti Monaſt. exuſtum. Burchard. Abb. 17. Succ. Wilh. Monaſterium S. Lamberti in Styria Super. hoc tempore circiter poſt Burchardi Abbatis 17. mortem exuſtum fuiſſe docet Catal. Abb. S. Lamberti inſertus Græcio topographice deſcripto: ſucceſſit ei Wilhelmus.

Græcii in Carlau Civitas olim Judæorum. Judæos quondam habitaſſe in Styria, nominatim prope Græcium, plura manifeſtum reddunt, extant hodiedum 6. Diplomata Germanica, pertinentia ad expulſionem Judæorum ex Ducatu Styriæ, ſub Maximiliano I. Imp. an. 1495. & ſeqq. de quibus ſuo loco; hoc certe anno prope Græcium in *nemore Carolino* ſeu *Carlau* civitatem habuiſſe propriam videntur, muros videre hodie licet in campo nunc Cerere flavente ad dextram, portarum & propugnaculorum rudera, ex his ruinis erutus eſt lapis ille, quem inter antiquitatis veſtigia hebraicis facundum litteris in aulam translatum volunt, cujusque inſcriptionem hebraicam tom. I. Annal. Diſſert. I. f. 40. retuli; dubius & multum jam ſaxo implexus character oedipo indigebat, qualem nobis Vienna dedit, quæ vocatis in Conſilium Rabbinis, hunc tandem ſenſum per conjecturam veroſimilem elicuit.

JEHOVA.
IN. LVCTVM. MEA. CITHARA. (verſa eſt)
ET. VOCI. IN. MVLTITVDINE. (doloris)
ARIDITAS. IN. OBITV. PATRIS. TARNI. ET.

IN.

Expugnato ſic Caſtro Ennspurch, movit Archiepiſcopus in *Stetnek*, aliis *Steinek* inter anguſtias montium *Suegenell* dictas ſitum, cui Caſtro defenſor datus eſt *Hiltegrinus de Steinach*, Caſtrum occupatum eſt & confractum, inde per vallem Anaſi undique incendiis vaſtatam ductum eſt, & *Steinach* turris everſa. *Stetnek oppugnatur ſub Hiltegrin. de Steinach.* *Steinach turris everſa.*

Feſtinandum erat itaque Alberto Duci, & ipſo brumali frigore miles e Styria in montem *Pyrn* trajiciendus (*Pyrn* vox Celtis idem eſt ac mons, eſt autem mons præaltus Pyrn in Styriæ Super. & Auſtriæ confiniis, quo in monte *Cluſæ*, Clauſen ajunt, ſunt, ſeu arctiſſima via, mox ad hoſtes arcendos demolienda) Archiepiſcopus jam jam parabat copias ſuas *Rotenmanno* admovere, inde tamen vocatus in Lutzen, ut conſilia ſua de miſcendis armis cum Duce Bavuro conſerne poſſet; interea prope convenerant hoſtiles exercitus, cumque varia Dux Archiepiſcopo, hic Duci per internuntios oggereret, Dux Epiſcopo duarum rerum optionem dedit, vel ut iſthinc decedat ſeque domum referat, vel ſi pugnare mallet, educat aciem in apertum. *Pyrn mons.*

Archiepiſcopus Conſilio ſuorum licet ægre perſuaſus receptui canit, ſi quis tamen caſus pugnæ forte offerretur a Duce, confeſtim emiſſo nuntio vocavit ad ſe *Ottonem de Weiſſenek* Præfectum Friſacenſem, & *Rudolphum de Vansdorf* viros Strenuos, qui arrepto ſecum milite trans *Prievvald* occurrunt, pactis unius diei & noctis induciis Archiepiſcopus ex Oppido *Neuhaus* clam ſe abſtulit, Dux vero ſimulato ad perſequendum Archiepiſcopum itinere, *Friſacum* capere feſtinavit, 100. tamen audaciſſimorum ſub *Offone de Merenberch* trans minorem taurum ad occupandum *Vansdorfium* Oppidum circa Judenburg ſitum, ſunt dimiſſi; Friſacum tertio mane ſuperatis aſſultu muris ſuperatum, multi civium interfecti, civitas e quatuor partibus admoto igne redacta in cineres, Caſtrum captum, ſicque Dux ultum ibat Caſtrum Enspurch incenſum. *Weiſſenek de Otto.* *Vansdof de Rudolf.* *Merenberg de Offo.* *Friſacum exuſtum.*

Vansdorfenſes nil mali cogitabant, dum die B. V. M. purificatæ ſacro ſub ipſis ſacri conventus ſolemniis *Offo Merenbergicus* ſupervenerat, inde litteræ ad *Judenburgenſes* miſſæ, ut vocatis ad ſigna civibus, promptiſſimos ad obſidionem educerent, resque neceſſarias adferrent; Oppidani interea Vansdorfenſes egregie Oppidum ſuum tuebantur, eo præcipue, quod *Rudolphus Vansdorfius* de ſuppetiis adventuris certo nuntiaret; nec etiam Dux cedere volebat queſtus, hoc ſibi bellum plus quam 4000. marcarum ſumptuum feciſſe. Iratum Leopoldus Seccov. Epiſc. mitigare volebat, Vansdorfenſes innocuos declarans, hujusque Oppidi quartam partem Eccleſiæ Seccovienſis impune lacerari cauſatus. *Vansdorf obſidetur.* *Judenburg. cives citantur.* *Vensdorf de Rudolph.* *Leopold. Epiſc. Seccov.*

Interea obſeſſi Vansdorfenſes, quid agendum ſit, deliberant? evocatus in Conſilii partem *Ditmarus de Gel* Præfectus Oppidi *Pruk*, vir per omnia cautus & prudens, qui obſeſſis, ne Oppidum traderent, perſuadere cupiebat, aſt cum *Rudolphus de Vansdorf* in Caſtrum hoc penetrare, eique ſuppetias ferre non poſſet, tandem mitigato aliquantum Duci Alberto dedi debuit, qui muros ſuccenſis fulcimentis cum 5. turribus evertit, & Oppidum ſibi ſubjecit; mox cum inſtaret ſacra quadrageſima, exercitus ad otium tantisper colendum eſt dimiſſus. *Gel de Ditmarus Præf. Murapont.* *Vansdorf deditur.*

loco, qui dicitur an der Gemain, remiſit ac tranſtulit in Ven. D. Ortolfum Eccl. Seccov. Præpoſitum, ut V. pl. Annot. Dipl. 191. Eod. hoc anno Leopoldus Ep. Seccov. Præſens Seccovii, litem compoſuit, quæ inter Ortolfum Præp. Cathedralem Seccovienſem, & *Plebanum Eccleſiæ S. Mariæ in Prank Ottonem* dictum, e Familia *de Stretvvich* natum (de qua V. Annot. Dipl. 86. tom. I.) vertebatur, quam compoſitionem Seccovii Sigillis ſuis firmarunt Domini *Dietmarus* & *D. Henricus* milites *Fratres Ottonis de Stretvvich*, ut vid. Frœlich Dipl. Styr. p. I. f. 249. Dipl. Seccov. 118.

Prank Parochia.

Stretwich de Fratres.

Teutonic. in Gros - Sontagser.

Teutonicis ad S. Dominicam ſeu Groß-Sonntag in Styr. inſer. beneficum ſe exhibuit *Arnoldus Comes de Strigav*, atque ad manus *P. Waltheri dicti Ungari*, tunc Commendatoris in S. Dominica contulit prædium quoddam *in metis Teutoniæ*, proin in finibus Styriæ inſer. & Hungariæ ſitum: memorantur hoc in Diplomate *Fr. Otto de Peugen. Fr. Nicolaus de Scharpenberch. Fr. Nicolaus Claviger*, præterea *Comes Oztko*, & *Bratychna Judex in Strygau.* v. Frœlich. Dipl. Styr. p. II. f. 214. Dipl. Teuton. S. Domin. num. 9. Eodem hoc an. *Leopoldus Epiſcop. Seccov.* cum Bernardo Patav. Fundationem Eliſabethæ Auſtriacæ Clauſtroneoburgi factam teſtatus eſt, ac probavit adjectis 20. dierum indulgentiis. V. Diplom. Styr. p. I. f. 372. inter Dipl. Epiſc. Seccov. n. 100.

Scherfenberch de Nicol. Ord. Teuton.

Vorav. et Conrad. Præp. Udalr. Decan.

Tandem etiam *Conradus Præpoſitus*, *Udalricus Decanus cum Capitulo Vorav.* Se hoc anno obligarunt *Thomæ Rechberger Canonico Eccleſiæ Patav. & Plebano in Freyſtadt* ad anniverſarium tam in Eccleſia Monaſterii, quam Parochiæ *ab ipſo Plebano fori noſtri* (ut ait Dipl. cit.) celebrandum, pro quo idem Canonicus contulit 22 fl. puri auri & legalis ponderis, hac tamen adjecta conditione, quod ſi anniverſarius hic vel negligatur, vel Canonici eum peragere obniterentur, a D. Prælato tam diu omnibus præbendis vini privandi erunt, dum omiſſa compleatur.

Otto de Liechtenſtein beneficum hoc an. ſe exhibuit Parthenio Judenburgenſi Ord. S. Claræ, cum enim pars Monaſterii hujus in fundo civitatis Judenburgenſis ſita eſſet, ut eliberaretur Monaſterium, duos alios agros ſibi obnoxios civitati contulit.

An. 1289.

ANNO 1289.

Indict. 2. Nicolai IV. P. II. Rudolphi I. Imper. XVI. Albert. I. Duc. Styr. VII.

Alberti Ducis cum Salisb. bellum.

Dux noſter Albertus immiſſis armatis fundos Salisburgenſes in Auſtria & Styria ſitos occupavit, viciſſim Archiepiſcopus manum ad arma miſerat. Impetus primus in res Abbatis Admontenſis factus eſt, Caſtrum *Ennspurch* oppugnatum, quod *Dietmarus de Strettvvich* Abbatis loco defenderat, qui cum id egregie ac omni niſu defenderet, Caſtro amplius reſiſtere non potente, ægre impetravit Abbas, ut Dietmarus cum parte facultatum abire liber poſſet *in Rottenman*, quo & deductus eſt.

Enſpurch oppugnatur Stretwich de Ditm.

Rotenmanum abit.

Ex-

Dux Albertus pœna talionis uſurus, juſſit Salisburgenſium bona per Auſtriam & Styriam occupari, præterea mandavit *Ulrico de Capella*, quem *longum* dixere, ut aſſumptis Abbatis Admont. militibus vaſtaret, incenderet, primum in valle Lavantina, deine ubivis locorum, quidquid eſſet agri Salisburgenſis, inde Oppida S. Andreæ, Stein, & Reisburg igne perdita, loca exuſta, *Ottonis de Weiſſenek* turris ante Oppidum *Votsbach* (ſorte *Voitsperg*) & quidquid alias poſſidebat deſtructa, donec hyems crudelitati metas poneret, milesque partim domum remitteretur. *Salisb. bona in Auſtr. & Styr. vaſtantur Capella de Ulric.* *Weiſſenek de Otto.*

Ingentem cæteroquin anni hujus maturitatem Chronica domeſtica, Zwetlenſe, Clauſtroneoburg. & Viennenſe Vatzonis, aliaque paſſim conclamant; ſic Clauſtroneoburgenſe ait: *Eodem anno inveniebantur violæ in nativitate Domini, & in circumciſione, & in Epiphania, & deinceps per totam Auſtriam arbores produxerunt flores in hortis & pomæriis ſunt in Majo, & qui vidimus teſtamur, quia inſolitum prius fuerat.* Idem in Styria vicina contigiſſe dubium non videtur. *Maturitas anni.*

Defuncto anni prioris fine 7. Kal. Jan. Ortolpho a Prank Præpoſ. 10. Seccov. ſucceſſit 11. *Rudolphus I. de Waltenſtein Carinthus e Waltenſtein, Electus an.* 1290. *ob gratam ante ceſſoris memoriam feudum ſolenni teſtium ſubſcriptione firmatum in Hugonem de Prank derivavit. Propriis binarum villarum fundos decumana exactione abſolvit pretioque in vicem reddito, onus illud ſuſtulit. Eccleſiæ gubernacula magna prudentiæ animique moderatione prope quadriennium temperavit: relictoque ſui deſiderio e vivis exceſſit 3. non. Novembr.* 1293.

ANNO 1290. *Anno 1290.*

Indict. 3. Nicolai IV. P. III. Rudolphi I. Imp. XVII. Alberti I. Duc. Styr. VIII.

Seizii Domino Rudolpho Priori octavo hoc ſaltem anno ſucceſſit D. Ludovicus Prior Ordine nonus, de quo Catalogus Seizenſis ita habet: *Ut optimus Pater-Familias cenſum Monaſterii auxit, Privilegia confirmari curavit, Altare S. Crucis in Capitulo erexit, & Altare S. Joannis conſecrari fecit*, ejus proin operæ pretium cenſendum eſt, quod Albertus Dux eodem hoc anno Id. Nov. Immunitates Seizenſium Viennæ firmaret, ut V. Pez Cod. Dipl. part. II. pag. 134. 169. *Ludov. Prior 9. in Seiz.* *Rudolfi Succeſſor.*

Rudolphus I. Imperator Erfordiæ curiam egit, fueruntque ſecum Rudolphus & Albertus Duces Auſtriæ, Jutta Regina Bohemiæ, Duciſſa Bavariæ & Saxoniæ, ambæ pariter Cæſaris filiæ, aliæque nobiliſſimæ perſonæ, in ea pax publica denuo ſancita, raptores ſeveriſſime puniti, eorum munitiones 66. deſtrui imperatæ, Wenceslao Bohemiæ Regi electoralis dignitas & Pincernatus Imperii denuo confirmatus, cum feudis Wratislaviæ & Luſatiæ in perpetuum collatis. *Erford. Comit.*

Pertinaciſſima his in comitiis cauſa erat, lis Alberti Ducis cum Rudolpho Archiep. Salisburgenſi, cum enim anno priore ad lamenta Abbatis Admontenſis Dux reſiliiſſet a jure jurando, quo in arbitrium Ducum & Epiſcoporum Linzii compromiſerat, ac de novo ditiones *Lis Alberti Ducis cum Rudolpho Arch. Salisburg.*

Æſtate anni hujus bellum cum Ibano Ginſienſi habitum, de quo omnia uno filo ad an. 1287. dicta ſunt; eo finito viri boni interque hos Epiſcopi Friſingenſis, Paſſavienſis, & Seccovienſis operam dederunt, ut Archiepiſcopum Duci reconciliarent, horum tamen & præcipue Eliſabethæ piiſſimæ Duciſſæ labores pro pace turbaverant molitiones Abbatis Admontenſis: dies quidem dicta ad *Wels*, antequam conventum tamen, Caſtrum *Weiſſenek*, tradi debuit Abbati Admont. ita, ut cui per Sententiam Arbitrorum adjudicaretur, ac dein pleno jure daretur, ſi intra anni ſpatium lis non conveniret, redderetur Archiepiſcopo. Convenere itaque Welfii Archiepiſcopus cum ſapientiſſimis ſuorum Bavaris & Suevis, Dux cum Auſtriacis & Styris, inter arbitros erant *Emico Friſingenſis*, *Bernardus Patav.* *Leopoldus Seccovienſis*, *Henricus Ratisbonenſis*, & *Chunradus Chiemens.* Epiſcopi, aderat etiam *Henricus Abbas Admont.* qui pacem ubique turbaverat, confectæ tabulæ pacis quidem fuerant, aſt non ſubſcriptæ, nec firmatæ ob abſentiam Ducum Bavariæ, qui loco Principe arbitrium exercere debuiſſent.

Wels Convent.

Weiſſenek Caſtrum interim datur Abbati Admont.

Nova itaque dies terminandæ liti Linzii condicta, ad quam convenere Duces Bavari cum Epiſcopis ante dictis, adjunctis Arnoldo Ep. Babenberg. *Comite Ulrico de Haimburch*, & *Friderico de Ortenburch*, quibus denuo delatum eſt cauſæ hujus arbitrium. Litigantes jurarunt ratum habituros, quidquid arbitri Sanxiſſent, deliberatio per triduum tenuit; confecta pacis formula ſingulis partibus eſt tradita, in hac cum caveretur, ne Dux Archiepiſcopo moram faceret, quo minus liberum imperium in Prælatos & Clericos exercere poſſet, idque ſecundum tenorem Concilii Salisburgenſis an. 1288. habiti, quidam ſcribarum Ducis ea re audita ad Abbatem Admontenſem recurrit, eique rem hanc aperuit; *mirum erat*, ait Hornekius, *Abbati non diriguiſſe mentem, cæterum æſtuantem animum moribus prodebat inconditis*; illico ſe intruſit ad Ducem in Conſilio ſedentem, coram eo & aſſeſſoribus abjecto nimium animo in genua procidens, plorare, queri, lamentari cæpit, ſuam ſic fidem Duci præſtitam peſſime ſolvi, verbo: effecit, ut pacificationis ſententia rejiceretur, præſertim cum in ea legeretur, Caſtrum Weiſſenek Archiepiſcopo tradendum eſſe. Laceratis ſic litteris, Sigillis decerptis, pace turbata, jure jurando non habito, Dux Viennam contendit, & Archiepiſcopus Salisburgum veniens omnes Eccleſiæ ſuæ fiduciarios evocavit, ſub pœna, ut qui abeſſet, feudis excideret.

Linzii Conv.

Hainburch C. Ulr. Ortenburh C. Frid.

Abbas Admont. pacem turbat.

Abbas Admontenſis callidiſſimus, evocationem hanc, ſabam in ſe cuſam arbitratus, occaſione ſolerter uſus eſt, animosque quorundam, quos Archiepiſcopo ſciebat ſuſpectos, objecto ex conſcientia metu perterruit, ut Præſuli diffiderent, *Conradum de Goldek*, *Gebhardum de Velber*, juniorem *Tanner* & duos de *Noppingen* admonuit, ne Salisburgum venirent, qui proin abſentes, feudis privati ad Ducem Auſtriæ, Abbatis Conſilio venientes, benevole ab eo accepti ſunt, ſic cum *Jacobo de Turn*, *Sybotone de Lampoltingen*, *Hartnido de Noppingen*, qui jam nuper defecerant, octo erant deſertores Archiepiſcopi in Aula Ducis verſantes.

Idem Saliſb. ad defectionem animat.

Goldek de Conr. Velber de Gebh. Tanner de Noppingen.

Dux

Imperator novo Diplomate omnia Privilegia ſummorum Pontificum, Archiepiſcoporum, aliorumque principum confirmavit, ejusdemque Monaſterii Admont. advocatum perpetuum ſtatuit eſſe Ducem Auſtriæ & Styriæ, ut V. Dipl. Admont. 18. apud Frœlich. Dipl. Styriæ p. II. f. 231. *datum* eſt *Erfordiæ X. Kal. Julii an. Dom. MCCXC. Regni vero XVII.*

Deliberatio interim bene 13. dies tenuit, tandem ubi Archiepiſcopus contra Ducem, Abbatem, & deſertores Salisburgenſes ſat efficacia momenta attuliſſet, Cæſar denuo multas horas diesque impendit, ut pacatorem potius & arbitrum quam judicem agere poſſet, ſed hac eum cura improviſa mors Archiepiſcopi liberavit, qui dum Calendis Aug. Sacrificium Pontificale inſtitueret, ſub ipſo ſacro languore pedis dextri correptus, tertia die animam juſtam magnis calamitatibus, ut aurum in igne, probatam Creatori reddidit; mortis tam ſubitæ cauſam Hornekius ait ſe accepiſſe, apoplexiam fuiſſe, at Fridericus de Wolſſaw eidem Hornekio retulit, a cubiculario Archiepiſcopi Ulrico Guglweit calceos ejus veneno illitos fuiſſe, quod crimen Ulricum hunc, dein Monachum Ratenhaslacenſem factum, pateſeciſſe idem Hornekius tradit, & Hagenus in Chron. Germ. Auſtr. ubi fuſiſſime omnem hanc litem deſcribit, ait tamen Ulricum illum cubicularium non Guglweit dictum, ſed a quodam Gagelweit nuncupato 50. marcis ad hoc crimen fuiſſe coemptum.

Agitatur lis.

Rudolph. Archiepiſc. obit.

Erfordiæ honeſtiſſimo funere, quod Cæſar ipſe cum Principibus comitabatur, elatum Arciepiſcopum, dein mæſti Salisburgenſes domum retulerunt, atque ante aram S. Virgilii ſepelierunt; Erfordiæ curiam duraſſe in Sept. menſem exhibet Diploma Rudolphi Imper. datum Erfordiæ 2. Sept. quo *Alberonem de Puechaim* conſtituit hæreditarium Auſtriæ dapiferum V. Excell. Wurmbr. f. 311. &c.

Puechaim de Albero dapifer Hæred. Auſtr.

Salisburgi inde poſt ſupremos funeris honores itum in vota, ſed minime concordia, quorum aliqua ipſe Abbas Admontenſis pro ſe colligere eſt auſus, a cæteris tamen omnibus exploſa: a Clero Epiſcopus dignitati Archiepiſcopali optatus eſt, Laici Ducem juvenem Stephanum Bavarum pro quiete Eccleſiæ ſuæ petebant, res utriusque Cleri & ſtatus ſæcul. arbitrio Papæ delata eſt per oratores *Conradum de Praitenfurt ſeu Vansdorf* Epiſc. Laventinum, *Fridericum de Mitterkirchen* Decanum Salisburg. M. *Henricum de Haus* Canonicum ibidem & Abbatem Ratenhaslacenſem. Nicolaus Papa occulte per nuntios in Bavariam dimiſſos edoctus, perſonam ab mores Stephani Ducis, in eum non conſenſit, atque proviſionem Eccleſiæ Salisburg. ſibi reſervavit, nec prope aberet, quin Papa Sacellanum ſuum Belgam Archiepiſcopum Salisburgenſibus præfigeret, turbante denuo omnia Abbate Admont. qui ea de cauſa *Ortolfum Curatorem Hoſpitalis in Semering* Romam miſerat, atque his in turbis annus hic eſt elapſus.

Salisb. electio diſcors.

Abbas Admont. ambit Archiep.

Turbat Romæ nominationem Archiep.

Seccovienſi Cathedræ in gratiam Epiſcopi Leopoldi *Hertnidus de Wildonia Mareſchallus Styriæ ceſſit* quosdam homines ſeu ſubditos & bona eorum, ac advocatiam Eccleſiæ *S. Georgii in Styven*, ut V. Dipl. mea in fine 193.

Wild. de Hert. Benef. Ep. Secc. Styven Parocb. S. Georgii.

Anno hoc eodem 1290. teſte Chron. MS. Vorav. *Hainricus de Stubenberg advocatiam prædiorum Eccleſiæ Vorovve in Villa, quæ dicitur Celle*

Stubenberg de Henr. Benef. Vorav.

Archiepiſcopus ſe cenſuris defendit.

Salisburgenſes vaſtaret, Archiepiſcopus milite Duci impar, ad anathemata & cenſuras ſe vertit, Ducem & Sectatores ejus excommunicans, & Provinciam Salisburgenſem interdicto ſubjiciens: idem Patav. & Seccovienſi Epiſcopis intimavit petens, ut cenſuras has e ſuggeſtu promulgarent; negavit Seccovienſis ob rationes jam in Conc. Salisburg. allatas, Patavienſem cunctantem Dux ipſe prævenit, nuntians

Dux ad Papam appellat.

ſe ad Papam appellaturum, poſtulansque ut Epiſcopi interque hos Patavienſis appellationi dictæ ſubſcriberent; & vero dimiſſis ad contubernia Clericorum & Monachorum tabellarjis effecit Dux, ut omnes, excepto Prædicatorum ordine, appellationi nomen dederint, principatum tenentibus Epiſcopis Patav. & Seccov.

Gerhardus vir doctus Parochus Jernizenſis, litteris appellatoriis Alberti inſtructus, Salisburgum venit, easque coram Archiepiſcopo recitavit, petiitque reſponſum, cum quo ajebat ſe Romam iturum,

Seccov. Epiſc. abrogandi Conſilia.

finis rei & appellationis hujus, teſte Hornekio incertus erat, Parochum vero jam in procinctu itineris Romani fuiſſe idem docet; Archiepiſcopus interim commotus de abrogando Epiſcopatu Seccov. cogitaverat,

Hintberg de Conr. Epiſcop. Chiem.

dum Eliſabetha Duciſſa Auſtriæ omnem lapidem movit paci reſtituendæ, invitatus Viennam Archiepiſcopus ea de cauſa, atque ad Conſilium *Conradi de Hintberch Epiſcop. Chiem.* iter hoc in ſe ſuſcepit, quod

Viennam venit Archiepiſ. Salisb. & Abb. Admont.

ubi inaudiit Abbas Admontenſis, operam dedit, ut Bavaros, qui nuper ab Archiepiſcopo defecerant, ſecum Viennam duceret, quod etiam factum.

Vien. Convent. eliditur per Abb. Admontenſ.

In Conventu Viennenſi, cum Archiepiſcopus res ex ſententia Linzenſi conſtitui peteret, damna Eccleſiæ ſuæ ad decies mille marcas æſtimaret, Abbas unicus Admontenſis omnia pacis Conſilia interfregit; nam ex hujus perturbato Conſilio Dux Albertus viciſſim petiit, ut omnia ſibi darentur, quæ antea in congreſſu Neoſtadienſi petebantur, munimentum Raſtat in advocatia Principis extructum redderetur, Caſtra Enspruck & Stetnek repararentur, ut tandem Caſtra Sintzenberg & Weiſſenek traderentur. Hæc dum inaniter tractantur,

Archiep. ægre Viennæ dimittitur.

Archiepiſcopus liberum reditum petiit, ægre obtinuit, Abbate Admontenſi etiam contra Eliſabethæ & procerum omnium in genua demiſſorum preces prævalente, tandem Abbas ſubdolus Conſilium ſuggeſſit, ut inſtrumenta duo unum in Conc. Salisburg. in fraudem, ut ajebat, Principis factum, alterum Linzii ab arbitris confectum antiquarentur, liſque tota de integro Rudolpho Imp. deferretur Weiſſenekio interim poteſtate Ducis relicto. Neceſſitas ad conditiones has fœdas amplectendas ex Conſilio ſuorum Archiepiſcopum adegit, ſicque libere ad ſua rediit. Vix domum venerat Archiepiſc. Salisburgenſis, aderant etiam Nuntii Ducis, quibus præſentibus dicta duo inſtrumenta in Eccleſia Metropolitica, Archiepiſcopo altum ingemiſcente ſunt lacerata.

Itur ad tribunal Cæſaris.

Reſtabat itaque arbitrium Cæſaris, Dux Abbatem Admontenſem, *Ulricum de Capella*, & *Ulricum de Prueſchenk* cum largo inſtrumento miſit, aliisque ad cauſam terminandam neceſſariis documentis, Abbas cum Legatis honorifice ſuſceptus, cum quo Cæſar dies

Admont. res.

lætos familiariter exigebat, atque eodem hoc tempore Rudolphus

Impe-

Henricum Ratisbonenſem Epiſcopum, Lavantinus autem Epiſcopus Fratrem *Wulfingum de Stubenberg* Ord. Prædic. Monaſterio Friſac. nuper adſcriptum, virum doctrina & pietate conſpicuum, aſt *Fridericus Decanus Salisburg.* & *Henricus de Haus cum Henrico de Grozz* & *Henrico de Travejach* legatis Capit. Salisburg. ipſum Conradum Laventinum ſumme proficuum Eccleſiæ Salisburg. fore deprædicabant, atque ex horum ore Laventinum ſuo ſuffragio Papa confirmavit Archiepiſcopum Salisburg. quamvis extreme renitentem, cui 20. Jan. Papa confirmationem cum pallio contulit.

Stubenberg de Wulfing. Ord. Prad.

Conrad. Lav. Ep. fit Archiep.

Conradus Archiepiſcopus acceptis mutuo pecuniis ſocios ſuos Salisburgum expedivit, & *Henricum de Haus* declaravit Epiſcopum Laventinum, qui uti & Henricus Brixinenſis Romæ cum Archiepiſcopo remanſit. Salisburgi, cum de electione Conradi Lavantini auditum eſſet, illico ingens omnium fremitus exarſit optantium Stephanum Bavarum ſibi Archiepiſcopum nominatum fuiſſe, Capitulares & miniſteriales percepto totius rei geſtæ eventu ſenſim acquievere, civium vero pertinacia ita crevit, ut decernerent præſtolari Ducis Bavari adventum, eique partem Urbis trans fluvium Salzam tradere, in cujus inſolentiæ pœnam dein Conradus partis ejus muros deſtruxit, & caſtellum ibi ædificavit.

Haus de Henr. Epiſc. Lavent.

Inter hæc Abbas Admontenſis odium ſuum in Eccleſiam Salisburgenſem denuo teſtabatur, oppidumque *Neubaus* in valle Anaſina deſtructum cupiebat, hoc ut efficeret, miſit in *Wolkenſtain* ad *Sybotonem de Lampoltingen* deſertorem Salisburgenſem, cumque illo de hac re conſulit; inde Abbas *Judenburgum* abiens ſuis imperium reliquit, in omnibus ut obedirent *Sybotoni* dicto & *Godefrido de Unterfing*, qui corrupto excubitore locum occuparunt. Abbas morbum ſimulans *Judenburgi* ſedebat tanquam inſcius rei geſtæ, clam tamen nuntium ſubmiſit de Caſtro funditus evertendo, ad quod adſciti omnes ruricolæ ex Taurn & Menlich; tandem cum & hoc peractum eſſe audiret ſimulator Abbas, velut indignabundus, facinus iniquum, dicebat, æquum fuiſſe, ut præſtolarentur, & mentem explorarent novi Archiepiſcopi, ſicque culpam omnem a ſe in Ducem Auſtriæ transferebat, mox ſpecie convaleſcentis Ad Montes ſe retulit, ita ex Hornekio, Gregorio Hageno Author Germ. Sac. tom II. f. 424.

Abbas Admont. Neubaus Oppidum deſtruit.

Judenburgi Haret.

Archiepiſcopus interea Conradus Roma abiens ad poſſeſſionem ſedis ſuæ *Judenburgum* venit, indeque nuntium Salisburgum miſit dicturum clientibus, ſe omnia de ipſis bene ſperare, ſibi obviam venirent vel in Saxenburch vel in gmund; aderant illico 100. armati cum *Rudolpho de Vansdorf* cognato ejus, quem deceſſor Præfectum & Vicedominum in Frieſach juſſerat, atque ſub hoc comitatu Salisburgum ſubiit Conradus Archiep. oculis haud æquis reſpectus a civibus, qui tamen videntes a Canonicis & miniſterialibus obedientiam Conrado juratam, tandem per Chiemenſem Epiſcopum ad obſequium ſunt adducti, ſicque Conradus die S. Ruperti primum ſacrificium in pallio fecit.

Eo etiam venit Archiep. Salisb.

Conradi Salisb. ingreſſus.

Conradus convocato mox conventu expoſuit, an Abbatis Admont. in Eccleſiam Salisburg. exceſſus, nominatim deſtructio Caſtri Neu-

Iter Viennam parat.

juxta Voroove, & prope eandem viam, quæ dimidiam libram uſualis monetæ ſolvit annuatim ſub eodem Prælato, ſuper Altare B. V. & B. Thomæ Apoſtoli ejusdem Eccleſiæ, ob animæ ſuæ remedium & ſalutem dedit, & tradidit libere, & hoc modo advocatia modernæ Eccleſiæ Parochialis in Wenigzell Canoniæ Voravienſi obtigit. Henricum hunc nominis hujus 1. Fratrem Friderici IV. & Udalrici III. fuiſſe oſtendi tom. I. Annotat. Diplom. 4.

Wenigzell Eccleſ. Advoc. Voraw. Colleg.

Circa hunc annum fundatus videtur Conventus Muttenſis vulgo auf der Hochenmauth Ord. Eremit. S. Auguſtini prope Mahrenberg de quo uberius dicam ad an. 1410 aſt hoc an. jam datas huic loco indulgentias, ex originali indulgentiarum brevi oſtendo, id vero ſic habet.

Fr. Bonifacius Dei Gratia Bolonienſis Eccleſiæ Epiſcopus, univerſis Chriſti fidelibus, præſens ſcriptum viſuris, ſalutem in Domino ſempiternam.

Quoniam, ut ait Apoſtolus, omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti recepturi prout in corpore geſſimus, ſive bonum, ſive malum, oportet igitur nos diem illum miſericordiæ operibus prævenire, ut nunc ſeminare in terris, unde poſtea vitam æternam in Cœlis metere valeamus. Cupientes vero univerſos Chriſti fideles ad æternæ beatitudinis bravium pervenire, & ut *Eccleſia FF. Eremitarum Ord. S. Auguſtini in Muta*, Congruis honoribus frequentetur, omnibus vere confeſſis & contritis, qui prædictorum Fratrum Eccleſiam in Feſtis B. Virginis, & B. Confeſſoris Auguſtini, aliorumque Patronorum Eccleſiæ memoratæ, nec non in Dedicationibus, & per octavas prædictarum feſtivitatum devote viſitaverint, & manum porrexerint adjutricem, de omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Apoſtolorum ejus Petri & Pauli authoritate confiſi XL. dies & Carenam de injuncta eis pœnitentia relaxamus. Datum (locus legi amplius nequit) Anno Domini 1290. Pontificatus noſtri anno ſexto.

Quis vero iſte Boniſacius Epiſcopus, & quomodo Eccleſiæ Germanicæ indulgentias conferre potuerit? non invenio. Ita documenta ſubmiſſa.

Extant aliæ litteræ indulgentiarum de an. 1297. quas tamen ad an. 1410. referam, cum aliis loci hujus memorabilibus.

An. 1291.

ANNO 1291.

Indict. 4. Nicolai IV. Papæ IV. Rudolphi I. Imp. XVIII. Alberti I. Duc. Styr. IX.

Archiep. Salisb. electio Romæ.

Dixi anno priore turbatam fuiſſe electionem Archiep. Salisburgenſis ope potiſſimum Henrici Abbatis Admontenſis, qui legatum quoque ſuum Romam dimiſerat; hoc anno Papa videns Flamingum Archiep. germanicæ linguæ imperitum, ac latinæ parum gnarum, rebus Salisburgenſium non congruere, ſtatuit, ut quivis legatorum ſub juramento, quem optimum judicaſſet, nominaret Archiepiſcopum, & judicium ſuum intra 4. dies ad Papam deferrent; tres Legati Bavari

Henri-

rum ſtudio colorem æquiorem inducturi, violatas antiquas ſuas immunitates querebantur, eo quod Dux Privilegiis ſubſcribere, ſæpius etiam rogatus, ad eum diem diſtuliſſet, unde Albertum adeunt ſupplices ut veteri ſe conſuetudine vivere ſineret, quod ſi impetrarint, experturum Ducem, nullam futuram Provinciam, quæ Styriam fide anteeat, ſi ſecus evenerit, magnopere ſe vereri, ne promptum parendi ſtudium & amor in Principem in populo elangueſcat. Eadem altera die per *Leopoldum Epiſc. Seccov.* exponunt, qui, cum forte vehementius cauſam ſuam peroraret, duxque nil certi reſponderet, ſubjeciſſe fertur: *Scito, jam nunc Styros ſe Sacramento ſolutos putare.* *Leopoldi Epiſc.*

Re in Conſilium relata, æqua fere omnibus viſa poſtulata *Eberhardus de Waldſee* præ cæteris, eo quod Suevus eſſet, & Suevos Styris non acceptos ſciret, leniter Styros tractandos ſuadebat, aſſerens, egregiæ illi, quam in bello adverſus Ottocarum navabant, operæ, plus aliquid gratiæ deberi. Landenbergius etiam dicebat, pactis antiquis ſtandum eſſe, ſolus inquietus Abbas Admontenſis renitebatur, hujusque ſententia denuo apud Albertum evicit dictitantis, frangendos eſſe animoſa repulſa Provincialium animos; dumque altera vice ad colloquium Styri admiſſi fuiſſent, his e mente Abbatis reſpondit Albertus, contentos eſſe debere Styros, ſi, quo loco res eorum ſub Ottocaro fuiſſent & Rudolpho Patre, nunc etiam relinquerentur, non tenuit iram *Fridericus de Stubenberg* vir maturitate, rebusque aliis geſtis clariſſimus, rem tanti momenti, dicens, non una conſultatione finiri oportuiſſe, iterum iterumque, antequam quid ſtatuatur, deliberandum, minas dein tacite ſubjungit, aſſerens, ſi moderatius uti imperio noſſet Ottocarus, vita adhuc & Provincia potiturum, & ſic finitum eſt colloquium omne, Dux vero nil moratus venatu & diverticulis genialibus Provinciam obibat, dein Ad Montes excurrebat. *Abbat. Admont. turbæ.* *Stubenberg de Frider.* *Albert. Dux in Admont.*

Styrorum, teſte Hageno & Auth. Germ. Sacr. petitio in eo hærebat præcipue, 1. ne moneta per quinquennium recudatur. 2. Ut feuda mortuis hæredibus maribus tranſeant ad proximos cognatos. Ad 1. ex mente Abbatis Admont. reſpondit Dux negative, eo quod Abbas Admontenſis ſingulis annis ex hujus monetæ recuſione pararet 6000. marcas, ad alterum ajebat Dux ſe facturum, quod juris & moris eſſet.

Albertus ubi dein in Auſtriam rediit, illico tacitis coitionibus *Græcii* ſeditionis ordo informatus eſt, ſociique, a quibus eorum arma ſuſtentarentur, deſignati, Conradus nempe Salisburgenſis & Otto Bavarus utpote vicini & Albertum exoſi, conjurati cum audirent, Conradum Salisburgenſem ad Albertum Viennam tendere, ut pacem perficeret, *Fridericum de Stubenberg*, *Ulricum de Pfanneberg*, & *Hertnidum de Wildon* mandatis expediunt, ut Conradum iter ingreſſum de rebus ſuis edocerent, eoque permoverent, ut retardato itinere Friſacum abiret, dum plura eidem perſcriberentur. *Græcii ſeditio cæpta.* *Ad Conradum Salisburg. legati miſſi.* *Stubenberg de Frid. Pfanberg de Ulric. Wildon de Hertnid.*

Conſenſit poſtulatis Conradus Salisburgenſis, Friſaci aliquanto tempore perſtitit, donec ulteriora a Styris audiret, quæ Græcii decreta erant. Leopoldus Seccovienſis perferenda Friſacum accepit, ſed hunc Judenburgi languore apoplectico tactum, Conradus Salisburg. *Leopold. Epiſc. Secc. Judenb. † Seccoviis ſepultus.*

haus vindicari deberet, ſuaſum hoc in concilio, ut Ducem Auſtriæ ipſe adiret, & cum hoc amicitiam ſibi ſumme neceſſariam redintegraret; quamvis invitus, ſtetit tamen conſiliis ſuorum Archiepiſcopus Conradus, iterque Viennam apparavit, ad oppidum *Mauterdorf* Styriæ primæ finitimum veniens a quodam nobili Styro edocetur, vix fidendum Alberto Principi, demum perſuadetur, Friſacum ſe conferret, quem in locum Nobiles Styriæ eundem invitarant, quorum invitationi obſecutus eo tandem tetendit.

Sollicitatur a Styris Nobil.

Friſacum venit.

Hung. turbæ. Res jam ipſa monet, ut diſſidium Styrorum cum Alberto Duce hic commemoremus, quod quoniam bellum Hungaricum & mors Rudolphi Cæſaris antevertit, hæc antea ſunt explananda. Ladislao Rege improbo a Cumanis occiſo, ac prole deſtituto, Tartari & Cumani Regnum hoc invadere tentabant, Cæſar vero Rudolphus Hungariam in tutela & fide Rom. Imperii eſſe aſſerens, ejus adminiſtrationem interea Alberto Duci Auſtriæ concredidit, qui Andream III. Venetum interea Viennæ hoſpitem retinuit, donec res Hungariæ pacatiores fierent. Varii cum rivales pro Corona Hungariæ eſſent, univerſis Nicolaus Papa interceſſit, ajens Hungariam a S. Stephano ſedi Apoſt. oblatam, non poſſe nunc extincta ſtirpe Regia aliter, quam e nutu Eccleſiæ obtineri.

Albert. Dux fit Adminiſt. Hung.

Andreas III. Rex Hungar. Concordes utcunque erant Hungarorum animi in Andrea III. Rege petendo, aſt metuebant, Andream, cum plurima Alberti liberalitate Viennæ ſuſtentatus fuiſſet, ſorte pacta noxia cum Duce facturum, unde ſubmiſſis duobus Monachis clam Andreas ſub Monachi ſpecie in Hungariam eſt deductus, coronatus dein, ut ablatas Hungariæ ab Alberto Auſtriæ Duce terras reſumeret, ab Hungaris eſt compulſus, qui mox conflato magno exercitu ad Auſtriæ fines acceſſit, terrasque illas repetiit. Hac in narratione belli Hungarici probe ſcio authores admodum variare, aliterque Hagenum & Hiſtoriam Auſtralem, aliter Bonfinium, Anonymum Leobienſem, Gerardum de Roo aliosque eam ſcenam referre, id mihi inter diſſona horum teſtimonia veroſimillimum videtur, Hungaros non potuiſſe non invitos, iratosque Duci noſtro fuiſſe, quippe qui non minimam Regni ditionem occupaſſet, ſicque Regem Andream bilem coxiſſe ita, ut in Auſtriam irrumperet, eamque Provinciam fæde admodum vaſtaret.

Rudolfus Imp. obit. Hæc inter Alberti Ducis mala, illud non poſtremum accidit, ut Rudolphus pater 15. Julii Germersheimii in Oppido obiret, ſpiræ dein ſepultus. His in turbis & fatis cum bello Hungarico multum ſumptuum feciſſet, Albertus Dux in Styriam venit, ubi honeſtiſſime exceptus eſt; in Styria exiſtens tumultuarios fideles ſuos expertus eſt, turbarum initium a Viennenſibus extitit, qui audita Auſtriacorum cum Bohemiæ & Hungariæ regibns, ac Styrorum cum Ottone Bavaro & Conrado Salisburgenſi pactione, fortium ſuppetiarum ſpe inducti, primi defectionem cæperunt, de qua uberius infra.

Albertus venit in Styriam.

Styri deficiunt ab Alberto.

Styri, apud quos Albertus commorabatur, Abbatem Admontenſem, uti Auſtriaci ſuevos Walſeanos, Landenbergium, aliosque primis in aulæ conſiliique ſubſelliis ferre non poterant, gliſcebat hæc flamma jam prioribus annis, inobedientiæ tamen ſuæ & rerum nova-

rum

agros eſt populatus, quamvis *Wulfingus de Hanno* Præfectus Græcenſis arcis Alberto ſtudioſiſſimus, & *Fridericus de Stubenberg* rem eam minime probarent, & hic quidem, ne conſpirationis indicium præfeſtinum noxæ eſſet; *Hertnidus* idem *de Wildon*, & *Ulricus Comes de Phanberch* Bavarum ſtrenue excitabant, urbes Pruggam, Græcium, Voitspergam polliciti, ſi ſubveniret, acceſſit his Fridericus Stubenbergius, qui miſſo Viennam feciali ſuo palam denuntiavit, ſe una cum ſuis in Bavariæ Ducis fide futurum, cujus exemplum ſecuti alii Styriæ Nobiles, oneratos litteris, precibus, promiſſis Legatos in Bavariam direxerunt, *Ottone Liechtenſteinio juniore* tamen Alberto Duci fidiſſimo.

Hanno de Wulf. Præfect. Arc. Grac.

Stubenberg de Frider.

Phanberch de Ulric.

Liechtenſtein de Otto.

His ſub anni hujus principium diſpoſitis, Otto Dux Bavariæ & Conradus Archiepiſcopus Salisburg. Burcardum de Ellerbach ſuevum Viennam dimiſere, bellum & inimicitias denuntiaturum, niſi Dux Eccleſiæ Salisburg. faceret ſatis; augebant malam Ducis noſtri ſortem Auſtriaci rebelles, qui antea taciturni, coquentes tamen vindictam, Archiepiſcopum in fœdus vocant, Auſtria ſuperiore in præmium promiſſa, inferiore Bohemo jam deſtinata.

Alberto bellum denunciatur.

Tandem conjurati Styriæ non feriandum rati, locum *Tobel* primum aſſultu ceperunt, *Rudolpho de Vansdorf* Vicedomino Friſacenſi partes eorum egregie adjuvante. Albertus Dux omnia diſſimulabat, ſolumque opportuna præſidiis loca muniebat, rei militari per Styriam præfecit *Hermannum de Landenberg*, Hornekius *Lamberg* appellat; inde Otto Bavariæ Dux cum Archiepiſcopo Salisburg. per vallem Anaſi in Styriam irruperunt, Abbas Admontenſis Oppido ſeu urbi *Rottenman* proſpexerat; manumque loco ei validam ex Aneſinæ vallis incolis impoſuit, ſed præſidiarii hi cognito Bavarorum adventu una cum civibus diffugerunt, plebeji qui reſtiterant, arma eo pacto poſuerunt, ut, ſi reliqua per Styriam Oppida ditioni Bavariæ Ducis ſe ſubjicerent, eandem ſubjectionem Rottenmannenſes quoque præſtarent, ſin ſecus, vel ſi Dux reverti cogeretur, in urbe vel extra eam ſtationem haberet, ſimulque portas urbis retineret.

Tobel capitur a Styrii.

Landenberg de Herm. Præf. Milit. in Styr.

Bav. & Salisb. in Styr. irruunt.

Rottenm. urbs capitur.

Abbas dein Admontenſis, de quo invadendo deliberabant hoſtes, clauſuram Admontenſem muniit, quam tamen confœderati ſubegerunt, cum vero Abbas ad Caſtrum Gallenſtein ſe conferret cum præcipuis theſauris & opibus, hoſtes Monaſterium Admont ingreſſi omnia in eo ſunditus exhauſerunt, ſcribit Hornekius eques & ſcriptor Nobilis Styriæ, millia grandium caſeorum octoginta & amplius hoſtes fuiſſe deprædatos, præda omni ad Rotenman convecta, hoſtes per Gaizerwald regreſſi duo Caſtra illic ſita recuperarunt, *Wulfingus de Ebrenvels* tradidit *Chamer*, & Ulricus Comes *de Phanberg Caſtrum S. Petri* aliaque, urbs Leobium dilapſis præſidiariis, & civium animis undique procerum artibus in Ducem Bavariæ inclinatis a *Friderico de Stubenberg* ſubacta eſt, quam in urbem Otto Bavariæ Dux, Conradus Archiepiſcopus, Comites de Haymburch & Phanberch dein convenerunt cum Hertnido de Wildon, evocati ſunt eo etiam Rudolphus Vicedominus Friſacenſis cum Carinthis & Suevis, ac Ulricus Vicedominus Leibnizenſis cum copiis ex *Rein* & *Liechtenvvald* adducendis.

Admont. clauſura capitur.

Monaſterium præda ſubjatur.

Ebrenvels de Ulric.

Chamer S. Petri arx Leobium Capiuntur.

Leobii Convent. hoſtilit.

accurrens mox mortuum Seccovium ad ſepulturam deduci juſſit, ipſe vero Leibnizium, quo factioſorum legati præceſſerant, ſe contulit. V. dicta an. 1283.

Error eſt palpabilis Chron. Salisburg. hoc an. memorantis: *Obiit Wernherus Epiſc. Seccov. circa feſtum Nativ. Dom.* Leopoldus enim, non Wernherus, Epiſcopus Seccov. erat, de quo Necrolog. Seccov. habet: *XVII. Kal. Jan.* obiit *Leopoldus piæ memoriæ Epiſcopus Seccovienſis*, Epiſcopi hujus acta glorioſa hactenus enarravimus, conſtat enim, eum tanta apud Ducem gratia uſum ſic, ut excepto Admontenſi Abbate nullus ei familiarior eſſet & charior, nullus etiam majore in Ducem fide, cujus documenta & in Conc. Salisburg. & dein in caſu interdicti a Rudolpho prolati, atque in belli pacisque negotiis dederat ſingularia & egregia; factum etiam ferunt, ut Meinhardo Carinthiæ Duce, ejusque Filia Eliſabetha Alberti conjuge ſatagente præfectura Styriæ, Abbati Admont. adempta, Seccovienſi mandaretur, quam tamen paulo poſt eidem Abbati Cæſaris interventu reddere debuit; atque ab hoc tempore ab Alberto alienari cæpit.

Ejus laus.

An aliquando Prator Styriæ.

S. Maximiliani Paſſav. translat.

Ad res Styriæ pertinet quoque, quod refert Chronographus Oſterhovenſis: *Eodem anno* nempe 1291. *Dominus Wernhardus Patavienſis Epiſcopus, vir in manſuetudine etiam Moyſi coæqualis, beatorum Maximiliani & Valentini corpora in loco humili repoſita, in tumba honorabili erecta, de novo in medio Eccleſiæ Patavienſis decentiſſime collocavit*, de quo Pl. Auth. Germ. Sacr. tom. I. pag. 441.

Anno 1292.

ANNO 1292.

Indict. 5. Nicolai IV. Pap. V. Adolphi Imper. I. Alberti I. Ducis Styr. X.

Leibnitii rebell. factio.

Leibnizii in Styria integra Styrorum factio coaluit, etenim ad Conradum Salisburgenſem inibi degentem venere Styri Nobiles, *Ulricus de Pfamberg*, *Fridericus de Stubenberch* & *Hertnidus de Wildon*, quorum fiduciarii clam per litteras Archiepiſcopo Conrado ſuas preces ſubmiſerunt; hoc itaque in loco, Leibnizii nempe, Archiepiſcopus a Styris accepit jusjurandum & litteras de ſe non deſerendo, nec redeundo ad gratiam Ducis, donec Eccleſiæ ſatisfiat per ablatorum reſtitutionem. Adductus dein per *Fridericum de Stubenberg*, *Ulricus Comes de Haymburch*, cui præſente Archiepiſcopo principatus Styriæ uxorio nomine eſt delatus, juratumque ab omnibus, Alberto victo, unum ex Comitis hujus Filiis fore Styriæ marchionem: His peractis Comes de Haymburch in Carinthiam abiit, factionem ibidem paraturus.

Heinburch de Ulrico Com. Styria defertur.

Bavarus ad arma excitatur.

Archiepiſcopus Salisburgum rediens, ex Conſilio Magnatum Styriæ cum Bavaro fœdus iniit, antequam vero in Styriam penetraret Dux Bavarus, petiit ſibi dari nomina & Syngraphas eorum, qui ſibi de Styris adhærere velint, ut venturus in Styriam de eorum fide ſecurus eſſet, proniſſimo id ſtudio præſtiterunt Styri noſtri, moxque *Hertnidus de Wildon* defectionis vexillum ex arce ſua protulit, vicinosque

Wildon de Hert. populatio.

agros

Certatim arces, Oppida, Urbes venienti Alberto portas aperuere, Friſacum conatus eluſerat, aliquot diebus Alberti & Mainhardi copias fruſtra detinens, donec vicini amnis eluvione, obſidionem ſolvere cogerentur; diſcedere jam jam parantes Præpoſitus montis S. Virgilii occulta via in Urbem deduxit, exuſta eſt civitas, parcitum tamen Caſtro. *Albertus per Styriam victor.* *Friſac. exuſtum.*

Ducem pacandæ Styriæ intentum, miſſis a Moguntino Nuntiis Eberhardus Comes Catimelibocenſis evocavit ad electionem Cæſaris Auguſti, iter hoc dum apparat Albertus, Provinciales Styriæ ad Fanum S. Viti collectos alloquitur, nihil a ſe incommodanda eorum Privilegia jurat, imo confectis tabulis immunitates Styrorum omnes confirmat feria 5. ante Dominic. Judica. Styri Proceres viciſſim fidem Duci & Hæredibus addicunt, *Henrico de Prueſchenk* cuſtodiendi Stubenbergii, reliquorum vero captivorum cura *Hermanno de Landenburg* demandatur, Hertnidum vero de Stadek Dux Provinciæ Styriæ præfecit, ita Chron. Haſelbachii, Hageni, Hiſt Ducum Styriæ, aliique, id quod forte non invito Abbate Admontenſi factum, cum probe videret, ſe plurimarum turbarum cauſam & promotorem fuiſſe, interim *Præfecti Provincialis* nomine venire etiam Proviſorem Provinciæ **Landsverweſer** jam hoc tomo dictum fuit. V. pl. an. 1298. Variant omnino in narratione factionis hujus Styriacæ Authores, compilator MS. Chron. Styr. ex Aventino narrat, non Muræpontum ſed Judenburgum Urbem remanſiſſe Alberto fideliſſimam, at Aventinus l. 7. ut citatur, nec Judenburgi nec Muræponti mentionem facit, præterea docet Author MS. Chron. Styr. *Fridericum de Stubenberg* captivum turri Haimburgenſi incluſum fuiſſe, de quo tamen nec Megiſerus, nec Megiſerus, nec alius, quem legi, meminit. *Styriæ pax.* *Stadek de Hern. Prætor. 16. Styr.* *Præf. Provinc. quis.*

Dux inde noſter per alpes Noricas iter ingreſſus ſexcentorum equitum agmen in vim & pompam armatos, ejusdem coloris veſtibus ſplendide indutos, ſecum trahebat, Æniponti Mainhardo Carinthiæ Duci Styriam adverſus Bavaros & Salisburgenſes tuendam commiſit, at electorum in ſe ſtudia refrixiſſe deprehendit Albertus; Salisburgenſis, vel ut habet Anonym. Leob. Colonienſis legati criminationibus jam antea oneratus, preſſit tamen injuriam Dux noſter, & Adolpho electo Imperatori clientelam profeſſus, ab eodem feuda terrarum ſuarum ſolemni ritu recepit. Teſte ſerie Abbat. Runenſ. Raynoldo XI. Abb. Runenſi ſucceſſit *Henricus a Sonnenberg Abbas XII. ante feſtum Dionyſii Canonice Electus, eſt inſtitutus, annis* 11. *hujus Cœnobii curæ præfuit paſtorali, & licet ipſe principaliter divinis intentus eſſet obſequiis, in adminiſtratione tamen & aquiſitione rerum temporalium ſagax & providus Martham ſe exhibuit ſollicite miniſtrando.* *Mainhard. Duc Carinth. Styriæ Vicarius.* *Adolph. Imper* *Raynold. Abb. XII. Runæ † Succ.* *Henricus a Sonnenberg Abbas XII.*

Conradus Archiepiſcopus Salisburg. interea domi eos, qui fidem ſibi præſtiterant, munerabatur, *Henricum de Haus Laventinum Epiſcopum* jam nuper nominaverat, interea teſte Chron. Salisburg. *Dominus Chunradus Epiſcopus Chiemenſis obiit Wiennæ 4. Idus Jan. qui corpus ſuum in Salzburgam deduci fecit ad Concilium, quod Dominus Chunradus ibidem celebravit, in quo etiam per Epiſcopos, qui aderant, honorifice eſt ſepultus*, cui proin *eodeman.* a Conrado Salisburg. Succeſſor *datus eſt Dominus Fride-* *Hauſde Henr. Epiſc. Laven. Conrad. Epiſc. Chiem. † Friderie. Succ. Salisb. Conc.*

Muræpontum oppugnatur.

Exercitu & Primoribus ſic Leobii congregatis obſidio urbis Pruk Dom. Quinquag. ſuſcepta eſt, quem locum *Hermannus de Landenberg* tuebatur, non diſſimilia civium Studia in Albertum, amplius facundia ſua Hermannus Landenbergius firmabat, viribus tamen diffiſus continuo Albertum Ducem monebat, ut civitatem ceteroquin fidam mora non perderet; Ducis noſtri copias in monte *Semering* altiſſimæ nives detinebant, quæ tantæ erant, ut viæ molliendæ pene duorum agreſtium millia per dies aliquot inſudarent, interea Dux mandat, ut bonis verbis & paciſcendi ſpecie morarentur hoſtes, quod Muræpontani egregie executi, ſimulavere voluntatem dedendi velut deſperatione ſubſidii, ablegatus itaque Guardianus ad Archiepiſcopum retulit conſternationem civium, orans ſolum, ut induciæ darentur, donec pacta conflarentur, Landenbergius dein ipſe cum 2. urbis Burggraviis egreſſus immenſis pollicitationibus a Bavaris & Ulrico Haimburgio onerabatur, ſed fruſtra tandem, ubi quidam abitum, alii oppugnationis Muræpontanæ continuationem diſſimilibus ſtudiis ſuadebant, decimo quadrageſimæ die feria ſecunda receptui canebant hoſtes, eaque nocte in *Leuben* die ſequenti in *Weixzenkirchen*, feria quarta *Judenburgum* præteribant, & in *Fraunbnrch* pernoctabant, quo loco infeſtati a Landenbergio victores quidem erant, aſt Ducem Auſtriæ montem Semering tranſiiſſe edocti, non longe morandum eſſe decreverunt; *Fridericus de Stubenberg* cum quibusdam iter retro agere juſſus eſt, dum interim Otto Dux Bavariæ cum Conrado Salisburg. adventu Alberti Ducis audito conterriti Friſacum verſus dein per Priewald, per ſuperiorem Taurum properato itinere ſummo cum pavore in Raſtat venit, nec antea properare deſinebant, donec anguſtias Luegenſes ſuperaſſent; Albertum dein Ducem cives extra urbem effuſi inter lætas acclamationes in civitatem deduxere, ille econtra collaudato eorum ſtudio dierum aliquot mora fidam ſibi civitatem cohoneſtavit.

Obſidio ſolvitur.

Albertus Muraponti recipitur

Stubenbergii & Landenbergii certamen in Kapfenberg.

Ejectis extra Provinciam hoſtibus, dum Muræponti adhuc Dux Albertus moraretur, *Kapfenbergam* tetenderat *Fridericus de Stubenberg* valida equitum manu & numeroſo ſervitio ſtipatus, itineris hujus indicium exploratores ad Landenbergium detulere, qui eum aſſecutus in exitu vici *Chrauvvat*, ad ſylvam S. Benedicti ſanum ſeu eremum, dictam acre certamen cum eo iniit, pugna inter Duces & milites coorta Landenbergius crus ſauciatus arena excedere eſt coactus, Stubenbergio equus haſta confoſſus, pedes tamen ſe egregie defendit enſe in omnem partem vibrato, & exceſſiſſet feliciter Stubenbergius, ſi ſuis animi, aut Volcatio famulo (Hagenus eum Volcatium ſeu Völkl von Pühell vocat) fides in herum conſtitiſſet, dum enim Stubenbergius equum ſibi a famulo cedi poſtulavit, reſpondit famulus, ſibi non minus vitam ſuam charam, equum eſſe neceſſarium ad fugam, ſicque captum ſe dedere hoſtibus debuit Stubenbergius cum *Nicolao Stadaver* & *Ottone Moſsbaymer* aliisque, qui primum *Knitelfeldam*, dein *Judenburgum* ad cuſtodiam ſunt abducti; non deerant, qui extremo ſupplicio afficiendos cenſerent, ſed intempeſtivam ſeveritatem redarguit Albertus; imperatum itaque Stubenbergio vitam dedita *Kapfenberga, Guttenberga, & Kötſio* redimeret, libertatem expectaret.

Stubenberg de Frid. capitur.

Judenburgi includitur.

Vitam redimit Caſtris traditis.

Certa-

in Styria turbare non poſſet, maxima Procerum parte jam Alberto conciliata, in Mainhardum Carinthiæ Ducem iram convertit, Caſtrum *in Grifen* occupavit aſtu, expulſo *Friderico de Weiſſenek*, qui pro Arnoldo Epiſc. Babenberg. id obtinuerat, dies dicta terminandis litibus in Efferding ope Emiconis Epiſc. Friſing. ad quem locum convenerant etiam Duces Bavariæ, Conradus Archiep. aliique Præſules ac Viri Clariſſimi; unum obſtabat amicitiæ recudendæ, Archiepiſcopus volebat pactis etiam Comites fœderatos *Stubenbergium, Phanbergium, & Haimburgium* includi, hoc cum reſpueret Albertus Dux, re infecta eſt diſceſſum. Albertus inde Mainhardum Comitem Tyrol. & Carinthiæ Ducem armabat in Haimburgium, qui mox Filium ſuum natu majorem Ludovicum cum armatis in Carinthiam miſit, ſed cum anno fere dimidio iſthic moras trahens verſaretur, Comes de Haimburg cum Rudolpho Prætore Friſacenſi, corruptis civibus & dynaſtis quibusdam, Oppidum S. Viti noctu irrumpit, & Ludovicum Mainhardi Ducis Filium prælio tumultuario victum comprehendit, quem tamen in Takenprun, dein Friſacum ductum manibus Conradi Salilisburg. tradidit Rudolphus Prætor Friſacenſis, in Werfen dein cuſtoditum.

Heymburg de Ulric.

Grifen Caſtr.

Weiſſenek de Frid.

Pax turbatur.

Ludov. Mainhardi Carinth. Duc. Filius Captus.

Hiſce peractis Conradus Archiep. collectis illico cohortibus, in Carinthiam quoque convolavit, viresque cum Heymburgio conjunxit, ſed eorum impetus ad Caſtrum *Freiberg* reſedit, quod cum 6. hebdomadis incaſſum peteretur, miles Bavarus, qui ſub ſignis Archiepiſcopi erat, abjecit arma, nec perſuaderi poterat, ut ſaltem Völkenmarkt & Clagenfurtum occuparet, ſicque Archiepiſcopus renovatis cum Heymburgio pactis, & deſtructis antea Oppidi S. Viti muris, domum receſſit.

Cum vero Mainhardus Dux Ottonem Filium alterum pro ſe in Carinthiam mitteret, Rudolphus Vicedominus Friſac. hujus conatus egregie prævertit, nam Caſtrum *Rabenſtein* in vicino Friſaci jugo extructum cepit & evertit, Caſtrum *Silberek* aſtu ad deditionem adegit, Caſtrum *Pulndorf* diruit, occupaſſetque Oppidum S. Viti muris recens cinctum, ni verecundia Ducem irritandi nimium impediiſſet.

Inter hæc Eliſabetha Auſtriaca de Ludovico Fratre captivo ſollicita, lapidem omnem movit, ut novus fieret ſtatuendæ paci conventus, dies itaque dicta ad Oppidum *Wels*, ubi Dux Auſtriæ, Otto Carinthiæ, & Duces Bavariæ, Archiepiſcopus Salisburg. cum Rudolpho Vicedomino Friſac. convenerant, uti & Epiſcopi complures, ſed & hæc dies paci non fulſit, cum enim Albertus Dux Auſtriæ de ſeditioſis Comitibus mentionem fieri non vellet, cauſa hæc tota diſſiliit, quin Albertus Landenbergium & Emerbergium 200. equitibus inſtructos Carinthiæ immiſit, qui deſolatis *prope Diezium montem Comitis de Heymburg* ditionibus ægre perſuaſi ſunt ad inducias a *Friderico de Ortenburg*, qui Viennam pro Udalrico Haimburgico ſe ſupplicem abiturum promiſerat.

Welſy Conventus.

Fruſtratur.

Ortenburg de Frider.

Comitem de Ortenburg, ſibi cæteroquin charum, Albertus ad Eliſabetham miſit, cumque mæſtitia conjugis ob captivum Fratrem Alberto continuo ob oculos verſaretur, & *Comes de Haimburg* cladibus ſat maceratus ad clementiam Alberti ſe conferret ab armis, huic Dux

Henr. II. Ep. Seccov. fit. ricus *Præpositus Chyemensis* dictus de Fronhoven, *eodem etiam anno*, ait cit. Chronicon, *Henricus Præpositus Salisburg. factus est Episcopus Seccoviensis, cui successit Fridericus Decanus ejusdem Ecclesiæ, de Mitterkirchen* dictus, *per electionem in vigilia Palmarum.* Idem habet Catal. Seccov. Episc.

Meminit vero Chron. cit. Concilii Salisburgensis hoc an. habiti, cum enim res Ecclesiæ orientalis ad interitum vergerent, a Nicolao Papa indicta expeditio sacra circa festum S. Joan. Bapt. an. 1293. ab eodem Papa etiam mandatum, ut Concilia provincialia fierent, in quibus de remedio Terræ Sanctæ consuleretur, sicque, ut habet Chronographus Salisburg. *habitum Concilium Salzburgæ, ex quo rescriptum fuit Domino Papæ & consultum, ut* 3. *Ordines nempe Hospitalariorum, Templariorum, & Teutonicorum counirentur ad unum ordinem, melioribus eorum observantiis ad unum redactis, & quod ad Succursum Terræ Sanctæ Rex Romanus cum principibus vocaretur, qui nuntii antequam venissent ad curiam, Papa mortuus est, & sic hoc negotium remansit infectum*, præter hæc, hoc in Concilio varia sunt statuta, quæ Jacobus Gretserus, Binius, & novissime Harduinus ediderunt, uti 1. de contractibus sponsalitiis, & matrimonialibus non faciendis, nisi coram 6. honestis personis & Parocho amborum vel alterius contrahentium, sub pœna excommunic. ipso facto incurrendæ. 2. Ne Clerici Regul. vel Sæcul. munia sæcularia etiam sub principibus gerant, sub pœna excommunic. 3. Contra Clericos sub nomine vagorum scholarium discurrentes, tandem 4. Sententia excommunicationis in Mainhardum Carinthiæ Ducem lata ob Castra Episcopis Tridentino & Brixinensi erepta; ita enim ait Chron. Mellic. ad an. 1294. erronee *Concilium Salzburgæ habetur, ibique Dux Carinthiæ Mainhardus cum omnibus fautoribus suis authoritate Apostolica excommunicatur pro detentione quorundam Episcopatuum videlicet Tridentini & Brixinensis.* Dixi superius Henricum Episcopum Seccov. ex Præp. Salisburg. factum, eodem hoc circiter tempore *Rudolphus D. G. Præpositus & Archidiaconus Seccov. Ecclesiæ* totusque conventus testatur commutationem agrorum inter Ecclesiam suam & Gössensem factam; Diploma hoc inter Gössensia n. 67. integrum refertur.

Rudolph. Præp. XII. Seccov.

Ortolfum de Prank an. 1288. adhuc vixisse & Præpositum Seccov. egisse, ostendam in Dipl. 191. inter mea in fine; suspicatur quidem Frœlichius, hoc in Dipl. forte interveniisse errorem, & pro Ortolpho scriptum Rudolphum, quoniam aliud de hoc Rudolpo documentum non occurrit, non tamen hæreo in Rudolpho Præp. quoniam Diploma 67. Gössense distincte refert Rudolphum Præp. Seccov. eum vero anno 1290. successisse, eo an. dixi. Wilhelmo Abb. S. Lamberti successit Rapoto Test. Catal. Græcii Topogr. Descr.

Wilhelm. Abb. S. Lamberti † Rapoto Succ.

An. 1293.

ANNO 1293.

Indict. 6. Interreg. Pap. I. Adolphi Imper. II. Alberti I. Duc. Styr. XI.

Styriæ bellum mutatur in Car.

Bellum Styriæ compressum verius, quam extinctum glisebat hoc & priore anno in finibus Carinthiæ; *Ulricus Comes de Haimburg*, cum

in

Hagenus inter alia etiam narrat, Ulricum Haimburgium Alberto Duci reconciliatum, obtinuisse veniam Neostadii posthac vitam ducendi, at cum ibidem pia ejus conjux obiret, mærore tacto Comiti, ut in Carinthiam reverteretur, concessum fuit. Conjux Ulrici hujus erat Agnes Gertrudis Austriacæ ex Hermanno Badensi Filia, nata an. 1251. atque an. 1263. primis nuptiis juncta Ulrico Carinthiæ Duci, hoc an. 1268. extincto eadem Agnes ab Ottocaro Bohemiæ Rege compulsa est anno 1270. nubere Ulrico III. Comiti de Heumburg, ut hactenus dictum: ex dictis Hageni aliorumque Authorum erroris convincitur Necrologium Minoritarum Viennensium, in quo legitur Agnes Comitissa de Heumburg obiit anno 1245, nam Agnes an. 1292. & seq. ex hactenus relatis vixit. Antonius Steyerer in MS. dissertatione docet, Agnetem ante Ulricum maritum 2. Jan. an. 1295. obiisse, post hunc certe annum nulla Agnetis viventis fit mentio. *Haynburg de Agn. mors.*

Regem Hungariæ Andream novam in terras nostras irruptionem tentasse, eique copias suas Ducem nostrum hoc anno opposuisse scribunt nonnulli, docentes belli aleam mox compositam, dum intestino malo laboraret Hungaria, Chron. Claustroneoburg. & ex eo Chron. Vatzonis meminit pacis inter Reges Hungariæ & Bohemiæ, Duces Austriæ & Bavariæ, ac Archiepiscopum Salisburg. factæ, nihil vero determinat, quæ qualisve pax ea fuerit. *Hungar. turba.*

Voravii interim sub *Conrado* II. Præp. 11. *a quadam Gertrude relicta quondam Domini Henrici de Schönau, ac Uxore Hainrici de Kreuspach, bona in Glattendorf & Minichhof Ecclesiæ Voravvensi pro compensatione* 12. *solidorum & 20. denariorum reddituum Græcensis monetæ, libere & integraliter tradidit & resignavit* (lege *sunt tradita & resignata*) *una cum advocatia.* Mönichhofen arx est circuli Voravienſis, hodie Græcensis, non procul a Weizio distans Comitum de Stubenberg, in cujus vicinia locum Glettendof extitisse arbitror, bona hæc quomodo & quando a Vorav. Canonia abalienata fuerint? ignoro. *Vorav. res. Schœnau de Henr. & Gertr. Mönichhoven arx Styriæ.*

Seccovii, teste Catal. Præp. Seccov. defuncto 3. nonis Novembr. Rudolpho Præposito succesſit 12. *Weriandus Weigandt Electus an.* 1293. *circumspectione in tuendis suæ Ecclesiæ bonis effulsit, ac pro his Conservatoriam a Bonifac.* 8. *obtinuit. Perintentus virginis cultui promovendo, sacras indulgentiarum opes pro votiva illa hostia procuravit, quæ magnæ matris honoribus in clientelari Basilica indies litatur. Pastorales curas ad mortuorum juvamen salubriter protulit, religiosumque fœdus pro acceleranda noxarum venia sancivit. A præsulari fastigio, cui ad novennium proficue insedit, se demisit an.* 1302. *obiit* 12. *Kal. Martii an. seq.*

Henricus Abbas Admontensis ab Offenna seu Euphemia Abbatissa Gössensi, *unam huebam seu mansum in interiore Eisenärzt apud villam sitam,* locationis titulo hoc anno obtinuit, & vicissim Ecclesiæ Gössensi singulis annis 24. denarios monetæ Græcensis, se soluturum promisit. *Datum & actum in Lioben* V. Dipl. Gössense 68. eadem Abbatissa eodem hoc anno cum Iringo Plebano S. Viti in Prelep compositionem fecit de alpibus in Ainöd in Kletschach ad S. Viti montem sitis, ut V. Dipl. Göss. 69. *Admont. & Gössens. res.*

oratu conjugis conceſſit, ut Neoſtadii dein habitaret ſtipendio quot annis ſuppeditando contentus; *Fridericus de Stubenberg* audiens operam Friderici de Ortenburg profuiſſe Haimburgio, eundem compellavit, ſibi quoque placatum Ducem redderet, aut laxari carcerem eo uſque impetraret, donec fœderi, quo ſe cum Bavaro & Salisburgenſi implicuiſſet, nuntium mitteret, indulſit Albertus dicens, eum honorem ſe non invidere Stubenbergio, cautionem tamen millium marcarum prius præſtare debuit Stubenbergius.

Stubenberg de Frider.

Linc. Conv.

Conciliatis ſic Styris, via planior ad concordiam patuit, pacisque negotium Lincii denuo tractari cæpit Feſto Pentec. die 17. Maji, præter eos, quos in Conventu Welſenſi memoravimus, aderant etiam Mainhardus Dux Carinthiæ, Bohemiæ Regem Aventinus quoque præſentem memorat; Albertum adhuc ſatis in vindictam obfirmatum Ludovicus Palatinus & Eliſabetha Alberti contoralis ad pacem expugnavit; quæ pacis conditiones fuerint? ignorare cogimur, quoniam Hornekii commentarii lacunam ſat magnam habent, nec eam Hagenus ſupplet, cæteroquin eadem cum Hornekio narrans, id certum de Rhoo aliique teſtantur, Ludovicum Mainhardi Carinthiæ Ducis Filium vinculis fuiſſe exemptum.

Plures belli hujus Carinthiaci circumſtantias ex Hageno referunt Illuſtriſſimus Valvaſorius, Megiſerus, Lazius aliique, quomodo nempe capto Ludovico Carinthiæ Ducis Filio hujus Frater Otto in Carinthiam veniens, *Reinbertum de Glanek* oppoſuerit armis *Ulrici de Haimburg*, quocum quotidianis fere prœliis collidebatur, ut cum ſecurus nimiumque fidens Reinbertus de Glanek cum ſuis circa Caſtrum Griſen equitaret, haſta in dorſo lethaliter percuſſus non ab inimicis ſed ſociis, Chriſtiana tamen magnanimitate, non ſolum percuſſori indulſit, ſed eundem ſibi notum nec nominare voluit: audita viri celeberrimi morte Mainhardus Dux ipſe venire in Carinthiam volebat, impeditus ſui loco Henricum Filium Ottoni ſubmiſit, a quibus *Henricus Told* belli hujus præfectum agere eſt juſſus.

Glanek de Reinbertus.

Told Henric.

Augere copias ſuas debuit Haimburgius, ut adverſariis par eſſe poſſet, miſit itaque *Eberhardum de S. Petro* in Marchiam, ad *Wilhelmum de Scherfenberg* ut ſibi copiis & conſilio præſto eſſ. de hoc Wilhelmo docet Lazius ſequentia: *Erat Regulus ſive Baro tantæ potentiæ, ut Ludovico ac Henrico Carinthiæ & Tyrolis ducibus, & qui illis, ut Sororiis ſuis auxilio venerat, Alberto I. Auſtriæ Duci ultro bellum inferre auſus fuerit, in quo & occubuit.*

De S. Petr. Eberh.

Scherfenberg de Wilhelm.

Ubi Wilhelmus de Scherſenberg cum copiis novis clam de nocte ad Caſtrum Griſen advenerat, conjuncturus ſe Haimburgiis, Henricus Told quoque ſuppetias petiit, & obtinuit per *Conradum de Aufenſtein* cum 50. Equitibus ſubmiſſum, unde die quodam conjuncti ſylvam ad *Weiſſenek* ſitam pervagantes, obvios habuere ad Wallersberg Ulricum de Haymburg, & ſuos, prœlio mox orto Haymburgii cæſæ copiæ, *Fridericus de Weiſſenek & Eberhardus de S. Petro* capti, *Wilhelmus* vero de *Scherfenberg* occiſus eſt, de cujus annulo *Conrado de Aufenſtein* ante mortem tradito videſis Valvaſor. tom. III. Chronici Carnioliæ in Topogr. Carnioliæ f. 591.

Aufenſtein de Conrad.

Weiſſenek arx Carinth.

Hage-

Archiepiſcopus ad Adolphum Cæſarem abiit ejus auxilium imploraturus, a quo etiam mox litteras ad Albertum obtinuit, quibus coctura Salis in Hallein & omnia telonia Archiepiſcopo firmabantur, ſimulque Duci mandabatur, ne Præſuli moleſtus eſſet.

Græcii nuptiæ Annæ Fil. Alber. cum Hermanno Brandeb.

Albertus Dux comminationum intolerans, ut Adolpho Cæſari, & Archiep. Conrado reſiſteret, fœdera principum ſibi conquiſivit, & primo quidem Regis Galliæ cæteroquin Adolpho infenſi, cui proin nuptiæ oblatæ, dein Hermanno Brandenburgico deſpondit Filiam Annam, quæ nuptiæ hujus anni autumno *Græcii* magna ſolemnitate ſunt habitæ, quibusque Regis Galliæ Legatus Bethlemitarum Epiſcopus interfuit; auxit lætitiam & ſolemnitatem nuptialem Eliſabetha, quæ *Græcii* etiam partu feliciter ſoluta filiolam Catharinam in mundum edidit, ita docent præter alios Chron. Clauſtroneob. & Zwetlenſe: *Eodem anno Albertus Dux Auſtriæ & Styriæ Filiam ſuam ſeniorem dedit Marchioni de Prannburch (l. Brandenburg) in Grætz.*

Catbar. Alberti Fil. Græcii nata.

Origo Seditionis in Auſtria.

Interea, dum genialibus ludis Dux ſui maxime ſecurus in Styria indulget, exitium in Auſtria eidem malevoli parabant; etenim jam diu momorderat animos Auſtriacorum Albertum undique a ſuevis obſideri, his prima munia conferri, inde ſuevos lævis oculis aſpicientes jam paſſim traducere incipiebant tanquam homines, quos fames domo expulit, tandem, cum, iram interius concoquere non poſſent, rupta omni patientia Albertum adeunt petentes, ut ſuevos a reipublicæ muniis removeat, cum inter Auſtriacos reperiundi ſint rerum domeſticarum longe peritiores, quique res Patriæ ut ſuas curarent, cum ſuevi eas ut alienas aſpicerent, lucris tantum ſuis intenti: Chron. Clauſtroneobug. hoc an. conjunctos Auſtriacis etiam *Styros* ſcribit, ac in Stokerau & Trebenſe conventus deſuper egiſſe, Zwetlenſe Chron. recentius D. *de Sumerau* Conradum, nomine anteſignanum factionis vocat, quæ tamen ad annum ſequentem referenda arbitror, cum huic anno initium tantum & prima eorum petitio, ſequenti vero rebellio ipſa ſit aſſignanda.

Styri an iis conjuncti.

Sumerau de Conradus.

Auſtriaci veneno petunt Albertum.

Primas Auſtriacorum preces ubi retudit Albertus, ad flagitioſa conſilia mentem convertiſſe dicuntur, reducem e Styria Ducem primum vita, &, ſi cædes non ſuccederet, terris exuere moliuntur, obſonium, quo delectari ducem noverant, veneno imbutum initio Novembris prandenti adferri curant, venenum in viſceribus graſſans cum adverteretur, occluſæ palatii portæ, quæſtio mox in præſentes exercita, *Fridericus & Albertus de Puchaim* dapiferi munere functi, conſpecto periculo, arreptum ambabus manibus cibum ori ingerunt, innocentiam ſuam oſtenſuri, ſed reſtitit eorum innocentiæ probe gnarus Albertus, qua manu, qua voce cibum vetans, excita nuntio Eliſabetha, Græcii partu recens edito adhuc lecto affixa, Viennam advolat, ſed medicorum ſolertia vis veneni eſt fracta, ſuſpenſus e pedibus princeps cum obſonio mortem evomuit, nilque nocuit virus, niſi quod unius pupillæ & vividi coloris in vultu jacturam relinqueret.

Puccheim de Frider. & Alb.

Fama inde mendax tum varias in partes cum Salisburgum provolavit, Albertum nempe veneno necatum fuiſſe, unde citius ac parerat, libenterque credulus Archiepiſcopus Salisburg. arma expedivit,

Salisb. Archiep. evertit Salinam Ducis.

An. 1294.

ANNO 1294.

Indict. 7. Cœleſtini V. P. I. Adolphi Imper. III. Alberti I. Ducis Styr. XII.

Adolfi Imp. & Albert. Duc. Diſcordia.

Adolphus Cæſar opibus deſtitutus, animi vero magnanimitate eximius, divitias iis mediis quærebat, quæ faſtigio Romano indignæ videbantur, unde hoc ſenſim apud Principes Imperii eidem contemptum, Alberto Duci vero ſpem Imperii magnis incrementis confirmabat, id cum ignorare Cæſar non poſſet, ſemper iratus Duci noſtro vixit, hujusque adverſarios fovit, tametſi vero Albertus Auſtria & Styria utcunque pacatis uteretur, nihilominus odia Provincialium in ſuevos Proceres continuo gliſcebant, maxime, cum Dux crederetur opes plurimas in Sueviam conferre, ut Comitatum Habſpurgenſem in Ducatum erigeret, multorum proin conatus erat, Cæſarem quavis ratione in Auſtriam advocare, quod eo erat proclivius, quo denuo Alberto Duci cum Archiepiſcopo Salisburg. occaſio orta eſt inimicitiæ fovendæ, Albertus enim Dux augendis proventibus intentus, conſilio, ut ferunt, Henrici Abbatis Admontenſis in valle Kuehelenſi (Küetal) montem quemdam, e quo ſcatebræ ſalinares Salisburgenſes proveniunt, ea parte, quæ Auſtriam reſpicit, perfodi juſſit, & ſibi quoque ſalinam paravit, inde non modica lucra deceſſerant Archiepiſcopo, Capitulo Salisburg. Monaſterio S. Petri, Nunbergenſi, Raitenhaslacenſi, ac Salemitano; delatæ Duci querelæ, remonſtrationes, preces, ſed incaſſum, reſpondit enim Dux, ſuo ſe jure uti poſſe, unde an. ſeq. Archiepiſcopus ad Cæſarem Adolphum profectus eſt.

Diſſenſio Ducis cum Salisb.

Pfanberg de Ulric. & Margar. Admont. ret. Kaiſersberch Caſtrum.

In Styria interim *Ulricus Comes de Pfanberg* & *Margaretha* ejus conjugalis, Admontenſi in Monaſterio exiſtentes, *Capellæ S. Walburgis*, prope Caſtrum *Kaiſersberch* hodie Comitum de Breuner ſupra Leobium, teſtantur a ſe collatam fuiſſe curiam in Trebach, ut V. Dipl. Admont. 19. in Diplomat. Styr. p. II. f. 232. Rapatoni Abb. S. Lamberti ſucceſſit Otkerus II. teſte Catal. Græcii Topogr. deſcripto.

Rapato Abb. S. Lamb. † Succ. Otkerus II.

An. 1295.

ANNO 1295.

Indict. 8. Bonifacii VIII. P. I. Adolphi Imper. IV. Alberti I. Ducis Styr. XIII.

Diſcordia Ducis cum Salisb.

Recruduerunt denuo diſcordiæ Ducis cum Salisburgenſibus, nam, ut anno priore dixi, Dux ſalinam ſibi in monte Cuchelenſi fecit, per novæ hujus Salinæ fabricam Archiepiſcopus detrimentum ſibi ad quinquagies mille libras ſingulis annis ob diminutionem vectigalium fieri eſt cauſatus, magnam etiam jacturam inde patiebantur Canonici Salisburgenſes, Monachi S. Petri, Ratenhaslacenſes, Salemitani, & moniales Nunbergenſes, omnes partem aliquam commodorum in Salina Salisburgenſi habentes; querelas omnes cum negligeret Dux noſter,

Archi-

ſubſidium Palæſtinæ Conrado IV. Archiepiſc. Salisburg. ſolviſſe, & quidem primo Conrado Archiepiſcop. Salisburg. ſolvit Weriandus 100. *marcas denariorum græcenſium in numero apud Leybentz, qui in pondere fecerunt ſeu continebant argenti ponderati Viennenſis ponderis* (incertum tamen, cujus mixturæ) *marcas* 40. *minus una marca*, dein Henrico Epiſc. Lavent. vice Salzburg. Archiep. aſſignavit *argenti ponderati marcas* 34. *duabus marcis denariorum pro una marca argenti computatis &c.* Item Domino Rudolpho Vicedomino Friſac. *Ponderati argenti marcas ſedecim, qualibet marca argenti pro duabus marcis denariorum computata.* Summa totalis: *Argenti ponderati & non puri marcæ octuaginta novem ponderis Viennenſis. Datum apud S. Oſwaldum in Cirico* (Zeyring) anno Dom. milleſ. ducent. nonageſ. quinto, pridie nonas Januarii. *Subſidium Terræ Sanctæ.* *Moneta Græc. valor.*

Colligi ex hoc Diplomate poſſet *pretium monetæ Styriacæ*, nam ducentæ marcæ denariorum conſtituunt marcas 89. ponderatas argenti non puri, aſt cum incertum ſit, cujus mixturæ ea fuerit, incertum quoque manet pretium monetæ noſtræ hoc tempore. *Moneta Styr. quæ.*

Eidem Præpoſito Werigando *Fridericus Reiſacher* vendidit curiam paſcualem (ſchwaig) quæ ſingulis annis præbet caſeos majores 250. uti habet Diploma Seccov. 122. quod idiomate Germanico exaratum eſt: teſtes rei erant *equites honeſti* (Erbarn Reither legendum Ritter) Herr Dietmar aus der Geul, Herr Ernſt und Herr Leo von Lobmich, Herr Dirmar von Stretwich, Otto aus der Geul, Wolfker von Prank, und andere Bitterleit. additur in fine, a Friderico Reiſacher: So gib ich diſen Brief verßigelt mit drj inſiglen Herrn Diermar aus der Greul, Herrn Dietmar von Stretwich, Herrn Friderich von Saurav meines Schwehers. *Reiſacher Frid.*

Ex hoc Diplomate firmantur ea, quæ ſæpius jam dixi, militum nomine in litteris latinis venire equites, ſeu Nobiles Ordinis equeſtris. Teſtes litterarum hoc & priori tomo jam expoſiti ſunt. Dominos de *Reiſſach ſeu Reiſſacher* Styros Nobiles exponam ad Annot. Diplom. 175. hic in fine.

ANNO 1296. *An. 1296.*

Indict. 9. Bonifacii VIII. Papæ II. Adolphi Imp. V. Alberti I. Duc. Styr. XIV.

Dux Albertus valetudine confirmata ad ultionem Archiepiſcopi reſpexit, & primum quidem agros & prædia Salisburgenſium per Auſtriam & Styriam occupavit, dein fines Salisburgenſes ingreſſus cum copiis inpulſu potiſſimum Abb. Admont. ut habet anonymus Leob. Raſtadium Oppidum obſedit feſto BB. Petri & Pauli, ut habet Chron. Salisburg. non tamen an. 1295. ſed hoc: Dux in feſto B. Margaritæ inſecto negotio recedere debuit, nam Abbatem Admontenſem Ductorem exercitus multa cum ſuis & inopiam maximam perpeſſum ſcribit Author Hiſt. Auſtr. præterea Oppidum Otto Bavarus cum Salisburgenſibus egregie tuebatur, unde Dux Auſtriacus copias ad generum Hungariæ Regem cui bellum cum Comite Ginſienſi erat, abduxit. *Raſtadt obſidetur per Ducem.* *Sed fruſtra.*

manumque Salisburgenſium & Halleinenſium expedivit in *Goſach*, & Salinam Ducis deſtruxit, atque, ut habet Author Hiſtoriæ Auſtralis, *curialem civitatem Thronavv* nomine, evertit, quod damnum fere ſingulis annis ad 3. millia talentorum æſtimatum eſt, qua tamen vi intemperanti duram ſibi Ducis ultionem in annos ſubſequos impoſuit.

Mainhardus Dux Carinth. obit.

Inter has turbas Meinhardus Dux Carinthiæ Kalendis Novembr. in *Greifenburg* deceſſit, ſepultus in fundatione ſua *Stams*, ita Hornekius & Chron. Stamſenſe, Patri in Ducatu ſucceſſere 3. Filii ſuperſtites ſimul duces *Otto*, *Ludovicus*, *Henricus* (Albertus enim an. 1292. in die S. Georgii M. obiit teſte Chron. Stamſ.) quos etiam Mainhardus Pater, teſte Hornekio, ſimultaneos hæredes inſtituit. Eadem habent Chron. Clauſtroneob. Arenpekii aliique authores. Præterea Agnes Auſtriaca ſeu Hermanni Badenſ. & Gertrudis Auſtr. Filia, Uxor prima Ulrici Ducis Carinthiæ, ſecunda vero Ulrici de Heunburch hoc anno obiit, ſepulta in Choro Fratrum Minorum Viennæ, P. Antonius Steyerer in MS. Diſſert. eam jam 2. Januar. hujus an. obiiſſe docet, cum ejus conjux hoc an. pro anima Agnetis Uxoris ſuæ duo Altaria in Eccleſia B. V. M. in *Griffenthal* erigi curaverit.

3. Filii ſuccedunt Otto, Lud. & Henricus.

Agnes Heunburg obit.

Henric. Abb. Admont. pacis turbator.

In Styria Henricus Abbas Admontenſis continuo Ducem urgebat, ut rationibus Archiepiſcopi non ſubſcriberet, probe enim noverat, ſe, ſi minus vitam e legibus Canonicis duceret, ab Archiepiſcopo coercendum eſſe, unde teſte Hornekio omnem dedit operam, ut diſſidium inter Ducem & Archiepiſc. continuaretur. Dux interim Abbati erat addictiſſimus, hocque anno Wiennæ in die Cathedræ S. Petri ei confirmavit munificentiam *Hertnidi de Wildonia Mareſchalli Styriæ*, qui data membrana an. priore in Vig. S. Andreæ Græcii *villam Mayſtein prope Lieſnich* ſupra Leobium ſitam Cænobio Admontenſi donaverat, ut V. Dipl. Admont. 20. in Dipl. Duc. Styriæ P. Frœlich part. II. f. 232.

Admont. res.

Wildon de Hert. Mareſch.

Henrico Abbas Admont. poſtulatur Abb. Mellic.

In ejusdem Henrici Admont. laudes refert Chronographus Mellic. ſequentia: *An. MCCXCV. Abbas Fridericus obiit, poſt cujus deceſſum in electionem Henrici Abbatis Admont. omnium vota concurrunt, & ad locum ſupplicter poſtulatur. Sed eo renuente Cholomannus Prior pro eo eligitur, & in quarto die deſtituitur, & pro ipſo Chunradus dictus Hausler ſubrogatur.* Multum turbarum excuſſiſſet Abbas Admont. Henricus, ſi infulam Admontenſem cum Mellicenſi commutaſſet; præterea devitaſſet inimicum Archiep. Salisburgenſem, ſed conſuluit Monaſterio Mellicenſi Deus, ne poſt annum nova electione alterum ſibi Præſulem adſciſcere debuerit.

Henric. Epiſc. Seccov. res.

Eodem anno, inquit idem Chronicon Clauſtroneob. *Secunda Dom. poſt Paſcha conſecratus eſt Chorus in ſancta Cruce cum altariis circumſtantibus & Capella infirmorum a Venerabilibus Werenbardo Patavienſe* (deeſt Henrico) *Seccovienſe, Epiſcopis.*

Weriandus vel Werigandus Præp. 12. Secc.

Plura nobis de Canonia Cathedrali Seccov. manifeſtat diplomatarium Styriæ P. Frœlich, & 1. quidem novum Præpoſitum nomine *Weriandum* vel *Werigandum* Ordine XII. dixi anno 1290. Rudolphum Præp. Canoniæ Cathedrali Seccovienſi datum fuiſſe.

Porro de Weriando ſeu Werigando Præp. Seccov. innuit 2do Diploma Seccov. 121. eum 200. marcas Denariorum ex decimis in

ſub-

Gliſcens Magnatum Auſtriacorum rebellio, in apertam flammam erupit, partemque plebis ſecum in exitium traxit; indicto primum *Stokeraviæ* colloquio proditionis fundamenta ſunt jacta, cumque actum agi omnes dicerent, ni Rex Bohemiæ ab Alberti partibus abſtraheretur, *Hermannus de Liechtenſtein* & quidam Dominus *de Hakenberg* in Bohemiam Legati ſunt, ejus regionis Monachæ auxilium imploraturi; interea etiam inter ſocios partiti Provincias, ſuos ſingulis hamos; quibus caperentur, objiciunt, Bohemo Auſtriam inferiorem, ſuperiorem Salisburgenſi, Styriam Bavaro, Marchiam Vindorum Hungaro attribuunt, ſicque venatu nondum inchoato de Præda decernunt. Duci ne congreſſus fieret ſuſpectus, ad eundem mittunt Dominum *de Chuuring ſeniorem, Hadmarum de Sumerek, Conradum de Sumerau* & *Albertum de Puechaim*, qui jura ſua ſibi illæſa ſervari poſtularent. Dux eos ſumma benevolentia complexus leniter reſpondit: poſtulata ſua certis capitibus comprehenſa, & in libellum redacta porrigerent, & quæ ſervari vellent, explicarent, cætera a minis ſibi temperarent, impetrari omnia, extorqueri nihil ſe paſſurum.

Auſtriacorum rebellio.

Liechtenſtein de Hermann.

Hakenberg de.

Chuuring de Sumerek de Hadm. Sumerau de Conrad. Puechaim Albert.

Ut vero cognitam ſibi conjurationem, actaque colloquii in Stokerau nota oſtenderet Dux, ex *Alberto de Puechaim* quem in amoribus habuerat, velut per jocum, teſte Hageno, quærit, ecquis optime rem omnem Stokeraviæ geſſiſſet? cum hic dixiſſet, campanam a quatuor conflatam, nec ei deeſſe quidquam præter piſtillum, reſpondit Dux, en me! ejus vices obibo, cui Puechaimius, ita plane fieri neceſſe eſt ſi meis ſolius auſpiciis res foret gerenda; fremebant interea taciti in Puechaimium velut arcanorum proditorem ſocii, iisque animi utcunque concidiſſent, ni anxiis lætiora reduces, e Bohemia Legati attuliſſent.

Regis Bohemi favore tumidi alterum *Trebenſey* (Oppidulum eſt Tulnæ vicinum) conciliabulum celebrant, quibus ex Styria & Carinthia etiam magnates acceſſerunt; poſtulata hic, vel ſi mavis, mandata Duci porrecta per eosdem, qui nuper ad eundem miſſi: præcipua poſtulatorum capita erant, in Sueviam ne pecunias mitteret, exteros in conſilium non adhiberet, a muniis publicis amoveret: Dux ſimulans referre Legatos jubet, num ejectis cæteris *Hermannum de Landenberg, Eberkardum, Henricum*, & *Ulricum de Walſee* retinere fas eſſet, cum ſplendidis Familiis per matrimonia juncti ſolum vertere vix poſſent, ni Filias proceres eadem pœna involveret; cumque conjurati nuntiaſſent, centum alios fuevorum retineret, hos modo proſcriberet, tandem perſonam ſumpſit Albertus dicens: Principem enimvero veſtrum me experiemini, cujus ſit leges dare non accipere, non calonem, non lixam, alieno imperio me dimiſſurum ſcitote.

Trebenſej. Conv.

Landenberg de Herm. Walſee Eberh. Henric. Ulric.

Dum hæc in aula agerentur, ſubmiſſi e conciliabulo Trebenſejenſi fora & compita Viennæ obeunt, officinas percurſant in Suevorum odium egregie declamant, arma ut ſumerent, ne antea ponerent, donec proceribus viſum, hortantur, plebs in turbas facilis, otioſa præſertim juventus mox æſtro percita, tota urbe volitat, ſuevos calumniatur, omneque contumeliæ genus in eos effundit, nec principi quidem pepercit, cujus aula ſeditioſis vocibus perſtrepere, petulanti

Viennenſ. ſeditio.

Engelbert. Abb. Admont. Cum obſidio Raſtadii a 29. Junii ad 20. Julii duraverit, Dux exercitus non Henricus, ſed Engelbertus Abbas Admont. Succeſſor *Henric. Abb. Admont.* † fuiſſe debuit, nam *Henricus Abbas Admont.* ex Necrol. Admont. *IX. Kal. Junii obiit.*, & quidem miſerabili fato, nam, ut ait Author Hiſtoriæ Auſtralis, *a quodam cognato ſuo in lecto ſuo ſagittatus, poſtea Gladiis & cultellis confoſſus, demum capite truncatus* ſatiavit odia hominum, quæ putabatur meruiſſe, Chon. Mellic. necem ejus ad an. ſeq. refert., cui tamen contradicunt ſcriptores alii, nominatim Chronogr. Clauſtroneob. & Zwetlenſe: *Eodem ao. 1296. Abbas Admontenſis Capitaneus Styriæ occiſus eſt.* Author Cathalogi Abbatum Seitenſtetenſium apud Hier. Pez tom. II. f. 307. item Author ſeriei Abbatum Admontenſ. apud Frœlich. Dipl. Styr. p. II. f. 250. eum maximis laudibus exornant tanquam alterum Monaſterii fundatorem, Capitanei & Landſcribæ munere functum, per omnem Germaniam, Galliam, Italiam fama nominis celeberrimum &c. nec abnuo, ea quæ narrata ſunt hucuſque, tempori potius & liti, ſtudioque augendi ſui Cœnobii potius, quam homini imputanda eſſe, interim nemo vitio vertet, ſi in rebus ejus enarrandis Hornekium aliosque ſecutus fuerim, cum, domeſtica documenta, licet ſubmiſſis litteris expetita, obtinere alia non potuerim, quam quæ Cl. Viri Pezius & Frœlichius typis vulgarunt.

Necati Henrici Abb. Admont. circumſtantias aliqualiter immutat ſeries Abbatum Admont. apud Frœlichium cit. ait enim: *Tandem animi cauſa ſupra montem Dietmars-berg cum nepote aſcendens*, Henricus nempe Abbas Admont. *ſagittæ ictu, quem nepos in feram intenderat, improviſo tactus interiit annos vix 50. natus, an. MCCXCVII.* cui tamen anno cæteri ſcriptores contrariantur.

Engelberto Abb. Admont. 27. Succeſſit Henrico Engelbertus Abbas Ordine 27. ex Abbatia S. Petri teſte Hornekio huc translatus, quamvis antea in Monaſterio Admontenſi adoleverit; Nobili genere natum, ſtudiorum & ſolitudinis amantiſſimum fuiſſe, pluresque libros inſignes ſcripſiſſe teſtatur ſeriei Abbat. Admont. Author, de quibus alibi.

Saliſb. turbæ. Cum finem affligendi res Salisburgenſium non faceret Albertus Auſtriacus, Præpoſitus Salisburg. & Abbas S. Petri miſerunt deprecatorias, ne inſontes cum noxiis eadem clade involveret, interea Conradus Archiep. cum ſub Rudolpho Vicedomino Friſacenſi, & Ulrico Leibnizenſi ad tuenda Caſtra copias ſubmiſiſſet, iter ad Adolphum Imperatorem ſuſcepit tum in Miſnia ſubigenda verſatum, miſſus illico ab Adolpho ad Albertum Ducem Comes Oetingius, cum interminatione, ni damnis Archiepiſcopi ſatisfaceret, Cæſarem ipſum in Auſtriam venturum. Dux Paſſavii concordiam cum Bavaro tractabant, audita comminatione Cæſarea obſtupuit primum, ſed ne obdureſceret, hortabantur alii, conſenſumque, ut in Oppido *Rotenman* colloquium fieret, in quo cum poſtulata utrimque ſat gravia eſſent, res infectæ manſerunt, concluſæ ſolum induciæ, intra quas de pace ageretur; Albertus ex *Rotenman Judenburgum* reverſus ibidem *Henricum de Walſe* attributo copiarum numero, finitis induciis reſumere vaſtitates juſſit, de quibus an. ſeq.

Rotenmanni colloquium.

Judenburgi Dux Albertus agit.

Gliſcens

Gliſcens Magnatum Auſtriacorum rebellio, in apertam flammam erupit, partemque plebis ſecum in exitium traxit; indicto primum *Stokeraviæ* colloquio proditionis fundamenta ſunt jacta, cumque actum agi omnes dicerent, ni Rex Bohemiæ ab Alberti partibus abſtraheretur, *Hermannus de Liechtenſtein* & quidam Dominus *de Hakenberg* in Bohemiam Legati ſunt, ejus regionis Monachæ auxilium imploraturi; interea etiam inter ſocios partiti Provincias, ſuos ſingulis hamos; quibus caperentur, objiciunt, Bohemo Auſtriam inferiorem, ſuperiorem Salisburgenſi, Styriam Bavaro, Marchiam Vindorum Hungaro attribuunt, ſicque venatu nondum inchoato de Præda decernunt. Duci ne congreſſus fieret ſuſpectus, ad eundem mittunt Dominum *de Chunring ſeniorem, Hadmarum de Sumerek, Conradum de Sumerav* & *Albertum de Puechaim*, qui jura ſua ſibi illæſa ſervari poſtularent. Dux eos ſumma benevolentia complexus leniter reſpondit: poſtulata ſua certis capitibus comprehenſa, & in libellum redacta porrigerent, & quæ ſervari vellent, explicarent, cætera a minis ſibi temperarent, impetrari omnia, extorqueri nihil ſe paſſurum.

Auſtriacorum rebellio.

Liechtenſtein de Hermann. Hakenberg de.

Chunring de Sumerek de Hadm. Sumerau de Conrad. Puechaim Albert.

Ut vero cognitam ſibi conjurationem, actaque colloquii in Stokerau nota oſtenderet Dux, ex *Alberto de Puechaim* quem in amoribus habuerat, velut per jocum, teſte Hageno, quærit, ecquis optime rem omnem Stokeraviæ geſſiſſet? cum hic dixiſſet, campanam a quatuor conflatam, nec ei deeſſe quidquam præter piſtillum, reſpondit Dux, en me! ejus vices obibo, cui Puechaimius, ita plane fieri neceſſe eſt ſi meis ſolius auſpiciis res foret gerenda; fremebant interea taciti in Puechaimium velut arcanorum proditorem ſocii, iisque animi utcunque concidiſſent, ni anxiis lætiora reduces, e Bohemia Legati attuliſſent.

Regis Bohemi favore tumidi alterum *Trebenſey* (Oppidulum eſt Tulnæ vicinum) conciliabulum celebrant, quibus ex Styria & Carinthia etiam magnates acceſſerunt; poſtulata hic, vel ſi mavis, mandata Duci porrecta per eosdem, qui nuper ad eundem miſſi: præcipua poſtulatorum capita erant, in Sueviam ne pecunias mitteret, exteros in conſilium non adhiberet, a muniis publicis amoveret: Dux ſimulans referre Legatos jubet, num ejectis cæteris *Hermannum de Landenberg, Eberkardum, Henricum*, & *Ulricum de Walſee* retinere fas eſſet, cum ſplendidis Familiis per matrimonia juncti ſolum vertere vix poſſent, ni Filias proceres eadem pœna involveret; cumque conjurati nuntiaſſent, centum alios fuevorum retineret, hos modo proſcriberet, tandem perſonam ſumpſit Albertus dicens: Principem enimvero veſtrum me experiemini, cujus ſit leges dare non accipere, non calonem, non lixam, alieno imperio me dimiſſurum ſcitote.

Trebenſej. Conv.

Landenberg de Herm. Walſee Eberh. Henric. Ulric.

Dum hæc in aula agerentur, ſubmiſſi e conciliabulo Trebenſejenſi fora & compita Viennæ obeunt, officinas percurſant in Suevorum odium egregie declamant, arma ut ſumerent, ne antea ponerent, donec proceribus viſum, hortantur, plebs in turbas facilis, otioſa præſertim juventus mox æſtro percita, tota urbe volitat, ſuevos calumniatur, omneque contumeliæ genus in eos effundit, nec principi quidem pepercit, cujus aula ſeditioſis vocibus perſtrepere, petulanti

Viennenſ. ſeditio.

corona cingi cæpit, jam machinæ muris admotæ, seque fascium loco ligneis calceorum modulis fossas expleturos sutores picei jactitabant; rogati per nuntios Ducis quidnam vellent, inconditis audacibusque verbis vociferabantur, nisi e veterum legum formula imperaret, nunquam se ei obsecuturos.

Dux in montem Cetium abit.

Suevi Magnates, cum tempori cedendum dicerent, seque promptos ad exilium offerrent, restitit Albertus Dux magnanimitate sui fretus, & ægre admodum persuaderi potuit, ut cum conjuge & liberis in montem Cetium vicinum secederet, ibique copias ex Suevia, Alsatia, Franconia adventuras expectaret: aderant paulo post copiæ illustres sub *Rudolpho Comite de Habsburg* & Alsatiæ Landgravio, *Conrado de Liechtenstein*, *Alberto de Hochenloe*, *tribus Comitibus de Montfort*, & *Episcopo Curiensi*, a quibus Vienna opinione citius obsessa est; mox fames Viennæ inclusos rebellium civium adeo acriter momordit, ut nobilium, a quibus in eam temeritatem præcipitabantur, factionem passim damnarent; frustra omnem facundiæ vim exercuit Praitenfelderus unus e civium primoribus orans, ne rem bene cæptam brevis moræ intolerantia frangerent, adesse jam jam auxilia, nec, si expectarent, aliud ipsis præter extrema supplicia esse perferendum; ægerrime ad 6. dies persuasa plebs, quibus & annona & auxilia certo adessent; at ea mora inutilis erat, cunctatione sociorum promissa fallentium, Ungarus fœdus cum Alberto initum excusavit, Bohemum Gutha Uxor Fratri Alberto placavit, cunctante sic per 6. dies magistratu Abbas scotorum a civibus exoratus est, ut deprecator eorum apud Ducem fieret, quod etiam fecit, exeuntem Abbatem cives magno numero caput pede que nudi consequuntur, misertus Dux eos in veniam recepit. Plebis exemplum secuti magnates cum Chunringio eadem facilitate in gratiam sunt recepti, Falkensteinius solum vertere maluit, *Conradus de Sumerau* ad Cæsarem Adolphum malæ causæ suæ patrocinium quæsiturus in exilio obiit, ita quoad omnia fere Hagenus.

Vienna obsessa.

Fame domatur.

Cives supplices veniam obtinent uti & Primores.

Sumerau de Conrad.

Secc. & Stanz. Consœd.

Inter Canonicos Stanzenses & Seccovienses communio meritorum & operum statuta est *a Sigbardo Præposito*, *Widulgo Decano*, totoque Capitulo S. Catharinæ Stänz seu Steuntz, emanatæ litteræ, ut V. Dipl. Seccov. 126. nulla tamen fit mentio, Canoniam Stanzensem fuisse Coloniam Seccovienſem. *Sigbardus* hic, teste serie Præpositorum mihi ex celeberr. hac Canonia communicata præfuit *quartus Ordine Præpositus* ab an. 1276. *ad* 1278, cujus Successor Widurgus, ut sit series, fors idem fuerit cum Widulgo Decano hujus anni.

Sigbard. Præp. IV Widulgus Dec. Stanzensis forte deinde Præpositus.

Henr. II. Ep. Seccov.

Henricus II. Episc. Seccov. eodem hoc anno agros prope forum seu Oppidum *Chnutelfeld*, hodie urbeculam Knitelfeld, sitos, & sundos alios contulit *Ottoni de Geula*, ejusque uxori, ac nepti suæ Leikardi, qua de re Seccovii litteras confecit præsentibus D. Werigando Præpos. D. Ditmaro de Geula seu Gäller aliisque, ut V. Diplom. Seccov. 123.

Knitelfeld.

Geul de Otto.

Leibnizii res.

Leibnizii cum mensem Augustum ageret Henricus Episc. Seccov. alio Diplomate testatus est Præposito & Capitulo Seccovienſi competere jus plenum, ut ad *Ecclesiæ B. V. M. in Prank* administratorem exponere

Prank Paroch. Seccov.

ponere unum ex ſuis religioſis poſſit. V. Diplom. Seccov. 124. Eidem vero Eccleſiæ Cathedrali Seccov. *Otto de Geula* ſeu *Gäller* mortis cauſa donavit feudum ſuum ſub Greuzberg ſitum, dictum in der Hueb 300. Caſeos magnos annuatim perſolvens, ita teſtatus eſt Diplomate publico *Ditmarus Frater ejus miles de Geula* ſeu eques *de Gäller* Seccovii. V Dipl. Seccov. 125. At eodem anno Weriandus Præpoſ. Seccov. *neceſſitate*, ut ait Diploma Seccov. 127. *urgente, eo quod aliena gula devoret bona Eccleſiæ Seccov. & hæc in magna debita jam pervenerit*, verdidit Eubam ſeu Hubam in Ugendorf. *D. Chunrado Strenuo militi de Chalchhſperg* adjectis tamen certis conditionibus.

Galler de Otto & Ditmarus.

Chalchhſperg de Conrad.

Conradus tandem Præpoſitus XI. Vorav. hoc an. teſte Chron. Vorav. *permutavit aream dictam* in der Aynadt *cum Henrico de Krevvspach, & Alberto de Puechaim, Ulricus Comes Pfannberg* bona quædam in Styria ſita in feudum dedit, ut habet Excell. Wurmbrand. ex Archivo Puechaimiano.

Vorav. ves. Krevthach de Henr. Pfanberg de Ulric. Puechaim de Albert.

ANNO 1297.

Anno 1297.

Indict. 10. *Bonifacii VIII. Pap. III. Adolphi Imper. VI. Alberti I. Ducis Styr. XV.*

Nuptias Agnetis Auſtriacæ, Filiæ Alberti Ducis, ad annum præcedentem refert Chronic. Clauſtroneob. & Auſtriacum Poltrami Conſ. Vienn. his verbis: *Andreas Rex Hungariæ cum maxima ſolemnitate duxit in Uxorem, Filiam Domini Alberti Ducis Auſtriæ*, hoc certe anno Andreas III. Hungariæ Rex quarto Nonas Novembr. Agneti huic Conſorti ſuæ chariſſimæ in dotalitium donat *Comitatum Poſonienſem cum Caſtro Poſonienſi, & aliis Caſtris eidem Comitatui conjunctis & annexis villis, tributo ſeu aliis pertinentiis ac utilitatibus univerſis*, additur quidem: *Uſque dum eidem Dominæ Agneti Reginæ conſorti noſtræ fuerit vita Comes*, Comitatus tamen integer Poſonienſis an. 1415, dum Frider. Pulcher pro Corona Imperii Regis Hungariæ auxilium expetiiſſet, reddi debuit. V. eod. annno Diploma hoc inſigne Hungaricum inter Dipl. Seccov. n. 129. vulgavit Frœlichius in Diplomat. Styr. p. I.

Agnet. Auſtr. nuptiæ cum Andr. Hung. Rege.

Poſonienſem Comit. & Caſtr. cedit Auſtriacis.

Coronationi Wenceslai Regis Bohemiæ & Gutæ Reginæ Sororis Ducis noſtri, ultra modum ſolemni, Albertus etiam Dux noſter teſte Hornekio adfuit, inde redux lætiora & ſalubriora feſta in Auſtria egit, quæ ſine ſumptibus gaudium & Levamen miſeris attulere. Jam an. præced. dixi, Albertum in Salisburgenſes ultionem paraſſe, Henricum & Ulricum Walſee deſtinatos, ut ditiones Salisburgenſes denuo vaſtarent; & vallis quidem Laventina miſerandum in modum eſt rapta, eadem ſors addicta *diſtrictui Leibnizenſi*, ſed ei dextre interceſſit Ulricus Vicedominus, dein Epiſcopus Seccovienſis, qui *Henricum & Ulricum de Walſee* ſpe pacis morabatur per totam anni hujus æſtatem; interea Salisburgenſes cladium feſſi, & clamoribus miſerorum excitati, ut ait Auth. Germ. Sacr. obſidebant ſuum Archipræſulem, videret aliquando, quem faceret calamitatibus finem, ille Capitulo & Provincialibus paciſcendi poteſtatem dedit, miſſusque ab his

Pax Alberti ad Solisburg.

Ulricus Viced. Leibn. fit Epiſc. Seccov.

Walſee de Hen. & Ulric.

Viennam Canonicus orator, qui Ducem emolliret; Irenem pacisque internuntiam egit denuo Eliſabetha Duciſſa, quæ, dum primum leniiſſet maritum, advocatis Patavienſi & Friſingenſi Epiſcopis, ipſi etiam Archiepiſcopo acceſſum perſuaſit, qui etiam cum ſociis 12. e Capitulo & Provincialibus ac civibus Viennæ comparuit. Tandem colloquiis variis habitis arbitri 4. ſtatuti, 2. a Duce nempe *Hermannus de Landenberch* & *Eberhardus de Waldſee*, duo ab Archiepiſcopo *Rudolphus Vicedominus Friſac.* & *Burchardus de Ellerbach*, a quibus pax concluſa eſt in ſequentes articulos: *Dux renuntiet juri advocatiæ in bona & fundos Abbat. Admont. trans Mandlich, nec ædificet Salinam in Gotſach, remittat omnes intentiones factas ad Lungavv. Archiepiſcopus reddet Duci medium vectigal, quod habuerat in Rottenman & Lutenvverg; præterea ter mille marcas tribus intervallis ſolvet. Jus omne, quod ipſe & Capitulum obtendit in Caſtra Sitzenberg, Weiſſenek, caſſetur, ſic tamen, ut Dux ſuperſedeat Purkſtal & Enspurg ædificare, ac munire operibus, ſi quid aliud poſtulatorum ſit & contentionis deinceps orituræ, bonis pactis citra bellum dirimatur.* In tabulario Græcenſi extant tabulæ Archiepiſcopi, in quibus Conradus ſuo, & Capituli nomine Alberto & ejus ſucceſſoribus fidem obligat, nemini opem laturum, qui ipſius aut affinium ejus Ottonis, Ludovici, & Henrici Carinthiæ Ducum hoſtis fuerit, ne quidem Regi Romanorum. *Dat. Wiennæ an. MCCXCVII. die S. Ruperti in Autumno.* Lætitia pacis inſonuit menſe Septembri, eam nova Filia tunc Duci nata auxit, ab Archiepiſcopo ſtatim ſacro de fonte levata, qui tum pariter octo nobiles militari enſe accinxit; tanta vero fuit odii prioris in amicitiam converſio, ut Albertus prope abiturus in Alſatiam Archiepiſcopo conjugem ac liberos, ut Patri & tutori commendaret.

Landenberg Herm. Walſee Eberhard. Rud. Viced. Friſac. Ellerbach de Burc.

Rottenman & Luetenberg. vectigal.

Henr. II. Ep. 6. Seccov. obit. Ulric. II. Ep. 7.

Archiepiſcopus redux vocato Capitulo tranſactionem prælegit, quam omnes ratam habuerunt: mox, ut docet Author Germ. Sacr. *Ulricum Vicedominum Leibnizenſem* conſecravit Epiſcopum Seccov. virum inſignibus in Eccleſiam meritis. De hac electione ita ſcribit Catal. Epiſc. Seccov. mihi transmiſſus: & quidem de morte Henrici: *Obiit an.* 1297. *die* 27. *Febr.* de Succeſſore vero ita: 7. Epiſc. *Udalricus II. de Paldau præficitur Eccleſiæ Seccov.* 1297. *obiit* 1308. *die* 4. *Febr. legitur ſubſcriptus in Diplomate pro Seizenſi Cartuſia edito in Pruka Styrenſi* 1305. *Non. May. Elegit ſibi ſepulturam in Cathedrali Seccov. numeratur inter Fundatores.* Stropha hæc me multum detinet; nam certum eſt ex Dipl. Seccov. 124. anno priore citato, Henricum Epiſc. Seccov. pridie Kal. Aug. an. 1269. adhuc vixiſſe, præterea Diploma nullum mihi præſto eſt ante annum 1301, quod Ulrici II. Epiſcop. Seccov. mentionem faciat, nec etiam Chronicon Salisburg. vel aliud Patrium Henrici vel Ulrici, quo hic ſucceſſerit, ille deceſſerit anno, meminit errat itaque Elenchus Epiſcoporum Seccovienſium in Græcio Topogr. deſcripto, dum Udalricum II. Epiſc. Seccov. 7. ad an. 1303. reponit. Ut ut ſit interim, documenta domeſtica ſequor & Ulricum II. hoc anno Epiſc. Seccov. factum cenſeo, cum vero in Necrol. Seccov. 3. *Idus Julii* ſeu 13. Julii defunctus legatur *Hainricus II. piæ memoriæ Seccove Epiſc.* in Catal. vero citato 27. Febr. hujus anni mortuus dicatur,

tur, necessario in Fragm. Necrol. Seccov. Frœlichii error intervenerit, & ponendus erit Henricus III. ut ex an. 1337 patebit.

Majus denuo bellum Alberto Duci nostro instabat; *Adolphum de Nassav* Cæsarem electores tolerabant magis, quam volebant, fraudibus Moguntini Archipræsulis decepti, nunc vitio ei datum, quod se mercede conduci ab Eduardo Angliæ Rege contra Philippum Pulchrum Galliarum Regem bello Flandrico sustinerit, quod fidem sefellerit acceptis 100. nummorum aureorum millibus, quæ inter Duces dividi oportebat, quod Thuringiam ab Alberto ejus Principe & adultero, præter jus fasque emerit, quod amissa Flandria bellum ibidem contra legitimos hæredes Fridericum & Dietmannum gesserit, denique quod mercenaria opera, luculento perjurio, avaritia, nundinatione Rom. Imperii Majestatem polluerit, & quæ sunt cætera hujusmodi. *Alberti Duc. res cum Adolpho Cæsare.*

Advenit igitur Albertus Comes de Hayerloche Electorum Nuntius, Alberto aliena ab Adolpho, proniſſima in se, consilia expositurus, simulque Ducem ad Coronam Imperii invitaturus, prima conspirationis lineamenta Pragæ ducta, in coronatione Wenceslai Regis, cui plerique Imperii proceres aderant; indictam dein Egræ diem, cum Adolphus Cæsar impediret, Cadani conveniunt, Alberto Imperium offerunt, dataque sic invicem fide recedunt, Alberto injungentes, ut ad paranda sociorum auxilia animum adjiceret, quod etiam factum anno sequenti.

Parochiam *Gradwein* supra Græcium, hodie Monasterio Runensi unitam, an. 1260. Canoniæ Seccovienſi donatam fuisse ab Udalrico Archiep. Salisburg ad eum annum dixi, uti & an. 1265, eadem an. 1268. jam inique erepta est eidem Canoniæ, restituta tamen fuisse debuit, eo quod Weriandus Præp. Seccov. hoc anno coram Capitulo Claustroneob. in Austria solenniter protestaretur, Ecclesiam suam Seccovienſem, per aliquos invasores inique sibi arripientes & vindicantes Ecclesiam Parochialem S. Ruperti in Gradwein, cujus annuus census adæquaret minimum 200. fl. auri boni & justi ponderis, fuisse inique spoliatam, ut V. Diploma Seccov. 128. sed de hac Ecclesia plura in Annot. Diplom. in fine. *Gradwein Parochia Eccl. Seccov.*

Voravii Chunradus Præpositus ab *Alberone de Sevvenstain* obtinuit confirmationem venditionis, qua *Bernardus Frater ejus de Sevvenstein* jus montanum in seven vendidit, V. Diplom. mea in fine num. 194. *Vorav. res. Sebenstein de Alberto & Bern. Frater.*

ANNO 1298. *Anno 1298.*

Indict. 11. *Bonifacii VIII. P. IV. Adolphi Imp. VII. Alberti I. Duc. Styr. XVI. Imp. I.*

Albertus Dux noster, illico ad paranda Sociorum auxilia animum adjecit, icta sunt fœdera cum Wenceslao Rege Bohemiæ, Andrea Hungariæ, Ducibus Saxoniæ & Carinthiæ, Marchionibus Brandenburgicis Viennæ mense Februario congregatis post octavam Purificationis, de quo conventu historia Australis plenior ita habet: *Vienne* *Albert. ad bellum se parat.* *Vienn. Convent.*

In eo Ulricus Episc. Seccov. Weriand. Præp. Seccov.

næ itaque post Octav. Purific. B. V. convenerunt ad Ducem Austriæ illustrii Rex Hungariæ Andreas, magnificus Wenceslaus Rex Bohemiæ, Dux Saxoniæ, Marchio Brandenburgensis, Dux Carinthiæ, Dux Moraviæ -- Episcopus Basileensis, Constantiensis, Olomucensis, Patav. Archiepiscopus Strigoniensis, cum pluribus Ungariæ Episcopis, item Episcopi Pragensis. Frising. Seccov. Chiemensis, Comites, Barones, Abbates, Præpositi &c. Quos inter etiam Weriandum Præp. Seccov. an. præced. 22. Novembr. in Austria existentem fuisse reor, referuntur dein nuptiæ Filiæ Regis Hungariæ cum Filio Regis Bohemiæ, Viennæ solemniter celebratæ. Non aderat quidem huic Conventui Archiepiscopus Salisburgensis, attamen ad expeditionem eandem se accingebat: mox Albertus ab Electoribus Oppenheimii demoratis admonetur, ut festinaret adesse Comitiis Moguntiæ celebrandis, ergo appetente vere, suis sociorumque instructus copiis, iter per Bavariam ingreditur, Bavaro nequidquam obtinente, apud Chenzing Duci nostro se conjunxit Archiepiscopus Salisburgensis Hebdom. II. post Pascha.

Albertus movet in Adolphum.

Adolphus se opponit.

Adolphus, auditis novis fœderibus & molitionibus in se factis, & ipse fœdera circumspexit, at invisus omnibus vix quemquam præter Rudolphum Palatinum Fratrem, Trevirensem Episcopum & Ottonem Bavarum, cui tuto fideret, invenit, geminum tamen exercitum corrasis undique copiis conflavit Adolphus, Albertoque pugnandi copiam obtulit, qui a pugnandi consilio alienus flexo itinere Friburgum evasit, ubi copiis dynastarum iterum auctus, Moguntiam pervenit, quo in loco eum Electores Imperii expectabant.

Albertus Rex Germ. eligitur.

Albertus Moguntiæ a præsentibus Electoribus, nullo præter Palatinum, & Trevirensem desiderato, concordibus studiis 9. Kal. Junii Rex Germaniæ eligitur, Adolphus recitatis denuo criminibus Imperio dejicitur. An Imperator licite imperio exui possit? an æquis vel iniquis causis Adolphus dejectus fuerit? excutere illorum est, qui in jure maxime publico versantur, hi porro, ut videre est apud Pfeffingerum tom. I. Vitriar. Illustrat. lib. I. tit. 9. not. a. ad §. 4. tota a se invicem phalange in contraria discedunt, eo quod neque lex prohibens neque permittens exstet, & quod pronuntiari non possit, apud quem vel quos potestas hujus abrogationis resideat.

Ne vero Bonifacius Papa Author hujus depositionis jactari possit, adduco testimonium Chronici Colomarienſis part. altera, ait vero hoc, Ducem Albertum Legatos cum litteris ad Papam ablegasse, qui ex Consilio Cardinalium responsum obsignatum electoribus misit, cujus scripti tenor tamen nemini hominum unquam fuit patefactus; post litteras has visas, ait idem Chron. Electores ad Comitia Moguntiæ convocasse Albertum & Adolphum, interim etiam Adolphus ad Papam oratores misit, qui in Comitiis Moguntiæ protestabantur sibi Papam in hunc modum respondisse: *Neque Dux Austriæ, neque Principes ad petitiones, quas porrexerant, a me litteras poterant impetrare, si autem litteras aliquas obtinuerunt, hoc per me non fecerunt, quia hoc dico me penitus ignorare, & verbis meis credatis, dicatisque secure Regi, ut veniat ad me, & ipsum in Cæsarem consecrabo.* Ita Chron. Colmar.

Adol-

Adolphus Imperator spiræ existens intellecta Comitiorum in se sententia simulque Alberti itinere, quod Francofurtum meditabatur, se se profecturo, Castris ad Oppenhaimium locatis, objecit, sed denuo delusus est ab Alberto Holzheimium profecto, Adolphus inde obviam factus Alberto, non expectatis Palatini & Trevirensis auxiliis, pugnæ copiam fecit, Albertus ad primum conspectum fugam simulat, inde Adolphus præceps nimium, aciem in duas partes explicat, cujus uni ipse, alteri Dux Bavariæ imperitabat; Bavaris se cum Austriacis & Styris, Albertus & Henricus Carinthiæ Dux cum suis, in prima acie collocati objecerunt, pugnatumque est diu, & acerrime in partem utramque momento nullo, tandem, ubi denuo, & de novo dimicatum, Adolphus levi vulnere super oculi palpebram perstrictus, dum galeam abjicit, a Sylvestri Comite aliisque circumventus cæditur, cadaver primo in Monasterio vallis Rosarum dicto conditum, spiræ dein terræ mandatum est. Pugna hæc 2. Julii commissa est.

Alberti cum Adolpho pugna.

Styris pro Alberto pugnant.

Adolphus cæditur.

Sublato æmulo nova Comitia Francofurti coacta, in quibus ad 5. Idus Augusti denuo Rex Romanorum Electus est Albertus, Aquisgrani 9. Kal. Septembr coronatus, inde altera Norimbergæ Comitia indicta, in quibus Elisabetha Uxor Alberti, D. Martini festo a Wigboldo Colon. Episc. recepto more inaugurata est, Reginam Norimbergam deduxit Conradus Archiep. Salisburg. de quo anonymus Leobiensis sequentia refert: *Adfuit ibi Chunradus Episcopus Salzburgensis, qui abolitis omnibus præteritis ac retroactis concussionibus, Regis & Filiorum suorum gratiam pacatis omnibus acquisivit, eorumque famulatibus fideliter in antea se vincivit. Hic Episcopis præsentibus vinum regivolum, & esoces pisces Danubiales, raros in eorum partibus cum reverentia propinavit, divitiasque & gloriam suam tantæ præsentationis studio demonstravit*: Plura Hornekius, qui etiam refert a Chunrado sub epulis Augustis 12. equites creatos fuisse.

Albertus II. Rex Rom. Elect. Coronatur. Aquisgrani.

His peractis Albertus Cæsar Rudolphum, Fridericum, & Leopoldum Filios Archiduces dixit, Austria, Styria, Carniolia, Marchia, & Portu Naonis beneficiario jure concessis, sicque Rudolphus Styriæ gubernacula sub Patris cura tractare cæpit. V. hæc omnia in Chron. Mellic. Salisburg. Claustroneob. Austriac. Poltrami, Hageni, & Viti Arenpekii &c. nominatim in Diplomate concessionis in der vorleif. königl. Beantwort. der bayr. Ausführ. part. instrument. p. 118. num. 55.

Feuda confert.

Rudolphus II. Dux Styriæ.

Ulricus Comes de Pfanberg eodem hoc an. Dominium directum in suos Vasallos, inter Neapolim Austriæ & arcem Pütten habitantes, cognato suo *Henrico Stubenbergico* dono dedit, ut V. Diploma donat. inter Dipl. mea in fine n. 195.

Pfanberg de Ulric. Stubenberg de Henr.

Euphemiæ seu Offenæ Abbatissæ XIV. Gössenſi hoc an. ante diem S. Barthol. successit *Herradis de Transtein & Braittenfurt* Abbatissa XV. Mater pauperum dicta, ut habet Catal. Abbatiss. Göss. nam sub ejusdem Sigillo jam Diploma 70. Göss. feria quinta proxima ante Festum B. Bartholomæi est exaratum, & eodem hoc anno edidit Diploma 71. Gössense secundo nonas Octobris, in ultimo horum Diplomatum legitur inter testes alios *Dominus Iringus scriba Styriæ Plebanus in Prilep*, de

Euphemia seu Offena Abb. 14. Göss.

Herradis Abb. 15. Gössenſ. de Transtein & Braittenfurt.

Scriba Styriæ. quo officio *ſcribæ Styriæ* plura jam dicta ſunt, & dicentur in Annot. Diplom.

Statek de Hert. I. Prætor. 16. Styriæ. At quinam hoc tempore Capitaneus Styriæ poſt defunctum Henricum Abbatem Admontenſem fuerit? inquirendum. Henricum Abbatem Stytiæ Capitaneum an. 1296. necatum ſuperius dixi, nemo tamen refert, quisnam ei in Officio Prætoris Styriæ ſucceſſerit. Chro. MS. Styriæ omiſſo Henrico Abbate Admont. inter Prætores Styriæ poſt *Henricum de Roſenberg* octavum Prætorem an. 1276. defunctum, *Ottonem Seniorem de Liechtenſtain* nonum Capitaneum ad an. 1288, & poſt hujus abdicationem *Ottonem Juniorem de Liechtenſtain* non per modum electionis, ſed continuationis ac vice Patris ſui ad an. uſque 1302. Prætorem ſtatuit, cui 10 Ordine Prætorem ſubjungit *Wulfingum Dominum de Stubenberg;* ſed erroneum hunc catalogum eſſe jam ſæpius oſtendi, inhæreoque ſententiæ meæ ad an. 1292. datæ, nempe jam an. 1292. dum pax Styriæ ab Alberto daretur, eidem Provinciæ, forte non invito Henrico Admont. id Officii a ſe abroganto, præfectum fuiſſe *Hertnidum de Stadek*, & quidem ut ſuſpicor hujus nominis primum.

Ita docet Chronicon Haſelbachii apud Pezium tom. II. col. 754. & Chronic Hageni ibid. tom. I. col. 1119. Hiſtoria Ducum Styriæ f. 136. præterea ſic continuatur rite ſeries Prætorum Styriæ a me hactenus ex antiquis monumentis ſtabilita. Dixi, me ſuſpicari *Hertnidum I.* hujus nominis Styriæ Præfectum fuiſſe, cum enim *Hertnidus I. de Stadek* jam an. 1274. inter 13. primarios Styriæ Miniſteriales referatur, in Dipl. Göſſ. 56, & jam ſub Rudolpho I. Aug. lites varias Græcii compoſuerit, ut V. Dipl. Seccov. 56, huic ætate, prudentia, meritis reliquos antecedenti collatum Styriæ primarium munus auguror, præ *Hertnido II. Juniore*, qui an. 1329. ſine ullo adjecto officio legitur, ut V. Annot. Diplom. mei 41. in fine.

Hoc porro in officio perſtitiſſe Hertnidum I. de Statek ad annum uſque 1301. colligo ex eo, quod eo anno in Diplom. Göſſ. 73. inter teſtes Styriæ legatur *Ulricus de Waltſee Capitaneus Styriæ*, de quo plura ſuo loco.

Wildurgus Præp. 5. Stanz. Sighardo Præqoſito IV. Stanzenſi ſucceſſit Wildurgus Ordine V. ut habet ſeries Præpoſ. Stanzens: mihi ex ea Canonia communicata, quem Wildurgum antea & an. 1296. Decanum ibidem egiſſe, ſuſpicabar ad eundem annum.

Vorav. ver. Ulric. II. Ep. Seccov. ibidem. Ulricus II. Epiſc. Seccov. Canoniam Vorav. hoc anno inviſit, & 7. Idus Decembris Altare S. Michaelis Archang. & S. Thomæ Ep. & Mart. ſuperius in baſilica inter turres in Capella Prælati. Item S. Petri Apoſt. & S. Annæ a ſiniſtris ac SS. Ruperti & Virgilii a dextris in eadem hac Canonia ſub Chunrado Præpoſ. Vorav. dedicavit, ita Chron. & aliud MS. vetus Vorav. Chronicon vero MS. Vorav. docet etiam Chunradum Præpoſ. noſtrum comparaſſe a Monaſterio Stenz ſeu Stanz 2. manſos & unam aream, quorum manſorum unus 7. urnas, alter 6, areæ vero unam urnam vini, ſingulique manſi 6. metretas (hæc continebat 20. quadrantes ſeu Viertel) avenæ uſualis menſuræ, cum quibusdam aliis minutis pro cenſu erant ſolventes annuatim,

Stanz. & Vorav. Concambia.

quatim, ac 2. vineas in villa & prope villam Edliz ſitas cum omnibus juris.

Inter res hujus anni referenda eſt quoque origo Eccleſiæ *S. Laurentii prope Scheiffling*, quæ Vicariatus eſt Archiparochiæ Pölſenſis; quamvis vero de hujus origine nihil certi conſtet, exſtare tamen dicuntur litteræ indulgentiarum de hoc an. huic Eccleſiæ conceſſarum; quo anno autem exſtructa fuerit? necdum certo erui poteſt; columnæ cuidam hujus Eccleſiæ in lapide quodam inciſum legitur, an. 1527 primum Eccleſiæ huic lapidem ſeu fundamentum fuiſſe poſitum, quod ſi tamen jam an. 1298. indulgentiæ huic Eccleſiæ conceſſæ admittantur, neceſſe erit dicere, an. 1527. alteram & novam Eccleſiam hic. loci fuiſſe ſtructam. *S. Laurentii in Scheifling Par.*

An. 1678. Congregatio quædam erecta eſt *a Joan. Hieron. Nideriſt* Archiparocho Pölſenſi, & an. 1727. a *Joanne Chriſtoph. Leeb* Archiparocho Pölſenſi & *D. Paulo Egger* Fundatus eſt Cooperator ſeu Capellanus *in Niedervvelz*, qui ſingulis Dominicis & feſtivis diebus, ſacra ibidem obiret.

Filialis porro Nidervvelzenſis ad S. Maximilianum jam *an.* 1027. *Indictione nona, quinto Rege Hemembri, regnante Conrado Rege Sereniſſimo, Regni autem ejus anno primo, ab Archiepiſcopo Jeroſolymitano Joanne Turricano conſecrata* fertur, quædam in hac inſcriptione non adeo accurrata ſunt. an. 1027. currebat indictio decima, ſaltem a Kal. Sept. quo die indictio Conſtantinopolitana inchoari ſolita eſt: præterea an. 1027. Conradi II. Rom. Regis annus Imperii I. Regni vero Romani 4. currebat; hoc enim an. Imperator factus eſt.

Cum vero Eccleſiæ hujus chorus anterior corrueret, denuo an. 1449. altera vice conſecrata eſt tota Eccleſia.

In ædicula ſacra *Feſnacher ad S. Bartholomæum*, nil niſi vetus miſſale, Gothico charactere an. 1491. impreſſum exſtat. Eccleſia hæc vel a Communitate vel a Bardocucullis, ſeu foſſoribus (cum varii æris acervi inibi videantur) initium ſumpſerit, & fors antiquitate Parochiam S. Laurentii ſuperabit.

Plebani porro ſeu Vicarii Parochiales S. Laurentii ſequentes inveniuntur:

Michael Calchammer an. 1570.

Nicolaus Heidler, obiit 1576. a quo an. ad 1641. nullus reperitur.

Carolus Graff. an. 1641. die 15. Sept. ad 1646.

Caſparus Hoffman, an. 1646. 9. Maji ad 1651.

P. Sebaſtianus Muſtala Ord. S. Bened. e Monaſt. S. Lamberti a 6. Jan. 1651. ad Junium, & inde.

P. Joannes Vitus Pernſtall ex eod. Cœnobio ad an. 1652.

Laurentius Michtolliſch an. 1652. die 7. Oct. ad 1654.

Chriſtophor. Muvokha, an. 1654. die 9. Maji ad 1656.

Mathias Joan. Gunhold, an. 1656. die 6. Julii, ad 1657.

Joannes Faber, an. 1657. die 22. Febr. ad 1662.

Joannes Sorger, an. 1662. die 7. Sept. ad 1681.

Wolfgangus Ebner, an. 1681. die 9. Jun. ad. 1690.

Dieſe zwey haben die Scheiflinger zugleich innen gehabt.

Martinus Rechberger, an. 1690. biß 1703.

Michael Heller, an. 1703. mortuus 21. Julii 1725.

Joannes Balthaſar Schweiger an. 1725. ad hodiernam diem Parochiæ præeſt.

Documenta vetera Parochiæ hujus, tempore Lutheri, cum aliis libris acatholicis exuſta videntur, an. 1620. eoque tempore Parochiæ quoque diviſæ; nam ad S. Laurentium Præcones Lutherani ex Pöls miſſi reſidebant, uti & in Niderwelz & Freſnach. Scheifflinga vero Catholicis ſacris addicta catholicum Paſtorem habebat, & ſubin ex Eccleſia B. V. M. in Aula ſeu in Hoff providebatur, cum dein eodem tempore fere lues graſſaretur, parochusque ad S. Laurentium ſtationem ſuam horrore contrahendæ contagionis deſereret, Parochus vero in Scheiffling ſe exponeret, multi ex Parochianis S. Laurentii eum ſuum Parochum agnoſcere & venerari cæperunt, ita, ut in Scheiffling Parochia quoque deſignaretur, ſed fides penes Authorem, ita docum. ſubmiſſum. Id certiſſimum Eccleſiam S. Laurentii veram & antiquam fuiſſe Scheifflingenſium Parochiam, cum turris magna, plena fuerit oſſibus mortuorum & capitibus, quæ ſub hoc Paſtore primum ob fætorem mandata fuerunt ſepulturæ, ita ex docum. mihi a Reverendiſſimo ac Perilluſtr. DD. Archidiacono Pölſenſi tranſmiſſis.

Porro inter Parochias Monaſterii S. Lamberti refertus quoque *ad D. Thomæ in Scheiffling*, de qua uti & aliis Monaſterii hujus rebus, cum documenta nullo, & propriis & alienis precibus obtinere potuerim, ſilere cogor, eaque ſolum referre, quæ in libris typo datis hinc inde reperiuntur.

Anno 1299.

ANNO 1299.

Indict. 12. *Bonifacii VIII. Pap. V. Alberti I. Imp. II. Rudolphi II. Ducis Styr. I.*

Albertus Imp. inviſus Imperio.

Albertum Cæſarem, finita Superioris anni curia Norimbergenſi, Romam pro ſui cofirmatione ac coronatione Oratores expediiſſe tradunt AA. quidam, Pontifice ad aſſenſum hærente; quorum tamen nihil commemorat Raynoldus, ſi diſtulit confirmationem Bonifacius, cauſa fuerit, quod Albertus Philippo Franciæ Regi, quocum Pontifex diſſidebat, ſanguine ac fœdere junctus fuerit, quæ ei res etiam aliorum invidiam conciliavit; nam ubi Albertus habito cum Philippo de Imperii negotiis colloquio, Filii ſui Rudolphi matrimonium cum Blanca Philippi Regis Galliæ Filia (Hiſtoria Auſtralis Sororem vocat) pactus fuiſſet, Principes Imperii ægerrime tulerunt, adeo augeri vires Alberti. Primus horum Moguntinus claſſicum contra Albertum anno ſeq. cecinit, ut ibidem dicam.

Carinthiæ Duces inveſtiti.

Spiræ cum exiſteret Albertus Cæſar, feudali jure inſtituit Duces Carinthiæ affines ſuos nempe *Duces Ottonem, Ludovicum & Henricum Comites de Tyrol - - Datum Spiræ MCCXCIX.* V. Repert. Auſtriac. parte I. f. 10.

Abſente

Abſente ſic a terris noſtris Alberto Cæſare, quidam Auſtriæ Proceres nedum quieſcere docti, in vicinos inſurrexere, & religioſis domibus ſat graves eſſe coepere, præcipui erant Domini *Hadmarus & Rapoto de Valkenberg*, Caſtrum hujus nominis fortiſſimum poſſidentes, & circum circa prædas agentes, qui cum Zwetlenſibus Cænobitis damna non modica intuliſſent, hi querelas Cæſari detulerunt, metu compulſi hi reguli reſarcire damna, & Capellam apud ipſos, ubi ſepelirentur quondam extruere ſpondent, cum verbis opus non reſponderet, ſeq. an. Cænobitis damna hæc alio modo compenſata ſunt, Domino Rudolpho Duce Auſtriæ & Styriæ, Authore Cæſare Patre ſuo, inſolentias has caſtigante, & Caſtrum hoc evertente, qui etiam de prædis ingentibus ibi repertis tam Cænobiorum quam aliorum pauperum nocumenta rite reſarcivit. Ita Annal. Zwetl. Hadmarus Dynaſta eod. Annal. Teſt. an. 1313. obiit, Rapoto vero an. 1315. occiſus eſt. *Auſtriæ turba.* *Valkenberg Caſtrum de Hadmarus & Rapoto.*

Pacatior erat hoc anno Styria noſtra, nec enim quidquam de turbis ejus apud Authores reperitur; in Gyrienſi infer Styr. Cartuſia *Petrus Prior* præerat, legitur in litteris Guardiani domus in Laybach de hoc an. ita ſubſcriptus. *Petrus Prior Gyrienſis.*

Aliud quidpiam ad res Styriæ conducens refert anonym. Leob. his verbis: *Hoc anno Ludovicus, Otto, Heinricus Duces Karinthiæ in Curiam* (lege in civitate) *S. Viti Curiam celebrant, & novam militiam, ad quam de diverſis mundi partibus plurimi convenerunt, ipſi militiæ decus ſuſcipientes per Abbatem S. Lamberti Gladio ſunt accincti, & cum eis maxima multitudo &c.* Jam diu de Abbatibus S. Lamberti altum erat ſilentium, documentis me undique deficientibus, ſeriem eorum continuatam V. in annot. Dipl. 49, ex quibus proin patebit, hoc tempore præfuiſſe Otcherum II. ab eoque Duces Carinthiæ gladio fuiſſe accinctos. *Ottkerus Abb. S. Lamb. inveſtit. Carinthiæ Ducet.*

Inter Dynaſtas Styriæ hoc denuo anno Epiſcopatui Seccov. munificus erat *Hertnidus de Wildonia Mareſchallus Styriæ*, eique ſubditos quosdam donavit, ut V. Dipl. Seccov. Epiſc. num. 61. *Actum Græcii octava die mtc Feſt. Aſcenſ. Dom.* *Wildon de Hertnid.* *Seccov. Ep. vet.*

In Patriarchalem Aquilejæ ſedem poſt obitum Raymundi ſuffectus eſt non Conradus Dux Poloniæ, ſed Petrus II. cogn. Gerra vir pluribus inſulis & geſtis clariſſimus, ut de Rubeis cap. 80. num. 3. *Petrus II. Gerra Patr. Aquilej.*

ANNO 1300. *An. 1300.*

Indict. 13. Bonif. VIII. Pap. VI. Alberti I. Imp. III. Rudolphi II. Ducis Styr. II.

Dum Jubilæum ſæculare Romæ a Bonifacio VIII. non inſtitutum, ſed firmiter in tempora ſubſequa conſtitutum eſt ac firmatum, Albertus Cæſar non adeo felicem exegit annum; cum etenim Joannes Comes ultimus de Hollandia prole diſtitutus, toxico interiiſſet, Albertus cum magna potentia deſcendit, comitatus Hollandiæ & Seelandiæ, qui Imperio vacabant, & quos Joannes Comes de Hennegaw occuperat, vendicaturus, admonitus a fratruele ſua de Ky- *Albertus Imp. vitæ periculum ſubit.*

burg, Uxore Comitis de Cleven, quod omnes Principes contra eum ſentirent, infecto negotio rediit, brevi fraude hoſtium prope Coloniam occiſus, ut habent annales Colmar. hac ſuper re, cum noſtra non interſit, videri poteſt Diſſertatio Hiſtorico-Juridica de Alberti I. Imp. expeditione in Hollandiam an. 1300. ſuſcepta &c. Auth. V. Cl. Philippo Jacobo Lambacher Civ. Vindob. ſecretario edita an. 1758. in qua eruditiſſime rem hanc omnem tractat.

Diſſentit cum Elector. Imperii.

Albertus Imp. ab occupatione Hollandiæ fraude conſpirantium Principum Imperii retractus, ab iisdem Rhenanis Electoribus vectigalia ſive portaria Rheni, tanquam primum ac præcipuum, quo Imperator viveret, proventum repetiit, renuerunt hi dicentes, hæc ſibi vectigalia ab anteceſſoribus Imperatoribus maximam partem pignori ſuppoſita, nunc longi temporis præſcriptione obligata eſſe. Non acquieſcentem Cæſarem, ab affinitatem cum Gallo cæteroquin exoſum, ad Palatini tribunal provocant reſponſurum, quo jure Adolphum occiderit, & imperium invaſerit?

Archiep. Moguntin. & Trevir. reſiſtunt.

Anteſignanus Lipporum Principum (qui, quem unanimes contra Adolphum evocaſſent, ab interfecto Adolpho extuliſſent, tertio anno de Imperii poteſtate interrogare præſumebant) Moguntinus erat, de quo ferunt, eum aliquando in venatione cum Cæſare conſtitutum, dum hic denuo vectigalia moveret, apprehenſo ſuo cornu venatorio dixiſſe: *Se ex eodem duos jam reges efflaſſe, poſſe plures efflare:* Nec mitior erat Trevirenſis ex Ord. Prædic. aſſumptus, ſed cui vires reſiſtendi deerant, unde conqueſtus de his Pontifici Albertus, nil tamen effecit, cum Papa ab his male informatus magis necem Adolphi contra Albertum urgere videretur.

Bellum.

Alberto itaque præſidium in armis quærendum erat, dimicatum eſt in annum ſequentem, ut ibidem dicam, interim *Dom. Elizabeth Romanorum Regina*, ut habet Chron. Clauſtroneob. *cum Filio ſuo Dom. Rudolfo & Uxore ſua Dom. Blanca Auſtriam intrat, & in Wienna ſolemniter ab omnibus Dominis & civibus recipitur, & plurimis muneribus honoratur*, viciſſim D. Chunradus Salisburg. Archiepiſc. Ottonem & Stephanum Fratres Duces Bavariæ in Landshuet cum 170. militibus gladiis militaribus accinxit, ut habet Serlingerus. Hæc quidem in die SS. Joannis & Pauli ſunt peracta, tardius dein, ſeu in die Transl. S. Ruperti Conradus Archiep. Salisburg. *in Lansperg* ſeu *Landsperg* civitate Styriæ jurisdictionis Salisburg. agebat, ex eaque Urbe Herradi Abbatiſſæ ac Conventui Göſſenſi remiſit charitativum ſubſidium ſibi cæteroquin debitum. Cauſa hujus remiſſionis in Dipl. 72. Göſſenſi datur his verbis: *Cum Eccleſia veſtra in Göſſe propter bellorum præteritorum preſſuras graves & gverræ præcedentis jacturas oneroſas, quæ omnes & ſingulos Eccleſiæ noſtræ ac Provinciæ angulos damnoſe quaſi diruit ac concuſſit, magnis ſit & multis debitis prægravata &c.* ex quibus proin patet, Eccleſiam Göſſenſem multum damni in bello illo Salisburg. an. 1292. &c. fuiſſe paſſam. Eidem Eccleſiæ Göſſenſi *Hertnidus Wildonius Mareſchallus Styriæ* cum conſenſu *Filii ſui Richeri* donat colonum quemdam. V. Diplom. Göſſ. 22.

Elisab. Regina in Auſtriam venit.

In Landsperg. Civ. Styr. Conv. Salisb. agit.

Göſſ. res.

Wildon de Hertn. & Richerus.

Con-

Vorav. rer.

Conradus Præp. Voravienſis, antequam onus Prælaturæ deponeret *a Bertholdo cive in Hartberg comparavit vineam dictam in Schoppengaſt, ſimiliter agrum ibidem ſitum*, ut habet Chron. MS. Vorav. quod mox ita pergit: *Idem Conradus ſenio confectus, onere prælationis ſe exoneravit per liberam reſignationem, tandem laudabili vita die poſt Henrici Imp. ab humanis exceſſit*, proin 16. Julii, *poſt hunc elegerunt Fratres unum venerabilem ſenem nomine Dietricum, qui multis annis fuit Cuſtos Eccleſiæ Voravven.*

Conrad. Præp. XL. † Succ. Ditric. Præp. XII.

Electus ſic novus Præpoſitus illico commodis ſuæ Canoniæ invigilavit, nam eodem hoc an. teſte cit. Chron. Vorav. *Idem ſuper bona in Stübenpircben* (infra Hartbergam) *Privilegium tuitionis a Friderico de Lansperg ac ſuorum Hæredum obtinuit* 1300. de Landspergiis. V. Annot. Dipl. 3. hujus tomi. *Sub eodem* Præpoſito, *Contractus quidam limitum & controverſiæ inter Dom. Henricum Winkler ſupere - - in Milldorf factus.* 1300.

Landsperch de Frideric. Winkler Henr.

De anno mortis Conradi Præp. noſtri hæreo; etenim cum de Succeſſore ejus Dietrico Chron. MS. Vorav. dicat, *duobus annis & paulo minus* præfuiſſe, cumque acta & geſta Dietrici ſub an. 1300. & 1305. referat, utique longiori tempore præfuiſſe debuit; hac in difficultate dicendum ſentio, Conradum Præp. hoc an. quidem reſignaſſe, non tamen eodem hoc anno obiiſſe, ſed tardius circa an. 1303. vel ſeq. unde factum, ut ob reverentiam viventis adhuc Prælati Conradi, Dietricus & titulo Præpoſiti abſtinuerit, & omnia adminiſtratorio modo geſſerit ad mortem uſque Conradi, a qua proin regimen Dietrici inchoaſſe videtur Chroniſta Voravienſis.

Stubenberg de Frider.

Plura de rebus Styriæ variis in locis, ad hunc annum refert Lazius, ſed quæ omnia fere ſubleſtæ fidei videntur, ſic fol. 182. *Friderico de Stubenberg*, quem Præfectum Babenbergenſem facit, ab *Udalr. III. de Sternberg.* vendita fuiſſe Carinthiæ loca Sewenberg, Viſchach, Stikelweingarten, atque Oſſarn. f. 197. docet *Colinum II. de Seldenboven* ſic dictum ab arce cognom. ad ripam Dravi prope Mahrburgum ab Alberto I. Styriæ Ducatui præfectum fuiſſe, cujus contrarium tamen, ex ſupradictis patet; certius proin illud *Eccleſiæ S. Joan. prope Stubenberg Ord. Teuton.* collatas fuiſſe a variis Epiſcopis indulgentias, ut V. Dipl. Teuton. Græc. n. 13. apud Frælich Dipl. Styr. p. II. 191.

Seldenboven de Colinus II.

S. Joan. Cala prope Stubenberg.

Vetuſtiſſimam eſſe S. Viti paræciam, dimidio circiter milliari ab Urbe Græcenſi ſitam ea parte, qua Styriæ mons altiſſimus Geſaccus videri poteſt, argumento ſunt ſacræ liturgiæ jam an. 1300. ibidem fundatæ, ſed & venuſtum habet vetuſtatis monumentum in fragmentis aræ veteris, quorum pictura antiquitatem aliquot ſæculorum probat.

S. Viti Parochia ſupra Græcium.

Tandem Stanzenſi Canoniæ poſt defunctum Wildurgum Præpoſitum præeſſe cæpit Henricus VI. Præpoſitus, ut documenta domeſtica communicata habent, & Abbatiæ S. Lamberti poſt Otkerum II. Fridericus Abbas datus eſt eodem hoc anno.

Henric. Præp. VI. Stänzenſ. Frider. Abbas S. Lamberti.

Sæcul. XIV.

SÆCULUM XIV.

Anno 1301.

ANNO 1301.

Indict. 14. *Bonif. VIII. P. VII. Alberti I. Imp. IV. Rudolphi II. Ducis Styr. III.*

Albertus Compescit Mogunt. Archiep.

Albertum Auſtriacum Imperatorem, cum Electoribus Imperii colliſum, eique præprimis Archiepiſc. Moguntinum adverſatum fuiſſe dixi anno priore. Itaque poſtquam Juliaci, Geldriæ, & Montium Comitibus Colonienſem Archiepiſcopum, Sueviæ Præfectis Palatinum edomandum commiſit, ipſe caput conjuratorum Moguntinum petit, ut monſtroſi fœderis partum in ipſo ortu ſuffocaret; arti bellicæ non ceſſit fortuna, expugnatis enim Weizenburgo, Alzeja, Adolfheimio, Binga, Bernsheimio & aliis locis, ad impetrandam græ tiam Moguntinum compulit Albertus, tria Caſtra Nobili viro Brunekio tradere debuit Moguntinus: eadem Alberti clementia Colonienſi profuit; tota dein vis belli in Palatinum translata eſt, tum quod is pertinacius reſiſteret, tum quod fidem ab eo violatam iniquiſſime ferret Albertus, cui nuper atroces injurias ſine pœna condonabat, venia tandem Palatino data, mulcta ſat magna in pœnam rebellionis exacta. Dum in Caſtris Gensheim moraretur Albertus Imp. Ulrico II. Epiſc. Seccov. confirmavit Privilegium a Frider. Duce an. 1239. datum ut nempe donare omnes Eccleſiæ Seccov. poſſint, quæ vellent. V. Dipl. 63. Epiſc. Seccov.

Epiſc. Seccovet.

Hungar. turbæ.

Aliud quidpiam negotii Hungaria faceſſivit Alberto, hujus anni fine vel alterius initio, Chronica Clauſtroneob. Zwetlenſe recentius, & Watzonis rem omnem huic anno innectunt; defuncto Andrea III. Hungariæ Rege, ſciſſi in partes Magnates, alii Carolo Roberto Apuliæ regis Filio e Clementia Alberti Sorore nato, alii Wenceslao Bohemiæ Regi adhærebant, hujus factio victrix Agnetem Andreæ Viduam, cum Filia ejusdem nominis in carcerem detruſas indigne habuerat, Albertus ubi factum e captivæ litteris intellexit, medelam adferre voluit, unde *Mareſchallus Auſtriæ* Hermannus de Landenberg *collecto exercitu cooperante Ivano Ungaro Comite, Caſtrum in Monte S. Martini obſedit & cæpit, ac cum eiſdem hominibus in Budam pergens, Dominam Reginam relictam prædicti Domini Andreæ, Filiam videlicet Domini Alberti Romanorum Regis in Wiennam reduxit*, teſte Chron. Clauſtroneob. ambæ vitæ reliquum in Monaſterio Kunigsfeldenſi exegere.

Landenberg Herm. Mareſch. Auſtr.

Agnes Regina liberatur.

Waldſee de Ulric. Prætor. 17. Styr.

Pfanberg Ulric. & Margar.

Convent. Nob. in Göſſ.

Quietæ erant interim res Styriæ noſtræ *Ulrico de Waltſee* officio Prætoris ſeu Capitanei Styriæ egregie perfuncto, hunc nobis ad præſentem annum manifeſtat Diploma Göſſenſe 73, in quo illuſtriſſimæ proſapiæ *Comes Ulricus & conſectalis* ſeu Uxor ejus *Chariſſima Domina Margareta Comitiſſa de Phannenberch* bona quædam *ex altera parte montis dicti Semerich uſque ad aquam Pieſtnik*, liberaliter pro remedio animarum ſuarum Monaſterio Göſſenſi donarunt. Conventum primæ nobilitatis Styriacæ in Göſſenſi Monaſterio habitum fuiſſe, hoc ipſum Diploma

inſi-

insinuat, nam præter *Ulricum & Margarethum de Phanberch* dictorum bonorum donatores appresserunt Diplomati huic sigilla sua *Otto de Liechtenstein, Fridericus & Henricus Fratres de Stubenberch, & Hertnidus de Petovia*, de quibus omnibus tomo pr. & hoc etiam actum est. Testes porro rei hujus, qui proin etiam in Gösserisi Monasterio, in quo *datum & actum est* Diploma hoc *in die Assumpt. B. M. V. glorioſæ*, præsentes aderant, fuere hi de nobilitate Styriaca, *Ulricus* nempe *de Waltsee Capitaneus Styriæ, Hertnidus de Wildonia, Otto de Styra, Wulfingus & Otto Fratres de Ernvels, Ditmarus de Stretvvich, Heinricus Cholbo de Judenburga, Hertvvicus & Ditricus Fratres de Leuben, Otto & Rapoto dicti Mordax, Otto de Rattensdorf, Otto de Sturmberch, Andreas de Prunne &c.* hi omnes jam expositi fuerunt tomo hoc & præcedente, *Henricus Cholbo de Judenburga*, & *Otto de Sturmberch* Castro Styriæ in notis subsequentibus detegentur.

Liechtenstein de Otto. Stubenberg de Frid & Henr. Petau de Hertn.
Styra de Otto. Ernvels de Wulf. & Otto Stretwich de Ditmar. Judenburg de Cholbo. Leuben de Hertw. & Diet. Mordax Otto & Rapoto. Ratensdorf de Otto. Sturmberg de Otto. Brunne de Andr.

Ex his nobilibus Styriæ *Hertnidus de Wildonia Mareschallus Styriæ* eodem hoc anno 7. Aprilis fer. 6. Hebdom. Paschal. litteris Germanicis Ulrico II. Ep. Seccov. vendidit jurisdictionem prætoriam in *Aztindorf* 5. marcis argenti ponderis Viennensis, ut habet Diploma 62. Episc. Seccov. apud Frœlichium tom. I. f. 345. Græcii hæc acta sunt præsentibus variis Styriæ nostræ nobilibus.

Episc. Seccov. res.
Secc. Can. res.

Sed & eodem hoc anno XII. Kal. April. Bonifacius VIII. Papa ad *Plebanum in Piber* Diploma submisit inter Seccovienſia n. 130, quo ei injunctum, ut bona Ecclesiæ Seccov. ablata restitui procuret, & invasores bonorum horum Ecclesiasticis censuris ad id præstandum procuret. V. Frœlich. Diplom. Styr. p. I. f. 256.

Pleban. in Piber.

Teutonicis equitibus Græcensibus *Bertholdus Senior Dapifer de Emmerberg, & Bertholdus Junior* Filius donarunt Halberstorf & Oberdorf, omni cum libertate & Privilegio, ita, ut etiam jus gladii & sanguinis Emmerbergii sibi in his bonis competens, omnimode remitterent Teutonicis in Lech penes Græcium commorantibus, ut V Diploma Teuton. Græc. num. 14. apud Frœlich. tom. II. pag. 192. Emmerbergiorum Genealogiam dedi tom. I. Dipl. 58. acta eorum hoc tomo.

Teuton. Græc. res. Emerberg de Berth. Senior. & Junior.

Aquilejensi Patriarchali solio, quod hoc tempore parti infer. Styriæ sacra potestate dominabatur, post mortem Petri II. cognomine Gerra, a dissidentibus Canonicis præfecti erant *D. Paganus de la Turre*, nepos Raymundi quondam Patriarchæ, Decanus Aquilejæ, & *D Otto de Ortenburg*, hic via postulationis, ille electionis, sed neutrum ad eam sedem admisit Bonifacius 8. Papa, dilatoque hoc negotio ad annum seq. Dom. Ottobonum Episc. Paduanum 30. Martii Patriarcham Aquilejensem declaravit.

Ottokar. Patr. Aquilej.
Ortenburg Otto Turre de la Paganus.

ANNO 1302.

Anno 1302.

Indict. 15. *Bonif. VIII. Pap. VIII Alberti I. Imp.* 5. *Rudolphi II. Ducis Styriæ IV.*

Jam an. 1298. dixi, Albertum Ducem Imperatorem secundo electum & Aquisgrani coronatum, Filiis suis Rudolpho, Friderico,

Rudolph. Dux Styriæ, Græcii. & Leopoldo, quos Archiduces dixit, feuda Auſtriæ, Styriæ, & Carnioliæ, Marchiæ, & portus Naonis contuliſſe, ita quidem, ut primo genitus horum Rudolphus Dux eſſet Auſtriæ & Styriæ cæterarumque Provinciarum; ſic præter ibidem dicta me docet etiam Diploma Seizenſe 33. datum ab Ottone de Liechtenſtein Camerario Styriæ *Græcii in præſentia*, ut habet Diploma hoc, *Domini mei Domini Rudolfi illuſtris Ducis Styriæ & Auſtriæ anno Domini MCCCII. proxima feria tertia ante diem S. Joan. Bapt.*

Ex his itaque firmatur Sententia mea de Rudolpho II. Duce Styriæ & Auſtriæ data, eum nempe gubernacula terrarum harum ſub cura Alberti Cæſaris & Patris Geſſiſſe, qua occaſione Rudolphus II. Dux noſter *Græcium* hoc anno venerit? an ſedem hic ſuam fixerit, Alberto Viennæ commorante? Documentis deficientibus definire non poſſum.

Seiz res. Confraternitat. Spirit. Liechtenſtein de Otto. Hoc vero in Diplomate Seizenſi *Otto Liechtenſteinius* confraternitatem quandam ſpiritualem cum Seizenſibus contrahens eisdem varia largitur, cum enim Otto hic obtinuiſſet a Seizenſibus plenariam tam in vita quam in morte confraternitatem, ſpopondiſſentque iidem memoriam Ottonis tanquam confratris habituros ſe in Miſſis, orationibus, vigiliis, jejuniis, & eleemoſynis & aliis bonis operibus, uti & anniverſarium ejusdem & progenitorum ſuorum ſingulis annis celebraturos, viciſſim Seizenſibus cum conſenſu *Ottonis & Rudolphi Filiorum* ſuorum *jus proprietatis* ſeu *Dominium directum* in villa *Marchwartzdorf* ſita apud aquam *Oplonitz*, cum quibuslibet juribus, attinentiis, agris, piſcuis, piſcationibus, lignis &c. aſſignavit & ceſſit, adjiciens inſuper, ut in die anniverſarii ſui vel præcedenti aut ſubſequenti ad inſtitutionem ordinis eorum in prandio generaliter omnibus Fratribus *pitantia*, ſeu *refectio ſpecialis conſolationis* fieret. *Pitantia quid.*

Litteræ hæ roboratæ ſunt ſigillis Ottonis & Filiorum ejus, teſtes ſubſcripti *D. Meinhardus Spectabilis Comes de Ortenburch, Domini Eberhardus, Heinricus, & Ulricus Fratres de Walſee, D. Hermannus Marſchallus de Landenberg, D. Fridericus de Stubenberg, D. Hertnidus de Petovia, D. Bertholdus Dapifer de Emmerberg, Mr. Bertholdus Protonotarius Curiæ & Plebanus in Hollabrunn. Ulricus & Chunradus Fratres de Marchburga affines mei &c.* De quibus omnibus hoc & præced. tom. actum. *D. Ottonis de Liechtenſtein* anniverſarius celebratur Seizii omni anno menſe Septembr. ut habet necrologium Seizenſe apud Cl. Frœlich. Dipl. Styr. p. II. f. 333.

Nicolaus Card. Oſt. Legatus Papa Viennæ. Præter turbas Hungariæ, quas jam anno priore commemoraveram, ſat quietus effluxit Alberto Imperatori, ac Duci noſtro Rudolpho hic annus; Legatus Pontificius Nicolaus Cardin. Oſtienſis ideo miſſus, ut Caroli Siciliæ Regis Alberti ex Sorore nepotis negotium pro Regno Hungariæ urgeret, Viennam venit, ibique, ut ſcribit Chron. Clauſtroneob. *Religioſis clericisque exactiones per Auſtriam mandavit,* ac dein *in octava S. Martini Chorum Patrum Prædicatorum cum maxima ſolennitate, concurrente nimia hominum multitudine, conſecravit;* de hoc Cardinale ſequentia ad hunc annum refert anonymus Leob. & *in reverſione legationis idem Benedictus* (Papa nempe XI. antea Nicolaus Cardin. *Erat Ordin. Præd. dein Papa Bened. XI.*

Oſtien-

Oſtienſis Ord. Prædic.) *in Leuben penoctavit a. Dom. MCCCIII, & eodem anno in Papam eſt electus.* *In Leuben pernoctat.*

Exactiones has clero regulari ac ſæculari per Styriam impoſitas fuiſſe, vix credam, quin pluribus documentis informor, cum Eccleſiis & clero benigne in Styria actum fuiſſe, primum horum documentorum eruo ex documentis antiquiſſimæ & inclytæ Cathedralis Canoniæ Seccov. inter cujus Diplomata n. 133. apud Frœlichium legitur *Hartnidum Wildonium Styriæ Marſchallum* litteris germanicis roboraſſe donationem, qua Vidua *Otokari de Mur* agrum Eccleſiæ Seccovienſi tranſcripſit. *Datum Seccoviæ Domin. poſt S. Andreæ.* *Wildon de Hertnid.*

Weriandus Præp. Seccov. hoc anno non obiit, ſed ſolum reſignavit, uti oſtendi an. 1293. obiit vero an. 1303. XII. Kal. Martii, unde Confœderatio Vorav. XVII. Kal. April. ſeu 16. Martii cum *Weriando Præpoſito & Archidiacono Chunrado Decano* & Capit. Seccov. *a Dietrico D. G. Præpoſ. Vorav. E.* (fors Eberhardo, qui an. 1280. inter Can. Vorav. ſub Bern. Præpoſ. legitur) *Decano* & Capit. Vorav. inita rite ſubſiſtit. Cum vero in Confœd. cum Can. S. Floriani facta in Vigilia S. Barthol. jam *Udalricus Præp. Chrafto Decanus* Seccov. legantur patet Weriandum ante Vigil. S. Barthol. reſignaſſe, eique Udalricum ſuffectum. *Weriandus Præp. 12. obit.*

De Udalrico ſequens elogium ponit Catal. Præpoſ. Seccov. 13. *Udalricus I. Cæſar, aut Bavarus aut Paſſavienſis electus* 1302. *immortale paternæ charitatis ſuæ monumentum edidit, dum in Capituli ſui decus & ſolatium, Oblajam ſive fundum Cathedralium præbendarum cum decente vectigalium prædiorum dote inſtituit, maxima hoc vel uno pro rei divinæ incremento egiſſe ratus, reliquos vitæ curas ſupremo animæ negotio devovit. Paterne præfuit per biennium, Zelo difundendi honoris Euchariſtici conſpicuus, obiit* 1304. *die XI. Kal. Dec. quam decimeſtri antea ſacræ quot annis memoriæ ſuæ Præſul ſolemnem dixit.* *Seccovien. & Vorav. ac S. Floriani Confœd.*

Udalricum hunc Præp. XIII. Seccov. cognomine *Cæſar* dictum fuiſſe docet Catalogus Præſulum Seccovienſis Canoniæ, Græcio Topographice deſcripto an. 1700. inſertus, & alter mihi communicatus: habeo ad manus Diploma Ferdinandi II. Imp. an. 1623. datum, quo Mathiam Cæſarem Goritiæ natum ob præclare geſta, ac egregie locatam Sebaſtiani etiam Filii operam, in bello Jorojulienſi contra dominium Venetum, præcipue in obſidione Urbis Gradiſcanæ, cum omnibus ſuis deſcendentibus utriusque ſexus inter S. R. I. Nobiles ſuſcipit, ejisque armorum inſignia benigniſſime tribuit, quod Diploma mihi ante annos jam 20. ex Bibliotheca RR. PP. Auguſtinianorum diſcalceatorum Græcii in ſub-urbio foſſa monetarum, Münzgraben dicto communicatum ſuo loco adferam. An vero hic Udalricus Cæſar Præp. Seccov. ex proavis hujus a Ferdin. II. ſublimatæ Familiæ fuerit? non ita certum præſertim, ſi, ut habet Catal. cit. Bavarus aut Paſſavienſis fuiſſet. *Udalr. Cæſar Præp. 13. Secc.*

De Confœderatione Vorav. cum Seccov. pauca ſubjungo: primam quam Voravienſes Canonici inierunt Confœderationem, erat cum Seccovienſibus, idque fors jure, utpote cum Seccovienſes Canonicos tanquam patres ſuos, a quibus prima Colonia Voravium deducta videtur, venerentur Voravienſes; extat in Archivo Cancell. noſtræ Vorav. antiqua hæc Confœderatio, ex qua puncta hujus Con- *Confœd. Secc. & Vorav.*

fœderationis ſequentia deſumuntur: 1. Communicatio omnium bonorum operum utriusque Eccleſiæ Seccov. & Vorav. tam in vita quam in morte. 2. Si quis Voravii indignationem ſui Prælati vel Capituli ſuis etiam culpis inciderit, hic ad Seccov. Canoniam ſe recipiat, & quolibet jure gaudeat, quo ad Canonicum Eccl. Seccov. dignoſcitur pertinere, quoadusque Prælato ſeu Capitulo ſuo integraliter reconcilietur, idem Voravii viciſſim fiat Canonico Seccovienſi; punctum hoc ultimum pluribus in Confœderationibus veterum ad evitanda plura abſurda inductum & obſervatum fuiſſe, ſæpius memini me legiſſe. Confœderatio hæc vetus Vorav. & Seccov. immutata eſt, & ita de novo conſtituta, ut pro quovis defuncto veſperæ cum uno noct. ac laud. defunct. habeantur, ac altera die Miſſa de Requiem cantetur.

Wildon de Hertn.

Hertnidum Wildonium liberalem fuiſſe Canoniæ Seccov. dixi, idem vero eodem hoc anno munificentiam ſuam exhibuit Epiſcopatui Seccovienſi, etenim accedente conſenſu Filiorum ſuorum *Richeri*, *Hertnidi*, & *Ulrici* (quos patrio idiomate Reicher, Hertlein, und Ullein appellat) Ulrico Ep. Seccov. ejusque Eccleſiæ donat collem ſeu locum Pichel in *Parochia S. Georgii in Stiven* penes Wildonium, ita habet Diploma 64. Ep. Seccov. apud Frœlich. p. I. l. 346.

Epiſc. Seccov. rei.

Saurau de Ottoc. inſigne earum.

Ottocari de Saurau, cujus genealogiæ illuſtriſſimæ tom. I. meminimus, hoc anno inſigne gentilitium refert Excell. Wurmbrand. ex MS. Kainachiano, nempe eundem, ſolam aviculam nigram expanſam ſine pedibus, quam Styri ſchiken, alii veſpertilionem Flodermaus dicunt, campo aureo impoſitam in inſignibus geſſiſſe.

Judenburg. Clariſſ. res.

Matthæus Cardinalis & Protector Ordin. Minor. S. Franc. hoc anno Angelicis Paradiſi Judenburgenſis ſororibus conceſſit authoritate Pontificia, ut Epiſcopus Diæceſanus ſorores in Monaſterium introducere, earumque Eccleſias conſecrare poſſet.

An. 1303.

ANNO 1303.

Indict. 1. Benedicti XI. P. I. Alberti I. Imper. VI. Rudolphi II. Ducis Styr. V.

Albertus Imp. a Papa Conf.

Expugnatus eſt tandem Bonifacii P. VIII. animus, ut electionem Alberti Imp. ratam haberet, cum enim hoc anno Abbas de Salem Ord. Ciſterc. Comes de Schellenburg & Alberti Cancellarius, Romam Legati veniſſent, recens cum Rege Gallo diſcordia Albertum Papæ conciliavit, teſte anonymo Leob. Papa non ſemel in hæc verba locutus eſt: *Suſcitavi mihi leonem ab oriente, qui fremitu vocisque ſuæ rugitu cauſam Eccleſiæ vindicabit*, dein miſit Papa legatum ad Albertum Imperatorem, Henricum uterinæ vallis Abbatem expoſt Epiſc. Tridentinum, qui ad coronam Romæ ſuſcipiendam invitaret Albertum; obiit vero eodem hoc anno Bonifacius VIII. Papa 11. Octobr. eique ſuffectus eſt Nicolaus Ordinis Prædic. Card. Hoſtienſ. Benedictus XI. vocatus.

Bonif. VIII. Succ. Benedict. XI.

Circa feſtum exalt. ut habet Chron. Clauſtroneob. Albertus Imp. Auſtriam reviſit, ad quem mox venit Archiep. Salisb. agitabatur de

bello

bello Bohemico; nolebat Albertus Bohemum augeri Regno Hungariæ, quo is jam arma contra Carolum ſiculum intulerat, unde Archiepiſcopum de ſuppetiis appellavit, ita, ut copias cum Duce idoneo ſubmitteret, *abſit*, ajebat Archiepiſcopus, *per memet ipſum tibi præſto ſum*, quo reſponſo ita Albertus delectatus eſt, ut eum prehenſa manu duceret ad Eliſabetham Imperatricem dicens: hunc virum deinceps tibi mihique Fratrem habeamus oportet, qui eum Filiis meis tutorem & Parentem conſtituo, mox advocatus Rudolphus primogenitus Dux Auſtriæ & Styriæ, ad quem Rex: hunc fili tibi poſt me Patrem do & conſiliorum moderatorem; reſpondit Dux noſter: hoc ſibi dudum fuiſſe in votis, inde ubi Albertus Imp. Filium ſuum Conrado Filii loco commendabat, omnia ſe Conradus obſequiis ejus impenſurum vovit, ita Hornekius. *Alberti Imper. & Conr. Salisb. conjunctio.*

Runenſibus hoc anno datus eſt *Abbas XIII. Albero Zebinger, qui*, ut ait ſeries Abbat. Runenſ. *Canonice electus, atque in hoc Monaſterio Abbatiali adminiſtratione per 20. annos ſublimatus præluxit, memoriam laude dignam poſt ejus occaſum poſteris dereliquit. Per hujus venerandi* Patris & *Paſtoris diligentiam & Chriſti fidelium devotionem bona non pauca in poſſeſſionem devenerunt Monaſterii.* Henricus Abbas prædeceſſor obiit 3. *Nonas* ſeu 5. *Octobr.* teſte Necrol. Runenſ. dicente per errorem: *D. Henricus Abbas Runenſ. Septimus*, cum fuerit *Duodecimus*. *Henric. Abb. XII. Run. obit Succ.* *Alberto Zebinger Abb. XIII.*

Voravii teſte MS. Chron. hujus Canoniæ *Dietricus Præpoſitus obtinuit jus advocatiæ ſuper quædam bona in Schöngrundt & Lempach*, de quo jure advocatiæ jam tomo I. pluribus egi. *Vorav. res.*

ANNO 1304. *An. 1304.*

Indict. 2. Bened. XI. P. II. Alberti I. Imper. VII. Rudolphi II. Ducis Styr. VI.

Quinque prope annos bella Bohemica abſumpſerunt, eorum cauſas ſcriptores diverſas referunt, Bohemi Albertum Imp. avaritiæ accuſant, quod Cuttnenſes fodinas nuper a Ciſtercienſi monacho detectas, tradi in ſexennium vel decimas pendi poſtulaverit, repulſam armis vindicaverit, alii ajunt Wenceslaum Miſniam ſibi 20. librarum millibus a marchionibus Brandeburgicis elocatam, nunc Cæſari pecuniam redhibenti reddere noluiſſe, tandem aliqui Regnum Hungariæ pomum fatale putant, quod Wenceslaus Rex Bohemiæ Filio ſuo itidem Wenceslao aſſerere volebat, excuſſo Carolo ſiculo Alberti ex Sorore Clementia nepote. Quæcunque demum cauſa fuerit, certum eſt, annos prope quinque bellis in Bohemia exactos fuiſſe. *Bell. Bohem. per 5. annos cauſa.*

Carolus Siculus Rex ſimul Hungariæ, quem paribus votis Rom. Pontifex & Imperator fovebant, hoc anno cum Rudolpho Duce noſtro fœdus iniit contra inimicos ſuos: extat pacis hujus confectæ inſtrumentum ſeu Copia MS. quam nobis communicat Frœlichius Dipl. Styr. p. I. 258. inter docum. Seccov. Canoniæ n. 135, in qua Carolus Rex Hungariæ *de Baronum & Nobilium Regni ſui Conſilio conſenſu & unanimi voluntate in manus Ven. Patrum & Dominorum Michaelis Strigonien-* *Caroli Regn. Hung. & Rudolphi Duc. Styr. fœdus.*

sis & Stephani Colocensis Archiepiscoporum, præstito corporaliter Sacramento promittit & spondet, quod *personam Fratris sui* (Rudolphi nempe Sobrini sui) *& Baronum ac fidelium suorum eodem affectu, favore, consilio & auxilio*, quo suam, *contra quoslibet infideles & rebelles, ac pacis perturbatores, ac invasores jurium & terrarum &c.* defendere & tueri efficaciter velit, ut v. Frœlich. cit.

Observatum velim, hoc in Diplomate seu fœdere icto solum Rudolphum Ducem Austriæ & Styriæ exprimi, non item Fratres ejus Fridericum & Leopoldum, & quamvis Prevenhueberus annal. Styr. f. 40. doceat, Garstensis Monasterii Privilegia hoc anno die Purif. B. V. M. a 3. Ducibus Rudolpho, Friderico & Leopoldo fuisse firmata, censeo tamen curam & regimen Austriæ ac Styriæ solum Rudolphum respexisse, reliquosque Fratres Fridericum & Leopoldum, honorarium tantum Ducis titulum tulisse, nullo vero modo se regimini terrarum harum ingessisse, quod vel eo patet, quod in eodem Garstensi Privilegio Friderici & Leopoldi Ducum distinctum insigne referatur seu sigillum.

Rudolphi Dux in Bohem. movet.

Fœdere sic cum Hungaris statuto, hujus anni autumno exercitus nostri in Bohemiam penetrarunt, unus nempe e Suevia per superiorem Austriam ab Alberto Imp. initio Septembr. adductus, alter in Austria conscriptus per Moraviam a Rudolpho Duce nostro infusus, & Hungaris ac Cumanis, quorum Carolus Rex 20. millia collegerat, succinctus; hic Moraviam rapinis ac incendiis pervagatus, Patri ad Budvitium præstolanti accessit, quo in loco etiam Conradus Salisburg. cum suis copiis Albertum Imp. excepit, omnes Cutnam progressi quatuor dies Oppido otiosi assederunt, nullo expeditionis hujus operæ pretio relato, post 6. hebdomadas rediere cum Alberto & Rudolpho Salisburgensis Archimysta, Frisingensis, Ratisbonensis, Pataviensis, Augustanus, Spirensis, Herbipolensis Episcopi, Otto Bavarus, Rudolphus Palatinus, ostentati, nempe belli testes; in accessu legiones, quæ exercitum præverterant, damnum non leve a fluvio Pacho per fossores veneno infecto accepere, magna hominum equorumque, qui inde aquas hauriebant, jactura. In reditu cum Cumanis justo fere prælio dimicandum erat, qui prædæ cupidine e sociis hostes facti, post Bohemiam etiam Austriam evertere aggrediebantur, cæsis aliquot millibus hominum pecorumque prædam reddidere, ut suse describit Chronic. Claustron.

Austria per Cumanos vastata.

Hospital. Styr. Fundatio.

Has inter bellorum turbas Elisabetha Imperatrix Uxor Alberti I. pietatis operibus vacabat, cum enim teste Prevenhuebero cit. hoc tempore arcem ac Dominium Styræ possideret, ex hujus redditibus Hospitale & Ecclesiam Styræ in Hon. SS. Elisabethæ, Leopoldi, & Floriani consecratam fundavit; integræ fundationis complementum ad an. 1313. refertur ex inscriptione quadam ibidem erecta hujus tenoris: *Elisabeth Romanorum Regina, Archiducum Austriæ Progenitrix, nata Tyrolis & Goritiæ Comes, hujus Hospitalis pauperes largis pro sua pietate dotibus auxit An. MCCCXIII. H. O. I. I. Johann Schmidhuber hujus Hospitalis Præfectus MDXXXXIV.*

Eodem

Eodem anno hoc, ut teſtatur Chron. Salisburg. *mortuus eſt Papa Benedictus in Octava Apoſtolorum Petri & Pauli anno Apoſtolatus ſui primo, in civitate* (ſupple ex alio Chron. MS. Salisb. *Peruſſii*) ſubjungit anonymus Leobienſis: *Hic Papa Peruſſii moritur, & in agone commiſit, ut Cardinales propter electionem futuri Papæ reſtringerentur, quod & factum eſt, & tamen diu non elegerunt*, nempe *in Vigil. Pentecoſtes* primum *anni revoluti.* *Bened. XI. Papa obit.*

In vivis egerunt ambo Udalrici, unus Epiſcopus, Præpoſitus alter Seccovienſis in Styria, & ille quidem hujus anni 14. Febr. Canonicis & Udalrico Præp. Seccov. *Diverſos agros & prædia ruſtica donavit, ut exinde lumen perpetuum ſupra Epiſcoporum anteceſſorum tumulos accendatur, ſacrum ſolemne de Virgine Deipara ad aram S. Crucis quotidie decantetur, pauperibus in Vig. Aſſumpt. Deiparæ mille panes & 500. caſei, Canonicis vero & monialibus tres marcæ denariorum Græcenſium annis ſingulis erogentur, quæ tamen diſtributio poſt obitum Epiſcopi ad diem illius anniverſarium transferatur.* Ita Diploma Seccov. Can. n. 134. apud Frœlichium. Udalricum Præp. Seccov hujus anni decurſu obiiſſe XI. Kal. Decembr. conſtat tum ex Catal. ſupra cit. tum ex Conſœderatione Seccovienſium inita cum Monachis S. Pauli an. 1305. die 28. Febr. in qua jam *Chriſtianus Præpoſitus* legitur Seccovienſis. Dies obitus Udalrici I. Præpoſ. Seccov. ex Necrol. Seccov. non conſtat, nam Udalricum II. dictum Pranker Præp. Seccov. Ordine 15. Udalricum III. cognomine Trapp Præp. Seccov. Ordine 22. & Udalricum IV. Coluſſer dictum Præp. 23. refert necrologium Seccovienſe, Udalricum vero primum ommittit, quoniam vero Catalogus Seccovio mihi miſſus eum indigitat, non eſt, quod multum hæream. *Seccov. rer.* *Udalr. Præp. Seccov. obit.* *Chriſtianus Præp. 14. Ord.*

De Succeſſore ita loquitur Catal. Præp. Seccov. 14. Præp. *Chriſtianus Feuſtrizer electus* 1304. *Præſularis dignitatis initia pio fœdere illuſtravit 6. Id. Junii, quod ampliſſimis ſubinde ſtudiis, pactisque ſacris legibus propagatum ivit. Religioſis ſuis Patrem ſe dedit, quorum neceſſitates humero pietatis ſufferre cupiens, proprium Commodum, utilitati Filiorum amanter poſthabuit. Jus Patronatus ſuper Eccleſia Knittlfeldenſi a Frider. Epiſc. Seccov. ad Regulares quoque e gremio præficiendos prorogatum accepit; annos regiminis unum ſupra vicenos explevit, mortuus eſt 7. Id. Julii* 1325.

Dietricus Præp. Vorav. *Curiam in Puechek a Rudolpho de Kirchberg* teſte MS. Chron. Vorav. comparavit hoc anno *ſolventem annuatim unam libram denariorum*, curia hæc *in Puechek* vicina Collegio noſtro, a Dominis de *Kirchberg* arce infra Voravium ſita comparata videtur. *Vorav. rer.* *Kirchberg de Domini.* *Stubenberg de Henric.*

Tandem teſtante Excell. Wurmbrandio *Henricus Dynaſta de Stubenberg*, cujus crebrior jam mentio facta eſt, ab *Alberone, Gerhardo, & Stephano de Sebenſtein* jus Patronatus in Parochia Sebenſteinenſi in Auſtria 15. libris denariorum emit. ita ex Archiv. Wurmbrand. *Sebenſtein de Albero Gebhard. & Stephanus.*

Anno 1305.

ANNO 1305.

Indict. 3. Clement. V. P. I. Alberti I. Imp. VIII. Rudolphi II. Ducis Styr. VII.

Blanca Duc. Styr. obit.

Domina *Blanca Ducissa Austriæ & Styriæ, Soror Philippi Regis Franciæ ex Patre*, Uxor Rudolphi Ducis nostri, *obiit XIV. Kal. April.* ut docet Chronic. & Necrolog. Clausstroneob. præterea eodem testante *Wenceslaus Rex Bohemorum 6. circa annum ætat.* 35. *XI. Kal. Julii obiit, amator divini cultus, Fundator Aulæ Regiæ, Monasterii scilicet Ordinis Cisterc. - - - Regnum Wenceslao Filio suo relinquens. Hic insignia Regni Ungariæ Ottoni Duci Bavariæ resignavit, simulque Regno Ungariæ renuntiavit; Regno Lobemiæ contentus ducta in Uxorem ipso anno Filia cujusdam de Polonia dicti de Thessin* avunculo suo Regi Roman. facto *terram Misnensem resignavit. Eodem anno*, inquit idem Chron. *Dux Bavvariæ in Regem Ungariæ ab Episcopis & Comitibus aliquot electus, cum regalibus insignibus venire captabat* (lege *tentabat*) *in Ungariam, sed cum obstante ac contradicente sibi Duce Austriæ*, ac Styriæ Rudolpho Carolo Siculo intime unito, *id publice cum exercitu expellere* (lege *obtinere*) *non posset, post omnium Sanctorum clam noctu intrans Austriam, a Bruna in Oedenburgam* (fors Oedenburg) *pertransit, coronatusque pro Rege se gerebat; ab hoc ipso anno inter Austriam & Hunganiam plurima mala in cædibus hominum & spoliis perpetrantur.* Eadem fere refert. Chron. Salisburg.

Wenceel Rex Bob. † Succ.

Wenceel. Filius.

Bav. Dux Otto eligit. Hung. Rex.

Austr. & Hung. turbæ.

Ludovic. Dux Carint obit.

Magnis hisce hujus anni funeribus accessit etiam Ludovicus Dux Carinthiæ die 22. Sept. mortuus, & in Stams sepultus teste Chron. Stamf. unde Otto & Henricus Fratres Ducatum Carinthiæ regebant.

Ulric. Ep. Secc.

Bischofsegg arx Styr. Condit.

Wildon de Hertn.

In Styria nostra de belli assultibus nil auditum, pro futuris tamen bellorum motibus elidendis Ulricus II. Episc. Seccov. hoc anno ab *Hertnido juniore de Wildon* Styriæ Marescballo facultatem obtinuit, ut in *Savathal* prope *Eibisvvald* ædificare seu potius perficere nuper jam inchoatum Castrum *Bischofsegg* sibi liceret, obligavit se vero vicissimi, ex eo Castro nunquam se molestum futurum vel damnificaturum agros, subditosque Wildonenses; extat Diploma German. hujus rei apud Frœlichium Diplom. Styr. p. I. f. 346. inter Diplom. Ep. Seccov. num. 65. *actum & datum Græcii Anno Domini MCCV. postridie S. Ægidii* seu 2. Septemb.

Walsee Ulr. Capit. Styr. Ungnad Otto.

Diplomati huic appresserunt in majus robur Sigilla sua *magnificus* der Hoche *& Nobilis Dominus Ulricus de Walsee Capitaneus & Dapifer Styriæ, & honestus Eques D. Otto Ungnad, qui præsentis contractus arbitri fuere.*

Dapiferatus Styriæ an hoc tempore penes Emmerbergios vel Walsejos.

De Styriæ dapiferatu dubium non leve oritur ex hoc Diplomate, tomo præc. ad annot. Diplom. 58. in expositione genealogiæ Emmerbergiorum sentiebam cum Excell. Wurmbr. de Hæredit. Offic. c. 9. Waldsejos post extinctam Emmerbergiorum Familiam munus Dapiferorum Styriæ primum obtinuisse & quidem per nuptias cum quadam Emmerbergia initas, traditque Wurmbrand cit. Reinpertum Walsejorum ultimum, id munus an. 1482. obtinuisse, contrarium vero docere videtur Diploma Episc. Seccov. n. 65. mox allatum, cui *Ulricus de*

Walsee

Walſee Capitaneus & ſimul *Dapifer Styriæ* ſubnotatus legitur, certum vero eſt, Emmerbergios hoc adhuc tempore floruiſſe, immo, ut habet Diploma Seiz. 36. hoc anno *Bertholdus de Emmerberch Dapifer* dicitur, & Diplom. Teuton. Græc. n. 23. apud Frœlich. Dipl. Styr. p. II. f. 196. ad an. 1349. *Fridericus de Emmerberch* ſe *Dapiferum Styriæ* adhuc ſcripſit; hac in re controverſa, ut Diplomata concilientur, cenſeo loquendum conformiter ad dicta tomi præced. duplices ſemper hocce ævo fuiſſe Dapiferos, pincernas, reliquosque officiales Hæreditarios Provinciarum, unum ſibi Provincia delegit, alterum Princeps; Electus a Provincia Stiriæ &c. in hac munus ſuum obibat, alter a Principe ſtatutus, penes hunc idem officium gerebat, ſicque Emmerbergii hoc tempore fuere Dapiferi Styriæ a Provincia electi, *Walſeji* a Principe ſtatuti, Rudolpho nempe & Alberto I. Augg. qui cæteroquin Suevis omnia deferebant; tardiore dein tempore factum arbitror, ut unus idemque Provinciæ & Principis Dapifer, Pincerna foret. Idem de reliquis Officiis Hæreditariis ex conſimili ratione dicendum. *Dapiferi Styriæ duplices.*

Teſtes Diplom. Seccov. cit. erant ſequentes: *Dietricus Archidiaconus Superioris Marchiæ, Parochus Petovienſ. &c. Fridericus & Henricus Fratres Domini de Stubenberg, D. Hertnidus de Petovia, D. Ulricus Pincerna de Rabenſtein, ſubin Ramſtein, D. Otto de Wolferav, D. Otto de Leybentz, Callochus de Halbenrayn, Chunradus Windiſchgrezer &c.* de quibus omnibus tomo hoc & præc. actum. *Styr. Super. Archidiac. Græcy Conv. Nobil.*

Tot Nobiles Auſtriæ & Styriæ, cum hoc anno menſe Septembr. Græcii convenerint, dubito, an. non quoque Rudolphus Dux noſter Metropolim Styriæ Græcium inviſerit; id certum, varia Rudolphum noſtrum per Styriam itinera feciſſe, in quibus forte eundem Nobiles hi comitati fuere: *Nonis Maji* Rudolphus Dux Styriæ extitit in *Brukka Styrenſi*, uti habet Diploma Seiz. n. 36. & Bernard. Pez n. 288. ibique confirmavit Seizenſibus omnia Privilegia collata olim ab Ottocaro Duce Styriæ; præſentes aderant: *Leopoldus Dux Auſtriæ Frater noſter, Ven. P. Dom. Ulricus Seccov. Epiſc. Magiſter Bertholdus Protonotarius noſter., Hermannus Marſchallus de Landenberg, Ulricus de Waltſee Capitaneus Styriæ, Bertholdus Dapifer de Emmerberch &c.* *Rudolph. Dux per Styriam proficiſcitur ubi. Muræponti. Stir. rer.*

Dixi: Rudolphum Ducem noſtrum Muræponti moratum fuiſſe, etenim non ſolum *Nonis* ſeu 7. *Maji*, ſed etiam 3. ejusdem menſis in invent. S. Crucis ibidem extitit, eodemque in loco *Gyrienſibus in uſum fructum duas villas in Chutal & Calap, quousque aſſignatos ſibi per Leopoldum glorioſum fundatorem* 5. *marcas denariorum de Officio Tyver annuatim ſolvendas percipiant*, ut V. Diploma Gyr. 11. apud Frœlich. Dipl. Styr. p. II. f. 142. *Gyrienſ. rer.*

Menſe Auguſto *Dom. poſt invent. S. Stephani* in *Raggerſpurch* in favorem Seizenſium idem Rudolphus Dux noſter Diploma edidit, quod refert Bern. Pez cod. Diplom. p. II. pag. 202. n. 287. Frœlichius inter Seizenſia n. 35; quamvis vero annus Diplomati huic deſit, cenſeo tamen eod. hoc an. editum fuiſſe, quo credibile videtur, Rudolphum Ducem noſtrum Provinciam Styriæ luſtrare voluiſſe. *Rudolfus Dux in Rakerſpurg. Seiz. rer.*

Muraponti Jud. Gener. Seizenſibus Eremitis *Otto de Liechtenſtein Camerarius Styriæ, & Judex Provincialis*, in judicio generali in *Pruka* ſeu Muræponti *die Sabb. ante Feſt. S. Andreæ Ap.* habito, confirmat omnes libertates & gratias a fundatoribus eorum, illuſtribusque Styriæ principibus datas, ita quidem, *quod is, qui in provinciali judicio vices meas geſſerit, veſtram ſinceritatem neque in colonis, neque in poſſeſſionibus, aut in quibuscunque rebus vel factis ad vos ſpectantibus nullo modo præſumat aliquatenus perturbare: Adjicio quoque*, ait in hoc Diplom. Otto de Liechtenſtein, *quod ſi vos, vel quicunque ex veſtris de quacunque re mihi vel vices meas gerenti vel gerentibus querelas feceritis, plenum judicium fieri, & protectio & defenſio (quas judicium & gratia admittunt) tanquam meis chariſſimis debeat ſine dilatione qualibet adhiberi.* Ita Diploma Seiz. 34.

Liechtenſtein Otto Jud. Prov. Styr.

Seccov. res. Confœd. cum S. Pauli Mon. in Carinth. Inter documenta Seccovienſis Canoniæ præter confœderationem ſeu communicationem meritorum cum Monachis S. Pauli ſub Rudolpho Abbate, invenitur quoddam Diploma, in quo *Conradus de Marchburg ejusque conſors Benedicta, Ottoni de Stein* prædium quoddam confe-

Marchburg de Conrad. Stein de Otto. runt, Diploma Germanicum datum eſt *in domo* ſeu Caſtro *Marchburg* anno hoc *poſtridie Decoll. S. Joan. Bapt.* ſeu 30. Aug. ita excerpta hujus Diplom. refert Frælichius inter Dipl. Seccov. n. 135. de utraque Familia hac nobiliſſima egi tomo I. annot. Dipl. 4. & 46.

Vorav. res. Krainichberg de Ortolf. Voravii Dietricus Præpoſitus *comparavit bona in Stainbach* auf den Pichl *ab Ortolpho de Kranichberg*, ita Chron MS. Vorav. quod dein hiſce, acta hujus Præpoſiti claudit: *Hic Præpoſitus duobus annis & paulo minus præfuit Monaſterio, tandem Priſcæ Virginis* (Supple die ſeu Feſto) *finem ſuum extremum clauſit*, ſeu 18. Jan. dubium de annis regiminis Dietrici ſolviſſe me arbitror ad an. 1300.

Ditric. Præp. 12. Vorav. obit. Hertnid. Succ. Præp. 13. De Succeſſore ita pergit Chron. MS. Vorav. *poſt hujus obitum per diſcordiam Fratrum electio devoluta eſt ad ſedem Salzburg. tunc Archiepiſcopus providit Eccleſiæ noſtræ Præpoſitum, Dominum Hertnidum de Noppin Canonicum Salisburgenſem.*

Vult fieri Epiſcopus. Varia hujus Præpoſiti acta & laudabilia geſta refert idem Chronicon Vorav. & quidem jam ad hunc annum ita ſcribendo: *Hertnidus Præpoſitus 13. in ordine, regimen laborioſum poſt Dietricum ſuſcepit, ac confirmatus eſt; hic inveniens pecuniam prænominatam cæpit ambire, & anhelare, ac laborare pro Epiſcopatu, ſpe fruſtratus, & ab Archiepiſcopo redargutus deſtitit, & Monaſterio præſidens multum bene & utiliter pecuniam S. Thomæ impendit. Nam ante Offertorium S. Ægidii præſentabatur ad menſam Prælati,*

S. Ægidii Offert. Voravii. Miſſa Votiva B. V. M. Oblaja Vorav. Bona Auſtr. in Edliz Liechtæneg Longek. Roſſeker Udalr. Stubenberg de Henr. Pfanberg de Com. Udalr. *banc conſuetudinem permutavit, & miſſam B. Mariæ Virginis, quæ quotidie in Monaſterio Canitur, inſtituit, cum hoc ſolemne anniverſarium ordinavit, & prout Privilegia noſtra teſtantur, ſufficientem recompenſam Prælato fecit, hic oblajam inſtituit omnibus Officinis.* Mox *An. MCCV. Comparavit bona in Edliz, Liechtænek, & Longek a Domino Udalrico Roſſeker, ſuisque haredibus, indulto quoque Domini Henrici de Stubenberg.* Bona hæc Auſtriaca, eorumque dominium directum, Henricus Stubenbergius an. 1298. obtinuit ab *Ulrico Comite de Pfanberg*, ut ibidem dictum. V. pl. annot. Dipl. 196.

Præ-

Præterea *idem* Hertnidus Præpoſitus ab *Udalrico Grafenbek de Kirchberg, comparavit bona in Steinbach* auf den Pichl. Graffenbekii itaque poſſeſſores erant arcis Kirchperg infra Vorau ſitæ. *Graffenbek de Udalr. Kirchberg arx Styriæ.*

Idem pergit MS. Chron. Vorau. *obtinuit a quadam Gertrude de Rainberg curiam dictam Piſchofshof ab eadem teſtatam: unam libram denariorum annuatim Monaſterio ſolventem.* Gertrudes hæc e Familia Dominorum de Rainberg, arcis quondam infra Vorau ſitæ fuerit, de qua tomo I. annot. Dipl. 58. *Reinberg de Gertrud.*

Seizenſium immunitati ac privilegiis hoc anno conſuluit Ottobonus Patriarcha Aquilej. V. Dipl. Seiz. 37. *Seiz ret. Ottobon. Aquil. Patriarcha.*

ANNO 1306. *An. 1306.*

Indict. 4. Clement V. Papæ II. Alberti I. Imp. IX. Friderici pulchr. Duc. Styr. I.

Wenceslai junioris hoc an. a Sicario perempti mors bellum Bohemiæ recrudeſcere fecit, cum hinc Carinthiæ Dux Henricus, inde Albertus Imp. pro Filio Rudolpho bellum moveret, Dux Carinthiæ conjugis Annæ, Wenceslai Sororis dotem Bohemiam repetebat, Albertus Imp. a Patre Rudolpho datam Wenceslao pacem ea conditione dicebat, ut ſi Premislaæ Stirpis mas nullus ſupereſſet, Auſtriacus ſuccederet. *Bohemiæ bellum.*

Candidatorum cauſam diviſis ſtudiis Proceres ſuccollabant in Bohemia Alberti cauſa titubabat, Norimbergæ vero in comitiis vincebat, ordinum omnium conſenſu, Henricus Carinthus, ſe jam Regem gerens, proſcribitur, Rudolphus Alberti Filius Rex Bohemiæ declaratur, duplex itaque Bohemiæ immiſſus exercitus, unum per Thuringiam Albertus, alterum per Moraviam deduxit Rudolphus, comitabantur Rudolphum Conradus Salisburg. Archiep. Bernardus Patavienſis, Henricus Gurcenſis, & *Ulricus Seccov. Epiſcopi* expugnatiſ variis urbibus, & oppidis, ubi ad muros Pragæ conſtitere exercitus, Henricus Carinthus ſuis, & ſocii Stephani Bavari diffiſus viribus, non exſpectato æmulo diffugit, nemine proin reclamante Rudolphus Pragæ a Moguntino Archiep. Rex coronatur, mox Bohemis rem gratam facturus, ex arbitrio Conradi Salisburg. Archiep. Eliſabetham, Richſam a Polonis dictam, in torum adſcivit, ob egregias animi corporisque dotes multum a Bohemis amatam. *Duo Reges Bohemiæ. Henr. Carinth. Rudolphus Styr. Dux. Ulric. Epiſc. Seccov. in Boh. abit. Rudolph. Rex Boh. coronatur.*

Rebus Bohemiæ ſic compoſitis Fratres Auſtriacos contentio interceſſit, negabat nempe Rudolphus novus Rex Bohemiæ Terras Auſtriæ, & Styriæ cedere Friderico Fratri, Albertus Imperator cauſam omnem & reducendæ concordiæ operam Conrado Salisburg. mandavit, resque tandem ita compoſita eſt, ut ex voto Bohemorum, quos velut ſuos Rudolphus in Conſilio habebat, Auſtria, & Styria, ſi Auſtriacus ſine hærede decederet, ad Bohemum veniret, viciſſimque Bohemia Auſtriaco daretur, ſi ibidem hæres deeſſet, decreto ſic litteris utrinque firmato, Albertus Imp. cum Conrado Salisb. ſub finem anni in Auſtriam rediit, & Fridericum Filium Ducem *Contentio inter Fratres Auſtriacos.*

Frider. Dux Styriæ.

striæ & Styriæ dixit. V. Chron. Mellic. Clauſtroneoburg. Fridericum pulchrum ſub anni fine Ducem Styriæ primum datum, docet Diplom. Teuton. Græc. 17. in quo idiom. germ. Ulrich von Wallſe Haubtmann und Druchſatz in Steyer &c. teſtatur, ſe coram *Rudolpho Duce Auſtriæ & Styriæ* oratorem fuiſſe, datæ ſunt litteræ ſer. 6. ante S. Dyonisii, quo proin tempore *Rudolphus adhuc Dux Styriæ* dictus eſt.

Welſer de Ulric. Prætor. Styriæ.

Gotfrid. Prior X. Seiz.

Seizenſi Cartuſiæ Gotfridus Prior X. ſaltem ab anni hujus 17. Martii præeſſe cæpit, de quo ſeries Priorum Seizenſium ſequentia habet; *æterna memoria dignissimus, Cardinalibus Regibus, & Principibus charus & venerabilis, ſub cujus regimine Fridericus Abbas ad S. Lambertum in Styria, Ordinem noſtrum in Seiz Profeſſus eſt, Fridericus quoque pulcher Rex ampliſſimis privilegiis domum noſtrum cumulavit, ac inter cætera Priorem in Seitz in ſuum Capellanum adoptavit; plura quoque, ac diverſa bona ſub eo huic Monaſterio acceſſerunt.*

Prior Seiz, fit Capellan. Frid. Regis.

Erider. Abb. XXI. S. Lamberti ſit Monachus Seizii.

Fridericum S. Lamberti in Styria Abbatem, ſuppeditat ſeries Abbatum S. Lamberti mihi communicata, attamen de eo nec verbum refert; Catalogus Abbatum eorundem, Græcio topographice deſcripto inſertus, eundem an. 1307. defunctum ſcribit, credo interim documentis Seizenſium & dum hoc anno novitiatum ſubiit Seizii Fridericus, San-Lambertinis exſpectandum erat in electione novi Abbatis, donec Fridericus profeſſionem Seizii deponeret, ac firmaret, unde an. ſeq. Henricus Abbas XXII. electus eſt ad S. Lambertum.

Henric. Abb. 22. S. Lamberti.

Ludov. Prior. IX. Seiz mors.

Gotfridi Seizenſis Prioris anteceſſor erat Ludovicus, qui teſte ſerie Priorum Seizenſium ſaltem ab an. 1298. eidem Cartuſiæ præfuit, unde nec ejus obitus, nec initium regiminis in Gotfrido certo detegi poteſt.

Vorav. rei cum Teutonic. Græc.

Hertnidus Præpoſ. Vorav. hoc an. teſte Chron. MS. Varav. *permutationem fecit cum Fratribus Teutonicis in Grez bona Guntarn permutando pro fundis apud S. Laurentium annuatim quinque libras denariorum Monaſterio Vorau ſolventia*, bona hæc circa *Guntarn* an. 1185. circiter Voravio donata a Ruzone, & confirmata ab Ottocaro Duce, dixi ibidem. Diploma hujus permutationis ſub Hertnido, ſeu potius ejus fragmentum germanicum refert Frœlichius Diplom. Styr. p. II. f. 193. inter Teuton. Græcenſ. Dipl. 16. ex quo Marquardus Decanus clare invenitur. Diploma hoc Voravii non amplius exſtat, Frœlichius vero ejus fragmentum ex documentis illuſtriſſ. Teuton. Græc. vulgavit.

Guntarn locus Styriæ.

Marquardus Decan. Vorav.

Otto Commend. Teut. Græc.

Wilhelmus Commend. Melit. in Fürſtenfeld.

Erat vero hoc tempore *Commendator domus Teuton. Græcenſis Otto*, qui eod. hoc anno die S. Blaſii, cum equitibus Melitenſibus in Fürſtenfeld quoddam concambium inierat, cujusque fragmentum denuo loco cit. adfert Frœlichius n. 15. ex quo *Wilhelmus Commendator Melitenſium in Fürſtenfeld*, hoc an. fuiſſe eruitur: documenta Melitenſium in Fürſtenfeld, licet omni adhibita opera, obtinere nulla potueram, niſi quæ domeſtica ſcrinia ſuppeditant.

Hertindi Præp. Voravi fundatio.

Idem vero Hertindus Præpoſ. Vorav. hoc anno fundationem quandam Canoniæ Voravienſi ſuæ fecit, 8. Idus Martii, quam confirmavit Conradus Archiep. Salisburgenſis, ut v. inter mea Dipl. in fine num. 196. & 1. quidem cum conſenſu Fratrum ſeu Canonicorum ſuorum fundavit quotidianam miſſam de B. V. ad aram S. Crucis,

&

& antiphonam ſpecioſa facta es finito completorio, cum nota perpetuo decantandam: in miſſa illa voluit haberi defunctorum Prælatorum, & confratrum cum collecta S. Petri Apoſtoli, uti, & ſui ac ſucceſſorum ſuorum memoriam cum collecta, pro hoc labore ſeu onere varias Canonicis præbendas aſſignat. 2. Voluit ut ſingulis diebus ac noctibus in ſuffragiis antiphona cum collecta te invocamus, te adoramus, de SS. Trinitate dicatur, 3. ut in ara crucis 30. miſſæ pro defunctis continuo dicerentur, pro quibus omnibus varias præbendas Canonicis Vorav. aſſignat, ut V. in fine annot. Dipl. 196.

Sub eodem Hertnido Præp. 4. *Idus Julii dedicatum eſt altare ſitum ad S. Joannem Baptiſtam poſterius in Hon. S. Marci Epiſc. & Confeſſ. & S. Margarethæ V. & M. a V. Domino Udalrico II. Eccl. Seccov. Epiſcopo.* Ita Ckron. MS. Vorav. *S. Joann. Eccl. Vorav. dedicat. ab Ulrico Epiſc. Seccov.*

ANNO 1307. *An. 1307.*

Indict. 5. Clement. V. Pap. III. Alberti I. Imp. X. Frider. pulchri Ducis Styr. II.

Breve admodum in Rudolpho regnum fuit, dum enim Rudolphus Rex proceres Henrici partes ſecutos bello perſequitur, in Caſtris ad Horasdvitium 3. Julii extinquitur; a morte Rudolphi denuo æmulorum contentio exarſit, Henrico Carintho in vacuum Regis ſolium revolante, reſtitit Fridericus Auſtriacus ejusque Pater Albertus pacta prioris anni obtrudens, Henricus vero Carinthus ob Annam Wenceslai Filiam Bohemiam velut dotem petebat. *Rudolphus Rex Boh. † Bohem. bellum.*

Rebus ſic pendentibus deciſio litis armis eſt delata, Albertus Imperator exercitum e Suevis, Fridericus Dux ex Auſtriacis Styrisque in Bohemiam duxit, non tamen ad vota res Bohemiæ fluxere, Bohemis nempe non imparatis, & magis Henrico Carintho addictis; conſumptis ad Guttenbergam & Colinum fruſtra obſidionis laboribus, imminens hyems excedere copias ſub Novembris initium coegit, cum jam jam abire paraſſent, Eliſabetha Rudolphi Vidua traditis, quæ dotalitio jure poſſederat Regino-Hradecio, Muta, Chrudimio, Mielniko, Policzka, Jaromirio in tutelam recipi poſtulavit, quæ in Auſtriam recepta hæredem ibi Regni genuit. *Auſtriaci bellum ad vota non fluit.*

Felicius Auſtriacorum alea per Legatos geſta eſt, nam Conradus Salisburgenſis per Albertum in Carinthiam miſſus adjuncto ſibi *Frid. Com. de Haimburg*, & *Ulrico de Walſee Styriæ Capitaneo* intra 6. hebdomadarum ſpatium Oppidum S. Viti, Clagenfurtum, Gentiforum aliaque Oppida ſubegit, Caſtrum Rabenſtein proditione Conradi Schrankenpaumii Præfecti occupatum, ſolo æquatum eſt, & ex ejus ruderibus munitio alia S. Thomæ penes Altenhofium exſtructa eſt: adactis dein ad Sacramenta civibus, nominatoque Præfecto, in Styriam ſe Waldſejus retulit, Henrico Goritienſi, & Comitibus Ortenburgicis, quidquid in Carniolia occupabant, poſſidendum ad tempus Frider. Auſtriacus conceſſit, ita anonymus Leob. Chron. Salisburg. &c. *Carinthia ſubigitur per Conr. Salzb. Frid. de Haynburg & Ulric. de Walſee Capit. Styr.*

Walsee de Ulr. Capit. Styr. & Seccov. res.

Ulricus Walsejus Capitaneus, & Dapifer Styriæ forte in transitu expeditionis in Carinthiam susceptæ, Seccovii demoratus fuerit, nam cum Christiano Præpos. Seccov. egit, de quibusdam agris in Eisengor, & Erzwald infra Waltstein sitos, eosque a Christiano Præpos. ac capitulo emit 53. argenti ponderati marcis, præsentibus *Hertnida juniore de Wildonia, Ditmaro ejusque Fratre Ottone de Geula, Chunado de Windischgrätz*, aliisque, fragmentum harum litterar. Vide apud Frœlich. Dipl. Styr. inter Diplom. Seccov. num. 139. venditionem hanc jure reluitionis factam testatur idem Ulricus de Waldsee Capit. & Dapifer Styriæ ut v. ibid. num. 140. Eodem vero anno Udalricus II. Episc. Seccovii 11. Junii existens cum Herwerdo Decano, & toto Capitulo, statuta nonnulla ad victum quotidianum Collegii meliorandum confecit, ut habet Dipl. Secc. 138.

Wildon. de Hert. jun. Geula de Ditmar. & Otto Windischgräz de Conrad.

Ulric. Ep. in Seccau agit.

Herwerd. Dec. Seccov.

Gyrienf. res.

Gyrienfis Cartusiæ privilegiis providit etiam Clemens V. Papa, dum Diplom. Gyrienfi 54. Abbati Sitticenfi mandat, ut iniquos reditum, fundorum, aut litterarum Gyrienfium detentores &c cenfuris Ecclefiafticis ad reftitutionem compellat.

Aquil. Conc.

Aquilejæ fub Ottobono Patriarcha Concilium habitum eft, cujus tamen acta teſte de Rubeis cap. 83. perierunt.

Anno 1308.

ANNO 1308.

Indict. 6. Clement. V. P. IV. Alberti I. Imp. XI. Frider. pulchri Ducis Styr. III.

Ulric. II. Ep. VII. Secc. obit.

Teſte Chron. Salisburg. *Circa feſtum Epiphaniæ obiit Dominus Ulricus II. Epiſcopus Seccov.* dictus de *Paldavv*, ut ait Hornekius: Necrologium tamen Seccov. ad 2. *nonas Febr.* ejus obitum refert hifce: *Ulricus piæ memoriæ Epiſc. Seccov.* confonat Hornekius dicens nach der Liechtmeeß ſchier, *ſeu pene poſt Purificationem* Necrol. Run. obitum ejus ad V. Kal. Febr. ſeu 28. Jan. notat, ſucceſſorem ejus denominat idem Chron. Salisburg. *cui ſubſtitutus eſt Dominus Fridericus de Mitterkirchen Præpoſ. Salisburg. in Sabbato quo contatur intret:* (ſeu Sabbato ſecundo quadrageſimæ) *in Capella dormitorii.* Catalogus Præp. Seccov. die 4. Febr. defunctum Udalricum docet.

Frider. Epiſc. VIII. Seccov.

Judenburgi conſecratur.

VIII. Epiſc. ait Catal. Epiſc. cit. *Fridericus I. de Mitterkirchen Præp. Salisburg. Subſtitutus in Sabbato 2. quadrageſimæ, quo cantatur, Intret, in Capella Dormitorii, quem Conradus Archiepiſcopus Judenburgi Sabbato poſt Dominicam Paſſionis, nempe 6. Aprilis conſecravit Epiſcopum miniſtrantibus Henrico Gurcenſi, Wernero Laventino & Alberto Chyemenſi Epiſcopis, confirmat Seccovienſibus fundationem D. Ottonis a Liehtenſtain confert eis jus patronatus ſuper Eccleſia Parochiali in Knittfeld, ut a Canonicis de Gremio provideatur. Indulget iisdem uſum Birretorum obiit* 1318. *X. Kal. ſept.*

Frider. Dux Conrad. Salzb. Græcii.

Mox Conradus Græcium venit, ubi a Friderico Duce humaniſſime exceptus, cum eo condixit de fœdere militari adverſus omnes, præterquam imperium, morati ſunt ambo Græcii fere per 4. hebdomadas, dein in Carinthiam ad congreſſum in Oppido S. Viti celebrandum profecti; *Judenburgi* Archiepiſcopus Sabbato poſt Dominicam

Paſſio-

Paſſionis conſecravit Epiſcopum Seccovienſem aſſiſtentibus Henrico Gurcenſi, Wernhero Laventino, & Alberto Chiemenſi Epiſcopis, quo ipſo die Canonici Salisburg. elegerunt Præpoſitum Frider. de Leibenz, ſeu Leibniz Canon. & Camerarium ejusdem Eccleſiæ, ut habet Chron. Salisb. quem, quia electionem ejus Canonici uſque ad adventum ſuum differre non volebant per medium fere annum non confirmavit; *Frid. de Leibniz Præp. Salis.*

In S. Viti colloquio Ottobonus Patriarcha Aquilejæ & Henricus Comes Goritiæ Conciliati, atque uterque in fœdus Friderici Auſtriaci recepti, *Ottoni de Liechtenſtein* Commendata Carinthia, huic prætori antea Friſacenſi ſubſtitutus *Hertnidus de Weiſſenek*, adjecto Caſtro Takenprun, ut ſe contra vicinos tueretur, qui illico omnem operam adhibuit, ut arx Altenhoſen perficeretur, utpote locus Conrado ſumme acceptus. *Ottobonus Patr. Aquil.* *Liechtenſtein Otto Præt. Car.* *Weiſſenek de Hertnid.*

Cæterum expeditionis conſilium, quam cum Friderico Duce Conradus erat in Bohemiam facturus, evertit caſus infandi parricidii, quo Imperator Albertus eodem hoc anno Kal. Maji oppreſſus eſt, caſum triſtiſſimum Chron. Mellicenſe breviter ita deſcribit, *Albertus Rex Romanorum a ſuis familiaribus latenter occiditur*: familiares hi conjurati erant Joannes Alberti ex Fratre nepos, qui cum a patruo Alberto Sueviam obtinere non poſſet, flagitio eam obtinere propoſuit, huic ſe ſocios junxere *Rudolphus de Wart*, *Walterus de Eſchenbach*, & *Udalricus de Palm*, omnes dein digna tanto ſceleri pœna affecti. *Albertus Imp. necatur.*

Eidem Alberto per electionem Principum ſucceſſit Dominus Henricus Comes de Lutzelburg circa feſtum B. Catharinæ Virginis. ait Chron. Salisburg. *de quo multa bona, & maxime, quod pacis amator, & juſtus Judex eſſet quaſi per totam Alemaniam dicebantur.* *Henric. VII. Imp. Luxemburgicus.*

Concuſſus triſti hoc nuntio Fridericus Dux noſter, cum Henrico Duce Carinthiæ novo Regni Bohemiæ æmulo pacem iniiſſe, & certis pactis ceſſiſſe videtur teſtante id repertorio Auſtr. part. II. fol. 420. ereptas etiam Henrico Carinthiam, & Carnioliam reſtitutas fuiſſe teſtatur Chron. Salisburg. & anonymus Leobienſis f. 897. & 898. memorabile eſt, quod poſt reſtitutam ab Auſtriacis Henrico Duci Carinthiam narrat anonymus Leob. & *veniens* Henricus Dux *ad Carinthiam, inſtinctu officialium, ad ſublevamen ſuæ penuriæ Monaſteria, & Eccleſias talliavit*, hoc eſt pecuniaria iis ſubſidia imperavit, *quod ante eum fieri non conſuevit.* *Frider. Auſtr. & Henr. Car. Duc. ver.* *Talliare quid.*

Pergit præterea referre anonymus Leob. f. 894. *Iſto anno circa feſtum Beati Laurentii tantus ventus ortus eſt in Styria, quod multas fortiſſimas arbores funditus cum radicibus evertit.* *Ventus vehem. Styriæ.*

Quam plurima ſunt de Cathedrali Eccleſia Seccov. ad hunc annum enarranda & 1. quidem *Albertus de Zeyring Prov. ſcriba Styriæ* Diplomate Germanico, Canonicis Seccov. donat domum in Urbe Judenburgenſi ſitam, quam emerat ab Ottone (von Otten dem Herzogen) ſine adjecta dignitatis mentione, pleno jure in perpetuum. *Datum, & actum Judenburgi* die S. Floriani Ottonem hunc Ducem ſeu den Herzogen, non dignitatis, ſed familiæ nomen geſſiſſe, colligo ex dictis *Seccov. ver.* *Judenburgi domum obtinent.* *Zeyring de Alb. ſcriba Styr.*

tom. I. Differt. 4. cap. 6. §. 9. f. 164. in quo ex aliis tabulis Seccov. *Otto cognomine Dux* lares Judenburgi habuiſſe memoratur.

Idem porro *Albertus de Zeyrich*, ſeu *Zeyring ſcriba Provincialis Styriæ* teſtatur ſe emiſſe 2. prædia ruſtica a Chriſtiano Præp. & Capitulo *Seccov.* ſic tamen, ut illis remanſerit jus reluitionis *actum Græcii anno* 1308. *fer.* 4. *ante Luciæ* v. Diplom. Canon. Seccov. num. 141. & 144.

Seccov. res cum Sigefrido de Chrottenderf.

Præterea *Sigefridus de Chrottendorff* (de qua Genealogia v. annot. Diplom. 33.) Seccovienſibus reſtituit prædium ſitum, in pago *Wolgemoutſtorff*, iisdem inique ereptum. V. Dipl. Seccov. 142. adjectum eſt Sigefridi hujus, ejusque Fratris ſigillum.

Prank de Peringer. & Diemudis Uxor. Wolfg. Filius.

Peringerus etiam de Prank cum Uxore *Diemude*, pro ſalute animarum ſpecialiter *defuncti Filii Wolfgangi*, jus montanum Eccleſiæ Seccov. donat. de Geneal. Prankiorium dictum eſt tom. I. annot. Diplom. 47. Hinc in Necrol. Seccov. ad XIV. Kal. Martii legitur: *Diemudis de Prank Uxor D. Peringeri militis de Prank ob cujus.*, &c. Diplomati huic Seccov. num. 143. *Judenburgi* dato ſubſcripſere inter alios *Ortl Geultmeus Gener.* (v. tom. I. annot. Dipl. 79.) & *Rupertus de Teiffenbach* (v. tom. I. annot. Diplom. 86.)

Friderici Ep. Seccov.

Tandem eodem hoc anno Fridericus Epiſcop. Seccov. annuente Chriſtiano Præpoſito, & toto Capitulo Seccov. quædam ſtatuta ad inſtaurandam pietatem, & augenda bona Eccleſiæ condidit Seccoviæ 18. Kal. Maji ſeu 14. April. v. Dipl. Seccov. 45. ſtatuta tamen ea inſerta non ſunt.

Seccov. res.

Wulfingus Abb. Oberburg.

Wulfingus Abbas Obernburgenſis, in litteris feſto S. Dionyſii hoc an. datis teſtatur, ſe veniam dare injuriarum, etiam captivitatis, quas a *Friderico Comite de Heunburg* paſſus eſt, ita ex tabulario Græcenſi eruit Puſchius apud Frœlich. Diplom. Styr. pag. 2. f. 283. forte in bello anni prioris, dum Carinthia per Udalricum de Walſee, & Fridericum de Heinburg ſubigeretur, Wulfingus Abbas ſe nimium ſtudioſum partium Henrici Carinthi oſtendit.

Heynburg de Com. Frid.

Henric. Præp. 6. Stanz. †.

In Stanzenſi Styriæ Canonia Henrico Præpoſ. 15. Sept. poſt 8. regiminis annos defuncto ſucceſſit Nicolaus *Polans* dictus, Præpoſitus Ordine 7. ita ſeries Præpoſ. Stanzenſ.

Succ. Nicolaus 7.

Anno 1309.

ANNO 1309.

Indict. 7. Clement. V. Pap. V. Henrici VII. Imper. I. Frider. pulchri Ducis Styr. XV.

Frider. pulchri iter ad Imper. Rom.

Sub hujus anni æſtatem Fridericus pulcher *Dux* noſter *Spiram adiit cum ſatis magna potentia ſuſcipere ab eo* (Henrico Rom. Rege) *in feodo Ducatus Auſtriæ, & portum Naonis*, inquit Chron. Clauſtroneob. addit vero Salisburgenſe ſequentia: *venit in Salzburgam in Vigilia Apoſtolorum Petri & Pauli cum MCCCC. equitaturis*, ſeu equitibus. An Conradus Salzb. eum comitatus fuerit? non exprimit Chroniſta, Trithemius tamen in Chron. Hirſaug. docet, eum præſentem fuiſſe Comitiis ſpirenſibus circa feſtum S. Michaelis; ſpiram venientem Fridericum Ducem noſtrum, teſte Chron. Salisb. *Rex Henricus videre renuit, tandem interveniente*

Salzburgum venit.

veniente pecunia, videlicet marcarum millia quinquaginta Rex eidem Duci, & Fratribus ſuis Terram Auſtriæ, & Styriæ, & Moraniæ (lege Moraviæ) *tam feuda, quæ eas reſpiciebant, quam ea, quæ ad Patruum eorum* (lege patruelem) *ſcilicet Ducem Joannem interfectorem Regis Alberti ſpectabant, in feudum contulit, & præfatum Joannem tanquam reum criminis læſæ majeſtatis proſcripſit, & ipſum bonis omnibus hæreditariis per ſententiam ſpoliavit,* eadem habet anonymus Leob. adjiciens a Moraviæ tanquam terræ vicinæ poſtulatione abſtinuiſſe dein Ducem noſtrum; duo itaque poſtulabat a Cæſare Dux noſter, primum, ut percuſſores Alberti Imper. proſcriberentur, ſecundum, ut jus ſibi in poſſeſſiones beneficiarias firmaret, Moraviam, & Sueviam adjiceret; primum facile obtinuit, alterum nonniſi longa contentione potuit impetrari, cum modicarum facultatum Imperator eas provincias ſibi ipſi optaret.

Ejus acta ſpiræ cum Henr. Imp.

Abſente ſic longiore tempore Duce noſtro *quidam miniſteriales Auſtriæ, videlicet Domini de Potendorf, & de Zelking ſe Duci Auſtriæ oppoſuerunt*, inquit Chron. Salisburg. *ſed tamen expugnatis aliquibus eorum munitionibus per Dominum de Walſee aliquibus etiam pactis interpoſitis, uſque ad reditum Ducis Auſtriæ ad concordiam ſunt reverſi*, eadem narrant, ſed ſerius Chronica Clauſtroneob. & Leobienſe, aliique Authores: Auſtriacis nempe iræ nuper in Albertum conceptæ animo ſederant, miſſis primum Legatis ad Henricum Imp. ne Auſtriacos Fratres confirmaret, quibus nunquam ſe parituros aperte teſtabantur, exorant; cum nihilo ſecius eum confirmatum audirent, arma corripiunt præcipuis ſeditionis authoribus Potendorfio & Eizingero aliis Zelkingero. Animabantur præſertim, quod Fridericus Dux abſens per ſueviam parricidas mulctaret, & Otto Bavarus Rex Ungariæ e cuſtodia elapſus infenſus eſſet Friderico, quod Alberti Patris machinationibus ſe ſolio Regni Hungariæ excuſſum credcret: Proceribus Auſtriæ ſe junxere Cives Viennenſes, Neoſtadienſes nondum fœderati eventum rei præſtolabantur.

Auſtr. rebell.

Rottendorfii Eizingeri Zelkingeri rebelles.

Viennenſ. Cives rebelles.

Medelam attulit *Udalricus de Wadſee Styriæ Prætor*, qui Collectis ex Styria aliisque Terris copiis, in ſeditioſos movit, arces, oppida expugnavit, ita: ut Fridericus vix citius turbatam, quam pacatam Auſtriam audiret. Fridericus inde translata in Fratrem Sueviæ expeditionis cura Viennam ſe retulit, perduellesque in jus vocat; Proceres arcibus ſuis mulctati, Sacramentum renovare jubebantur, e Viennenſibus civibus, alii manibus, digitis alii mulctati, Godefrido *Salſatori* ſeu *Salzer* dicto, & cuidam *Wilhelmo* lingua exſecta, lumen oculorum ademptum, *Joannes Stadlaverius* conſpirationis caput, equi cauda extra urbem tractus, rotæ injectus ſcelus expiavit, ita Chron. Clauſtroneob. & Haſelbachius, quo forte tempore Fridericus Dux noſter Ottobono Patriarchæ Aquilej. ob turbas e provincia excedenti conſolatoriam miſit epiſtolam, ſuumque ex fœdere auxilium pollicetur, ut v. de Rubeis monum. Aquilej. cap. 82. num. 5. f. 814. ubi fragmentum hujus epiſtolæ refert.

Walſee de Ulric. Prætor Styriæ cum Styris impugnat rebelles.

Rebelles puniti.

Frider. Dux ſcribit Ottobono Patr. Aquilej.

Invictum denique ſuæ in Auſtriacos fidei teſtimonium, dedit *Ulricus de Waldſee* Capitaneus noſter, dum turbatis Auſtriæ rebus providit illico, & ex Styria Auſtriacis fidiſſima, collecto milite turbas

Walſee de Ulr. Præt. Styr. vet bene geſtæ.

Græcii exiſtit. Auſtriæ pro poſſe ad reditum uſque Ducis noſtri compoſuit: Græcii exſtitit hoc anno Dominica oculi, ſeu tertia quadrageſimæ, quo in loco officii ſui cauſa ſedem habuiſſe videtur; docet id Diploma german. ejusdem inter Seccov. num. 147. quo teſtatur Chriſtianum Præpoſitum Seccov. ad preces ſuas 2. manſus *in Leuxendorf Conrado Dreiling* Civi græcenſi contuliſſe.

Leobium exultum. *Iſto anno*, inquit anonym. Leob. *Leoben civitas Styriæ a proprio igne fere per totum eſt exuſta*, qui etiam docet, eodem hoc anno Henricum Carinthiæ Ducem, Bohemorum Regem, ad preces Bohemiæ fuiſſe exauthoratum, eique Joannem Henrici 7. Filium fuiſſe ſuffectum; ſimilia habet Frœlich Archontol. Carinth. p. I. f. 93. ex Goldaſt. Conſtit. Imper. parte II. pag. 29. *titulum tamen Regis Bohemiæ uſque ad Diem obitus ſui non dimiſit* Henricus Dux, ut ait anonym. Leob. f. 898. & Frœlich. in Archont. Carinth. cit. ad an. 1324. & 1335.

Henric. Dux Car. exauthoratur Regno Boh.

Liechtenſtein Capella Seccov. de Otto. *Otto Liechtenſteinius* inſignis Seccovienſium benefactor, hoc an. *aſſentientibus Filiis Ottone, & Rudolpho*, novis cenſibus auxit fundationem Capellæ *S. Joannis Seccovii, Liechtenſteiniæ* dictæ de qua an. 1277. & 1279. plura Loquebar, uti, & annot. Diplom. 171. in fine, nominatim vero tom. I. dum Genealogia Liechtenſtein Diplom. 47. expoſita eſt.

Liechtenſtein Otto Camerar. Styr. Notabile hoc in Diplomate, cujus fragmentum ſolum adducitur, invenio, quod *Otto de Liechtenſtein* in eo ſe *Camerarium Styriæ* dicat, quem titulum tamen ad an. 1277. & 1283. dum *Judex Provincialis Styriæ* erat, omiſit, unde hoc an. vel paulo antea id muneris obtinuiſſe videtur, Excell. Wurmbrandius de an. 1304. Diploma exſtitiſſe docet, quo Otto hic Camerarii munus egit in Styria, in Dipl. tamen Seiz. 33. ſe jam Styriæ Camerarium ſcripſit an. 1302. quamvis vero idem dicat, ab omni ſcriptorum memoria, Liechtenſteinios in Murau id munus tenuiſſe, ex adductis tamen diplomatibus fere cenſendum, eos hujus Sæc. initio eam primum ſpartam obtinuiſſe.

Welz de Frid. Caſtel. in Murav. Inter teſtes ſubſcriptos notandi ſunt præter alios *Fridericus de Weltz Caſtellanus in Murau*, hunc ex deſcendentibus *Chunradi de Welze* anno 1182. Officialis Eccleſiæ Friſigenſis in Styria fuiſſe auguror, de quo plura tomo I. annot. Diplom. 85. Diploma *datum, & actum in Maravve* ſeu *Murau*, an. hoc in die S. Floriani.

Henric. Abb. 22. S. Lambert. Dixi anno priore Friderico Abbati S. Lamberti in Seizenſi Conobio Ordinem Cartuſianum circa annum 1306. profeſſo ſucceſſiſſe Abbatem XXII. Henricum, de quo Chron. Salisburg. ad hunc annum ita ſcribit: *Anno MCCCIX. Dominus Archiepiſcopus Salzburg. & Abbas S. Lamberti, ad Curiam Romanam ſuper proviſione facta de Monaſterio prædicto, quod Papa immediate ad ſe ſpectare dicebat, in perſonis propriis ſunt citati.* Abbatem hunc eo abiiſſe probabile videtur, cum ſeries Abbatum S. Lamberti tradat, illum Avenione mortuum fuiſſe, de quo plura ſequentibus.

Citatur Romam.

Leopold. Abb. Oberb. Obernburgi in Styria infer. Wulfingo Abbati ſucceſſit Leopoldus, ut ex tabulario Græcenſi eruunt Puſchius & Frœlich.

Vo-

Voravii Hertindus Præp. *anno* præcedente 1308. *comparavit Curiam in Lengenbach a Domino Henrico de Krumpach, qui idem dedit Privilegium ſuper Pilbungsreit* ita habent MS. Chron. Vorav. mox pro hoc anno ita ſubdens: *Idem comparavit bona in Pilbungsfreüdt* an der Hochenwart, *ſolventia duas libras denariorum minus* 15. *Denariis, ab Henrico de Stubenberch an.* 1309. *Item obtinuit ſuper Curiam* an Biſchofhof *ex teſtamento ex Gertrude Raimberg libere* das Vogtrecht, exſtant in Archivo Prælaturæ & Cancellariæ Diplomata duo easdem res concernentia, nondum edita, primum, quod inter Diplom. mea in fine num. 197. exhibeo, eſt Henrici de Stubenberg, quo teſtatur chriſtianum ſubditum ſuum in Pöllau, *cum conſenſu ſuo, & Uxoris ſuæ Catharinæ aliorumque hæredum ſuorum*, vendidiſſe bona dicta in Pilbungeß reit, quam venditionem approbat, ſimulque ſe Hertindi his in bonis deſenſorem fore promittit; alterum eſt littera donationis propter Deum ſuper Curia dicta *Epiſcopi Curia* ſeu Biſchofshof an Mäſenberg data ab Henrico II. Henrico III. & Udalrico Fratribus de Krumpach, qua teſtantur a Domina *de Reinberg*, dicta *Gertrude* (ut ex Chron. Vorav. cit. colligitur) per teſtamentum donatam fuiſſe Monaſterio Voravienſi Curiam Biſchofshof dictam, in monte *Maiſenberg* ut v. pluribus in fine inter mea Diplomata num. 198.

Vorav. res.

Krumbach de Henric.

Stubenberch de Henric.

Rambereh de Gertrudes.

ANNO 1310.

An. 1310.

Indict. 8. Clement. V. P. VI. Henric. VII. Imper. II. Frider. pulchri Ducis Styr. V.

Fridericus Dux noſter compoſitis turbis domeſticis a foro in Campum, contra Bavaros conjuratorum ſocios pugnare debuit, Otto, & Stephanus Bavariæ Duces, Neoburgum ad oenum ſitum ad Kal. Octobris prioris anni, uſque Januarium hujus anni obſedere, nec Cæſaris Imperio, nec Conradi Salisburg. & Rudolphi Palatini hortatu a cæpto poterant dimoveri; *Hermannus de Landenberg* loci Gubernator deſperata defenſione, injectis in domos ignibus per averſam portam ſe cum præſidiariis ejecit, Bavaris dein omnia evertentibus. Mox iidem Bavari Bernſteinam, quo Landenbergius confugerat, cinxere, copiis tamen a Friderico ſubmiſſis depulſi, recedere ſunt coacti; ſub Auguſti medium cum 15. millibus Fridericus eſt ſubſecutus, Rieto occupato, & Conradi Salisb. vexillis auctus Schardingam adiit; ſed morbo impeditus infectis rebus redire debuit, hac in expeditione factum arbitror, quod refert Hundius in Metropoli Salisburg. *Barones Auſtriæ, & Styriæ collecta ſex pene millium equitum manu, Lunelacenſem Abbatiam, & omnem circa jacentem diſtrictum violenter intrantes, ferro, & incendio deleverunt, & magna præda inde ſecum abducta, ad ſua redierunt*, ſub medium Novembris *Udalricus de Waldſee* Styriæ Prætor juſſu Friderici trecentorum agmine ſtipatus, Bavariam ſubiit, & ſubmiſſis aliquot Salisburgenſium cohortibus Titmaningum uſque, profectus, in exeſa alioquin regione famem potius, quam Bavariam oppugnavit, de quo plura refert Chron. Salisburg. Pezianum.

Frider. Dux pugnat contra Bavaros.

Landenberg de Hermann.

Styri vaſtant Lunelac. Abbat.

Waldſee de Ulric. in Bav. pugnat.

Salisburg. Concil. Conradus Archiep. Salisburg. quo minus litem cito ſopiret, impediebatur a Conc. Salisburgi celebrato, de quo ſequentia habet Chron. Salisburgenſe Pezianum. Eodem *etiam anno Dominus Chunradus Archiep. Salzburg. ad mandatum Domini Papæ Clementis V. celebravit concilium, ad quod convocati fuerunt omnes Prælati ſuæ Provinciæ, tam exempti, quam non exempti, ſed pauci venerunt propter Gvverram Principum Bavariæ, & Auſtriæ. Interfuerunt eidem concilio venerabiles Patres, Wernhardus Patavienſis,* *Frider. Epiſc. Seccov. præſent.* *Johannes Brixinenſis, Hainricus Gurcenſis,* Albertus *Chiemenſis, Fridericus Seccovienſis, Ulricus Laventinenſis, Eccleſiarum Epiſcopi cum quibusdam aliis Prælatis, in quo etiam lectæ fuerant litteræ Papales continentes gratias factas volentibus transfretare, vel eleemoſynas ſuas largientibus in ſubſidium Terræ Sanctæ, & proceſſus habiti contra Templarios, & Papa petivit decimam omnium proventuum Eccleſiaſticorum per biennium ſibi dari, quam petitionem concilium admiſit,* tempus hujus concilii celebrati detegit codex Biblioth. Cæſareæ, in quo legitur, *Concilium Domini Conradi celebratum Salzburgi anno MCCCX. in quadrageſima.* Capita alia ejusdem concilii refert Author. Germ. Sacræ tom. II. f. 442. eadem dein capita in Conc. Laureac. ſub Wernharo Patavienſi & in Conc. Aquilejenſi, ſub Ottobono Patr. Aquilej. tractabantur.

Abbatum S. Lamber. ſeries confuſa. Jam anno præced. dixi, Chunradum Salisburg. & Henricum Abbatem S. Lamberti ad Curiam Romanam citatum fuiſſe ſuper proviſione de Monaſterio eodem, Collector Seccovienſis inter Diplom. Seccov. num. 150. ad hunc annum ita ſcribit; *Circa milleſ. trecent. & decimum annum invitatur Otto de Laa, hujus nominis Secundus Abbas S. Lamberti, cum Conrado Vanſtorfio Salisburgenſium Archiepiſcopo ad Curiam Romanam, in qua non admodum felix illa controverſia inter utrumque propter juriſdictionem ſpiritualem exagitata eſt, ad quam occaſionem præbebat ſcriptum quoddam Joannis Papæ inter Monaſterii privilegia, ſed altercatio hæc ſedatur per tranſactionem poſt multos quidem annos, non tamen ſine damno Monaſterii.* Hæc omnino difficultatem pariunt non modicam in ſerie Abbatum S. Lamberti, quæ vix ſine documentis domeſticis ejus Monaſterii dirimi poterit; nam ex Chron. Salisburg. an. 1309. citatio hæc refertur, ſine nomine Abbatis, dein neceſſe foret ſcire privilegium hoc Joannis Papæ, & quis nam Joannes hic Papa fuerit? ſi enim fuit Joannes XXII. Clementis V. Succeſſor, Controverſia hæc ultra annum 1316. quo Joannes XXII. electus eſt, differenda foret; præterea cum ex docum. Seccov. Otto II. vocetur Abbas, Henricus hujus anni initio vel prioris fine mortem obire debuiſſet, cui tamen aſſerto videtur contrariari Series Abbatum, mihi ex eodem celeberr. Monaſterio communicata, quæ de Henrico Abbate ita ſcribit: *Henricus obiit Avenione quo cum Laurentio (corrige Henrico) Epiſcopo Gurcenſi ad Concilium Vienn. a Clemente V. vocatus, profectus eſt.* Concordat ſeries Abbatum Græcii an. 1700. & 1740. edita.

Hoc in dubio, cum documenta S. Lamberti præter ſeriem dictam Abbatum ad manus non habeam, cenſeo ita interim diſcurrendum eſſe: Henricus Abbas S. Lamberti teſte Chron. Salisburg. an. 1309. ad Curiam Romanam citatus, eodem anno etiam abierit, & Avenionem veniens, ubi tum ſedem ſuam habebant Romani Pontifices, obierit,

non

non tamen in Conc. Viennenſi, quod teſte Chron. Salisb. Peziano, & alio MS. differri debuit, ad an. 1311. morte ejus ad S. Lambertum audita, San-Lambertini initio anni hujus elegerint, Ottonem II. de Laa dictum, qui, cum lis ea Monaſterio intentata, nondum fuerit ſopita, denuo ad Curiam Romanam cum Conrado Salisb. citatus, ſorte dein cum Henrico Epiſc. Gurc. abierit, & Conc. Viennenſi an. 1311. interfuerit. Unde errare videtur ſeries Abbatum S. Lamberti, tum quod annum mortis Henrici anno 1311. affixerit, tum quod eum cum *Laurentio Epiſcopo Gurcenſi*, qualis tamen nullus erat hoc tempore, ſed Henricus ſolum dictus, Avenionem profectum dixerit. *Henric. Abb. XXII. ad S. Lambert. Succ.*

Ex his itaque cenſeo Henrico XXII. Abbati ad S. Lambertum ſucceſſiſſe *Ottonem II. de Laa* dictum, *genere & eloquentia inſignem, qui*, ut ait ſeries Abbatum S. Lamberti, *Secutus eſt partes Frider. Auſtriaci contra Ludovicum Bavarum.* *Otto II. de Laa Abbas XXIII.*

Fridericus Epiſcopus Seccovienſis, antequam ad Conc. Salisburg. abiret 19. *Kal. Febr.* ſeu 14. Januarii, *Leibnizii* exiſtens, confirmavit primævam fundationem Capellæ S. Joannis Evang. in Eccleſia Seccov. ab *Ulrico de Liechtenſtein* factam & dein per Ottonem ſeniorem Liechtenſteinium, ac Styriæ Camerarium auctam, ut v. Diploma Seccov. 148. atque eodem hoc anno *Chriſtianus Præpoſitus*, *Dietmarus Decanus*, & totum Capit. Seccov. teſtantur, Seccoviæ die B. Joannis Bapt. ſe agros *Wulfingo* officiali ſuo *de Dumberg* in feudum, ſeu hæreditariam emphiteuſim contuliſſe v. Dipl. Seccov. 149. *Frider. Epiſc. Secc. agit Leibnizii.* *Chriſtian. Præp. Ditmarus Dec. Seccov.*

Gyrienſi Styriæ Cartuſiæ hoc, vel ſeq. an. in feſto S. Petri ad Vincula, Guido Prior præfuiſſe legitur. *Guido Prior Gyrienſ.*

Hertnidus Præpoſ. Vorav. *a Domino Hainrico de Krumpach an. Dom.* MCCC. *decimo*, ut inquit MS. Chron. Vorav. *Comparavit Curiam dictam* Maithof, & *eodem anno comparavit advocatiam cum* Vogtrecht *ſeptem curiarum in Cella* (nunc Wenigzell) *in Lengenbach ab Henrico de Krumpach, & duas curias in Cella prope Eccleſiam cum advocatia, & omnibus juribus ab eodem Hainrico de Krumpach, tandem curiam Lembach,* Maiſterhof, *ab Henr. de Krumpach & bona in Rechberg.* Curia prima in Maithof ſupra Thalbergam, nunc hujus Dominii, reliqua adhuc penes Voravienſe Dominium remanſerunt. *Vorav. ver. Krumbach de Henr.*

ANNO 1311. *Anno 1311.*

Indict. 9. Clement. V. Pap. VII. Henr. VII. Imp. III. Frider. pulchri Ducis Styriæ VI.

Pro pace inter Auſtriacos & Bavaros conſtituenda, colloquium Patavii opera Eliſabethæ Rom. Imperatricis 25. Martii inchoatum eſt, pro legatis interfuere Principes, Fridericus cum Matre, Otto Bavariæ Dux, Otto item & Henricus, Stephani nuper defuncti Filii Rudolphus, & Ludovicus Comites Palatini, Henricus Dux Carinthiæ, Comes de Ortenburg, & Heunburch, Conradus Archiep. Salisburg. Bernardus Patav. Joannes Brixinenſis, Albertus Gurcenſis Epiſcopi, aliique, redditis ultro citroque captivis amicitia his legibus coaluit; *Pax Auſtriac & Bavar.*

Caſtrum Wernſtein Auſtriaci poſſiderent, Neoburgum iisdem reſtaurare fas foret, adverſus omnes hoſtes, excepto imperio ſibi mutuo opem ferrent, Eliſabetha Stephani Filia Ottoni Auſtriaco nuberet; mox cum Joanne Bohemiæ Rege, & Henrico Carinthiæ Duce, pax quoque ſancita, eidemque reſtituta Carinthiæ, & Carniolæ loca, antea ab Auſtriacis ſubacta, ita tamen, ut Friderico Duci 3. millia librarum perſolveret.

Pax cum Carinthis.

Leopold. Auſtr. fit Sueviæ Dux.

Eodem hoc, vel ſeq. anno Friderici Ducis noſtri Frater Leopoldus Sueviam accepit, laborum præmium, cum Cæſarem in Italiam ſecutus, mille quadringentis equitibus, egregiam illi operam Mediolani & ad Brixinam navavit, ibi quidem per telorum, & ſaxorum grandinem inducto in urbem milite, Henricum plebis tumultuantis, guelphorumque manibus eripuit, ad hujus vero expeditionem magnum momentum attulit.

Ottobonus Patriarcha Aquilej. iter arripuit ad Concilium Viennæ in Gallia calendis Octobris celebrandum, per Italiam tranſiens Henricum Imperatorem inviſit, atque ut habet Chron. Aquilej. apud de Rubeis monum. Aquilej. cap. 83. num. 5. *Ad Imperatorem fuit in obſidione Brixiæ, & ibi per dictum Imperatorem, cum Imperiali vexillo fuit honorabiliter inveſtitus & coram Imperatore Ducem Leopoldum Auſtriæ* (nempe titulum Ducis Auſtriæ cum Ducatu Sueviæ gerentem) *& Ducem Carinthiæ genibus flexis coram Domino Patriarcha Stantes inveſtivit*, qui *Duces idem Domino Patriarcha ſervierunt ad menſam coram prædicto Imperatore, uno eorum exiſtente Dapifero, altero Pincerna. &c.* Plures poſſeſſiones Auſtriaci ab Aquilejenſibus Patriarchis tenebant, hos itaque Leopoldo pro Fratre Friderico in feudum dediſſe videtur Patriarcha.

Inveſtitur ab Ottobano Patr. Aquilej.

Srana. & Secc. Confœder.

Nicolaus Præp. Petrus Decanus Stänz.

Nicolaum Præpoſitum in Stanzenſi Styriæ Canonia an. 1308. factum dixi, hoc vero anno pridie Kal. Febr. cum Petro Decano, & reliquo capitulo quædam ſuffragia ſtatuerat cum Seccovienſibus, quæ alterne pro defunctis perſolverentur, ut. v. Dipl. Seccov. 153.

Frider. Epiſc. Seccov. dat Parochiam Knittfeld Can. Secc.

Fridericus Epiſc. Seccov. ſingulari affectu Canonicos ſuos Seccovienſes proſecutus nonis ſeu 5. Febr. Diploma edidit, quo Chriſtiano Præpoſito Seccovienſi, ejusque Succeſſoribus in perpetum conceſſit, ut ad *Eccleſiam S. Joannis in Chnittenveld*, in qua jus patronatus Canonici Seccovienſes obtinebant, quandocunque ea vacaverit, poſſit duos e gremio ſuo Canonicos, attamen ad curam aptos, exponere.

Seccov. res.

Seccovienſibus iisdem Otto Liechtenſteinius, Styriæ Camerarius denuo aſſignavit 6. libras viennenſes, ſeu 6. marcarum denariorum græcenſium, pro anniverſario ſuo perpetuo, & pane ac caſeo duarum marcarum illa die pauperibus diſtribuendo, & hæc fecit cum aſſenſu filiorum ſuorum Ottonis, & Rudolphi. *Datum, & actum in Caſtro Marovve an. Dom.* 1311.

Liechtenſtein de Otto III. & Rudolfus.

Liechtenſtein de Otto II. obiit hoc anno.

Non conſtat teſte Frœlichio in Diplom. Seccov. num. 152. *quo anno hic fundator Otto* nempe II. *mortuus ſit?* eruo tamen id ex Diplom. Seiz. 38. cum enim eo in Diplom. *Otto* nempe III. & Rudolphus fratres & hæredes Domini Ottonis de Liectenſtein, Camerarii Styriæ, & judicis provincialis ſe ſcribant, ac eo in Diplomate, Ottonis Patris ſui fundationes ac donationes Seizenſibus factas confirment, colligo

Otto-

Ottonem Patrem hoc an. obiiſſe, & quidem poſt 10. Maji, quo Otto Pater adhuc Diploma Seccov. 252. edidit, ac ante 14. Kal. Octob. ſeu 18. ſept. quo Filii ejus hoc Diploma perfecerunt. *Liechtenſtein de Otto III. & Rudolfus.*

Cæterum hoc Diplomate, duo Fratres Liechtenſteinii confirmarunt Seizenſibus omnes donationes a Patre ſuo factas, confirmatio hæc facta eſt Viennæ præſente Friderico illuſtri Duce Auſtriæ, v. Dipl. Seiz 33. Monaſterii Gyrienſis ejusdem Ordinis Cartuſiani protectionem eodem hoc anno Gyrii in præſentia D. Gotfridi Prioris in Seiz ſuſcepit *Otto Dominus de Monparis.* Ut v. Dipl. Gyrienſe 12. *Gyrienſ. res. Monparis de Otto.*

Teſte anonymo Leob. *Iſto anno in Vigilia Alexii, civitas Styriæ Leuben plusquam per medium exuſta eſt a proprio igne.* Cum anno 1309. idem fatum ſubiiſſet. *Leobium exuſtum.*

ANNO 1312. *Anno 1312.*

Indict. 10. *Clement. V. P. VIII. Henr. VII. Imp. IV. Frider. pulchri Ducis Styr. VII.*

Henricus Imp. Romæ a Cardinalibus per Clementem V. deſtinatis Coronatus, Piſis dum moraretur, pridie Idus Aprilis confirmavit privilegium Epiſcoporum Seccovienſium, a Frider. Duce Auſtriæ & Styriæ an. 1239. collatum, nempe, ut, ſi qui miniſterialium vel aliorum cujuscunque conditionis hominum per Styriam donare, vendere, vel quocunque alio contractu vel pro animarum ſalute conferre quid voluerint, Epiſcopatui Seccovienſi id libere, ac licite facere poſſint. V. Dipl. Epiſc. Seccov. num. 66. *Henric. VII. Imp. confirmat. Seccov. Epiſc. privil.*

Fridericus Dux noſter varia Styriæ loca hoc anno peragravit octavo Kal. Febr. ſeu 25. Januarii cum Matre ſua Auguſta Græcii extitit, atque ex eo loco *Judici in Auſee* mandavit, ut Runenſibus juxta Diploma Leopoldi an. 1211. datum, ſalem, & pecunias ſolvat. Idem eodem tenore mandavit Eliſabetha Auguſta: ut v. Diploma Runenſ. 29. & 30. perſtitit Græcii uſque ad 4. Idus ſeu 10. Febr. Dux noſter, quo Die Bartholomæo Priori Gyrienſi Guidonis ſucceſſori confirmavit Diploma Leopoldi glorioſi Ducis Styr. datum an. 1212. quod totum ſuo diplomati inſeruit Dux Fridericus. V. Diplom. Gyrienſ. 13. totum extat in Convictu Græc. S. J. apographum tamen unum habet 4. Kal. aliud 4. Idus Februarii. Sigillum ex rubra, & flava Zona pendulum exhibet Fridericum equitem, cum clypeo Auſtriæ & vexillo Styriæ. *Frider. Dux & Eccl. Aug. Græc. Auſſee res. Runenſ. res. Gyr. res. Bartholomæus Prior Gyrienſ.*

Muræponti eodem hoc anno Dominica 2. poſt Paſcha, ſeu, ut ait Diploma Seccov. 154. *Dominica miſericordia*, moratus eſt Dux noſter, ibidemque diplomate germanico confirmavit ſententiam, quam *Ottocharus de Geula vel Gäller*, tanquam arbiter electus inter Chriſtianum Præpoſitum, & *Wigandum, ac Henricum Fratres de Maeſſenberg* (v. Dipl. 41. tom. I.) de lite Feiſtricenſis ſylvæ tulerat, quid rei fuerit, quod ipſo hyemis tempore Fridericus Dux, cum Matre Auguſta Styriam ſubierit? haud ita conſtat, forte ortæ ob Judæos eorumque exceſſus turbæ cauſam huic itineri dederint, ita enim de his anonymus Leo- *Frideric. Dux Muræponti. Seccov. res. Galler de Ottocar. Maſſenberg de de Wigand & Henr. Frat.*

Fürſtenfeld Caſus cum Judæis.

bienſis ad hunc annum refert: *Iſto anno ortum eſt de Judæis verbum in auditum, quod Sacramentum Altaris male tractaſſent, ſed veritas experiri non poterat, cum autem hoc verbum in terra Styriæ divulgaretur, apud quendam Judæum prope Fürſtenfeld inventa eſt hoſtia ſanguinolenta, plures quam decem fixuras habens, & ſemper profundior fixura erat, quam hoſtia, & tamen hoſtia nunquam fuit perforata, ſed fixura omnis, ut recens vulnus erat cruore plena: propter hoc ipſi Judæi in Styria & Karinthia fere omnes fugerunt, interempti quidam igne, quidam vero ferro, & ſic de aliis.*

Judenburgi Judæi deleti.

Forſitan eodem hoc tempore *Judenburgi* ſeu *Hebræopoli*, excidium Judæorum contigit, cum enim perfidi Judæi Chriſtianorum internecionem nocte S. Nativitatis Dominicæ, in hac urbe meditarentur, eosque omnes, dum divinis de nocte intereſſent, interficere condixiſſent, puella quædam Judæa, Chriſtiani amaſii ſui miſerta, eidem rem omnem aperuit, rogans ut urbe excederet, ſicque vitæ ſuæ conſuleret; re detecta eadem nocte, Judæi omnes Judenburgi conciſi ſunt, nec unicus auſugiens in plateæ cujusdam, hodie adhuc inde das Judengäßl dictæ, porta deprehenſus, effuſis licet maximis precibus, vitam obtinere potuit; ita ex traditione plurimorum vigente, mihi communicavit vir pro Patria noſtra Zeloſiſſimus P. Albertus Fink Ord. S. Franciſci Strict. obſervantiæ Feldbaci degens.

Judenburg urbis deſcriptio.

Quoniam duarum Styriæ urbium mentio occurrit commoda, de eorundem topographia, & celebritate quæpiam ex ejusdem viri laudatiſſimi documentis ſubjungo, & primo quidem: de *Urbe Judenburgenſi* præter ea, quæ tomo jam primo de eadem pertractavi; vetuſtam urbem eſſe complura tomi primi, & hujus diplomata oſtendunt, ſitum obtinet in colle quodam muris, & turribus trinis cincto, Græcio diſtat via regia 14. milliaribus, per alpes vero Stubenſes pergendo ſolum 9. Ottocarum 6. ibidem fuiſſe, & Rudolphum I. Habſpurg. tomo I. exhibui; ſed & tardiore ævo Archiduces Auſtriæ ſedem ibidem ſibi elegerunt, tum ſereni, ac ſani aeris, tum venationum cauſa, unde hodie adhuc aula, ſeu Burgum utcunque excultum penes Monaſterium PP. Franciſcanorum viſitur, ad cujus Monaſterii Eccleſiam velut aulicam, hodie adhuc ambitus tectus habetur; urbem hanc olim celeberrimam mercatu præcipue florentem fuiſſe conſtat, ex Diplom. Rudolphi I. an. 1277. die XIV. Kal. Febr. Viennæ dato quo privilegia urbis hujus præcipue quoad mercatum confirmat, v. eo anno, & annot. Dipl. 165. in fine.

Parochiæ civitatis Decanus præeſt, quæ an. 1711. ultimo conflagravit, cum plurima civitatis parte: præter Monaſterium S. Franciſci memoratum, ibidem exiſtit, Collegium Soc. Jeſu in quo domus probationis ejusdem Ordinis habetur, ut ex cit. documentis lego, collegium hoc, antea Monaſterium erat Eremitarum S. Auguſt. Dominium Sæculare urbis eſt penes domum Auſtriacam, jurisdictio ſpiritualis ad ſedem Salisburgenſem refertur.

Fürſtenfeld Civ. deſcriptio.

Fürſtenfeldenſis Civitatis memini quidem obiter tomo I. plura defectus documentorum ſcribere prohibuit; urbs ea 700. paſſus in longitudine, 500. in latitudine numerat, domos tamen, licet ſatis ampla, ſolum habet 108. ob hortos plures domibus adjacentes, & aream

(Bias)

(Blaz) 600. paſſus fere in circuitu amplam: dolendum, urbem hanc tempore rebellionis in Hungaria exortæ (Cruzen Rumel) ſatis munitam, plurimam jam partem mœnium, & murorum ſuorum amiſiſſe, armamentarium bellorum variorum caſu diſtractum & expilatum eſt. Cæteroquin urbs hæc in amœna planitie, non procul a fluvio Laſniz ſitum obtinet, Styriamque ab Hungaria dividit. Parochia urbis ſubeſt Commendæ Melitenſi, præterquam etiam Monaſterium Eremitarum S. Auguſtini hic loci viſitur.

Waldenſis Hæreſ. ſeu Adamitica bis in locis.

Hæreſes hoc tempore irruentes Principem noſtrum etiam attentum facere potuiſſent; nam, ut ex annal. Garſtenſ. refert Brevenhuebe-rus, jam anno priore Conradus Salisburg. Achiepiſcopus & Bernardus Patav. Epiſc. duos hæreticæ pravitatis inquiſitores in urbem Styram miſere, qui *fecerunt ſicut boni hortulani, qui exſtirpant ſpinas & tribulos, & bonum ſemen poſtmodum inſerunt ſuis hortis*, rei ac ſuſpecti de hæreſi fugiebant, partim cremabantur, alii *ſignaculo crucis in veſte ſuperiori perpetuo conſignati, ut ab univerſis noſtris, & ignotis noſcerentur, & ſic ab errore fidei ad colles ducerentur, Chriſtianos.* Prevenhueberus hæreticos hos Waldenſes fuiſſe opinatur, alii tamen Adamiticam, alii Lolardorum hæreſim per hæc loca vagatam fuiſſe ſentiunt; ſic anonymus Author apud Hier. Pez. tom. II. f. 533. aperte teſtatur Adamiticam hæreſim in Auſtria, nominatim circa Krembſam viguiſſe, ita enim incipit ejus opuſculum: *Anno Dom. MCCCXII. inventi ſunt articuli ſubnotati in Krembſa inter hæreticos ibidem deprehenſos ac condemnatos*, errores eorum erant miſſæ Sacrificium, Eccleſiæ Sacramenta, Eccleſiaſticas benedictiones, miniſtrorum ordinationem, monachorumque inſtitutum, ac alia Eccleſiæ dogmata ridebant; in opuſculi calce continentur loca, *in quibus hæretici habuerunt Epiſcopatus, & ſcholas ſuas.*

Adamitæ in Styria.

Hiſce in locis nullus quidem Styriæ noſtræ nominatur, hæreſim tamen in patriam noſtram etiam penetraſſe, nominatim in Styriam inferiorem colligo ex Epiſtola Ottoboni Patriarchæ Aquilejenſis ad Godefridum Priorem Seizenſem, apud de Rubeis monum. Aquilej. cap. 83. num. 7. ita vero eadem epiſtola habet, *Ottobonus Dei gratia S. ſedis Aquilejenſis Patriarcha religioſo & honeſto viro - - - Priori S. Joannis in Sayetz Ordinis Carthuſienſis ſalutem in Domino; pie cunctis mentis noſtræ deſideriis incrementum Catholicæ fidei affectantes, nimio utique dolore replemur cum audimus aliquos vel ſentimus ad illius depreſſionem quacunque malignitate ſatagere, vel dammabilibus ipſam depravando deprehenſionibus aut detractionibus arrogabilibus derogando. Sane, dum eſſemus apud Viennam in concilio generali proxime per Dominum noſtrum Pontificem ſummum celebrato, & poſt reditum noſtrum ad ſedem noſtram de dicto concilio, plurimorum fide dignorum relatione didicimus, quod nonnulli ultromontani noſtræ Diœceſis, antiqui ſerpentis ſubdola ſuggeſtione ducti, hæreticæ pravitati animum in quibusdam vitiis applicarant, & adeo infidelitatis error invaluit, quod de fide Catholica per plures in partibus ipſis multipliciter dubitatur, cupientes itaque obſtare principiis, ne flamma recens in flammam tranſeat deſtructivam devotioni tuæ, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, per præſentes committimus, & te hortamur in Domino Jeſu Chriſto, nihilominus ex parte Dei omnipotentis mandantes, quacunque autho-*

Godefridus Prior Seiz inquiſ. in Styr. infer.

diacono noſtro, in cujus Archidiaconatu inquiſitionem eandem facies, contra ſuſpectos de præmiſſis procedere, ſicut tibi, & ipſi Archidiacono videbitur expedire, & quidquid inde inveneris, nobis per tuas litteras nunciare procures, nec non verbum Dei per te, & per alium ſeu alios ſufficienter proponere debeas, ubi, & quando tibi videbitur expedire, maxime ad hujusmodi exterminationem; volentes, & in virtute S. obedientiæ diſtricte mandantes omnibus, & ſingulis Eccleſiarum rectoribus noſtræ Diœceſis, quod te in eorum Eccleſiis benigne ſuſcipiant occaſione prædicta, &c.

Nec in his quidem litteris denominatur hæreſis ſerpens, nullus tamen dubito, ſupradictam hæreſim ex Auſtria in Styriam noſtram fuiſſe delatam, cujus proin exſtirpandæ negotium viro celeberrimo Godefrido Priori Seizenſi eſt commiſſum, de quo tamen altum ſilent domenta Seizenſium: quisnam Archidiaconus inſer. marchiæ ſeu Styriæ hoc tempore fuerit? nondum reperi, Parochum Petovienſem Dieterichum, Archidiaconum ſuperioris marchiæ fuiſſe manifeſtat Diploma Epiſc. Seccov. 65. ad an. 1305.

Dietericus Parocb. Petav. Archidiac. ſuper. Marchiæ.

Nicolaus Plebanus S. Dionyſii prope Pruckam, ſeu Muræpontum Styriæ hoc an. cum Herrade Abbatiſſa Göſſenſi Domina ſua, quemdam contractum de bonis feudalibus iniit, ut v. Diplom. Göſſ. 74. Author Germ. ſacræ in Conrado Salisb. f. 444. ait Herbirgem Göſſenſem Abbatiſſam fuiſſe ſororem Conradi Salisburg. idque probat ex Lit. in Cod. MS. Bibl. Cæſar. datis ad Principem Auſtriæ, quibus ea ſe excuſat, quod placito generali ob adverſam valetudinem in Grez celebrando intereſſe non potuerit, in his vero litteris ait illa, *ab divinæ pietatis intuitum, & Rev. in Chriſto Patris Domini, & Germani noſtri Chariſſimi, Domini Archiepiſcopi Salzburg. honorem &c.* aſt erraverit Author cit. in nomine Abbatiſſæ, non enim Herbirgis, jam an. 1279. mortua, ſed Herradis ab an. 1298. ad 1322. Abbatiſſa, Soror Conradi eſt dicenda, quam ipſe Catalogus Göſſenſ. Abbatiſſ. apud Frœlichium, natam de *Braitenfurt* appellat, confirmatur hæc ſententia ex Diplom. Göſſ. 77. ab Herrade Abbatiſſa edito, in quo inter teſtes legitur *Fr. noſt. Cmus.* Frater noſter Chariſſimus *Dominus Erneſtus de Braitenfurt.*

Nicolaus Plebanus S. Dionyſii prope Pruckam.

Herradis Abb. Göſſenſ. Soror. Conr. Salzb.

Quoniam de Salisburgenſi Archiepiſcopo Conrado incidit mentio, de ejusdem morte quæpiam ſunt dicenda; annus hic illi fatalis, & ſupremus fuit, obiit enim in *Annuntiatione B. V. M.* ut ait Chronogr. Salisburg. quo eodem die, teſte anonymo Leob. Natus, Sacerdos & Epiſcopus eſt Ordinatus, ſtatim *poſt deceſſum ejusdem Archiepiſcopi Conradi.* inquit Chron. Mellic. *Civitas Salzburgenſis, & Monaſterium ad ſummum cum univerſis campanis inibi exiſtentibus incendio flagrat.* Succeſſit Kal. April. *Weichardus Polheim Vir Sagax*, ut ait anonymus Leob. *qui ſtatim ad Curiam properavit*, atque a Clemente V. die 27. Aug. pallio eſt veſtitus, inde ad Henr. Imp. abiens regalibus de more ſuſceptis, anni ſeq. initio primum rediit.

Salisburgum exuſtum.

AN-

ANNO 1313.

An. 1313.

Indict. 11. *Clement. V. P. IX. Henr. VII. Imper. V. Frider. pulchri Ducis Styr. VIII.*

Hoc annò teſte anonymo Leob. apud Pezium tom. I. f. 910. *Fridericus Dux Auſtriæ cæpit fundare Monaſterium Ordinis Karthuſienſis, quod Maurbach (alio nomine vallis omnium Sanctorum) dicitur, prope Viennam, quod ditavit regaliter, & dotavit, religioſum virum Gotfridum Priorem ejusdem Ordinis Monaſterii, quod Seitz (alio nomine vallis S. Joannis) dicitur transferri ad ſuæ fundationis regimen procuravit*, plura de hac fundatione habet notitia, ſeu hiſtoria Cartuſiæ Mauerbacenſis, Authore Leopoldo Prennero, Priore Maurbacenſi apud Hier. Pezium tom. I. f. 334. &c. Godefridus tamen Prior Seiz. anno ſeq. primum a regimine Seizenſi abſolutus, in Maurbacenſem Cartuſiam translatus eſt, ut anno ſeq. pluribus.

Maurbac. Cart. fundatur.

Godefridus Prior. Seiz. fit I. Prior Maurb.

Hæc inter ſacra ſtudia, Martis curæ interveniebant, cum brevem duorum annorum quietem, cum Bavaris initam, multiplex, & diuturnum bellum excepit, nonniſi infauſto Ducis noſtri prælio, & carcere terminandum; mors nempe, quæ anno præced. 7. Idus Septembris Ottoni Duci Bavaro vitam, etiam pacem Paſſavii ſancitam abrupit, gravioris vero calamitatis originem præmaturus obitus Henrici Imper. hoc j an. 24. Aug. Piſis defuncti dedit, mors Ottonis Bavari, Ducem noſtrum cum Ludovico Duce, mors vero Henrici Imperatoris, Ducem noſtrum ſimul cæſarem, cum Ludovico etiam Cæſare colliſit: Otto nempe moriturus ditionem omnem cum liberis, Ludovici Palatini tutelæ commiſit, a quo alieni inferioris Bavariæ Proceres opem Friderici noſtri invocarunt, lagatio hæc in Auſtriam devenit, mortuo jam Henrico Imperatore, Fridericus Dux Regnum ambiens partem ſuarum copiarum ſub *Hennebergio, Ulrico Pfannenbergico, Ulrico de Walſe Styr. Præfecto, & duobus Comitibus de Hals*, Copioſo ære inſtructis in imperium miſit, tum, ut ſic miles ad componendas turbas præſto eſſet, tum ut vi, ac potentia ſua oſtentata, ſuffragia Electorum in ſe colligeret; partem vero alteram exercitus ſub Billichdorfio, Bavaris auxilio venire imperat, ſecum ſuevis illico ſecuturum pollicitus; ſubodoratus eſt conſilia Friderici noſtri Ludovicus Bavarus, feſtinatoque itinere, antequam Dux noſter ſe jungeret, Billichdorfium & Bavaros reluctantes 5. Idus Novembris ad villam Gamelſtorf aggreſſus devicit, Pillichdorfio cum 500. nobilibus capto, reliquis tum cæſis, tum ponte Iſaræ prægravato demerſis; v. fuſius anonym. Leob. cit. f. 909. &c. Chronic. Salisburg. Clauſt. Leob. Zwetl. recent. &c.

Otto Dux Bav. & Henric. VII. Imp. obeunt.

Frideric. Dux exercitum in Germ. Sup. mittit. ſub Pfanberg. Ulr. Walſee Ulrico.

Alium in Bavar.

Auſtriaci cum Styris cæſi.

Præter ennarratos ſupra e Styriæ, & Auſtriæ Nobilitate viros aliorum, qui capti ſunt, nomina non innotuerunt, anonymus Leob. cit. addit ſequentia, *Ulricus Comes de Pfannenberg miles efficitur, eique, pro eo, quod res bene geſſerat, viri præpotentis Soror, Ulrici de Walſee promittitur in Uxorem: verum tamen omnes univerſaliter ſe victos cognoſcentes more militari Duci* (Bavariæ) *faciunt de reditu ſponſionem, ſi forte inter ipſum*

Pfanberg de Ulrici Uxor, Soror Ulrici de Walſee.

& *Fridericum placita conformia ad amicitiam iterum conducantur.* Ulrici de Pfanberg genealogia exponetur in fine, annot. Dipl. 41.

Concordia inter Duc. Auſtriæ & Bavar. facta Salisburgi.

Audito hoc caſu pergit Author. cit. *Fridericus ſatis doluit, & prudenter, quomodo captivos eximeret, multa Conſilii providentia æſtimavit, & condicta die Ludovicus, & Fridericus conveniunt in Salzburga - - Captivi liberi dimittuntur, ita, ut in reliquum contra Ludovicum non attentet, ulli hominum adjutorium contra eum miniſtrandum, quod pactis firmiſſimis eſt concluſum, & facta amicitia delectabiliter ab invicem diſceſſerunt.* Varia adjungit Leobienſis hiſtoricus de intima duorum Ducum amicitia, eosdem nempe, eodem ſæpe lecto compoſitos, multa de germaniæ Imperio pertractaſſe, Ludovicum, ut coronam prenſaret a Friderico ſtimulatum, hunc contra cum Amitino certaſſe officiis, multo imperio magis idoneum dictitaſſe, qui potentia, clientelis, opibus, ſibi cæterisque anteſtaret, ipſe modo petitionem adornaret, a ſe omni ope ejus ambitum ſuſtentandum.

Congreſſus hujus Salisburgenſis, nullus ne quidem hiſtoricorum Salisburg meminit; ut ut ſit, diuturna ea minime fuit concordia, nec enim affinitatis nodus gordius adeo ſcite eſt implicatus, quem ambitio Alexandri gladio diſſolvere ignoraret.

Frider. Duc. res cum Ottobano Patr. Aquilej.

Bellum hoc Bavaricum impediverit Ducem noſtrum, quo minus Patriarchæ Aquilej. promiſſas ſuppetias contra comitem Caminatem Eccleſiæ Aquilejenſi injurium ſubmittere potuerit; ait enim Chron. Juliani apud de Rubeis cap. 82. num. 7. *Dux Auſtriæ debebat in Tulmino mittere Epiſcopum de Gurch cum apparatu ſuo;* is erat *Henricus de Helfenberch* Gurcenſis Epiſcopus; pax menſe Novembri coaluit ſine opera Friderici noſtri.

Helfenberg de Henricus Epiſc. Gurc.

Eliſab. Aug. obit.

Inter Turbarum Bavaricarum æſtum obiit Eliſabetha Auguſta Mater Friderici Ducis noſtri 5. Kal. Nov. ut habet necrologium Fratrum minorum Viennæ, teſte Hageno, ejus vitam deſcribente, corpus ejus ob bellum, quod inter Fridericum Auſtriæ & Ludov. Bavariæ Ducem, nondum tamen electos Roman. Reges, genebatur, ut erronee judicavit Hagenus, Königsfeldam perduci non potuit hoo anno, ſed primum poſt 3. annos, quo dein tempore, teſte eod. Authore ab Auſtria *in Styriam*, inde per Carinthiam, ad ſepulturam ſuam, Königsfeldenſe Cœnobium, eſt devectum.

Corpus ejus per Styriam devectum.

Frider. Duc. nuptiæ.

Privatus ſic Matre dulciſſima Fridericus Dux noſter, animum ad nuptias adjeciſſe videtur, nam teſte anonymo Leob. f. 910. *Fridericus Dux quia conthoralem non habuit, Abbatem S. Lamberti* (Ottonem de Laa) *cum nobili viro Rudolpho de Liechtenſtain, Hainrico de Walſee, Ceticis, & laicis perſonis honorabilibus, in Arragoniam pro Filia regis, quæ dicta eſt Elizabeth, deſtinavit, quæ fuit tunc juvencula ſpecioſa, & bonis moribus decorata &c. Summus Pontifex tranſeunti carpentoratum, obtulit caballum, cui inſideret, pulcherrimum, & firmatam benedictione Apoſtolica, iter aggreſſum perficere proſpere exoptabat.* Nuptias has, quas Baſileæ, anno, ut arbitror futuro celebratas tradit Author Chron. MS. Styriæ ab omnibus fere domeſticis authoribus neglectas miror. v. an. ſeq.

Otto Abb. S. Lamb. Liechtenſtein de Rudolphi. Walſee de Henr. Legati.

Quoniam Authoris Chron. Styriæ MS. memini, adferre ejusdem errorem debeo, dum cap. 2. *Wulfingum de Stubenberg* his temporibus

Præ-

Prætorem ſtatuit, contra manifeſta Styriæ diplomata, quæ, ut oſtendam, *Ulricum de Walſee Præfectum Styriæ* ab an. 1301. ad an. 1340. (v. Dipl. Göſſ. 73. & Epiſc. Seccov. 72.) extitiſſe teſtantur; contradicit ſibi præterea author hic dum Ottoni de Liechtenſtein Præfecto Styriæ 9. ad an. 1402. eo munere vacuo ſubſtituit Prætorem 10. Wulfingum Stubenbergicum, atque dum hunc an. 1322. defunctum docet, huic ſolum 7. annos, & medium regiminis tribuit, nihil tamen lepidius, quam dum Author citatus, ad tumbam uſque peripateticus, mortem Wulfingi de Stubenberg, effluviis eclypſis ſolaris per 2. horas durantis attribuit.

Stubenberg de Wulfing. non fuit Prætor Styriæ h. temp.

Udalricus de Walſee Styriæ noſtræ Prætor, veſtigia Ducis noſtri preſſiſſe videtur, & tam hic Cartuſiam in Auſtria Mauerbacenſem, ille in Styria ſacris Deo Virginibus ſub D. Dominici inſtituto ſervientibus parthenonem ſtruxit extra urbis græcenſis portam ferream, in loco Grilbichl dicto; Eccleſia hæc B. V. M. in Cœlos aſſumptæ ſacra inſigni ſtructura eminebat; perſtitere hoc in loco ſacræ virgines ad ſeculum uſque 16. quo terrore publico depulſæ, atque demolitis ob Mathiæ Regis Hungariæ imminentem exercitum ſuburbiis intra muros, loco privato interim concluſæ: an. 1515. ab Imp. Maximiliano cum conſenſu Leonis X. Papæ ad S. Leonardum, Conventum antea PP. Franciſcanorum, ſunt collocatæ ipſo D. Leonardi feſto, uti docet, Græcii topographica deſcriptio an. 1700.

Walſee de Ulric. Prætor. Styriæ Fundat. Monaſt. Virg. S. Domin. extra græcium in Grilbichl.

Quæ dein anno 1515. in Urbem ad S. Leonardi Eccleſ. delatæ ſunt.

Udalrici Prætoris noſtri Frater Gebhardus hoc an. poſt obitum Bernardi Patav. Epiſc. Electus eſt Epiſcopus, cum autem nonnulli Canonici vota ſua in Albertum Auſtriacum (alii Saxoniæ Ducem volunt, ut v. Author. Germ. Sacr. tom. I. ſ. 451. &c.) conferrent, Gebhardus ad Curiam Rom. Præfectus ibidemque fere biennio detentus obiit, ut docet Chron. Clauſtroneob. ſed de his plura ſuo loco.

Walſee de Gebhar. Patav. Electus.

Hertindus Præp. Vorav. quo anno obierit, utcunque arduum eſt definire, *an.* 1311. teſte Chron. MS. Vorav. *bona quædam in Stainbach, cum omnibus juribus & advocatia ab Udalrico de Waſen comparavit;* dein pergit Chron. cit. *idem Hertindus præfuit* 14. *annis, tandem poſt laborioſam vitam hujus ſæculi, diem ſuum clauſit* 7. *Kal. Junii* Hertindus ante annum 1305. Electus non eſt, ut dictum, ab anno vero 1305. ad 1313. numerando, non 14 ſed 9. ſolum regiminis anni provenirent: errorem in Chronico interveniſſe, ſequentia ejusdem Chronici verba in Ottocaro ſucceſſore oſtendunt, ita enim legitur, *poſt hunc ſecutus eſt Ottocarus magnas inſtantias habens in confirmatione, eo quod Archiepiſcopatus vacaret*, Archiepiſcopatus Salisburg. vacabat a 25. Martii an. 1312. quo Conradus obiit, uſque 27. Aug. quo Weiccardus Romæ confirmatus eſt, & pallio veſtitus; cum vero redierit Weiccardus Salisburgum an. 1313. initio anni 1313. tandem *obtinuit* confirmationem Ottocarus, ut ait Chron. MS. Vorav.

Vorav. res.

Waſen de Udal.

Hertin. Præp. Succ.

Ottocar. Præp. 14. Vorav.

Cum itaque Hertindus an. 1305. electus fuerit & an. 1312. tempore interregni Salisburg. obiiſſe videatur, non 14. annis ſed 8. præfuiſſe dicendus eſt, errorque intervenerit in Chron. cit.

Ottocarus ſucceſſor Hertindi eod. hoc anno *comparavit molendinum ſitum apud ripam Vorau pleno cum jure una cum advocatia ab Hainrico de*

Krumbach de Henric.

Krumpach. Inquit MS. Chron. noſtrum, molendinum hoc adhuc penes collegium eſt, ſitum infra montem, cui inſidet Canonia noſtra.

An. 1314.

ANNO 1314.

Indict. 12. *ſed vacant. I. Ludov. Bavar. Imp. I. Frider. Styr. Duc. IX. Imp. I.*

Eliſ. ſeu Iſabella ſponſa Ducis per Carinthiam in Auſtriam vepit.

Filia Regis Arragoniæ, Sponſa nempe Frider. noſtri, cum Katherina Sponſa quondam Imperatoris, menſe Januario tendentes Auſtriam, Karintbiam apprehendit. inquit anonym. Leob. f. 911. *ubi eis Fridericus læto animo occurrebat, ſalutans, videnſque Sponſam, Coorperculo currus detecto, manu apprebenſam cum modeſtia breviter affabatur; deinde Sororem alterius mariti ſolatio conſolabatur, in ejusque ſalva receptione plurimum lætabatur, quam poſtea Ruperti Regis Filio Duci Kalabriæ ſociavit, & honorifice in eandem Provinciam deſtinavit &c.* Unde ſi verum eſt, quod ait Author MS. Chron. Styriæ, Nuptias Friderici Baſileæ celebratas fuiſſe, eæ per Procuratorem ibidem confectæ videntur, cum anonymus citatus nil de nuptiis his Viennæ vel alibi celebratis referat.

Frider. Curæ pro Rom. Imp.

Mox *Fridericus* Dux noſter, *habita firmataque amicitia cum Ludovico Duce Babariæ* teſte anonymo Leob. cit. *provide & ſagaciter ad regnum æſtuans, Rudolphum Palatinum Ludovici Fratrem efficit ſuæ partis; miſit & Henricum Epiſc. Colonienſem, cum quo ſimiliter convenit, ita, ut Henricus Dux ejus Frater, Ruperti Comitis de Wyrenburg (lege Wyrnenburg) Filiam Fratris Epiſcopi duceret in Uxorem; quo pacto Præſul virtutem electionis promiſit, & ad locum cum quingentis in Friderici adjutorium ſe venturum --- Deinde Fridericus Karolum Regem Hungariæ advocat, Hainricum Ducem Carintbiæ, Fratres ſuos Duces, Leupoldum, Albertum Henricum, & Ottonem Duces Auſtriæ, pluresque Comites & Barones Wykardum Epiſcopum Salzburgenſem præſente etiam Sorore ſua Domina Agnete, quondam Regina Hungariæ, & Matre Domina Elizabeth Romanorum Regina maximis ſolatiis vocabat, & cum prædictis omnibus myſterium ſui Conſilii tractabat, ut conſulerent conſilio & auxilio ad acquirendum Thronum Regiæ celſitudinis hortabatur.* Ita anonymus cit. qui tamen in eo labitur, quod Eliſabetham Matrem Auguſtam, anno præced. defunctam, hoc anno vivam induxerit: extat inter Diplom. Seccov. num. 155. Caroli Hungariæ Regis fœdus cum Friderico pulchro ictum in Diplom. Styriæ P. Frœlich parte I. f. 267. Wiccardum vero Archiepiſcopum Salisburg. intimum fœdus cum Friderico Auſtriaco pepigiſſe refert Author Germ. Sacræ tom. II. f. 444. &c.

Fœdus cum Carolo Hung. Rege & Wiccardo Salisb.

Helſenberg de Henr. Ep. Gurc. Frid. Duc. ſecretar.

Gyrienſ. res.

Probabilius vero cenſeo congreſſum hunc Viennæ celebratum fuiſſe, quo in loco Fridericus Dux in die S.ª Margarethæ Diploma edidit Gyrienſe 14. quo *H. Gurc. Eccleſiæ Epiſcopo ac Secretario ſuo* (erat hic Henricus de Helſenberch ut an. pr. dictum) tutelam Cartuſiæ Gyrienſis ante an. 1176. ab Henrico Epiſcop. Gurc. fundatæ commendat.

Græcii agit Frider. Dux.

Græcii antea extitiſſe, & forte ſponſam ſuam Eliſabetham per Carinthiam in Auſtriam tendentem, Græcium conduxiſſe, Fridericus

vide-

videtur, eo quod *Feria 6. ante Dominica Oculi* ſeu 3. quadrageſima Runenſes *Græcii* Diplomate Germanico per triennium a perſolvendo ad equile Ducis pabulo immunes declaraverit. V. Diplom. Runenſe 31. *Runenſ. ret.*

Fridericus Dux non fruſtra aliorum ſubſidia, & fœdera expetiit, nam, ut ait anonymus Leob. citatus, licet Marchio Brandenburgenſis, & Dux Saxoniæ a partibus Friderici ſtaret, *Petrus* tamen *Moguntinus* (quem Albertus Pater ab Auſtriacis alienarat) *Balduinus Trevirenſis Præſules cum Joanne Rege Bohemiæ Conſilium inierunt, ſuſpectam Friderici potentiam habentes, Ludovicum Ducem Babariæ excitant, cur ipſe æque nobilitate & dignitate Duci Auſtriæ nullatenus impar, ad Regni titulum & gloriam non anhelet, cum ei præſtare ad omnia patrocinium ſint parati, rebus atque corporibus fidelem impendere famulatum, quod audiens Ludovicus, nullum ſibi graviorem æſtimans, quam ſe ipſum, ad curiam electionis, viribus quibus poterat, ſe componit, maxime propter principes præmiſſos, qui ſe ſibi in auxilium ad omnem caſum hujus negotii conſtrinxerunt.*

Menſe Octobri Comitia Francofurti indicta ſunt a Moguntino, ad quæ ambo Candidati Francofurtum convenere, Fridericum ſui cæſarem 10. Octobris ſalutarunt, nempe *Henricus Dux Carinthiæ, Regis Bohemiæ adhuc jure uſus, Henricus Colon. Antiſtes, Rudolphus uterque, Saxo, & Palatinus;* Waldemari Brandenburg. Legatus Nicolaus Bekius prævaricator extitit, corruptus a Petro Moguntino, qui vel eraſo Friderici e fiduciariis litteris nomine, Ludovicum ſubſtituit vel alienum a Domini mente ſuffragium tulit, ſeveriſſima dein morte a Domino ſuo affectus, altera die 20. Octobris, *Petrus Moguntinus, Balduinus Trevirenſis, Joannes Rex Bohemiæ, Joannes ſaxo, & perfidus Waldemari Legatus* Ludovicum Cæſarem jubent; neuter candidatorum hoc an. hoſtile quidquam tentavit, ſed Fridericus trajecto Mæno Heidelbergam, Ludovicus Oppenheimium cum ſuis abiit, & hic quidem Aquisgrani an. 1315. die 6. Jan. a Moguntino, ille vero hujus anni 25. Nov. a Colonienſi Bonnæ eſt coronatus. *Francofurti Electi II. Imp. Frideric. & Ludov.* *Uterque coronat.*

Plura ex vet. authorum textibus eruditiſſime conſert vir Cl. Raymundus Duellius Can. Reg. S. Hippolitenſis in Tractat. ſuo pro Frider. pulchro conſcripto, ubi inter alia obſervat Ludovicum quidem in loco, quo debuit, ſed non a quo debuit, Coronatum, Fridericum vero, a quo debuit, non autem in loco debito, fuiſſe inunctum.

Ad eundem hunc annum, & ut cenſeo anni initium vel certe medium refert anonym. Leob. f. 912. *Padvvani oppreſſi a Veronenſibus, a Friderico Duce auxilium petunt, qui Conſilio habito miſit Ulricum virum fidelem de Walſee Capitaneum Styriæ, adjunctis ſibi pluribus viris ſtrenuis ſcilicet Ulrico Comite de Pfannenberg, & Ulrico Filio ſuo, qui nomine Ducis, Civitatis Paduanæ & totius diſtrictus ſuſcepit præſidiatum, & ordinata poſt paululum civitate, cuſtodibus, & militibus diſpoſitis, prædictum eis Ulricum Comitem* (de Pfannberg nempe) *& Ulricum Filium ſuum eis præfecit, Committens de omnibus agere diligenter, ad Ducis negotia eſt reverſus, & ecce! Veronenſes cum magna potentia Paduam obſident Comitem, & Ulricum juniorem de Walſee* (legendum *Pfanberg*, ut ex contextu patet) *cum ſuis arctant, & concludunt, novum Caſtellum in Vicinia civitatis conſtruunt, ut celerius comprehendant. Ulricus* nempe de Walſee *audiens Comitem, Sororis* *Walſee de Ulric. Prætor. Styr. & Pfanberg de Ulric. ſen. & jun. acta.*

ſuæ maritum nempe Pfanbergium, *filiumque Ulricum ſic anguſtiatos, collecta multitudine properat in civitatis ſuffragium, impetu quodam irruens novum Caſtellum diſſipat, & Veronenſes cum ſuis omnibus vel capit vel fugat, & Paduam ſic conſervat;* eadem referunt Aventinus, & Megiſerus, qui ait Friderico̊m. vel ideo Italis acceptum fuiſſe, atque præ Ludovico Imperatore cupitum, quod turbas has Italiæ antea compoſuerit.

Clemens V. P.†

Sedes vacat.

Has inter tricas Imperii, obiit Clemens V. Papa die 20. Aprilis, poſtquam ſediſſet annos 8. menſes 10. dies 15. ut ait anonymus Leob., inde Cardinales diſtracti in duas partes, dum Galli Gallum, Itali e ſuis optarent Papam, ſedes vacavit ad an. 1316. inter Candidatos ſedis Romanæ fuiſſe Ottobonum Patriarcham Aquilej. narrat Julianus in Chronico his verbis: *Anno Dom. MCCCXIV. Reverendus D. Ottobonus Patriarcha die X. exeunte Septembri* (ſeu die 21.) *arripuit iter ad Rev. Dom. Lucam de Fleſch Januenſem Cardinalem, vacante ſede Papali per mortem SS. Papæ Clementis eo quia dictus Dominus Cardinalis eum citavit ad ſe, unde per nonnullos ſperabatur, quod dictum Dom. Patriarcham crearent in Papam, quod minime factum eſt;* etenim antea obiit Ottobonus, quam Papa novus eligeretur.

Ottoban. Patr. Aquilej.

Candidatus pro ſede Papali.

Godefrid. Seiz. Prior. fit Prior I. Maurbac.

Dixi anno priore Cartuſiam Maurbacenſem a Friderico Auſtriaco fundatam, eique Godefridum Priorem Seizenſem, ut præeſſet, poſtulatum; ad preces itaque Friderici Ducis, per Haymonem Generalem Ordinis, & Priorem matricis Cartuſiæ, non ſolum novella plantatio Maurbacenſis confirmata, ſed etiam Godefridus ab officio Prioratus Seizenſis abſolutus, & Domui Maurbacenſi eſt Præfectus, ut habent litteræ Haymonis ad Frider. Ducem datæ hoc an. Sabbato poſt Feſtum Aſſumpt. B. V. M. v. Pez. tom. II. f. 338.

Fit Confeſſar. & Conſiliarius Frider. Imp.

Abſolutus Seizii *Godefridus vir integerrimus e Cartuſia S. Joann. in Seitz, quam Sanctitatis opinione repleverat, dimiſſus cum ingenti Fratrum æque ac popularium dolore, in Auſtria vero receptus cum ingenti Principum gaudio, ita ſe in brevi virtutum meritis, & exemplo ſereniſſimo Fundatori probavit, ut Principibus in conſcientiæ tribunali jus, in ſecretiore vero Concilio ſententiam dicere juberetur, eam in rem Aulæ Palatinæ cum 4. equis adſcriptus, privilegio ad poſteros etiam tranſituro* inquit hiſtoria Cartuſiæ Maurbacenſis apud. cit. Pezium: plura de viro hoc clariſſimo occurrent, ubi de liberatione Friderici Auſtriaci agetur.

Petrus II. Pr. Seizii XI.

Succeſſit ei Seizii Petrus II. Prior XI.

Fernicenſis Thaumaturgæ iconis origo.

Ejusdem Friderici Cæſaris, & Ducis noſtri, opus ſacrum cenſetur Templum magnificum B. V. M. *in Ferniz*, oppidulo ſeſqui milliari infra Græcium lævo Muræ littori erectum; celebritatem loco huic omnem adſtruit Thaumaturga Deiparæ ſtatua, quæ anno circiter 1200. ex templo in Hausmanſtetten divinitus profuga, terque reportata, ſemper tamen diſparuit, & in Fernizenſi Muræ littore conſedit, in vepreto prope viam; moti hoc miraculo *Barones de Prank*, cæteroquin liberalitate ſua in ædes ſacras inſignes, ſacellum eidem virgini primum exſtraxerunt, auguſtius ſacrarium, *MVnIfICentIa Vere benefICa* Imperator, & Dux noſter Fridericus hoc anno adjecit, quod anathematibus plurimis refertum hodie ſpectatur, crebrisque ſupplicationibus conſtanter colitur.

Prank de Bar.

Frider. extruit Eccl. in Ferniz.

Vora-

Voravii Ottocarus Præpoſ. 14. *ab Henrico de Krumbach comparavit etiam curiam ſupra Molendinum ſitam cum advocatia, & bona in Minkenberg. 14. manſus cum advocatia pro centum 26. libris denariorum.* Ut ait Chron. MS. Vorav. bona hæc ennumerata vide in charta genuina Vorav. inter Diplom. mea in fine 199. *Vorav. rat.*

ANNO 1315. *Anno 1315.*

Indict. 13. Sed. vac. Rom. II. Ludov. Bav. Imp. II. Frider. Duc. Styr. XI. Imper. II.

Antequam mutuis armis colliderentur Cæſares ambo, Fridericus Cæſar, & Dux noſter, Regi Hungariæ Carolo a Matthæo Comite Trenchinienſi, & Regni Palatino infeſtato ſuccurrere debuit; jam Vagi fluminis utramque ripam occupaverat Comes dictus, at ſubito ſuperveniens Fridericus Caſtro Comaromio expugnato, hoſtem devicit, regem liberavit, qui proin denuo partibus Friderici ſubſcripſit, ubi vero ejus adventus pro rebus Ducis noſtri expetebatur, venturum ſe negavit, niſi inſula Schutta cum Poſonio Agneti Hungariæ Reginæ an. 1297. ut ibidem dictum in dotem aſſignata redderetur, cui illiberali pacto aſſentiri Fridericum ſtatus rerum coegit, ne properanti ad imperium, tantillæ Terræ portio moram injiceret, ut v. pluribus anonymum Leobienſ. f. 914. &c. *Frider. Victor Hungaror.* *Ejus cum Rege Hung. pactum.* *Poſonium redditur.*

Binis vicibus Carolus Rex Hungariæ cum Friderico Duce noſtro fœdus iniiſſe videtur, anno nimirum præced. ut dictum ex Dipl. Secc. 155. quo nulla omnino conditio adjecta, cum periculum ſibi inſtare a Matthæo Comite Trenchinienſi videret; hujus anni pactum, & fœdus, Conditionem Auſtriacis præjudicantem adjectam habuit, Carolus enim Rex ſuo jam periculo liber, videns Fridericum coronæ imperiali inhiare, ab eo ingratus omnino petiit, quod hoc in rerum ſtatu negare non potuit.

Nemo magis pro Friderico noſtro laborabat, ac Leopoldus Frater ejus, atque ut acer erat, & ardens animi, nunc ſolus, nunc Fratri junctus, jam copias, jam urbes Ludovico faventes aſſiliebat; & Sane Fridericus æmulo ſuo liberatus fuiſſet, niſi eum intempeſtivus ardor in pugnam rapuiſſet, antequam Leopoldus adveniret Ad decretoriam vero pugnam primum poſt 6. annorum bella deventum eſt, quibus interea Germania biceps in partes ſciſſa miſere lacerabatur. Ludovico inferiores Rheni civitates Norimberga, Auguſta, Bavaria, Bohemia, Franconia inferior, & ex Helvetis Urii, Unterwaldii, Suitenſes ab 1308. jam liberi favebant, Fridericum civitates ad Rhenum Superiores Argentoratum, Henricus Dux Carinthiæ, Carolus Rex Hungariæ ſequebantur. *Cæſaris utrique uſque ſocii.*

Tandem in apertum campum ambo reges prodiere, Fridericus milite, & ære (cujus ſummam magnam e fundis etiam Eccleſiaſticorum, collegerat decimarum nomine teſte Chron. Mellic. & Clauſtroneoburg) abunde inſtructus, per Carinthiam ad Eslingæ obſidionem tetendit, quæ tamen ad vota non ſucceſſit, cum enim Neccari alveus ab urbe *Eslinga obſidetur.*

Non succedit. divertendus esset, operarios autem, ne perficerent, missilium saxorumque grandine cives impedirent, mense sic frustra consumpto, ex itinere ad danubium & in Bavariam rediere hostes domum quisque suam.

Weicardus Salisb. aperit tumbam S. Ruperti. Inter hæc Weichardus Salisburg. Archiepiscopus, postquam 13. Kal. Aug. tumbam S. Ruperti aperuit, & novas ibi reliquias invenit, de quo v. Chron. Salisburg. tandem 5. nonas Octobris generali spasmo tactus, pridie nonas ejusd. mensis obiit; huic Archiepiscopo tribuitur fragmentum Chronici, seu supplementum Hermanni contracti ab ab an. 1279. ad 1310. ita Chronogr. Salisburg. Pantaleon in libro Heroum, Wichardum hunc commendat a multarum artium cognitione, ut v. Excell. Wurmbr. f. 157. dein *IX. Kal. Novembris*, ut inquit Chron. Salisburg. *anni* 1315. *Dominus Fridericus de Leibenz* (seu *Leibnitz*, cujus genealogiam v. tomo I. annot. Diplom. 8. & tom. II. Diplom. 3.) *Præpositus, & Archidiaconus Ecclesiæ Salisburgensis Electus est in Archiepiscopum ibidem concorditer.*

Moritur ejus libri.

Succ. Frid. de Leibnitz.

Ottobon. Patr. Aquil. † Patriarchalis sedes Aquilejæ pariter hoc an. viduata erat dum 13. Jan. Ottobonus Patriarcha fatorum legem implevit, cui non Isenardus Ord. Prædicat. sed D. Gilo Archidiaconus Aquilej. per viam compromissi successit, sed hunc an. seq. rejecit Joannes XXII. & Castonum vel Cassonum Turrianum renunciavit, de quo pl. an. seq.

Gilo Succ. rejectus a Papa.

Castonus Turrianus Patr. Aquil.

Frider. Episc. Seccov. res. Fridericus Episcopus Seccov. Capitulo suo 4. nonas seu 2 Nov. hujus anni, contulit proprietatem juris montani & decimarum in Geysfeld, & Gyrienſi Styriæ Cartusiæ Duynius & Fridericus Comites de Madrussa, & Segnio unam Saumam olei singulis annis ac immunitatem a teloneo v. Dipl. Gyrienſe 15. & Seccov. 156.

Gyrienſ. res.

Teuton. ad S. Domin. res. Teutonicis ad S. Dominicam in Styria inferiore, *Sigefridus, Fridericus, & Ulricus Fratres de Herberch* decimas varias contulerunt, eo solum onere, ut Fratres Teutonici ad S. Dominicam, singulis annis accipitrem mitterent, seu ut habent verba Diplom. und ſollen die Brůder von dem Suntag mit dauon mit einen Habich dienen alle jåhrlich. V. Diplom. Teuton ad S. Dominicam num. 10. apud Frœlich. Diplom. Styr. parte II. f. 214. testes erant: Brueder Vlrich der Pfarrer von dem Suntag, und Brueder Ludweich der Comendeur, Brueder Wernhart der Mauerringer, Brueder Heinrich der Kellner, &c.

Herberch de Domini.

Equites ibid.

ANNO 1316.

Anno 1316.

Indict. 14. Joann. XXII. Pap. I. Ludovici Bav. Imp. III. Frider. Ducis Styr. XI. Imp. III.

Leopoldi Aust. nuptiæ. Altera Eslingæ obsidio tentata, sed post ferias nuptiarum; Author Ducatus Styriæ nuptias Ducis & Imper. nostri cum Elisabetha Arragonia ad hunc an. refert, quas tamen cum anonymo Leob. ad an. 1214. reposui, certius illud Leopoldo Friderici Fratri Isabellam Amadei 4. Sabaudiæ Comitis Filiam; fuisse submissam Sponsam, si Basileæ eæ nuptiæ habitæ sunt, differendæ videntur ad ætatem vel

au-

autumnum, cum Fridericus Imp. & Dux noſter hyemis, & veris tempore in Styria extiterit, ut mox oſtendam, forſitan eodem tempore Soror Ducum noſtrorum Gutta *Ludovico Comiti de Oetingen* Uxor data eſt ad Luxum harum nuptiarum augendam. *Guttæ Auſtr. nuptiæ cum Ludovic. Com. de Oetingen.*

Ante harum nuptiarum ſolemnia Frideric. Imp. & Ducem noſtrum in Styria verſatum, varia veterum Diplomata exhibent, ſic 4to *Idus* ſeu 10. *Februarii in Grez* bina dedit Diplomata in favorem Runenſium unum, quo *Fridericus D. G. Rom. Rex ſemper Auguſtus, prudentibus viris Judici, juratis, & univerſis civibus in Prucha mandat, ne telonium ex ſale Runenſium exigant.* V. Dipl. Runenſe 32. altero Diplomate *Strenuo viro Eglolfo de Schellemberg, cæterisque, qui pro tempore fuerint Burggraviis in Storkemberg prohibet, ne advocatiam prædii Weicherſtorfii, quod Runenſis Cœnobii bonum eſt, uſurpare præſumant, datum in Grez* eodem die v. Diploma Runenſe 33. *Frider. Imper. Græcii. Runenſ. res. Murepont. telonium. Schellemberg de Burg. Stabrenb.*

An a 10. Febr. ad 4to *nonas* ſeu 4. *Maji* Græcii moratus fuerit Fridericus Imperator? ignoro, id conſtat 6. Maji eundem Fridericum, *Judici Juratis, & civibus in Marchburg prohibuiſſe, ne ullum Cenſum a Domo Runenſium ibidem ſita exigant. Datum in Greze pridie nonas Maji &c.* hoc eſt 6. *Maji*; jam vero antea, ſeu 4. Maji ſingulare privilegium Runenſibus conceſſit, nempe quod Runenſes ab omni contributione, & exactione ſint immunes, eam a ſubditis exigere in ſuum commodum poſſint, quoties aliis a Principe contributio indicitur v. Dipl. Runenſ. 35. & 34. *Marchburg ret. Runenſ. Dom. ididem.*

Exinde in Urbem *Voitsberg* pervenit Fridericus noſter, nam 7. *Id. Maji* ſeu 9. ejusd. menſis, *ſtrenuo viro Ulrico de Walſee Capitaneo Styriæ mandat, ut obſervet privilegium mox allatum, & ab aliis faciat obſervari. Datum in Voyzberg* 7. *Id. Maji anno Regni ſecundo* nempe nondum completo, ex quibus proin rite concludo, nuptias prædictas Leopoldi, & Guttæ, ſiquidem iis præſens ſupponatur Frider. Imp. æſtatis vel autumni tempore peractas fuiſſe. *Frider. Imp. in Voitsberg. Walſee de Ulric. Capitan. Styr.*

Peractis Hymenæi feſtis, ad arma properatum, & altera Eslingæ obſidio tentata, vix vero noſtræ copiæ eam Urbem acceſſerant, evocatus illico Ludovicus Imper. & Dux Bavariæ, cum ſuis adeſt, caſtroque non procul ab hoſte ex oppoſita Neccari ripa, in fluvii medio locat, prælium a ſervis in adaquatione jumentorum cæptum, integrum fere diem tenuit, paucioribus militum cæſis, equi mille ſeptingenti periere, nox prælium anceps diremit, quia neutri parti victoria acclamari potuit. *Eslingæ acta obſidio.*

Quamvis vero arma inter utrumque Imperatorem ſtreperent, non tamen ſilebant leges, & oratores; nam ambo cæſares cauſam ſuam Avenione per oratores apud Joannem XXII. Papam agebant, qui poſt 2. annorum & ſeſqui tertii menſis interregnum Clementi V. ſucceſſit; Friderici legatum egit *Conradus Abbas de Salem*, poſtea, ut ait anonym. Leobienſ. ad an. 1317. *Epiſcopus Gurcenſis*; miſit quoque ſuos oratores Ludovicus Imp. ſed his a Papa reſponſum, *ne quid ſperaret*; Fridericus vero, donec jus ejus melius perſpectum foret, exſpectare juſſus. *Joan. XXII. Papa. Leg atos Frid ſuſcipit.*

Inundationes aquarum plurimas per totam Alemaniam, Hungariam, Bohemiam, & Galliam factas commemorat Chroniſta Mellicen- *Inundationes per Styriam.*

ſis, quid damni vero eædem Styriæ noſtræ attulerint? refert anonymus Leobienſis *inundationes inauditæ, & inopinabiles ſunt ortæ, ita, quod in Terra Styriæ, Mura fluvius 14. pontes deſtruendo evertit, & niſi iſte in Leuben cum paucis aliis remanſit*, plura de damnis in Bavaria & territorio Salisburg. adducit anonymus cit.

Neoſtadium adhuc Styr. accenſum.

Neoſtadium hoc adhuc tempore Styriæ accenſum fuiſſe idem anonymus Leobiens f. 918. hiſce docet; *Eodem anno in nova civitate Terræ Styriæ, erat civis in vico Hungarorum, Bernhardus cognomento cornarius: hic XV. Kal. Aug. die Dominica volebat fœnum cum curru de prato extra civitatem introduxiſſe in horreum ſuum: & repente ventus, & grando, & cum currum prius ſufficienter exoneraſſet, & carratam de vino expediviſſet, in turbine venti currus elevatur in altitudinem altiſſimæ turris civitatis prædictæ, & tunc currus particulatim cecidit, ita quod omnes partes currus disjunctæ ſeparatim exciderunt, ſed fœnum, ut vir prædictus nunquam inveniret, eſt diſperſum.* Hæc citatus Author inter incidentia tradit.

Ventus vehem. ibidem.

Admont. & Göſſenſ. rer.

Engelb. Abb. Admont. laus.

Jonſpach S. Egid. Eccl. Admontenſ.

Ejus libri.

Engelbertus Abbas Admontenſ. & Conventu ejusdem Monaſterii cum *Herrade Abbatiſſa* & Conventus Göſſenſi, quædam bona permutarunt, ut v. Diploma Göſſ. 76. Engelbertus hic Abbas Admontenſis Ordine 27. ſolitudinis, & ſtudiorum amantiſſimus fuit, eum in finem in valle *Jonſpach S. Ægidio Eccleſiam* ſtruxit, & eremicolæ inſtar ibi frequenter deliteſcens, ſuavem & ſtudiis excultiſſimam vitam duxit; Eccleſia hæc hodie parochia eſt Admontenſis, viſiturque ibidem ſpecus in qua Engelbertus rerum divinarum contemplationi vacabat. Engelberti hujus doctiſſimi partus, hodie adhuc extant, quorum aliqui MS. in Monaſterio Admont. deliteſcunt, refertur in Catalogo PP. tom. 25. Bibl. maximæ fol. mihi 362. edit. Auguſt. an. 1677. ubi liber ejus *de Ortu, progreſſu, fine Romani Imperii*, & alia velut ab ipſa ſcripta commemorantur. *Uti Commentarius in Pſalmum Beati immaculati, de articulis fidei, de Paſſione Domini, & myſterio Crucis, de Corpore Chriſti, de gratia Salvationis, juſtitia damnationis, de libero arbitrio, de ſummo hominis bono, de providentia Dei, de miraculis Chriſti, de ſtatu defunctorum, tractatus in Evang. in principio erat verbum &c.* Præterea ſcripſit, ut ipſe teſtatur in Epiſt. ad Rectorem ſtudii Wiennnenſis etiam ſequentia: *De vita, & virtutibus B. V. M. de regimine principum, tractatum in Muſicam, ſuper Antiphonas a Sapientia &c. Super quæſtione illa utrum Deus fuiſſet incarnatus, ſi primus homo non fuiſſet lapſus, tractatum ſuper paſſione Domini in Matthæum, de ſenſu doloris Chriſti in paſſione, ſuper librum Ariſtotelis de mundo, & inundatione Nili, de feſtinatione, de naturis animalium, de quibusdam naturalibus, de cauſis, & ſignis mutationis aëris, & temporum, de cauſa longævitatis hominum ante Diluvium, ſpeculum virtutum de officiis & abuſionibus eorum, de eo, utrum ſapienti competat duxere uxorem, Dialogum concupiſcentiæ, & rationis, de concilio vivendi, de electione regis Rudolphi de paſſione S. Catharinæ*, incepit quoque ſecundam penultimi operis partem *de prælio, & victoria dicti regis contra Ottocarum Bohemiæ Regem*, ſed impeditus itinere Patavino, quo evocatus eſt, non expedivit, unde poſt novennium redux, ſcripſit cætera, ex quibus multa metrice. Ita Author ſeriei Abbat. Admont. addens: *Notum eſſe puto, quod huic Abbati Communiter attribuatur, pyſſimus ille hymnus: Omni die dic Mariæ: qui alias hymnus Caſimiri dici-*

dicitur. Initia horum MSS. habentur in dicta Engelberti Epistola, sed non fines. Quidam concionator regius Hispaniarum in concionibus typo vulgatis virum sanctum, & spiritu prophetico plenum eum appellat.

Ultima hujus anni die (Gilone Patriarcha Aquilej. ab eodem capit. postulato a Papa Joanne XXII. rejecto, eo quod electionem eandem. sedi reservatam diceret Papa) eidem sedi a Papa præfectus est Castonus seu Castorius Archiep. Mediol. ut v. pl. de Rubeis cap. 82. num. 4. 5. 6. &c. *Castorius sit Patr. Aquil.*

ANNO 1317. *Anno 1317.*

Indict. 15. Joann. XXII. P. II. Ludov. Bav. Imp. IV. Frider. Duc. Styriæ XII. Imp. IV.

Dominus *Fridericus de Leybenz Vener. Archiep. Salzburg. Ecclesiæ*: inquit Chron. Salisburg. ad hunc vel seq. annum *unionem, & societatem iniit, cum Domino Fridcrico Electo de Austria, & fratribus suis, ad vitam ipsorum, contra inferiores Duces Babariæ, qui in multis ipsum, & Ecclesiam suam gravaverant, & contra omnes (excepto Papa, & imperio, & prædicto Ludovico electo, & Rudolpho Fratre suo) ita, quod se mutuo juvare deberent laboribus, sumptibus, & expensis, contra omnem hominem ipsis nocere & obesse cupientem.* Teste Aventino, ungularium, testante vero Adlzreitero pecuarium censum imponebant Duces Bavariæ, ab ipsis etiam sacerdotibus persolvendum, libertatem inde Ecclesiasticam læsam questi, Duces communione sacrorum, provinciam sacris interdixere Episcopi, utque arma armis opponerent, Salisburgensis cum Austriacis fœdus iniit. *Concordia Salisburg. & Austriaci. Contra Duces Bavar. ob novum censum.*

Inde factum arbitror cum anonymo Leobiensi fol. 918. ut Leopoldus Frater Ducis ac Imperatoris nostri, Bavarum prope spiram in Cæmeterio Judæorum obsideret, dumque exercitus uterque prælium exspectat avide, tandem nocte inobservatus elabitur Ludovicus Bavarus, & contra Rudolphum Fratrem, qui pro Friderico Austriaco censuerat, arma capit, quem etiam Viennam fugere compulit ditione multatum. *Bavar. & Austr. res.*

Interea in Italia, alternante, ut fit, belli fortuna Guelphi superiores evaserunt, & Gibellinos Cæsarum Studiosos prope oppressissent, nisi missis, e Germania subsidiis Ludovicus Bavarus Gibellinos juvisset, qui dein urbes non modicas subjugarunt; ea res Papam Joannem XXII. adeo momordit, ut Friderico Austriaco Coronam, Alberto, ut ait Rhoo, tiaram Moguntinam polliceretur, si militem reprimendis Gibellinorum factionibus subministraret. Itaque Fridericus Augustus noster Fratrem Henricum cum aliquot peditum legionibus, & duobus equitum millibus in Italiam misit, qui tamen præter metum Gibellinis incussum nil secus præstitisse videtur, altero anno, cum Fridericus Fratrem, cum copiis ex Italia revocaret, exacerbatus est Pontifex, mitigatus dein, ubi facti, & hostium aliorum necessitas per legatos excusata est. *Papæ fit insensus Ludov. Bavaro. Henrici Austr. in Italia res.*

Exſtat in Archivo Seccov. Canoniæ, conſtitutio Friderici Epiſc. Seccov. qua ſtatuit, ut Canonici Seccovienſes birreta poſthac deferrent, data eſt conſtitutio XVI. Kal. Julii ſeu 16. Junii.

Göſſ. ver. Cum Göſſenſis Monaſterii Abbatiſſa Herrade, *Ottocarus I. de Geula* ſeu *Galler* (v. tomo I. annot. Diplom. 79.) & *Eliſabetha ejus* Uxor cum conſenſu *Dyonifii II. Filii*, & aliorum hæredum ſuorum, permutationem quorundam bonorum fecerunt, ut v. Dipl. Göſſ. 75. Diplomati ſigillum adjecerunt Domini *Dyonifius I. & Ortlinus Fratres Ottocari* de Galler, uti & *Dyonifius II.* Filius *datum & actum in Göſſe in vigilia aſcenſionis Domini An. Dom. M. CCC. decimo ſeptimo.*

Gäller de Ottoc. Dionyſ. I. & II. ac Ortlinus.

An. 1318.

ANNO 1318.

Indict. I. *Innoc. XXII. P. III. Ludov. Bav. Imper. V. Frider. Ducis Styr. XIII. Imp. V.*

Leopold. Auſtr. acta. Soloduri oppugnationem ſine fructu geſtam, dum ſolvit Leopoldus frater Friderici Imp. & Ducis noſtri, reparatum Helveticis delectibus exercitum denuo ſpiram abduxit, civibus in octavum menſem ſtrenue reſiſtentibus: nuntiato dein Ludovici adventu territus, accelerato itinere ad Udalricum Ferretanum Comitem, & Joannem Argentoratenſem Epiſcopum, qui ad amnem Bruſchum metabantur, contendit: neque hic diu moratus eſt, ſed trajecto amne, caſtris ad Molsheimium munitis, Fridericum ex Auſtria cum copiis præſtolabatur; jam ſpiram abeuntis Leopoldi tergo, Ludovicus Bavarus hæſerat, ſed amiſſo tantiſper hoſte, donec Argentoratenſes in duas partes ſectos, in fidem reciperet, adeo vicinus caſtra explicuit, ut prope abeſſet, quin Fridericus fratris eſſe ratus in ea ſe conferret; ſed nempe iterum vires ſuas ſpectaturi convenere, metus nempe Bavaro ab inuſitata Friderici fiducia incuſſus, ne experirentur, obſtitit: ſingulare magnanimitatis exemplum edidit Fridericus noſter, deprehenſum Ludovici exploratorem, per ordines circumduci jubet, tum ait: *Refer cognato meo: accinctum pugnæ me ſtare, id firmum plane fixumque animo eſſe: hodierno Dici documento decernere, uter imperio dignior?* claſſica ſimul concinerere, extra caſtra militem prodire imperat; ut concuti arma feraciter, valla refigi ab iis, Bavari viderunt, illico cum Ludovico Rege in fugam ſe compoſuere.

Frideric. & Ludov. Bavar. res.

Seccov. & Stanz. Can. res. In Styria interim noſtra, abſente Principe, & Imperatore nil magni geſtum: Canonici Seccovienſes ſub Chriſtiano Præpoſito commutationem fundorum inierunt cum Stanzenſibus Canonicis ita, ut hi ſub Nicolao Præpoſito cederent manſum prope vineam Seccovienſem in Gaysfeld ſolventem annuo cenſu, marcam denariorum, reciperent vero villam pecuariam ſingulis annis 400. caſeos minores præbentem; actum an. 1318. XVIII. Kal. Octob. & 5. Kal. Nov. Dipl. Seccov. 157.

Ottocar. Præp. Vorav. obit. Voravii hoc anno Ottocarus Præpoſ. vitam clauſiſſe videtur, Chronicon noſtrum MS. Vorav. annum mortis quidem non indicat, at quia idem jam quæpiam ſub Ortolfo Præpoſ. Succeſſore de hoc

anno

anno refert, Ottocarus vel hoc, vel adhuc præcedente obiiſſe debuit, vel forte jam ſub an. 1314. quo ejusdem acta commemorantur, ita vero mortem ejus refert Chronicon. cit. *idem non longo tempore præfuit, vitamque ſuam finivit die Felicis Papæ.* Non modicam difficultatem obiicit necrologium Secc. quod ad 10. ſeu 4. *Id. Jan.* habet, *Otokerus Præpoſitus de Vorave*, & mox ad 18. Maji ſeu *XV. Kal. Junii Ottocharus Præpoſitus de Vorau.* duo ergo Ottocari Præp. Vorav. e necrologio Seccovienſi eruuntur, & quidem nullus horum in feſto S. Felicis Papæ, quorum unus ex proprio Ordinis noſtri 25. Febr. alter ex breviario 30. Maji colitur, defunctus.

Hac in difficultate, cum Chronicon noſtrum, & alia documenta domeſtica unius Ottocari Præpoſiti meminerint, ab his non recedendum judico, ſuſpicorque in necrologium Seccov. mendum irrepſiſſe, & *ad XV. Kal. Jan.* reponendum eſſe mortem Ortolphi Succeſſoris, quo die idem ex Chron. MS. noſtro defunctus legitur.

Electio Ortolphi ſeu potius ſubſtitutio, ſic a Chron. noſtro refertur; *poſt hunc Fratres diſcordiaverunt, & per Archiepiſcopum Eccleſiæ noſtræ Vorav. eſt introductus quidam Ortolphus de Paumburg in Præpoſitum.* Ortolphus hic de Paumburgenſi Bavariæ Monaſterio deſumptus videtur. *Ortolphus de Paumburg Præp. XV. Vorav.*

Mox ait idem Chron. Vorav. *Ortolphus XV.* Præpoſitus *de Paumburg, per Archiepiſcopum propter diſcordiam fratrum*, ſupple, præfectus fuit, *hic bonus temporalis* (ſeu œconomus) *fuit - - An.* 1318. *ſub præfato Præpoſito quidam Udalricus de Krumpach, religionem aſſumens, ſecum hæreditarie* 4. *manſus in Weiſſenpach Monaſterio attulit, & per Henricum fratrem ſuum, cæterisque amicis* (lege cæterosque amicos) *omnem jurisdictionem eorum una cum advocatia pleno jure Monaſterio incorporaverunt* (lege incorporavit) Krumpachios Dynaſtas ſpeciales Voravienſium fautores expoſui tom. I. annot. Dipl. 58. *Krumbach de Udalric. fit Cav. Vorav.*

IX. Epiſc. Seccov. *Wocho aſſumitur an.* 1318. defuncto 10. *Kal.* Sept. hujus an. Friderico Epiſc. *fundat ad Oblajam Seccov. inſignia bona; ædificavit turrim dexteram Eccleſiæ Cathedralis, reducit numerum ſexagenarium monialium Seccov. ad* 40. *& petit in ultimis tabulis in Cathedrali ſepeliri, obiit* 3. *Kal. Nov. an.* 1334. ita Catal. Epiſc. Seccov. *Seccov. Epiſc. Wocho.*

Aquilejæ ſedes denuo viduata, etenim, ut habet Chron. Juliani *Anno Dom. M. CCC. XVIII. die XII. exeunte Auguſto D. Caſtorius Patriarcha, veniendo Florentia in Forumjulii obiit, & ibi ſepultus eſt.* Mortis cauſam deteglt Chronicon. Aquilej. *Non venit ad Eccleſiam, ſed ipſo veniente, dum eſſet Florentiæ & equitaret, cecidit cum equo, de quo caſu mortuus eſt, & Florentiæ fuit ſepultus an. Dom. M. CCC. XVIII. menſe Auguſti.* *Caſtorius Patr. Aquil. obit.*

Accepto obitus nuntio ſucceſſoris electionem ſedi Apoſt. reſervatam ſignificavit Joannis XXII. Papa litteris ad Capit. Aquilej. datis hoc an. 4. Sept. v. de Rubeis capit. 84. num. 7.

Anno 1319.

ANNO 1319.

Indict. 2. Joann. XXII. Pap. IV. Ludov. Bav. Imp. VI. Frider. Duc. Styriæ XIV. Imp. VI.

Posthac æmulis inter se studiis certabant Fridericus Austriacus, & Ludovicus Bavarus, Archiepiscopus cum Austriaco fœderatus, non solum ejus copiis transitum per fines Salisburgenses concessit, sed etiam socia arma cum eodem in Bavariam intulit; Castra apud Müldorf Salisburgense muncipium sunt locata, cum enim Leopoldum Austriacum ei se inclusisse audirent Bavari, Ludovicus cum Rege Bohemiæ & infer. Bavariæ Duce oppidum cingunt, adfuit illico Fridericus 3. Kal. Octob. valido Hungarorum & Salisburgensium exercitu stipatus, cæsisque, qui sese ex adversa æni ripa oppositi fuerant, hostibus eodem impetu obsidentes depellit; inter fugientes donec Ratisbonam tenerent, ingens strages edita, atque his in tutiora delapsis in Bavariam inferiorem desævitum, ut non alias habitam fœdius regionem deplorent, Authores Chron. Salisburg. Leobienses aliique.

Bavari ad Müldorf fugantur.

Leibniz de Conrad. Præp. Salisb.

Salisburgensis Ecclesiæ Præpositum hoc tempore egit *Conradus* ex perantiqua Styriæ familia de *Leibniz* oriundus, qui proin defuncto 6. Kal. Julii, ut habet Necrol. Admont. Eberhardo I. Saxoni successisse videtur.

Frider. Imp. Græcii.

Annum tamen præsentem Græcii inchoavit Fridericus Imp. & Dux noster, etenim Kalendis Januarii Diploma edidit inter Runensia num. 37. quo eisdem centum marcas denariorum Græcensium donat, eo fine, ut bona emerent, quibus 10. marcarum census annuus colligatur, ad alendum peculiarem sacerdotem in Monasterio, qui missam quotidianam pro Principis salute dicat, post obitum vero perpetuum anniversarium solenniter celebretur. *Datum in Greza Kal. Januarii anno milesi. trecentesi. decimo* (deest *nono* ut ex adjecto *regni*, seu imperii *nostri anno quinto* patet.) Idem iisdem verbis beneficium 100. marc. denar. contulit Dux noster eod. 1. Jan. Canon. Stainz. Diploma refert Reverendissimus Mich. Præpos. Wengensis, causam, cur Fridericus Imp. Styriam adierit, detegere videtur Cuspinianus ad hunc annum scribens, *erat tum Fridericus in Austria militum delectum faciens, decimamque bonorum omnium partem ab omni populo cleroque accipiens*, ex Styria quoque militem abduxisse, ut res suas contra Ludovicum Bavarum armis stabiliret, credibile videtur.

Runens. benef. & Steinzens.

Seccov. & Run. confœderatio. Christian. Præp. Ulricus Decanus Seccov. Albero Abbas. Henr. Pr. Run. Pernok de Otto Pinc. Styr.

Canonicis Seccovienſibus, qui hoc an. sub Christiano Præp. Ulrico Decano, & Collegio Sanctimonialium Ordin. S. Aug. cum Alberone Abbate, & Henrico Priore, totoque Conventu Runensium (v. Dipl. Seccov. 158.) mutuum fœdus quoad suffragia pro defunctis fecerant, benefecit *Otto de Pernek Pincerna Styriæ*, ac litteris german. donavit Ecclesiæ Seccov. fundos *prope Scheiffling* annuum censum 5. marcarum solventes. V. Dipl. Seccov. 158. genealogiam Perneggensium Styriæ Dynastarum, exponam in fine annot. Diplom. 43. memorabile est, quomodo *Otto Pernekius Pincerna Styriæ* dicatur,

cum

cum tamen teſte Excell. Wurmbrandio aliisque, id munus hæreditarium Stubenbergiis a Marchionum noſtrorum ævo ad noſtra uſque tempora competere videatur: Cui difficultati, ut obvietur, recolenda ſunt, quæ tomo I. ſtatui, alios nempe fuiſſe Pincernas Mareſchallos &c. provinciarum hæreditarios, alios vero Ducum, & Principum noſtrum.

Ortolphus de Paumburg Præp. Voravii 15. hoc an. ab *Henrico de Krumpach*, cujus frater Udalricus anno priore Canonicum Voravii profeſſus erat, *obtinuit advocatiam ſuper bona in Edliz*, ut ait, Chron. MS. Vorav. Erant vero hoc tempore ſub Ortolfo Præpoſito inter alios notiſſimi ſequentes Canonici, nempe *Marquardus Decanus*, & *Cuſtos*, *Udalricus de Krumbach ex magna nobilitate*, *Joannes Præsbyter dein Decanus*, *Laurentius de Hoffkirchen dein Præpoſitus*.

Vorav. ref. *Krumbach de Henr.* *Marquard. Decanus Vorav.* *Can. Vorav. hoc tempore.*

ANNO 1320.

An. 1320.

Indict. 3. Joann. XXII. P. V. Ludov. Bavar. Imp. VII. Frider. Duc. Styr. XV. Imp. VII.

Ceſſatum ab armis ad annum uſque 22. hujus ſæculi chronica patria docent; annum tamen hunc Græcii denuo exorſus eſt Princeps noſter; nam *Idibus* ſeu 13. *Januarii* Græcii Diploma dedit, quo *Civibus in Tiffer* prohibet, ne fugitiva Gyrienſis Cartuſiæ mancipia reciperent; ſigillum appenſum, ſeu inſigne ex rubra, & flava Zona pendulum Fridericum in ſolio ſedentem exhibet: v. Dipl. Gyrienſe num 17. apud Frœlichium.

Frider. Imper. Græcii. *Tiffer oppidi res.* *Gyr. Cart. res*

Sub Paſchæ tempus Judenburgi egiſſe Imperatorem ac Ducem noſtrum Fridericum, docent litteræ, quibus conceſſas Auguſtanæ urbi in ſexennium inducias probat, inde denuo rediit Græcium, ibique *nonis* ſeu 5. Auguſti ut habet Dipl. Runenſe 38. *Landſcribæ Styriæ & Judici in Voitsperch* mandat, ne Runenſes a cædendis in nemore ſedingenſi arboribus impedirent, mox alio mandato germ. ſub mulcta pecuniaria mandat *Judici & Officialibus in Auſſee*, ut Runenſibus debitam quantitatem ſalis perſolvant, *datum Græcii feria 3. ante Laurentii &c.* aliud ſimile latinum *nonis Auguſti Græcii* datum aſſerit Frœlichius ad Diplom. Run. 39.

Frid. Imp. Judenburgi. *Mox Græcii.* *Voitsperg. res* *Auſſee res.* *Runenſ. res.*

Quamdiu Græcii moratus fuerit Dux, & Imperator noſter, non conſtat, id ex diplomate Runenſi 40. certum, *Eliſabetham D. G. Rom. Reginam prudenti viro Judici in Auſſee* mandaſſe, ut annuum pecuniæ ac ſalis cenſum Runenſibus perſolvat. *Datum in Grez. an. Dom. milleſ. trecent. viceſimo XII. Kal. Nov.* ſeu 21. Octob. an Eliſabetha ſola, an ſimul cum marito Auguſto ferias autumnales Græcii celebraverit? incertum.

Eliſ. Imperat. Græcii. *Runenſ. res.*

In Göſſenſi Monaſterio *Herradis Abbatiſſa* digniſſima, exemplum dedit, præbendas non eſſe convincens argumentum ſtatus Religioſi exſpirantis, nam, ut habet Diploma Göſſ. num. 77. eadem Abbatiſſa conſtituit, ut *duæ partes Curiæ in monte Sclavico duabus conventualibus aſſignarentur*, *in perpetuum poſſidendæ*, *ita*, *ut nulla deinceps Abbatiſſa de uſu fructu prædictæ curiæ ſe intromitteret*, *ſed Celleraria conventualis* uſumfructum

Göſſ. res. *Præbendæ religioſorum.*

ctum eundem totaliter in denarios redactum, *inter Dominas omni anno fideliter dividat*, quo proin Diplomate, aliisque per decursum enarratis stabilitur sententia concanonici mei, & senioris doctissimi Joannis Antonii Zunggo, qua in prodromo suo ad Hist. Gen. Ordin. Can. Reg. S. Aug. parte I. f. 188. & 304. ac part. II. f. 1. 17. &c. 92. 148. 200. 561. &c. ostendit, præbendas recentiore etiam tempore non solum Canonicis Reg. sed ipsis etiam Monachis fuisse permissas; qua in re tamen Conc. Trid. Sess. 25. de Regul, & Monial. C. 2. mutationem fecit.

Göſſenſes ab esu Carnium abstinent.

Eadem porro Abbatissa Gössensis Herradis litteras renunciationis factas Ecclesiæ Gössensi de 2. huebis in Carinthia recepit ab Ottone Mulbech Camerario Ecclesiæ Göss. ut v. Dipl. Göss. 78. ex quo etiam colligo, Gössenses eo tempore, secundum Regulam S. Bened. carnibus abstinuisse, statuitur enim eo in Diplomate, ut in anniversario dicti Ottonis *Dominabus Conventualibus vinum, & salsi pisces darentur omni anno.*

Wocho Epiſc. Seccov. facit ſtatuta.

Wocho Episcopus Seccovienſis, annuente Præposito Christiano, & Capitulo Seccovienſi, nonnulla statuta ad conservandam sartam, tectamque pietatem condidit X. Kal. Sept. seu 23. Aug. ut v. Dipl. Seccov. 160.

Leopold. Abb. Oberb. Heunburg de Herm. & Conſ. Eliſ. de Görz.

Eodem hoc anno, teste Repertorio Austr. parte II. f. 276. *Elisabetha nata Comitissa de Görz* seu Goritiensis, *Leopoldo Abbati in Oberburg cavet pro marito suo Com. Hermanno de Heunburg* v. seriem Abb. Oberburg. Frœlich. Diplom. Styr. p. II. f. 283. de quibus pl. ad an. 1323.

Anno 1321.

ANNO 1321.

Indict. 4. Joann. XXII. Pap. VI. Ludov. Bav. Imp. VIII. Frider. Ducis Styr. XVI. Imp. VIII.

Friderici nostri inter armorum inducias ea præcipue cura fuit, ut belli vires omnes colligeret, æmulumque in pugnam proliceret, jam enim tot ignobilium velitationum pudebat, diuturni etiam ac umbratilis belli tædebat ignarum nempe adhuc, quam triste sibi otium ea dies, quæ bello finem, allatura esset; instaurare ergo vires, renovare fœdera cœpit hoc anno, exstat in Diplom. P. Frœlich part. I. f. 270. inter Diplom. Seccov. Canoniæ num. 161. Diploma, quo Carolus Hungariæ Rex mutuum fœdus cum Frider. pulchro Rom. Rege & fratribus ejus Leopoldo, Alberto, Ottone ac Henrico Austriæ Ducibus denuo instaurat, eo, ut arbitror, tenore, quo primum fœdus an. 1314. cum iisdem fecerat.

Frid. pulcher inſtaurat fœdus cum rege Hungariæ.

In Styria delectus militum. Walſee de Ulric. Capitan. Styr.

In Styria quoque nostra delectum militum factum fuisse, nullus hæreo, uti enim anno seq. patebit, Styri nostri, non modicum suorum delectum pugnæ Müldorfensi submiserunt, agente præcipue *Ulrico de Walsee* Capitaneo Styriæ nostræ.

AN-

ANNO 1322.

Anno 1322.

Indict. 5. Joann. XXII. P. VII. Ludov. Bav. Imp. IX. Frider. Duc. Styr. XVII. Imper. IX.

Herradis de Traunſtein & Braittenfurt Abbatiſſa Göſſenſis Ordine 15. hoc circiter tempore obiiſſe videtur, id certum ex Diplom. Göſſ. 8. Bertham jam an. 1325. præfuiſſe; Herradi Series Abbatiſſarum Göſſenſium elogium *matris pauperum* tribuit, ſucceſſit *Berta Puxerin de Prank*, de qua familia actum eſt annot. Diplom. 47. tom. I. errorem in ſerie Abbattſſarum Göſſ. interveniſſe, vel caute legenda cenſeo verba hæc: *Electa* 1338. *ſepulta ad S. Erbardum* punctum enim poſt numerum anni 1338. poſitum, eidem anteponendum erit, ita, ut legatur *electa* 1338 *ſepulta &c.* conſtat enim Bertham an. 1325. & 1338. certo præfuiſſe: unde poſt diem B. Vincentii Martyris ſeu 23. Jan. an. 1338. quo die Diploma Göſſ. 81. edidit, obierit. *Herradi Abb. Göſſ. Succ.* *Bertha Puxerin de Prank.*

Inter Styriæ noſtræ Dynaſtas recenſendi ſunt procul dubio Domini *de Rappach*, qui teſte Lazio lib. 6. de migr. gent. f. 213. *Styri haud procul a Rottenmann oppido, prædia habuerunt, qui in Auſtriam quoque tranſeuntes, ibidem Ebenfurtum oppidum in fidem acceperunt*, horum primus, quem refert Lazius, *Henricus Alberti II. Ducis Auſtriæ, quem contractum nominant, Præfectum Curiæ egit a nato Chriſto* 1322. Favoribus Eccell. ac Illuſtriſſimi DD. Sigiſmundi Friderici S. R. I. Comitis de Rindsmaul obtinui ex Bibliotheca Caſtri Pernek in Elſepau librum, MS. Familias Styriæ continentem, in quo ſequentia de hac Familia lego: Die von Rappach ſeynd auß dem Land Steyer in Oeſterreich kommen, der Siz Rappach ligt unter Strechau bey Rottenman, den haben jezt die Herrn Hoffmann, Ex quo proin libro, aliisque documentis genealogicis ſequentem formo horum Dynaſtarum geneſim. *Rappach de Styri.* *Henricus.* *Locus.*

Henricus I. mox memoratus an. 1322. † 1339. die 9. Kal. Febr. Uxor N. ex Necrol. minor. Viennæ Henr. I. & II. confundi videntur. *Genea.*

Udalricus Fl. 1350. † 1358. Sepultus in Monaſt. Min. Viennæ.	*Henricus II.* fl. 1350. Præf. Supr. Curiæ Rudolphi IV. Duc. Auſtr. Ux. Agnes N. Sepultus in Monaſt. Min. Viennæ v. Wurmbr. f. 16. cum Uxore Agnete.	*Udalricus.* *Henricus II.*

Henricus III. quem Lazius cum ſecundo confundit, floruit teſte Hübnero, & Bucellino an. 1364. Ux. *Catharina de Rottenman* † 1385. die 19. Kal. Febr. hujus, & Cath. Uxoris mentio fit in Necrol. Min. Viennæ Wurmbr. f. 17. *Henricus III.* *Ux. Cathar. de Rottenman.*

Henricus III.

Georgius I. Chriſtianus. Chriſtophorus I. & II.

Georgius I. Cælebs † teſte Lazio, & Bucel. Sepultus ibidem.

Chriſtianus Cælebs † teſte Bucel.

Chriſtophorus I. infantulus † teſte Bucel.

Chriſtophorus II. Uxor. 1. Euphemia de *Zinzendorf.* 2. Creſcentia de *Ternberg.* 3. Magdal. de *Polheim* ita Hüb. obiit hic anno 1393. die S. Andreæ teſt. Necrol. Min. Viennæ apud Wurmbr. cit.

Joannes I. Martinus. Chriſtophor. III.

Joannes I. An. 1409. 1440. Præfectus Arcis *Chlam* prope Schadwien teſte Lazio. Ux. *Eliſabetha Hetiſterin.*

Martinus Eq. Ux. N. de *Roſſau* Pilgrami Filia teſte Bucel.

Chriſtophorus III. Ux. Joanna de *Lonnitz.*

Apollonia. Georg. II. Magdalena.

Apollonia Mar. Jonn. *Strein de Schwarzenau*, teſte Hüb. & Bucel.

Georgius II. in Haſtiludio Viennæ palmam obtinuit teſte Lazio, & Cod. FF. Min. Viennæ † 1445. 8. Kal. Octobr. Wurmbr. f. 16. 17. Ux. Suſanna de *Rottal.*

Magdalena Cælebs mortua.

Joannes II. Chunegund. Chriſtoph. IV.

Joannes II. An. 1500. Uxor. teſte Bucel. Hübn. Magdal. de *Taufkirchen*, teſte lib. Bibl. Pernegg.

Chunegundes Abbatiſſa ad S. Claram Viennæ † 15. Decemb. Necrol. Min. Viennæ.

Chriſtophorus IV. fl. 1470. & 1495. Ux. Salome de *Barzivitſch.*

Magdal. de *Teiffenbach ad Mayrhofen* Vidua Thomæ de *Rottal.* Jun. ex quo 3. Filias genuit. obiit *Joannes* anno 1513. die 24. Novemb. Necrol. Min. Viennæ ab hoc Joanne genealogiam Rappachiorum inchoat liber MS. Biblioth. Pernegg.

Eliſabetham & Margaretham infra poſitas huic Filias tribuunt Hübnerus & Bucelinus.

Leopoldus. Joann. Chriſtoph. Eliſabetha. Margaretha

Leopoldus Juv. obiit. Item teſte Bucel. & Hübn.

Joann. Chriſtoph † 1551. Ux. Anna *Ternik aliis de Terniar* ex qua teſte libro Bernegg. 8. proles. ſed 3. ſolum nominantur cum hoc deſinit Lazius.

Eliſabetha Ux. Bern. *de Mainburch.*

Margaretha Uxor. Georg. de *Rotal* Præf. Prætorio Auſtriæ & Locumten. apud Maximil. Imp. & Baro de *Thalberg* exquibus proles.

Chriſtoph. V.

Chriſtoph. V. Juv. mort. ac teſte Bucel. N. Filia † Col.

Chriſtoph. VI. Ux. 1. Sophia de *Dorr.* 2. Anna Bar. de *Harrach* Leon. ex N. de *Windiſchgrätz* Filia.

Marcus Cælebs † & *Maximilianus* Cælebs † 1595.

Catharina Ux. Franc. B. de *Saurau in Ligiſt & Hornegg.*

Wolfgang. Theodor. & Richardus Cælibes †

Georgius Cælebs † & Barbara Cæl. †

Magdalena M. Hieron. *Beckh de Leopoldsdorf.*

Liber MS. Famil. Styr. ſupra cit. memorat quidem 8. proles, ſed 3. ſolum adducit, nempe *Chriſtophorum Marcum, & Catharinam;* Bucelinus & Hübnerus 8. adducunt, & nominant Marco om-

ommiſſo, & cum hoc Chriſtophoro, Marco, & Catharina deſinit dictus liber.

Chriſtophorus VI.

Ex 1. Toro.	*Ex 2. Toro.*		
Anna † obiit & *Suſanna* M. Paul Jacob de *Stabrenberg* hujus meminit Lib. Bibl. Pernegg † 1605.	*Joannes Chriſtoph.* & *Leonardus*, & *Joannes Joſephus*, & *Joann. Fridericus*, Cælibes †	*Chriſtophorus VII.* Ux. N. Filia Paridis de *Sondern-dorf*, & Maria *Braunin.* hunc ejusque Fratres ac Sorores jam inter Barones refert Bucel.	*Martinus* & *Tiboldus* Cæl. †

Anna.
Suſanna.
Joann. Chriſt.
Leonardus.
Joann. Joſ.
Joann. Frider.
Chriſtoph. VII.
Martinus II.
Tiboldus.

Barbara & *Anna Maria* & *Maria* & *Margaretha.*	*Felicitas* Mar. Wilh. *Seman* de *Mangern.*	*Anna Suſanna* & *Helena Regina* & *Maria Jacobæa.*

Barbara.
Anna Maria.
Maria.
Margaretha.
Felicitas.
Anna Suſanna.
Helena Regin.
Maria Jacobæa

Chriſtophorus VII.

Carolus Ferdinandus teſte Hübner. primus Baro N. 1620. † 1664. Ux. 1. Eleon. de *Preiner* C. Filia Joann. † 1652. 2. Maria Thereſ. C. de *Brandis.*	*Maria Margaritha* † 1705 1. Maji. M. Joannes Franc. C. *de Trautſon* 1642.

Carol. Ferdin.
Maria Marg.

Ex 1. Toro.

Carol. Erneſt. Nat. 1649. 3. Martii Cæſar. Bellidux & Marſchallus † 1719. die 19. Jul. Ux. 1. Suſ. Maximil. C. *de Gilleis* 1683. 2. Maria Suſ. B. de *Görſtorf.* 1686. † 1711. 28. Martii.

Ex 2. Toro.

Chriſtoph Ferdinandus † Nat. 1710. Ux. Mariana Com. de *Khevenhüller.*

Franciſcus *Maximilian.* Equi lapſu necatus.

Carol. Erneſt.
Chriſtoph. Ferd.
Franc. Maxim.
Joan. Wilhel.
Maria Suſan.
Maria Anna.
Maria Thereſ.

Joannes *Wilhelmus* † miles & Centurio.	Maria *Suſana* Mar. N. B. de *Houchin* Præf. Gen. Rei Torment.	Maria *Anna* † 1721. M. Gundac. Com. de *Stahrenberg.*	Maria *Thereſia* Mar. Franc. Car. Princeps de *Auerſperg.* 1685. Vidua an. 1713. dein Cæſareæ Aulæ Supr. Præfect.

Hos tres primos ſolum retulit Bucelinus, reliqui ejus tempore nondum nati videntur.

Chriſtoph Ferdinand.

Carolus Adolphus N. 1688. Camerar. Cæſ. ab an. 1706. Ux. Aloyſia Antonia Princ. de *Lamberg* Vidua Hannib. Joſ. Com. de *Enkevoirt.*	Jacobus *Erneſtus* † in Hungaria anno 1716. 5. Maj.	Maria *Carolina* Mar. N. Princeps de *Caſerta.*	*Thereſia* Mar. Sigiſm. de *Tſchirnhaus.*

Carol. Adolph.
Jacob. Erneſt.
Maria Carolin.
Thereſia.

Ferdinand. Joſeph. Natus 1722. 27. Febr.	*Maria Anna* N. 1723. 21. Julii.	ita Hübnerus deſinit.

Ferd. Joſeph.
Maria Anna.

Gens tamen hæc illuſtriſſima Styriæ noſtræ, jam hoc ſæculo ex Styria in Auſtriam commigraſſe, ibique domicilium obtinuiſſe videtur,

tum ob munia in Auſtria geſta, tum ob ſepulturam in eadem, hoc etiam ſæculo apud minores Viennæ electam, *Chriſtophorus IV.* a me ſupra relatus ſæculi 15. fine in Styria Caſtrum *Volkenſtein*, in valle Anaſina, in Auſtria vero caſtra *Schovechat*, *Achau*, *Erdperg*, & *Symoning* teſte Lazio poſſedit: floret hodiedum inter Auſtriacos ſpectatiſſima hæc familia.

Chriſtoph. IV.

Volkenſtein Caſtrum.

Voravii ret.

Antequam fatalem Friderico noſtro pugnam referam, res reliquas hujus anni expedio: Voravii *Ortolphus Præpoſitus comparavit 6. areas & duos manſus ſub monte Maiſenberg ſitos, pro 50. libris denariorum una cum advocatia ab Haimrico jun. de Krumpach*, qui, quoniam fratrem inter Canonicos Voravii Udalricum nomine habuit, eo facilius in petitiones Voravienſium conſenſit.

Krumbach de Henr. jun.

Friderici Imp. in Admont. malum præliі omen audit.

Fridericus denique Princeps ac Imperator noſter, clam communicato cum Leopoldo fratre conſilio, Bavariam ex Auſtria, uti ex ſuevia Leopoldus aggredi conſtituebat; antequam Bavariam adiret, qua neſcio? de cauſa, forſitan luſtrandæ Styriæ, ex eaque abducendi delecti militis cauſa, provinciam noſtram pertranſiens in Admontenſe Monaſterium venit, Anonymus Leobienſis Fridericum ex Hungaria, exercitum per Styriam ſuperiorem deduxiſſe opinatur; in Monaſterio dicto, cum moraretur *Abbas Engelbertus vir magnæ litteraturæ locutus eſt, quod Regi Friderico expeditio non eſſet utilis, & in proſperum nullatenus proveniret - - - Magiſter etiam Bartholomæus, Veronenſis civitatis indigena, in curiis Principum aſſuefactus, vir in Aſtronomicis, & naturalibus expeditus, quod Rex Fridericus ſemper videretur in cauda Leonis, & quod non proficeret, aſſerebat, ſed Fridericus fata contemnens, omnia Deo Committens Babariam ingreditur cum Hainrico fratre & Friderico Præſule Salisburgenſi &c. nam ejusmodi prædictiones*, ut ait Gerardus Roo, *uti plerumque vanæ, ita vix, niſi poſt rei eventum, aliquid fidei nanciſci* poſſe videbantur Friderico; eadem referunt Aventinus, & Megiſerus.

Socii Frider. Imp.

Erant Friderico noſtro armorum ſocii, Fridericus Archiepiſcop. Salisb. qui mille equites, & inter hos 93. equeſtri dignitate conſpicuos ſubmiſerat, his ſua agmina Albertus Patavinus, Friſingenſis, Gurcenſis, Laventinus aliique junxere, Henricus quoque frater, quos nuper integros in expeditione Italica ſervaverat, ſociavit, Carolus Rex Hungariæ bis mille ducentos equites, 4000. Sagittarios cumanos ſubmiſit, præter eos, qui cum Leopoldo fratre ex Ergovia & Hercynia ſylva conſcripti exſpectabantur.

Et Ludovic. Bavar.

Viciſſim Ludovicus Bavarus, Bohemum, Moguntinum, Trevirenſem, Burggravium Norimberg. omnesque, in quot diviſa erat Bavaria, agnatos regulos, Comites Oetinganos, Hennebergicos, Schlüſſelbergicos, Hohenlojos, Montfortios, veteres armorum Socios ſibi attrahens, ingentem conflavit exercitum, numeratis ex hæreditariis ſolum provinciis 18. millibus peditum, equitum vero 5600. Monachio 21. Sept. abeuntem Ludovicum 30. peditum, & equitum mille & ſexcenti ſequebantur, ipſe vero velut ad mortem iturus, ante profectionem ultimam voluntatem tabulis conſignavit.

Conſtitutis ſic ambobus in Bavaria Auguſtis, Bavaria omnis infeſtis ſignis eſt percurſata, nullum erat malorum genus, quo effe-

ratus

ratus miles hoſticum non divexaret, cædibus, rapinis, incendiis tota regio exhauſta, ut adeo doloris impatiens Ludovicus, quodcunque demum fata ferrent, decernendum ſtatueret. *Bavaria vaſtatur.*

Abſentia Leopoldi fratris maximo ſtimulo Ludovico, damno vero Principi noſtro fuit, Leopoldus enim in evertendis Guilielmi Montfortii, qui pro Ludovico pugnabat caſtris, tempus terens, ſerius prælio jam depugnato venit; nuntios, quos Fridericus fratri miſit, ut auxilia maturaret, Ludovicus intercepit, indeque manus ſibi conſerendas eſſe tuto concluſit. *Leopoldus moratur Fridericum.*

Itaque Ludovicus importune hoſtem provocare, perpetuis incurſionibus laceſſere, arma, aciem oſtentare incepit, probegnarus Fridericum ſuapte ingenio fervidum, his ſtimulis ſuccubiturum: nec ſua Bavarum opinio fefellit, obteſtabantur Fridericum Duces uno ore omnes, *Ulricus de Waldſee Styriæ Capitaneus*, ejusque frater Henricus, ne in manifeſtum diſcrimen, florentiſſimas copias, ſe coronamque, conjiceret, unius Diei itinere duntaxat Leopoldum abeſſe, rogant, inſtant, obſecrant: tum quæ Engelbertus Abbas per Admontium iter agentibus de infelici pugnæ eventu, quæ Bartholomæus Veronenſis præſagierit, oggerunt. *Ludovicus prælium offert.* *Waldſee de Ulric. prælium diſſuadet.*

Friderici indoles famæ, & nominis ſtudioſior monita evertit, præſagia, ſeu delirantis cerebri deliria riſit, ignominioſum videbatur, nunc tergiverſari, pugnam itaque in quartum ante Kal. Octob. diem edicit; aliud infelicis eventus omen Leobienſis ſupra relatus narrat, conſuevuiſſe nimirum Fridericum noſtrum, annulum in manu ferre, qui ex auro e magis Chriſto oblato, ſæpiusque proavo ſecutæ victoriæ indicium læto ſplendore fuiſſe credebatur; at, cum ejus diei mane, quo prælio dimicandum erat, operante ad aras myſta, cum aliis SS. Reliquiis aræ imponeretur, triſti pallore præter morem ſuffuſum nil lucis reverberaſſe, quidam diſparuiſſe volunt; ſed hæc an non piæ plebis terriculis, annumeranda ſint? lectori diſpiciendum relinquo. *Sed fruſtra.* *Omen malum Frid. ex annulo.*

Acies itaque, ad Mülldorf inſtructa eſt, cujus frontem *Styri noſtri* velut hoſtis impetum facillime propulſaturi, cum Salisburgenſibus formare jubebantur, Ducem Henricum Fratrem Friderici, aliosque clariſſimos patriæ noſtræ heroes adjunctos habebant; Auſtriæ ſignum eis prætulit *Dietmarus de Pilichdorf* equitum tribunus: mox *Udalricus de Waldſee* Capitaneus noſter ungarorum cohortes ducebat, Fridericus ipſe Auſtriacis & Carinthis imperabat, Geroldzekio cum Aquila conſequi juſſo. *Auſtr. aciei ordo.* *Styri in fronte.* *Waldſee de Hung. ductor.*

Ludovicus ex adverſo, poſitis regni inſignibus, vilem gregarii thoracem indutus, in Sigefridum Schweppermannum, ſpectatæ virtutis tribunum armorum imperio translato, Bavaros regebat ſolo imperii vexillo ſibi prælato agnoſcendus, *Alberto Rindsmaulio*, qui eo tempore teſte Aventino *præſes Neoſtadii* in Bavaria erat, & *Conrado Beybrunio* claris militiæ Ducibus, levis armaturæ turbas attribuit, diſerte mandans unice Fridericum veſtigarent, vivumque, ſi fieri poſſet, ſibi adducerent, Burggravius Norimbergenſis cum 500. equitum cohorte in ſubſidiis diſpoſitus eſt. *Bavar. aciei ordo.* *Rindsmaul de Albert.*

Pugnæ initium Postquam ambo Imperatores, suos ad prælii fervorem sunt cohortati, Joannes Rex Bohemiæ, cum genero Ludovico Bavaro, gentis quisque suæ ductor primi in hostem provolarunt, quo viso Henricus quoque Austriacus *Styros* & Salisburgenses in pugnam adducit, æquato morte, cum aliquantum certaretur, Austriaci sub Friderico in Bohemos, & Bavaros irruunt, qui triplici hoste se cinctos ubi vident, in fugam abeunt, fusi primum magna clade Bohemi, Rex ipse suffosso equo in terram dejectus, ægre alteri insedit, 500. abjectis armis vitam deprecantur.

A Styris.

Bavari vincuntur.

Colliguntur a Schweppermano. Rebus Bavarorum prope desperatis Schweppermanus saluti fuit, Norimbergicum cum copiis adhuc integris, in Hungarorum latus obliquum immittit, ipse vero qua parte asperrima belli procella cum Bohemis erat, cum Bavarorum robore invectus, Bohemis respirandi, & se colligendi spatium fecit, mox aciem convertit ita, ut adversum deinceps solem, pulveremque a reflante vento sublatum plenis oculis, & ore haurire deberent hostes, ex parte altera fraus sua Norimbergico feliciter cessit, is pro Bavaris signa Austriaca assumens amicumque mentitus, nostris non ægre persuasit, Leopldum cum suis adventare; unde sine noxa incessit sub latera pugnantium, simulque intra viscera aciei receptus ferrum expedivit: tum enim vero fortuna Fridericum reliquit; etenim se delusos, simulque illapsu radiorum & pulveribus cæcos videntes Austriaci, Hungarorum primo fugientium exempla secuti, undique diffugiunt, Fridericum cum fratre Henrico & Nobilibus in campo relinquunt, velut integris adhuc rebus depugnantes, qui cum paucis suotum, validum ruentium copiarum impetum sustinuit, donec suffosso equo lassus virium, se dedere cogeretur, Henrico fratre jam antea cum *Dietmaro de Pilichdorf* ab hostibus abducto.

Vincuntur Austriaci.

Frideric. & Henr. Fr. Austr. capti.

Ab Alberto de Rindsmaul. Fridericus noster, a quo captus fuerit? non conveniunt authores, plures tamen eam gloriam *Alberto Rindsmaulio* Bavaro, præ *Eberhardo Morbachio* Francone tribuunt, Chronica Austriaca, Mellic. Salisburgense, Zwetlense, Clausstroneob. Poltrami Conf. Viennense Leobiense &c. solum captum 4. *Kal. Octobr. in Vigilia S. Michaelis in pratis Empfingen pro Müldorf* Fridericum docent, Aventinus tamen Fuggerus, Megiserus, Prevenhueberus, Author Chron. MS. Styriæ *Alberto Rindsmaulio* gloriam eam attribuunt, Alberto Argentinensi & Carione Eberhardum Mosbachium Friderici detentorem afferentibus; narrat præterea Fuggerus, litem de capto Imperatore altero die inter Proceres agitatam fuisse, & quoniam Fridericus, cui gladium tradidisset, interrogatus fuisset, clypeos singulorum exhiberi sibi postulavit, conspectoque bubali capite, annuloque in nares inserto (quod hodiedum illustrissimæ Prosapiæ Rindsmauliæ insigne est) velut per ludibrium reposuit, en! hujus vaccæ faucibus me eripere nequaquam laboravi; iconem rei hujus testem ipsemet vidi in arce Pernegg. illustrissimæ Familiæ Rindsmaul. propria.

Frider. cum 2. DD. de Walsee in captivitem ducitur. Captum Fridericum ad se adductum, humaniter alloquitur Ludovicus, de ejusque aspectu sibi plurimum est gratulatus, ille vero æmulo, ne quidquam responsi dare dignabatur, adhuc inter vincula ferox, regiis dein ornamentis exutus, Dornbergam cum duobus

Wald-

Waldſeiis aliisque Auſtriacæ & Styriacæ nobilitatis Viris deducitur, altero die Oetingam, tandem in ſuperioris Palatinatus arcem Trauſnitium.

Locus pugnæ inter Müldorf, & Dornſperg prope vicum Amphingen ſitu dein *Vehvviſen* appellatus eſt, equites quinque mille deſiderati, præter pedites, Præſules in æſtu certaminis, ſuadente Friderico Müldorfium ſe recepere, capti ſunt de nobilibus Auſtriæ & Styriæ 1600. vel ut alii 1160. ſeu 1200. *Locus pugnæ.* *Capti.*

Inter captos Styriæ noſtræ Proceres, *Udalricum de Waldſee Capit. Styriæ*, fratremque ejus *Henricum*, numerat Author MS. Chron. Styriæ etiam ſequentes, duo Domini de *Stubenberg*. unus de *Saurau*, de *Lamberg*, de *Ungnad*, Ulricus & Bernardus, de *Thonbauſen*, de *Pernegg*, *Conradus*, & *Bertholdus Comes* de *Dieſſen*, Meinhardus *Comes de Ortenburg*, *Otto de Herberſtein*, *Henr. de Silberberg*, *Hector de Trautmanſtorf* ejus Familæ tum phœnix unicus, ex qua illuſtriſſima Familia teſtante eodem Chron. MS. Styr. ex privilegiis gentilitiis Trautmanſtorfianæ Familiæ, viginti unus, dum Norimbergicus aſtu noſtros in prælii æſtu deciperet, cæſi fuerunt. *Trautmanſtorf. acta.*

Henricus Friderici noſtri frater, cum Pilchdorfio captus, a Joanne Rege in Burgleiſium Bohemiæ caſtrum abductus eſt. *Henric. Auſtr. captivitas.*

Patrata victoria captivorum cauſa agitari cæpit, advolabant paſſim ab amicis, Principibus, agnatis legati libertatem variis pactis ſtipulaturi, Proceres abire permiſſi, ſi modo dictata die ſe redituros jurarent, Salisburgenſi (quorum nomina refert Author germ. ſacr. tom. II. f. 448.) ſuorum libertas toto fere ærario conſtitit, ſed Auſtriaci ſe hac Præſulis humanitate vinci non ſunt paſſi, damnaque penſarunt datis *Altenhofio* (alii ponunt *Arnfels*) *Loſſendalio*, *Lavanto*, *Novoforo*, eo uſque conceſſis, dum certa pecuniæ ſumma redimerentur, quæ demum a Friderico pacifico exſoluta eſt. *Proceres liberati.*

Atque hoc eſt infelix prælium, quod terras noſtras ad tempus longius, ſuo capite ſpoliavit, quodque exparte ſibi ipſe accivit Fridericus, eo quod contra monita precesque ſuorum, non exſpectato Leopoldo, prælium hoc fervidius exorſus fuerit; ita belli hujus circumſtantias referunt Chron. patria, Megiſerus, Aventinus aliique.

Pro Corondie anni hujus genealogiam illuſtriſſimæ Familiæ de Rindsmaul e Bavaria dein in Styriam noſtram delatæ referre volebam, ſed, ne lectorem hic longius morer, eandem cum notis ſuis inter diplomata mea num. 200. adducam.

ANNO 1323. *An. 1323.*

Indict. 6. Joann. XXII. Pap. VIII. Ludov. Bav. Imp. X. Irider. Ducis Styr. XVIII. Imp. X.

Dux *Henricus*, frater Friderici Imp. ac Ducis noſtri, teſte Chronico Clauſtroneob. *Qui captivus fuit Regis Bohemiæ, Conſilio Karoli Regis Ungariæ, liber dimittitur, cum omnibus nobilibus Auſtriæ, qui ſecum capti fuerant, ſed ob hoc civitas Znoyma, & Choſtel, & Luczeburch a Ducibus Auſtriæ,* *Henr. D. Auſtr. liberatur.*

Quibus condit. *ſtriæ, quorum pignora fuerunt, Regi Bohemiæ reſtituta ſunt, ſuper hæc omnia, civitas La & caſtrum Weitra eidem Regi Bohemiæ pro 9. millibus marcarum obligata ſunt:* Chron. Mellic reſtitutas ait Znoymam & Gonſtell civitates Moraviæ, Weitram vero & Laa civitates Auſtriæ pro 8. mill. marcarum argenti obligatas: anonymus Leob. conditiones has libertatis proponit: ut *Duces Auſtriæ redderent munitiones, & oppida ad Regnum Bohemicum ſpectantia, ab olim Ducibus Auſtriæ obligata, inſuper & inſtrumenta illa, quæ Rex Albertus dicitur extorſiſſe a Bohemis, ut nullum ſibi niſi de linea ſui germinis, in ſuæ terræ & Regni Principem acceptarent;* erravit itaque Balbinus docens Henricum triennio carcere detentum ſcribens.

Joann. Bohem. Regis pacta cum Fratr. Auſtriac. Joannes Bohemiæ Rex viciſſim pacta, cum Ducibus Auſtriæ nova iniit, nam, ut habet Diploma Seccov. num. 162. ſequentis tenoris concordiam firmavit: *Joannes D. G. Bohemiæ, & Poloniæ Rex, ac Lucemburgi Comes, ad univerſorum notitiam volumus pervenire, quod inter nos, & illuſtres Principes, Albertum, Henricum & Ottonem fratres, Duces Auſtriæ talis ordinatio & compoſitio intervenit, quod pendente, & durante diſcordia, inter ſereniſſimum Ludovicum Regem Rom. de ſingulis alienis terris: cum ducentis galeatis hominibus adjuvare tantummodo poſſumus, & debemus, de regno vero noſtro Bohemiæ, & terra Moraviæ nullum eidem penitus auxilium faciemus &c. Datum in Gödig, Anno Dom.* milleſ. trecent. viceſ. *tertio XIV. Kal. Octob.*

Fride. Imp. captus detinetur. Ludovicus interim Imperator, lupum auribus, ut ajunt, ſe tenere ratus, de dimittendo Friderico audire nil voluit, e contra Dux Leopoldus intentatum nil reliquit, quo captivum redimeret fratrem; paucis ille Leucis, die commiſſi prælii a loco pugnæ cum 1500. aberat, nuncios a Fratre exſpectans, quibus a Ludovico interceptis, cum fratrem captum intellexiſſet, vix ſibi a lacrimis temperavit. Seditque alte adeo cordi dolor, ut, quoad viveret, nullum ſolatium admiſiſſe, nullum lætitiæ, ſignum edidiſſe feratur: triſtitia hæc ad exacuendam iram & affligendum Ludovicum eum ſtimulavit, reducto ob paucitatem, & dubiam ſuorum fidem Baſileam milite, Ludovicum primum precibus, muneribus, pecuniis, ampliſſimis conditionibus tentare aggreditur, Regem Galliæ, Pontificem, aliosque Principes deprecatores adhibet, imperii inſignia licet ægre Ludovico transmittit, Acheronta etiam moviſſe & magicis artibus fratrem liberare voluiſſe fabula eſt pernicioſa, Alberti Argentinenſis, major autem calumnia Arenpekii ſcriptoris Bavari, qui Eliſabethæ Friderici conjugi eas incantationes attribuit, cum tamen ex anonymo Leob. ad an. 1324. conſtet, *Eliſabetham conſortem Friderici, filiam Regis Aragoniæ, peregrinationes, jejunia, caſtigationes adeo ſibi graves aſſumpſiſſe, ut nimius fletus viſum ſibi ademerit.*

Leopold. Auſtr. aggreditur Bavarum. Leopoldus poſthac ſpem omnem liberandi fratris Friderici, in armis repoſuit, ubique Ludovicum inſectatus, quidquid hic, vel de æterno carcere macerando vel ferro amputando fratre Friderico jactaret; momentum maximum Leopoldi partibus attulit, manifeſta Joannis Papæ a Ludovico abalienatio, gliſcensque diu diſcordia, quæ anno hoc demum in publicum erupit, vitio datum Ludovico, quod Gibellinam factionem auxiliis fulciret, Galeatium Vicecomitem Mediola-

piolanenſem Ducem dederit, jus in Eccleſias, & Imperium invito Pontifice uſurpaverit, hæc cum Avenione coram Papa diluere juberetur, venire dein detrectaret, excommunicatus & Imperii ſolio indignus eſt declaratus, Leopoldo ejus ſententiæ tuendæ cura a Pontifice demandata. *Ludovic. Imp. excommunicatur.*

Ludovicus itaque hoſtes etiam ſuos propulſare decrevit, Salisburgenſem Auſtriacis devotum Imperii hoſtem declaravit, militem denique Leopoldi conatibus reſtiturum conduxit, quamvis modico fructu, ut an. ſeq. dicetur.

Inter captivos cum Henrico Ducc Auſtriæ dimiſſos fuerat etiam *Ulricus de Waldſee* Capitaneus Styriæ, cum enim 24. Aprilis hujus anni D. Henricus Comes Goritienſis teſte Juliano in Chron., Terviſii ſubitanea morte obiret, ejusque loco dein Beatrix vidua Henrici cum filio ſuo anniculo regnaret, Dux Carinthiæ & Otto Dux Auſtriæ Forojulii provinciam occuparunt, nam, ut habent Cartuſii apud de Rubeis cap. 85. citati *Dux Carinthiæ cum Ottone Duce Auſtriæ, Ulrico de Waldſee, & multis nobilibus Alemanniæ invaſit Forumjulii, & circa Pordenon poſuit caſtra ſua: ejus Gualdana in paucis diebus Forumjulii devaſtavit*, nomine Gualdonæ ſeu *Waldanæ* teſte de Rubeis, acies intelligitur, vel equitatus & manipulus militum; liber itaque jam fuit, ſuoque denuo munere functus eſt *Ulricus Walſejus Prætor noſter.* *Waldſee de Ulric. Capitan. Styr. occupat. Forumjulii.* *Gualdona ſeu Waldana.*

Henricum Ducem Carinthiæ jus ſibi in Comitatum Goritiæ, & Tyrolis a Mainhardo patre profectum cenſuiſſe, demonſtrat titulus Dipl. Göſſ. 79. in quo ſubditos Göſſ. liberans ab omni vectura, præterquam ad ædificia, & obſequia Principis præſtanda, eo titulo utitur, *Nos Hainricus D. G. Bohemiæ, & Poloniæ Rex, Carinthiæ Dux, Tyrol. & Goric. Comes.* Eundem titulum Ludovicus Bavarus Cæſar. an. 1330. Henrico dederat.

Celejæ oppidum (nondum enim muris cinctum, urbis vetera jura receperat) una cum arce & nobilibus in oppido habitantibus, hypothecæ titulo *Conrado de Aufenſtain* obligaverant, *Eliſabeth- Comitiſſa de Heunburg, Udalricus Comes de Pfanberg* Margatethæ Heunburg: maritus vel filius, Dominica ante purificationem, uti ex documento Tabularii Græcenſis ladula 44. num. 54. Puſchius excerpſit: hæc oppignoratio ab iis, facta eſt titulo hæreditatis Heunburgicæ, erat enim ager celejanus ſaltem majore ex parte Heunburgiorum, ut colligitur ex Charta quadam repertorii Auſtr. part. 3. f. 1005. qua *Ulricus Comes de Heunburg*, & *Agnes ejus Uxor* cedunt quædam jura ſua ad varios fundos (præter poſſeſſiones ad Cilii) Alberto Duci Auſtriæ an. 1272. ex quibus dein conficitur, poſſeſſiones has fuiſſe Heunburgiorum. *Celeja oppignoratur Conr. de Aufenſtain.* *Antea erat Heunburgiorum.*

Dum Celejæ veteris mentio occurrit, quædam monumenta vetera adduco, mihi primum ſubmiſſa, ſunt vero. *Docum. vet. Celejæ.*

5. *Iſtæ columnæ ſimul cum inſcriptionibus & aliæ 4. quarum litteræ intelligibiles non ſunt an. 1725. dum viæ repararentur in Comitatu Celejenſi, inventæ ſunt.*

IMP. NERVA. TRAIANVS. CÆS. AVG. GER. PONT. MAX. TRIB. POT. PP. COS. III.

VI.

Altitudo pedum 4. & Digit. 4. latitudo 1. ped. & 5. digit.

IMP. CÆSAR. DIVI TRAIANI. PARTHICI. DIVI. NERVÆ. NERO TRAIANVS. HADRIANVS. AVG. PONTIFEX. MAX. TRIB. POT. XVI. COS. III. PP. PROCOS.

VI.

Altit. 6. ped. & 4. digit. latitudo 1¼ ped.

IMP. CÆS. SEPT. SEVERUS. PIVS. PERT. AUG. ARAB. ADIAB. PART. MAX. TRIB. POT. VIII. IMP. XII. PP. COS. PROCOS. TE IMP. CÆS. MAR. AVR. ANTONINUS. PIVS. FELIX. AUG. PART. MAXIM. BRIT. MAX. GERM. MAX. PONT. MAX. TRIB. POT. XII. IMPER. III. COS. IIII. PP. PROCOS. MILLIARIA. VETUSTATE. CONLAPSA. RESTITUI. JUSSERUNT.

VI.

Altit. 6. ped. & 1. dig. latit. 1. ped. & 5. dig.

IMP. CÆS. T. ÆLIVS. HADRIANUS ANTONINUS. AVG. PIVS PP. PONTIFEX. MAXIMUS. TRIB. POTEST. IMP. II. COS. III.

VI.

Altit. 6. ped. & 2. digit. latitudo 1. ped. & 6. Digit.

IMP. CÆS. M. OPELIVS. SEVERUS MACRINVS. PIVS FELIX. AUG. PONTIF. MAX. TRIB. POT. II. PP. COS. PROCONSUL. E. M. OPELIVS. ANTONINUS. DIADUMENUS. NOBILLISSIMUS CÆS. PRINCEPS. JUVENTUTIS. PROVIDES. CLXIIII. SSVISSIMI AUG. FECERVNT.

VI.

Altit. 5. ped. 9. digit. latit. 1. ped. 3. digit.

Hæc ex documentis Pl. Rev. Clarissimi D. Antonii Josephi Marcellini Simbinellii Can. Reg. Lat. Brodecani, ac Parochi Rotenmanensis SS. Theologiæ Doctoris qui præterea duo Chronica Celejense & Petovienſe, aliaque MSS. varia communicavit.

Christian. Præp. Seccov. Christianus Præpos. Cathedralis Seccovienſis apoplexia tactus, sicque ad Ecclesiam B. V. in Prank fuit deportatus, ne vero Collegium Seccov. capite careret, constituit Wocho Episcopus Seccov. 2. Idus seu 22. Junii hujus anni, ut administrator interea a capitulo eligeretur, v. Dipl. Seccov. 163.

Albero Abbat. Run. † Succ. Hugo Abb. 14. Alberoni dicto Zebinger Abbati Runæ 13. successit hoc anno *Hugo Reindenegg Abbas XIX. legitime institutus* ut ait series Abbat. Runens. *laudabiliter, & utiliter præfuit, postquam bona non exigua Monasterio procuraverat, nono anno sponte resignavit.* Obiit Albero 13. *Kal. Sept.* seu 20. Aug. teste Necrol. Runensi.

De

Engelberti Ab. Admont. ref.

De Engelberto Abbate celeberrimo Admont. refert anonymus Leobienſis ſ. 921. *Hic vir acuti ingenii de regimine Principum ad Juvenes Duces ſcripſit, ac inter alia de Daniele & Apocalypſi ſumpta materia, de Antichriſto ſuperlucide diſputavit, hic a duobus ſuis Monachis, quodam Laico Camerario agente, ad Dominum Salzburgenſem defertur, & quod eſſet in Monaſterii cauſis inutilis, accuſatur:* (Ita nempe jam tunc viris litteratis objectum, quod œconomiæ gerendæ inepti viderentur) *quadam nocte præfatus Laicus ſe vidit ſtantem in littore ſtagni juxta Monaſterium poſiti, cum duobus Monachis ſupradictis, & B. Blaſium, qui ibidem Patronus eſt, concito remigio undas perſulcando venientem duosque ipſos Monachos ſublatos, & Laicum tractum, ad alta ſtagni per colles horribiles ſpumantis pariter evectos, indignanti animo demerſiſſe exprobrantem eis mendacium & perfidiam contra ſuum miniſtrum, & fidum Paſtorem Eccleſiæ fabricaſſe. Camerarius mane facto, plenus timore mortis, tremens Abbatis pedibus provolutus, petens gratiam, cuncta, quæ viderat patefecit, vade inquit, diſpone domui tuæ, quia B. Blaſius veſtrum facinus, & meam injuriam diſponit ſic ulciſci.* Rem hanc documenta domeſtica Admontenſium edita (hactenus enim alia impetrare non potui) prætereunt.

Vorav. ref. Krumbach de Henr. jun.

Voravii *Ortolphus Præpoſitus* 15. *comparavit curiam apud S. Jacobum ſolventem annuatim mediam libram denariorum cum cæteris attinentiis ab Henrico juniore de Krumbach*, ita Chron. MS. Vorav.

Græcii & Muræponti damna a tonitruis.

Hoc anno inquit anonymus Leobienſis *in ſecunda veſpera Nativitatis S. Mariæ a clara die per totam integram noctem coruſcationes inconſuetæ apparuerunt, & tonitrua horribilia inſonuerunt, ex his Eccleſia circa Pruke eſt ſciſſa: & turris media in caſtro Graz a fulgure eſt cremata.*

ANNO 1324.

Anno 1324.

Indict. 7. Joann. XXII. Pap. IX. Ludov. Bav. Imper. XI. Frider. Ducis Styr. XIX. Imp. XI.

Leopold. Auſt. fugat Ludov. Imper.

Leopoldus frater Ducis ac Imperatoris noſtri Friderici, prælio decernere avidus, Ludovico hoc anno Burgaviam obſidenti diem dicit, ſed antequam cum Alberto fratre accederet, Ludovicus obſidione deſerta poſt conſumptos fruſtra 4. menſium labores receſſit, unde Chron. Mellic. *Dux Auſtriæ Liupoldus, Ludovicum Ducem, qui caſtrum Burgau potenter obſederat per plures menſes, manu valida profugavit.*

Catbar. Duc. Calabriæ †.

Eodem *hoc anno* teſte anonymo Leob. *Moritur Duciſſa Kalabriæ in die B. Matbiæ Apoſtoli, ſoror Ducum Auſtriæ & in Neapolim tumulatur;* erat hæc Catharina, Henrico VII. Imper. an. fæculi 12. deſponſata, eoque anno altero ante nuptias mortuo, Caroli Calabriæ Ducis toro conceſſa.

Titmaning oppidum captum.

Fridericus Salisburgenſis, Auſtriacis addictiſſimus, dum hoc anno ubique excommunicatoriam in Ludov. Bavarum ſententiam promulgari curat, inde *in octava aſſumptionis B. V. M. hoc eſt XI. Kal. Septembris*, teſte Chron. Salisburg. *Oppidum in Titmaning traditum & venditum ac ammiſſum eſt per dolum & fraudem eorum, qui fuerant in caſtro & oppido, & illi Principales traditores fuerunt ſervitores Eccleſiæ Salzburgenſis:*

fis: tamen ad ordinationem Domini Ludovici Ducis Bavariæ ſuperioris, qui electus fuerat in Romanorum Regem, & reprobatus per Papam Joannem XXII. demeritis ſuis exigentibus, hæc traditio fuit ordinata, & proſcripſit D. F. de Leybenz Archiepiſcopum Salisburgenſem, & in illa proſcriptione tanquam fraudem de amiſſione prædictorum procuravit.

Philibertus Hueber in Auſtria ex Archivo Mellic. illuſtrata refert Diploma quoddam, Wochoni Epiſcopo datum, quod ille male anno 1326. cum Frœlichio part. I. Diplom. Styriæ fol. 376. affigit, cum annus ſubſcriptus Pontificatus Joannis XXII. nonus, non an. 1326. ſed 1324. competat, præterea etiam Chronicon Mellicenſe contradicit mox adducendum.

Wocho Epiſc. Seccov. Mellic. conſeceat.

Porro in hoc Diplomate Wochoni Epiſc. Seccov. & Præpoſito Clauſtroneoburg. a Papa imponitur, ut in Ottocari Mellic. Abbatis electionem inquirant, ſi rite factam cognoverint, confirment, Epiſcopus dein eidem Abbati benedictionem impertiat; Electus porro fuerat, Ottocarus antea Monaſterii Camerarius per viam compromiſſi in *M. Ulricum Plebanum S. Georgii in Adriaco* penes Fraunleiten oppidum Styriæ, *Diœceſis Salisburgenſis.*

Ulricus Pleb. in Adriach.

Concordat anno huic exacte Chronicon Mellicenſe, quod de hac electione, & Benedictione Ottocari Abbatis ita loquitur: *Abbas Ulricus Monaſterii Mellicenſis Fel. recordationis, qui Eccleſiam noſtram in plerisque bonis ſublimavit, obiit: & Otokerus pro eo canonice ſubrogatur in die omnium Sanctorum, & ab Epiſcopo Seccovienſi delegato, ad hoc a ſede Apoſtolica in Dominica proxima poſt aſcenſionem Domini, benedictionis, & conſecrationis manus accepit in Greza civitate.*

Epiſcopus hic erat Wocho non Henricus, ut male Catalogus Epiſc. Seccov. in Græcio topogr. deſcripto, nam Henricus III. Wochoni an. 1334. primum ſucceſſit.

Nicolao I. Præpoſ. Stanz. ſucc. Nicol. II.

Nicolao I. Polans Præpoſito 7. in Stanz 14. Maji defuncto ſuc. Nicolaus II. Hekelmanius, ut habent docum. Commun. Stanz.

Vorav. res.

Ortolphus Præpoſitus Vorav. *una cum conventu petierunt advocatum revocabilem, atque petitum ſuper bona in Heinfeld, videlicet Stephanum a Hochenberg a Ducibus Auſtriæ Alberto, Henrico, & Ottone.* Ita Chron. Vorav. de quo plura in annot. Diplom. 201. pergit vero idem Chron. narrare 5. *Kal. Nov. miſit dedicare in crypta altare S. Andreæ, & Eraſmi Martyris, eodem die altare S. Petri, & S. Erhardi Ep. & Conf. dedicatum eſt, nec non eodem die crypta Voravienſis monaſterii & altare S. Pauli & S. Matthæi Apoſtoli & Evangeliſtæ a præfato Epiſcopo, denuo reconciliata fuit, & dedicata:* Quisnam hic fuerit Epiſcopus conſecrator? ex alia ſtropha Chon. Vorav. male Marquardo Præp. tributa conjicio: ſub eo enim refertur. 1324. *dedicare miſit capellam, & Altare S. Eliſabethæ a Ven. Bottone (lege Wochone) Seccovienſis Eccleſiæ Epiſcopo: ad hoc altare miſſam feria 3. cum lumine nocturno ordinavit.* Stropham hanc a Chron. Vorav. male Marquardo tribui, vel pro an. 1324. reponendum eſſe an. 1325. hiſce concludo, quod Ortolphus Præpoſ. Vorav. an. 1324. in die S. Sylveſtri ſeu 31 Decemb. adhuc in vivis fuerit, uti ex diplomate 201. clare patet.

Hochenberg de Steph. Advoc. Vorav.

AN-

ANNO 1325.

Anno 1325.

Indict. 8. Joannis XXII. P. X. Ludov. Imper. XII. Frider. Duc. Styr. XX. Imp. XII.

Agitur de liberatione Frider. Imp.

Ludovicus undique afflictus, & exagitatus, ſerio demum ſecum cogitare cæpit, quæ mala evenirent, ſi Fridericum diutius detineret; Papa jam fulmen vibrabat, Carolus alter Franciæ, Hungariæ alter, Jacobus Arragoniæ, captivi ſocer, Robertus Siciliæ, Reges a Leopoldo concitati vel Auſtriacum liberum dimitteret, vel bello ſe accingeret, differte denunciabant, proceres ipſos, & diffidium cum Papa & ſpretæ toties pro Friderico preces alienabant a Ludovico; nutantem ſic Bavarum præ cæteris impulere Conradus ex Eremit. S. Aug. Familia Monacenſi, & Godefridus olim Seizenſis, nunc Maurbacenſis Cartuſiæ Prior, hic Friderici, ille Ludovici a confeſſionibus ſacris: in laudem Godefridi noſtri ita loquitur anonymus Leob. f. 925. *Et ecce! quamvis multum fuerit laboratum ad nullum profectum, religioſus vir Gotfridus Prior de Maurbach Cartuſienſ. Ordinis, in ſpiritu fortitudinis ad Ludovicum veniens eum intrepide ſic affatur! o Princeps ait Kariſſime, cujus jam triumphalis gloria per mundi climata divulgatur, cujus nomen undique feſtivis laudibus celebratur, virtus, & pietas prædicatur, quibus reſpublica decoratur, & regum potentia ampliatur; cur conſanguineum, & amicum non abſolvitis? cur regni ſtatum non perpenditis? quare conſilia vanorum imbibitis, quæ clementiam Principum nituntur ſubvertere? Conſiderate, quod Duces Auſtriæ necdum a calore martio defecerunt, nec potentia nec divitiis marcuerunt, quorum aſſiſtentia poteritis roborari, & tam in Exteris, quam interis provinciis gloriari, quid honoris conquiritis, ſi indignationem veſtram in eorum terris reſpergitis? immo plus dedecoris comparatis, claritatem veſtræ celſitudinis obſcuratis?*

Godefrid Seiz. nunc Maurbac. Prior multum confert.

Ludovic. abit Trauſnitium.

Ludovicus pergit cit. anonymus *advertens juxta Salomonem, quod verba ſapientum ſunt quaſi ſtimuli, & ſicut clavi in altum defixi, illico ipſe Trauſnicium advolat, cum Friderico tranſacturus, ſiſtitur,* inquit Author Hiſtoriæ Maurbac. apud Pezium tomo II. f. 344. *Ludovico Fridericus, & Angelo pacis Godefrido præeunte, ſtipulantur dextras, atque præter amneſtiam præteritorum, juratur concordia, nec non in Sacro-Sancti fœderis æternum robur Godefridus utrumque Cæſarem delicta confitentem, Sacramento expiat, & in magna Principum Corona ſacris operatus, ex eadem numero hoſtia communicat utrumque, qui ſumto amoris Sacramento, mutuos charitatis iverunt in amplexus &c.* Eadem fere habet anonymus Leobienſis, alii tamen a Conrado Auguſtiniano, utrumque Cæſarem pœnitentia expiatum, & ſacro Corpore Domini refectum volunt; Chron. Mellic. addit, *Filius Ludvici Regis illuſtris, filiæ Friderici regis matrimonialiter conjungitur in robur pacificæ confœderationis inter ipſos principes obſervandæ,* quæ tamen Fuggerus cohærere non poſſe putat, cum Anna filia Friderici hoc anno nec dum 9. ætatis annum attigerit, ſponſus vero ejus Ludovicus Romanus (quia Romæ an. 1328. v. ſeq. natus) dictus, nondum lucem communem viderit.

Fit concordia.

Frider. liberatur.

Pacis, & libertatis conditiones.

In quas porro pacis, & libertatis conditiones depactum ſit? ſcriptores non conveniunt, cum quidam rei ignari, alii partium ſtudio in transverſum acti videantur: Chronicon Mellicenſe, nullius omnino conditionis meminit, Salisburgenſe totam liberati Friderici cauſam præterit, Clauſtroneob. ait *Sine omni fidejuſſoria cautione, & omni pecunia, liberum dimiſſum, tempore paſchali*, quia ſperabat Ludovicus, *ſe per ipſum gratiam Domini Papæ & favorem Ducis Leopoldi fratris ejusdem Friderici co melius adepturum.* Hagenus diviſum inter utrumque imperium contendit ita, Ludovicus, ut in Italia & terris Romanorum, Fridericus ut in Germania Imperator eſſet. Vitus Arenpekius, & ex eo Aventinus, uterque Chronico Andreæ Presbyteri Ratisbonenſis deceptus, docent Ludovicum nulla æris fundorumque pactione libertatem dediſſe Friderico, ea tamen lege, ut imperii inſignia redderet, Cæſareum titulum poneret, Bavaro cuicumque prenſanti imperium, ne ſe ullus Auſtriacorum rivalem opponeret; eadem fere habet anonymus Leob.

An Frider. imperio ſe abdicaverit.

Arenpekius tamen ſui immemor, altera continuo pagina affirmat nulla lege oneratum e cuſtodia dimiſſum, nullas ab eo abdicationis tabulas poſtulatas, nil paci contrarium admiſiſſe, & quamvis Regem Romanorum ſe ſcripſerit, Imperatorio tamen titulo abſtinuiſſe;

Cardo controverſiæ, cum in eo vertatur, an Fridericus imperio ſe abdicaverit? cenſeo, id minime admittendum eſſe; nam de abdicatione Friderici nil ſcriptores unquam Auſtriaci tradidere, certe negligi a Georgio Herwardo in ſua pro Ludovico apologia, non oportuit rem tanti momenti, qui depromptas reliquas ex Archivo Bavarico tabulas inſeruit; docet quidem Herwardus, petitam fuiſſe a Friderico imperii abdicationem, at an poſtulatis ſubſcripſerit? minime docet: extant omnino tabulæ pactionis inter Fridericum & Ludov. initæ, a Com. de Henneberg & Pilichdorfio Auſtriæ Mareſchallo menſe Martio conſignatæ, in quibus Fridericus dura conditione reſignaſſe perhibetur, regno aliisque juribus, quas Joannes Georgius Cancellarius Bajoariæ, & vehementiſſimus Ludovici vindex in libro (cui titulus: *Ludovicus IV. Imp. defenſus &c.*) Juſſu Maximiliani Elect. conſcripto f. 328. produxit, at tabulas has omni juris ſolennitate deſtitutas, validis rationibus impugnat ac rejicit, citatus jam ſupra Cl. Duellius in ſua pro Friderico pulchro apologia a folio 40. ad 48. id certum, extare diplomata varia, quæ Fridericum ad mortem usque imperii dignitatem, & nomen geſſiſſe declarant, quædam hic adiero in rei hujus confirmationem.

Primum Monachii hoc anno pridie naſcentis Virginis editum a Guilielmo Putſchio, qui Ferdinando I. a ſecretis erat, æniponti repertum, Cuſpinianus primum in annalibus Auſtriæ vulgavit, ex eo vero Pezius tomo I. ſcript. Auſtr. f. 1173. Cl. Duellius cit. Megiſerus lib. 8. Annal. Carinth. f. 952. Author MS. Chron. Styr. tom. II. f. mihi 29. exſcripſerunt, eſtque ſequentis tenoris.

Wir Ludowich, und Friderich von Gottes gnaden Römiſche Chunige, zu allen zeiten Merer des Richß, tuon Chuond allen, die dieſen brief ſehent, oder hörent leſen ⁄ ⁄ ⁄ Daz wir daz Romiſche riche, darzo wir beede erwelt, und geweichet ſeyn, mit allen

ſeinen

seinen wirden, eren, rechten Laeuten, und guoten, und waz ez hat, und darzo gehört über all die wert, mit einander gleich alß ein Persone einen nicht baz, dann den andern, jedwedern mer, noch minre besizen, haben, Pflegen, und handlen sullen ⁂ wir sullen auch gleiche ere haben ze Strazzen, ze Chirchen, und an aller Statt, und unß bede romische Chunige und merer des Riches schriben, und nennen, und unß brüder heisen, und schriben an einander, und auch als Brüder haben, und wer unter unß dem anderen schribet, der sol seinen nahmen dem anderen fürsezen, schriben wir aber beede mit einander handuest, oder Briefe, so seze sich der heute, der andere morgen für daz daran kein Vorgang seye ⁂ wir sullen zwo neue insigel machen, in dem jedwedern unser beeder nahmen gegraben seyn, und in unsern König Ludwigs insigel König Friderichs namen vorstechen, alß denn in unsern König Friderichs Insigl sol König Ludwichß namen vorstechen, und sullen die Insigl gleicher grösse, form, und Buchstaben sein; waz grosse lechen, als Königreich, fürstenthumb, grafschaft, Herrschaft ⁂ die sullen wir beede mit einander leichen ⁂ fährt unser einer gen wälsch landen, dem sull der andere seine gewalt hinein geben, und jener disen hie außen lassen willigklich ⁂ Aller der vorgeschriben sache seint gezeüge, graf Bertolt von Hennemberg, Friderich burggrafe von Nurenberg, Bruoder Chuonrat von gundelfing Maister des deutschen ordens in deutschen Landen, Herrmann von Lichtemberg Canzeler, Maister Ulrich der wilde, oberster schreiber unser Chunig Ludowiges, Dyetrich von Pillichtorf, Hannß truchsaze von dyezzenhofen Weignant von traußnicht Bruoder Conrat Prior von Muenchen, und Bruoder Goetfrid Prior zu Mowerbach in aller Heiligen tall. unser beeden Beichtiger die alle do bei geweßen seint. der brief ist geben zu Munchen an den Pfinztag vor unser vroven tag, alß sie gebohren ward, da man zalt von Christi geburt dreyzechen huondert jar, darnach in den sinf, und zwainzigsten jahre, dem eyliften jare unsers reiches. Huic diplomati annales quoque Fürstenfeldenses uti & Aulæ Regiæ adstipulari, fatetur ipse Joannes Adlzreiterus annal. boicæ gent. p. II. lib. I. pag. 25.

Diploma alterum Ulmæ an seq. editum, atque ex eodem Putschio a Cuspiniano vulgatum hujusmodi est.

Wür Ludwig von Gottes gnaden Römischer Chunig alzeit mehrer des Reichß. Verjechen, und thuen kund menniglich, der diesen brief sechen, und lesen würder, daß wür durch gemeinen frid der Christenheit darzu mit guten willen, und aus freyen muth unß bedacht haben, von dem Königreich zu Rom abzuweichen, und solches unsern lieben Oheimb, und Brueder König Friderichen von Rom zu übergeben und ihme alles das darzu zuthuen, was er mit mund, oder mit briefen nothürftig ist, und ihme zu dem reich nuz, und förderlich sein mag, ohne aller gefährde, also bescheidentlich, alß ob er von Pabst bestärtiget wurde an dem Königreich, es seye mit der Fürsten willen, und geloben diß zu thuen, bey guten threuen, ohne alles gefährde ꝛc. und dessen zu einen ofenen

Vrkund hangen wir unſer Königliches Jnſigl an dieſen Brief, der geben iſt zu Vlmb, da man zehlt von gottes geburt 1326. jahr, unſeres Reich in dem zwölften.

His litteris, ſive quis fidem tribuat, ſive neget, ex aliis tamen diplomatibus conſtat, Fridericum regium titulum & nomen ad mortem uſque tuliſſe; tria diplomata in hiſtoria Maurbacenſi apud Hier. Pez, tom. II. f. 344. Brennerus Prior refert, unum Caroli IV. Imp. bina Friderici de an. 1327. in quibus & ſe ipſum Fridericus regem Romanorum nuncupat, & a Carolo IV. Imp. eodem nomine compellatur, apud Frœlichium part. II. Diplom. Styr. inter Diplom. Runenſia num. 41. 42. inter Teuton. Græc. num. 18. an. 1329. & Diplom. Fundat. Novomont. Monaſterii an. 1327. ſemper Friderico noſtro titulus Auguſti & Rom. Regis tribuitur, ut ſuo loco patebit.

Ex his proin teſtimoniis configitur error eorum, qui putant Fridericum Ducem noſtrum vel ſponte, vel coactum imperio ceſſiſſe, vel eum cum Ludovico Bav. non conſenſiſſe: nullum certe diſcordiæ veſtigium detectum eſt hactenus, quin potius pacem Sanctiſſimæ a Friderico cultam, invitatum ſæpius a Joanne Papa coronam pollicito, concordiæ ſtudio nunquam proficiſci voluiſſe paſſim invenitur; fuit quoque Ludovici de Friderico ea exiſtimatio, ut teſte Chr. Clauſtr. terras ſuas ejus tutelæ committere non dubitaret, dum filio Brandeburgi obſeſſo ſuppetias ferret; abdicati imperii ſuſpicionem illud forſitan multis præbuerit, quod Fridericus ſponte ommiſſis imperii Curis, quietem ſplendidis negotiis præhabuerit: nam, ut refert Author Hiſt. Maurbac. ſupra cit. *Reſtitutus Auſtriæ Fridericus apud Godefridum, & ſuos Cartuſianos, aſcenticæ vitæ delectatus dulcedine, magnam deinceps temporis partem exigere cæleſtium quam ſublunarium regnorum potiorem habere rationem, curis, & ſolicitudinibus coronæ tam infidæ tot aculeis armatæ, tot ſpinis horridæ, quot radiis, Ludovico permiſſis, auguſtius ipſe diadema, & ingentia, quæ ſurſum ſunt, æternitatis ſpatia animo complecti, placando numini tam ipſe ſollicitus adlaborare, quam viros religioſos deprecatores adhibere elegit.*

Frider. Imp. pietas.

Frider. venit Viennam.

Sub Paſchæ tempus Viennam Fridericus advenit, reducem cives, fratres, & præprimis uxor non aliter, ac ab inferis ad vitam aſſertum accepere; auxit amorem ſubditorum veneratio, ſiquidem quem triennio abhinc vivido corpore, & colore in Bavariam tendentem viderant, nunc vultu pallido, exangui, extenuato corpore, vix agnoſcebant, unde ait anonym. Leob. *Fridericus Auſtriam reverſus intonſa barba vix cognitus, a notis immenſum gaudium attulit univerſis.* Capillum, barbamque integro triennio intonſam Carolo Hungariæ Regi transmiſiſſe refertur.

Frider. Fund. Eremit. S. Aug. Viennæ.

Eodem hoc anno, ut refert Arenpekius, *Fridericus conſiderans dilli fratris Chunradi* (Ord. Erem. S. Aug. cujus opem in liberatione ſua ſenſerat) *Zelum, & probitatem, & quia vir erat conſcienciæ, & famæ nitentis, de aſſenſu & plena voluntate Dom. Ludovici regis illum ſecum, cum decem & 8. fratribus ejusdem Ordinis devexit Wiennam, magno affectu ipſos pertractans & gratia, cumque antea Eremitæ S. Auguſtini velut Eremitorium quoddam habuerint extra mœnia oppidi Wiennenſis dictum ad S. Joannem in*

Werd,

Werd, eis in die BB. Apoſtolorum Philippi, & Jacobi, novam, & egregiam fundationem præſentibus fratribus ſuis Alberto, & Ottone, locum amplum, & ad ſuæ curiæ murale, & hortum tendentem, ſeu porrectum cum cœnobio aſſignavit, donavit ac confirmavit in perpetuum, cunctis Deum collaudantibus &c. alii tamen fundatiouem hujus Cœnobii ad an. 1327. referunt, voluntque id poſt 9. annos ab Ottone perfectum Ciſtercienſibus primo deſtinatum fuiſſe: an. 1630. excalceati locum obtinuere.

Chriſtian. Præp. 14. Seccov. Succ.

Interim Seccovii obiiſſe videtur Chriſtianus Præpoſitus Seccov. Jam an. 1323. apoplexia tactus; inter Diplom. Epiſc. Seccov. num. 67. exſtat teſtimonium Wochonis Epiſc. Seccov. de Chriſtiano Præp. apoplexia tacto atque de aſſignatis ei in vitam reliquam cenſibus, teſtimonium *Seccov.* 5. *Idus* ſeu 11. *Julii* datum eſt, quo proin die adhuc vixerit Chriſtianus: in necrologio Seccov. lego 7. *Idus Julii* obiit ſeu 9. Julii *Chriſtianus Præp. Seccov. de Foro-Julio oriundus An. Dom. MCCCXXI.* Sed *hæc epocha* non ſolum *recentior*, ut in additionibus necrologii dicitur, ſed etiam erronea eſt, quoad diem, & annum mortis, ex teſtimonio Wochonis mox allato, ſucceſſit eidem *Ulricus II.* dictus *Pranker*, ſeu ex familia de Prank ut tomo I. annot. Dipl. 47. oſtenſum, confirmatus a Wochone Epiſcop. Seccov. XVI. Kal. Aug. eodem anno encomium ejus ex Catal. Præp. Seccov. dabitur tom. III. ad an. 1333.

Ulricus II. de Prank Præp. 15. Seccov.

Ortolph. Præp. 15. Vorav. Succ. Marquardus.

Voravii quoque diem ſupremum clauſit Ortolphus Præp. Ordine 15. cum enim, ut anno priore oſtenſum, vixerit adhuc 31. Dec. an. 1324. hoc anno *ſpiritum ſuum exhalavit* 15. *Kal. Junii*, ut habet Chron. MS. Vorav. quo die ejusdem obitum refert necrologium Seccovienſe, quamvis pro Ortolpho male poſuerit Ottocarum, ut anno 1318. oſtenſum: *poſt hunc* pergit Chron. MS. Vorav. *Fratres concordaverunt in Dominum Marquardum, tunc temporis Decanum, & Cuſtodem, natione Salzburgenſem: hic multa bona Monaſterio fecit, temporalibus ſe multum non occupavit, quia Procuratores circumſpectos habuit.* Mox ad eundem annum 1325. teſtante Chron. cit. *Factum eſt arbitramentum inter eundem Præpoſitum Reicherſpergenſem ex parte Decimarum infra aquas Pinkam & Tuchnam.* De quo v. plura in annot. Dipl. 202.

Wiudiſchgraz de Frider. Teuton. S. Dominicæ rer.

Fridericus etiam de *Windiſchgrätz* hoc anno liberavit a cenſu fundos ſeu 3. Huebas Teutonicorum ad S. Dominicam ſitas in Rohr, & ad Tzellnitz. Dat. Petovii in die Purific. v. Dipl. Teuton. S. Dominicæ num. 15.

ANNO 1326.

An. 1326.

Indict. 9. Joann. XXII. P. XI. Ludov. Imper. XIII. Frider. Duc. Styr. XXI. Imp. XIII.

Frider. Imp. Judenburgum venit.

Ne Styriæ ſuæ deeſſet Fridericus, hoc eandem anno inviſit, uti refert anonymus Leob. f. 926. *Fridericus triſtia nuntia excipit apud caſtrum Judenburg exiſtens, fratrem ſuum Leopoldum ex hoc ſæculo migraſſe. O. inquit, Dux Ducum gloria militum! timor, & tremor hoſtium, Patriæ germanæ decus ſingulare inter regum filios tu Decus temporis; & ejus-*

Leopold. Dux Austriæ obit.

latu maximo exclamans, pilis injiciens manus, quid mihi jam proderit te sub-tracto, quid me desolatum in hujus sæculi fluctibus reliquisti? transiit autem in Argentina pridie Kal. Martii ibique in majori Ecclesia armorum suorum insignia in æternam memoriam sunt locata, in campo regis cum regina matre sua sepelitur. Hic cum Excellentis (legendum forte exilis) *sed agilis corporis miles fuit, animi magni, cordis intrepidi, sicut Statius dicit de Tydeo, major in exiguo regnabat, corpore virtus, quem Homerus minorem corpore, sed armis fuisse asserit fortiorem. Et Seneca dicit, exire potest de humili corpore & deformi, animus generosus & magnus, nec deformitate corporis animus fœdatur. Papa Joannes audita morte sua, probitatem suam & actus commendans, dicitur doluisse, duas filias reliquit, quarum unam post excessum omnium fratrum Albertus Dux in Franciam, alteram in Poloniam nobiliter maritavit.* Ita anonymus citatus; uxor ejus erat Isabella, filia Agnes, Boleslao Schweidnizii & Jauri in Silesia Duci, Catharina Domino Caussinio collocata est.

Mortem Liupoldi Ducis ad hunc annum referunt chronica reliqua, Salisburgense per errorem ad an. 1328. narrat, Claustroneoburgense eidem a Papa concessas docet decimas ab omni clero & religiosis, per provinciam Salisburgensem, ut cum eadem pecunia contra Ludovicum Papæ contumeliosum pugnaret.

Göss. Advocatur Euphemiæ de Stubenberg viduæ.

Stubenbergios Dynastas de advocatia Gössensi contendisse, ostendi tomo I. Dipl. 4. in Geneal. Stubenberg. ubi de Udalrico II. mentio facta est, cessisse eos de hac prætensione ibidem dictum, iisdem tamen voluntate Abbatissarum gössensium denuo concreditam advocatiam gössensem, insinuat Diploma 29. Gössense germanicum in quo *Offmey* seu *Euphemia Domini Wulfingi IX. de Stubenberg vidua*, nata *de Meissau* (ut v. hic annot. Dipl. 191. in geneal. Stubenbergicæ continuatione tab. I.) testatur sibi, a Perchta Abbatissa gössensi, ex speciali affectu commendatam advocatiam gössensem quam antea etiam Wulfingus maritus tenuerat, certas tamen conditiones ponit eidem Perchta Abbatissa de redditibus advocatiæ jure percipiendis, quas hoc in Diplomate expressas vide.

Advocatia Gössensis libera.

Advocatiam gössensem nemini præter Principes terræ debitam, jam tomo primo dictum est, quia Euphemia Stubenbergica hoc in Diplomate testatur, advocatiam hanc ab Abbatissa gössensi conferri posse, cui libuerit, ex privilegiis Cæsareis: posthac certe Fridericus Imper. an. 1470. denuo sibi eam advocatiam reservavit. Ut v. Dipl. Göss. 27. & 28.

Vorav. ves.

Walsee de Ulric. Prætor. Styriæ.

Hartberg. ves.

Marquardus Præp. Vorav. *obtinuit speciale privilegium a Capitaneo* seu Prætore Styriæ, *Domino Udalrico de Waldsee super bona in Stainbach*, inquit Chron. Vorav. quod tamen deperditum videtur, & comparavit ab *Abbate Hugone in Runa quædam bona, scilicet infra, & extra muros civitatis Hartberg: unius talenti Viennensium redditus, & juxta Puech juris montani culti & inculti* 12. *urnas vini pro* 22. *libris antiquorum viennensium:* hæc bona adhuc penes Voravienses exstant.

AN-

ANNO 1327.

Anno 1327.

Indict. 10. *Joann. XXII. Pap. XII. Ludov. Imp. XIV. Frider. Duc. Styriæ XXII. Imp. XIV.*

Hoc anno altero fratre orbatus est Fridericus Dux & Imperator noster, ita enim ait Chron. Mellic. ad hunc annum *Hainricus Dux Austriæ moritur frater Friderici Regis:* Eadem habet Chron. Claustroneoburg. & Baltrami Cons. Vienn. quod diem addit nempe *in die S. Blasii,* plura de hac morte tradit anonymus Leob. hisce: *Hainricus Dux post captivitatem, raro perfruens sospitate, novissime in die Blasii moritur, & in Grätz apud minores a Friderico glorioſis exequiis sepelitur, post incinerationem vero a Consorte Elizabeth cum Religiosis viris ad Campum regis transfertur, & ibi solemniter tumulatur,* eadem fere refert Haselbachius; vitium traxisse ex carceribus Henricum opinatur Fuggerus, in quibus infra dignitatem habitum etiam vinculis oneravit Joannes Bohemiæ Rex, parum generose veteri iræ indulgens; crimini dabatur, quod ante præcos annos quidam procerum a Joanne offensi Henricum regem sibi optaverint. Obiit sine prole ex Elisabetha Virnbergica suscepta.

Henric. Dux Austr. & Styr. Muræponti moritur.

Græcii ad minor. tumulatus.

Dein in campum regis transl.

Dolorem Friderici e gemini fratris obitu non mediocriter Otto superstes frater auxit, nam, ut ait anonym. Leob. *Otto portionem se contingentem postulat, &, ut ex æquo secum dividat, deprecatur, eo quod tantum se non habere diceret, quo suam contboralem, & suam clientelam, sicut decuit, sustentaret, cujus inquisitioni fratres efficax nil penitus responderunt,* cum provinciarum partitionem lege a parente vetitam fratres asserent; *Illo vero perseverante ortum est per Austriam & Styriam dissidium satis grave nobilibus inter se variantibus, quibusdam dicentibus Ottonem rationabiliter promoveri, aliis asserentibus, terrarum, & fratrum cohærentiam non competere sequestrari in terra, Otto reges Hungariæ & Bohemiæ adiit, consilium, & auxilium postulando.* Qui etiam anno seq. non modica strage terras Austriacas affecerunt.

Frideric. cum Ottone dissidium.

Extitisse hoc anno in Styria ac in monasterio Runensi egisse Fridericum Ducem & Imperatororem nostrum, ostendit Diploma Runense 41. quo huic monasterio, dato ad Ausseenses mandato, debitam salis quantitatem sub mulcta pecuniaria persolvi imperat. *Datum in monasterio Runensi Sabbatho post S. Matthiæ anno regni* 13tio. *Ottoni* cum hoc anno teste anonymo Leob. *Filius primogenitus Fridericus in die B. Scholasticæ natus esset, Abbates & Patres Cistercienses Ordinis de S. Cruce, & alios perquirens, in loco apto super Murczam fluvium in Styria, montibus, vallibus, rivis pratis, pascuis & nemoribus decorato, suum propositum est exorsus, ipsum locum initiatum in laudem B. V. novum montem censuit appellandum, quem diversis prædiis pro sustentaculo victualium in temporalibus & magnis libertatibus, & ad cultum Dei variis ornatibus communivit, quæ fuerant sua, obtulit, quæ aliorum, recompensa digni pretii commutavit, mussitantibus pluribus, quod distraberet quædam ad commune bonum pertinentia, & suæ fundationi præpararet; specialiter autem tamen quodam Wernhardo, cujus area ipsa fuit, commutationem talem fecit &c.* Eadem breviore stylo referunt

Frider. Imp. Runæ.

Frider. Ottonis Filius nascetur.

Novomont. Monast. Fund.

varia Chronica patria, interquæ Clauſtroneoburge, & Zwetlenſe ad an. 1325. fundationem ponit: Evocati pro Colonia nova, Ciſtercienſes S. Crucis, ut pluribus ad Dipl. 203.

Vorav. ver. Voravii Marquardus Præpoſitus *commutationem fecit cum Artolpho ſuper curiam* in der Grueb *ſita in parochia Cellæ, eodem anno comparavit curiam circa Hertenfels* (caſtrum ajunt fuiſſe familiæ cognomini avitum, cujus rudera exſtant inter S. Jacobum & Raten:) *dictam* an der Hauswiſen *pro* 15. *libris denariorum antiquorum Viennenſium* ita Chron MS. Vorav.

Hertenfels Caſtrum.

Vorav. indulg. In Archivo Cancellariæ Vorav. exſtat *Bulla indulgentiarum ſuper viſitatione Capellæ S. Eliſabethæ, & altarium SS. Petri, & Pauli & Andreæ Apoſtolorum, de* 8. *April* 1327. quam, quia nondum edita, hic loci ſubjungo.

Univerſis S. Matris Eccleſiæ filiis, ad quos præſentes litteræ pervenerint, nos miſeratione divina - - - Archiepiſcopus Neopatenſis, Guillielmus Epiſcopus Saguonenſis, Geraldus Epiſcopus Cervienſis, Henricus Epiſcopus Lubicenſis, Bonifacius Epiſc. - - & Thaddeus Epiſc. Caphennenſis Salutem in Domino ſempiternam. Pia mater Eccleſia, de animarum ſalute ſolicita, devotionem fidelium per quædam munera ſpiritualia, remiſſiones ſcilicet, & indulgentias invitare conſuevit ad debitum famulatus honorem Deo & Sacris ædibus impendendum, ut, quando celebrius & devotius illuc confluit populus Chriſtianus, aſſiduis ſalvatoris gratiam precibus implorando, tanto delictorum ſuorum veniam, & gloriam Regni cœleſtis conſequi mereatur æternam. Cupientes igitur ut Capella S. Eliſabethæ in monaſterio Voravienſi, & Altaria Sanctorum Petri & Pauli, & Andreæ Apoſtolorum in crypta ejusdem monaſterii Salisburg. Dioceſis congruis honoribus frequententur, & a Chriſti fidelibus jugiter venerentur, omnibus fere pœnitentibus, & confeſſis, qui ad dictam Capellam, ſeu altaria in omnibus, & ſingulis feſtis noſtri Dom. Jeſu Chriſti, videlicet Nativitatis, Circumciſionis, Epiphaniæ, Paraſceves, Paſchæ, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Trinitatis, corporis Chriſti inventionis S. Crucis, & exaltationis omnibusque, & ſingulis feſtis B. M. V. in feſtis quoque Sanctorum Joannis Bapt. & Evangeliſtæ, Michaelis, Jacobi, Laurentii, Stephani, Martini, Nicolai, Auguſtini, Gregorii, ac Sanctorum, Mariæ Magdalenæ, Catharinæ, Margaretbæ, omnium Sanctorum, & Animarum, omnibusque diebus Dominicis, cauſa devotionis, orationis ſeu peregrinationis acceſſerint, aut qui miſſis, prædicationibus aut aliis quibuscunque divinis officiis, in dictis, Capella ſeu altaribus celebratis devote interfuerint, vel qui ad fabricam, luminaria, ornamenta ſeu quævis alia, dictis Capellæ & altaribus neceſſaria manus porrexerint adjutrices, & qui in eorum teſtamentis vel extra, aurum, argentum veſtimentum, aut aliquod aliud charitativum ſubſidium dictis Capellæ, & altaribus donaverint, legaverint, vel legari procuraverint, quatiescunque, quiscunque, & ubicunque præmiſſa, vel aliquid præmiſſorum devote fecerint, de omnipotentis Dei miſericordia & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum, ejus authoritate confiſi: ſinguli noſtrum 40. *dies indulgentiarum de injunctis ſibi pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus; dummodo Dioeceſani voluntas ad id acceſſerit & conſenſus. In cujus rei teſtimonium præſentes litteras ſigillorum noſtrorum fecimus appenſione muniri. Datæ Avenione* 8. *April. Anno Dom.*

1327.

1327. & *pontificatus Dom. noſtri Joannis Papæ XXII. anno* 11. Appenſa ſunt 6. Sigilla.

Acceſſiſſe conſenſum ordinarii, cultumque S. Eliſabethæ Voravii promotum patebit ex dicendis an. 1329.

ANNO 1328.

Anno 1328.

Indict. 11. *Joann. XXII. P. XIII. Ludov. Imp. XV. Frider. Duc. Styriæ XXIII. Imp. XV.*

Auſtria directe ab Hungaris.

Diſſidio inter Fridericum, & Ottonem fratres Auſtriacos perdurante, Carolus Rex Hungariæ Ottonis cauſam complexus, poſtquam legati de pace fruſtra egiſſent, immiſſo milite (Balbinus 80. millia numerat) oppida pleraque Moraviæ vicina, præſente, & hortante Ottone occupat, menſe Julio alterum adduxit exercitum Joannes Rex Bohemiæ, quo lacerata, & dire habita eſt Auſtria, Feldſpurgum, Rattenſpurgum, Ulrichkirchium, Eggenburgum, Marcheggum expugnatum, Droſendorfium poſt 6. hebdom. obſidionem deditione acceptum, Weidhoffium exuſtum, Haimburgum caſtrum cum oppido ab Ottone retentum annales memorant Mellicenſes, Clauſtroneoburg. Salisburg. aliique.

Pax fit inter Fr. Auſtriae.

Fridericus, ut erat manſuetus, malum graſſari ultra noluit, ſed eidem hoc adhuc anno finem poſuit, reductus in viam frater, & poſt alterum colloquium Joannes Bohemiæ Rex ad pacem permotus eſt.

Nicolaus IV. Antip. a Ludov. ſtatuit.

Ardebat adhuc diſſidium inter Ludovicum Regem & Joannem Papam, erupitque demum in Schiſma per erectionem Antipapæ Petri de Corbaria, quem Ludovicus hoc an. Maji 12. Romæ inſignibus Pontificalibus, & nomine Nicolai 4. perſonavit, de quo plura apud anonym. Leob.

Graz de Dom. varii.

Dominos de Gräz ex antiquis Styriæ marchionibus ortos, prædia hoc tempore in Carniolia habuiſſe docet Valvaſorius Illuſtriſſimus lib. XI. in Topogr. Carnioliæ f. 132. ubi ait caſtrum *Feiſtenberg* idiomate Carniolico *Grazarjauturen* ſeu **Gräzerthurn**, olim dictum, nomen ſuum a Conditoribus Dominis de Gräz obtinuiſſe, idque poſſediſſe hoc anno D. *Hervvardum*, & *D. Mainbardum de Gräz* fratres equites an. 1371. D. *Engelricum.* an. 1411. D. *Joannem.* an. 1441. D. *Andream* & an. 1540. D. *Joſephum de Gräz.*

Feiſtenberg ſeu Gräzerthurn.

Petrus II. Prior 11. Seiz. † Succ. Joannes II.

Petrus II. Prior Seizii 11. obiit, hoc an. ultima Maji, teſte Kalend. domus Seiz. ita ſcribente *Anno MCCLXXVIII. 2. Kal. Julii obiit Frat. Petrus quondam Prior in Seiz, tunc autem in Gyrio*, ubi per Ly *quondam*, ut ait Frœlichius in Catal. Priorum Seiz indicatur, quaſi obiiſſet, non, ut Prior in Seiz, ſed ut Prior in Gyrio, verum, quia charta Capit. Gener. obitum Petri referens, ſolius Prioratus in Seitz meminit, videtur in Calendario error eſſe admiſſus, forte ex eo, quod idem Petrus an. 1299. fuerit Prior Gyrii, & dein primum Seitzii, vel certe illo tempore Cartuſia Gyrienſis tres habuit Priores, qui Petri vocabantur, unum ad an. 1299. alterum, qui obiit an. 1328. & tertium, qui ab an. 1328. ultra an. 1342. rexit Cartuſiam Gyrienſem: quod ſi

ita, Petri, qui ab anno 1321. certe adhuc Seitzio præerat, ſucceſſori alias erronee ommiſſo, plures anni regiminis ſui tribui debent.

De Petro II. Priore habet Catalogus cit. *hic conſtruxit Eccleſiam* (id eſt ſuperiorem Chorum in medio Eccleſiæ Doxale vocant) *ubi 2. altaria videbantur, & multa alia ædificia bona.*

Succeſſit ei Joannes II. Prior in Seitz 12. ſaltem ab hoc an. ad 1332. vel 1335. quo a capitulo generali plene abſolvitur, eo, quod contra viſitatores appellaſſet: abſolutus domum novæ Cellæ in Grunaro (in Franconia) ſibi elegit, in qua appellationis ſuæ exceſſum ita correxit, ut an. 1337. Capitulum generale Priori in Grunaro indulſerit, quatenus Joannem quondam Priorem vallis S. Joannis a diſciplina Ordinis abſolvere, eidemque officium vicarii injungere poſſit.

Vorav. ver. Voravii Marquardus Præp. Vorav. *ab eodem Henrico de Krumpach comparavit aliam curiam* auf der Hauswieſen *ſuper Hartenfels ſitam pro 15.* *Krumpach de Henr. jun.* *libris denar.* Viennenſ. ita Chron. MS. Vorav. erat ille, venditor Henricus *junior D. de Krumpach.*

Weizenſes Parochi. Ex documentis mihi a Reverendiſſimo ac Perill. DD. Hieron. Schmuz Archidiac. & Decano Weizenſi ſubmiſſis refero ad hunc annum ſeriem parochorum montis Weizenſis ab an. 1328. uſque ad primum Decanum Joannem Wampelium; ſeries ea ita habet:

D. Andreas de Weiz, cuſtos noſter.
D. Felzberger de Weiz.
D. Andreas Inſtitor de Weiz.
D. Bartholomæus Faber ex Weiz.
D. Benedictus Heiſelder, Vicarius in Weiz, & cuſtos noſter obiit an. 1586. 2. Febr.
D. Bartholomæus Schuman, Vicarius in Weiz obiit an. 1592.
D. Conradus de Weiz.
D. Caſpar Hakher Pleb. in Weiz, cuſtos noſter obiit an. 1473.
D. Caſpar Gotſchachen, Plebanus in Weiz cuſtos noſter.
D. Chriſtophorus Grazer ex Weiz.
D. Plebanus Pinter, Pleban. in Weizberg obiit an. 1624.
D. Egidius Nuſs ex Weiz obiit an. 1536.
D. Fridericus de Weiz.
D. Gregorius Cerdoniz de Weiz.
D. Gregorius Fruewirth ex Weiz.
D. Joannes Plebanus ex Weiz.
D. Doctor Jodocus Plebanus in Weiz.
D. Joannes Staudinger, Vicar in Weiz.
D. Jacobus Katter ex Weiz.
D. Michael Prædicator in Weiz.
D. Martinus Leſcher, Vicarius in Weiz.
D. Michael Fraudienſt ex Weiz.
D. Mauritius Harter ex Weiz.
D. Nicolaus Plebanus in Weiz, cuſtos noſter.
D. Otto de Weiz.
D. Magiſter Paul. Andreer de Weiz.
D. Pak de Weiz.

D. Vi-

D. Vitus Greil, Vicarius in Weiz.
D. Udalricus Molitor ex Weiz.
D. Urbanus Pander ex Weiz.
D. Wolfgangus Gräzer ex Weiz obiit an. 1521. die Concept. B. V. M.
D. Zachæus Weſtendorfer, Parochus in Weiz.

Primus Decanus hic loci.

1. D. Joannes Wampelius.
2. D. Joannes Pauli.
3. D. Jacobus Dobler.
4. D. Joannes Bapt. Stroridl.
5. Rurſus D. Jacobus Dobler, qui Leibnizio redivit.
6. D. Bernardinus Piſcon, qui & 1. Arhidiac.
7. D. Leopold. Franc. Riedlegger.

Archidiaconos tomo I. dedi.

Indiculus hic ex matricula Congregat. SS. Trinitatis in monte Weizenſi erectæ, deſumptus videtur, unde hæreo, an omnes ſupra relati, parochi Weizenſes fuerint, ni aliis documentis roborentur.

Wampel Joan. Decan. Weiz. Benef. magnus PP. Franciſc. in Muerzuſchlagg.

D. *Joannem Wampelium* benefactorem PP. Franciſcanorum in Muerzuſchlag fuiſſe, habent documenta a P. Alberto Fink, ejusdem Ordinis mihi communicata, dum enim Sæc. 17. poſt an. 1648. *Dominus de Potiis, Senatus in Muerzuſchlag, pluresque alii anguſtum ampliare promittunt locum, & oratorium in Eccleſiam, Domum autem in Conventum erigere deſiderant, D. de Potiis præter architecturam, chorum, & ſacriſtiam, & alteram verſus montem Semering templi partem ſurgere propriis fecit ſumptibus, & cætera conſors ejusdem D. Anna, reliquos omnes templi totius fabricæ ſumptus A. R. D. Joannes Wämpl Decanus Weizenſis pia cum largitate ſolvit, digniſſimus itaque, ut una cum D. de Potiis ob tantam munificentiam fundatoris titulo gaudeat, qua talis, perpetua cum memoria celebretur &c.* ita docum. cit.

ANNO 1329.

Anno 1329.

Indict. 12. *Joann. XXII. Pap. XIV. Ludov. Imp. XV. Frider. Ducis Styr. XXIV. Imp. XV.*

Frider. Imp. Græcii.

Græcii initio anni hujus ſubſtitiſſe Fridericum Ducem ac Imperatorem noſtrum, docet Diploma Runenſe 42. *datum Græcii in die S. Vincentii an. Dom. milleſ. trecenteſ. vigeſimo nono regni noſtri anno decimo quinto*, quo domicilio Runenſium *Muræponti, in platea græcenſi ſito, ad Muram* confert immunitatem &c.

Rum. res.

An. toto hoc anno Græcy extiterit, an vero menſe Octobri denuo redierit? non conſtat, id certum, eundem Ducem, ac Imperatorem noſtrum in Vigilia B. Apoſtolorum Simonis & Judæ, Diploma Græcii in favorem Teutonicorum græcenſium firmaſſe; hoc in Diplom. apud Frœlich. part. II. f. 193. *Fridericus D. G. Romanorum Rex ſemper Aug.* ad preces *Fr. Ottocari Commendatoris domus Teutonicæ in Colle prope Gretz*, Fratrumque dicti Ordinis confirmat privilegium ei-

Teuton. Græc. Commend. Ottoc.

dem ordini a Friderico bellicoſo an. 1233. conceſſum. *Datum in Gretz an. Dom. MCCCXXIX. in vigilia B. Apoſtolorum Simonis & Judæ, regni vero noſtri an. XV.* Sigillum appenſum exhibet Fridericum in ſolio ſedentem; ſimile Diploma eodem die contulit *Seizenſibus*, quo confirmat Diploma ſuum eod. anno 8. Kal. Octob. Græcii iisdem Aſcetis datum, ac ſtabiliens omnia eorundem privilegia, quæ bina diplomata a Frœlichio neglecta adſert Cl. Duellius citatus in ſua pro Frider. pulchro apologia fol. 93. poſteriore Dipl. indemnes quoque ſtatuit decimas *Sororum de Studeniz*, ex quibus proin configitur error dicentium, Fridericum Ludovico Imperium Romanum ceſſiſſe.

Stiz. reſ.

Studeniez. reſ.

Inde Græcio in Auſtriam abiiſſe videtur Frdericus, cum an. ſeq. in octava Epiphaniæ in caſtro Guetenſtein obierit, teſte anonymo Leobienſi, & aliis.

Windiſchgraz de Hermann.

Eisdem Teutonicis græcenſibus ſub eodem Commendatore Ottokaro benefecit *Hermannus de Windiſchgrätz*, auf der Traten geſezen cum conſenſu *Margarethæ uxoris, & filiorum Walchani, Hermanni, Conradi & Joannis* (ſeu ut habet diploma Teuton. Græc. 19. der Chunzel, und Jenſel) v. Dipl. cit.

Wochon. Ep. Secc. reſ.

Wocho Epiſc. Seccov. cum Udalrico II. Præp. Seccov. quoad reformandam morum pietatem, & œconomiam Domeſticam, ad expungenda grandia debita, quibus collegium canonicorum obæratum erat, nonnulla ſtatuit hoc an. in Vigil. Aſſumpt. & rurſus an. 1331. Dominica infra octavam Aſſumpt. B. V. M. ut v. Diplom. Seccov. 165. apud Frœlich.

Seccov. Can. reſ.

Guta Auſtr. †

Hoc etiam anno, ut inquit anonymus Leob. *in Vigilia Matthiæ Apoſtoli, Comitiſſa de Ottingen ſoror Ducum Auſtriæ Wiennæ moritur, & corpus in campum regis transfertur, unum filium reliquit juvenem ſpecioſum.* Hæc Ulrici Comitis de Ottingen toro juncta eſt an. 1319. eod. teſte anonymo.

Eliſ. Conjux, Frid. Auſtr.

Eandem ad tumulum ſecuta eſt *hoc anno, in die B. Margarethæ Elizabeth, relicta regis Friderici, & apud Minores Wiennæ ſub marmoreo Sarcofago prope Blankam, Francorum regis filiam tumulatur.* Ita cit. anonym. Leob. in Necrol. minor. Viennæ annus ſequens ſtatuitur mortis, erat hæc Jacobi Aragoniæ regis filia, Friderici noſtri Conjux piiſſima, cujus pietas potiſſimum ex ejus religioſiſſimo teſtamento patet, quo Eccleſiis, & monaſteriiis plurima legavit: templa & monaſteria Styriæ, hoc in teſtamento liberaliter donata ſunt ſequentia.

Monaſteriis Styriæ Teſtam. benefacit.

Das Prukke in Steyerlant, den Münern Priedern dreŭ Pfund, dem Spital ain Pfund.

Hinz Grez in Steyerlant, der Pfarre dreŭ Pfund, Münern Priedern dreŭ Pfunt, den Predigerinen zwo Pfunt, dem Spital ain Pfunt.

Hinz Rain vier Pfunt.

Den Reglern zu Strenz zwo Pfunt.

Hinz Vorawe zwo Pfunt.

Hinz Martburch Münern Priedern drey Pfunt, dem Spital ain Pfunt.

Den Seirſern, die zwiſchen Martburch, und Petau ſizend, dreŭ Pfunt.

Hinz

Hinz Petrau den Münern Priedern, drey Pfunt, denen Predigern drey Pfunt, dem Spittal ain Pfunt.

Hinz Studenitz denen Predigerinen zwo Pfunt, denen Predigerinen Hinz Mermberch zwo Pfunt.

Hinz Cilli den Münern Priedern dreu Pfunt. den Brauen Sant Claren-ordenß zwo Pfunt.

Ita de monaſteriis Styriæ teſtamentum piiſſimæ Eliſabethæ Roman. & Arragonum reginæ an. 1328. confectum, & germanico idiomate exaratum. Apud. Bernard. Pezium tomo 5. parte 3. ſ. 12.

Voravii Marquardus Præpoſitus *comparavit a D. Henrico juniore de Krumpach curiam in Lengenbach pro* 16. *libris denariorum, idem dedit ſuper bona in Recbberg duorum manſuum ſcriptum monaſterio Vorav. Eodem anno comparavit bona in Geisldorf, una cum advocatia ab Conrado Schönberger in turri prope Penzendorf reſidente pro* 13. *libris denariorum.* Ita Chron. MS. Vorav. bona hæc adhuc penes collegium perſtant; de Conrado vero de Schönberg v. plura in annot. Dipl. I. hujus tomi: ab eodem hoc Conrado hoc vel. ſeq. an. teſte eod. Chron. cit. *Alia bona in Geiſeldorf in inferiore parte una cum advocatia ſolventia annuatim* 30. *denarios* comparavit idem Præpoſitus, *altera pars* (lege alteram partem) *apud Frizdorf ſolventia* 15. *denarios cæterisque juribus pro* 10. *libris denar. Wiennenſium, ab eodem alia bona & duas areas in Geiſeldorf pro* 13. (deerit libris) & 10. *denariis.* Ita idem Chron. Vorav. v. pl. tomo ſeq. anno 1330. *Vorav. rel. Krumpach de Henric. jun. Schönberg de Conrad.*

Idem vero Præpoſitus Marquardus cum conſenſu confratrum, ſeu canonicorum ſuorum in altari S. Eliſabethæ Capellæ de novo a ſe conſtructo, fundavit ſingulis feriis ſecundis per circulum anni miſſam pro defunctis, & ſimul, ut hiſtoria S. Eliſabethæ in choro ſingulis annis cum nota perpetuo decantetur, lumen perpetuum ad eandem aram habeatur, pro qua fundatione etiam redditus certos deſignat. v. plura in annot. Dipl. 204. *Marquardi Præp. Vorav. fundatio. S. Eliſab. cultus Voravii.*

Confirmavit fundationem hanc Marquardi, Fridericus Archiep. Salisburg. ut v. Diploma 205.

ANNO 1330. *Anno 1330.*

Indict. 13. *Joann. XXII. P. XV. Ludov. Imp. XVII. Frider. Duc. Styr. XXV. Imper. XVII.*

Quoniam cum morte Friderici noſtri, deſinit tomus alter annalium Styriæ, ejus mortem, aliaque eam antecedentia hic exponere cogor, reliqua hujus anni tomo 3. relicturus. *Frid. in Guetenſtein ægrotat.*

Dixi anno priore Fridericum Ducem & Imperatorem noſtrum, Græcii in vigilia Apoſt. Simonis, & Judæ diploma Teutonicorum confirmaſſe, exin, ut ait anonymus Leob. *Fridericus Rex contulit ad montana, cum eſſet infirmus, ut in caſtro quod Guetenſtain dicitur, tam de corporis dolore, quam de cura terrarum reciperet levitatem, mox Fridericus autem Rex percuſſus morbo apoplexiæ, ut quidam dicunt, alii autem eum diſenteriam habuiſſe ajunt, cæpit autem vehementer deficere, & invalescentibus morbis an. Dom. MCCCXXX. in octava Epiphaniæ tranſiit, & diſpoſuit teſtamen-* *Moritur ibidem. In Maurbach ſepultus.*

ſtamento glorioſo per Eccleſias, & monaſteria, & in loco fundationis ſuæ Maurbach Carthuſienſis Ordinis regali cultu, & ſolemnibus exequiis ſepelitur.

Eadem fere quoad annum, diem mortis, & ſepulturam referunt Chron. Mellic. Salisburg. Clauſtroneoburg. Zwetlenſe, Author MS. Chron. Styr. Leopoldus Brennerus in Hiſt. Mauerbacenſi, Haſelbachius aliique, in die mortis licet fere omnes conveniant ad *Idus Jan.* ſeu 13. hujus menſis, & octavam Epiphaniæ, Necrologium tamen Clauſtroneoburg. apud Pezium, & Seccovienſe apud Frœlichium, diem mortis ſtatuunt 2. *Idus Januarii.*

Virtutes. Virtutes Principis noſtri teſtantur ſcriptores omnes ita, ut ipſe Arenpekius, cætera Friderico parum æquus, fateri cogatur, poſt carceres Bavaricos fuiſſe pietati inſigniter deditum, multisque locis divinum cultum auxiſſe; ut in egenos, templa, religioſos cætus, effuſe liberalis exſtiterit, argumento ſunt invincibili tabulæ ejusdem; munificentia in teſtamento locis ſacris addicta refertur a Leopoldo Brennero in Hiſt. Maurbach. apud Pezium tom. II. f. 349. ex qua, quæ Eccleſias terræ noſtræ concernunt, hic ſubjungo.

Metropol. Salisburgenſi legavit	C.	ſeu centum marc. argent.		
Admontenſi monaſterio legavit	C.	ſeu 100. libras den. Vien.		
In Vorau monaſterio legavit	C.	—	—	—
Monialibus in Gaſſe, lege Göſſ.	LX.	—	—	—
Monialibus Græcii	LX.	—	—	—
In Kirchberg	LX.	—	—	—
Monaſterio Ord. Min. Græcii.	XL.	—	—	—
Marburgi	XL.	—	—	—
Judenburgi	XL.	—	—	—
Pontibus ad Muram	XL.	—	—	—
Monaſt. Prædic. Leobii	XL.	—	—	—

Extant in Archivo Maurbacenſi legati accepti quitantiæ, ut ajunt de Monaſt. Admont. Göſſenſi, Græcenſi, uti & Kirchberg. & de reliquis hic relatis, in quibus *Fridericus* Roman. *Rex ſemper Auguſtus* vocatur.

Genus morbi & mortis. De genere morbi, & mortis non conſtat inter authores, paraliſi oppreſſum alii opinantur, apoplexia tactum vel diſenteria obiiſſe refert anonym. Leob. ſupra cit. qui tamen ſub dubio, ut patet ex verbis, *fertur etiam*: addit, de philtro Duce noſtro porrecto a quadam nobili fœmina: nemo tame fœdius famam Principis noſtri fauciavit, ac Arenpekius ſcriptor Bavarus, qui ad an. 1322. memorat Fridericum Ducem noſtrum in ultionem perfidiæ ſuæ cælitus factam, pediculis fuiſſe conſumptum, propterea, quod contra fidem Ludovico Bavaro datam, regium nomen & titulum uſurpare perrexerit; jam ſupra oſtenſum eſt, Fridericum regiam dignitatem juſtiſſime & conſentiente Ludovico retinuiſſe, & ſane immemor ſui ſcripſit Arenpekius paulo infra, quaſi palinodiam canens, his verbis, *ſæpe dictus Fridericus fuit ſine omni exactione libertati ſuæ donatus nulla autem, ut communiter narratur, ſuper regni Romani abrenuntiatione aut ſuper promiſſa fidei cautione ab ipſo recepta, nullaque confirmatione.*

Arenpekius calumniatur.

Au-

Author Chron. MS. Styriæ primam Friderico uxorem tribuit *Eliſabetham Reinoldi Geldriæ Comitis filiam*, Author vero Ducatus Styriæ eam ante *Eliſabetham Aragoniam* Duci noſtro deſponſatam ſcribit, at rejectam, eo quod pater ejus Ludovici Bav. partes amplexus fuerit, quæ dein repudii dolore ægra, Greſentalii in monaſterium ſe abdidit; neutrius ſententiam probo; nam teſte anonymo Leob. Dux noſter ad an. 1313. uxorem duxit, eo quod matre privatus fuerit, antea vero nullam conthoralem habuit, dein Eliſacetha Geldriæ Comes rejici eo titulo non potuit, quod pater ejus Ludovici partes ſequeretur, cum eo tempore Ludovicus de imperio non cogitaret, & Friderico noſtro eſſet affectiſſimus, ut an. 1313. & ſeq. dictum. *Uxores Frid. noſtri.*

Liberi Principes noſtri erant, *Fridericus* tenera ætate mortuus, & Königsfeldæ ſepultus, *Eliſabetha* Joanni regi Bohemiæ deſponſata an. 1334. mortua inter nuptiarum apparatum, *Anna* monialis Viennæ ad S. Claram eodem an. de quibus plura tomo ſeq. *Liberi ejusdem.*

Atque in hac triſtiſſima morte Principis noſtri deſinit tomus alter annalium Styriæ, cum reliqua anni hujus tomus tertius ſit enarraturus.

Diplom. Tomi II. Annal. Duc. Styriæ.

DIPLOMATA
TOMI SECUNDI
ANNALIUM
DUCATUS STYRIÆ.
AD
An. 1192. ## ANNUM 1192.

Dipl. 1. ## DIPL. I.

Leopoldus virtuosus Dux Austriæ & Styriæ, recipit munus Advocati Seccovienſis, & privil. confirmavit Græcii 1192.

Ex Diplom. Ducat. Styr. inter Seccov. num. 26.

Leopold. virt. Dux fit Seccov. Advocatus, & eorum privileg. confirmat Græcii.

Leupoldus *Dux Styriæ & Austriæ* omnibus fidelibus in perpetuum. Notum igitur esse volumus, quia cum divina gratia dispensante, post obitum divæ memoriæ dilecti *Cognati nostri, Ducis Ottacheri* Ducatum Styriæ administrandum suscepimus, nos justis precibus, & postulationibus *Vener. Patris Seccovienſis monasterii Wernberi, Domini Geroldi Decani*, fratrumque ipsorum annuentes, *in placito nostro Græce primum habito*, in palam progrediente - - - locum ipsum cum fratribus suis, mancipiis, prædiis longe vel prope positis, *in tutelam nostræ protectionis* pro mansuetudine nostræ clementiæ suscepimus. Indulsimus autem & eis, & indultum confirmavimus, libertatem possidendi *prædium Waltendorff*, sicut *in testamento supramemorati Ottocari* scriptum invenimus, *cum S. Mariæ in Seccove* pro remedio animæ suæ contulisse. Tradidimus autem, quemadmodum & ipse tradiderat, quidquid sui cespitis ibidem erat, cum omni proprietate, cultis & incultis, pascuis quoque intra, & extra villam positis, cum omni proprietate, cultis & incultis, pascuis utilitate, *usque in ripa fluminis Pelse*, pariterque *alpe juxta Judenburch* posita ad idem prædium pertinente - - - - sunt autem hy testes hujus actionis: *Dietricus Comes de Wazerburch, Albrecht de Wichselberg, Otto Langrave de Steveninge* (legitur quoque in Diplom. Admont. an. 1186. v. Laz. republ. Rom.) *Gero & Wilhelmus Comites de Hunnenburch, Wernher de Griezbach, Chunrad de Schönberch*, & alii quamplures utriusque Ducatus.

Acta sunt hæc an. Incarnat. Dom. millesimo centesimo nonagesimo secundo. Indictione X. regnante Rom. Imp. Henrico VI. *Græce* feliciter Amen.

Ad

Ad An. 1195.

An. 1195.

DIPLOMA 2.

Diploma 2.

Leupoldus Dux confirmat Seizenſibus donata a Patre ſuo.

Leopold. Dux confirm. Seizenſibus donata a Patre ſuo.

Ex Diplom. Styriæ part. II. inter Seiz. num. 12.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Amen. Omnium facta - - - Ego igitur *Leupoldus divina gratia Dux Styrenſis*, teſtimonio ſcripti præſentis notitiæ poſterorum transmitti deſidero, quod eleemoſynam decimarum 4. villarum, videlicet duarum *Rachis*, *Vedoni* & *Rogots*, quam *Pater meus mihi æquivocus*, intuitu Dei & ob animæ ſuæ & parentum ſuorum remedium *Cartuſienſis ordinis fratribus in Valle S. Joannis* vitam heremiticam ducentibus conceſſit, ratam habemus, & ſigilli noſtri impreſſione roboramus. *Actum apud Marchburg* an. ab Incarn. Dom. MCLXXXXV. adſtantibus nobis *Errando de Wildonia*, *Vulvvingo de Caphemberg*, *Ulrico de Ortemberc*, *Ortolfo de Gonovviz*, *D. Henrico plebano de Meeri & Richero fratre ejus*, *& Ditmaro Troſſardo.*

Ad An. 1197.

An. 1197.

DIPLOMA 3.

Diploma 3.

Adalbertus Salzb. Archiep. confert cœnobio Admont. jus, quodcunque Eccleſiæ Salisburg. competebat in monte Zezzen.

Adalbert. Salzdat Admontenſibus jus in monte Zezzen.

Ex Cod. Diplom. Admont. apud P. Bernard. Pez. Num. 43.

In nomine S. & Individuæ Trinitatis. *Adalbertus Dei gratia Salzburg. Archiep.* Apoſt. ſedis legatus dilecto in Chriſto Fratri *Rudolfo Vener. Admontenſi Abbati*, & ejusdem loci congregationi in perpetuum. Orta & habita ſæpius inter nos, & Fratres Admuntenſes lite, pro habendo jure Cathineario in fundo Admuntenſis Eccleſiæ, ſuper monte Zezzen, placuit noſtræ, & fidelium noſtrorum deliberationi - - -

Hic adjiciendum duximus, decimas *in Gamner* & *apud Obdach* Fratribus Admunt. Eccleſiæ authoritate noſtra, exemplo Prædeceſſorum noſtrorum confirmavi - - -

Acta ſunt hæc in *Caſtro noſtro Halburch* anno Incarnat. Dom. MCLXXXXIII. Pontificatus vero noſtri XXVI. coram teſtibus, quorum nomina ſunt hæc:

Bertholdus Præpoſ. Salzburg Majoris Eccleſiæ. Bernhardus Præp. de Pertbtesgaden, Chunrad Præp. S. Zenonis, Siboto de Surberch. Otto de Chunigesberch, Chuno de Werven & frater ejus Chunradus. Chunradus de Stetheym, Ulricus de Chalcheim & frater ejus Chunradus. Henricus de Hochſtein & frater ejus Luipoldus. Henricus de Gebeningen & frater ejus Luitvvinus. Otto de Goldek. Otto de Libniz, Ekkebardus de Libniz. Otto de Lanisperg. Albertus de Risperch, Luitoldus de Aichani. Marquardus de Vagir. Rudigerus de Salzburch, & filii ejus Marquardus & Gerboch. Gerboch de Salzburch, Pabo de Jun, & frater ejus Chunradus. Lutvvinus de Chapfen-

pfenſtein, Chunradus de Zeitzperch. Henricus de Uzelingen. Gotſcalcus de Uncingen. Albero de Ainode. Albertus de Schengenberch. Chunradus de Riute, Otto de Tiuffenberch - - - Coram his omnibus præſens pagina *Friſaci* primum fuit recitata, & eorundem conſenſu in Halburch ſigillo noſtro conſummata. Amen.

Diplom. 4.

DIPLOMA 4.

Adalbertus II. Salsb. litem inter Admont. & Frider. de Petowe componit.

Adalbertus II. Salisb. Archiep. componit litem inter Admontenſes, & Frider. de Petove Miniſt. ſuum.

Ex cod. Diplom. Admont. num. 44.

In nomine S. & Individuæ Trinitatis. *Adalbertus Dei gratia &c. Rudolfo Admunt. Vener. Abbati*, ejusque congregationi in perpetuum. Licet omnium ſubditorum paci providere debeamus - - - idcirco præſentium & futurorum memoriæ commendamus, quod *Fridericus de Petau miniſterialis S. Ruodberti*, Abbatem & fratres Admontenſis coram nobis in judicio, frequenti querimonia pulſavit *pro prædio cœnobii Mokkyrnovve*, videlicet eo, quod *idem Fridericus* fuit de cognatione *Godefridi de Wietingen*, qui jam dictum prædium ante annos amplius 40. Eccleſiæ Admuntenſi tradiderit; cum itaque pars parti cedere nollet - - - nos pro bono pacis & quiete monaſterii, habito inter nos & fratres, tam ſpiritualium, quam etiam prudentum Laicorum conſilio ipſum negotium, ita decidimus, quatenus Fridericus acceptis 40 marcis liti cederet, & ejusdem prædii quæſiti & inquirendi abdicationem faceret ſuper reliquias S. Blaſii - - - - *quod dein etiam factum narratus & Frider. de Petove defenſor prædii fuit.*

Acta ſunt hæc in *Caſtro noſtro Libniz* an. Incarn. Dom. MCLXXXXVII. Kal. Martii coram teſtibus, quorum nomina ſunt hæc: *Rubertus Stall, Henricus plebanus de Libniz, Waltherus de Micheldorff* Clerici curiæ noſtræ. *Offo de Teiffenbach. Herrandus de Wildonie, Ottaker de Gräze. Ortolfus de Gunoviz. Reinbertus de Muereke. Albertus de Raminſtein. Ditmarus de Liechtenſtein. Ulricus de Chalcheim & frater ejus Chunradus, Ekkehardus de Tann. Heinricus de Gebeninge. Gotfridus de Chalmberg. Otto de Lonsperch, Ekkehardus præfectus de Libniz. Hartridus de Trovvin. Wolfkangus de Grunenberg, & filius ejus ejusdem nominis. Otto de Goldek, Chunradus de Stetheym. Welchun & Chunrad de Pongavv. Helmvvich de Göſs. Bertholdus & Stephanus de Robas, Wito, Wernardus, & Witmarus de Tann.*

Diplom. 5.

DIPLOMA 5.

Adalb. Salsb. dat 2. paroch. Lieſnich & Palta.

Idem Adalbertus Salisburg. Cœnobio Admunt confert duas parochias.

Ex Cod. Diplom. Admont. num. 45.

Dominus item Adilbertus Archiepiſcopus, *parochias in Lieſnich & Palta*, cum omni jure plebeſanarum Eccleſiarum, & cum omni-

omnibus ſuis titularibus Eccleſiis Admunt. Monaſterio perpetuo poſſidendas tradendo donavit. - - -

Teſtes *Ekibardus Præpoſ. de ſolio. Meinhardus Archidiac. de Volkmarcht, Geroldus Presbyter - - - Wulfingus de Chapfinberg. Siboto de Augia. Willibalm de Lieſnich. Ortolfus de Liuben. Wolframmus de Harpfoltisheim, Heinricus de Motniz, Wecilo Mareſchallus. Peringerus de Radſtatt. Svikerus Dorff. Durinch Halle &c.*

DIPLOMA 6.

Diploma 6.

Adalbertus II. Salisb. Archiep. confirmat privilegia Seccovienſium, ſimulque originem & progreſſum fundationis accurate recenſet.

Adalbertus II. Salzb. confirm. privileg. Seccov.

Ex Diplom. Duc. Styr. P. Frœlich. p. 1. fol. 173. inter Diplom. Seccov. num. 27.

Albertus D. G. *Salzb. Archiepiſcopus.* Unde univerſitatem Fidelium tam futurorum, quam præſentium noſſe volumus, quod nos *precibus Geroldi, ſecundi Præpoſiti Seccovienſis monaſterii*, & in eo diſciplina honeſta aliti, ſed & unanimiter in Præpoſitum electi, fratrumque ſuorum juſtis poſtulationibus aures benignas inclinavimus, & antiqua eorum privilegia innovavimus, nec non, quæ poſtea per nos, aut alios addita ſunt, conſequenter annotavimus. Scire igitur volentibus ſcribimus, quod quidem *Nobilis homo Adalramus vocabulo de Waldeke*, cum *de duabus legitimis uxoribus Berchta, & Ribinza* non haberet liberos, quibus dimitteret hæreditatem, piam Dei genitricem Mariam, ſibi elegit in hæredem, ſuper quo mentis deſiderio *Chunradum ſeniorem tunc temporis Archiepiſcopum Salzburgenſem, Romanumque Gurcenſem*, vices ejus gerentem alacer adiit explendo voto ſuo, & ut cordis affectum per operis initiaret effectum, duas capellas in fundo parentum ſuorum fundatas, quondam a Parochiali jure exemptas, & petitionis, defenſionisque auctoritate ſibi relictas, *unam S. Mariæ in Feuſtrice*, cum *dote Platſe*, ſed & *alteram S. Joannis Evang.* cum *dote Altendorff* in manus Domini Archiepiſcopi humiliter reſignavit, eo ſcilicet tenore, quatenus in unam earum, videlicet *S. Mariæ Capellam, viros Canonicos ſecundum regulam B. Auguſtini in communi vita Deo famulaturos* deſtinaret. Jus vero patronatus ſibi reſervavit, donec arma ferens militavit. Specialiter quoque excepit coram prædictis Pontificibus, ut ſi quis ſubſequens Archiepiſcopus, in ſuperventuris temporibus nimis præſumptuoſus, ſive Præpoſitus Divini timoris oblitus collata, ſeu conferenda prædictæ Capellæ, minuere, caſſare, alienare præſumpſerit, ſemel ac ſecundo commonitus, ſi non reſipuerit, proximus ejus conſanguineus, dato ſuper altare S. Rudberti nummo aureo eundem locum emancipet, ſicque denuo divinis obſequiis inſtauret. Tranſmiſſis ergo illuc *fratribus de Choro S. Rudberti, venerabilibus Wernbero, poſtmodum Præpoſito, Leupoldo Decano*, venientibusque (1140.) Dominicæ Inc. anno, feria ſexta in feſto S. Margaretæ, ſupradictus Adalramus mire lætificatus, quidquid *citra Cervoaldum & Hartbergam* verſus Carinthiam *juxta Mueram fluvium*, vel *in Marchia* poſſeſſionum, ſeu fami-

liarum in ſuo Dominicali habuit, & *alpes Teufental, Stainec, Frezen, Puechſchachen*, excepto uſufructu, & exceptis propriis militibus, & fidelium a ſe in beneficiatorum poſſeſſionibus, totum contradidit. Ad inveſtituram hujus traditionis unum manſum *in villa Willendorff* cum vinea donavit. Cujus bonam voluntatem memoratus Archiepiſcopus volens confortare, a ſupradictis capellis *Ortolfum ſacerdotem* Removens, *parochianum Wides* conſtituit, ac omnem decimationem precibus ejusdem Adelrami in *valle Feuſtriz* pleniter fratribus ipſis donavit. Duas quoque portiones *Epiſcopalium decimarum Heinrichſtorff*, ſive *Nordenſtett, Chüenberg, Vorindorff, Manger* (ſors *in Anger*) *Stocheim, Hermannesdorff Willebalmſtorff*, novellationes ſub monte *Sekkel, Mogelnic, Pübel, Faringen inferiorem, juxta Mornovae*, de agris, vineis, & pecudibus ſuperaddit. Præterea *matricem Eccleſiam Chumbence* cum decimis ſacerdotalibus, nec non filias ipſius tres, videlicet *Capellas S. Margarethæ S. Benedicti, & S. Laurentii* cum quibusdam decimis perenniter habendis, liberaliter contulit; ſacerdotem vero *Waltfridum* inde auferens *in plebeſanam Eccleſiam Vanſtorff* tranſtulit. Conſiſtentibus nempe (ſors autem, niſi ab Amanuenſi integra periodus de translatione canonicorum in Eccleſiam ſeccovienſem omiſſa fuerit) fere triennio prædictis fratribus in præfatò loco, nullamque religionis quietem propter vicinum ſtratæ tranſitum, & villarum circum-jacentium cottidianum tumultum habentibus, præfatus fundator aſſumpto Præpoſito, Dominum Archiepiſcopum adiit, &, ut cellam in ejus poſſeſſionis adjacentiam, in locum *Seccouve dictum* transferret, obnixe concupivit, qui locus montanis cinctus, campis planus, ab hominibus remotus, religioni congruus, & in pratis, paſcuis, ſylvis, rivis, fontibus eſſet abunde commodus. Communicato itaque *Romani Epiſcopi, Pabonis Præpoſiti Gurcenſis, Gebhardi Præpoſiti, Baldevici Abbatis Salzburgenſis*, aliorumque ſapientum conſilio, Wernherus prænominatum Præpoſitum, Romam Papam Innocentium II. dirigendum cenſuit ſuper hoc negotio, cum petitionis, literarumque ſuarum teſtimonio. Qui proſpero curſu iens, ac rediens privilegium, quod adhuc ſupereſt, cum banno Domini Apoſtolici ſuper obſervantia Canonici Ordinis, mutatione loci, traditionibus prædiorum, vinearum, decimarum, oblationum primitus illic factis, & in loco mutato deinceps faciendis reportavit. Venientibus equidem de priore loco in locum Seccowe fratribus, perſonarum religioſarum numero, largitione nobilium, & prædiis, vineis, & devotis fidelium oblationibus, cottidiano proficere cæpit augmento, præſertim *Romano Epiſcopo* per mandatum Domini Archiepiſcopi illuc veniente, & *atrium Eccleſiæ benedicente.* Propter quæ omnia ſupra memoratus Adelramus hilarior redditus, ea, quæ *infra Pirdin, Cervoald, & Hartberg* habebat, tres ſcilicet villas, *Willendorff* unam, *Strelz duas*, & *Geroltstorff* cum vineis ac decimis ex eis provenientibus per Dominum Archiepiſcopum contraditis, aliisque attinentiis, ſed & ruricolis in locum mutatum, dans omnem familiam ſuam contradidit, exceptis quibusdam ad cenſum quinque denariorum laxatis. Subſequente tempore in ſynodo Halle congregata coram præfato *Archiepiſcopo, Heinrico Ratisponenſi, Ottone Friſingenſi, Regimberto*

Pata-

Patavienſi, *Romano Gurcenſi*, & plurimis Prælatis, Abbatibus, ibidem reſidentibus, omnia ſupradicta iteravit, notificavit, privilegiis confirmavit. Ad ultimum depoſitis armis cum ſæculari vita mundo renuncians anno Dom. Inc. (1147.) quinto Kal. Martii ad eum locum, quo omnem ſuam ſubſtantiam præmiſerat, ſeipſum homini, videlicet *Wernhero Præpoſito*, propter Deum obediturus humiliter & ultro obtulit, quem e vicino, ſcilicet quadrageſima tertia die, V. Idus Aprilis ſubſecuta eſt mors pii Antiſtitis Chunradi in cunctis bonis ſtudiis auctoris & cooperatoris ejusdem, eo anno, quo Romanorum Rex Chunradus mox ingrediente æſtate, innumerabiles ſecum in expeditionem Jeroſolymitanam cum Principibus deduxit milites. Succedens Chunrado Eberhardus Antiſtes præter alia multimoda bona rerum mobilium, monaſterium fundavit, *Altare S. Mariæ Magdalenæ* primum dedicans, manſo in Chumbence dotavit, *Chumcence matricem Eccleſiam* lapideam factam denuo dedicavit, & privilegiavit, *Capellam S. Laurentii* dedicans ſanctificavit, litem ſuper prædium *ad S. Stephanum prope Friſacum* inter ſeccovienſes fratres, duasque ſorores *Hildigardem de Tunspercb*, & *Fromudam de Sibdat*, & utrarumque filios diligentiſſime diremit. Manſum quoque in ſupradicto *Järingen*, quo decimæ ejusdem villæ de agris, vineis, pecoribus duarum portionum Epiſcopalium, quas Chunradus ſenior, antea largitus fuerat, poſſent conduci, donavit. Revertente vero per (poſt) biennium Chunrado Rege de Jeroſolyma, & poſtmodum tribus annis non expletis moriente, Fridericus fratruelis ejus Regnum & Imperium obtinuit: ex eo dira calamitas, & hominum malitia contra Dei Eccleſias inſurrexit. Quamobrem ſæpe dictus Præpoſitus Wernherus, & frater Adelramus, pii Patris noſtri Eberhardi præſentiam adeuntes, quem in advocatum poſſent aſſumere, auctoritatis ejus maturitatem cœperunt conſulere. Qui deliberato meliorum ſano conſilio, *Styrienſem Marchionem Ottokarium* in Advocatum decrevit aſſumendum, in cujus poteſtatis dicione maxima pars prædiorum Seccowenſis Eccleſiæ videretur exiſtere. Itaque in prima Curia Friderici Regis, nondum Imperatoris Ratisponæ celebrata Anno Domini Incarn. (1152.) Indict. XV. tertia Kal. Julii, feria tertia, ipſo Archiepiſcopo favente, & Wernhero Præpoſito inſtanter petente, coram Rege ac Principibus Marchio *Ottoker factus eſt ſolempniter advocatus*, interpoſita conditione, ut ſolo divini amoris, & timoris intuitu, ac ſpe ſupernæ mercedis eandem Eccleſiam per ſe, vel hæredem ſuum defenſandam ſuſciperet, nullumque ſubadvocatum, vel genus exactionis, quod vulgo *Uritmutte* appellatur, ipſe vel hæres ejus imponeret. Quod ſi quis ſucceſſorum prædicti Marchionis bannis, placitis, novis angariis, & inventionibus (ſors exactionibus) crebris & intolerabilibus pernoctationibus (videtur ſubjungendam per, vel poſt) ſuſceptam advocatiam in agris, vineis, familia, pecudibus, aliquem inbeneficiare, vel in aliquo gravare præſumeret, per Epiſcopum Præpoſitumque tunc temporis placide bis vel ter commonitus, aut ab inſolentia cederet, aut Advocati nomen, querimonia per Epiſcopum delata coram regno perderet. Eandem conditionem *Ottokarus clementer recipiens*, clementius cum *filio ejusdem*

nominis Ottokario poſt facto Duce tenens, Liupoldo Duci Auſtriæ, & filio ſuo Liupoldo, qui nunc ſupereſt, reliquit. Idem ſupradictus Archiepiſcopus Eberhardus duo *Altaria S. Petri, ſanctique Joannis in monaſterio conſecrans*, duo prata, in quorum uno eſt curtis *Forowiz* ſita, ſervandis gregibus apta, decimasque *Wernheri Capellani* in duobus manſis *apud Pelſe* ſitis contradidit, manſum *Chachel juxta flumen Iamerdam* (ſequi debet in *Harbercb*) fontem coquendi, cum vicina ſylva ad focum nutriendum, ſed & manſus duos *Pillegrini Hecendorff* tradens, (junge etiam) miniſterialibus ſuis illuc convertendi, ſepeliendi, & quæ pro remedio animarum vellent conferre, conferendi poteſtatem indulſit. Unde *Sigmarus & Rudolphus fratres* manſum ſuum *Hacendorff*, *Rudiger de Luega* prædium ſuum *Puſchachen* delegavit. Cemeterium antea a Romano conſecratum ampliavit, monaſterii fundum deſignans nobilibus rebus provexit, *Capellam Strelz per Hartmannum Brixinenſem* dedicavit. Obeunte poſt ſeptendecim annos, decem hebdomadas, & unum diem ipſo Dei ſervo, junior Chunradus noſter avunculus, a Patavienſi ſede tranſlatus ſucceſſit, qui bella graviſſima contra hoſtes Eccleſiæ geſſit, cujus petitione ac præcepto *monaſterium, cum publico Altari per Brixinenſem Epiſcopum Hartmannum*, in vicino præmiſſum, dedicatum eſt, *Capella S. Margaretæ per Udalricum Halberſtattenſem* conſecrata eſt, qui poſt innumeros certaminum labores quatuor annis, ac ſeptimannis fere quatuordecim toleratos diem clauſit ultimum. Cui nos ſuccedentes quamvis preſſuras perſecutionum non modicas paſſi fuerimus, monaſteriis & Eccleſiis pro poſſe noſtro conſuluimus, ac *in Seccovienſi monaſterio tria altaria, ſanctæ Crucis, S. Nicolai, S. Margaritæ*, per nos ipſos dedicantes, *Petrum Parentinum Epiſcopum duo altaria S. Sepulchri, ſanctique Auguſtini*, itemque *Capellam S. Jacobi in hoſpitali* pauperum *Wolkerum Patavienſem Epiſcopum* conſecrare diſpoſuimus. *Eccleſiam ſimiliter Heinrichſtorff per Popponem Retinenſem* conſecrari permiſimus, *Capellam Schonenberch* petitione præpoſiti Wernheri ſpecialiter & *Offonis*, per cujus materteram *Giſilam*, ſimiliter & *per Ducem Ottocarum*, fundus ejusdem Capellæ cum dote Seccovve eſt collatus. *Capellam quoque S. Andreæ in Villa Wetſin* appellata, nos dedicantes, dimidiam partem decimarum Epiſcopalium in curte fratrum ibidem manentium, & tunc temporis excultarum, ipſis fratribus indulſimus, de futuris autem culturis mandatum Domini Apoſtolici obſervari ſtatuimus, Decernentes ac mandantes, ut dotem cum oblationibus in capellis a clauſtro remotis, ſcilicet *Wetſin, Henrichſtorff*, & *Chumenberg* plebani habentes, parvulos ibidem baptizent, mortuos ſepeliant, in clavibus & atriis nullam violentiam clauſtro, ſive proviſoribus eorum inferant, ſed ſua inferendi, recondendi, efferendi, tam ipſi, quam eorum coloni poteſtatem habeant, Duas quoque partes Epiſcopalium decimarum in duabus villis *Arbendorff, & Nevveudorff juxta Wides annem* illo contulimus. Decima quoque unius manſi *in Chumbence*, quo Eberhardus Archiepiſcopus altare S. Mariæ dotaverat, & ſuper quo contentio fuerat, ſponte dimiſimus. Concambium etiam quarundam decimarum, temporibus Eberhardi Archiepiſcopi, altare per *fratrem Sueikerum, ſuum procuratorem* inter *Vorlach, Huſtorff, & Schachindoff* ob difficul-

Difficultatem itineris factam &c. volumus perpetim esse firmum & ratum. Adjicimus etiam, ne quis nostrorum successorum, Vice-Dominorum, Procuratorum, Telonariorum, Angarias, vel alias novas exactiones, ab eis in vendendo vino, vel aliud quid emendo exigat, præter tres saumas vini, sive quatuor solidos Frisacensis monetæ, sicut in temporibus Archiepiscopi Eberhardi cognoscitur institutum fuisse. In atrio quoque claustri, quod muro, vel sepibus circumdatur, & grangiis eorum, quæ clausuris circumdantur, prohibemus sæcularium placita neminem habere, ignem non apponere, rapinam, furtum non committere, hominem nec capere, nec occidere, ut servi Dei, Deo securius possint deservire. Ministerialibus etiam nostris illo se convertendi, filios & filias illo tradendi, de possessionibus suis conferendi, unde non nimis gravetur metropolitana sedes, licentiam damus, liberam sepulturam monasterio concedimus, salva Ecclesia baptismalium Ecclesiarum, quæ tamen regula excommunicatos & interdictos excludit. Statuta vero duorum Pontificum Innocentii II. & Alexandri III. in privilegiis vestris descripta, super Canonici Ordinis observantia, puerorum oblatione, adultorum professione, Præpositorum concordi & legitima electione, novalium quæ propriis manibus, sumptibusve colitis, decimatione, Sacramentorum perceptione a Diæcesano Episcopo, quam diu Catholicus, & Romanæ sedi fuerit subjectus, de occulta divinorum officiorum celebratione, cum anathema fuerit generale, suscipientes approbamus. Prædecessorum nostrorum supra scriptorum, Chunradi senioris, Eberhardi, Chunradi Junioris, & Romani (subintellige, Gurcensis Episcopi, ac Vicarii Salisb.) dispensationes, donationes, ordinationes, super statu ejusdem loci recipiendas stabilimus. Insuper quæcunque *consanguineus noster dilectus Ottakarus Dux Styræ* super salinis, & metallis in fundo Seccowe quærendis & inveniendis, fruendisque Consilio suorum indulsit, & privilegio testatus est, nos authoritate Pontificali confirmamus. Cum vero sit sat difficile, multa bene & cito efficere, diversas diversorum Principum, Nobilium, fidelium delegationes, & oblationes sub banno comprehendentes in alio privilegio proposuimus discrete dirigere. Hanc itaque constitutionis paginam per nos collatam Anno Domini Inc. millesimo centesimo nonagesimo septimo, Anno Henrici Regis IX. (lege XV.) feria IV. (lege VI.) XIV. Kal. April. luna XXVII. quicunque adeo contumax fuerit &c.

DIPLOMA 7.

Diploma 7.

Wulfingus de Chaphenberg villam Lint donat seccovienſibus.

Wulfing de Chapfenberg dat villam Lint Secc.

Ex eod. Diplom. f. 182. *num.* 29.

Instr. Donat. absque titulo. Unde tam, quæ præterit, quam quæ advenit, generatio noverit, quod Dominus *Wulfingus de Chapfenberch* cum gravi molestia corporis correptus, mori se arbitraretur, *Dominum Geroldum Seccovv. Ecclesiæ Præpositum* accersivit, & per manus ipsius *curiam villicalem Linte* sitam cum omnibus attinentiis, *Sec-*

covvenſis monaſterii fratribus tradidit. Quia vero D. *Ulricum de Stubenberch* fratruelem ſuum, ſuarum vice hæredis divitiarum poſſeſſorem jam dudum ſtatuit, eandem per manum ejus delegationem ratam eſſe voluit &c. *Actum Chapfenberch* Anno milleſ. cent. nonag. ſept. fer. V. tertio id. Decemb.

An. 1198.

Ad An. 1198.

Diploma 8.

DIPLOMA 8.

Adalbert. II. Salab. Archiep. dat Seccov. cenſum annuum ex Svlinis.

Adalbert. II. Archiep. Salisb. dat Seccov. annuum cenſum ex ſalinis.

Ex eod. Diplom. f. 182. *num.* 29.

Albertus *D. G. Archiepiſcopus Salzb. &c.* Eccleſiæ *S. Mariæ in Seccovve* pro noſtræ ſalutis remedio, & miſericordiæ beneficio *in Salina apud Gvvall* noſtri juris ad ſeptem talenta perpetualiter contulimus, ſingulis annis accipienda &c. Acta ſunt hæc Anno Dom. Incarn. milleſ. centeſ. nonag. octavo, Indict. I. Anno Pontificatus noſtri XXXI.

An. 1199.

Ad An. 1199.

Diploma 9.

DIPLOMA 9.

Rudolfus II. Abb. Admont. compenſat ablata e ſacrario Eccl. Admont.

Rudolfus II. Abbas Admunt. ea, quæ a ſacrario Eccleſiæ ſuæ alienata erant, religioſe compenſat.

Ex eod. Diplom. Admont. num. 111.

Hoc *in Diplom. hoc vel preced. anno dato, cum præter ea, quæ in titulo exponuntur, nil præter teſtes notandum occurrat, eos ſolum adjungo,* huic actioni, *ait diploma vel notitia,* interfuerunt *omnes decboro noſtro* temporis ejusdem, Presbyteri & aliorum ordinum *litterati & illiterati fratres* quorum nomina ſunt hæc: *Chunradus Prior, Henricus, Udalricus, Lambertus, Gundakerus, Gotſcalcus, Rudigerus, Fridericus, Gervvicus, Ditmarus, Heinricus, Wolframus, Ditmarus, Rudolfus, Wichpoto, Heinricus, Luipoldus, Wolframus, Arnoldus, Heinricus, Seveno, Chunradus* omnes Presbyteri. *Wolfkerus, Heinricus, Heinricus, Ekkebardus, Pertoldus, Pertoldus* Diaconi. *Heinricus, Rudigerus, Reinbalmus, Hadmarus, Arnoldus* Subdiaconi. *Chunradus, Hermannus, Ortvvinus, Ebervvinus, Eppo, Ortoldus, Chunradus, Eberhardus, Heinricus, Otto,* illiterati, nec non & omnes perſonæ noſtri Conventus, ſenes cum Junioribus.

Diploma 10.

Ad DIPL. 10.

Rudolf. Abbat litem componit. cum Herrando de Wildon.

Rudolfus Abbas litem componit cum Herrando de Wildonie.

Ex eod. Diplom. Admont. num. 112.

In nomine Domini. *Rudolfus Dei gratia Abbas Admunt - - -* præſenti pagina manifeſtamus, quod *Herrandus de Wildonia,* dum partem ſilvæ noſtræ *in Gamner* injuſte poſſideret, frequenti fratrum querimonia inductus, pro hac ipſa controverſia ſedanda, diem ſtatuit apud

Wiz-

Wizzenchirchen, ad quem locum & diem cum neceſſariis fratribus noſtris cum veniſſemus, & *Herrandus* cum amicis ac fidelibus ſuis ibidem adeſſet, id a nobis poſtulavit, ut modum terminandæ litis in arbitros committeremus - - - Conſtituti arbitri *Offo de Tiuffenbach*, & frater *ejus Udalricus de Chuſtilzvanch* & *Otto de Graz*, ex Admontenſibus vero, *Gundakerus Presbyter*, *Rudigerus Sacriſta*, *Eppo Cellarius*, *Otto Gerungus*, & *Engilbertus* Magiſter Converſorum, per quos dein lis terminata eſt. Teſtes *Engelscalcus de Hochenberg*; *Rapboldus de Loimich*, *Dietmarus Albus*, *Reinboto de Mamindorff*, *Otto miles Ottonis de Strechovv*, *Wulfingus de Pichel*, *Ribkerus de Eppenſtain* & *filius ejus Richkerus*, *Pilgrinus* ab dem Griez. *Gotſcalcus miles* Ulrici *Hartliebus miles Offonis*. *Eberhardus de Pub.* *Wernherus*, *Mainhardus de Stadel*, & *Wulfingus* ſervi Offonis, *Hartvvich de Puch.* *Henricus de Puch*, & *Wichpoto frater ejus*. *Rudolfus de Praitenvurt*, *Pilgrimus de Viſcarn*, *Hertvvicus de Hezendorff*. Reliqui ſervi ſunt Admontenſes.

DIPLOMA II.

Diploma II.

Idem Abbas ab Ulrico de Pecca prædium obtinet.

Idem Abbas ab Ulrico de Pecca prædium obtinet.

Ex eod. Dipl. Admont. num. 113.

In nomine Domini. *Rudolfus Dei gratia Abbas Admont.* notum ſit - - - qualiter *quidam nobilis homo de Pekach Ulricus*, vocabulo, cum ejus cordi divina inſpiravit clementia, quatenus pro redemptoris ſui, ſanctæque Crucis gratia vellet ſubire laborum diſcrimina in expeditione Jeroſolymitana, veniens ad nos, *cum fratre ſuo Luitoldo*, vendidit nobis pro 30. marcis, quoddam egregium prædium cultum & incultum, quæſitum & inquirendum, videlicet ſex manſus in *Chintetal* ſitos, & *in Sirnich* 3. vineas, cum omnibus appenditiis ſimul colonis, & curtem unam. Verum venditio hæc & ſuper altare S. Blaſii delegatio, hac conditione eſt rite celebrata, ut quamdiu in peregrinatione Domino famularetur, reditus prædicti prædii in uſus noſtros cederet, & interim nec aliquis ſuorum vel amicorum poteſtatem redimendi haberet, ipſe autem vita comite redimeret, ſi vellet, ſin autem Dei ſervitio mancipatus obiret, hocque revera notum fieret, *frater ſuus Luitoldus*, cum prædicto argenti pretio ſolveret, ſi facultas rerum ſuppeteret. Ipſe vero ſi redimere noluerit, quidquid antedictum prædium pretioſius memorato Argento extiterit, remedium animarum eorum coram ſalvatore noſtro erit, & prædium nobiſcum ſtabiliter abſque omni contradictione permanebit. Sciendum quoque, quod ipſo Ulrico peregrinante, ſi frater ſuus Luitoldus, aut homines ſui vim nobis voluerint inferre, quod poteſtatem habemus Advocatum nobis ſuper eodem prædio accipiendi.

Actionis hujus teſtes ſunt. *Eberhardus plebanus de nova Eccleſia*, & *fratres ejus Ortolfus* & *Wigandus de Clamme*. *Gerardus de Putene* & 3. *fratres ipſius*. *Hermannus de Puten*. *Heinricus de Strazhofen*, *Ulricus* & *frater ejus Luitoldus*. *Ortolfus de Schratenſtain*. *Hartnidus de Vildonie*. *Luipoldus Katire*. *Ortlieb de Pekach*. *Siboto de Woſtrix*, *Rapoto* & *Heinri-*

cus Fratres ejus. Albero de Grez. Chunrad & frater ejus Karolus de Sirnich. Duringus de Sirnich. Duringus de Trauſtetten. Ortwinus Camerarius Ducis, Duringus de Schonneke. De noſtris autem &c.

Ad An. 1201.

Ad An. 1201.

Diploma 12.

DIPLOMA 12.

Eberhard. II. Salzburg. ſtatuit, ut fœminæ de Salzburg. Eccleſia, nubentes viris Admont. monaſterii in horum poteſtatem cum liberis & prædiis ſuis tranſeant.

Salzburg. ſtatutum de fœminis Salzburg. nubentibus viris de Eccl. Admont.

Ex Cod. Diplom. Admont. apud Bern. Pez. num. 46.

In nomine S. & Individuæ Trinitatis. Eberhardus Dei gratia Salzburg. Archiep. Apoſt. ſedis legatus, Johanni Abbati Admunt. cœnobii ejusque ſucceſſoribus in perpetuum - - - *ſtatuit hoc diplomate, ut fœminæ de Salzburg. Archiep. Eccleſiæ poteſtate, nubentes viris monaſterii Admunt. in hujus poteſtatem cum liberis & prædiis tranſeant.* Actum *apud Gutaricb* an. Incarn. Dom. MCCI. in præſentia Dom. *Waltheri oeconculi noſtri gurcenſis Electi*, coram teſtibus, quorum nomina ſunt hæc: *Meinhalmus Archidiac. de Friſaco. Heinricus Præpoſ. de ſolio, Ulricus plebanus de Hartberg. Cunradus de Truchſen. Bernardus Dux Karintbiæ. Wichardus de Karlsberch. Fridericus de Petove Reinbertus de Muereke. Heinricus de Leibniz. Albertus de Libniz. Ekebardus de Tann. Chunradus de Pharr & alii quam plures.*

Diploma 13.

DIPLOMA 13.

Leopoldus Dux Auſtriæ, & Styriæ dat Admontenſi monaſt. Capellam S. Martini in Enſtall cum omni jure ſuo.

Lepoldus Dux Styr. dat Admont. Capellam S. Mart. in Enſtall.

Ex eod. Cod. Diplom. Admont. num. 90.

Luipoldus *Dei gratia Auſtriæ ſtyriæque Dux, Leopoldi magni utriusque terræ primi Ducis filius*, Domino Johanni Abbati Admunt. - - - in monaſterio Admont, quod nos pro ſua Religione plurimum diligimus, liberam quandam *Capellam S. Martini in Enſtal apud Eich*, juxta fluvium *Salzach*, in noſtro Dominicali ſitam, & ex antiquo, ab omni jure *matricis Eccleſiæ Grebenich* exemptam, cum omni jure ſuo, dote ſcilicet & clave Eccleſiæ - - - jam dicto monaſterio in proprietatem omnimodam condonavimus, ſtatuentes, ut pro obtinenda nobis æternæ lucis & quietis gratia, luminaria duo cum lumine perpetuo, ante altare B. Dei genitricis Mariæ unum, & ante altare S. Blaſii ſecundum, nocte ac die ſemper ardentia ſumptibus ejusdem Capellæ inſtituantur, & in memoriam æternam tam noſtri, quam etiam patris noſtri, nec non & *Odoacris ſtyrienſium Ducis*, & omnium parentum noſtrorum - - - - actum eſt in ipſo *loco Admunt* anno Incarn, Dom. MCCI. Indict. 4. quinto Kal. Sept. coram teſtibus, quorum nomina hæc ſunt: *Puer Comes de Bogen, Udalricus de Tekindorff. Rapoto de Stein & frater ejus Chunradus. Walcher de Griezbach.* Nobiles. *Hertnidus de Ort.*

Her-

Herrandus de Wildonia. Pillungus de Kirchaim, Gundaker de Steir, & frater ejus Duringus. Ulricus de Chienovv. Albero de Grimmenſtein pincerna Ducis. Bertholdus de de Embirberch Dapifer Ducis. Rudolfus de Sinmaningen Camerarius Ducis. Reinberus de Tann.

An. 1202.

An. 1202.

DIPLOMA 14.

Diploma 14.

Grathſav dictus de Treun, confert Eccleſiæ Vorav. ſub Bernard. I. Præp. II. Vorav. jus advocatiæ in bona in Celle ſeu Wenigzell.

Gratſav de Treun confert Vorav. jus advocatiæ in Wenigzell.

Ex Archivo Canon. Vorav. nondum editum.

Nos *Grathſau dictus de Treun* una cum uxore noſtra *Na* (lege *Eyta*) confitemur præſentibus, & notum facimus univerſis, præſentes litteras inſpecturis, quod accedente noſtra, filiorum noſtrorum & filie noſtre plenaria voluntate proceſſum, obligationis juris advocatiæ, nos jure hæreditario contingentis *ſuper bonis Voravvenſis Eccleſiæ, in villa & juxta villam celleſitis, quo dilectus noſter filius Grathſav, Domino Wernhardo Vener. Prepoſito dicte* Eccleſie, prefatum jus advocatie de noſtro conſenſu ac beneplacito obligavit, ratum & firmum tenere volumus, bona fide & ſine fraude, & inviolabiliter obſervare, ſecundum formam in inſtrumento ſuper hoc confecto poſitam, & expreſſam. In cujus rei evidentiam, teſtimonium, & cautelam præſens ſcriptum (*predicto*) Domino Præpoſito dedimus ſigilli noſtri munimine roboratum.

Deeſt annus, dies & menſis, ſigillum eſt anchora, & crux eſt paxillus illius. Circum ſcriptio eſt fracta, & decerpta, ſolumque hæc leguntur

SCNYNLI. DE.
TREVN.

DIPLOMA 15.

Diploma 15.

Leopoldus glorioſus confirmat privilegia Seccov. Canoniæ.

Confirm. Secc. Privileg.

Ex Diplom. S. Duc. Styriæ. P. Frœlich inter Seccov. n. 30. exſtat etiam apud Ludevvig. reliq. MSS. tom. IV. pag. 181.

Leupoldus favente Dei clementia Dux Auſtriæ & Styriæ, omnibus Chriſti fidelibus in perpetuum. Quia divinæ diſpenſationis providentia, gubernationem Styrienſis principatus aſſecuti ſumus, pariter & adepti - - - Hinc eſt quod *D. Hermannus Vener. Eccleſ. Seccovv. Præpoſitus - - - (referuntur hic privilegia Seccov. nominatim, quod Adalramus de Waldek Fund. Seccov. Ottocaro Marchioni caſtrum Starchenberg cum villa Trabſteten ac militibus nobilioribus donaverit, ut advocatus eſſet Seccov. ſine ſubadvocatis inpheodatis &c.)* cum valida inſtantia ſupplicavit, ut omnes gratias ſeu donationes, ſive etiam libertates *per eundem marchionem & filium*

filium ſuum Ottocarum præclariſſimum ducem ejusdem Styriæ noſtrum dilectum avunculum, domui ſuæ factas, & liberaliter conceſſas per unius privilegii conceſſionem ſibi confirmare noſtræ largitatis munificentia dignaremur. Nos vero - - - *(confirmat dein poſſeſſiones Seccov.)* Teſtibus ſubnotatis qui ſunt: *Ulricus de Stubenberch. Herrandus de Wildonia, Ditricus de Liechtenſtein, Hainricus de Chaſenberch. Bertholdus de Emmerberch, Gundacharus de Styra. Ortolfus & Hertnidus de Volkenſtorff, Gundacharus de Starchenberg. Albero de Polnheim. Albero de Greimſtain. Otacharus de Schlierbach. Ulricus & Leutoldus de Peccah. Heinricus de Adelovanch, Otto & Ottocarus de Wolkenſtein. Waltherus de Fürſtenveld. Dietricus de Hechenſtain*, & plures alii fide digni. Datum *apud Admuntiam* An. Dom. milleſ. ducenteſ. ſecundo, 4. non. Junii. Indict. 6, ſub Purcardo Prothonotario.

Diploma 16.

DIPLOMA 16.

Leopoldus Dux Styr. Seccov. in ſuam protect. recipit.

Idem Leopoldus Seccov. Canonicos in ſuam protectionem tanquam Advocatus recipit Admuntæ.

Eod. loco inter Seccov. Dipl. num. 31.

Leupoldus Dux Auſtriæ & Styriæ - - - *(primo eos in protectionem recipit)* Confirmamus etiam prætaxatæ Eccleſiæ ſilvam *Mullewald* ei contiguam, cum omnibus attinentiis - - - præterea confirmamus ſæpedictæ Eccleſiæ manſum unum in *Hucenbubelen*, quem *Pabo & Engelſcalcus de Plajen* eidem contulerunt Eccleſiæ. Ut autem - - - hujus confirmationis teſtes ſunt *Ulricus de Stubenberg. Perchtold dapifer de Emmerberche Albero Pincerna de Grimmenſtain, Herrand de Wildonia. Dittrich de Liechtenſtain. Gundaccar de Styra, Ortolf & Hartnid de Volkenſtorff.* Data *apud Admunt.* 2. non Junii An. ab Incarn. Dom. milleſ. ducenteſ. ſecundo. Indictione 6. ita apogr. Seccov.

Diploma 17.

DIPLOMA 17.

Eberhard. II. Salzb. confirm. Admont. Paroch. Järingen.

Eberhard. Salzburg. Archiep. parochiam Järingen cum omni jure confirmat Monaſt. Admont.

Ex cod. Diplom. Admont. num. 47.

In nomine S. & individuæ Trinitatis, Eberhardus &c. dilecto in Chriſto fratri Joanni Abbati Admunt. &c. Venerabilium Pontificum - - - aliqua ad ſubſidium eorum, qui in Admuntenſi monaſterio Deo deſerviunt, conferre volentes *parochiam Järingen* cum omni jure ſuo, ſalvo tamen jure Archidiacon. ſuper altare S. Blaſii contradimus, curam etiam animarum ejusdem Parochiæ, in tua ſucceſſorumque tuorum diſpoſitione conſiſtere decernimus, poſitis ibidem non fratribus tuis, ſed Clericis ſæcularibus.

Exemplum quidem actionis hujus ſeu traditionis a Dom. Chunrado ſeniore Archiep. quondam factæ Chirographum, ipſius Præſulis ſigillo munitum, & in ſacrario præfati monaſterii repoſitum continet, quamvis ejusdem Eccleſiæ Poſſeſſio poſtmodum interrupta, & per fra-

fratrum deſidiam ab ipſo monaſterio fuerit alienata. Nos ergo - - - totaliter ipſam parochiam præfato monaſterio in perpetuum Condonamus - - - actum eſt in *Caſtro noſtro Friſacenſi* an. Incarn. Dom. MCCII. in præſentia dilecti *fratris noſtri D. Waltheri gurcenſis electi*, præſentibus quoque fidelibus & miniſterialibus noſtris, quorum nomina ſunt hæc: *Albertus Comes de Wichlsberch, Frider. de Petavv. Otto de Chunigesperch, Heinricus de Leibniz, Ekehardus de Tann. Chunradus Caſtellanus dè Salzburch, Heinricus Caſtellanus Friſacenſis. Chunradus de Pfarr. Marquardus Pincerna.*

DIPLOMA 18.

Diploma 18.

Rudolphus de Raſia quædam Seizenſibus offert.

Rudolphi de Reſia donatio Seiz. facta.

Ex Diplom. Duc. Styriæ P. Frœlich tom. II. inter Dipl. Seiz. num. 10.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni, qui Deus æternus regnat ſine fine ſupernus. Anno ab Incarn. ejusdem Dom. noſtri Jeſu Chriſti MCCII. Indict. 5. tertio Id. April. cum inter Ottonem Saxonem, & Philippum lis verteretur, Duce Leopoldo tam Styriam, quam Auſtriam ductante feliciter, in præſentia *Dom. Colonis de Raſia, fratris* ſubſcripti donatoris & *Alrimi de Wiſſeſtaine, Uſcalci confratris hoſpitalis S. Mariæ de Raſia Gaibardi filii Conradi de Sunbech, Walteri de Wlanciſtaine, Odorici de Rinbito, Conradi de Talein, Armerici de Tochendorff, Conradi de Marchia* & aliorum - - - idcirco in Dei nomine, ego *Rudolphus de Ruſia* ſanus mente & corpore, non per violentiam, ſed integra mea voluntate, conſentiente *uxore mea Hildruda* pro remiſſione - - confirmo donationem duarum villarum *juxta Traun*, in confinibus civitatis *Petoviæ*, & appellatur tamuna, quam altera, *Candia*, quas obtulimus Deo & B. Joanni de Seitz ſuper altare *in die conſecrationis Eccleſiæ memoratæ*, præſente Dom. *Gottifredo Aquileg. Patriarcha Poppone Epiſcopo, Ortolfo, Otakaro & Leupoldo de Gunuvviz, Geroldo de Ribintzo*, dicto *Conrado de Marchia* & aliis. Ea enim conditione, ſupradictam donationem memoratus donator firmavi, ut quandocunque unum conjugalium, ipſum aut uxorem ejus, mori contigerit, ſtatim dicta Eccleſia jure donationis, poſſeſſiones, redditusque integraliter, habeat in perpetuum ſuperioris villæ, in qua redditus quinque manſorum nunc habet, prout inferius declarabitur, & quandocunque alter deceſſerit, in ſupradicto tenore habeat aliam, in qua habet redditus nunc manſi unius, ita, ut ab illis diebus in antea, præſcripta Eccleſia habeat, teneat, poſſideat, & fruatur optima libertate &c. Et ſic *Dominum Priorem Nicolaum* recipientem pro Eccleſia miſit in tenutam & liberam poſſeſſionem - - - - - actum eſt porticu ejus S. Joannis in præſentia ſupradictorum teſtium † Ego Petrus ſcriba ſpecialiter ad hoc rogatus, & bona fide, quam vidi & audivi, ſcripſi, & ſigno victoriosiſſimæ crucis eum autenticavi, complevi & inſuper dedi.

Ad An. 1203.

Ad An. 1203.

Diploma 19.

DIPLOMA 19.

Eberhard. II. Salzb. confirm. Admont. poſſeſſ.

Eberhard. II. Salzburg. Archiep. prædia & poſſeſſiones Admont. monaſterii confirmat.

Ex Cod. Diplom. Admont. num. 48.

In nomine S. & Individuæ Trinitatis. Eberhardus &c. - - (*enumerantur Admont. poſſeſſ. & primo prædium Frielant, cum terminis ſuis inter rivos Loſniz dictos, & a loco dicto ſtange uſque ad terminos Babenberg. prædii.* 2. *Eccleſia S. Leonardi ibidem ſita, cum attinentiis dote, decimis, & exemptione a jure Matricis Eccleſiæ, ac conditione, ut poſt deceſſum Eberhardi in anniverſario ejus fratres refectionem in pane pulchriore, vino & piſcibus habeant, & eleemoſynæ pauperum eo die fiant, interim autem, donec ipſe obeat, anniverſarius Patris ſui eod. modo* 2. *Kal. Octobr. celebretur.* 3. *parochia Idringen.* 4. *liber tranſitus Admont. ſine ullo teloneo per omnia loca Salisburgenſia* 5. *Eccleſia S. Martini in Enſtal.* 6. *quidquid de molendinis in prædio Admont apud Raſtat & apud fluvium Friz, juris Salisburg. erat, Rudigero Abbati donatur, cum loco curtis in Petovve, ut nullum inde cenſum ſolvant.*

Teſtes: *Bertholdus Præpoſ. de Spira. Heinricus Archidiaconus de Gruſcarn. Hertnidus Patav. Canonicus. Mr. Arnoldus, Mr. Simon Chunradus de Muldorf. Luitoldus de Gaſtun. Rudigerus de Chlamme - - - Luitoldus de Regensburch. Egilolfus de Haſelbach, Hugo de Tiufen, Chunradus de Pfarre. Chunradus de Libniz. Chunradus de Werven, Bruno de Longovv. Wolfram, Albert de Einede fratres. Udalricus Spiſſar. Heinricus de Uzelingen, Gerardus Miles, Chuno Enider, Reinbertus Miles de Friſach. Albertus Sulz, Hiltegrinus Juvenis. Dietricus - - - Waltherus Præco, Reinbertus de Halle, Diepoldus Halle. Marquardus de Trieben, Udalricus Perger, Ekkebardus Halle - - - Chunradus, Gerhardus de Gezende.* Actum an. Incarn. Dom. MCCIII. Indict. 6. 8. Idus Jan.

Diploma 20.

DIPLOMA 20.

Leopoldus D. & Eberh. Salzb. confirm. jus Advoc. Göſſenſ.

Bulla privilegii Eberhardi Archiep. Salzburg. & Leupoldi Ducis Auſtriæ & Styriæ, & confirmationis eorundem ſuper jure Advocatiæ Göſſ.

Ex Diplom. S. Ducatus Styriæ inter Dipl. Göſſ. num. 14.

In nomine Sanctæ Individuæ Trinitatis. Eberhardus Dei gratia Salzb. ſedis Archiep. Apoſt. ſedis Legatus, & Leupoldus Dux Auſtriæ ac Styriæ - - - Conſtituta in præſentia noſtra *Abbatiſſa Ottilia de Göſſe* audientiæ noſtræ reſeravit, quod libertas Eccleſiæ ſuæ, qua juxta tenorem privilegiorum ſuorum fungi deberet, graviter infringeretur, cauſam aſſignans in hunc modum - - - - accidit enim, quod *Udalricus miles de Stubenberh*, advocatiam illam ex infeudatione Ducis Styriæ ſe dicit habere; unde perturbationes & jacturas quotidie præfata ſuſtinet Eccleſia. Et ſic querimoniam ſuam Abbatiſſa prædicta pro-

profequendo, cum de multis contra prædictum Udalricum querelam propoſuiſſet, de quibusdam ſe purgavit, & demum circa ſubſcriptos articulos querimoniæ, verſari cæpit intentio, & judicandi ſolicitudo videtur, quod ipſa Abbatiſſa inveſtituras Eccleſiarum ad capitulum pertinentium ſine ipſius aſſenſu conferre, officia intra cellam vel extra ordinare, vel inſtituere infeudationes, cum manum habeant infeudandi ſine ejus præſentia & aſſenſu facere non poſſet. Præterea id ſibi juris vendicabat, quod Ammanus capituli nullas villicationes ordinare, vel aliquas inſtitutiones per manſos & prædia Eccleſiæ ſine conſenſu ejus facere deberet, & quod ab Eccleſiis jus & ſervitium advocatiæ, quemadmodum ab aliis recipere deberet. In quibus prædictus Udalricus injuriam recognoſcens, quod Dux ei auctoritatem non præſtabat, liti ceſſit, & ſpontanea voluntate abrenunciavit, promittens, quod amodo in his Eccleſiam non gravaret, nec ultra ſibi talia vendicaret, cujus rei teſtes ſunt *Epiſcopus Waltherus gurcenſis, Abbas Rudigerus Admontenſis, Abbas victorienſis. Geroldus Præpoſ. Seccov. Decanus Hainricus gurcenſis, Hainricus parochianus græcenſis, Sigebardus de de Hartberg, Daniel Capellanus Ducis, Rudigerus, Cunradus, Arnoldus, Capellani Epiſcopi. Herrandus de Wildonia, Hademarus de Conezingin, Otto de Haſelovve, Marquard de Hintberg, Ruedolph de Putendorf, Albero Pincerna, Wichart de Karlisberch, Dietmar de Liechtenſtain, Hainricus de Libin, Fridericus de Petovve; Otto de Luningisberch, Chuno de Werben. Hortolf de Munparis, Hainricus de Friſav, Helvvicus, Biſilberus, Albero Walraben, Herevvit, Odalricus miniſteriales göſſenſes.* Acta ſunt hæc anno Incarn. Domin. milleſ. ducenteſ. III. *in Eccleſia S. Bartholomæi in Friſaco*, certantibus pro Romano Imperio Philippo Duce ſueviæ filio Imperatoris Friderici, & Ottone, filio Hainrici ducis Saxoniæ de Bruneswic.

Ad An. 1204.

Ad an. 1205.

DIPLOMA 21.

Diploma 21.

Eberhardus Salzburg. Archiep. traditionem Admontenſibus factam a Demute de Salzburch confirmat.

Eberh. confirm. Adm. donationem Demud. de Salzburg.

Ex Cod. Diplom. Admont. apud. Bern. Pez. num. 49.

In Nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Eberhardus - - - notum facimus - - - quod *nobilis fœmina nomine Demut*, poſt deceſſum mariti ſui piæ memoriæ *Domini Meingoti Caſtellani de Salzburch* - - - pro remedio animæ ſuæ 2. curtes in loco, *qui dicitur Wenge*, in præſentia D. Alberti ſel. memoriæ prædeceſſoris noſtri, coram miniſterialibus Salzburgenſis Eccleſiæ, poteſtativa manu tradidit, uſu tamen fructuario eorum prædiorum, quousque ſuperſtes eſiet, ſibi retento, ſed in teſtimonium factæ delegationis XII. denarios annuatim Admontenſi ſolvens monaſterio - - - actum an. Incarn. Dom. MCCIIII. Indict. 7. præſentibus teſtibus, quorum nomina ſunt hæc: *D. Albertus Præp. Salzburg. D. Simon Abbas S. Petri. D. Poppo Præp. Aquilej. Eccleſiæ, Chunradus de Sulzove, Fr. Siboto de Salzburch. Siboto de Surberch*

berch. Otto de Goldek, Otto Juvenis de Steveningen, Chunradus de Smirse frater D. Chunonis. Albertus de Harskirchen. Wichpoto de Toringen. Wolframus de Eicheim.. Gotscalcus de Chuchil. Hermannus Cognatus D. Sibetonis & alii quamplures Amen.

Diploma 22.

DIPLOMA 22.

Berthold. Dux Mer. confirm. Seizenſ. donata Patre.

Bertholdus Dux Meraniæ confirmat donata Seizenſibus a patre ſuo Bertholdo.

Ex Diplom. S. Duc. Styriæ inter Seizenſ. Dipl. num. 22.

In nomine S. & Individuæ Trinitatis Amen. *Ego Bertholdus Dei gratia Dux Dalmatiæ & Marchio Iſtriæ* per præſens ſcriptum - - - confirmo id, quod *Pater meus Marchio Bertholdus*, pro ſalute animæ ſuæ, & omnium prædeceſſorum ac ſucceſſorum ſuorum obtulit Deo & B. Mariæ & Fratribus Ord. Cartuſienſis in Valle S. Joannis Deo ſervientibus. Eſt autem hoc, *in Windiſchkingrätz* dedit prædictis fratribus ſingulis annis 2. modios de frumento, & 10. menſuras de Braſio, dedit etiam de omnibus rebus noſtris propriis, quas ſibi vendemus; aut etiam ememus, quod, nullus præſumat a nobis telonium exigere, aut ſi quid per viam eundo, ſeu redeundo duxerimus, nec tributum dare, nec exactionem aliquam exigere, aut violentiam inferre quisquam audeat. Simili tenore dedit quoque nobis, ne quis telonium aut tributum *in foro ſuo ſtain* a nobis accipiat. Si quis autem - - - hujus rei teſtes ſunt hi: *Engilbert de Wrisberch. Pertholdus de Ufeldorf. Witego de Libegilberch, Wernerus Pincerna, Bernardus de Fuxſingen. Traibato de Andetz. Chunradus de Chirchem, Otto de Welſiberch.*

Ad an. 1205.

Ad An. 1205.

Diploma 23.

DIPLOMA 23.

Leopoldi Dux benef. Runenſ.

Leopoldus Dux Auſtriæ & Styriæ ex ferrifodinis ſuis munificus eſt Runenſibus.

Ex Diplom. S. Ducat. Styriæ part. II. f. 17. Dipl. Run. 13. & Ludewig. tom IV. reliq. MSS. p. 183.

In nomine &c. *Luipoldus D. G. Dux Styriæ & Auſtriæ.* Notum eſſe volumus, quod fratribus de Runadedimus in fodina ferri noſtrum, quantum eis utilitatis provenire poteſt ex follibus. Et hanc paginam ſigillo noſtro munitam ad hujus donationis confirmationem conſcribi fecimus An. Dom. milleſ. ducent. quinto. Hujus rei teſtes ſunt, *Udalricus de Stubenberch, Otto de Haſſelouva, Otto de Grez, Ottacar de Grez, Otto de Cremeſe, Otto de Lapide, Rudigerus de Blankenvvart*, & alii multi.

Ad

Ad An. 1206.

Ad. an. 1206.

DIPLOMA 24.

Diploma. 24.

Leopoldus Dux Styriæ confirmat Runenſibus donationem Luitoldi & Eliſabethæ de Guetenberg.

Leopold. Dux confirm. Runenſ. donat. Guetenbergicam.

Ex Diplom. Ducatus Styriæ inter Runenſia num. 14.

Leopoldus D. G. Dux Styriæ & Auſtriæ, notum eſſe cupimus, qualiter *nobilis matrona Eliſabeth de Guetenberg, Alpes* quæ vocantur *Neciſtel*, pium votum *viri ſui Leutoldi* ſecuta, fratribus de Runa recognovit, eisque teſtamento confirmavit &c. Datum an. Dom. milles, ducentes, ſexto. Teſtes: *Wernhard de Schowenberg. Godefridus & Otto de Truchſen. Dietmar de Rotenſtain. Otto de Grez. Wigandus de Chlamme. Reinpertus de Muereke. Albero Pincerna. Otakar & filii ejus Otakar & Ulricus de Grez. Herrandus de Wildonia. Wichardus de Carlesperg. Erchengerus de Landeſer, Otto de Werven. Wichardus de Waltſtein, Rudegerus de Blankenwart* & alii multi.

DIPLOMA 25.

Diploma 25.

Leopoldus Dux Styriæ prædium ab Eliſab. de Guetenberg Admontenſibus datum in ſuam tutelam recipit.

Leopold. Dux in tutelam recipit prædium Guetenberg. donatum Admont.

Ex Cod. Diplomat. Admontenſi num. 94.

In nomine Domini. *Luipoldus D. G. Dux Auſtriæ & Styriæ, Wolframo Vener. Abb. Admontenſi*, totique conventui in perpetuum. Notum facimus - - - quod *D. Eliſabetha de Guettenberch*, prædium ſuum *in Feuſtriz*, 5. ſcilicet manſus cum molendino, pro remedio animæ ſuæ *& mariti ſui Leutoldi*, Admontenſi cœnobio tradidit, & per manum *D. Ulrici de Pekach, legatarii ſui*, ſuper altare S. Blaſii in præſentia noſtra delegatum defenſioni noſtræ commiſit - - - - hoc etiam inferentes, quod idem prædium a *D. Wichardo de Waltſtein*, qui hoc vadimonio ſibi depoſitum aſſerebat, amicabiliter & pro beneplacito utriusque partis fratres Admontenſes abſolverunt. Actum an. Incarn. Dom. MCCVI. Indict. 12. (lege 9.) in Vigil. Aſſumpt. B. Mariæ *apud Admunt.*

DIPLOMA 26.

Diploma 26.

Otacher de Gunowiz munificus eſt Seizenſibus.

Otacher de Gonowitz bene Seizenſ.

Ex Diplom. Duc. Styriæ p. II. f. 86. *inter Seiz, Dipl. num.* 21.

In nomine S. & Individuæ Trinitatis Amen. *Ego Otocbar de Gonowitz* notum eſſe volo - - - quod ſanus mente, per Dei gratiam, & integer corpore, ob reſpectum animæ meæ, uxorum mearum, omnium parentum meorum, duos manſus, qui ſunt *in Villa de Opplonitz*, Eccleſiæ vallis S. Joannis, per manus] D. Luipoldi Auſtriæ ſtyriæque Ducis, in præſentia *D. Nicolai Prioris*, in perpetuum trado cum ap-

penditiis ſuis, aſſiſtente ejusdem Eccleſiæ Conventu, præſentibus etiam teſtibus *D. Ruberto de Reebsach. D. Ottone de Radisdorff. D. Ortolfo de Blankenſtein, & D. Marquardo de Boſche.* Quod, ut ratum inconcuſſum permaneat, ſigilli mei impreſſione munio, & corroboro. Actum eſt hoc in clauſtro præſatæ Eccleſiæ anno ab Incarn. Dom. MCCVI.

Ad an. 1207.

Ad An. 1207.

Diploma 27.

DIPLOMA 27.

Leopold. Dux confirm. & auget Seiz. poſſeſſ.

Leopoldus Dux Styriæ confirmat, & auget poſſeſſiones Cartuſiæ in Seiz.

Ex Diplom. S. Ducat. Styriæ p. II. f. 76. inter Seiz num. 14.

In nomine ſanctæ Trinitatis & Individuæ unitatis - - - - - Ego *Leupoldus Dei gratia Dux Auſtriæ Styriæque* - - - - terminos poſſeſſionum ſuarum antiquitus poſitos confirmamus, quorum poſitio talis eſt. In introitu ipſius heremi a cacumine montis uſque *Meran*, inde per colliculum, qui eſt ſupra villam quæ dicitur *Gundramſtorf*, deinde ad vadum aquæ, *quæ dicitur Treiim*, exinde uſque ad ponticulum, qui eſt juxta locum illum, ubi aqua *Treiim* allidit monti, & ita ſuperius uſque ad villam, quæ dicitur *Zuchedole*, & villam cum omnibus appenditiis ſuis, & ita uſque ad terram *Luipoldi de Hochencke*, & villam, quæ dicitur *Rosbach*, quæ a Wulvingo miniſteriali Ducis Otochari, prædeceſſoris mei cambita eſt, cum omnibus ad villam pertinentibus, & inde per cacumina montium, ſicut aquæ & nives ad ipſam vallem occurrunt, ita ut *ad turrem illam*, quæ eſt *juxta locum qui dicitur Betſch*. Verum, quia hi ſunt termini per anteceſſores meos antiquitus conſtituti opportunum duximus ejusdem conſtitutionis etiam antiquos teſtes ſubſcribi, quorum hæc ſunt nomina, *Comes Heinricus, Otto & Wolfingus, Cholo & Heinricus, Offo, Dietmarus de Grez, Hertnidus de Wildonia, Ortolfus de Tolet, Reinbertus* & alii quam plures miniſteriales *Otochari nepotis mei.* Præterea, ne prædictus ordo in præſato loco ſitus, aliquem defectum ſuſtineat, de rebus noſtris ſuper addere curavimus, *ante Petovium* ſcilicet, *villam* unam majorem, nomine *Britzlauſtorf*, quæ tempore *Rudolfi de Roſa*, in duas ſupanias diviſa eſt, aliam minorem nomine *Predansdorff*, ultra fluvium *vero Pulzcav*, novalia quædam, in villa quoque, quæ dicitur *Rogots* 4. manſus, qui a Domino *Richero de Turre*, noſtro juri ceſſerunt, & in villa mea, *ultra Drachvvam*, quæ dicitur *Nebou*, manſum unum ad colendam ejusdem Eccleſiæ vineam, & hæc omnia, cum appenditiis ſuis - - - - - Hujus rei teſtes ſunt, *Hertnidus de Ort, Albertus de Roats, Otachar de Gonuvviz, Luipoldus frater ejus, Cunradus Magiſter Cellary, Wernherus de Marchburch, Marquardus de Boſeth Præpoſitus in Marchburg*, & alii quam plures miniſteriales, quorum nomina ſcribere longum duximus - - - acta ſunt hæc an. Incarn. Dom. MCCVII. Rom. ſedis Pontifice Innoc. 3. Roman. Rege Philippo, Aquilejenſis Eccleſiæ Patriarcha Wolffero, exiſtente in valle S. Joannis Priore Nicolao.

DI-

DIPLOMA 28.

Diploma 28.

Henricus de Prank confert Eccleſiæ Seccov. prædium Prank.

Henricus de Prank donat Seccov. prædium Prank.

Ex Dipl. Duc. Styr. p. I. f. 187. *inter Seccov.* 32.

Noverint tam præſentes quam futuri homines, quod *ego Henricus de Prank* patrimonium *meum in Prank* poteſtativa manu, & totaliter tradidi in manus *D. Geroldi Seccovvenſis Præpoſiti* ad Seccovenſium fratrum ſubſidium, anno ab Incarn. Dom. milleſ. ducenteſ. ſeptimo in præſentia totius Conventus pro remedio animæ meæ, & parentum meorum, quorum ibi quidam viventes adſtabant, quidam ibidem ſepulti erant, & præcipue pro receptione in clauſtrum *duarum ſororum mearum Leukardis & Elizabeth*, quod ea die factum eſt. Addidi etiam & feci, ut *Capella* de duobus manſibus *in Ricindof SS. Apoſtol. Petri & Pauli* conſtrueretur *in Seccovve*, & exinde dotaretur &c. De patrimonio meo *in Strechvviz* ſic ordinavi & conſtitui, *quia ſoror mea mea Perchta de Dumerſtorf*, ea die, qua filiæ *ipſius Leukardis & Elizabeth in Clauſtrum Seccovvenſe* receptæ ſunt, cum omnibus ſuis hæredibus totaliter *prædio Prauk* renunciavit, partem unam eis ex patrimonio meo *in Strechvviz* conſtitui, partem alteram patrimonii, hæredibus *D. Elbini* †† (addit Frœlich. ſors *Dumerſtorff* aut *Prank*) uti renunciarent omni prorſus jurisdictione *prædio Prank* (deerit conſignavi) ipſa etiam die, qua hæc acta ſunt, plenam fraternitatem adjuvantibus parentibus meis ſuſcepi, & conſtitui, quia ut ubicunque decederem, quidquid in frumento, libris, & aliis ſupellectibus haberem, totum ad locum ſeccovienſem deveniret.

Ita apographum, cui ultima epocha & ſubſcriptio deeſt, proin anno ſuperius notato expeditum.

DIPLOMA 29.

Diploma 29.

Eberhardus II. Archiep. Salisburg. confirmat decimas & poſſeſſ. Admontenſium.

Eberhard. II. Salzb. conf. Admont. decimas.

Ex eod. Dipl. Admont. num. 50.

In nomine ſanctæ & Indivividuæ Trinitatis. *Eberhardus &c. Wolframmo Ven. Abbati Admunt.* - - - hoc in diplomate aſſeritur Admontenſi monaſterio *in Parochia Techantskirchen* tota decima &c.

Annus in margine adjectus, eſt legitimus; 1207.

Eberhardus Idem confirmat prædia fundos Admont. monaſt. donatos.

Idem prædia & fundos.

Ex eod. codice Dipl. Admont. num. 51.

Diploma ſpeciale nil continet, ſubſcriptiones vero bene notandæ, nam totus ſtatus Salzburg. Cathedræ, ex eo cognoſcitur. Hæ vero ſunt.

Ego Albertus Salzb. Eccl. Præp. ſubſcripſi, Ego Simon Abbas S. Petri SS. Ego Albertus Salzb. Decan. SS. Ego Engilmarus cuſtos SS. Ego Heinricus Camerarius SS. Ego Hartfridus Presb. & Canon. SS. Ego Wolchmarus Presb. & Canon. SS. Ego Heinric. Presb. & Canon. SS. Ego

Heinr. Ulricus *Presb. & Canon. SS. Ego Wilhelmus Presb. & Canon. SS. Ego Chunrad. Diac & Canon. SS. Ego Heinric. Presb. & Canon. SS. Ego Rudigerus Hospitalarius SS. Ego Bertholdus Presb. & Canon. SS. Ego Chunrad Presb. & Canon. SS. Ego Heinric. Presb. & Canon. SS. Ego Hartvvicus Presb. & Canon. SS. Ego Gotscalcus Presb. & Canon. SS. Ego Hermannus Presb. & Canon. SS. Ego Hoboldus Can. & Diac. SS. Ego Otto Canon. & Diac. SS.*

Testium nomina sunt hæc: *Chunradus Præpos. de Hove. Amilricus Plebanus de S Cyriaco. Pilgrinus Plebanus de Rastatt. Karolus Pincerna de Malintin. Frider. de Petavv. Chunrad. Burggravius de Salzburch. Otto de Werven. Chunrad de Jun. Chunrad de Riute. Chunradus de Hoche. Albero de Mose* & alii. Actum *apud Werven* an. Incarn. Dom. MCCIX. (corrige VII.) Indict. XII (lege IX.) Idus Julii in Dei nomine feliciter Amen.

Ad an. 1208.

Ad An. 1208.

Diplom. 30.

DIPLOMA 30.

Eberh. Salzb. confir. privileg. Can. Seccov.

Eberhardus II. Salzburg. Archiep. confirmat privilegia Seccov. Canon. Salisburgi.

Ex Diplom. Ducat. Styriæ p. I. f. 189. inter Seccov. num. 33.

Eberhardus D. G. Salzb. Archiep. &c. Noverit - - - qualiter dilectus & Vener. *Seccovienſis Eccleſiæ Præpoſitus Geroldus*, honori & usui Eccleſiæ ſibi traditæ intendens - - - noſtram adiit clementiam & proferens - - - vetera & recentiora privilegia - - - Eccleſiæ Seccowenſi ab eis collata renovaremus & confirmaremus *(ſequitur deinde confirmatio cum narratione fundationis primævæ ab Adelramo factæ & aſſumpto dein Ottocharo marchione in Advocatum Eccleſiæ & quidem hiſce verbis)* obeunte D. Chonrado Rom. Rege Auguſto, & fratruele ſuo Div. mem. Imper. Friderico ſuccedente in prima curia Ratisbonæ celebrata anno Dom. Incarn. milleſ. centeſ. quinquageſ. ſecundo Indict. XV. 3. Kal. Julii feria 3. (loco 3. *Kal. Julii* lege *in Kal. Julii*, eo, quod alias non coincidat cum feria 3.) B. Eberhardo tunc Archiep. favente, ſæpedicto Alramo fundatore, & D. Wernhero Præpoſ. 1. Seccow. monaſterii inſtanter petentibus, coram Rege & Principibus, *Marchio ſtyrenſis Ottokarus* ejusdem monaſterii factus eſt ſolemniter Advocatus, interpoſita conditione &c. *(narrantur dein variæ largitiones, prout ſupra in Dipl. Adalberti II. inter mea hic num. 6. quibus ſequentes adjiciuntur)* ex dono *Leupoldi Ducis Auſtriæ & Styriæ* ſylvam *Milvvalt* & partem *in fodina ferri Leuben.* Ex dono *D. Alberti de Ekkenvelde* villam *Chotſamesdorff.* Ex dono *ejusdem & D. Hartnidi de Orte, Alramsdorff Wagerin, Puche, Mogelnic.* Ex dono *Gertrudis & filiæ ejus Mechtildis* villam *Wetſchine, Sulze, Pieſnich*, & alterum *Pieſnich.* Ex dono *D. Reimberti de Muereke Stayder-amſedorff.* Ex dono *D. Alberti de Eppenſtein, Leupoldsdorff Chappel, Chravvat.* Ex dono *D. Lantfridi filii ejus Goberniz* cum omnibus attinentiis ejus. Ex dono *D. Herrandi de Wildonia Siginsdorff.* Ex dono *D. Judithæ, & filiis ejus D. Alberti de Rameſtein*, curiam & man-

manſum *Leiſta* & alpem ejus cum omnibus attinentiis ejus. Ex dono *D. Wulfingi de Chapfenberg* curiam *Stade* (ſors *Linte* ut v. hic Diploma num. 7.) ex dono fidelium-prædia in *Pruke*, *Aiche*, *Judendorff*, *Michel*, *Nuzdorff*, *Feuſtrice*. Item *Feuſtrize*, *Mutharn*, *Pabendorf*, *Theſempach*, *Flaſach*, *Ratenberg*, *Forbe*, *Hezdorff*, *Erlach in der Owe*, *Nivendoff*. Igitur, quicunque - - - acta ſunt hæc Salzburgæ An. Dom. milles, ducenteſ. octav. Indict. XI. 3. Id. Dec. præſidente Rom. Eccl. Innoc. 3. an. Pontif. ejus XI. an. Regni Ottonis Saxon. Rom. Reg. primo.

Ad An. 1209.

Ad an. 1209.

DIPLOMA 31.

Diploma 31.

Leopoldus glorioſus Dux Auſtriæ & Styriæ, alter Gyrienſis Cartuſiæ fundator.

Leopoldus glorioſus Dux Styr. alter fund. Gyrienſis.

Ex Diplom. Ducatus Styriæ part. II. f. 137. *inter Gyrienſ. num.* 2.

Liupoldus D. G. Dux Auſtriæ & Styriæ &c. in perpetuum. Quia nonnunquam temporum labente curriculo - - - hinc eſt; qualiter nos pro remedio animæ noſtræ & parentum noſtrorum, tam vivorum, quam mortuorum; *domum quandam Cartuſienſis Ordinis Gyrio nomine* reſtituimus, quæ cum quondam *a Vener. Heinrico Gurcenſis Eccleſiæ Epiſcopo* feliciter fuiſſet exſtructa, ab ordine prædicto per ſucceſſores memorati Epiſcopi in alium fuit trnnslata ordinem, & ſic pene annihilata eſt & deſtructa, quam nos inducti pietatis officio - - - ad ordinem Cartuſienſium revocavimus, noſtræ ſibi manum conſolationis porrigentes. Igitur juxta noſtræ - - *(ſequitur totius territorii deſcriptio)* extra hos terminos conferimus ei villam vinearum nomine *Planinich*, præterea annuatim conſtituimus ei *in foro Marchburg* 5. marcas Friſacenſium pro piſcibus. Conceſſimus etiam, ſi quis miniſterialium noſtrorum prædia vel quævis alia ei conferre voluerit libere faciat - - Advocatiam etiam ejusdem loci nobis reſervamus, & hanc totalem noſtræ pietatis actionem, ſigilli noſtri roboramus impreſſione. Teſtes autem, qui in hac noſtra præſentes fuerunt donatione, ſubſcribere ſtuduimus, *Weregandus de Hochenech. Gebhardus de Seunek. Leutoldus de Peca. Ditmarus de Liechtenſtein. Otto de Chremis. Ulricus de Stubenberch. Cholo de Trubſen & frater ejus Godfridus & Otto. Fridericus de Petowe. Reimbertus de Muerek, Albertus de Roas. Cholo de Raſe, Bertholdus Dapifer de Emerberch. Albero Pincerna de Grimenſtein: Rudigerus Mareſchallus de Blankenvvart. Ekhardus de Leibentz. Otachar de Wolkenſtain. Otto de Waſen. Gerhardus de Crumbach, & frater ſuus Hainricus de Wiltbauſen. Otto de Soboz*, de Auſtria *Ulricus Struno &c. Henricus Camerarius de Tribasvvinkl &c.* acta ſunt hæc in *foro noſtro Marchburg* An Dom. Incarn. milles ducentes. VIIII. Indictione duodecima, quarto Idus Septembris.

Diplom. 32.

DIPLOMA 32.

Dietmar. Styriæ inf. Archidiaconus litem Seccov. dirimit.

Dietmarus Styriæ infer. Archidiaconus litem Seccov. dirimit.

Ex Diploma. S. Ducat. Styr. p. I. f. 190. inter Seccov. Diplom. num. 34.

Ego *Dietmarus inferioris marchiæ Archidiaconus &c. tanquam judex delegatus ab Archiep. Salzb. decidit litem inter Geroldum Præpoſ. Seccov. & Eberhardum Plebanum de Vanſtoff, qui Capellam Schonenburch impetebat, eamque ſeccovienſibus adjudicavit &c.* Epocha deeſt.

Diploma 33.

DIPLOMA 33.

Tranſactio inter DD. & Krumbach & Canon Vorav.

Tranſactio inter Præp. vorowenſem Luitoldum, & Dominos Gerhardum & Henricum de Krumpach, ſuper reunione Capellæ S. Jacobi cum Vorow. Eccleſia tanquam matrice.

Ex archivo Cancellariæ Vorav. tom. II. f. 79. nondum edita.

Quæ geruntur in tempore, ne labantur cum tempore, poni ſolent in lingua teſtium, & ſcripturæ memoria perennari. Cognoſcat igitur præſenſ ætas, & ſciat poſtera, quod *Liutoldus Dei gratia Præpoſitus voravvenſis* pro Capella *S. Jacobi*, quæ multo tempore *a matrice Eccleſia vvorovvenſi* ſcilicet fuit alienata, adeo laboravit, quod Dominum *Gerhardum & Henricum de Chrumpach* qui ſe juris formam a fundo in jam dictam Eccleſiam habere aſſeruerant, ad hoc induxit, ut jus *Matricis Eccleſiæ voravvenſis* pro remedio animæ ſuæ recognoſcerent, tali habita exceptione, quod *Vorovvenſis Præpoſitus* in prædicta Capella *S. Jacobi*, Sacerdotem ibi jugitur cum domo permanentem debeat ordinare, qui tam in ipſa, quam *in alia Capella S. Margaritæ in Cella*, prædictæ vorawenſis Eccleſiæ filia, divina debeat celebrare. Unde ne qua impoſterum poſſit exoriri calumnia, quæ attentet geſtum negotium infirmare præſentem paginam ſubſcriptione teſtium & impreſſione Domini Eberhardi Salisburg. Eccleſiæ Archiepiſcopi Ducisque Luipoldi Auſtriæ & Styriæ voluimus munimine roborari.

Aſſiterunt præſentes. huic facto cum fieret: *Bertholdus de Emerberch, Bertholdus de Stege, Meinhardus de Vroberg, Ortolphus de Schrattenſtein, Gerhardus Zvvangel* cum duobus filiis ſuis, *Henricus Loup. Warmuntus, Hermanus, Gotfridus, Wulfingus, Ulricus de Burchvvelde*, cum aliis quam plurimis, quorum nomina non ſunt ſubarata.

Actum publice *in Thalberg* Incarn. verbi anno Milles CCIX. Indict. 17. (lege 12.) 8. Kal. Junii.

Ad

Ad An. 1210.

An. 1210.

DIPLOMA 34.

Diploma 34.

Tranſactio inter D. Abbatem Admont. & D. Abbatiſſam in Göſſ. ſuper jure patronatus Eccl. B. V. in Leuben & S. Mariæ Magd. in Tragöſſ.

Transactio inter Admont. & Göſſ.

Ex Diplom. Ducat. Styr. p. I. f. 35. inter Göſſ. num. 18.

In nomine Domini. Ego *Gotfridus Dei gratia Abbas Admuntenſis &c.* notum igitur ſit univerſis, cum inter *Eccleſiam noſtram & göſſenſem* magno rerum utriusque partis diſpendio *ſuper Capella S. Mariæ in Leuben*, longo tempore litigatum eſſet, & per appellationis diffugium, utraque partium reliquam ſæpius afflixiſſet: tandem utrisque fatigatis ad deciſionem & tranſactionem venire placuit. Viris itaque honeſtis ad hoc vocatis *Geroldo videlicet Præpoſito Seccov. Wicpotone tunc Priore Admunt. Ulrico de Stubenberg, Ottone de Kremis* & aliis plerisque mediantibus ipſis, in hanc compoſitionis formam convenimus, ut *Admuntenſis Eccleſia* omni jure, ſi quod ſibi ſuper eadem Capella competere videbatur, cederet, nec aliqua deinceps impetitione Eccleſiam göſſenſem ſuper ejusdem Capellæ jure moleſtaret, perpetuum nobis ſilentium imponentes eo pacto, ut pars adverſa redditus 4. marcarum de prædiis Eccleſiæ ſuæ nomine proprietatis Admuntenſi cœnobio & *Eccleſiæ Lieſtinkb* aſſignaret. His autem locis redditus eisdem Eccleſiis ſunt aſſignati, apud *Treboche*, manſus unus & aliquot agri pro talento, apud *Podigor in Murch* 2. manſi pro marca, apud *Chrottendorff vel Bealsdorff* in marchia 2. manſi cum vineis pro talento.

Ne autem prædicta Capella putaretur eſſe aliquando *filia plebeſanæ Eccleſiæ Lieſtink*, confitemur eam habere jus, quod a principio fundationis ſibi eſt collatum, videlicet in prædiis *Comitis Chunradi fundatoris ac nepotum ſuorum Procerum de Glaincb*, ſepulturam & baptiſmum, a quibus Eccleſia eadem percipit decimationem, ſalvo nobis in cæteris omnibus in jam dictæ Eccleſiæ hominibus jure plebeſano.

Hoc etiam in forma compoſitionis eſt recolendum, quod *Capellam Tragöſſenſem B. Mariæ Magdalenæ* a matrice Eccleſia *Lieſtnik*, anuuente Domino Eberhardo Ven. Archiep. Salzb. etiam per prædictum prædium nobis collatum, omnino exemptam eſſe permiſimus - - - - - reſervato etiam nobis in eadem Capella, ſi quod aliud eſt, jure plebeſano - - &c. Hujus rei teſtes ſunt *Geroldus Præpoſ. Seccov. Wicpoto Prior Admunt, Fridericus Camerarius, Hainricus monachus & legiſta, Wichandus monachus, Hartvvicus plebanus in Lieſtink*, nunc vero *Prior in Admont, Fridericus Camerarius, Hainricus monachus legiſta, Wielandus monachus, Hartvvidus plebanus de Chumbenz, Rudigerus plebanus de Murch ad Göſſe, Hermannus & Perchgerus Capellani Abbatiſſæ de Göſſe, Wolvramus de Treviach, Chunradus de Cham, Rudolphus de Liuben.* Sacerdotes & Vicarii noſtri. *Ulricus de Stubenberg, Otto de Chremis, Wigandus de Liuben, Hervvicus de Chapfenberg, Walrab, & Helmrich* Miniſter. Eccleſiæ Göſſ. actum

an. Chriſti Incarn. MCCX. Pontif. D. Innocentii Papæ 3. an. XII. Imperii D. Ottonis Rom. Imp. an. I. regni autem 2. Ego Hainricus &c.

Diploma 35.

DIPLOMA 35.

Luipold. Dux confirm. donat. Ottoc. 6. factam Runenſibus de Alpibus Gottenfeld.

Luipoldus Dux confirmat donationem Ottocari Ducis de Alpibus Gottenfeld Runenſibus factam.

Ex Diplom. S. Duc. Styr. part. II. fol. 19. inter Runenſ. num. 15.

Luipoldus divina cooperante clementia *Dux Auſtriæ & Styriæ.* Innoteſcat, quod *piæ recordationis anteceſſor noſter Dux Styriæ Otaker, alpes*, quæ dicuntur *Gottenfeld* (ſunt iſtæ prope *Hireſchegg*) Deo & glorioſæ genitrici, ejus intactæ virgini Mariæ, *in Runa* manu poteſtativa tradidit, nos igitur - - - - ſane, ut brevitatis utamur compendio, 4. *manſos Bavaricos* in villa dicta *Brenſtede* ſitos dicto monaſterio plenaria poteſtate contulimus quos hoc eodem autentico volumus confirmari. Teſtes ſunt *Hertnidus de Wildonia, Ulricus de Stubenberch, Dietmarus de Liechtenſtein, Otto de Cremſe, Hertnidus de Orte, Godefridus de Truchſen, Otokarus de Graze. Otto de Graze, Albero Pincerna, Rudigerus de Blankenvvart, Albero de Dunkenſtein. &c.* Acta ſunt hæc an. ab Incarn. Dom. mileſ. ducent. decimo die) Kal. Novembr. *in villa, quæ dicitur ſtadelhove.*

An. an. 1211.

Ad An. 1211.

Diploma 36.

DIPLOMA 36.

Luipold. Dux Runenſ. dat Salinis in Ahorn.

Luipoldus Dux Styriæ dat Runenſibus de Salinis in Ahorn.

Ex eod. Diplom. loco cit. f. 20. inter Run. num. 16.

Luipoldus Dux Auſtr. Notum eſſe cupio quod *fratres Runenſ. (reliqua contextus hujus referuntur in explanat: hujus diplomatis)* nos vero juſtitiæ pacisque intuitu eorum neceſſitate & noſtræ ſaluti providentes ſtatuimus, ut in compenſationem ſalinæ, *Runenſes Fratres* annis ſingulis 100. modios ſalis de manibus officialium noſtrorum excipiant, & quidquid inſuper quæſtus nobis inibi accreverit, decimam deſuper marcam habeant - - - hæc noſtra inſtitutio pacisque compoſitio, pari conſenſu fratrum Runenſium eſt approbata, & coram miſterialibus noſtris recitata, & fratrum teſtium ſubſcriptorum adſtipulatione roborata, qui cum plurimi adeſſent, eorum tantum nomina intitulata ſunt, *qui inter cæteros digniores fuerant.* Capellani Ducis: Ulricus, Henricus. Liupoldus, Piterolfus. Miniſteriales, *Herrandus de Wildonia, Ulricus de Stubenberg, Otto de Grez Ottakarus de Grez & filius ejus Otakarus, Henricus de Orte. Albero Pincerna, Rudigerus de Blankenvuarth, Bertholfus dapifer de Emerberch, Otto de Lapide, Diepoldus de Liuben, Eſchvvin de Grez*, acta ſunt hæc An. Incarn. Domin. milleſ. ducenteſ. undecimo. Indict. decima 4.

Ad

Ad An. 1212.

Ad an. 1212.

DIPLOMA 37.

Diploma 37.

Leopoldus glorioſus Dux Eccleſiam gyrienſem a ſe ædificatam novis cenſibus auget &c.

Leopold. glor. Gyrienſ. Eccl. auget.

Ex Diplom. Duc. Styr. p. II. f. 138. *inter Gyrienſ. num.* 43.

Luipoldus D. G. Dux Auſtriæ & Styriæ in perpetuum Ad notitiam omnium cupimus pervenire, quod *Cœnobio noſtro in Gyrio, in die dedicationis Eccleſiæ*, ibi in hon. Dei & B. Mariæ, B. Joannis Baptiſtæ & B. Mauritii M. Ducis & Principis martyrum Thebæorum propriis ſumptibus ædificavimus, plures fecimus gratias ſpeciales, & quarum anteſactas nobis placuit confirmare, imprimis poſſeſſiones, quas *ab Epiſcopo & Capitulo gurcenſi, Eccleſiæ* 100. marcis argenti ponderе Friſac. cum terminis, quos ei in privilegio ſundationis aſſignavimus, concludantur, alios terminos diſcretioni noſtræ viſum eſt diſtinquendo limitare, & *ad preces Ven. Hekeberti Babenberg. Epiſcopi, qui Eccleſiam dedicavit*, & *Friderici* (legendum puto *Luipoldi*) *filii noſtri*, & multorum nobilium miniſterialium noſtrorum, qui de Auſtria & Styria *ad dedicationem* nobiſcum convenerant, ultra *rivum Graſſenich* ampliare, in dedicationis dotem hoc modo *(ſequitur nova, eademque Dilatatio limitum & additio novorum cenſuum. Hæc exſtant apud Ludewig tom. IV. reliq. manuſcr. pag.* 156.) Teſtes autem, qui præſentes fuerunt, & ad hoc ſuis precibus nos induxerunt, ſubſcribere ſtuduimus. *Ekebertus Babenb. Epiſcop. Fridericus (* lege *Luipoldus) filius noſter. Ulricus de Pechach, Albertus de Roas. Luitoldus a Wildonia. Fridericus de Petovia. Otto de Kunigesberch Otto de Traberg, Otto de Grätz, Luitpoldus de Gonovviz, Hadmarus de Cunring. Marchardus de Hynberg. Rugerus Mareſchallus de Plankenvvarth.* Acta ſunt hæc an. Dom. milles ducentes duodecimo ſept. Id. Novembr. Indict. XV. in *domo noſtra Niumburch*, per manus Notarii noſtri Heinrici Petovienſis.

DIPLOMA 38.

Diploma 38.

Compoſitio ob argentifodinas inter Epiſcopum Gurcenſem & Præp. Seccovienſem Geroldum.

Compoſitio ob argentifodinas inter Epiſcop. Gurc. & Præp. Seccov.

Ex Diplom. Duc. Styr. p. I. f. 191 *inter Seccov. num.* 35.

Waltherus *D. G. Gurcenſis Eccleſiæ Epiſcopus, Geroldus Seccov. Præpoſ.* cum univerſitate Capituli ſui &c. Noverint igitur univerſi Chriſti fideles, quod Controverſia, quæ olim inter Eccleſiam Gurcenſem & Eccleſiam Seccovienſem habebatur de fodinis argenti *in monte Dobirſchach*, in quo utraque Eccleſia - - - - ſub hac forma eſt definita - - - ut decimæ, & omnia acquiſita & acquirenda, quocunque nomine appellantur, prædictis Eccleſiis æqualiter dividantur, - - - inſuper, ut utraque Eccleſia ſuum ibi habeat montis magiſtrum, qui vulgo *Berchmaiſter* dicitur, &c. ſunt autem hi teſtes. *D. Hartvvicus vitedominus D. Pilgrimus Dapifer. D. Ulſcalcus de Rabinsperg D. Ortolfus de*

S. Egidio. D. Perchtoldus Junior de Rabinsperch &c. D. Ulricus & D. Walchun de Dyrinſtein. D. Perngerus de Albeke &c. Acta ſunt hæc an. Dom. Incarn. milleſ. ducent. duodecimo. Indict. XV. octava Kal. Martii in Caſtro Friſech.

Ad an. 1213.

Ad An. 1213.

Diploma 39.

DIPLOMA 39.

Leopold. Dux conf. donation. Thiem. Elsnitz Seizenſibus.

Leopoldus Dux confirmat donationem D. Thiemonis de Elsnitz Seizenſibus factam.

Ex Dipl. Ducat. Styriæ p. II. f. 78. Dipl. Seitz. 15.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Amen. *Luipoldus Dei gratia Dux Auſtriæ & Styriæ* - - - quod Dominus *Thymo de Elsnitz* quoddam prædium, quod a nobis multis annis poſſederat, pro remedio animæ ſuæ, parentumque ſuorum, *Eccleſiæ vallis S. Joannis Ordinis Cartuſienſis*, in præſentia noſtra partem in Eleemoſina reliquam in pretio XII. marcarum contulit, ejusdemque *neptis nomine Helspeth*, cum pueris ſuis, pro parte ſua, ab eadem Eccleſia 60. marcas recepit, eidemque Eccleſiæ in perpetuum poſſidere conceſſit. *Nepos etiam jam dicti Thymonis, nomine Hainricus, tunc Vicarius in Saxenberch* partem ejusdem prædii, quæ ſe contingebat, præfatæ Eccleſiæ tribuit, & pro reliqua parte 13. marcas accepit. Et notandum, quod *Dominæ Halspeth* venditionis *apud Ratipospech* teſtes fuerunt, *Dominus Marquardus Plebanus ejusdem Eccleſiæ, Heinricus Sacerdos, Rainaldus Sacerdos, Otto ſun & frater ejus Archingerus, Hermannus de Ponnichil, Conradus de Sacco & frater ejus Heinricus, Hiltegrimus Neve & Popo miles, Luitoldus miles, Gebhardus Officialis de Marpurch, Siboto miles de Oplonitz, curiæ Præco & Frater ejus Sele.* Ex parte vero D. Heinrici Sacerdotis. *D. Fridericus de Sala, Rivinus, Pertolfus Plebanus de Obernburch, Petrus Diaconus, Arnoldus Subdiaconus Otocharus & frater ejus Luitpoldus de Gonovviz, Ulſcalcus de Ravenberch, & frater ejus Eberhardus de Leuberch*, & alii quam plures. Acta ſunt hæc *apud Marburch* in præſentia noſtra & mipiſterialium noſtrorum, videlicet *Ulrici de Stubenberch, & Ottonis de Cremes, Ulrici de Marpurch & Henrici Vorenberch, & Otachari de Gonovviz & Luipoldi fratris ejus*, & aliorum quam plurimorum, anno ab Incarn. Dom. MCCXIII. data per manum Hainrici Notarii Plebani de Retze.

Ad. an. 1214.

Ad An. 1214.

Diploma 40.

DIPLOMA 40.

Eberhard. II. Salb. cum Leop. Duce componit litem. Admont.

Eberhardus II. Salzburg. Archiep. cum Leopoldo Duce Styriæ litem componit inter fratres Admont. & Reinbert. de Muerek.

Ex Cod. Diplom. Admont. num. 52.

Eberhardus *Dei gratia Salzb. Archiep. Luipoldus quoque Dei gratia Dux Auſtriæ & Styriæ* - - - præſenti ſcripto duximus declarandum, quod cum controverſia, quæ vertebatur *inter Monaſterium Admontenſe*

ex

ex una parte, & *Reinbertum de Murekh* ex altera, ſuper decimis *in Gamer* fuiſſet diutius agitata magnis laboribus & expenſis, tandem ipſis ad nos *in Græze* pariter convocatis cum eis ſuper concordia inter eos facienda tractabamus - - *(narrat Diploma arbitros conſtitutos)* nos autem in tale arbitrium, habito conſilio virorum prudentum convenimus, quod *Reinbertus* acceptis a monaſterio prædicto marcis 150. monetæ Friſacenſis renunciaret omni jure, quod ſe habere dicebat in prædictis decimis &c. facta ſunt hæc *apud Graez* an. Incarn. Dom. MCCXIIII. Nonis Novembris, coram teſtibus quorum nomina ſunt hæc: *Otto Præpoſ. Majoris Eccleſiæ Salzb. Chunradus Archidiac. & Plebanus in Volkenmarkt. Karolus Vicedominus Friſac. Cunradus Com. de Plein. Cholo de Weſſenbercb, Ulricus de Peccach. Dietmarus de Liechtenſtain, Cholo de Truchſen, Otakarus ge Grez. ſenior Alb.ro Pincerna.* Datum *Grez* feliciter.

DIPLOMA 41.

Diploma 41.

Luipoldi Ducis Styriæ confirmatio & approbatio ſuper fundationem & donationem factam per D. Luitoldum de Guetenberg & Elizabeth uxorem ejus Eccleſiæ Göſſ. in Styria.

Luipold. Dux confirm. donat. & fundat. Göſſ.

Ex Diplom. S. Ducatus Styr. p. I. f. 30. inter Göſſ. num. 17.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. *Ego Luipoldus divina favente clementia Dux Auſtriæ & Styriæ &c (repetitur hic tota donatio & exceptio Eliſabethæ de Guetenbercb de prædiis quibusdam, tradendis Eccleſiæ, ubi ſibi ſepulturam aliquando eligeret, & quidem cum conſenſu Luitoldi mariti, filiarum Kunegundis & Gertrudis, ac ipſarum maritorum Wilhelmi Com. de Hunnenbercb & Herrandi de Wildonia, quæ omnia Græcii ab Ottocaro Duce, ſigillo ejusdem ſunt munita) nihilominus Tamen (*pergit *idem Diploma de Eliſabetha Guetenbergica)* coram nobis altera vice in manus delegatoris *Ulrici ejusdem* (de *Peccab*) tradidit Eccleſiæ göſſenſi deleganda, ubi ſibi locum ſepulturæ delegerat. Jus vero advocatiæ prædii ejusdem delegati ad præfatum cœnobium, nobis contulit ſupplicando, ut nulli unquam inbeneficiaremur, ſed ſemper nos & poſteri noſtri eſſemus in poſſeſſione advocatiæ, quod & filia prænominatæ matronæ *Ottilia göſſenſis Eccleſiæ Venerab. Abbatiſſa* poſt mortem matris, per ſententiam *in placito Veldkirchen* coram multis obtinuit, & *poſtea in Graz* per teſtes idoneos comprobavit. &c. *(enumerantur dein prædia Eccleſiæ göſſenſi delegata, & additur.)* Hæc in præſentia noſtra *apud forum Ivvidet* acta ſunt ſub teſtimonio multorum fidelium tam nobilium, quam etiam miniſterialium noſtrorum, quorum nomina ſunt hæc: *Wilhelmus Comes de Hunnenbercb, Ulricus Nobilis de Petach (*lege *Peccach)* & *frater ejus Luitoldus. Rudolfus nobilis de Chindebercb, Erchingerus de Landiſer & frater ejus, Rudolphus de Stadek; Wulfing de Chapfenbercb, Ulricus de Stubenberg, Otto de Crembs, Otto de Linphinbach & cognatus ejus Hartvicus, Otach de Grätz, Rudolph de Raſe, Otto de Grätz, Yvecilo de Xaven, & frater ejus Hervvordus, Ervvicus de Gaſtn. Bertholdus de Limberch, Gotſcalcus Der Froberch (*ſors *de Froberg) Ulricus & Dietericus de Schlittgrabn, Albero de Dunkeſtth. Ludvvicus de Chapfnſtein.* His ita peractis,

cum poſt aliquot annos prædicta matrona viam univerſæ carnis ingreſſa eſſet, & in Eccleſia göſſenſi ſecundum petitiones ſuas debito cum honore tumulata fuiſſet, filia ejusdem matronæ, tunc temporis ejusdem *Eccleſiæ Vener. Abbatiſſa Ottilia*, accerſito *Ulrico de Pettach* (lege *Peccach*) delegatione matris præfata prædia, ſicut ad delegandum fidei ſuæ fuerant commiſſa, Eccleſiæ göſſenſi, congregatione, & multis viris honeſtis aſtantibus & videntibus, nec aliquo reclamante vel Contradicente, *Idem Ulricus* poteſtative ſuper altare S. Mariæ delegavit coram teſtibus, quorum nomina ſunt hæc: *Ulicus Nobilis de Pettab* lege *Peccach. During de Stire. Wichardus junior de Charlisperch, & Leo miles ipſius - - - Werigant, & frater ejus, Luitoldus de Waltſtein. Seifridus de Toeſul, Wolfram, Anshalm, Otto Lurche, Ortlieb, Walchun, Chunradus Auborn, During de Schönek, Alcuinus, Ortolfus, Chunradus de Voget, Chunrat de Duringe, Wichart de Phannenberch, Hervvamus, Albertus milites Duringi, Ortolfus, Rudolphus, Rudigerus & frater ejus Hartvvicus Gebur, Heinricus de Tumbur, Fridericus der Waſſe, Hobolt de Wurzheim, Wolfgangus de Duringerdorf, Herrandus de Dorfil, Hartvvicus der Jung, Rabeno & filii ejus, Wulfingerus & Otacharus, Otto & Fridericus de Page, Heinricus, Otto & Chunradus de Utz, Hainricus Poltzil, Haimricus Prugil, Herrandus, Hermannus der Frank, Chunradus Chirchchalp, Rudigerus Eberhardus, Albricus, Harvvicus der Pfaf* & alii plures. Hanc igitur tranſactionem diverſis temporibus factam ſigilli noſtri impreſſione munire curavimus. In *Caſtro noſtro Styræ* an. Incarn. Dom. MCCXIIII. Indict. II. quinto Kal. Jul.

Ad An. 1215.

Ad An. 1215.

Diploma 42.

DIPLOMA 42.

Eberh. Salzb. litem dirimit Admont. de Eccl. Mykernovv.

Eberhard. Salisburg. Archiep. dirimit litem Admontenſium de Capella S. Nicolai in Mykernow.

Ex Diplom. Cod. Admont. num. 53.

In Nomine &c. Commendamus memoriæ, qualiter deciſa fuerit longa lis, ſeu controverſia, quæ inter monaſterium Admont. & *Eccleſiam plebeſanam Liebniz*, ſub noſtris prædeceſſoribus fuit agitata, & ad noſtram uſque audientiam ſæpius delata, *pro Capella videlicet S. Nicolai in Mykyrnovv*, quam *Godefridus de Wietingen & uxor ejus Adila, monaſterio Admontenſi* contulerunt, infra terminos parochiæ conſtitutam, cum dote & decimis, & omnibus attinentiis ſuis, & hoc ex conſenſu prædeceſſorum noſtrorum, qui *eandem Capellam baptiſmalem eſſe* cenſuerunt, ita ut populus, *qui eſt ſuper Collem, & ad Mukyrnovv & ad Chrots*, baptiſma, ſepulturam, cætera divina, a ſacerdote Abbatis recipiat, in placito vero Chriſtianitatis, & reconciliatione pœnitentium & judiciis Eccleſiaſticis ad plebeſanam *Eccleſiam Libnitz* ſpectare debeat.

Cum itaque diverſi ſacerdotes ſive *Plebani de Libniz*, pro jam dicta Capella obtinenda contendentes, fratres infeſtarent - - - de mandato noſtro, prudentibus viris mediantibus inter *Abbatem Admont.*

D. Godefridum, & Plebanum de Libniz D. Henricum ſalubrem tandem deciſionem eadem controverſia, ſic accepit, ut videlicet *Abbas & fratres ejus* plebano & Eccleſiæ *in Libniz* ad IIII. marcarum annuam penſionem de prædiis monaſterii conferrent, & hoc factum ſuum auctoritate noſtra ſtabilirent.

Igitur *apud Nazzovv*, præfatæ *Eccleſiæ Libniz*, legitima traditione fratres, de prædio Eccleſiæ Admont. ſimul cum decimis ad 4. marcarum penſionem aſſignaverunt, & eandem traditionem in noſtra præſentia firmaverunt coram teſtibus, quorum nomina ſunt hæc: *Rudigerus Præpoſ. de Cella. Chunradus Archid. Carintbiæ Mr. Bernbardus Notarius, Walterus Plebanus de Teſſinbach, Chunradus Plebanus de Stivene. Chunradus Plebanus de Marchburg. Wernbardus Plebanus de Rabe. Chunradus Plebanus de Meingazpurch. Dietricus Pleban. de Fragach. Eberbardus Plebanus de Vanſtorf, & frater ejus, Perchtoldus Capellanus. Wilbelmus Com. de Hunnenburch, Dietmarus de Liechtenſtein. Fridericus de Petovv. Cholo de Truchſen & frater ejus Godefridus & Otto. Reimbert de Muereke, Hartnidus de Ort, Otto de Libniz, Otto de Cremiſe, Gerbardus de Libniz,* & alii quam plures. Actum eſt hoc in *Caſtro noſtro Libniz* III. N. Junii an. Incarn. Domin. MCCXV.

Ad An. 1216.

Ad An. 1216.

DIPLOMA 43.

Diploma 46.

Udalricus de Stubenberg Jeroſolymam iturus, Eccleſiæ Seccovienſi, fundos inique detentos reſtituit.

Ulric. de Stubenberg. reſtituit fundos Eccleſiæ Seccov.

Ex Diplom. Styr. p. I. f. 192. num. 29. inter Dipl. Seccov. num. 36.

Ego *Ulricus de Stubenberg*, omnium patere induſtriæ cupio, quod in procinctu itineris, verſus terram Jeroſolymitanam conſtitutus, 4. *hubas in villa Ratenberch* ſitas, & a Domina *Hiltrude de Raſe matertera mea*, Seccowenſi Eccleſiæ pridem donatas, ſed a me temporibus vitæ meæ injuſte detentas, una cum aſſenſu *filii mei Wulfingi*, ſi in ipſo peregrinationis itinere præſenti vitæ ſubtractus fuero, libere remitto præfatæ Eccleſiæ, & ut iſta conſtitutio mea neque a filio meo, neque ab aliquo propinquorum noſtrorum infringi debeat (fors poſſit) præſentem paginam ſigilli mei impreſſione munio, teſtesque, in quorum præſentia hæc facta ſunt, adhibeo, quorum nomina ſunt hæc: *Wolfkerus Abbas de S. Lamberto. Engilbertus Abbas Runenſis, Sigifridus Hoſpitalarius de Cervvald, Otakarus Plebanus de Murce. Albertus Plebanus de S. Dionyſio, Leutoldus liber de Peccach, Rudolfus de Stadeke, Rapoto de Stein, Heinricus & Hartvvicus fratres de Chrotendorff, Heinricus & Rainbardus fratres de Avelenze. Chrafft Dapifer. Hartmannus de Pernek & filii ejus Henricus & Hugolinus.* Acta ſunt hæc *in Caſtro Chapfenberg* anno ab Incarn. Dom. mileſ. ducenteſ. decimo ſexto. Indict. quarta. VII. Kal. Julii.

Ad An. 1217.

Ad An. 1217.

Diploma 44.

DIPLOMA 44.

Compoſ. Eberhardi Salzburg. inter Monaſter. Voravenſe & Vornbac.

Compoſitio amicabilis Eberhardi Archiep. Salisburg. inter monaſter. Vorawenſe & Vornbacenſe ſuper tribus Capellis Minichwalde, S. Jacobi & S. Margarethæ de anno MCCXVII. IX. Kal. Febr.

Ex Archiv. Vorav. Præpoſ. nondum edita.

In nomine S. & Individuæ Trinitatis Amen. *Eberhardus Dei gratia Salisburg. Archiep.* Apoſtolicæ ſedis legatus &c. Noverit univerſitas Chriſti fidelium, quod cum inter *Voravvenſe, & Vormbacenſe monaſteria*, ſuper tribus capellis *Minichvvalde, & S. Jacobi, & S. Margarethæ* quæſtio verteretur, nos de Conſenſu partium, talem compoſitionem fecimus, quod jam dictæ 3. *Capellæ filiæ ſint Voravvenſis Parochiæ*, & reverentiam attinentiæ matri ſuæ exhibeant, ſicut in privilegio noſtro, quod ſuper eadem compoſitione utrique partium dedimus, eſt diſtinctum. *Præpoſito vero Vorovvenſi* præcipimus, ut monaſterio *Wormbacenſi*, in recompenſationem cujusdem privilegii, quod Dom. Eberhardi prædeceſſoris noſtri felicis memoriæ eſſe dicebatur, & ſuper eisdem Capellis pro Vornbacenſi conſcriptum fuerat, 20 marcas perſolveret pecuniæ numeratæ. Nos enim idem privilegium extinqui fecimus, quia de falſitate ab adverſa parte ſuſpectiſſimum habebatur. Summam igitur 20. marcarum monaſterio *Vornbacenſi* ad præmiſſum terminum, nobis præſentibus & mediantibus perſolvit *Præpoſitus*, & nos eum ab eodem debito de aſſenſu alterius partis pronunciamus abſolutum. Ne igitur ſuper hoc, *Monaſterio Voravvenſi* quæſtio moveatur impoſterum, præſentem chartam conſcribi, & ſigillo noſtro muniri fecimus, ut ejus teſtimonio omne dubium amputetur. Datum apud *Werum* (lege *Werven*) Anno Incarn. Dom. MCCXVII. 9. Kal. Februar.

Ad An. 1218.

Ad An. 1218.

Diploma 45.

DIPLOMA 45.

Honor. III. P. dat poteſt. erigendi Epiſcop. Seccov.

Honorius III. Papa Eberhardo II. Archiep. Salisburg. indulget poteſtatem erigendi Epiſcopatum Seccovienſem.

Ex Dipl. Duc. Styr. p. 1. f. 299. inter Ep. Seccov. Dipl. n. 1.

Honorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei. Venerabili fratri Eberhardo Salzburg. Archiep. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Quod non tua, ſed quæ Chriſti ſunt, vel potius quæ Chriſti, & tua ſunt, ſedula meditatione requiras, opera tua teſtimonium perhibent evidenter. - - - Prudenter enim recogitas quod Salzb. Dyoc. uſque adeo eſt diffuſa, quod non ſufficias univerſis habitantibus in eadem, paſtorali ſollicitudine imminere, timens quoque, ne non ſit, qui parvulis lac doctrinæ, vel provectis cibum ſolidum amminiſtret, aut quod infirmum eſt, in eis conſolidet, aut alliget, quod confractum,

olim

olim per dilectum *filium Karulum Frisacensem Præpositum* per litteras tuas nobis humiliter supplicasti, ut in *Seccovienſi Ecclesia*, tuæ Dyoc. Episcopalem sedem creandi, tibi licentiam concedere dignaremur, parato *de assensu Capituli tui, ei unam dietam & dimidiam in Dyoc. & trecentas marchas in reditibus assignare*, ita ut per omnia *ipsius Ecclesiæ Seccov. jure salvo, nihil de bonis ipsius ad Episcopalem Kathedram transferatur, nec ullum* exinde iu dignitatibus, libertatibus, consuetudinibus, & rationibus *Salzb. Capitulo præjudicium generetur.* Unde licet forsitan eo minus ad hoc insufficiens debeas reputari, quo insufficientiam allegas instancius, nos tamen tuum propositum dignis in Domino laudibus Commendantes, & precibus tuis eo favorabilius annuentes, quo rarius ejus similes, & frequentius nobis dissimiles, vel potius contrariæ porriguntur; ut res tam ardua sine omni offensione procederet, *Ven. fratri nostro Frising. Episcopo, & dilectis filiis Brixinenſi electo, & Abbati Admunt.* nostris dedimus litteris in mandatis, ut hujusmodi negotii circumstantias sollicite inquirentes, & specialiter, si hoc Ecclesiæ Salzb. expedire viderent, & ad *id Capituli ejusdem assensus accederet*; nec non *si Seccovienſis Ecclesia ex hoc servaretur indempnis*, & utrum esset sufficiens & idonea futuri Episcopi provisio prætaxata, diligentius indagantes, rescriberent nobis super his omnibus fideliciter veritatem, qua cognita de consilio fratrum nostrorum procederemus inoffense.

Episcopus vero & Abbas prædicti, sicut suis nobis litteris intimarunt *(quia prædictus electus cruce signatus in procinctu quasi peregrinationis positus huic negotio interesse non poterat)* ad Salzburg. Ecclesiam personaliter accedentes consensum capituli ad hoc invenere præparatum, & quantum tam ibi, quam alibi super hoc poterant edoceri, didicerurt hoc Salzb. Ecclesiæ, absque dubio expedire: Præpositum quoque & Capitulum Seccovienſe personaliter allocuti acceperunt responsum, quod *& Seccov. Ecclesia illæsa remaneret penitus, & indempnis*, & ut eorum verbis utamur *terminos novæ Dyoc. extendi usque ad dietam & dimidiam* invenerunt; *parochiam videlicet Chumbense*, cum omnibus suis pertinentiis, *in qua sita est Ecclesia Seccovienſis*, usque ad finem *parochiæ S. Laurentii* in longum. *Ecclesiam vero S. Mariæ in Brank*, usque ad finem *parochiæ Lacniz* in latum, cum omnibus Ecclesiis mediis, & earum pertinentiis, & Capellis, quæ sunt in eorum terminis constitutæ.

Redditus autem futuro Episcopo assignandos invenerunt *Ecclesiam Vonstorff*, & 30. mansos de nemore, quod est apud fluvium *Gevvl*, *Ecclesiam Leybenz*, *Ecclesiam Vogan*, *Ecclesiam Rabe*, cum omnibus pertinentiis earundem, salvo tamen jure personarum, quæ ibi hactenus Domino servierunt. Curiam quoque decimalem *in Saccab*, & domum *in Frisaco*, quam a nobili muliere Hemma, & domum *in civitate Salzburch*, quam *ab Henrico cive Salzburg.* emisti. Ex quibus omnibus secundum æstimationem bonorum virorum 300. marcarum redditus plenarie provenire cernuntur, de quibus futurus Episcopus honorifice poterit sustentari, unde nobis per eundem Præpositum, & literas tuas iterum cum instantia supplicasti, ut cum paratus sis, & Dyoc. & redditus, sicut superius est expressum, futuro Episcopo assignare, tibi facultatem creandi novum Episcopum in prædicta Seccov. Ecclesia tradere-

mus, ita quod electio & inveſtitura ejusdem Epiſcopi ad te, ac ſucceſſores tuos absque omni contradictione pertineat, de quorum bonis idem Epiſcopatus dotatus noſcitur & ditatus. *Gurcenſis autem Epiſcopus, qui vicarius Salzburg. antiſtitis in ſua Dyoc. eſſe dignoſcitur, in illo quoque ſit Epiſcopatus Vicarius*, quantum Archiepiſcopalis exigit jurisdictio, *ne in hoc etiam jus ipſius grave diſpendium patiatur.* Nos igitur habito fratrum noſtrorum conſilio &c. Datum Romæ apud S. Petrum per manum Rainerii S. R. E. Vice-Cancellarii X. Kal. Julii Indict. 6. Incarn. Dom. MCCXVIII. Pontificatus Domini Honorii Papæ III. anno ſecundo.

Ad An. 1219.

Ad An. 1219.

Diploma 46.

DIPLOMA 46.

Jura & obligationes Epiſc. Seccov.

Eberhardus Salisburg. Carolo Seccov. Epiſc. jura ac obligationes exponit.

Ex Diplomat. Ducat. Styr. p. I. f. 196. inter Diplom. Seccov. num. 40. & fol. 306. inter Dipl. Epiſc. Seccov. num. 7.

Eberhardus Salisburg. Archiep. &c. *Karulo Vener. Seccovv. Epiſcopo* in perpetnum. Nos ſuper familiam Domini Conſtituti, ut demus ei cibum in tempore verbum illud ſollicite cogitantes, meſſis quidem multa, operarii autem pauci, rogate ergo dominum meſſis ut mittat operarios in meſſem ſuam, Domino Honorio *Papæ* tertio, una cum Capitulo noſtro obtulimus preces noſtras, quas favore Apoſtolico exaudivit, ut *in Ducatu Styriæ, Seccovvenſi in monaſterio*, Epiſcopalem Cathedram poneremus &c. - - - certis duximus finibus limitandam, *a parochia videlicet Chumbenz cum omnibus ſuis pertinentiis, in qua ſita eſt Eccleſia Seccovvenſis, uſque ad finem parochiæ S. Laurentii in longum; a parochia vero S. Mariæ in Prank, uſque ad finem parochiæ in Leuſniz in latum* cum omnibus ſuis pertinentiis Eccleſiis & Capellis mediis, & earum pertinentiis, quarum nomina per ordinem duximus exprimenda, *Lint, Weizzenchirchen, Pyber, Moskirchen, Tobel, Eccleſia S. Margarethæ juxta Voitsperg, & Eccleſia S. Margarethæ juxta Wildoniam.* Jus autem patronatus & decimas in prædictis Eccleſiis nobis, uti prius habuimus, reſervamus. Tibi autem, & ſucceſſoribus tuis, qui per nos & ſucceſſores noſtros Canonice electi & ſubſtituti fuerint, hos redditus aſſignamus, *Vanſtorff, Leybentz, Vogan, Rab* Eccleſias cum omnibus pertinentiis, cultis & incultis, ſalvo tamen numero perſonarum, quæ ibi hactenus Deo ſervierunt, *in* 30. *manſos apud fluvium qui dicitur Geule*, item *Souach* (forte *Saccah* ut ſupra) & *Cirbeniz* curias decimales, cum pertinentiis earundem, & *domum in Friſaco*, quæ nobis a Chriſtiano cive noſtro cæpit vacare, & *domum in Civit. Salzburg.* quam a *Friderico Snabel cive* Salzburgenſi emimus, *turrem etiam antiquam in Caſtro noſtro Leibenz*, quam *a Friderico de Petove* redemimus, & aream, quæ inter eandem turrem, & granarium noſtrum ſita eſt infra muros, & extra muros, & pomerium & partem montis, ſicut protenditur pomerium in longum, & ibidem ex transverſo, a ſtrata

publi-

publica uſque *in flumen*, qui *Sulben* ore populi nuncupatur. Statuimus etiam, ut ſi quis pro tempore in Eccleſia Seccovienſi Epiſcopus fuerit, juramentum fidelitatis præſtet Archiepiſcopo Salisburg. & a manu ipſius Epiſcopatum recipiat, & regalia, ſicut in privilegio Imperiali conceſſum eſt, more & nomine Vaſallorum. Nulli ergo &c. Datum Salzburgæ anno ab Incarn. Dom. MCCXX. (lege XIX.) XIII. Kal. Martii, Indict. ſeptima An. Pontific. noſtri decimo nono.

Ad An. 1220.

Ad An. 1220.

DIPLOMA 47.

Diploma 47.

Leopoldus glorioſus Dux Styriæ quosdam fundos commutat cum Seccovienſibus.

Leopold. Ducis & Can. Seccov. Concambium.

Ex Diplom. S. Ducat. Styr. p. I. f. 198. *inter Seccov. Dipl. num.* 41.

Luipoldus Dux Auſtriæ & Styriæ &c. in perpetuum. Notum eſſe volumus, tam præſenti, quam futuræ generationis hominibus, quod nos munimini patriæ noſtræ operam dantes *a Seccovenſi Præpoſito Vener. Hermanno, ejusque cœnobii ſanctis fratribus* obtinuimus 2. manſos juxta *Cervvant* (ſors *Cervvald*) ſitos, ad *attinentiam caſtri noſtri* Guttenſtein tranſituros. Pro prædictis *alpem*, penes eos *infra Gradam*, ſitam, cum omnibus attinentibus paſcuis poteſtativa manu, uſui ipſorum tradentes. Teſtes *Herrandus de Wildonia, Erchengerus de Poake ſenior*, item *Erchenberg* (ſors *Erchengerus*) *junior* &c. Acta ſunt hæc An. ab Incarn. Dom. milleſ. ducenteſ. vigeſimo, *regnante Friderico Rege feliciter.*

Ad An. 1222.

Ad An. 1222.

DIPLOMA 48.

Diploma 48.

Fridericus de Petovia confirmat donationem paternam, quoad fundum & decimas, Theotonicis ad S. Dominicam ſeu *Groſſontag.*

Frid. de Petav. confirmat donat. paternam in Groſſontag.

Ex Diplomat. Styr. P. Frœlich part. II. f. 207.

In nomine Dei æterni, *Fridericus de Petovia* omnibus in perpetuum, cum ea, quæ geruntur in tempore, ſæpius per elapſum temporis a memoria hominum evaneſcant, ne a poſteris patiantur calumniam, ſeu a quoquam, quæ facta ſunt rationaliter, valeant immutari, humana providentia utile cenſuit, & honeſtum, ut malignorum penitus caveantur inſultus, eadem ſcripturorum teſtimonio perennari. Ea propter notum facimus, tam præſentibus, quam futuræ poſteritatis fidelibus, quod *Fridericus Pater noſter recolendæ memoriæ* pro remedio animæ ſuæ, ac Progenitorum noſtrorum contulit *Venerabili Domui Hoſpitali S. Mariæ Theutonicorum Jeroſolymitani*, proprietatem ſuam *in Dominico*, cum medietate decimæ ejusdem terræ eo tempore, cum prædictam terram memorandus Pater noſter *de manibus Ungarorum eripiens*, licet vacuam adhuc & inhabitatam, ſuæ ſubjugavit poteſtati. Unde ſæpe dicti Patris noſtri volentes imitari veſtigia, donationem ipſius

rationabiliter factam bona voluntate recognoscentes, quemadmodum eandem proprietatem, cum omni jure ac pertinentiis suis, liberaliter præsentium authoritate confirmamus &c. ut igitur hæc eadem donatio *Patris nostri Ven. memoriæ*, quam nos renovamus & probamus, libera permaneat, & stabilis habeatur, sigilli nostri appensione duximus eandem provide roborandam. Acta sunt hæc Anno Christi Incarnationis MCCXXII. Indict. X existente.

Diploma 49.

DIPLOMA 49.

Series seu Catal. Abbat. S. Lamberti.

Seu series Abbatum S. Lamberti in Styria superiore.

Ex celeberr. eod. monasterio mihi benevole communicata.

1. Hartmannus, sic enim sonant litteræ fundationis ad Hartmannum primum Abbatem S. Lamberti in sylva, alii illum vocant *Hermannum*; num filius Marquardi & frater Henrici fuerit, quorum primus Fundationem cæpit, alter feliciter consumavit, Diplomate aliquo vix definiri poterit, cum in litteris fundationis talis consanguinitatis nulla fiat mentio, interim continua traditione & antiquarum tabularum fide (si quam habent) illum ut talem veneramur, utpote in quibus frater Henrici primus hujus Monasterii Abbas, Coadjutor Constantiensis (a quo tempore etiam duplum pastorale in insigni Monasterii nostri gerimus) fuisse, ac concilio Quastaliensi interfuisse scribitur; alii, ut Megiser. L. 7. Admont. Carinth. & Nebridius a Mindlheimb in Antiquario Monastico Ep. 19. pag. 91. alia autumant; defacto unus ex nostris amodo Bibliothecarius vitis Abbatum & Vicissitudinibus Monasteri nostri elucubrandis per triennium insudat, interim, usque dum nobis contrarium demonstraverit, illi quem tenemus, ordini & traditioni inhærebimus.

2. *Abbas. Jacobus.* a Paschali II. summo Pontifice confirmatus, ab Henrico IV. Imper. anno 1114. Moguntiæ in consensu Procerum Imperii Moguntiæobtinuit, fundationis & privilegiorum confirmationem; hic morienti fundatori Henrico astitit.

3. *Otkerus.* Paulo post electionem mortuus.

4. *Udalricus* confirmatus ab Honorio II. S. Pontif. sub hoc dedicatum est templum Monasterii nostri, unde jam errat Chemnicensis, qui hanc dedicationem reponit sub Abbate Beringero circa annum 1206.

5. *Wolframus* quem Conradus II. Imperator in Diplom. edito 12. Kal. Junii 1149. *Religiosissimam personam & Veneratione dignam*, nominat.

6. *Gotfridus*, qui a composita interventu S. Eberhardi Episcop. Salisb. authoritate Apostolica in hoc Commissarii, lite cum Sophia relicta vidua Henrici, celebris est.

7. *Otto primus*, sub quo Cellæ Marianæ Religiosum & simul imaginem hodie gratiosissimam acceperunt., qui obiit 14. Julii 1164.

8. *Magnus.*

9. *Bernherus*, ab Alexandro III. confirmatus, videatur Bucellin. in Germ. Sac. p. II. Litter. A. pag. 2.

10. *Beringerus* post 27. annos, quos feliciſſime in suo regimine transegit, Abbatiam resignavit, & paulo post obiit.

11. *Udalricus.* 12.

12. *Walfridus*, qui ipſe Romam abiit & ab Honorio III. benedictionem Abbatialem impetravit.

13. *Wolfkerus*, poſt aliquot annos reſignavit, & in fama Sanctitatis obiit: ejus Epitaphium a noſtris tale legebatur:

Abbas Wolfkerus, Cultor Domini quia verus exſtitit in populo, pauſat in hoc tumulo.

14. *Permanus de Trüxen vel Truchſen* Eberhardi II. Archiepiſcopi Salisburgenſis, germanus frater, primus Abbas infulatus.

15. *Gottſchalcus*, litteras fundationis ab Ottokaro Rege Bohemiæ & Duce Styriæ confirmatas accepit.

16. *Wernherus*, qui pauciſſimo tempore vixit.

17 *Burchardus*, ſub hoc Abbate Cellæ marianæ miraculis clarefieri cæperunt, & viſitatæ ſunt a Marchione Moraviæ Henrico.

18. *Wilhelmus.*

19. *Rapoto.*

20. *Ottkerus II.*

21. *Fridericus.*

22. *Henricus* obiit Avenione, quo cum Laurentio Epiſcopo gurcenſi ad Concil. Vien. a Clemente V. vocatus profectus eſt.

23. *Otto de Laa* genere & eloquentia inſignis, ſecutus eſt partes Friderici Auſtr. contra Ludovicum Bavarum.

24. *Ortholfus.*

25. *Joannes Fridberger*, magnas lites feliciter compoſuit, & primus nomen Principis obtinuit, quo titulo etiam ejus ſucceſſores uſque Valentinum Pirer honorati ſunt.

26. *Petrus de Leoben v. Leomb* ab Innocentio VI. judex conſtitutus ad componendam litem inter Epiſcopum Seccov. & DD. Canonicos gurcenſes.

27. *David Krall* plurimis bene geſtis laudabilis.

28. *Rudolphus Liechtenegger.*

29. *Henricus II.* cognomine *Mekerus* interfuit conc. Baſileenſi.

30. *Joannes Schachner a Frauenberg*, hic ad tuendas Cellas Mariatas contra irruptiones turcicas, cum licentia Friderici III. 1464. ædificavit arcem *in Törl*, dictam *Schachenſtein.*

31. *Joannes Sachs* omnium ſuorum Anteceſſorum facile princeps ſcribitur.

32. *Valentinus Pirer.*

33. *Thomas Berner.*

34. *Sigismundus Kogler.*

35. *Joannes Tratner.*

36. *Thomas Ederus.*

38. *Chriſtophorus Kirmeſerus*, intruſus, nec acceptatus, nec a ſede Pontificia confirmatus, propter ſolam ſeriem inter Abbates locatur.

39. *Martinus Alopitius* poſtulatus ex Steier-Garſten, rem per prædeceſſorem ſumme turbatam reſtituit, æterna memoria digniſſimus.

40. *Joannes Henricus Stattfeld* 4. Abbates ex gremio aliis Monaſteriis dedit.

41. *Benedictus Pirin*, Monaſterium, ut nunc eſt, ædificavit, &

Præfecturam Miſſionum Apoſtolicarum per Auſtriam Styriam, & Carinthiam pro ſe & ſuis ſucceſſoribus ſecum Roma tulit.

42. *Franciſcus a Kaltenhauſen*, ſpecialis prudentiæ conſiliorumque dono decorus.

43. *Antonius.*

44. *Kilianus.*

45. *Eugenius.*

56. *Bertholdus.*

An. 1223.

Ad An. 1223.

Diploma 50.

DIPLOMA 50.

Leutoldus & Udalr. Wildon. confirm. res Seccov.

Leutoldus & Udalricus de Wildonia, confirmant donationem prædii, qua parens Herrandus & frater eorum Hertnidus Seccovienſibus damna illata compenſarunt.

Ex Diplom. S. Ducat. Styriæ p. I. f. 199. *inter Seccov. num.* 42.

Ego *Luitoldus*, & *frater meus Udalricus de Wildonia*, tam præſentis, quam futuræ generationis hominibus commendamus, qualiter *Pater noſter Herrandus*, & *frater noſter Herrandus* pro gravi damno *Seccvenſis Eccleſiæ*, ab ipſis *in Chunenberg*, per incendium, & rapinam illato, prædium noſtrum & hominum noſtrorum, *Henrici videlicet Wendelburgenſis*, & *Richardis*, & *filiæ ejusdem in Preming ſitum*, cultum & incultum, cum ipſo jam dicto *Henrico & Richarda*, quibus idem prædium jure hæreditario totaliter in perpetuum ceſſerat, poteſtativa manu in Dominio prædictæ Eccleſiæ tradiderunt; cujus traditionis confirmationem nondum plenarie factam nos poſt mortem patris & fratris noſtri, monente ſæpius & rogante, jam *dictæ Eccleſiæ Vener. Præpoſito Hezemanno*, per manuum traditionem, ipſis Henrico ſcilicet & Richarda plena voluntate annuentibus & petentibus, ſigillo noſtro munientes ſubſcriptis teſtium nominibus, qui intererant, confirmavimus. Hi ſunt teſtes, *Wulfingus de Chapfenberch*, *Henricus & Hertwicus fratres de Crotendorff. Rudigerus & Otto de Guetenberg &c.* & alii quam plures. Anno Domini milleſ. ducenteſ. vigeſimo tertio. Indict. X. (lege XI.) acta ſunt hæc *juxta Wides.* Regnante Friderico Imper. II.

Ad An. 1224.

Ad An. 1224.

Diploma 51.

DIPLOMA 51.

Caroli Epiſc. Secc. cum Can. ſuis Concambium.

Carolus Epiſcop. Seccov. decimas cum prato Eccleſiæ Seccov. commutat.

Ex Dipl. Ducat. Styr. p. I. f. 200. *inter Seccov. num.* 43.

Karolus *D. G. Seccovvenſis Eccleſiæ primus Epiſcopus &c.* in perpetuum &c. Notum eſſe cupimus univerſis, quod *in parochia S. Rudberti ad fluvium Rabe, cujus reditus ad menſam noſtram pertinent*, Capitulum Seccowenſe quoddam habuit pratum, quibusdam noſtris reditibus intermixtum, de quo nobis & Capitulo expediebat, & placuit permutationis viciſſitudinem interponi. In villis igitur *Arbendorff*

&

& Neuendorff, & earum pertinentiis, ubi idem Capitulum duas partes consuevit decimarum percipere, nos tertiam partem, quæ ad mensam nostram pertinebat, ipsi Capitulo contulimus perpetuo possidendam, pratum vero præmemoratum *inter fluvium jam dictum & Ecclesiam S. Rudberti* situm, capitulum contulit parochiæ memoratæ &c. Testes sunt hi: *Bernhardus Præpositus Frisacensis, & Archidiaconus marchiæ &c. Henricus de Dietrichstein, & Henricus de Ekke* ministeriales Ecclesiæ Bavinbergensis, & alii quam plures. Acta sunt hæc Anno ab Incarn. Dom. millesimo ducent. vigesimo quarto, Regnante Imper. Frider. II. Præsidente Salzburg. Ecclesiæ Eberhardo II. Indict. 12. tertio nonas sept. Data per manum Thomæ Notarii, *Coram S. Mariæ Ecclesia in Pitchbach.*

Ad An. 1225.

Ad An. 1225.

DIPLOMA 52.

Diploma 52.

Eberhardus II. Archiep. & Leopoldus Dux confirmant pacta Wildoniorum.

Wildoniorum pacta firmantur.

Ex Diplom. Duc. Styr. part. I. f. 307. inter Seccov. Episcop. ex Diplom. num. 8.

Eberhardus Archiep. &c. universis &c. Notum facimus, quod præsente *dilecto amico nostro L. illustri Duce Austriæ & Styriæ* multisque aliis, *Luitoldus & Ulricus pueri de Wildonia*, qui Procurationes quoque contra voluntatem *Venerab. fratris nostri K. (Caroli) Seccovensis Episcopi apud Waides* receperant, in manus nostras fide data constantissime spoponderunt, quod ex nunc in antea nullam procurationem ibidem ab eo, vel a suis hominibus recipiant, eo contradicente penitus & invito. Ne igitur id, quod ab eis factum est, oblivione temporis irritari valeat, ad petitionem jam dicti Episcopi sigillo tam nostro, quam ejusdem Ducis præsens pagina est roborata. *Datum apud Harpersch.* An. Dom. MCCXX. XIV. Kal. Febr.

Ita Codex MS. Seccov. 21. Item pag. 38.

An. 1227.

An. 1227.

DIPLOMA 53.

Diploma 53.

Leopoldus Dux Styriæ confirmat compositionem inter Wildonios & Capitulum Seccovienſe Græcii.

[Compositio Wildoniorum cum Can. Secc.

Ex Diplom. S. Ducat. Styriæ p. I. f. 202. inter Seccov. num. 45.

Luipoldus D. G. Dux Austriæ & Styriæ Secundus &c. in perpetuum &c. Hinc est, quod ad notitiam tam præsentium quam futurorum &c. cupimus pervenire, quod cum olim *inter Conventum Seccovienſem* ex una, & *Luitoldum & Ulricum fratres de Wildonia* ex altera parte, lis & quæstio verteretur super prædio *Gobernitz*, tandem - - super eodem prædio est taliter concordatum, quod memoratus Præpositus dedit 50. marcas denariorum fratribus antedictis, & ipsi cesserunt omni liti &

juri, quod in ipſo prædio videbantur habere &c. jure duntaxat advocatiæ in præfato prædio memoratis fratribus remanente. &c. Teſtes: *Gebehardus Nobilis de Sunek, Ulricus & Lutoldus Nobiles de Pekach, Hademarus & Henricus fratres de Chunring, Cholo de Truchſen, Otto de Traberch, Reimbertus de Muereke, Hartnidus de Ort, Wulfingus de Stubenberch, Albertus de Rohaz, Perchtoldus Dapifer de Emmerberch. Rudgerus Mareſchallus de Plankenvvart, Ortolfus de Stretvvich, Arneſtus de Tiuffenpach. Otto & Albertus fratres de Stretvvich, Otto & Chunradus fratres de Pfafendorf.* Acta ſunt hæc *in Græcz in Eccleſia S. Chunegundis.* XIII. Kal. Martii. Anno Dom. Incarn. milleſ. ducenteſ. vigeſimo ſeptimo. Indict. XV.

Diploma 54.

DIPLOMA 54.

Wildonii dant Seccov. Goberniz.

Leutoldus & Ulricus de Wildonia cedunt Seccovienſibus prædium Goberniz.

Ex eod. Diplom. f. 203, inter Seccov. n. 46.

Notum ſit omnibus tam præſentibus quam futuris, ego *Leutoldus, nec non frater meus Ulricus de Wildonia, Domino Præpoſito totique Capitulo Seccovvenſi* petenti, prædium *in Gobernix* tam cultum, quam incultum, quod etiam *conſanguineus noſter Dominus Leutfridus bon. mem. Eccleſiæ Seccovvenſi*, pro remedio animæ ſuæ contulerat, & *pater noſter, ac frater noſter Hertnidus* uſque mortem ſuam, contra juris rationem detinuerant, pro ſalute animæ patris noſtri prædicti & fratris, Eccleſiæ prætaxatæ, libere & poteſtativa manu delegavimus &c. Hujus rei teſtes ſunt: *Erchengerus ſenior, Gundakarus de Baumbirchen, frater ejus Marchvvardus. Arneſtus de Eppenſtein, Chunradus de Wildonia &c.*

Diploma 55.

DIPLOMA 55.

Gyrienſ. fund. confirmatur.

Leopoldus glorioſus Dux gyrienſis Cartuſiæ fundationem firmat.

Ex eod. Diplom. p. II. f. 140. inter Gyrienſ. num. 5.

Luipoldus *D. G. Dux Auſtriæ & Styriæ* (ſequitur Diploma, *quod ex 2. præcedentibus, 3. & 2. ad an. 1209. & 1212. eſt conflatum.*) Teſtes *Hebehertus Babenberg. Epiſc. Luitprandus Archipresbyter de Volkenmarkte, Liupoldus* Notarius noſter. *Wulfingus* ſcriba noſter. Laici: *Ulricus de Peka, Albertus de Roas, Luipoldus de Wildonia & frater ejus Ulricus, Fridericus de Petove. Otto de Chunigsberch. Otto de Traperch, Otto de Gratz, Gerhardus de Krumbach, Liupoldus de Gonovviz, Bertholdus de Truna, Pechlinus de Tiver*, Officiales. Acta ſunt hæc anno ab Incarn. Dom. MCCXXVII. Indict. XV. VII. Idus Nov. *(aliud apographum habet Idibus)* in foro noſtro *Marchburg. Epoche ſepitima, ſed ſigillum huic membranæ nunquam affixum fuiſſe videtur. Extat Græcii in Conviktu.*

An.

Ad An. 1229.

Ad an. 1229.

DIPLOMA 56.

Diploma 56.

Hertnidus ab orte reſtitutionem bonorum Eccl. Gleiſtorfenſis obtinet.

Gleiſtorf. Eccl. bona reſtituuntur.

Ex Diplom. Styr. part I. inter Epiſc. Seccov. Dipl. n. 10. f. 308.

Hertnidus de Orte omnibus, ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem. Notum fieri cupio univerſis, quod, cum *Venerab. Pater & Dominus Karolus*, primus Seccovienſ. Epiſcopus, ab *Ulrico de Comyn*, filio quondam *Hirtzmanni*, dotem *Eccleſiæ in Gleiſtorff* in præſentia noſtra repeteret, quam ipſum aſſeruit detinere in ſuum, & Eccleſiæ ſuæ præjudicium & gravamen, ad fundandam intentionem ſuam prduxit inſtrumentum *piæ memoriæ Heinrici de Orte Patris mei*, cujus tenorem feci coram me ſeriatim recitari, cum igitur dictus Ulricus id, quod injuſte detinebat, ad meam inſtantiam reſignare ſit inductus &c. in teſtimonium præſentes literas &c. Hujus rei teſtes ſunt. *Otto de Ernvelſe*, *Hermannus de Preyſinge*. *Otokarus de Lezovve*. *Hugo & frater ejus Henricus de Monte*, *Bernar. Friſac. Præpoſ. & Archidiacon. inf. Marchiæ &c.* Acta ſunt hæc apud *Gleyſtorff* anno MCCXXVIIII. XV. Kal. Octobr.

Ad An. 1230.

Ad an. 1230.

DIPLOMA 57.

Diploma 57.

Gottfridus Præpoſ. 4. Seccov. an. hoc cum Capit. ſuo cedit prædium Wagrain.

Wagrain prædium venditur à Seccov. Canon.

Ex Diplom. Duc. Styriæ p. I. f. 204. inter Dipl. Seccov. num. 48.

Notum ſit omnibus, quod *Præpoſitus Gotfridus & Capitulum Seccovvenſe*, propter nimium, quem habebant, defectum, *Chraftoni de Chunenberch*, pro XX. marcis *prædium in Wagrain* contulerunt &c. Acta ſunt hæc ſub *Præpoſito Gotfrido*, *Decano Wilhalmo*, *Walthero Cellario*, anno gratiæ milleſ. ducenteſ. trigeſimo.

DIPLOMA 58.

Diploma 58.

Gertrudes vidua Wolfg. de Kapfenberg tradit Capit. Seccov. curtim Pajerdorf an. 1230.

Seccov. Can. obtinent prædium Perdorf.

Ex Diplom. S. Duc. Styriæ p. I. f. 205. inter Seccov. 49.

Anno ab Incarn. Dom. milleſ. ducenteſ. trigeſimo, Indictione III. in feſto SS. Felicis & Adaucti, ſicut *D. Wulfingus* (nempe *de Chapfenberg*, cujus donatio ad an. 1197. continetur) adhuc vivus conſtituerat, præſente *Domino Gotfrido*, *& noſtris ſacerdotibus Erneſto & Sipotone*, & aliis multis, de familia ejusdem Wulfingi, *Domina Gertrudis Uxor prædicti Wulfingi* veniens Seccowe tempore & die, ut ſupra notatum eſt, cum infra ſcriptis hominibus, poteſtativa manu, *in ſepultura ſæpe memorati Wulfingi*, delegavit *curtim Pajerdorff*, cum omni

juſtitia, qua ipſe eandem habuerat, penitus in proprietatem S. Mariæ & Seccovienſi loco &c. & hoc teſtantur qui præſentes fuerunt, viderunt, & ejus ſigillo firmaverunt, *Hugo de Pernek, Hartmannus de eodem, Wulfing de Viſchacha, Cholo de Snebercb, Heinr. de Steine, Rudolph de Stadekke, Heinrich de Spilbercb, Ortolf de Chapfenbercb, Ulrich de Praitenbach, Rudiger de Puchberg, Hermann de Stubenbercb, Wolfker de Trovejach, Durinch filius Lantfridi de Stubenberg, Herbart de Cauzeil, Liebhart de Chälz. Jo. Sacerdos Capell. Dominæ Gertrudis. Adeſt teſtimonium juratum Eberhardi Plebani in Pöls, de limitibus inter parochias Vanſtorff, & Chumbenz ſubſcriptis teſtibus, qui ſunt Albertus de Nuzdorff. Gundakarus de Paumkirchen, Otto de Winden Anno MCCXXX. Idus Junii apud Pels.*

Diploma 59.

DIPLOMA 59.

Confirm. Donationum & Fundat. Eccleſiæ Göſſ. Confirmatio Gregorii IX. P. omnium fundationum & donationum, Eccleſiæ göſſenſis cum imprecatione maledictionis æternæ in adverſarios.

Ex Diplom. Duc. Styr. p. I. f. 126. inter Göſſ. num. 83.

Gregorius ſervus ſervorum Dei, dilectis in Chriſto filiabus Otiliæ Abbatiſſæ monaſterii S. Mariæ in Göſſia, ejusdem ſororibus tam præſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in PP. m. Quotiens illud a nobis petitur quod &c. eapropter dilectæ in Dom. filiæ, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, *& præfatum monaſterium - - - ſub B. Petri & noſtra protectione ſuſcipimus*, & præſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones &c. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Ipſum videlicet *locum de Göſſia, Eccleſiam S. Nicolai de Michiliasdorf, Eccleſiam S. Andreæ, Eccleſiam S. Lamberti, Eccleſiam S. Mariæ juxta Leuben, Eccleſiam S. Martini in Seits, Eccleſiam S. Viti, Eccleſiam S. Martini in Prilepp. Eccleſiam S. Dionyſii juxta Muram, Eccleſiam in Tragöſſe, Lomineh cum pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Martini in Sorch, Lebnach, Chremsdorff, Mulbach, Craffindorff, Pluſaccb, ſub monte Charlesperch, duos manſus Winchel, 3. manſus Luzendorff, Trevendorf, Stahlhoven, Gonſach, Storgoydorf, Arbendorff, Chumptoviz Vanſtorf, Sletniz, Pretich, curtes in Judendorf, unam curtem in Winchel, unam curtem in Mel, Michelndorf, Walterpachſtad, unam curtem in Eyche, novalia juxta Eyche, Chichel- Wanche* 3. manſos, præterea *Prilep cum pertinenciis ſuis, Chotich curtem apud S. Dionyſium cum pertinentiis ſuis, Doemlach, Roternſtein, Gentze, Seirsperch, Abbteſſendorf, Somſtach, Stiven, Ramarſchachen, Harde* 2. *manſos, Bacharen* 2. *manſos, Wallerſtorff, Chryglach* 3. *manſos, Hettensdorff, Poumgarten*, cum omnium ſupradictorum appendiciis. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum &c. ſiqua igitur in futurum.

Ego Gregorius Catholicæ Eccleſ. Epiſc. ſubſcr.
Ego Johannes Sabin. Epiſcopus ſſ.
Ego Jacobus Tuſculan Epiſc. ſubſcr.
Ego Thomas tit. Sanctæ Sabinæ Presb. Cardin. ſubſcr.
Ego Johannes tit. Praxedis Presb. Cardin. ſſ.
Ego Bartholomeus S. Pudentiane Presb. Cardin. tit. Paſtoris ſſ.

Ego

Ego Guifredus S. Marci Presb. Cardin. ſubſcr.

Ego Sigenwaldus tit. S. Laurent. in Lucina Presb. Card. ſſ.

Ego Stefanus ſanctæ Mariæ cis Tiberim tit. Calixti Presbyter Card. ſubſcr.

Ego Octavianus SS. Sergii & Bachi Diac. Cardin. ſſ.

Ego Rainerius S. M. in Coſmydyn Diac. Cardin. ſſ.

Ego Romanus S. Angeli Diac. Cardin. ſſ.

Ego Egidius SS. Coſme & Damiani Diac. Cardin. ſſ.

Datum Laterani, per manum Magiſtri Martini Archidiac. Senenſ. S. Roman. Eccleſiæ Vice-Cancellarii VI. nonas Maji Indict. III. Incarn. Dominicæ anno MCCXXX. Pontificatus vero D. Gregorii Papæ VIIII. anno quarto.

Ad An. 1231.

Ad an. 1231.

DIPLOMA 60.

Diploma 60.

Compoſitio inter Abbatem S. Lamberti & Præpoſ. Seccov.

Compoſ. lit. inter Abbat. S. Lamberti & Præp. Secc. de Eccleſia Knitlfeld.

Ex Diplom. Duc. Styr. p. I. f. 206. *inter Dipl. Seccov. num.* 50.

Wolfkerus *Abbas S. Lamberti cum toto Conventu* in perpetuum &c. Ideo præſentis ſcripti paginam, ad præſentis & inpoſterum ſucceſſuros, transmittimus ſignificantes, qualiter, & in quem modum quæſtio *ſuper Eccleſiam in Chnitelfelde*, contra *Vener. Fratrem noſtrum Gotfridum Præpoſitum & Capitulum Seccovvenſe a dilecto fratre noſtro Heinrico Plebano de Lint* exorta, per amicabilem compoſitionem eſt ſopita &c. Data *apud S. Lambertum* An. ab Incarnat. Dom. milleſ. ducenteſimo triceſimo primo, Indict. 4. quarto idus Febr.

DIPLOMA 61.

Diploma 61.

Eberhardus II. Salisburg. Archiep. prædictam compoſitionem confirmat.

Ejusdem confirmatio.

Ex Diplom. Ducat. Styriæ part. I. f. 206. *inter Seccov. num.* 51.

Eberhardus *D. G. Salzb. Archiep. &c.* in perpetuum *(confirmatur prædicta compoſitio)* huic confirmationi teſtes interfuerunt *Rudigerus Chiemenſis Epiſc. Ulricus Laventin. Epiſc. Henricus electus Seccov.*

Ad An. 1232.

Ad an. 1232.

DIPLOMA 62.

Diploma 62.

Ottocarus Styriæ ſuper. Archidiac. decidit, litem. ibid. f. 207. inter Seccov. num. 52.

Ottocar. Styr. Archidiac. litem. decidit.

Ottocarus *D. G. ſuperioris Marchiæ Archidiaconus &c.* in perpetuum *(decidit litem ob decimas, & confinia 2. parochiarum Chumbenz, & Lieſnich)* acta ſunt hæc an. Incarn. Dom. milleſ. ducenteſ. triceſimo ſecundo. 4. Kal. Sept.

Ad An. 1233.

Ad An. 1233.

Diploma 63.

DIPLOMA 63.

Theodora vidua Loep. benef. Seiz.

Theodora Leopoldi Ducis Auſtriæ, vidua, Seizenſi Cartuſiæ donat Oleum ex Judenburg.

Ex Diplom. Duc. Styriæ p. II. f. 89. inter Seiz num. 27.

In nomine Patris &c. Si quid hominum circumſpectio vult eſſe ratum & ſtabile, ne labatur a memoria, prolapſu temporis, illud debet litterarum ſerie perennari. Notum ſit ergo omnibus, ad quos præſens pagina pervenerit & maxime *Officialibus in Judenburg*, quod *ego Theodora* pro remedio animæ noſtræ, & dilecti *mariti noſtri Leopoldi felicis memoriæ*, ad ſaumam olei, quæ ſingulis annis *de providentia Domini noſtri Ducis*, ac ceſſit *Cœnobio vallis S. Johannis*, ſtatuimus & firmiter mandamus *ab Officialibus in Judenburch* ſingulis annis alteram ſaumam olei, ad confratrum ejusdem cœnobii cibaria lautius condienda. Ne igitur &c. præſentem paginam ſigilli noſtri munimine roborari decrevimus. Acta ſunt *hæc in Judenburch* anno ab Incarn. Dom. MCCXXXIII. Indict. VI.

Diploma 64.

DIPLOMA 64.

Commend. Teuton. Græcii fundatur a Frider. bellic.

Frider. Dux Auſtriæ & Styr. bellicoſus fundat Commendam Græcenſem in Lech.

Ex Diplom. S. Duc. Styriæ p. I. f. 177. inter Theot. Græc. n. 1.

In nomine S. & Individuæ Tinitatis Amen. *Fridericus, Dei gratia Dux Auſtriæ & Styriæ* omnibus Chriſti Fidelibus in perpetuum, quia hoc *votum* in Corde gerimus, *quod Eccleſia Dei per nos proficiat, ad commodum & promotionem Religioſorum, ſummopere intendimus laborare*, veſtigiis igitur *viri Chriſtianiſſimi & devotiſſimi Principis Patris noſtri felicis mem. Leopoldi Ducis Auſtriæ, inhærentes Fratribus hoſpitalis S. Mariæ Domus Theoton. in Jeruſalem*, qui Patri noſtro magis familiares præ cæteris & fideliores exſtiterunt, ob devotionem ipſorum & animæ patris noſtri remedium *conferimus Eccleſiam ſitam in colle juxta civitatem Pariſchgretz*, in honorem *S. Kunegundis ædificatam*, cum omni jure & libertate, & jurisdictione, ſicut noſtri anteceſſores conſtruxerunt. Damus autem Eccleſiam prædictis ipſis fratribus, *cum omnibus dotibus ſuis & redditibus.* Sunt autem iſti *redditus pertinentes ad dictam Eccleſiam*: videlicet *in monte, qui dicitur Predel*, 4. villas, *Schillingeſtorff, Schefital, Rohrpach, & Neuſtift*, cum omnibus attinentiis ſuis; Damus eiam ipſis quasdam villas, videlicet *Makau, Ulebingen, Wulfingensdorf, & in Mezendorf*, 8. huebas cum omni jure & attinentiis ſuis, videlicet pratis, paſcuis, ſylvis, agris cultis & incultis, vineas, cum omni jure mantano, & ſervitiis, quod vulgariter dicitur *Marchdienſt.* Poſſunt etiam libere venari omnia ferarum genera, in omnibus proprietatibus bonorum ſuorum in noſtris terris conſtitutis. Item damus eis ante dictam civitatem 30. areas minus duabus. Item damus eis *nummum pro*

emen-

mmda ſanguinis, quod *vulgo vocatur Pluotiger Pfenich*, in omnibus bonis ſuis per noſtras terras ordinatis: quanto etiam de manu Domini potiora ſuſcipimus, tanto gratius ad honorem largitoris aſſurgimus, ſi loca religioſa, & domos cultui ſuo & nomini dedicatas liberaliter honoramus. Hac ergo ducti conſideratione piiſſima, *quod, cum ſacram domum ſanctæ Mariæ Theotonicorum in Hieruſalem, tanquam progenitorum noſtrorum opus favorabili complectamur affectu*, & ubique per terras noſtras protectione noſtra gaudeant & favore; ſimilem igitur gratiam *in terra noſtra Styriæ* ampliantes, domos ejusdem ordinis ſitas in provincia memorata cum Præceptoribus, fratribus & hominibus, colonis ſervientibus, & familiis eorum, nec non cum omnibus bonis, quæ in præſentiarum juſte tenent & poſſident, vel in antea juſtis titulis potuerant adipiſci, ſub noſtra protectione recipimus ſpeciali, eximentes eos, ab omni ſæculari judicio, munere ſervitiorum, exactione, onere, ſecundum indultam eis ejusdem, ordinis libertatem. Committimus inſuper defenſionem ipſorum, vicariis noſtris in eadem procuranda provincia pro tempore a nobis conſtitutis, nec non Provincialibus, judicibus, quibus etiam demandamus, ut cauſas & quæſtiones ipſarum domorum & fratrum, quotiens emerſerint, in ſuis Jurisdictionibus, ad eorum querimoniam audiant, & decidant, alias non inquirentes ſtatum ipſorum in bonis ſuis, nec trahentes eos, ad ſæcularia judicia, ſed propriam quietem, & indemnitatem prædictarum domorum, fratrum hominum, colonorum, & totius familiæ eorundem conſervent favore noſtri nominis, & honore.

Præterea ex abundanti gratia noſtra, eximimus prædictas domos cum hominibus & prædiis ſuis, cultis & incultis, habitis & habendis cum pratis, paſcuis, venationibus, piſcationibus ab omni jure ſæcularis judicii, ut nulli judicum liceat aliquam placitationis formam in prædiis Eccleſiæ exercere, aut homines ipſius Eccleſiæ ſive colonos, ſive proprios, ſive cenſuales ad ſtandum ſuo judicio coercere, neque de navigationibus ſive de vectionibus venalium aliquid ab eis exigere. Hoc etiam volumus, ut ubicunque ad fora vel ad nundinas homines prædictæ Eccleſiæ, negotiandi cauſa in noſtra terra Styriæ perrexerint, a qualibet exactione mutæ ſive thelonei ſint exempti. Volumus etiam, ut ipſa Eccleſia prædia, & omnes cauſæ, quæ in ipſis emerſerint, ab omni jurisdictione tam integre ſint exemptæ, ut de ipſis ſoli Magiſtro, Præceptoribus, & fratribus liceat cognoſcere, & de cognitis definire. Quod ſi apparentia furti & latrocinii, ad aliquod genus maleficii, quod malefici mortem exigit, in homine Eccleſiæ fuerit deprehenſum, quia religioſarum perſonarum ordo, executionem criminalis judicii ſibi non vendicat, omni poſſeſſione rei, tam mobili quam immobili Eccleſiæ adjudicata, ſola nocentis & nuda perſona ſæculari judicio aſſignetur, omni tamen culpa, quæ pecuniarias exigit compoſitiones, adjudicata Eccleſiæ & conceſſa. Inſuper concedimus, prædictis domibus & fratribus earundem, ut propria victualia, annonam videlicet, ſal, carnes, caſeos, piſces, oleum, vinum, pecora & alia bona ad uſum eorum

competentia, tam in aquis quam in terris, ſine theloneis, mutis, vectigalibus, & exactionibus aliis deducant ſalubriter, & quiete.

Ut autem hæc donatio & libertas debitum ſortiatur effectum, & de cætero maneat inconvulſa præſentem paginam, eandem donationem continentem, ſigilli noſtri munimine roboramus, his teſtibus ſubnotatis, quorum nomina ſunt: *Fridericus de Petovia, Frenfridus de de Himperch, & Ulricus frater ſuus. Wichardus de Arenſtein Stuchſo Chadoldus Waiſſo* & alii quam plures. Acta ſunt hæc *in Erpurch* anno virginei partus MCCXXXIII. Indict. 6. quinto Kal. Nov. anno Pontificatus Dom. Greg. P. IX. ſeptimo, Imperante Frider. glorioſiſſimo Rom. Imper. feliciter. Amen.

Ad an. 1234.

Ad An. 1234.

Diploma 65.

DIPLOMA 65.

Admont. a jure Archidiacon. eximitur.

Eberhardus Salzburg. Archiep. eximit monaſterium Admont. ab omni jure Archidiaconatus.

Ex Cod. Diplom. Admont. P. Bern. Pez, num. 55.

In nomine &c. Eberhardus &c. Quia igitur aliquando revocatum eſt in dubium, *utrum Admontenſis parochia* ſpectaret *ad jus Archidiaconatus, qui eſt in valle Ensthal conſtitutus - - - parochiam Admontenſem ab omni jure Archidiaconatus* eximimus, ita, ut liberum ſit Abbati, qui pro tempore fuerit, in ipſa parochia, ſine contradictione qualicunque, omnia ad Archidiaconatum pertinentia miniſtrare: ne autem propter ſubtractionem Eccleſiæ ſæpefactæ, Archidiaconus Eccleſiæ noſtræ poſſit conqueri ſe gravatum, *parochias in Raedentin, & S. Georgii juxta Muram* cum omnibus Capellis ipſarum in recompenſationem Capitulo noſtro contulimus, cum in manus noſtras earundem donatio eſſet devoluta, ſtatuentes, *ut Præpoſitus Salisburgenſis, qui pro tempore fuerit, Archidiaconus legitimus*, in ipſis ſine contradictione qualibet habeatur, & ſit, & omne jus ſuum Archidiaconale in ipſis valeat exercere, Conventum ſuum, cum opportunum fuerit, *apud Longovve* indicens - - - teſtibus his ſubnotatis: *Heinrico Epiſcopo Seccovvenſi, Alberto Præpoſ. Salisburg. Chunone Decano, Heinrico Subdecano, Hoboldo Cuſtode, Eberhardo Scholaſtico, Dietmaro Cantore, Ulrico Cellerario*, & toto Capitulo Salzburg. Acta ſunt hæc an. Incarn. Dom. MCCXXXIII. datum *apud Salzburch*; Idib. Jan. Indict. 7.

Diplom. 66.

DIPLOMA 66.

Privileg. Epiſc. Seccov.

Ferdinandus Dux Auſtriæ & Styriæ confert Henrico I. Epiſc. Seccov. privilegium.

Ex Diplom. S. Ducat. Styriæ p. I. f. 309. Dipl. 11. Epiſc. Sect.

Fridericus D. G. *Dux Auſtriæ & Styriæ, & Dominus Carnioliæ*, univerſis &c. Conſiderantes devotionis ſinceritatem, quam *D. Heinricus Seccov. Epiſc. Venerab.* ſuis temporibus nobis, & noſtris exhibuit per operum multiplicium exhibitionem, in recompenſationem meritorum

torum ſuorum, & inſtantiam petitionum, eidem Epiſcopatui de ſpeciali gratia duximus indulgendum, quod, quicunque nobilium ſeu miniſterialium, per diſtrictum noſtrum commorantium, aliqua de ſuis prædiis, præfato Epiſcopatui deſerre voluerit, titulo venditionis, aut donationis, ad ea firma & rata impoſterum permanenda, noſtra voluntas accedat pariter, & conſenſus teſtimonio hujus ſcripti. Dat. *in Erpurch* 8. Kal Martii Anno MCCXXXIV. (Cod. MS. pag. 18. & 34.)

Ad An. 1235.

Ad an. 1235.

DIPLOMA 67.

Diplom. 67.

Fridericus Dux roborat donationem, Seizenſibus factam.

Fridric. Dux roborat donationem factam Seizenſibus.

Ex Diplom. S. Ducatus Styriæ p. II. f. 80. inter Seiz. num. 16.

Fridericus *Dei gratia Dux Auſtriæ & Styriæ, & Dominus Carniolæ* univerſis Chriſti fidelibus in perpetuum. Ad notitiam præſentium & futurorum volumus pervenire, quod *Domina Sophia de Leunbach*, 5. manſus in villa, quæ dicitur *Laſnitz*, quos jure hæreditario, & quieta poſſeſſione habuit, per manus noſtras tradidit *Eccleſiæ S. Joannis in Seitz*, partim in Eleemoſynam, partim pro reſtitutione damnorum, quæ *Cunradus de Leunbach, nepos ejusdem Dominæ*, intulerat Eccleſiæ memoratæ: dedit etiam eosdem manſus pro remedio animarum omnium, parentum ſuorum vivorum & defunctorum, cum omni integritate, nihil ſibi juris retinens in eisdem, ſed in perpetuum *præfatæ Eccleſiæ, & fratribus Ordinis Cartuſienſis* poſſidere conceſſit, rogans ac petens prædictam donationem ſigilli noſtri munimine roborari. Cujus precibus annuentes, ut eadem donatio rata in ævum, & inconvulſa permaneat, præſentem paginam ſcribi fecimus: & Sigilli noſtri impreſſione firmari. Teſtes *Ulricus de Bocca, Berubardus de Schowenberg, Rambertus de Mureke & filius ejus. Hermannus de Chranichsberch, Bertholdus de Emberberch, Hartmannus de Sunneberch, Wichardus de Arenſtein, Heinricus de Hakenberg, Conradus de Himberch*, & alii quamplures. Acta ſunt hæc *in Petovia* 5. Kal. Maji. Anno Incarn. Dom. MCCXXXV.

DIPLOMA 68.

Diploma 68.

Fridericus de Petovia cedit Eccleſiam ad S. Dominicam Ordini Teutonicorum.

Fridericus de Petav. cedit Eccleſiæ ad S. Dominicæ Ordin. Teuton.

Ex Diplom. Ducat. Styr. p. II. f. 208. inter Teuton. in Groſſontag num. 2.

In nomine S. & Individuæ Trinitatis. *Ego Fridericus de Petovia* notum facio univerſis Chriſti fidelibus, quod jus Patronatus, quod mihi competebat *in Eccleſiam*, quæ vocatur *ad S. Dominicam*, defacto appellatur *Gros-Sontag*, contulimus ego, & uxor mea *Hoſpitali S. Mariæ domo Teutonicorum Jeroſolymit.* pro remedio animarum noſtrarum, & progenitorum noſtrorum, ut divinus cultus, & eruditio fidei, per diligentiam fratrum prædictæ domus amplificetur ibidem. Promittimus, quod dabimus operam ex animo & bona fide, quod

authoritatem & conſenſum Domini noſtri Salzburgenſis Archiepiſcopi ad eandem donationem obtinebimus eidem domui confirmandam. In hujus autem donationis teſtimonium, hanc Chartam noſtri ſigilli ſigno fecimus communiri. Hujus rei teſtes ſunt *Fr. Otto Prior & Fr. Conradus de Ordine Prædicat. de domo Petovienſi. Fr. Otto & Fr. Carolus de domo Teutan. D. Hermannus miles de Petovia, Pabo de Treven, & Albertus de Raichenſtain, Otto de Pirch. Ortolphus de Goriſendorf, Hencicus Lapus* & alii quamplures Acta ſunt hæc an. Dom. MCCXXXV. *in Caſtro Dom. Hermanni* octavo Idus Julii.

An. 1236.

An. 1236.

Diploma 69.

DIPLOMA 69.

Confirmatio præceſſionis. Eberhardus II. Salisb. Archiep. confirmat ceſſionem præcedentem.

Ex Diplom. Ducat. Styr. p. II. f. 209. inter Teuton. in Groſſontag num. 3.

Eberhardus D. G. *Salzburg. Archiepiſc. Apoſt. ſedis Legatus* - - - notum eſſe volumus, quod Nobiles viri *Fridericus & Hertnidus Fratres de Petovia*, recognoſcentes pie, quod *Pater ipſorum contra juſtitiam abſtulit Eccleſiam, quæ vocatur ad S. Dominicam, Hoſpitali S. Mariæ domus Teutonicorum Hieroſolymitani*, quam *avus eorum legitime donaverat eidem*, ipſi renovantes eandem donationem rationabiliter factam, petiverunt humiliter & devote, ut ipſam noſtro conſenſu dignaremur ratam habere, & rationabiliter roboratione noſtri privilegii, confirmationeque conſigniri: nos itaque votis ipſorum ſalutaribus annuentes, *conſiderata etiam plebis illius Sclavicæ correctione, quæ ex provida ordinatione Fr. domus Teutonicæ poſſet provenire*, concedimus eandem Eccleſiam, cum omni jure ſuo eidem domui &c. Hujus rei teſtes ſunt *Heinricus Epiſc. Sekovvenſis, Otto de Kunigsperg, Eberhardus de Schoninſtain, Hermannus de Schoninſtain, Hermannus de Petovia, Ortolfus de Goriſindorf, Heinricus Lupus*, & alii quam plures. Datum *apud Petoviam* Anno Domini MCCXXXVI. ſeptimo Kal. Febr.

An. 1237.

An. 1273.

Diploma 70.

DIPLOMA 70.

Fridericus II. Imp. firmat. privilegia Teuton. Græc. Fridericus II. Imp. confirmat privilegia Teutonicor. græcenſium.

Ex Diplom. Ducat. Styr. p. II. f. 181. inter Dipl. Teut. num. 2.

Fridericus D. G. *Rom. Imper. ſemper Auguſtus Jeruſalem & Siciliæ Rex* - - notum fieri volumus univerſis, tam præſentibus quam futuris, quod, *cum S. Domum S. Mariæ Teutonicorum in Jeruſalem tanquam progenitorum noſtrorum opus &c.* (referuntur omnia iisdem fere verbis, quibus Frider. I. Bellicoſus Dux Auſtriæ & Styriæ uſus eſt in Diplom. hic num. 63. allato a verbis illis, quod cum S. Domum &c. uſque ejusdem ordinis libertatem, mutatis ſolum aliquibus verbis v. g. per imperium noſtrum, loco per terras noſtras in ducatibus Auſtriæ &

Styriæ

Styriæ, additur & Marchiæ Carnioliæ, ad verba, ſub noſtro, additur & Imperii noſtri protectione) Pergit ulterius Diploma: ad cujus rei memoriam & robur perpetuo valiturum, præſens privilegium fieri ſecimus, & ſigillo noſtro juſſimus communiri. Teſtes autem ſunt hi: *W. C. Wenceslaus III. Rex Boemiæ, Bertholdus Aquilegenſ. Patr. Sifridus Moguntinus, Theodoricus Treverenſis, & Eberhardus Salzburg. Archiepiſcopi. Ecgebertus Babenberg. Sifridus Ratisbon. Imperialis Aulæ Cancellarius Epiſcopi. Otto Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ, Bernhardus Dux Carintbiæ, Heinricus Landgrafius Thuringiæ, Comes Palat. Saxoniæ, Gothefridus & Conradus fratres de Hochenloch, Conradus, Liutboldus fratres Comites de Hardegge Otto de Sluentz, Heinricus & Wernardus, fratres Comites de Schovvenberch, Kadoldus Dapifer de Weldesſperch, Hademarus de Sunnenberch, Heinricus de Brunen, Imfridus de Hinperc cum fratribus ſuis, Wichardus de Arnſtein. Heinricus de Sevelt de partibus Auſtriæ. Comes Ulricus de Phannenberch, Com. Wilhelmus de Hunnenberch, Comes Ulricus, Hermannus de Ortenburc. Luitboldus & Ulricus de Wildonia, Fridericus & Hartnidus de Petove, Reinbertus de Muereege. Heinricus de Frichſe* cum quam pluribus aliis *de Styria. Comes Galle de Carniolia* & alii quam plures, qui interfuerunt. Acta ſunt hæc an. Dom. Incarn. milleſ. ducenteſ. triceſimo ſexto menſe Februario decimæ indictionis. Imperante D. noſtro Frider. D. G. Rom. Imp. ſemper Auguſto, Jeruſalem & Siciliæ Rege Romani Imperi ejus XVIII. Regni Jeruſalem, duodecimo, Regni vero Siciliæ triceſimo octavo, feliciter Amen. *Datum Viennæ* anno, menſe indictione præſcriptis.

DIPLOMA 71.

Diploma 71.

Bertholdus Patr. Aquilej. Seizenſibus donata firmat.

Bertoldus Aquilej. benefacit Seizenſibus.

Ex Diplom. S. Duc. Styriæ p. II. f. 83. inter Seiz. num. 19.

Bertholdus Aquilej. Sanctæ Diœceſis Dei gratia Patriarcha, dilectis in Chriſto fratribus *Petro Priori & Conventui de Seiz*, ſalutem, & ipſorum apud Deum orationibus adjuvari: cum & plantare religionem, & plantatam fovere modis omnibus teneamur, nos veſtris juſtis petitionibus inclinati, conceſſionem *decimarum in Plebe de Gonovvitz, & in Plebe de Choſe*: Item *in Plebe de Sluntz*, atque *de Plebe S. Leonhardi, a fl. mem. Otacharo Styriæ, & Luipoldo Auſtriæ & Styriæ Ducibus*, monaſterio veſto factam, de conſenſu Capituli noſtri, ratam habemus, ac firmam, ac præſentis ſcripti munimine confirmamus. *Datum apud Utinum* An. Dom. MCCXXXVII. Indictione 10. IV. Kal. Junii, præſentibus *Friderico Concordienſi, Epiſcopo, Jacobo Moſacenſi electo. Joanne Præpoſito S. Stephani, Bertholdo Villacenſi Archidiacono M. Philippo & Gerardo Canonicis Aquilej.* ac plerisque aliis. Et, ut præſens pagina robur obtineat perpetuæ firmitatis, ipſam Sigillo noſtro, & Aquilegenſis Capituli juſſimus inſigniri.

An. 1239.

An. 1239.

Diploma 72.

DIPLOMA 72.

Frider. Dux Seccov. Epiſc. privilegia confirmat.

Fridericus Dux Henrico I. Epiſc. Seccov. privilegium an. 1234. conceſſum confirmat.

Ex Diplom. S. Ducat. Styr. p. I. f. 309. *inter Seccov. Epiſc. Diplom. num.* 12.

Fridericus Dux &c. Intendentes *Seccov. Eccleſiam* pro reverentia amici noſtri *Kariſſimi Henrici ejusdem Eccleſiæ Epiſcopi*, ad cujus beneficentiam & promotionem, *ſuæ devotionis merita nos invitant*, ſemper in quantum poſſumus honorare, ipſi & ſuis ſucceſſoribus, ut proprietates ſive poſſeſſiones, ſi quas *miniſteriales*, & *cæteri cujuscunque conditionis*, homines *per Styriam*, donationis venditionis, ſeu alterius cujusquam contractus titulo, aut pro animarum ſalute, etſi eas ratione terræ poſſideant, *dictæ Seccov. Eccleſiæ* duxerint conferendas, recipere licite, ac retinere libere valeant in futurum &c. in præſentia teſtium ſubſcriptorum qui ſunt: *Comes Chunradus de Hardeke*, *Comes Ulricus de Phannenberch*, *Poppo de Pekach*, *Mr. Gerardus Muſſonienſis Archidiaconus*, *Mr. Luipoldus Plebanus Wiennenſis*, *Columbanus Capellanus noſter*, *Henricus ſcriba Styriæ*, *Heinricus de Brunne*, *Hertnidus de Petove*, *Otto de Walchenschirchen Camerarius*, & alii de Familia curiæ noſtræ. Actum *Viennæ* 4. Kal. Jan. an. Dom. MCCXXXIX.

Ex Cod. MS. pag. 15. & 34. Item Diplom. Origin. Alb. 1. Reg. Rom. num. 63.

Diploma 73.

DIPLOMA 73.

Frider. Dux confert Epiſcop. Seccov. Eccl. S. Petri prope Judenburg.

Fridericus Dux Henrico I. Epiſc. Seccov. confert Eccleſiam S. Petri Judenburg. &c.

Ex Diplom. cit. f. 310. *inter Seccov. Ep. Dipl. num.* 13.

Fridericus Dux &c. licet lex &c. innoteſcat ergo tam præſentibus quam futuris, quod nos ob reverentiam B. V. M. perpetuæ, *dilecto amico noſtro Heinrico D. G. Vener. Eccleſ. Seccov. Epiſcopo*, præclaris ipſius meritis inclinati, jus patronatus, & cætera jura, quocunque nomine cenſeantur, quæ *in Eccleſia S. Petri ſita ſupra Judenburch*, *prope fluvium Muoram*, noſcimus legitime obtinere, juſto donationis titulo aſſignamus eidem, & cæteris ſucceſſoribus ſuis in perpetuum poſſidenda &c. Acta ſunt hæc *apud Ips* XV. Kal. Maji anno Dom. Incarn. MCCXXX. nono, coram teſtibus ſubnotatis videlicet *Ulrico de Rusbach &c.*

Ex Cod. MS. pag. 15. & pag. 34.

Di-

DIPLOMA 74.

Diploma 74.

Hertnidus de Orte compenſat damna Epiſc. Seccov. illata.

Hertnidus de Orte compenſat damna Eccleſ. Seccov.

Ex Dipl. S. Duc. Styr. p. I. f. 311. *inter Ep. Secc. Dipl. n.* 15.

Hertnidus *de Orte*, tenore præſentium me confiteor promiſiſſe, quod de rebus ſibi, per me, vel per meos homines, irrogatis & oblatis, nec non, quæ mei occaſione amiſiſſe veraciter fuerit proteſtatus *D. Epiſcopus Seccovienſis*, uſque ad mediam quadrageſimam, ſatisfactionem plenariam exhibebo &c. Si autem a media quadrageſima in antea, infra ſpatium 15. dierum, ablata omnia non reſtituerem *D. Ulricus de Lyechtenſtein* pro me tenebitur in centum marcis denar. Friſac. ſalva nihilominus erga me ſæpefati Epiſcopi actione. Acta ſunt hæc *in domo Dietrici ex inferno civis apud Wiennam* in Kal. Decembr. an. Dom. MCCXXXIX. Indict. XIII. præſentibus teſtibus *Plebano de Gretz Ottone*, *Gotfrido Capellano*, & *Witegone Notario Epiſcop. Seccov. &c.*

Cod. MS. pag. 39.

DIPLOMA 75.

Diploma 75.

Henrici de Gravenſtein & Ulrici de Trüchſen donatio Teuton. Græcii facta.

Teutonicor. Græc. donatio.

Ex Diplom. Ducat. Styr. p. II. f. inter Dipl. Teuton. Græc. num. 18.

Ego *Heinricus de Gravenſteine*, & *ulricus de Trüchſen* ſignificamus univerſis, *quod frater noſter Cholo* de conſenſu, & beneplacito noſtro contulit - - redditus *decem talentorum in Syrnich*, quos etiam *frater noſter*, *frater Gottfridus* domui hoſpitalis S. Mariæ de domo Teutonicorum Jeruſalem contulerat &c. *Otacherus de Liechtenberg*, *Wulvingus* & *Hartnidus de Libenz*, *Heinricus* & *Eberhardus de Dobrenge*, *Mainhardus de Semætisdorf*, *Heinricus de Parneke* (fors *Perneke*) *Plebanus de Græz.* Datum an. Dom. MCCXXIX. 3. Idus Julii *in domo prædictorum Fratrum in Græz* in die S. Margaretæ.

An. 1240.

An. 1240.

DIPLOMA 76.

Diploma 76.

Eberhardus D. G. Salzburg. & Fridericus Dux deciſionem litis confirmat.

Decimæ in Paſeyl Epiſc. Secc. ex parte dantur.

Ex Dipl. S. Ducat. Styriæ p. I. f. 212. *inter Dipl. Ep. Secc. n.* 16.

Eberhardus *D. G. Salzburg. Archiepiſcopus Ap. ſedis Legatus &c. Fridericus D. G. Dux Auſtriæ & Styriæ ac Dominus Carnioliæ* univerſis &c. cum inter Dom. *Heinricum Vener. Epiſc. Seccovienſem* exparte una, & *Wulfingum puerum de Stubenberch* ex altera, & nomine dicti pueri quendam militem *Herbordum de* duabus tertiis decimarum in Poſeyle, hinc inde percipiendis diu lis, & contentio foret verſa &c. ut tali litigio finis imponeretur, *detento ipſo Epiſcopo apud nos*, pro noſtris negotiis,

vice ſua memoratus Epiſcopus *E. Plebanum de Styven, & W. Notarium ſuum*, & *Wulfingus de Stubenberch, Hugonem de Pranke, Ortolfum de Chopfenberg, Svvichardum de Reze, Wolfkerum de Poſeyle milites ſuos* deſtinaret. (Sequitur deciſio litis facta quoad decimas potiore ſui parte Epiſcopo adjudicatas.) Actum *apud Poſeyl* An MCCXL. Id. Julii. Indi&tione 13. ut autem ea, quæ cum tantæ deliberationis maturitate &c. Acta conſtabilita permaneant &c. Hanc cartam ſigillorum noſtrorum teſtimonio juſſimus inſigniri.

Cod. MS. pag. 9.

Diploma 77.

DIPLOMA 77.

Henr. de Gravenſtein compenſat damna Secc.

Henricus de Gravenſtein compenſat damna Seccov. Canoniæ illata.

Ex Diplom. Duc. Styr. p. I. f. 209. *inter Seccov. num.* 56.

Notum ſit omnibus, quod ego *Heinricus de Gravenſteine*, pro toto dampno, quod Eccleſiæ Seccowenſi intuli, de prædio meo manſus 3. unum *ex villa Rats* (fors *Katz* aut *Rachats*) alium in novali, quod adjacet eidem villæ, pro tertio vero manſo de ſylva quantitatem unius manſi poteſtativa manu donavi &c. pro teſtimonio & cautela feci cartulam hanc ſigilli Salzburg. Archiep. & ſigilli Domini mei Ducis Auſtriæ & ſigilli mei munimine roborari. Teſtes ſunt *D. Fridericus miles de Ebrnbaus, Fr. Sifridus Seccovienſis.* &c. Datum *in Ernbaus.* An. Dom. Incarn. milleſ. ducenteſ. quadrageſimo. VI. Kal. Sept. Indione 13.

Diploma 78.

DIPLOMA 78.

Frider. Dux confirm. Teut. Græc. privil.

Frider. Dux confirmat privilegia Teutonicorum Græcii.

Ex Diplom. Duc. Styr. p. II. f. 183. *inter Dipl. Teut. Græc. n.* 35.

In Nomine S. & Individuæ Trinitatis Amen. *Fridericus D. G. Dux Auſtriæ & Styriæ* omnibus Chriſti fidelibus - - - cum *viri Religioſi FF. Hoſpitalis S. Mariæ Teutonicorum in Jeruſalem*, ſuis exigentibus meritis, tam a ſede Apoſt. quam a ſacro Imperio & *a dilectiſſimo Patre noſtro fel. mem. Leupoldo Duce Auſtriæ* multorum privilegiorum gaudeant libertate (confirmat hic eorum privilegia) *datum & actum Wiennæ*, in Nativ. Domini poſt compoſitionem & concordiam inter Dom. noſtrum Imperatorem & nos ſolenniter celebratum an. Incarn. Dom. MCCXL. Indict. 13. coram teſtibus ſubnotatis videlicet, *Ven. P. Hainrico Epiſc. Seccov.* & *D. Leutoldo Archidiacono Carinthiæ. Magiſtro Ulrico de Kirchberg* & Nobilibus Viris *Chunrado de Hardekke*, & *Ulrico de Pecca* Comitibus. *Leutoldo & Ulrico fratribus de Wildonia, Chunrado de Hintberch, Friderico & Hartnido fratribus de Patove, Heinrico de Hakenberch*, & aliis quamplu-ribus fide dignis.

Ad

An. 1241.

An. 1241.

DIPLOMA 79.

Diploma 79.

Fridericus Dux liberalis in Henricum I. Epiſc. Seccov.

Frideric. Dux beneficus in Ep. Seccov.

Ex Dipl. Duc. Styr. p. I. f. 313. *inter Dipl. Ep. Seccov. n.* 17.

Fridericus Dux &c. præſenti ſcripto ſcire volumus univerſos, quod nos *ob devotionem dilecti amici noſtri Heinrici Seccov. Epiſc.* ad ipſius magnam & frequentem inſtantiam, *Chunegundim filiam Alberti militis de Purchſtalle* cum hæredibus quos genuerit, dedimus liberaliter de ejus & mariti ſui, nec non parentum ſuorum voluntate & aſſenſu eidem Epiſcopo & Eccleſiæ Seccovienſi. *Datum apud Tobel* Anno Dom. MCCXL. Indict. XIII. Idibus Julii.

Ex Cod. MS. pag 16. & 35.

DIPLOMA 80.

Diploma 80.

Frider. Dux Henr. I. Epiſc. Seccov. donat Eccleſiam in Tobel ibidem f. 515. inter Seccov. Epiſc. Dipl. n. 20.

Frideric. Dux eidem donat Eccl. in Tobel.

Fridericus Dux &c. Quanto de manu Domini potiora ſuſcepimus, tanto ad largitoris grates nos promptius & humilius offerentes, *jus patronatus*, quod in *Eccleſia Tobel* nobis hactenus competebat, *Ven. Patri & amico noſtro Domino Heinrico Epiſc. Seccov. & Eccleſiæ ſuæ* pro favore ipſius Epiſcopi, *qui gratus plurimum nobis extat &c.* donamus & conferimus &c. coram teſtibus ſubnotatis &c. *M. Ulrico de Chyrchberg Protonotario noſtro &c. Heinrico Pincerna de Hauspach, Chunrado de Horneke &c. Heinrico ſcriba Styriæ.* Actum apud *Tobel* 2. Id. Auguſti. An. MCCXLI.

Ex Cod. MS. pag. 4.

DIPLOMA 81.

Diploma 81.

Wilhelmus de Hoheneke compenſat damna facta Seizenſibus.

Wilhelmus de Hobenek Seiz. damna reparat.

Ex Diplom. Styr. p. II. f. 92. *inter Seiz. num.* 30.

In nomine S. & Individuæ Trinitatis Amen. Cum omnium facta mortalium &c. hinc eſt, quod *nos Wilhelmus de Hobeneke*, ſcripti præſentis teſtimonio tam pie præſentibus, quam futuris innoteſcere volumus, quod nos aliquando noſtra culpa, & immerito *Eccleſiæ vallis S. Joannis* damna ſatis gravia & diverſa intulimus, ſicut non oportuit, nec decebat. Tandem ad nos reverſi, & divino nutu ammoniti, prædictæ Eccleſiæ & fratribus ibidem Deo famulantibus de illatis ſatisfacere cupientes, ipſos cum devotione convenimus, ſicut pios, *& in villa quæ Lintenbach dicitur* (in qua *filius noſter Lupoldus piæ mem.* memoratæ Eccleſiæ per conſenſum noſtrum, 5. manſus pro remedio animæ ſuæ in articulo mortis, donaverat) nos alios 5. manſus in eadem villa præfatæ Eccleſiæ & fratribus ſupererogavimus pro remedio emenda. Inſuper ad eorum benevolentiam amplius obtinendam, *Sorori noſtræ Dominæ Eliſabethæ de Miltenburch*, conſulimus & aſſenſum

præbuimus, ut *in villa Strenevvitz* 14. manſus prænominatæ Eccleſiæ, partim pro ſalute animæ, partim pro pretio 13. marcarum venderet & donaret - - - deinde brevi ſuccedente tempore, ſuperveniente nobis corporis infirmitate, & morbo acutiſſimo invaleſcente, teſtamentum diſponere decrevimus, in quo inter cætera, *mediante Dom. Ottone Plebano de novæ Eccleſiæ* Confeſſore noſtro, & *Priore Dom. Petro*, & *Plebano de Bonikel*, & aliis quam pluribus, ſæpe dictæ Eccleſiæ, ob ſalutem & remedium animæ noſtræ ac parentum noſtrorum 6. manſus in villa *Brettenbuch*, & alios decem in villa *Suvertovvitz*, cum omnibus ſuis pertinentiis, ſive ſylvis ſive campis, piſcationibus, venationibus, ſive quibuscunque cenſeatur nominibus, perpetua erogavimus hæreditate &c. Hujus itaque rei teſtes ſunt *Petrus Prior vallis S. Joannis*, *Cunradus Sacerdos*, & ſuperius nominati Plebani, *Wilhelmus de Hochenecke*, *Cunradus de Levvenbach*, *Henricus de Graz*, *Hermannus de Pilſtein*. *Heinricus de Grunach*, *& frater ſuus*, *Hugo de Hochenecke* & cæteri quam plures. Acta ſunt hæc an. ab Incarn. Dom. MCCXLI. menſe Junio.

An. 1242.

An. 1242.

Diploma 82.

DIPLOMA 82.

Epiſc. Seccov. datur Villa Aerzbach.

Fridericus Dux donat Henr. I. Epiſc. Seccov. villam Aerzberch in Poſeyle.

Ex Diplom. Styr. p. I. f. 313. *inter Dipl. Ep. Seccov. num.* 18.

Fridericus Dux &c. Tenore præſentium notum facimus tam præſentibus, quam futuris, quod nos ob *amorem*, *& multa grata ſervitia*, quæ nobis hactenus exhibuit, & offert in futurum, dilectus amicus noſter, *Heinricus Vener. Epiſc. Seccov.* ſibi & Eccleſiæ ſuæ villam *in Poſeyle*, apud S. *Jacobum* contulimus, quæ *Aerzperch* appellatur, cum omnibus ſuis attinentiis perpetuo poſſidendam Anno Dom. MCCXLII. Indict. XV. IV. Idus Idus Julii. Hujus rei teſtes ſunt *M. Ulricus de Chyrperch Canon. Patav. Archidyaconus Auſtriæ*, *Protonotarius noſter. Hainricus Pincerna de Hausbach*, *Cholo de Vromhofen*, *Gotfridus Cheltzo*, *Ulricus de Windisgrez &c.* Actum *apud Tobel.*

Ex Cod. MS. pag. 16. & 35.

An. 1243.

An. 1243.

Diploma 83.

DIPLOMA 83.

Frideric. Dux dat Epiſc. Secc. domum Viennæ.

Fridericus Dux Henrico I. Epiſc. Seccov. Viennæ donat domum.

Ex Diplom. S. Ducat. Styr. part. II. fol. 314. *inter Seccov. Epiſc. Diplom. num.* 19.

Fridericus Dux &c. ducti Zelo &c. *Advertentes grata ſinceritatis obſequia & devota*, *quibus dilectus amicus noſter D. Heinricus Ven. Epiſc. Seccov. pro noſtri honore nominis*, *& terrarum noſtrarum generali commodo ſe ſemper expoſuit viribus indefeſſis*, eidem & ſuis ſucceſſoribus Epiſcopis Eccleſiæ Seccovienſis, *domum apud Wiennam ſitam*, juxta domum noſtram

ſtram, & ex parte noſtræ curiæ contiguam, quam quidam Duringus nomine quondam noſcitur poſſediſſe, contulimus noſtro jure perpetuo poſſidendam &c. Teſtibus, qui aderant, ſubnotatis, *Leupoldo Ardac, Præpoſito, M. Leupoldo Plebano Wiennenſi, M. Ulrico de Chyrichperg Archidiacono Auſtriæ &c. Marquardo Notario, Wolfgero de Parovve, Ottone de Walchunskirchar Camerario, Dieterico de Dobrach pincerna*, & aliis. Datum in *Hyntberch* an. Dom. MCCXLIII. pridie Idus Jan.

Ex Cod. MS. pag. 16. & 35.

DIPLOMA 84.

Diploma 84.

Henrici Ep. & Chunradi Præp. Seccov. compromiſſum.

Henric. Epiſc. & Chour. Præp. Seccov. compromiſſum.

Ex Diplom. cit. f. 209. inter Seccov. num. 57.

Henricus *D. G. Seccovienſis Epiſcopus* tenore præſentium publice profitemur (compromittit in 7. viros, ex quibus 3. abipſo Epiſcopo, 3. a Chunrado Præp. Seccov. & 7. tanquam arbiter ab utroque ſtatuitur, ad decidendam litem, quoad confinia utriusque parochiæ *Chumlenz & Vanſtorf*) *Actum apud linte* in præſentia teſtium ſubſcriptorum *Domini Permanni Abbatis S. Lamberti.* An. milleſ. ducent. quadrag. tertio Indict. I. quarto nonas Octobris.

DIPLOMA 85.

Diploma 85.

Ulricus de Pfanberg Judex ſupremus Styriæ ſententiam a ſuo anteceſſore latam pro Seccov. confirmat. Ibid. f. 210. inter Seccov. num. 58.

Seccov. adjudicatur ſylva Aerzwald.

Nos *D. G. Ulricus de Pfannberch, qui Authoritate D. Frider. Ducis in Styria præſidemus*, omnibus in perpetuum. Noverint univerſi, quod *D. Præpoſitus Seccovvenſis*, cum *D. Reinbertus de Muereke, Officio noſtro fungeretur*, quandam ſylvam, quæ dicitur *Erzvvald*, pro ſe & pro ſua Eccleſia obtinuit proprietatis nomine coram ipſo, ita, ut etiam *Judex de Græze Wakkerzill*, qui eum poſſeſſorem conſtituere deberet, eſſet nuntius deputatus; poſtquam vero *D. Præpoſitus* poſſeſſionem intravit, *D. Hartnidus de Rammenſtein*, ſibi prædictam ſylvam contra juſtitiam uſurpavit, quod *D. Præpoſitus Dom. Duci* eſt conqueſtus, Dux vero ſuis dedit nobis litteris in mandatis, ut Præpoſito dictam ſylvam defendere deberemus, quod & fecimus, ſed adhuc jam dictus *Hertnidus* ipſum moleſtare contra juſtitiam non deſiſtit. Nos igitur cum in *Chravvat* præſediſſemus judicio generali D. Præpoſitus omnes ſententias rite latas, & miſſionem in poſſeſſionem ſylvæ probavit, unde poſſeſſionem eandem ſibi adjudicavimus. Quæ facta ſunt coram teſtibus, qui ad hoc ſpecialiter fuerunt deputati, *D. Leutoldus de Peccach liber, D. Wigandus de Maſſenberg, D. Rudolfus, & frater ſuus de Stadeke. D. Marquardus de Altenbovven. D. Heinricus de Porrek &c.*

Epocha & nomen Præpoſiti deeſt.

An. 1244.

An. 1244.

Diploma 86.

DIPLOMA 86.

Seccov. Episc. jus nullum in Elect. Præpositi.

Ulricus El. Seccov. de electione Nicolai Præp. Seccov. testatur.

Ex Dipl. Styr. p. I. f. 211. *inter Seccov. num.* 60.

Ulricus D. G. Electus Seccov. profitemur testimonio hujus scripti, quod, licet *de electione D. Nicolai Vener. Præp. Seccovv.* in nos a Capitulo ejusdem loci fuerit compromissum, tamen in nobis aut successoribus nostris non debeat ex hoc in ipsa electione aliquid juris imposterum vindicari &c. *Datum in Pyber* Anno Incarn. millesimo ducent. quadrag. quarto XI. Kal. Martii.

An. 1245.

An. 1245.

Diploma 87.

DIPLOMA 87.

Frider. Dux compensat damna Episc. Seccov. per Hertnidum I. de Orte illata.

Ex Dipl. Styr. p. I. f. 315. *inter Seccov. Episc. num.* 21.

Fridericus Dux &c. sua nobis conquestione narrarunt bonæ mem. *Dom. Henricus Ven. Episc. Seccov. & Successor illius Dom. Ulricus Ven. ejusdem Ecclesiæ Electus*, quod per invasiones *Hertnidi de Orte* Ecclesia Seccov. enormiter offensa fuerit, & depressa, & quia idem Hertnidus &c. suum nobis feodum taliter obligarat, ut in nostri transire deberet potestatem Dominii, si non compleret quædam promissa nobis facta &c. vel si unquam Archiepiscopum (Eberhardum) aut terras nostras læderet quoquomodo, nos consideratis damnis, quæ intulerat Ecclesiæ Seccov. *Castrum Wechserek* (in alio apographo appellatur *Weizzepek*) quod ipso jure ad nostrum est dominium devolutum, cum omnibus possessionibus & judicio, & præcise cum omnibus singulis, quocunque vocentur nomine, ad idem castrum pertinentiis, *ipsi* & Ecclesiæ Seccovienſi, cujus injurias *propter fidelia & devota servitia, quæ idem D. Ulricus ejusdem Ecclesiæ Electus, nobis exhibuit hactenus, & exhibere poterit in futurum*, sustinere nec volumus, nec debemus, pro recompensatione dampnorum suorum, contulimus feudali titulo perpetuo possidendum &c. coram testibus subnotatis, *Nicolao Seccov. & Leupoldo Ardac. Præp. M. Gotschalco Protonotario nostro, Witigone scriba Styriæ &c. Ottone de Walchunskirchen Camerario, Dieterico de Dobrach pincerna, Trautliebo Dapifero* & aliis. *Actum in Strælze* An. Dom. MCCXLV. tertio Id. April.

Ex Cod. MS. pag. 16. 26. & 35.

Diploma 88.

DIPLOMA 88.

Compens. decimarum Eccl. Sec.

Eberhardus II. Archiep. Salisb. compensationem decimarum promittit Ulrico Seccov. Electo.

Ex cit. Diplom. f. 22. *inter Dipl. Seccov. Episc. n.* 22.

Eberhardus Archiep. Salisburg. &c. scire volumus &c. quod cum *Domino Popponi Nobili de Peccach, decimas in Poseyle* contuliſſemus titulo feo-

feodali, nos imdempnitati Eccleſiæ Seccov. ad quam eædem decimæ nomine proprietatis pertinebant, providere volentes, pro earundem decimarum compenſatione redditus æquipollentes, ubicunque *in partibus Marchiæ, Vener. in Chriſto Fr. Ulricus Seccov. Electus* acceptare voluerit, de conſenſu noſtri Capituli duximus aſſignandos &c. ſunt autem hujus teſtes &c. &c. *D. Poppo de Pekach, D. Otto de Chunigsperch. D. Wulfingus de Leybenz &c.* Actum *apud Strazgamch* An. Dom. MCCXLV. tertio Id. Junii Indict. 3.

Ex Cod. MS. pag. 11.

DIPLOMA 89.

Diploma 89.

Witegonis ſententia judicialis in favorem Monialium Admontenſium.

Monial. Adm. datur prædium in Vinſterpöls.

Ex Dipl. Duc. Styr. p. II. f. 223. inter Adm. num. 1.

Ego *Witigo ſcriba Styriæ* cunctis notum facio per hæc ſcripta, quod *a Domino meo Friderico illuſtri Duce Auſtriæ & Styriæ*, habui in mandatis, ut judicium & juſtitiam facere petentibus per Styriam univerſis, & dum tali negotio inſtanter darem operam circumquaque, *Henricus de Pernek* quoddam prædium ſitum *in Winſterpels*, ſcilicet pratum unum cum adjacentibus quibusdam beneficiis impetivit, quod prædium *bon. mem. Illuſtris Dux Leopoldus pater dicti Domini Friderici*, in remedium animæ ſuæ contulerat *literalis ſanctimonialibus in Admunt*, ſed Abbas Admontenſis tam diu, & tam ſufficienter pro dicta querimonia coram me reſpondit, donec per juſtam ſententiam adjudicata fuit ipſius ſanctimonialibus ejusdem prædii poſſeſſio quieta, & tranquilla. In cujus rei teſtimonium & Majus robur, litteram hanc ſcribi feci, & mei ſigilli appreſſione firmavi. Data eſt hæc ſententia ſive adjudicatio *in Chravvat*, in die omnium Animarum An. Dom. MCCXLV.

DIPLOMA 90.

Diploma 90.

Eberhardus II. Archiep. roborat donationem Sophiæ ab Andechs ejusdem Sanctim. factam ibid. f. 224. inter Admont. num. 2.

Sophia de Andechs benef. mon. Admont.

Eberhardus *D. G. Salzburg. Archiep. Apoſt. ſedis Legatus*, præſenti pagina notum facimus univerſis, *quod dilecta nobis in Chriſto Sophia Marchioniſſa in Andechs*, peccata ſua apud *Cœnobium Admontenſe* deflens, prædia ſua apud *Meinhalmisdorff*, & circa *Obervvelz* decem & 8. marcarum reddituum monetæ Friſacenſis, quæ nunc quiete & pacifice poſſedit, ſimul cum omni jure, quod habuit in eisdem bonis, Admontenſi Eccleſiæ Contulit, pro remedio animæ ſuæ, & *piæ mem. Heinrici Marchionis, quondam mariti ſui*, de libero arbitrio ſuæ voluntatis, tali appoſita conditione, *ut D. Abbas & Conventus Admontenſis* prius, vel in feſto S. Martini, ſingulis annis de ipſis redditibus totidem proventus, quot & quales ipſa percipere conſuevit, omni occaſione poſtpoſita plenaria ſibi perſolvant, ſicut fide data fieri promiſerunt. Præterea quoque Abbas, & Conventus firmiter promiſerunt, hactenus ei adminiſtratam integraliter dare, quoad uſque vixerit, prænotatos

mam abripuit, reddere tamen populo Quintius Papam debuit, atque omni delicto remisso, Jerosolymas tantum peregrinari a Papa jubetur.

Henr. 5. Rex Germ. Otho North.

Hæc dum Romæ agerentur, Rex Conradum filium, Regem post se eligendum per Sacramenta exegit, & Ottonem Northeimium datis 2. filiis obsidibus, in gratiam & intimam amicitiam recepit.

S. Gebhard. munit castra Werven & Friesach Salzb.

Turbas imperii & sacerdotii prope erupturas præviderit inter alios sagacissimus simul, ac providissimus Gebhardus Salzburg. hinc hujus anni fine, vel alterius initio construere cœpit castra, Salisburgense & Werfense, quibus se suaque tueri possit, addunt alii etiam Frisacense, quod, si ita, non an. 1080. dum mortua jam diu esset S. Hemma, sed antea an. 1049. Frisacum Salisb. sedi a S. Hemma donatum fuerit.

Friesacum a S. Hemma Salzb. donatur.

Milites iid. ac Equites Gutrath de Ernest.

Wetfensi castro præfectum dedit militem strenuum *Ernestum de Gutrath* (militum vero nomine veniunt hoc tempore *Equestris dignitatis* viri, fiduciaria clientela obstricti) arci vero Frisacensi *Chunonem de Küenburg* sororis suæ maritum, ut ferunt monum. fam. Kienburg. v. an. 1077.

Küenburg de Chuno.

Illustrissimæ hujus familiæ inter Styros maxime vigentis monumenta videre necdum mihi licuit, quod tamen futurum spero, origo hujus prosapiæ nobilissimæ in Carinthia quærenda est, teste Excell. Wurmbrandio in collectaneis Geneal. cap. 61. qui tamen ad sæc. 14.

Geneal.

omnes reticet majores. Lazio teste liberi olim in Diplom. appellati, ac in Carnis erant celeberrimi. Hübnerus quod miror, eorundem non

Au distract. a Kienberg.

meminit. Bucelinus Stemmatogr. German. part. 4. fol. 98. brevissimum fragmentum ejus adfert, diversam tamen Kienbergiam, & Kienburgiam censet, de quo vehementer dubito; primam ideam familiæ cum alia non suppetat, ex Bucelino designo, adjectis tamen aliis monum. antiquis.

Primus familiæ occurrit, ut mox dixi.

Chuno de Kienberg an. 1075.
Præfectus Friesacens. ux.

Helfenstein de Dietburg.

Hæc enim erat soror - - S. Gebhardi, v. Hübner. tab. 490.

Dietburga de Helfenstein. secundis nuptiis Wernero fors nupta, v. an. 1088.

Ex mente Heningesii apud cit. Hübner. maritus Dietburgæ hujus

Hardeck de Com. Bernard.

dicitur, *Bernardus Comes de Hardeck*, quem tamen Hübnerus tab. 780. omittit, & Hardekios a Brueschenkiis ortos primum sæc. 15. fine audiri cœpisse tradit.

Idem sentit Excell. Wurmbrand. cit. cap. 35. pluribusque confirmat in addendis ad c. cit. f. 242. &c. 305. 354. de quibus plura suis locis.

Post hunc Chunonem integro sæculo tardius occurrit:

Georg. de Kienburg Adolphus.

Georgius de Kienberg v. Künburg Equestr. dign. vir, an. 1165. ludis celeberr. Tigurinis sub Welfone Bav. Duce præsens, uxor incomperta.

Adolphus de Küenburg, an. 1170. testis ult. litter. Wurmbr. cit.

Conrodus & Rudolphus Küenburgii, an. 1189. celebres Wurmbr. cit.

Post Georgium supra memoratum Bucelinus sequentem ordinem statuit:

Wolf-

votis &c. assignationem eorundem bonorum ad manus *Patris Chonradi de Osterna dicti Ordinis per Austriam & Styriam Præceptoris*, ac suorum confratrum *Gerlaci & Heinrici sacerdotum*, & *Wernheri Commendatoris de Dominico*, velut a nobis petitum est, libere & liberaliter facientes &c. nomina testium subscribentes, quæ sunt. *Chonradus Magister Cellarii, Heinricus Lupus. Hertovvicus, Eberhardus, Pertholdus, Heinricus filii Ottonis milites de Pirche*, & alii plures: Acta sunt hæc *in Pettovia*, An. Com. MCCXLVII. 5. Kal. Nov.

An. 1248.

An. 1248.

DIPLOMA 93.

Diploma 93.

Otto Comes de Eberstein Imperialis Præfectus Styriæ confirmat donat. Admont. factam. *Admont. confirmatur.*

Ex eod. Diplom. Styr. p. I. f. 225. *inter Admont. n.* 3.

Nos Otto *D. G. Comes de Eberstein, Sacri Imperii per Austriam & Styriam Capitaneus & Procurator, ego Witigo scriba ejusdem glorioſi Imperii*, tenore præsentium innotescimus universis, quod *D. Sophia, quondam marchionissa de Andechs*, donationem prædii sui *in Welze*, potestativa manu sua factam, Ecclesiæ Admont. vivente Duce Friderico, sicut ipsa quiete possederat, coram nobis & multis aliis honestis viris publicavit, ut prædictum prædium eidem monasterio post mortem suam possidendum confirmavit libere & absolute. Nos igitur fungentes vice Sacri Imperii, donationem supradictam ratam habentes, hujus facti testes accessimus, & præsentem Chartam inde conscriptam nostris sigillis roboravimus cum testibus subaratis, *M. Ulrico de Gruscharn. D. Ottone de Erinvels, Walthero Schrath*, & aliis compluribus. Actum an. MCCXLVIII. XIII. Kal. Febr.

DIPLOMA 94.

Diploma 94.

Philippus Salisburg. donat Ulrico I. Ecclesiam S. Georgii in Styven. *Philipp. Salzb. donat Ulrico Ep. Secc. Eccl. in Stiven.*

Ex eod. Dipl. Styr. p. I. f. 319. *inter Episc. Seccov. Dipl. n.* 25.

Philippus *Salzburg. Archiep. &c.* etsi mater &c. *Ecclesiam in Styven* nobis vacantem, *Domino Ulrico Seccov. Episc. cujus devotio matrem suam Salzburg respexit semper in omnibus* cum jure patronatus, ac omni jure, quod nobis competebat in illa, & per ipsum Ecclesiæ suæ perpetuo contulimus possidendam &c. Concedimus etiam, quantum in nobis est, eidem Episcopo ac suis successoribus, ut suæ, suorumque mensæ, dictæ proventus Ecclesiæ licenter valeant deputari &c. *Actum Petoviæ* XII Kal. Octob. An. Dom. MCCXLVIII. in præsentia *M. Heinrici curiæ nostræ Protonotarii &c. Luitoldi de Wildonia, Friderici de Petowe, Nicolai de Leuvenberch, Chunradi de Hornek*, & aliorum.

Ex Cod. MS. pag. 12.

Diploma 95.

DIPLOMA 95.

Margar. Regina de rebus Auſtriæ ſtatuit.

Margaretha Regina de Rebus Auſtriæ ſtatuit. Ex Archivo S. Hippolyti Cl. Duellii Miſcellan. lib. I. pag. 401.

Margareta D. Gr. Romanorum quondam Regina &c. ſub hujus ſcripti teſtimonio notum facimus, quod nos vidimus litteras, & ſigilla Dominorum *Alberonis Pincernæ*, *Hadmari Mareſchalci de Chunringen*, & *Henrici Pincernæ de Habespach*, & quorundam aliorum miniſterialium Auſtriæ, tenorem hujusmodi continentes - - - vidimus etiam litteras & ſigillum *D. Ottonis Comitis de Eberſtein*, continentes, quod in ſua præſentia fuerint prædicta omnia fide data, & juramento præſtito confirmata. *Præfatus quoque Præpoſitus* (S. Ypoliti nempe) ad noſtram accedens præſentiam, a nobis petiit humiliter, & devote, ut & nos factum ejusmodi ſcripto & ſigillo noſtro dignaremur confirmare, cujus precibus annuentes has litteras fecimus exhiberi ſigilli noſtri munimine roboratas. *Datum in Heimburg* 4. Kal. Aprilis, An. Dom. 1248. ſexta indictione.

An. 1249.

An. 1249.

Diploma 96.

DIPLOMA 96.

Philipp. Salzb. confir. Teuton. villam in Hermansdorff.

Philippus Salzb. Electus, confirmat donationem Frider. de Petove, de Villa in Hermanſtorf Teutonicis factam.

Ex Diplom. S. Ducat. Styr. p. II. f. 212. *Dipl. Teut. num.* 5.

Philippus *D. G. Salzburg. Electus* omnibus &c. dum *Fridericus de Petovia*, *noſtræ miniſterialis Eccleſiæ*, *villam in Hermansdorff*, quam antea tenebat Eccleſia titulo Feodali *FF. Hoſpitalis S. Mariæ domus Teutonicorum*, una cum vineis, agris cultis, & incultis, ac ſylvis & paſcuis conferret perpetuo poſſidendam &c. *Actum Reynæ* A. D. milleſimo, ducenteſ. quadrag. nono 8. Id. Jan. in præſentia *Ulrici Archidiaconi juxta Trabam*, *Chunrádi Decani de Trabeberg. M. Heinrici Phiſici*, *Reinberi de Eichlberg*, *Ottonis de Heileke*, *Hermanni de Rauſtein* & teſtium plurium aliorum, in Domino feliciter Amen.

Diploma 97.

DIPLOMA 97.

Idem Ulrico Secc. dat Wagrinſtorf villam.

Idem Philippus Ulrico I. Epiſc. Seccov. villam Wogrinſtorf confert.

Ex eod. Diplom. p. I. f. 322. *inter Seccov. Ep. num.* 20.

Philippus *Salzburg. Electus &c.* Præpoſito in noſtra præſentia *per Ven. in Chriſto Fratrem D. Ulricum Epiſc. Seccov.* quod bonæ memoriæ noſter prædeceſſor, quandam *villam in Wogrinſtorf*, quæ cum aliis 2. villis &c. per mortem *D. Reimberti de Muereke*, vacare cæperat, prædeceſſori ſuo, & Eccleſiæ Seccov. contulerit &c. nos jure ipſius Epiſcopi Seccov. recognoſcentes &c. donationem a prædeceſſore noſtro factam, ratam habemus: & ipſam villam in Wogrinſtorf cum prænominatis villis &c. tradimus præfato Epiſcopo & Eccleſiæ Seccov. non obſtan-

obſtante, quod *Chunradus de Drakenburg*, easdem villas hactenus dignoſcitur poſſediſſe, qui etſi jus aliquod habuiſſet, quia tamen promiſſorum ſuorum &c. extitit violator, eo quod *Caſtrum noſtrum Rayne*, ſicut evidenter patuit, ad alienos tradere voluerit fraudulenter, non ſolum easdem villas, immo ipſo facto vacaſſe conſtat alia, quæ ſibi de jure competere videbantur &c. Cujus rei ſunt teſtes *Bertholdus de Gurkenvelde Reinberus de Aichlberg*, *Wulfingus de Soces &c.* Actum *in Reyne* An. Dom. MCCXLIX. Idibus Maji.

Ex Cod. MS. pag. 11.

DIPLOMA 98.

Diploma 98.

Hermannus Marchio de Baden, Abbati & Conventui Zwetlenſi concedit transductionem 2. talentorum ſalis in Danubio ſine teloneo.

Hermann. Badens. march. concedit Zwetlenſi traduct. ſalis ſine teloneo.

Ex Annal. Zwetl. tom. I. pag. 335.

Nos *Hermannus D. G. Dux Auſtriæ & Styriæ & Marchio de Baden* hujus ſcripti teſtimonio ſcire volumus univerſos: quod Abbati & Conventui in Zwetl indulſimus de gratia ſpeciali, ut 2. talenta ſalis majoris ligaminis transducant in Danubio per terræ noſtræ diſtrictum annis ſingulis ſine muta - - - Teſtes autem ſunt *Magiſter Leopoldus Plebanus Wiennenſis. Heinricus Notarius*, *Rapoto de Valchenberg*, *Ditricus Stuchſo*, *Ulricus de Habespach*, *Heinricus Preiſel. Otto Camerarius de Walchunskirchen. Otto de Leiſſe*, & alii quamplures. Datum An. Dom. 1249. XI. Kal. Octobr. in civitate Wienna.

An. 1250.

An. 1250.

DIPLOMA 99.

Diploma 99.

Philippus Salzburg. reſtituit Ulrico I. Seccov. decimas in Poſeyl.

Philipp Salzb. Seccov. Epiſc. reddit decimas in Poſeyl.

Ex Diplomat. Styr. p. I. f. 323. *inter Seccov. Epiſ. n.* 32.

Philippus *Salzb. Electus &c.* (reſtituit Ulrico I. Seccov. Epiſc. *decimas in Poſeyl*, quas olim Eberhardus Archiep. contulerat *Popponi de Peccach* nunc defuncto &c.) Coram ſubnotatis teſtibus *Witegone ſcriba Styriæ*, *Ulrico de Liechtenſtein*, *Hainrico de Silberberg*, *Gebhardo de Velovem*, *Gotfrido Chæltze*, *Ortolfo de Stretvvich* & aliis. Actum *in Vonſtorff* 4. Id. Febr. An. Dom MCCL. (ex Cod. MS. pag. 11.)

DIPLOMA 100.

Diploma 100.

Idem Philippus promittit Ulrico Secc. Eccl. Pyber ibidem f. 32. inter Dipl. Seccov. n. 33.

Eccl. Pyber reſtituitur Ulrico Seccov.

Philippus *Salzburg.* Electus &c. *Jus Patronatus Eccleſiæ in Pyber*, quod ad Ven. in Chriſto Abbatem & *Conventum S. Lamberti* noſcitur pertinere, libere promittimus abſolvere (per recompenſationem ipſi monaſterio utilem, & honeſtam, ita quod ipſum jus patronatus, poſtquam per nos fuerit abſolutum, in jus & proprietatem tranſeat ipſius Eccleſiæ Seccov. ad quæ nos, noſtrosque ſucceſſores præſentibus obligamus &c. Coram *Witegone ſcriba Styriæ*, *Ulrico de Liechtenſtein*,

Gebhardo de Velben, Gotfrido Chæltze, Ortolfo de Stretuvich & aliis teſtibus. An. MCCLI. tertio Id. Februar. apud *Vonſtorf* (ex Cod. MS. pag. 14.)

Diploma 101.

DIPLOMA 101.

Ulric. Epiſc. Seccov. teſtatur de prædio Glanz Seccov. Canoniæ.

Ulrici Ep. Seccov. teſtimonium pro ſuis Canon. de legitima poſſeſſione prædii Glanz.

In Dipl. Ducatus Styriæ p. I. f. 213. inter Seccov. n. 64.

Ulricus D. G. Epiſcop. Secovv. hujus ſcripti teſtimonio ſcire volumus univerſos, quod cum ſuper prædio in Glanz aliquandiu, quæſtio verteretur, bonæ mem. *Illuſtris Dux Auſtriæ Fridericus*, nobis, qui *tunc eramus curiæ ſuæ Protonotarius*, eandem cauſam ſpecialiter commiſit decidendam. Nos igitur aſſumpto nobiſcum *D. Witigone ſcriba Styriæ*, Nobili viro *Ludevvico de Schippke, Ulrico & Gotfrido fratribus de Marchburg, Wigando de Maeſſenberch, Chunrado de Horneke* aliisque pluribus vicinis &, provincialibus vocatis &c. invenimus prædium prædictum ad Eccleſiam Seccovienſem pertinere: quo cognito &c. authoritate & poteſtate nobis in eodem negotio tradita, prædium, quod tunc in poteſtate ſua Dux Auſtriæ detinebat, reſtituimus abſolute & aſſignamus ad poteſtatem, & uſus Eccleſiæ Seccowenſis, quod prædium ipſa Eccleſia, vivente memorato Duce Auſtriæ, & poſt illius mortem, hucusque per plures annos libere tenuit & quiete, ſuper quo eidem Eccleſiæ hanc noſtram conceſſimus litteram in evidens teſtimonium & cautelam.

Epocha deeſt.

Diploma 102.

DIPLOMA 102.

Glanz prædium reſtituitur Eccl. Seccov.

Hadmarus de Schænberg reſtituit prædium Glanz Eccleſiæ Seccov.

Ibidem f. 212. inter Seccov. num. 63.

Noverint univerſi, quod ego *Hadmarus de Schænberg*, cum *in Caſtro meo Smilnberch* haberem reſidentiam, malo ductus conſilio de poſſeſſionibus *Eccleſiæ, S. Mariæ in Seccovve*, ſitis in *Glanz* & am Roßbach, me contra omnem juſtitiam, in periculum meæ animæ intromiſi, partem earum jure hæreditatis, & partem advocatiæ nomine aſſerens mihi attinere, quas utique poſſeſſiones, cum per talem injuriam, & violentiam longo tempore tenuiſſem, tandem compunctus corde, imo metuens B. Virginis ultionem &c. remiſi & reſtitui eidem monaſterio &c. moti ergo *D. Arnoldus Præpoſitus, & confratres ejusdem loci*, indulſerunt mihi propter Deum, quidquid damni in ipſius poſſeſſionibus per me receperunt &c. hujus rei teſtes ſunt *Sifridus Comes de Phannenberch, Dom. Gotfridus & Dom. Hertnidus de Marchburg &c.* Acta ſunt hæc in *Smilnburch* An. Inc. Dom. milleſ. ducent. quadrageſ. in die S. Michaelis.

DIPLOMA 103.

Diploma 103.

A Rudolpho de Hertenfels Monaſt. Vorav. traditam curiam in Haydek, teſtatur Gebbinus Præp. Vorav.

Hertenfels de Rudolpho dat Monaſt. Vorav. curiam in Hay-

Ex Archivo Canoniæ Voravv. nondum editum.

In Nomine S. & Individuæ Trinitatis Amen. Quoniam labente tempore, hominum ſæpius præſentia, atque præſentium memoria rerum geſtarum tabeſcere conſuevit, talibus incommodis utiliter proviſum eſt, divino moderamine, characteribus literarum, hinc eſt quod *ego Gebehinus divina miſeratione Præpoſitus Voravvenſis cum univerſitate noſtri Capituli*, ad notitiam pervenire cupimus, tam præſentium, quam futurorum, quod *Fel. Mem. Dominus Rudolphus de Hertenfels*, Eccleſiæ noſtræ gravia inferens damna, videlicet *Eccleſiam S. Jacobi*, violenter contra jus ſibi vendicans, ac per triennium 50 modios nobis auferens de noſtris decimis, ibidem apud Eccleſiam memoratam; ſane cum annuente providentia divina idem Rudolphus in mortis anguſtia laboraret, pro ſupradictorum recompenſatione damnorum, *Curiam in Haidek*, ſolventem talentum viennenſe, *Eccleſiæ Vorovvenſi* diſpoſuit in teſtamento. Poſtmodum ipſo eodem infirmitate mortuo, cum *ad noſtram Eccleſiam jam foret ipſius funeris præſentia delata*, fratres ſuos *Gerhardum & Henricum* ac alios amicos ipſorum, utpote *Dominum Gotſchalcum de Nitperch, Heidenricum de Rimperch, Ulricum Pernar, Conradum de Aichberg, Wernharum de Pürchvelde, Henricum de Kürchperg, Eberhardum Rufum* & alium *Ekehardum de Maſſenberge*, de noſtro damno convenimus memorato, ac ipſi precibus benignis ac devotis inſtantes humiliter poſtulabant, quatenus intuitu divinæ Miſericordiæ, atque ut in perpetuum Eccleſiam noſtram nullis (adde modis) turbarent, quod & fide data unanimiter compromiſerunt, teſtamentum ſuum pro ſatisfactionis remedio recipere vellemus, ita ut & ipſi deinceps *Eccleſiam Vorovvenſem* piis affectibus promoverent. Ad hæc nos precibus ipſorum inclinati aſſenſum præbuimus communem, dictumque teſtamentum pro damnis accepimus illatis; Itaque cum apud nos *triceſimum ejusdem dicti Rudolfi*, feria 4. poſt palmas ageretur, *Domina Gertrudis Uxor jam dicti Rudolfi*, una cum fratribus ipſis, curiam ſupradictam manu poteſtativa ſuper altare S. Mariæ perpetuæ Virginis, ſanctique Thomæ Apoſtoli Patrbni noſtri, abſque contradictionis obſtaculo contradiderunt, teſtibus ſubnotatis in memoriam per aures attractis. Hi videlicet, *Otto Capellanus de Nyberch, Dietvvinus Scholaſticus, Liupoldus Scholaris, Otto Scholaris de Kirchſchlage, Franciſcus Scholaris, Chunradus Scholaris, Wigandus Scholaris, Rechlinus Scholaris, Geringus de Lengenpach, Ulricus Ignis, Liupoldus de Walchpach, Henricus Ramlar, Liupoldus de Purchvelde, Eberhardus de Talperch, Rapoto & Luitoldus fratres de Purchvelde - - - Prachenſail, Otto de Rechberg, Pertholdus Officialis, Cunradus Officialis, Ratoldus Ungarus de Lintemanersperg.* Acta ſunt hæc an. Dom. 1250. 4. Kal. April. ut hæc pagina ſua ſit robore perpetuo valitura, hanc noſtri ſigilli & Dom. *Gotſchalci*, atque *Gerhardi de Talberch* mandavimus munimine roborari.

3. Sigilla jam ſunt abroſa.

Ad An. 1251.

Ad An. 1251.

Diploma 104.

DIPLOMA 104.

Mahrenberg fundatio.

Fundatio Monasterii Mahrnbergæ Ord. S. Domin.

Ex Dipl. Ducat. Styr. p. I. f. 321.

Fuga & mutabilitas temporum, facta hominum solent abolere, ut, quasi non fuerint, ignorentur. Necessario igitur, & pro utili provisum est consilio, ut ea, quæ in tempore geruntur, ne cum tempore labantur, memoriæ litterarum perpetuo commendentur. Notum igitur sit omnibus tam præsentibus, quam futuris, quod *ego Geisla relicta Dom. Alberti de Merenberch & filius Sifridus*, attendentes provida consideratione, quia pro parvis magna, & terrenis cælestia sumus feliciter recepturi, ad hon. & gloriam ipsius Dom. nostri JESU Christi, ejusque Matris Virginis gloriosæ Mariæ *claustrum sororum degentium sub Reg. B. Augustini, secundum constitutiones fratrum Prædicatorum*, cum Ecclesia in fundo nostræ proprietatis, *sub Castro Merenberch*, fundavimus, & construximus dotando ipsum claustrum, donationem faciendo ipsi claustro in possessionem perpetuam, 30. marcarum redditus infra scriptarum, de nostrorum hæredum voluntate libera, & consensu. Sunt autem hæc nomina cohæredum nostrorum, quorum prompta voluntas & consensus huic donationi affuit & accessit; scilicet: *Anna filia mea de Stadeke, Hermannus filius filiæ meæ de Cblam. Anna neptis mea, Chunegundis neptis mea de Emberch. Mechtildis neptis mea de Greiffenfelse, generi mei Rudolphus & Luitoldus de Stadeke.* Prædia vero per nos collata, jure perpetuo & inviolabili, præfato claustro secundum vocabula sua & loca, ubi sunt sita, diligenter conscripsimus, ne aliquod super his imposterum dubium, vel calumnia oriatur. Sunt igitur hi mansi & prædia, quæ sequuntur, primo scilicet mansus, qui dicitur *Pervveinesbube*, in quo prædictum claustrum - - est constructum, & molendinum, quod situm est in eodem manso - - - Præsentem paginam munimine nostri sigilli, & aliorum Virorum Nobilium appensione sigillorum duximus in perpetuum roborandam. Testes ergo nostræ actionis & donationis sunt viri Nobiles, *Cholo de Seldenhoven & frater suus Chonradus, Chuno de Vinkenstein & frater suus Otto, Rudbertus de Truchsen, Dominicus Kussan, Otto de Rien, Rudbertus de Hardeke, Dietmarus de Tunitz*, milites quatuor, *Ulricus de Hardeke, Hertvvicus & Gener suus Jauzo, Sighardus de Merenberch, Chunradus Schvvarzel, Ernestus & Wulfingus de Snovelin* & alii quam plures; Data sunt hæc anno Dom. millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, in die Joannis Baptistæ.

Diploma 105.

DIPLOMA 105.

De Fundat. Mahrenberg.

Excerpta ex Diplom. D. Sigefridi de fundat Mahrenberg.

Eodem loco f. 324.

Fuga & mutabilitas temporum, facta hominum solent abolere, ut quasi non fuerint, ignorentur; necessario igitur, & perutiliter pro-

visum est consilio, ut ea, quæ in tempore aguntur, ne cum tempore labantur, memoriæ litterarum perpetuo commendentur. Notum igitur sit omnibus, tam præsentibus, quam futuris, præsens scriptum intuentibus, quod ego *Sifridus dictus de Merenberg*, prædia possessiones, seu mansus, nec non sylvas, quibus dotavi & fundavi, *Claustrum meum sub Castro Merenberg*, libere dedi & absolute nullo hominum contradicente, nullum jus mihi, nec hæredibus meis sive judicii, sive advocatiæ, sive alicujus molestiæ, quocunque nomine censeatur, in eisdem de cætero possessionibus reservando. Et hoc de voluntate & consensu omnium hæredum meorum, utriusque sexus, prout in privilegio fundationis claustri prius memorati plenius & lucidius continetur. Nolens itaque ut de omnibus collationibus & donationibus per me, & cohæredes meos factis, aliqua possit impetitio vel vexatio, præcedente tempore a quoque hominum attemptari, præsentem paginam munimine seu appensione mei sigilli duxi in perpetuum roborandam. Testes ergo rei hujus gestæ sunt viri Nobiles *Chuno de Vinkenstaine & frater suus Otto, Rupertus de Hardeke, Dietmarus de Tymnitz*, Milites 4. *Ulricus de Hardeke & gener suus Pytzo, Sichardus de Marnberg, Chunradus Schvvarzel, Ernestus & Volvinger Snovelin*, & alii quam plures. Acta sunt hæc An. Dom. MCCLI. in die B. Joannis Baptistæ.

An. 1252.

Ad An. 1252.

DIPLOMA 106.

Diploma 106.

Ottocarus Boh. Dux Styriæ Domiciliis Runensium immunitatem confert.

Ottoc. Boh. Runens. immunitatem confert.

Ex Diplom. Styriæ p. II. f. 22. inter Run. num. 19.

Ottocarus *D. G. Dux Austriæ & Styriæ & Marchio Moraviæ.* Statuimus quatenus in curiis & mansionibus civitatum, quas *ex consuetudine Ordinis Cellaria* soliti sunt appellare *sive in Grez*, sive *in nova Civitate* nullus nostrorum officialium, tributum vel thelonium quod vulgo dicitur Steura exigere &c. Datum *in Grez* an. Dom. Millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo. Indict. 10. testes sunt. Notarii nostri *Wilhelmus & Gotscalcus, Witigo scriba Styrensis. Albero de Chumring, Henric. Pinzerna de Hasbach* & alii.

DIPLOMA 107.

Diploma 107.

Ottocarus Dux Ditmaro de Styra dat Castrum Losenstein &c. pro urbe & arce Styra.

Ottoc. Ditmaro de Styra dat castrum Losenstain.

Ex Prevenhueb. Annal. Styr. f. 31.

Nos *Ottokarus D. G. Dux Austriæ & Styriæ & Marchio Moraviæ.* Innotescimus universis, quod fideli nostro *Ditmaro de Steir*, honestatis suæ meritis inclinati, jus nostrum in *Lostein* duximus conferendum; volentes firmiter, ut feodo suo, quod *Purchleben* vulgariter dicitur, *in Castro Steir.* pleno jure gaudeat, velut ante, in quo Castro inimi-

cos ſuos non locabimus aliquatenus, ex permiſſo, in ſuum præjudicium aut gravamen. Super hæc, ut favoris noſtri plenitudinem adeſſe, & contra ſentiat cum effectu, *ducenta talenta* perſolvemus eidem, ut & ipſe nobis adeſſe debeat perpetuo omni obſequio & fidelitate, nec de cætero teneat civitatem noſtram *Steir*, & alias poſſeſſiones, & alia quæque, quæ contingunt ex debito nos & noſtros, in noſtrum & noſtrorum præjudicium occupata, ſed permitat nos & noſtros, in ſingulis noſtris poſſeſſionibus & juribus pacificos & quietos, cæterum, & ſuis remittimus univerſas injurias atque damna, quæ nobis, & noſtris a morte *Illuſtris Ducis Auſtriæ Friderici* noſcitur irrogaſſe. In cujus facti memoriam & cautelam cum ſubſcriptione teſtium dari mandavimus has patentes litteras ſigilli noſtri munimine roboratas. Teſtes ſunt Ven. amicus noſter *Dom. Cunradus Friſing. Epiſc. Comes de Hardeke. Comes Ulricus de Pfannenberch, Albero de Pollenheim, Albero de Chunringen Pincerna Auſtriæ. Wotsko Comes de Perneke, & Purgcravius in Znoym, Cunradus de Zelkingen. Gundakarus de Stabrenberg. Ulricus de Capell. Wolfkerus de Pariam* (ſors *Parav.*) & alii quamplures. Actum & datum *apud Linzam* An. Dom. milleſ. ducenteſ. quinquageſ. ſecundo. tertio Kal. Septembr.

Diploma 108.

DIPLOMA 108.

Conrad. Caſtell. de Fridberg donat. & permut. cum Vorav. Can.

Conradi Caſtellani de Fridberg partim donatio, partim commutatio, cum Canonia Vorav. ſuper Curia in Schelleborn.

Ex Archivo Canoniæ Vorav. nondum editum.

In Nomine S. & individuæ Trinitatis. Amen. Quia propter labilem memoriam hominum, & inconſtantes motus animorum, neceſſe eſt, ut ea, qnæ circa litium deciſionem aguntur, adeo fideliter & diſtincte commendentur memoriæ, ne unius litis deciſio, litis alterius pariat incrementum, univerſitati omnium *ego Conradus Caſtellanus de Fridberg* notum eſſe cupio, quod pro animæ meæ ſalute, nec non pro redemptione animæ uxoris meæ, filiorum filiarumque mearumque, *Eccleſiæ Voravvenſi* manſum unum in *loco, qui dicitur Schelleborn*, annuatim tali modo tradidi ad perſolvendum: primo pro concambio, quod habui *cum fratribus in Voravv. uſque ad Crucem penes Caſtrum ſuperioris Fridberg* aſſignavi in prædicto manſo redditus ad ſexaginta denarios, pro remedio autem animæ meæ, iterum in eodem manſo delegavi ad locum prædictum totidem denarios ex conſenſu & bona voluntate *meæ uxoris Hadmudis, nec non Conradi, Dietrici, Luipoldi filiorum meorum & Albaidis filiæ meæ dilectæ*, facta & ſtabilita ſunt, impoſterum, ut unus hæredum meorum advocatiam hujus prædii abſque omni quæſtu teneant & habeant - - ut autem ea, quæ in præſenti pagina continentur, firma & rata permaneant, ſigilli mei impreſſione decrevi munimine roborare.

Hujus rei teſtes ſunt *Gebbinus Præpoſitus in Vorav. Otto Plebanus & Canonicus ejusdem loci, Conradus Diaconus in eodem loco. Ulricus Plebanus in Fridberg, Vultingus, Cunradus, Milites, Dietricus, Luipoldus fratres de*

Frid-

Fridberg, Dom. Henricus de Tigerperch, Leo Sagittarius, Ixupold, Erhardus Pes Judex civitatis, Conradus Officialis, Henricus Magister curiæ, Herbordus, Chunel, Leupoldus, Otto, Chundoldus de Vorovve, & alii quamplures. Acta sunt autem hæc Anno ab Incarn. Dom. MCCLII. 3. Kal. Martii.

Orginale exstat cum sigillo integro, aſſoris inscriptum, *Privilegium super curia in Schellaborn partim permutatio, partim donatio.*

An. 1253.

An. 1253.

DIPLOMA 109.

Diploma 109.

Gertrudes Ducissa Styriæ Sigefrido de Merenberch dat facultatem Condendi Monasterii.

Gertrud. Styr. Duc. dat licent. Fund. Monast. Mährnberg.

Ex Diplom. Duc. Styriæ p. II. f. 323.

Quia quæ aguntur in tempore, ne cum labilitate temporis simul elabantur, litterarum apicibus solent præservari, noscant igitur tam præsentes, quam futuri, quod *Nos Gertrudis Ducissa Styriæ, fideli ministeriali nostro Sifrido de Merenberch* concedimus per præsentes, quatenus de omnibus proprietatibus & feudis ad Ducatum Styriæ pertinentibus, quæ a nobis possidet, ordinandi, conferendi, legandi, prout saluti suæ ac proximorum viderit expedire, liberam habeat facultatem. Et ne super hæc, aliqua calumnia imposterum possit suboriri, scripturam hanc sigilli nostri munimine duximus roborandam, in prædictorum certitudinis, & inviolabilitatis firmamentum. Data sunt hæc An. ab Incarn. Dom. MCCLXIII. Nonis Januarii. *In Castro Vottsperg*, interfuerunt autem his & testes existunt *Fr. Hainricus & Fr. Walchirus de Ordine Fr. Prædicatorum, Dom. Meinhardus Capellanus noster, Waltherus miles Laturus, Bertholdus miles de Sakathal, Sigehardus miles de Truchsen* & quamplures alii. Addit in fine Frœlichius: *Mallem annum legere MCCLIII. Omisso X.*

DIPLOMA 110.

Diploma 110.

Ottocarus Bohemus liberalis in Ulricum Episcop. Seccov.

Ottoc. Boh. liberalis Ulrico Ep. Seccov.

Ex Diplom. S. Duc. Styriæ p. I. f. 325. *inter Dipl. Episc. Seccov. num.* 36.

Otakarus *Dux Austriæ & Styriæ, ac Marchio Moraviæ &c.* dilecti Dom. & amici nostri *Ulrici Vener. Episc. Seccov.* obsequiis &c. & amori &c. occurrere cupientes, innotescimus &c. quod *Homines & possessiones Comitum de Pleyne, quas circa Leybenz & Styven habere noscuntur*, tam obligatas, quam datas titulo feodali, promisimus nostris absolvere laboribus, & expensis, & easdem dictus Dominus & amicus noster &c. simul quoque Seccov. Ecclesia, per manum nostram accipere debeat jure proprietario in æternum, cæterum *Villam Reitsenz &c.* cum omni eo jure, quo *bonæ memoriæ Dux Austriæ Fridericus* illam noscitur possediſſe, Domino & Ecclesiæ memoratis dabimus proprietatis nomine perpetuo possidendam &c. Testibus subnotatis, qui sunt

Fridericus de Hauspach Pincerna & Ulricus frater ejus, Wulfingus de Stubenberg, Dietmarus de Wiezenek (Weisenegg) Hermannus de Chranichberg, Conradus de Zelkingen, Ulricus de Liechtensteine, Witigo scriba Styriæ, Dietmarus de Stretvvich, Offo de Pouten, Albero de Arberch, fors *Hartperg, Chunradus de Hyntberch*, & alii quamplures. Datum *apud Leuben* Anno Inc. Dom. MCCLIII. XVI. Kal. Junii.

An. 1254.

An. 1254.

Diploma. 111.

DIPLOMA III.

Ottoc. Bohem. dat Ep. Seccov. Moutenstorf Ecclesiam.

Ottoc. Bohemus Ulrico I. Seccov. Episc. confert Ecclesiam Moutenstorff.

Ex Diplom. Styr. part I. f. 326. inter Ep. Seccov. n. 37.

Ottocarus D. G. *Dominus Regni Bohemiæ, Dux Austriæ, & Styriæ ac Marchio Moraviæ &c.* tenore præsentium innotescimus universis &c. promptitudine debita, & favore volentes occurrere multitudini meritorum, quibus *Dom. & amicus noster Ulricus Vener. Seccov. Episcopus* per nos honorari meruit & remunerari, *jus patronatus in Ecclesia Moutenstorff*, cum universis attinentiis, & juribus, in quibus *Nos & dilectam uxorem nostram Margaretham*, respexit hactenus Ecclesia memorata, *ipsi & Ecclesiæ Seccov.* donavimus, de consensu, & bona voluntate dictæ uxoris nostræ, jure perpetuo possidenda &c. Actum & datum Wiennæ. An. Dom. MCCLIV. Kal. Maji. Ex Cod. MS. pag. 17. & 36.

Diploma 112.

DIPLOMA 112.

Amelric. Abb. Run. fert sententiam Apost. pro Ep. Seccov.

Amelricus Abbas Runensis tanquam Judex Apostol. fert sententiam pro Episc. Seccov.

Ex eod. loco f. 337. inter Ep. Seccov. num. 38.

A. *Divina permissione Abbas Runensis, Judex a sede Apost. delegatus.* universis &c. Cum *Dominam Gertrudim de Waltstain &c.* (asserit eam legitime citatam ob occupatas violente Seccov. Episc. decimas non comparuisse, ideoque harum jus omne amisisse denunciat) Actum *apud Græz in Parochiali Ecclesia coram Priore nostro, & fratre Chunrado Custode FF. Minor. in Græz. Ulrico Plebano in Strazgaench &c.* Tertio Nonas Nov. An. Dom. MCCLIV.

Ex Cod. MS. pag. 48.

Diploma 113.

DIPLOMA 113.

Wulfing. de Stubenberg obligatio de non facienda exact. a Colonis Göss.

Wulfingi de Stubenberg Obligatio, nullam exactionem faciendi in Colonos Ecclesiæ Gössensis.

Ex Diplom. Styr. p. I. f. 65. inter Göss. num. 33.

In *Nomine Domini Amen.* Quum humanitatis oblivioſa infirmitas &c. Notum sit igitur universis Christi fidelibus tam præsentibus, quam futuris, præsentem paginam inspecturis, quod cum *Dom. Wulfingus de Stubenberg, Dominæ Abbatissæ totique Conventui de Göss* pro 700. marcis dena-

denariorum, pro quibus tenetur eidem Eccleſiæ, ſicut ſe conſtituit debitorem *occaſione Comitis de Pfannenberch*, & aliis damnis ſive in Steura ſive in exactionibus indebitis illatis, ipſe petens veniam interveniente peticione amicorum ſuorum, & propria præcipue, ipſa Dom. Abbatiſſa & Conventus, talibus peticionibus inclinati, ut gratiam ſibi facerent, ſummam prælibatæ pecuniæ, ac totam præfatam culpam pure purius relaxarunt, tali vero ſub condicione, quod prænominatus *Dom. Wulfingus de Stubenberg* promiſit pura fide, nullam amplius ſteuram vel exactionem indebitam, a bonis Eccleſiæ jam dictæ in uſum cedentibus extorquere, niſi tunc fuerit de voluntate & conſenſu Dom. Abbatiſſæ, totiusque Conventus, quo promiſſo, ſi contraire vellet, quod abſit, quidquid de bonis Eccleſiæ ſupra dictæ, ultra jus debitum tolleret, in formam judicii pro præda poſſit judicari; ita tamen, quod nec ipſa, nec ipſi ſui hæredes pariter, hoc non debeant turbari, ſi coram judicio neceſſitate compulſa conveniantur ſuper eodem. Ut autem ſingula præſcripta, ſua gaudeant firmitate, præſentem cartam, de voluntate utrorumque confectam, amicorum *Dom. Wulfingi de Stubenberg* ſigillis idem Wulfingus juſſit roborari. Teſtes hujus rei ſunt *Otto Comes de Ortenburch. D. Ulricus de Wildonia. Wulfingus de Ebrenveſſe. D. Henricus de Spieglverch. D. Luitoldus de Chreutzbach. D. Svvikardus de Chätſe. D. Otto de Utsſe. Dietricus Notarius. Haimricus de Vanſtorf. Pilgrinus Bavvarus. Chonzo dictus Yrcus. D. Gundachurus Capellanus. D. Bertholdus Notarius de Ortenburch. Chunzo Phuntanus. Godefridus Notarius* & alii quamplures. Acta ſunt hæc an. Dom. MCCLIIII. Indictione XIII. IV. Id. Octobr. in die S. Maximiliani feliciter Amen.

An. 1255.

An. 1255.

DIPLOMA 114.

Diploma 114.

Godefridus de Marchburg Judex, & Frider. de Petovia Mareſch. Regis Ungar. in Styria, Compenſationem Herrandi de Wildonia cum Seccov. Canon. confirmant.

Godefrid. de Marchburga & Frid. de Petav. confirm. compenſat. Can. Seccov. factam.

Ex Diplom. Styr. part. I. f. 215. inter Seccov. 67.

Nos *Gotfridus de Marchburch Judex Styriæ & Fridericus de Petovia, Mareſchallus Regis Ungarorum in Styria.* omnibus præſentem paginam inſpecturis ſalutem. Notum igitur eſſe volumus ſingulis & univerſis, quod *Herrandus de Wildonia*, ad Conſilium noſtrum, cum Præpoſito Seccovenſi, ſuper damnis 600. marcarum, quæ eidem Præpoſito, & Eccleſiæ ſuæ violenter intulerat, compoſuit hoc modo, ut 2. marcas in reditibus in *Villa infer. Avvespach* traderet &c. Talem vero traditionem & obligationem fecit præſente patre ſuo Domino *Ulrico de Wildonia*, & de ipſius bona voluntate &c. Actum an. milleſ. ducenteſ. quinquageſ. quinto, *Datum Gratz* in Octava Epiphaniæ.

Diploma 115.

DIPLOMA 115.

Sententia pro Theuton. Græc.

Iidem sententiam ferunt pro Theoton. Græc. Ibidem part. II. fol. 184.

Nos *Gotfridus Judex Provincialis & Fridericus junior de Petove, Regio mandato Mareschallus Styriæ*, omnibus hanc paginam intuentibus, & in eodem expressis, salutis & dilectionis continuum incrementum. *Ad præceptum illustris Dom. Regis Ungariæ, & mandatum inclyti Bani, Capitanei Styriæ*, ad instantiam querulosam Ecclesiæ fratrum domus Theuton. in Graz, quæ a vobis plurimum læsa dignoscitur, talis contra vos sententia est promulgata, quod prædia vestra in Domini nostri regis potestatem redigi debeant, & ad usque dari Ecclesiæ memoratæ, donec ipsi per vos fuerit satisfactum. Igitur bona vestra *Domine Henrice de Pucheim in Furdnich assignantur pro M. L.* Ecclesiæ memoratæ, bona vestra *Domine Gotscalce de Stange in Linogersdorf* pro M. L. bona tua *Ludovice de Chapfenst. (*lege *Kapfenstein) sub eodem Castro jacentia pro M. XV.* bona tua *Otline de Bertholdstein apud Oberndorf pro M. XXVI.* bona tua *Ulrice de Winkbel in Rabau pro M. XII.* bona tua *Wernharde de Haus in Buechbvv pro M.* C. bona tua *Gerharde de Counringersdorf in Linobendorf pro M. XV.* bona vestra *Gotscalce de Neutberg dicta Cundorf pro talentis XXX.* bona tua *Wulving de Freystein apud Pichern vel curiam Tuam, apud Mitchesdorff, juxta Vanstorf*, assignamus Ecclesiæ prælibatæ, sub pœna judicii, quæ taxata est ex antiquo, ut quæ præscripta sunt, sine contradictione qualibet teneatis. Datum *in Græz* in octava Epiphaniæ an. gratiæ M. CCLV.

Appensa sunt 2. sigilla, ex quibus primum, triangulare majus exhibet Panteram Styriæ, alterum Friderici Petov. serpentem repræsentat.

An. 1256.

An. 1256.

Diploma 116.

DIPLOMA 116.

Restit. Göss. facta mandato Jud. Prov. Styr.

Gotfridi de Marchburg Judicis Provinc. Styriæ mandatum restitutionis Eccl. Göss. faciendæ.

Ex Diplom. Styriæ p. I. f. 71. inter Göss. Dipl. num. 40.

Nos *Gotfridus de Marchburg, Judex Provincialis Styriæ*, Regio mandato omnibus hanc literam inspecturis &c. *Ad præceptum illustris Dom. nostri Regis Hungariæ, & mandatum incliti Dom. Ducis Styriæ*, in cujus & nostra pluriumque magnatum Styriæ præsentia, querulosam ad instantiam, *Dominæ nostræ Abbatissæ de Gösse*, quæ a nobis læsa plurimum dignoscitur, quemadmodum forma juris plenius comprobavit, talis contra vos est sententia promulgata, quod prædia vestra, nec non possessiones, in *ipsius Domini nostri regis debent redigi potestatem, & usus* eorundem memoratæ Ecclesiæ, donec ipsi fuerit satisfactum. Ex injuncto igitur nobis Officio, omnia bona vestra, quocunque nomine censentur, quæ in sequentibus sunt nominetenus specificata, potestati Regiæ publicamus, eodem cum omni jure, quod vobis competere videbatur,

ein

in uſus redigentes Eccleſiæ memoratæ, præcipientes gratiæ Regiæ ſub obtentu, ut dictam Eccleſiam in bonis eisdem ex nunc impedire nullatenus debeatis, *Dominæ Wulfingæ de Trejanſt bona veſtra in Lieſnik ſita & in Lonſach pro marcis* LXX. aſſignamus, *Dominæ Erkhebardæ de Dobrengæ bona veſtra* ubicunque ſita fuerint, pro marcis LX. aſſignamus, Eccleſiæ prælibatæ ſub pœna judicii, quæ facta eſt ex antiquo, & ſententiata, vobis firmiter præcipientes, ut ea, quæ præſcripta ſunt, ſine contradictione qualibet teneatis. *Datum in Gretz feria tertia poſt quindenam S. Michaelis* anno gratiæ MCCLVI.

DIPLOMA 117.

Diploma 117.

Wilburgis de Vreidenberg confirmat donationem fraternam Theotonicis græcenſibus.

Wilburg. de Vreidenberg confirm. donat. Theot. Græc.

Ex Diplom. cit. p. II. f. 185. *inter Theot. Græc. n.* 6.

Ego *Wilbirgis de Vreidenberg* ad univerſorum cupio notitiam pervenire, quod ego honorem Dei & B. V. nec non ad conſilium & petitum Domini & mariti mei *Domini Henrici de Helvenberch*, ceſſi & renunciavi omni impetitioni, quam habui & habere potui *ſuper villam Peringerdorf*, quam *Ortolfus & Bertholdus fratres mei* ſel. mem. fratribus Hoſpitalis S. Mariæ de domo Teutonica dederunt, cum eorum fratrum habitum ſumpſerunt &c. ipſis præſentes litteras dedi in robur & evidens teſtimonium *Domini Gotfridi de Marburch* cognati mei, judicis Provincialis per Styriam, & Dom. Heinrici mariti mei ſigillorum munimine roboratas, teſtium nominibus ſubnotatis, qui ſunt *D. Heinricus de Rohatz*, *D. Bertholdus de Hunkenvelder*, *D. Fridericus Klebler*, *Eberhardus Stamler*, *Raſpo de Pilſtein*, *Sigmarus de Seldenberg*, *Welvelo Rammſchuzel*, *Dietmarus Notarius* & alii. Actum *in Pailſtein* An. Dom. MCCLVI. 4. Id Martii.

An. 1257.

An. 1257.

DIPLOMA 118.

Diplom. 118.

Ceſſio litis cum Monialibus Admont. Coram Stephano Zagrab. Capitaneo Styriæ.

Ceſſio litis cum Monial. Admont.

Ex Diplom. Styr. p. II. f. 229. *inter Admont. num.* 2.

Innoteſcet univerſis præſens ſcriptum intuentibus quod ego *Liutoldus de Lembach*, & *uxor mea Alhaides*, ſimul cum hæredibus noſtris, coram *Dom. Duce Zagrabiæ*, *Stephano Capitaneo Styriæ glorioſo*, ceſſimus noſtræ querimoniæ, quam habuimus *contra moniales literas in Admunte* ſuper prato *in Vinſterpelſe*, & beneficiis ſibi adjacentibus, propter Deum, & animarum noſtrarum remedium, & earum dilectionem in tantum, quod ipſas ſuper eodem, lite non impetemus. Ad cujus rei teſtimonium & majorem cautelam, qui huic negotio interfuerunt, *Dom. Gotfridus de Marchburg*, *Dom. Wulfingus de Trevenſtein*, *Dom. Liutoldus de Trieben*, ſua ſigilla, una cum meo huic litteræ appenderunt. Acta ſunt a. Dom. MCCLVII. Indict. X. Datum *in Admunte* XI. Kal. Julii.

An. 1258.

An. 1258.

Diploma 119.

DIPLOMA 119.

Hanav de Wulfing. litter. fidel. in Arch. Salisb.

Wulfingi de Hannav obligatoriæ fidelitatis in Ulricum Archiep. olim Episc. Seccov.

Ex Diplomat. Styriæ p. I. f. 328.

Wulfingus de Hannovve hujus scripti testimonio confiteor, quod *Ven. Dom. meus Ulricus Salzburg. Archiep.* decimas apud Hrzeg (*Hirschegg*) sibi ex morte quondam *Leonhardi dicti Virste* vacantes mihi ad fidem in feudum duxerit concedendas &c. Actum *apud Pyber* XIII. exeunte Decembr. Anno Dom. MCCLVIII. hujus rei testes sunt *M. Berchtoldus curiæ Salzburg. Notarius, Ulricus Notarius, Starkandus de Leibenz, Rudigerus Bæheim, Otakarus de Kainach & alii.*

Ex Cod. MS. pag. 22. 39.

Diploma 120.

DIPLOMA 120.

Stadek de Leutold. simil.

Leutoldi de Stadek similis obligatio.

Ibidem f. 327.

Luitoldus de Stadek hujus scripti testimonio promitto, me deinceps *Dom. meo Ulrico Ven. Salzburg. Archiep. Ecclesiæ suæ* fidelibus semper & utilibus obsequiis adhærere, pro quo ipse mihi, *& Agne uxori meæ* decimas *circa Hartbercb* & alibi sitas, quas ego & *Rudolfus frater meus* a Dom Eberhardo quondam Salzb. Archiep. pignoris titulo habebamus, jure feudali &c. Datum *apud novam Ecclesiam* (Neukirchen Austriæ) *quinto intrante Semptembre* An. Dom. MCCLVIII.

Ex Cod. MS. pag. 22. & 39.

An. 1259.

An. 1259.

Diploma 121.

DIPLOMA 121.

Frider. Bad. Dux Styr. conf. PP. Francisc. Judenburg.

Fridericus Badensis Dux Austriæ & Styriæ confert quædam Conventui PP. Francisc. Judenburgi.

Ex P. Placido Herzog Cosmogr. Austr. Francisc. p. 397.

Fridericus D. G. Dux Austriæ & Styriæ &c. universis - - decursio, & varietas humanæ naturæ - - Inde est, quod *Wisentus carnifex civis Judenburgensis* consensu & bona voluntate *Alheidis uxoris suæ* nihilominus accedente, casum humanæ naturæ ante mentis suæ oculos volvens, sanus corpore, mente pariter & lingua sui compos spontanee & non coactus, *Nobis illustri Duci Austriæ, & Styriæ, ad quos terra utraque pertinet hæreditatis jure & successionis a nostris progenitoribus, ex antiquo, allodiis, & aliis juribus & privilegiis nihilominus ab aula imperiali multipliciter prænotatis, licet reges conterminales confinium nostrorum eam in præsentiarum detineant per potentiam violentam,* fundum sive aream, quod vulgo *Hofstat* dicitur, cum domo & curia situm apud murum & portam *civitatis Judenburg* immediate contra valvam *Ecclesiæ Fratrum*

Mino-

Minorum ibidem commorantium jure civili, quod vulgo *Bergrecht* nuncupatur, quod poſſidebat, reſignavit. Nos vero attendentes piam intentionem & devotionem prædicti *Viſenti* & *Albeidis* uxoris ſuæ, & devota obſequia, quæ diu *FFr. Minoribus* propter Dominum & ſalutem animarum exhibuerunt alternatim, eandem domum cum area & fundo, in quo ſita eſt, *FF. eorundem Procuratoribus* contulimus pleno jure, aſſumentes prædictum *Wiſentum* & *Albeidem* uxorem ejus fidelem, quoad vixerint, in noſtram protectionem & gratiam ſpecialem, eximentes eosdem vel cæteros inquilinos ejusdem domus, procuratores vel procuratrices fratrum, quibus per fratres ſupradictos locata fuerit domus memorata, ab omni jure civili, penſione, ſive ſteura qualibet, & aliis ſervitiis, quibus *cives alii in Judenburg* facere conſueverunt. Ne vero ſuper his conceſſionibus, & donationibus impoſterum alicui valeat ambiguitas aliqua generari, & ut ſtabiliter & inconcuſſe perſeverent & gaudeant perpetua firmitate, præſentem paginam noſtri ſigilli munimine duximus roborandam. Acta ſunt hæc An. Dom. MCCLIX. Indict. III. Menſe Aprili XIII. Kal. Maji, præſentibus *DD. Ditmaro, Chunrado, Ortolfo militibus* dictis *de Stretvviz, Ottone de Pfafendorf, Otmaro & Erneſto de Lobinch.* Civibus: *Chunrado* dicto *Lagelarit, Gymberto, Ottone, Otmaro* inſtitore, *Henrico* ſellatore, *Chonrado de Schenflinch*, Maraldo & aliis quam pluribus.

DIPLOMA 122.

Diploma 122.

Stephanus Hungarus Dux Styriæ confirmat privilegia Runenſium.

Steph. Hung. Rex confirm. privil. Runen.

Ex Diplom. Duc. Styr. p. II. f. 24. inter Rum. num. 22.

Stephanus D. G. Rex, primogenitus Belæ 4. illuſtris Regis Ungariæ, & Dux Styrienſis &c. (confirmat omnia Runenſium privilegia) Ad hujus itaque noſtræ protectionis & conceſſionis memoriam, & robur, præſens privilegium *duplicis ſigilli noſtri impreſſione* fecimus roborari An. Dom. milleſ. ducenteſ. quinquageſ. nono. *Stephano Bano totius Sclavoniæ, Baas Magiſtro Tavernicorum Comite de Trinchin, Dionyſio Magno Dapifer. Com. Zeladienſi & Capitaneo Petoviæ. Nicolao Judice curiæ noſtræ. Wulfingo de Stubenberg judice Provinciali. Bernardo & Ulrico Com. de Phankch. Ulrico de Liechtenſtein &c.* Actum in *Grez* 7. Kal. Junii.

DIPLOMA 123.

Diplom. 122.

Idem Stephanus Seizenſibus dat Hoſpitale in Cerwald.

Idem confirm. Seiz. privil.

Ex Dipl. p. II. f. 81. inter Seiz. num. 17.

Stephanus D. G. Rex, primogenitus illuſtris Regis Ungariæ, & Dux Styriæ, omnibus præſens ſcriptum inſpecturis ſalutem in omnium ſalvatore. Divina potentia in humanis licet rebus ludere conſueverit, piis tamen &c. *Nos igitur ad principatum Styriæ Ducatus, divina gratia præelectus* dignum judicamus, ut quævis noſtra in memoriam poſterorum digne vertatur actio, præſentiumque cognitioni perfectius innoteſcat, quod *domum Hoſpitalis in Cerevvalde, quam pro recreatione debilium, conſolatione infirmorum, receptione quoque*

quorumvis viatorum per Dom. Ottocharum Marchionem Styriæ, ducesque ejusdem terræ anteceſſores ſic fundatam invenimus, cui cuncta bona placent, non ſolum in bonam, ſed in meliorem duximus dignum conditionem commutare, non immutatis veteribus ex devotione inſtitutis inſtitutionibus, ſed novis divinitus inſpiratis actibus fiducialiter & adauctis, locum ſine ordine, ordini approbato commendando, *Religionem ſcilicet Eremitarum Ordinis Cartuſienſis S. Joan. Bapt. vitam venerabilem & ſtatum profitentium*, ad laudem & honorem &c. terram hactenus ab inſtitutione poſſeſſam in Eccleſiis, villis &c. illis donatione perpetua, regia inducti clementia libere donamus &c. *Domini Ulrici Salzburgenſis tunc Archiepiſcopi petitione pro tam legitimo actu interpellante, fapore quoque nobilium terræ & aſſenſu ibidem favorabilium accedente.* Et ne - - - mille aureorum pœnam inſtituimus invaſoribus noſtræ ordinationis, & repugnatoribus, ita tamen ut major pœna exceſſus maneat majores &c. Datum An. Dom. MCCLIX.

Diploma 124.

DIPLOMA 124.

Ulric. Dux Carinth. confir. res Göſſ.

Ulricus Dux Carinthiæ confirmat donationem Patris factam Göſſ. Eccleſiæ.

Ex Diplom. Duc. Styr. p. II. f. 39. inter Göſſ. num. 21.

Nos *Ulricus D. G. Dux Karinthiæ, Dominus Carniolæ.* Notum eſſe cupimus &c. inde eſt, quod *Dom. Chunegundis Ven. Abbatiſſa Eccleſiæ Göſſenſis* nobis oſtendit, quod *Dom. & Pater noſter B. quondam illuſtris Dux Karinthiæ* ſuæ Eccleſiæ, & præcipue pro communi utilitate conventus 3. marcarum, denique redditus in *Topol* cum omnibus ſuis pertinentiis & juribus libere ſic donavit, quod ſibi juris in eisdem bonis nihil penitus reſervavit. Quare & nos - - In cujus exemptionis ſignum, & etiam libertatem præſentem paginam noſtro cum ſigillo damus ipſi Eccleſiæ, Abbatiſſæ, & conventui, ad quem ſpecialiter pertinent iſta bona. Teſtes vero ſunt: *Ulricus de Sternberg, Ulricus de Heunenberch* Comites: *Othmarus de Weiſſeneke, Nicolaus de Lebenburch, Chunradus de Helfenberh*, & *Julianus de Seeburch*, & alii quam plures. Datum in Göſſe An. Dom. MCCXVIIII. (pone L. pro X.) in die Pangracii.

An. 1260.

An. 1260.

Diploma 125.

DIPLOMA 125.

Ottocar. Rex confirm. res Run.

Ottocarus Boh. Dux Styriæ, privil. & jura Runenſ. confirmat Græcii.

Ex Diplom. Duc. Styr. p. II. f. 25. inter Runenſ. n. 23.

Ottocarus D. G. Dominus Regni Bohemiæ, Dux Styriæ & Auſtriæ ac Marchio Moraviæ &c. Notum igitur volumus, quod prædium quoddam ſitum ad flumina Veuſtrizam & Sedingam uſque ad diſcrimen alpium deſuper adjacentium a Seren. Rege Rom. Conrado II. collatum, nec non allodium *Sedingen* appellatum, quod *Ottocarus*

Mat-

Marchio Styriæ prædicto cœnobio tradidit. Item *Alpes*, quæ vocantur *Neuztall* usque ad *Peratal*, quas *Socer noster inclytus Dux Austriæ & Styriæ Leopoldus* ad preces nobilis matronæ *Elis. de Guetenberch* confirmavit. Igitur, ut cuncta hæc rata permaneant, paginam hanc sigillo nostro jussimus roborari. Datum in *Grez* an. Dom. MCC. sexagesimo in die Natalis Domini. Testes hujus rei sunt Ven. *Bruno Olomuc. Ep. Illustris Dux Karinthiæ Ulricus cognatus noster. Wocho de Rosenberg &c. &c.* In Styria *Rudolph & Leutoldus fratres de Stadeke. Wulfingus de Stubenberch. Frider. de Petove. Hertnidus de Wildonia. Hertnidus de Orte. Godefridus de Marchburg. Wigand de Messenberch*, & alii quam plures.

DIPLOMA 126.

Diploma 126.

Ottocarus Bohemus defendit & confirmat immunit. Runensium ab advocatis.

Ottoc. defendit Runenses.

Ibidem f. 26. inter Run. n. 24.

Otacharus *D. G. Dominus Regni Bohemiæ &c.* omnibus præsentes litteras inspecturis &c. *confirmat privilegia præsertim immunitatem ab omnibus advocatis &c.* Hujus rei testes sunt *Ulricus Canonicus Frising. Notarius Styriæ. Henricus de Liechtenstein, Wulfingus de Stubenberg, Rudolf & Leutoldus de Stadeke, Ulricus de Liechtenstein, Hertnidus de Orte, Frider. de Petovia, Herrandus de Wildonia, Godfridus de Marchburg* & alii. Actum in Vienna an. Dom milles. ducentes. sexag. datum 6. Id. Martii.

An. 1260. juxta ipsum originale est legitimus, & in ipso signatur Idibus Martii. Cera rubra equitem Otacharum exhibet.

DIPLOMA 127.

Diploma 127.

Idem. Runens. confirmat castrum Helfenstein.

Item Castrum Run. Helfenstein.

Ibidem inter Runens. num. 25.

Otacharus D. G. *Dominus Regni Bohemiæ* &c. *Dilecto fideli suo Henrico de Liechtenstein, nec non Capitaneo Styriæ* fidelitati tuæ committimus loco nostri, quod *Runensem Ecclesiam* tibi habes fideliter commendatam. Volumus siquidem, quod *possessionum in Helfenstein* specialiter authoritate nostra te facias in omnibus defensorem &c. Datum apud *Lynzam* An. Dom. milles. ducent. sexag. die nono Kal. Junii.

DIPLOMA 128.

Diploma 128.

Udalric. Salzburg. Archiep. donat Ecclesiæ Seccov. Gradwein Ecclesiam.

Udalr. Salzb. donat. Seccov. par. Gradwein.

Ex Diplom. Styr. p. I. f. 218. inter Seccov. num. 72.

Ulricus *D. G. Sanctæ Salzb. Ecclesiæ &c.* auctoritas pastoralis officii &c. Ven. *in Christo fratri Domino Ortolfo de Prank Præpos. Seccovv. Ecclesiæ, & Canonicis ibidem Deo famulantibus &c.* & ipsi *Ecclesiæ Seccov. Parochialem Ecclesiam in Gradvvein* cum omnibus Ecclesiis, & aliis ad eam pertinentibus, quocunque nomine censeantur, propter Deum ex sola liberalitatis gratia de consensu nostri Capituli contulimus pleno jure &c. Actum apud *Leybentz* 2. intrante April. anno milles. ducent. sexages.

Diploma 129.

DIPLOMA 129.

Udalr. Salzb. dat Teut. Eccl. S. Joan. prope Stubenberch.

Ulric. Archiep. Salzb. donat Teuton. Græc. Eccleſiam S. Joannis prope Stubenberch.

Ex Diplom. Styr. part. II. f. 186. inter Teut. Græc. num. 7.

Ulricus *D. G. S. Salzburg. Eccl. Archiep. Apoſt. ſedis legatus* - - Ne longa dierum antiquitas per declivem curſum labentis temporis memoriam eorum abſorbeat - - - noverint igitur tam noſtri temporis homines, quam futuri, quod nos conſiderantes charitatis eſſe officium Religioſis locis ſalubriter providere, *Eccleſiam S. Joannis prope Stubenberch* - - - FF. Hoſpitalis *S. Mariæ domus Teuton. apud Grez*, quantum ad nos pertinet, contulimus pleno jure. Actum apud *Piber* anno Dom. MCCLX. XIV. intrante Aprili.

An. 1261.

An. 1261.

Diploma 130.

DIPLOMA 130.

Ottoc. confirm. Seccov. par. Gradwein.

Ottokarus Boh. Dux Styriæ confirmat donationem Eccleſiæ Gradwein Seccov. factam.

Ex Diplom. Styr. p. I. f. 218 inter Seccov. n. 73.

Ottocarus *D. G. Dominus Regni Bohemiæ, Dux Auſtriæ & Styriæ*, Marchio Moraviæ, *fideli ſuo Wochoni de Roſenberch Capitaneo Styriæ* & cæteris fidelibus ſuis &c. Quanto de manu Domini potiora ſuſcepimus, tanto &c. Cum itaque de jure, quod *in Eccleſia Gradwein* competere videtur *Eccleſiæ Seccovvenſi*, & plurimorum certa relatio, & inſtrumenta ſuper hæc exhibita inſtruxerint nos ad plenum, nosque teneamur univerſos noſtræ ditioni ſubjectos & præſertim religioſos in ſuis juribus confirmare &c. in noſtram protectionem recipimus ſpecialem, mandantes & diſtricte univerſitati veſtræ præcipientes, quatenus memoratam *Eccleſiam in Gradwein* ad uſus *dictæ Seccovvenſis Eccleſiæ* ſub noſtræ protectionis præſidio conſervantes illam contra quorumcunque violentiam noſtro nomine defendatis &c. Datum in *Graez* 8. Kal. Jan. an. Dom. milleſ. ducent. ſexageſ.

Seu 25. Decembr. an. 1260, qua die pariter Runenſium privilegia ſunt confirmata.

Diploma 131.

DIPLOMA 131.

Roſenberg de Woch. Sent. de Helfenſtein Caſtro Run.

Sententia Wochonis de Roſenberg Capitan. Styriæ de Caſtro Runenſ. Helfenſtein.

Ex Diplom. eod. p. II. f. 27. inter Run. num. 18.

Nos *Wocho de Roſenberg Capitaneus Styriæ.* Notum facimus, quod cum *Amelricus Ven. Abbas & Conventus Runenſis a viris nobilibus Bernhardo & Henrico dictis Comitibus de Ptannenberch* in ſua & Monaſterii ſui *poſſeſſione Helfenſtein nominata* injuſte turbarentur, prælibati fratres coram nobis, *cæterisque provincialibus apud Marchburch in placito generali* que-

querimoniam moventes ipſam poſſeſſionem cum omnibus pertinentiis obtinuerunt legitime, probantes teſtibus idoneis ac viris nobilibus, videlicet *Gotfrido de Marchburg*, *Ulrico de Liechtenſtein*, & *Herrando de Wildonia*, qui ſub jurejurando proteſtati ſunt, quod *Dom. Fridericus fel. record. quondam Dux Auſtriæ & Styriæ* montem, in quo caſtrum *Helfenſtein* fuerat conſtructum, cum prædiis & attinentiis ſuis omnibus, quod prædium jure feudi ab Eccleſia Salisburgenſi habebat, cedente ſibi jus feudi *viro nobili quondam Ottokaro de Grez*, monaſterio & fratribus donaverit &c. teſtes *Dom. Rudolfus de Stadeke*, *Dom. Ulricus de Liechtenſtein*, *Wulfingus de Ernvels*, *Wigandus de Meſſenberg*, *Henricus de Scherfenberg*, *Wulfingus de Hanau* &c. Acta ſunt hæc an. MCC. ſexageſ. primo Kal. Aug.

NB. In alio haud abſimili inſtrumento inter teſtes quoque legitur *Sifridus de Merenberch*, *Cholo de Seldenhove*, item *Volkmarus Judex Græcenſ.*

An. 1262.

An. 1262.

DIPLOMA 132.

Diploma 132.

Bruno Olom. Epiſc. Capitan. Styriæ providet Monaſt. Gyrienſ. de maſſis ferri.

Bruno Olom. Gyr. Monaſt. de ferro providet.

Ex Diplom. Styr. p. II. f. 141. *inter Gyr. num.* 7.

Bruno Olomuc. Epiſc. Capitaneus Styriæ (mandat in hoc Diplom. Leobienſibus, ut 4. *majores vel* 10. *minores ferri maſſas ad Gyrienſe monaſterium a Leupoldo quondam Styriæ Duce annuatim deſignatas ſine ullo teloneo ubi permittant)* Datum in *Marburga* an. milleſ. ducenteſ. ſexageſ. ſecundo, menſe Auguſto.

DIPLOMA 133.

Diploma 133.

Idem Bruno litem Seccovienſibus adjudicat.

Idem pro Secc. ſent. fert.

Ex Dipl. cit. p. I. f. 220. *inter Seccov. num.* 75.

Bruno D. G. Olomuc. Epiſcopus &c. Notum eſſe volumus &c. quod nobis *generali placito ſive judicio in Graez præſidentibus, Præpoſitus Seccovienſis* ſuper quorundam poſſeſſione bonorum, quæ *Arzovald* dicuntur, in noſtra movit audientia quæſtionem &c. dicta bona coram nobis & in eodem judicio per veram & juſtam ſententiam, juxta *Terræ Styriæ* conſuetudinem ab omnibus approbatam, obtinuit rationabiliter, & evicit, nosque ipſum & per eum *Eccleſiam Seccovienſem* in poſſeſſionem eorundem bonorum miſimus corporalem &c. Actum & datum in *Grez* 4. Id. Decembr. An. milleſ. ducenteſ. ſexageſ. ſecundo. Præſentibus *Bernardo Com. de Phannebercb*, *Wulfingo de Stubenbercb*, *Ulrico de Liechtenſtein*, *Luitoldo de Stadekke*, *Friderico de Petovia*, *Godfrido de Marchburg*, *Dietmaro de Offenbercb*, *Wigando de Maſſenbercb*, *Wulfingo de Ernvels*, *Dietmaro & Conrado fratribus de Stretvvicb*, *Ortolfo de Stretvvicb.*

Diploma 134.

DIPLOMA 134.

Ottocar. Rex Boh. advocat. Seccov.

Ottocarus Rex Bohemiæ recipit advocatiam Seccov.

Ibidem f. 219. inter Seccov. num. 74.

Otacharus D. G. *Rex Bohemiæ, Dux Austriæ & Styriæ, Marchio Moraviæ &c.* cum omnia loca religiosa, & in illis Christo militantes in jure suo manutenere velimus pariter & fovere, *Ecclesiam Seccovien sem, quam favore & gratia amplectimur speciali*, in honore & jure suo ampliari cupientes *advocatiam illam in Chunenberch, & circa Rabam, ac Heinrichsdorff*, quam *Hertnidus de Orte* quondam detinebat, nostræ attraximus potestati, prædictam Ecclesiam in his & aliis bonis suis favorabiliter defendere cupientes &c. firmiter quoque promittimus & constanter, quod eandem advocatiam nulli hominum unquam in feudo assignare, sed semper sub nostro nomine eam tenere volumus & potestate &c. ad cujus rei memoriam &c. Datum in Neuenstatt An. Dom. millesimo ducentesimo sexagesimo secundo 8. Kal. Aug.

An. 1263.

An. 1263.

Diploma 135.

DIPLOMA 135.

Ottoc confirm. don. Secc. mon. factam.

Ottoc. Rex Bohemiæ &c. confirmat donationem viduæ Gutensteiniæ monialis Seccov.

Ex Diplom. eod. p. 1. f. 221. inter Seccov. n. 77.

Otacharus D. G. *Dux Bohemiæ &c.* Nolentes, ut Deo volentes militare per nos debeant aliquatenus impediri, tenore præsentium notum fieri volumus universis, quod nos donationem prædii, videlicet *unius mansi in Wirflach, unius vineæ in Ovve*, quintam partem cujusdam nemoris *supra montem, qui dicitur Tyernberg*, quam *relicta Richeri de Guetenstain* nomine *Elleys* pro *sua receptione apud sorores in Seccovve* fecerat, ratam habere volumus atque firmam. Datum apud *Neunstad* An. Dom. millesimo ducentesimo sexagesimo tertio in sequenti die Jacobi Apost.

Diploma 136.

DIPLOMA 136.

Ulricus Dux Carinth. benef. Seccov.

Ulricus Dux Carinthiæ benefactor Seccov.

Ibid. f. 222. inter Seccov. num. 79.

Ulricus *D. G. Dux Carinthiæ, Dom. Carniolie.* singulorum notitiis intuentium &c. *pro remedio Dom. & Patris nostri Bernhardi* quondam Ducis Karinthiæ sel. mem. &c. *Conventui & fratribus de Seccovve*, decem marcas denariorum annuatim de moneta nostra in foro S. Viti *pro oleo, anguillis, & ficubus* in relevationem & præsidium eorum necessitatum comparandis, donavimus libere &. *Actum & datum in Seccovve.* An. Dom. millesimo ducentesimo sexagesimo tertio, prima die intrante Augusto.

DI-

DIPLOMA 137.

Diploma 137.

Studenitzenſis in Styria Parthenonis fundatio.

Studenitz fundatio.

Ex Diplom. Styr. P. Frœlich p. II. f. 298.

In nomine S. & individuæ Trinitatis. Amen. Cum, ut Divus ait Apoſtolus, creatura omnis ſubjecta ſit plurimum vanitati, ac conſueta temporum mutabilitas geſtorum memoriam ſecum vehementer pertrahat in nihilum, niſi ſcripturarum firmitate ſolertius fulciatur, univerſis Chriſti fidelibus tam præſentibus quam ſucceſſivis præſentium ſerie cupio declarari. Quod ego *Sophia humilis vidua Jeſu Chriſti* poſt mortem quondam dilecti *Mariti mei Richeri Dom. de Sunegk* ſciens juxta vocem Apoſtolicam, me in hujus exilii ergaſtulo civitatem manentem habere non poſſe, decrevi animæ meæ ſalubriter conſulere, ac providere in futurum remedio ſalutari. Quare ob laudem Divinæ Majeſtatis *ad fundandum monaſterium* glorioſiſſimæ virginis ac intemeratæ Matris Mariæ *in loco, qui vulgo Studenitz dicitur, nunc autem fons gratiæ appellatur*, bona hæreditatis meæ non ſolum libera voluntate, ſed etiam ſtudioſa ſed & gratulabunda libere condonavi felici commercio admodum utens, pro terrenis cæleſtia, pro perituris æterna ſollicite comparando ſermone veritatis roborata, quo ait: omnis qui reliquerit domum &c. volens autem, ut ſuper hujusmodi donatione omnis ceſſet controverſia - - - - quæ per hæredes ac propinquos meos *fratrem videlicet meum Dom. Henricum & filium ejus Henricum de Rohats, & ſororios meos D. Ottonem de Chungesperch, Henricum de Wilthauſen*; nec non hæredes ipſorum ſuccreſcente hominum malitia poſſet forſitan attemptari: *Ego Sophia parte hæreditatis, quæ me contingebat in caſtro Studenitz* cum omnibus poſſeſſionibus & attinentiis ejusdem, prædictis hæredibus ac amicis meis juxta deſiderium & poſtulationem ac acceptationem eorum aſſenſu libero reſignavi hac adhibita tamen pactione, quatenus ipſi prælibatæ donationi meæ affectu tam ſincero quam benevolo annuentes, omni univerſaliter juri ſuo, ſi quod poſt obitum meum in cunctis bonis, quæ contuli monaſterio prætaxato, habere viderentur, utpote Advocatiæ vel alterius exactionis ſeu dominii cujuscunque, velut in communitatibus ſylvarum ac paſcuorum, cæterarumque impetitionum juxta morem patriæ, quocunque nomine cenſeantur, plenarie renunciarent, quod & illi ob meritum ſel. memoriæ ac remunerationis æternæ, ſermotis omnibus controverſiæ fomentis affectu tam benevolo quam devoto conceſſerunt præſentes.

Sunt autem hæc bona, quæ contuli monaſterio memorato: *Prædicta villa Studeniz*, in qua ſunt 10. manſi cum ſylva ſuperius adjacente, item in *villa Critſſendorf*, in qua ſunt 12. manſi, item in villa quæ dicitur *Pabreſach* unus manſus & unum pratum, in *villa Loſenz* 4. manſi, in *villa Grede* 2. manſi, in *villa Sdresgonesdorf* 10. manſi, in *villa Drasgonvvesdorf* 8. manſi, in valla (probabilius villa) Ter - - - 2. manſi & dimidius, item *duæ carratæ* vini, quod vulgo *Pergrecht* dicitur, annis ſingulis a ſubnotatis amicis meis, & me ac hæredibus ipſorum ſæ-

pe dictæ donationi addentur prælibato cœnobio perſolvendæ. Ex parte videlicet mei *carrata dimidia*, & ex parte *Fratris D. Henrici de Robats* dimidia: ex parte nepotis mei *Henrici de Wilthauſen* dimidia; ut autem prænotata donatio mea in perpetuum robur obtineat firmitatis, nec ab ullo impoſterum ullatenus valeat irritari, præſentem paginam Sigillo *Dom Ulrici illuſtris Ducis Carinthiæ*, ac Sigillo *Ven. in Chriſto Patris Domini Dieterici Gurc. Eccleſiæ Epiſcopi*, & prædictorum hæredum videlicet *Dom Hainrici fratris mei de Robatſch*, *Dom. Ottonis de Chungesberch*, *Heinrici de Wilthauſen* contra impetus adverſariorum decrevi muniendam, atque teſtibus ſubnotatis, qui omnes prædictæ ordinationi præſentialiter adfuerunt. Teſtes vero ſunt hujus *D. Hainricus Sacerdos. D. Bertholdus Sacerdos Capellanus D. Epiſc. Gurc. Eccleſiæ. D. Joannes Sacerdos Capellanus monaſterii memorati. D. Hertnidus de Marchburg*, *D. Poppo de Vreidenberch*, *Guntherus de Cherſpach*, *Gundacarus de Juna*, *Hertvvicus de Manſperch*, *Otto de Pulzgau*, *Gotſchalcus de Lapriach*, & alii quam plures. Acta ſunt hæc an. Incarn. Dom. MCCLXIII. Indict. 6. 8. Kal. Junii.

Diploma 138.

DIPLOMA 138.

Ulricus Dux Carinth. benef. Oberburg.

Ulricus Carinthiæ Dux donat Eccleſ. Oberburg. poſſeſſ. Dominorum de Orte.

Ex Diplom. Styriæ cit. f. 292.

Quoniam circa ea, quæ in negotiis hominum rationabiliter ordinantur, non ſolum utilis, ſed etiam neceſſaria eſt ſcripturarum memoria - - - *Nos ergo Ulricus D. G. Dux Carinthiæ*, *Dominus Carnioliæ* notum eſſe cupimus univerſis - - quod dilecti nobis *Henrici Abbatis Sacerdotis Eccleſ. Oberburg*, *& ſui Conventus Patribus* inclinati ipſis hanc gratiam fecimus ſpecialem, quod, quidquid per noſtrum diſtrictum & dominium *de rebus libertinorum* ſunt conſecuti, a tempore *illorum de Ortt*, quotquot *ſibi Hertnidi ſucceſſerunt propagine ſucceſſiva*, ipſos poſſidere volumus pacifice & quiete juſtitia exigente, & quia *præfati libertini* ad nos *dictis de Ortt decedentibus* ſunt devoluti, *Eccleſiæ Oberburgenſi tanquam nobis dilectæ & devotæ* gratiam ſupradictam decrevimus taliter ampliare, quod ſi quid *de rebus libertinorum* & noſtris in temporibus conſequi poterunt, licite & honeſte dictæ *Eccleſiæ Oberburgenſi* in remiſſionem peccaminum noſtrorum ſimiliter confirmamus, præſertim cum non ſolum illam ſed etiam alia cœnobia teneamur pro noſtræ facultatis modulo promovere, & ut hæc actio robur habeat firmitatis, ſigillo noſtro præſens ſcriptum duximus roborandum. Datum apud Stein An. Dom. milleſ. ducenteſ. ſexageſ. tertio in feſto SS. Apoſt. Petri & Pauli, præſentibus *Ludovico Plebano Labac. Archidiac. Carnioliæ*, *Gebhardo de Lilienberg*, *Walthero*, *Gerlocho de Seldenberg*, *Henrico de Helfenberg*, militibus & aliis multis, quorum copia ibi fuit.

An.

An. 1265.

An. 1265.

DIPLOMA 139.

Diploma 139.

Clemens IV. P. mandat Episc. Olomuc & Præpos. Frisac. ut tueantur Seccov. Canonicos.

Clem. IV. P. def. Seccov.

Ex Diplom. Styr. p. 1. f. 223. inter Seccov. num. 81.

Clemens Episcopus &c. Ven. Fratri Episc. Olomuc. & dilecto Filio Præposito Eccl. S. Virgilii Frisacensi &c. conquesti sunt nobis dilecti filii *Præpositus & Capitulum Ecclesiæ Seccovvensis*, quod *Wigandus de Messenberg, Henricus, Wigandus, Albertus, & Ulkerus* (fors *Otkerus* aut *Wulfkerus*) filii ejusdem *Wigandi*, quasdam terras, possessiones, decimas, & res alias ipsius Ecclesiæ Seccowensis contra justitiam occuparunt, & occupatas detinent &c. Ideoque discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus partibus convocatis audiatis, facientes quod decreveritis per censuram Ecclesiasticam firmum observari. Perusii 7. Id. Junii Portific. nostri anno I.

DIPLOMA 140.

Diploma 140.

Prælati nonnulli supplicant Pontifici, ut Ecclesiæ Seccov. Parochiam Gradwein confirmet.

Gradwein per Seccov.

Ibid. f. 224. inter. Seccov. n. 82.

Sanctissimo in Christo Patri & Domino Clementi sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ summo Pontifici G. & G. Ul. & F. (id est *Gerardus, Gotschalcus, Ulricus & Fridericus*) *Abbates Monast. S. Pauli, S. Lamberti, de Admunte, & de Garsten Ordin. S. Bened. Archidiaconus Superioris Marchiæ: & Hert. (Hertnidus* nisi fors *Hermannus*) *S. Virgilii in Frisaco Præpositus Salzburg. Diœc.* obedientiam omnimodam & devota pedum oscula beatorum. Cum itaqua Salzburg. Ecclesia Ven. mater nostra jam pridem evacuata viribus miserabiliter disturbata jaceret, *Dom. Philippo quondam ipsius electo* in ipsam atrociter debachante, adeo quod Ven. Pater noster & Dom. Archiepiscopus (Udalricus) una cum Præposito (Ottone) & Capitulo Salzburg. Ecclesiæ propter imminentia personarum pericula infra diœcesim propriam se recipere non audebant, prædicto Philippo ipsos hostili tyrannide persequente, ipsis quoque sic profugis frequentius per abrupta aberrantibus *Ven. fratres Præpositus & Capitulum Seccovv. Ecclesiæ* se eisdem ad salutis antidotum non semel sed sæpius omni chatitate statuerunt, propter quod non minus prædicti fratres, quam ipse Dom. Archiepisc. & Capitulum Salzburg. persecutionis rabiem, qua prædictus D. Philippus in personas & res eorum desæviebat crudeliter, sustulerunt, (puto sustinuerunt) Dom. vero Archiepiscopus, Præpositus, ac sanior pars fratrum Capituli Salzburg. Ecclesiæ cæteris fratribus per districtus & loca varia tunc dispersis multiplicium memores beneficiorum *a prædicto Capitulo Seccovvensi* perceptorum, damna etiam & jacturas enormes, quas *prædictum Seccovvense Capitulum* propter eos pertulerat &c. attendentes, *pa-*

rochialem Eccleſiam in Gradvvein tunc vacantem prædictis fratribus & Eccleſiæ Seccovvenſi liberaliter contulerunt in perpetuum poſſidendam quibusdam Canonicis Salzburg. Eccleſiæ, quorum copia tunc haberi non poterat, irrequiſitis, qui nunc collationem prædictam impedire conantur. Ne igitur ſupradicta Seccovvenſis Eccleſia inde reportet incommodum, unde debebat gratiam promereri, ſanctitatis veſtræ clementiæ devotione debita ſupplicamus, quatenus collationem factam &c. pietate dignemini ſolida confirmare. Datum An. milleſ. ducenteſ. ſexageſ. quinto.

Dies & locus deeſt.

Diploma 141.

DIPLOMA 141.

Ottoc. rei conſi. privil. Seccov.

Ottocarus Rex omnia Seccov. privilegia & inter hæc peculiariter Ottoc. I. Ducis Diploma confirmat.

Ibid. fol. 227. *inter Seccov. num.* 85.

Otacharus *D. G. Rex Bohemiæ* (confirmat varia diplomata Seccov. ſimulque refert totum diploma] Ottoc. Duc. Styr. de an. 1182.) actum in *Græz* anno Dom. milleſ. ducenteſ. ſexageſ. quinto Indict. 8. præſentibus teſtibus adnotatis *Rev. in Chriſto Patribus & Dominis Ulrico Ven. Archiep. Salzburg. ac Brunone Ven. Epiſc. Olomucenſi, Stenkone Marſchallo Bohemiæ, Wilhelmo de Pfrimberg* (fors *Phannenberch*) *Heinrico Suppano de Witrach Marſchallo Auſtriæ, Henrico de Liechtenſtein, Dietrico de Engelſchalceſvelde, Ottone de Haslavve, Alberto Pincerna de Selkingen* (lege *Zelking*) *Chadoldo de Wehing, Wernhardo Praunſelino, Friderico de Petovia, Wulfingo de Stubenberch, Herrando de Wildonia, Ulrico de Liechtenſtein, Wulfingo de Arenfelſe, Erchengero de Landeſere, & aliis quam pluribus.* Datum ibidem per manus *Mag. Ulrici Protonotarii noſtri dilecti* 11. Kal. Maji regni noſtri anno quarto.

Diploma 142.

DIPLOMA 142.

Studenitz fund. augetur.

Fundatio Parthenonis Studenitz augetur, & munitur.

Ex Dipl. Styr. p. II. f. 301. *inter Miſcell. num.* 39.

In nomine S. & individuæ Trinitatis Amen. Evaneſcunt cuncta temporaliter acta, niſi ſcriptura aut voce teſtium memoriæ commendentur. Innoteſcat igitur tam præſentibus quam futuris præſentem paginam inſpecturis, quod ſoror *Sophia Domini Alberti de Rohats filia*, de patrimonio, quod parti ſuæ ceſſit in hæreditatem, ſemper pie cogitans cogitavit ſibi perpetuum facere memoriale pro remedio animæ & parentum ſuorum, *faciens Oraculum & cœnobium, in quo conjungens & aſſocians ſibi ſorores, quæ ſanctimoniales nuncupantur, locum, qui vocatur Studenitz*, ſibi eligens, qui elapſus eſt de proprietate hæredum ſuorum, cum prædictis ſororibus, quousque vixerit, pedem firmum fixit habere ſtabilitatis, & ut etiam poſt mortem ejusdem dictæ ſorores Domino ſemper ſerviendo ibidem perpetuo debeant permanere. *Nos vero, qui ſumus hæredes* videlicet *Henricus de Rohats cum uxore ſua Gyſla*

&

& duabus filiarum ſuarum Gertrude & Prida conſentientibus nec non & *Richza cum* 3. *pueris ſuis Ottone, Heinrico, & Catharina*, & etiam *Gertrudis beatæ memoriæ pueris* 4. *plane faventibus Hainrico, Alberto, & Diomede, & Chunegunde* pium ejus affectum conſiderando voluntarium ei aſſenſum præbuimus, & præbemus de bene inceptis, eidem loco poſt mortem ejus 20. *manſus de mediis noſtris*, videlicet *Chriezendorf*, etiam præfatum *locum Studenitz cum ſylva noſtra ſuperius adjacente*, quæ utilis erit eidem loco *cum* 2. *carratis vini*, quarum dimidiam me *Heinricum & pueros meos præfatos*, nec non & *Richzam cum pueris ſuis* dimidiam ſolvere loco eidem annuatim continget, quarta parte in bonis ejusdem clauſtri permanente, *dilectam ſororem noſtram Sophiam dictis ſororibus ſuis & noſtris ibidem Deo militaturis* dimidiam, bona voluntate conſentimus perpetuo deſerviendum, cedentes ab omni jure & proprietate, quam prius in dicta bona habuimus, nullam etiam nos uſurpantes habere in eis advocatiam, præterquam perdilectæ ſororis noſtræ ſupradictæ approbatione, quæ *Vogtfrau* dicitur, ſitque *Vogta nulli* alieno, qui ſub nomine hæreditatis ſuæ advocatiæ eidem loco vellet præſſe, *niſi Domini Apoſtolici, nec non & Patriarchæ*, verum etiam qui ſpirituali regimine reguntur, conſentiant. Ne vero hæc pia & utilis animæ noſtræ donatio ab aliquo noſtrorum ſub nomine hæreditatis ſive advocatiæ dictus locus & ſorores Deo ſervientes in eo debeant gravari vel moleſtari aliqua indebita exactione, præſentem paginam ſigillis noſtris cum teſtimonio ſubſcriptorum teſtium decrevimus roborari. *Sigillum Ven. Plebani de Marchburch pro ſigillo puerorum de Wilthauſen, qui proprium adhuc non habent ſigillum apponentes.* Teſtes autem ſunt *Philippus Vener. Salzburg. Eccleſiæ electus*, in cujus præſentia hæc acta ſunt. *Ulricus Seccovienſis Epiſcopus. Ortolfus Solienſis Præpoſitus. Chunradus Plebanus de Marchburch. Hainricus Plebanus de Bottone, Frider. Hertnidus fratres de Bottone. Rudolphus de Stadeich* (Stadek) *Walricus & Gotfridus fratres de Chovvoſchovve. Gundaccarus & Wahalinus fratres de Chungeſperch. Ortolfus, Hainricus, Gotſchalcus fratres de Radersdorf, Hilprandus, Volricus milites de Robats*, & alii quam plures. Acta ſunt hæc anno Incarn. Dom. (1296.) *in Eccleſia Bottone*, Idus Aprilis *Apoſtolicam ſedem Honorio Gubernante*

DIPLOMA 143.

Diploma 143.

Herrandus de Wildonia liberat prædia Landſchacherpach Eccleſiæ Seccovienſi.

Wildon de Herrand. benef. Seccov.

Ex Diplom. Styr. p. 1. f. 228. inter Seccov. num. 86.

Herrandus *de Wildonia* a Ven. Patre & *Dom. Ortolfo Præpoſ. & Archidiac. ac toto Capit. Seccovv. Eccleſiæ* ſum ſæpius expetitus, quod nullus officialium vel hæredum meorum *in prædiis, quæ Landſchacherpach* (ſors *Pruch*) nuncupantur, aliquod jus advocatiæ exigere debeat &c. præſertim, cum *prædium memoratum Dom. Lantfridus piæ mem. de Eppenſtein ob ſalutem* animæ ſuæ tradiderit monaſterio Seccovvenſi, poſtea *a piæ mem. avo meo Dom, Herrando, & patre meo D. Ulrico & fra-*

tre ſuo Leutoldo dictum prædium a Dominis ſæpe dicti monaſterii ſæpius ſit redemptum. Hinc eſt, quod ipſius prædii libertatem renovans, ab omnibus exactionibus liberum eſſe decerno, excepto, quod officialis dicti monaſterii 6. *march coricos* (fors *corfos* aut potius *carrucas*) avenæ, & de ſingulis huebis unum pullum procuratori meo, loco mei, annis ſingulis debeant aſſignare, nihilominus promittens, & me obligando, ut ſi ego vel aliquis meorum militum, clientum, officialium vel aliorum hominum contra hoc promiſſum præſumpſero attentare ſi intra menſem commonitus non ſatisfecero &c. advocatia dictorum prædiorum *ad Dominum terræ Styriæ* libere devolvatur &c. Actum & datum *apud Weizzenkirchen* 1265. ſexto Id. Sept.

An. 1266.

An. 1266.

Diploma 144.

DIPLOMA 144.

Margar. Auſtr. benef. Campil. Margaretha Auſtriaca Regina Germaniæ &c. donat monaſterio Campililienſi oppidum Gravenberg.

Ex faſtis Campililienſ. tom. II. f. 1045.

In nomine Domini & individuæ Trinitatis. Sanctæ. *Margaretha quondam filia Luipoldi illuſtris Ducis Auſtriæ, & Romanorum Regina:* omnibus tam præſentibus quam futuris in perpetuum. Cum Redemptor noſter a Deo Patre acceperit omnia, & cum ipſe det omnia, & ab eo plus exigat, cui plus donaverit; *Nos Margaretha* hoc animadvertentes ipſi creatori noſtro de ejus gratia nobis collatis mundi rebus & tranſitoriis honoribus gratias agimus, & ad honorem nominis ejus & ad laudem genitricis ſuæ virginis Mariæ, *libera & bona voluntate, habito diu & deliberato conſilio prudentum,* damus & legamus *monaſterio in Lirenveld, ubi eligimus ſepeliri,* & fratribus ibidem Domino ſervientibus, pro remedio animæ noſtræ & pro ſalute progenitorum noſtrorum *villam Graevenperch* ſitam in plebe *de Egenburch* cum omnibus attinentiis ſpectantibus ad illam, *tam jure donationis inter vivos, quam jure defunctorum ex noſtro teſtamento.* Hanc ipſi monaſterio & prædictis fratribus factam donationem ratam haberi volentes, & firmam noſtri Sigilli munimine duximus confirmandam. Præſentibus teſtibus & *executoribus noſtri teſtamenti Fratris Pernoldi Pœnitentiarii noſtri Ord. Prædicat. Ottonis de Chornſpach Camerarii noſtri. Aloldi de Chiavve. Ortolfi de Romberg. Marquardi de Stritvviſen. Frider. de Horſendorf. Hugonis Hartungi de Gevelle* de familia curiæ noſtræ. *Pilgrini de Zvvarzenavve. Frider. de Porſenprunne*, & aliis quam multis. Actum & datum *in Caſtro noſtro Crumbenavve* Anno Domini MCCLXVI. 6. Kal. Novembr.

An.

An. 1267.

An. 1267.

DIPLOMA 145.

Diploma 145.

Ulricus Dux Carinthiæ confirmat & auget Seiz. poſſeſſiones.

Ulricus Dux Carinth. benef. Seiz.

Ex Diplom. Styr. p. II. f. 88. inter Seiz. n. 26.

Nos *Ulricus D. G. Dux Carinthiæ & Dom. Carnioliæ* conſtare volumus tam præſentibus quam futuris, quod nos conſideratis & per ſingula intellectis his, quæ privilegia fratrum *Ordinis Cartuſienſis in valle S. Joannis Deo ſervientium* continebant, omnem gratiam a noſtris prædeceſſoribus eis factam, & jam cum augmentatione aliquorum, quæ annis ſingulis dari ſolent *in Windiſchgraz* eis longo tempore conſueta, ratam habere duximus, concedentes eis, ut *in prædio Windiſchgraz*, ubi prius frumenti 2. modios & braſii 10. menſuras habuerunt, deinceps 20. menſuras braſii & 4. modios de frumento ſingulis annis habeant jugiter poſſidendos. Præterea concedimus fratribus antedictis, ut omnia, quæ ipſi ad uſus proprios vendiderint, vel etiam comparaverint, *in civitatibus noſtris Stein ac Windiſchgraz* ſine telonio tranſeant atque muta. Denique præcipimus univerſis ad diſtrictum dominii noſtri reſpectum habentibus, ut, ubicunque prædicti fratres ierint, aut bona eorum fuerint conſtituta, nihil eis exactionis aut gravaminis inferatur. Ad quorum omnium confirmationem præſentes litteras eis damus ſigilli noſtri munimine roboratas. Datum in Scheütz prope Labacum An. Dom. MCCLXVII. XI. Kal. Junii.

DIPLOMA 146.

Diploma 146.

Otto de Camera donat Eccl. Göſſ. prædium in Perchach.

Otto de Camera benef. Göſſ.

Ex Dipl. Styr. p. I. f. 66. inter Göſſ. n. 53.

Ego *Otto de Chamera* univerſis &c. hujus rei gratia cunctis deſidero eſſe notum, quod ego *Otto de Chamera* cum univerſis hæredibus meis ob remedium animarum parentum meorum, & uxoris meæ beat. mem. *B. V. Dei genitrici Mariæ in Göſſe*, trium marcarum *redditus in Perchach* de noſtro dominio delegavi, hoc adjiciens, quod ego & hæredes mei ejusdem donationis ſive utilitatis debemus eſſe beneficio defenſores. In hujus rei teſtimonium &c. teſtibus his aſſcriptis *D. Heinrico Plebano S. Dionyſii. Ulrico plebis* (ſors plebano) *S. Andreæ. D. Wigando de Maſſenberg, Ottone de Utſch, Heinrico de Viſtbüm, Henrico de Trevejach militibus, Gotfrido, Hoboldo, Ottone fratribus de Vornsdorf, Ottone, Chmullone, Luvtoldo de Doppendorf, Rudolpho, Ottone, Gunthero fratribus de Oberdorf. Dietrico Notario, Henrico Bavvaro de Hafnärn, Henrico hoſpitalario, Hermanno Cellario, Totano, Hotlino, Frider. de Pretoch* & aliis quam pluribus. Acta ſunt hæc An. Dom. MCCLXVII.

An. 1268.

An. 1268.

Diploma 147.

DIPLOMA 147.

Ulric. D. Car. benef. Oberb. Ulricus Dux Carinthiæ confirmat terminos alpium Loſek & Erlav Monaſterio Oberburgenſi.

Ex Diplom. Styr. p. II. f. 293. inter Miſcell. num. 33.

Nos *Ulricus D. G. Dux Carinthiæ, Dominus Carnioliæ & Marchiæ &c.* Univerſis præſentibus & futuris rei geſtæ memoriam. *Dominus Joannes Oberburg. monaſterii Abbas & Conventus ejusdem* cum 500. viris probaverunt probabiliter coram judicibus a nobis miſſis *Sylvam, quæ dicitur Sultzbach*, ad ſuum Monaſterium pertinere proprietarie uſque ad terminos *ſive vertices montium Loſegk & Erlav* ex donatione *Dom. Diebaldi* fundatoris memorati. Nos igitur, ne videamur uſurpare patrimonium Jeſu Chriſti & glorioſæ V. matris ejus, ecce per præſentes ſtatuimus, & firmiter inhibemus, ne deinceps quisquam hæredum &c. ut itaque prælibatum monaſterium proprietatis ſuæ libertate in dicto nemore libere perfruatur, præſentes litteras noſtri ſigilli munimine fecimus roborari. Præſentibus fidelibus noſtris: *Ottone de Landeſtroſs, Guidone de Reittenberg, Ulrico de Habsrach, Gebhardo de Lilienberg, Herbordo de Obersperg, Predvvor Bohemo, Heinrico Januario & Hileprando Protonotario noſtro*, ac aliis de curia noſtra multis. Datum Labaci in caſtro noſtro an. Dom. 1268. Indict. 11. in die S. Alexii Confeſſ.

Diploma 148.

DIPLOMA 148.

Ulric. D. Car. teſtamentum. Ulrici Duc. Carinth. teſtamentum, quo Ottocarum Regem Bohemiæ hæredem inſtituit.

Ex Archontologia Carinthiæ p. I. f. 71.

In nomine S. & individuæ Trinitatis Amen. *Nos Ulricus D. G. Dux Carinthiæ, Dominus Carnioliæ* in perpetuum. Cum ineffrænata rerum cupiditas, quæ mater eſt litium genitrixque diſſenſionum in hominibus, quibus pacem reliquit, ac quietem diſpoſuit rex pacificus & æternus, calumniarum materiam pariat, cauſasque novas ſuſcitet litigandi, expediens eſſe dignoſcitur & ſalubre ad cautelam & evidentiam futurorum, ut tractatus rationabiler & facta digna memoriæ in ſcripta publica redigantur, ut ex ſcripturæ teſtimonio rei geſtæ habeatur notitia, & quælibet calumniandi materia apud poſteros auferatur. Hinc eſt, quod ad notitiam omnium cupimus pervenire, quod nos interioribus oculis diligentius intuentes, quod nulla ſit ſtabilitas ſtatus humani, & ad mortis interitum ſit tranſitus omnibus generalis, *nosque etiam ex divina proviſione*, cujus diſpenſatione provida ſingula gubernantur, *hæredibus careamus, Dominum Otacharum ſereniſſimum Regem Bohemorum, Ducem Auſtriæ & Styriæ ac Marchionem Moraviæ*, præſertim cum ſit nobis *conſanguinitatis vinculo alligatus*, multaque amicitiæ beneficia ac indefeſſa dilectionis argumenta percepimus ab eodem, *hæredem noſtrum ſtatuimus*, ita quod poſt mortem noſtram, ſi ſine filiis & filia-

filiabus deceſſerimus per nos legitime generatis, terras noſtras, proprietates, ac pheoda ſeu alia bona noſtra, quocunque ipſa poſſeſſionis titulo teneamus, poſſidere debeat libere & quiete, talibus tamen conditionibus interjectis, *quod redditus* 100. *marcarum de hæreditate noſtris locis religioſis legabimus*, in quibus nobis placuerit, ut noſtræ diſpoſitionis memoria ſpecialiter peragatur. Si autem de bonis noſtris præfatus Dom. Rex aliquid addicere voluerit, inchoatæ a nobis charitatis opus pro animæ noſtræ remedio ampliando, illud ſuæ ſinceritati, ac fidelitatis conſtantiæ duximus relinquendum. Ad hæc etiam, ſi forte *chariſſima uxor noſtra per mortis divortium fuerit ſeparata a nobis*, aliamque duxerimus legitime in uxorem, bona, quæ pro dote eidem ſecundum conſilium dicti regis decreverimus aſſignare, poſt mortem noſtram pacifice ac ſine contradictione qualibet poſſidebit. In cujus rei teſtimonium ipſi dedimus præſentes litteras ſigilli noſtri munimine roboratas. Teſtes autem ſunt *Albertus Comes Goritiæ & Tyrolis, Mag. Petrus Præpoſ. Wiſſegradenſis* Regni Bohemiæ Cancellarius, *Ulricus Comes de Heunburch, Henricus Comes de Hardeke, Liber de Cauriaco, Ulricus de Riffenberh, Feroslaus frater Galli, Smilo de Brumovve, Hartlebus Camerarius Moraviæ, Chunradus Præp. Brunenſ.* & alii quam plures fide digni. Datum *in Podibrat* An. Dom. MCCLXVIII. pridie Non. Decembr. Indict. XI.

Sigillum equitem Ulricum refert, in cujus ſcuto Pantheræ Styriacæ ſpecies.

DIPLOMA 149.

Diploma 149.

Clemens IV. P. de inique erepta Ulrico Epiſc. Seccov. Eccleſia Piber commiſſarios ſtatuit.

Clem. IV. Piber Eccl. Secc. Ep. adjudicat.

Ex Diplom. Styr. p. I. f. 231. *inter Seccov. n.* 91.

Clemens *Epiſcopus, Servus Servorum Dei.* Dilectis filiis *Electo Laventinenſi, Abbati Admontenſi, & Præpoſito Nivvenburgenſi* Salzb. & Patav. Diœceſis ſalutem & Apoſt. benedictionem. Sua nobis *Ortolfus Præpoſ. Eccl. Seccovienſis, & Ulricus plebanus de Strazgauch* petitione monſtrarunt, quod. Ven. frater noſter Salzb. Archiep. loci metropolitanus attendens, quod *Ven. frater noſter Epiſc. Seccov.* ſuus ſuffraganeus, *confractus ſenio, & alias quodam gravi morbo laborans miniſterium linguæ amiſerat*, & propter morbum hujusmodi & confractionem ad gubernandam Eccleſiam Seccowenſem inhabilis reddebatur, Præpoſitum & plebanum prædictos coadjutores Epiſcopo deputavit eidem (*ſubjungit dein, Ulricum Plebanum de Gruſchorn ſub prætextu reſignatæ per Epiſcop. Seccov. Parochiæ Piber, eandem a Guidone Card. & Legato Apoſt. obtinuiſſe, ideoque Guidonem Archidiacono Marchiæ infer: & Chunrado Plebano de Petovia mandaſſe, ut receptis ab Epiſcopo Eccleſiæ reſignatæ litteris eandem Ulrico prædicto conferrent, verum his auditis coadjutores, eo quod præfati has litteras exhibere non poſſent, juſte quidem, ſed fruſtra fuiſſe adverſus hanc collationem proteſtatos, adeoque mandat pontifex, ut partibus vocatis litem decidant*) Datum Viterbii Idibus Maji Pontif. noſtri an. 4. adeoque an. Chriſti 1268.

Diploma 150.

DIPLOMA 150.

Brun. Olomuc. pro Ep. Seccov. dicit.

Bruno Episc. Olomuc. Capit. Styriæ rescindit omnes alienationes per Ulricum Archiep. Salzb. in bonis Eccles. Seccov. factas.

Ex Diplom. Styr. cit. f. 329. *inter Episc. Seccov. n.* 42.

Bruno D. G. Olomuc. Episcop. Capitaneus Styriæ, dictis fidelibus suis *Herbordo judici provinciali*, omnibusque judicibus ejusdem terræ &c. Quia coram nobis personaliter præsidentibus judicio in provinciali placito, Sabbato post festum Andreæ proximo, habito apud *Grez* sententiatum extitit, & finaliter confirmatum, quod omnes infeudationes, venditiones, viegationes, seu quæcunque alienationes de possessionibus, decimis, & aliis quibuscunque rebus Ecclesiæ Seccovienſis factæ sine forma juris &c. *per Dom. Ulricum quondam Episcopum Seccov. eo tempore, quo ipse fuit Archiep. Salzburg. & tantum simplex præfatæ Ecclesiæ Seccov. Procurator*, nullum obtinent firmitatis robur, nec alicujus sunt momenti, & per consequens *Rev. in Christo Patri Dom. Wernhardo ipsius Eccles. Seccov. nunc Episcopo* sunt adjudicatæ per sententiam &c. universitati vestræ sub obtentu gratiæ Dom. nostri Serenissimi Regis Bohemiæ ac nostræ præcipimus & mandamus &c. quatenus memorato Dom. Episcopo possessionem prædictorum bonorum omnium defendatis &c. Act. & dat. *Grez* Kal. Dec. an. Dom. MCCLXVIII.

An. 1269.

An. 1269.

Diploma 151.

DIPLOMA 151.

Adm. Monast. decimæ in Treviach.

Sententia de decimis in Treviach confirmatur Monast. Admont.

Ex Dipl. Styr. p. II. f. 226. *inter Admont. n.* 5.

Ego Herbordus Dapifer de Fullenstein Judex Styriæ generalis, pro tribunali sedens &c. *(confirmat sententiam Græcii latam, vi cujus Henricus de Treviach miles per Ottonem de Haslovve Capitaneum Styriæ & Mr. Ulricum scribam Styriæ jussus est Admontensibus restituere decimas in Treviach occupatas)* Actum in Liuben An. Dom. MCCLXIX. Alberto Abbate Admunt. 7. Kal. Maji in die S. Marci Evang.

Diploma 152.

DIPLOMA 152.

Schœnberg de Mecht. res cum Seccov.

Mechtildes vidua de Schœnberg cedit prædia in Glanz.

Ex Dipl. cit. p. I. f. 233. *inter Seccov.* 94.

Nos Mechtildis relicta Domini Hadmari de Schœnberg, & filii mei Reinbertus & Hadmarus notum facimus &c. quod cum diu inter nos & progenitores nostros ex una, & Præpositum ac Capitulum Seccowensis Ecclesiæ ex altera parte, super quibusdam bonis in Glanz sitis esset dispendiosa quæstio agitata &c. *(cedit omne jus suo ac hæredum nomine, sicut unquam habuisset, Ecclesiæ Seccovienſi)* ut autem prædictorum omnium tam præsentibus quam posteris plena memoria imprimatur, præsentes litteras sigillis *Ven. PP. Dom. Brunonis Olomuc. & D.*

Her-

Herbordi de Fulnſtain dapiſeri, Judicis per Styriam generalis ſecimus communiri, teſtibus qui prædictis aderant ſubnotatis, qui ſunt hi, *D. Gebhardus Abbas S. Pauli, D. Gotfridus Can. Patav. & Eberhardus frater ſuus tum Præpoſ. Brixinenſis, Comites de Chirchperch &c.* & alii quam plures: Actum & datum in *Betſcheine* An. Dom. milleſ. ducent. ſexageſ. nono XVIII. Kal. Sept.

DIPLOMA 153.

Diploma 153.

Herbordus de Fulnſtein Judex Gener. Styriæ pro Epiſc. Seccov. ſententiam promulgat.

Sentea pro Seccov. Epiſc.

Ex Dipl. cit. p. I. f. 330. *inter Seccov. Ep. num.* 44.

Nos *Herbordus Dapifer de Fullenſtain Judex per Styriam generalis.* Notum facimus univerſis &c. *promulgat iterato ſententiam an. pr. in commodum Epiſc. Seccov. latam a Brunone Olomuc. v. hic num.* 149. & ſimul inſinuat, quod Bernhardum Epiſc. Seccov. in quorundam bonorum poſſeſſionem immiſerit, nominatim *Eccleſiarum S. Stephani, Chirichpach, Wolfsberch & Jægerperch*, quæ Udalricus Archiep. *Gundaccaro de Gleitſawe* ejusque filiis indebite obligaverat. Datum *Græz* An. Dom. MCCLXIX. XVI. Kal. Maji.

Ex Cod. MS. pag. 20. & 38.

An. 1270.

An. 1270.

DIPLOMA 154.

Diploma 154.

Burchardus de Chlingberch Capitaneus Styriæ decidit & confirmat cauſam Seccov.

Clingenberch de Capit. Styr. ſent. pro Seccov.

Ex Diplom. Styr. cit f. 234. *inter Seccov. num.* 96.

Nos *Burchardus (*adde de *Chlingberch) Marſchallus Regni Bohemiæ Capitaneus Styriæ* notum fieri cupimus univerſis, quod *in generali placito Marchburgæ fer.* 3. *ante feſtum B. Dionyſii celebrato, Hertnido pincerna de Rammenſtein*, de Dom. *Ortolfo Ven. Præpoſ. Eccleſiæ Seccovenſis* ſuper prædiis in Arzwalde conquerente, idem D. Præpoſitus exhibuit litteras ſereniſſimi Dom. noſtri magnifici Regis Bohemiæ (v. ſupra num. 132. in quibus Bruno eadem prædia Seccov. adjudicat, & Ottoc. rex confirmat, v. Dipl. Seccov. 76.) & nos juxta earundem continentiam litterarum, *de communi nobilium ſententia*, dicta quæſtione nullatenus admiſſa, *prædia in Arzvvalde* aſſumpſimus, & aſſumimus defendenda &c. In cujus rei &c. teſtibus ſubnotatis. *D. Bernhardus & D. Haimricus Comites de Phannenberch, D. Fridericus de Petovia, D. Ulricus de Liechtenſtain & D. Otto filius ſuus. D. Wulfingus de Stubenberg. D. Wernherus de Haus, D. Albertus de Horneke, D. Ortolfus & D. Dietmarus fratres de Stretvvich*, & alii quam plures &c. Anno Dom. milleſ. ducenteſ. ſeptuageſimo 7. Id. Octobr. *Dom. Chunrado ſcriba Styriæ aſſidente.*

Diploma 155.

Chranichberg de Gyſila benef. Seccov.

DIPLOMA 155.

Gyſila de Chranichberg munifica in Epiſc. Seccov.

Ex Diplom. cit. f. 331. *inter Seccov. n.* 46.

Gyſila de Chranichberg relicta Dom. *Reymberti fel. mem. Junioris de Moureke &c.* (tranſcribit Epiſcopatui Seccov. 2. milites, cum omnibus bonis eorundem, ſcilicet *Nicolaum & Hadmarum de Leutſchoch*, quos jure proprietatis a parente ſuo *Hermanno de Chranichperg* acceperat) acta ſunt hæc *in Eccleſia Chirchperch* An. Dom. MCCLXX. XII. Kal. Sept.

Ex Cod. MS. pag. 40.

Diploma 156.

Ead. donat. confirmatur.

DIPLOMA 156.

Gyſila de Orte eandem donationem confirmat.

Ex eod. Diplom. f. 332. *inter Epiſc. Seccov. num.* 47.

Gyſila de Orte relicta *Dom. Alberti Dapiferi de Veltzenach* tenore præſentium confiteor &c. qnod cum dilecta avia mea *Gyſila de Chranichperg* relicta Dom. *Reimberti fel. mem. junioris de Mureke &c.* (confirmat donationem præcedentem) ſunt autem teſtes: *D. Dietericus de Roravve & Leutoldus Chunringe* generi mei. *Rudolfus de Plankenſtein, Otto de Schrettenperge, Hadmarus de Veltsperch, Heinricus Huenes* milites, *Sighardus de Eberſtorf, Albertus Stucho de Trautmanstorf, Calbochus de Dobra* & alii. Actum & datum Wiennæ An. Dom. MCCLXX. VIII. Kal. Nov.

Ex Cod. MS. pag. 41.

Diploma 157.

Ort de Gyſila. benef. Seccov.

DIPLOMA 157.

Eadem compenſat damna per fratrem Epiſcopatui Seccov. illata.

Ibid. f. 332. *inter Seccov. Ep. num.* 48.

Gyſila relicta Dom. Alberti fel. mem. Dapiferi de Veltsperg, ſoror Hertnidi de Orte tenore præſentium confiteor, quod cum olim dictus Hertnidus frater meus *damna gravia ad* 500. *marcas æſtimata* Seccovienſi Epiſcopatui intuliſſet, & ob hoc eidem defuncto per Dom. Ulrici bonæ record. quondam Seccov. Epiſc. procurationem & inſtantiam *interdicta fuiſſet uſque adhuc ſepultura*, ego ſuorum bonorum hæres legitima ipſius ſaluti volens providere, ac de præmiſſis damnis compenſationem facere Epiſcopatui Seccov. de filiorum meorum & generorum meorum, videlicet *Dom. Dieterici de Roravve & Luitoldi de Chunringe conſenſu* pariter & aſſenſu quinque homines, mihi jure proprietario attinentes, non meliores nec etiam infimos, ſed tamen *genere militares* cum omnibus filiis & filiabus ſuis & decem marcarum redditibus &c. tradidi per fideles meos *D. Heinricum de Roravve & Heinricum de Erlspach milites &c.* Rev. in Chriſto P. Dom. Wernhardo Ven. Secc. Epiſcopo, ſuisque ſucceſſoribus &c. perpetuo poſſidendos &c. Actum & datum Wiennæ An. Dom. MCCLXX. 8. Kal. Nov. teſtes iidem, qui in Dipl. præced. Ex Cod. MS. pag. 41.

An.

An. 1271.

An. 1271.

DIPLOMA 158.

Diploma. 158.

Wulfingus de Trevnſtein munificus Epiſc. Seccov.

Treunſtein de Wulfing. benef. Seccov. Epiſc.

Ex Diplom. Styr. p. I. f. 333.

Wulfingus de Trevnſtein tenore præſentium confiteor &c. quod mediante *Dominæ Diemudis dilectæ uxoris meæ, Wulfingi filii mei, & Margaretæ meæ filiæ* beneplacito, conſenſu, & aſſenſu proprietatis meæ 10. marcarum redditus *ſitos in Vogau* dedi liberaliter & tradidi *Epiſcopatui Eccleſiæ S. Mariæ in Seccovia &c.* Actum An. Dom. MCCLXXI. II. Maji.

Ex Cod. MS. pag. 41.

An. 1272.

An. 1272.

DIPLOMA 159.

Diploma 159.

Mahrenberg. Monaſt. in tutelam ab Ottocaro receptum.

Mahrenberg Monaſt. rec.

Ex Diplom. Styriæ p. II. f. 325. *inter Miſcella. num.* 50.

Nos Ottocarus D. G. Bohemiæ Rex, Dux Auſtriæ, Styriæ, Carinthiæ, Marchio Moraviæ, Dominus Carnioliæ, Marchiæ &c. Scire volumus præſentium quoslibet inſpectores, quod *clauſtrum Sanctimonialium in Monte S. Mariæ apud Märenberch* cum hominibus ac omnibus poſſeſſionibus, atque bonis quibuslibet in noſtram potectionem & gratiam regiam accipimus ſpecialem, mandantes univerſaliter ſingulis & ſingulariter univerſis firmiter & diſtricte, ne quis idem clauſtrum præſumat vel audeat quomodolibet perturbare, ſed potius devotionem dictarum ſanctimonialium intuens ad reverentiam Dei & remedium animarum easdem pvomoveat in ſingulis negotiis earundem. Si quis autem ſecus facere, quod non credimus, attentaverit, nos noverit non modicum perturbaſſe. Sed nihilominus fidelibus noſtris *Ulrico de Dirnholz Capitaneo, Carinthiæ, Carnioliæ, & Marchiæ & Chriſtophoro ſcribæ Styriæ* dedimus noſtris ſpecialibus litteris firmiter in mandatis, ut talia debeant ſine moræ diſpendio integraliter revocare, & easdem ſanctimoniales manutenere & defendere fideliter loco noſtri. Datum Pragæ An. Dom. MCCLXXII. decimo Kal. Maji.

DIPLOMA 160.

Diploma 160.

Bernardus Ep. Seccov. confirmat venditionem Vorav. Canoniæ factam a Wernhero de Leibniz.

Bernard. Epiſc. Seccov. Vorav. res confir.

Ex Archiv. Prælaturæ Vorav. nondum editum.

Nos Wernhardus ſola Dei miſericordia Seccov. Epiſcopus. Notum facimus univerſis præſentes litteras inſpecturis, quod *fidelis Caſtellanus noſter Dom. Wernherus de Leibenz*, cum conſenſu *fratris ſui Wulvingi & filii ſui Friderici*, nec non & *filiæ ſuæ Albeidis* vendidit prædium

ſuum ſitum *prope Roerbach* juxta aquam, quæ dicitur *Laventz*, ſolvens 7 ſolidos annuatim *Dom. Wernhardo Ven. Præpoſito & Conventui Vorovvenſi* pro 10 talentis Wiennenſis monetæ perpetuo poſſidendum cum ſuis attinentiis univerſis, promittentes fide data vice præſtiti Sacramenti una cum fratre ſuo & filio prædictis, ipſi Præpoſito Eccleſiæ memoratæ de evictione ſufficienter cavere, & nunquam aliquid eidem venditioni contrarium acceptare. In cujus rei evidentiam & cautelam præſentes litteras ſigillo noſtro & *ipſius Wernberi militis* fecimus ſigillari. Teſtes hujus rei ſunt *Dominus Duringus Canonicus Vorovvenſis, Martinus Notarius, Vulvingus de Lyntarenſis, Fridericus de Leibenz filius ipſius militis, & Ortolfus ejusdem conſanguineus, Otto officialis de Voravv - - - mercator, Waltherus Theloniarius ejusdem loci*, & quam plures alii fide digni. Datum *Leybenz* An. Dom. MCCLXXII. quinto Kal. Maji.

(L.S.) (L.S.)

Sigilla duo ſunt, unum a dextris Epiſcopi Wernhardi, in quo præſentatur ſedens Abbas quidam magis quam Epiſcopus, habens in dextera Paſtorale, in ſiniſtra, non bene colligi po eſt, ſitne liber vel quid aliud. Circumſcriptio: *S. Wernhardi ſola Dei miſ. Ep. Eccleſiæ Seccov.* alterum ſigillum eſt parvum, circumſcriptio: *S. Wernheri de Leybenz.*

An. 1274.

An. 1274.

Diploma 161.

DIPLOMA 161.

Göſſ. res. Permutatio facta bonorum Göſſ. cum Mro. Chunrado ſcriba Styriæ.

Ex Diplom. Styr. p. I. f. 19. inter Göſſ. num. 56.

In nomine Domini Amen. *Nos Mag. Chunradus ſcriba Styriæ* omnibus hanc litteram intuentibus & audientibus notum facimus, publicamus, & hujus ſcripti teſtimonio profitemur, quod Dom. noſtra *Herburgis Vener. Abbatiſſa in Göſſe, & Dom. Wentela Decaniſſa* totusque Conventus ejusdem loci bona ſua *in Paumgarten prope Tulnam in Auſtria ſituata* cum omnibus ſuis pertinentiis - - - *nobis, uxori noſtræ Dom. Cytæ, liberis noſtris utriusque ſexus*, & aliis noſtris hæredibus & affinibus, omnique poſteritati noſtræ dedit - - - imo potius commutavit voluntarie - - - pro duabus curiis *ſitis in Miertendorf, & pro una huba eisdem curiis adjacente* - - - - curias autem memoratas in poteſtatem earum de manu *Herbordi de Utſs & uxoris ſuæ Kunegundis omniumque puerorum ſuorum*, ad quos hæreditarie pertinebant, emimus rationabiliter - - - ut autem hæc donatio, permutatio, & ordinatio ſeu tractatus perpetuam habeant firmitatem, præſentem paginam ſigillo noſtro roboratam eis tradidimus in evidens teſtimonium & cautelam, & ad ſolenniorem poteſtationem & majorem evidentiam hujus facti eam *Ven. in Chriſto P. Domini Bernhardi Seccov. Epiſc. Comitis Henrici de Pfanberg, Dom. Wulfingi de Stubenberch, & Dom. Ulrici de Liechtenſtein* ſigillis procuravimus & petivimus roborari, ſubnotatis teſtibus, qui ſunt tales miniſteriales tredecim, videlicet *Herrandus & Hertnidus de Wildonia,*

Otto

Otto junior de Liechtenſtein, Hertnidus de Stadeke, Wulfingus & Ortolfus fratres de Trevvenſtein, Otto de Perneke, Mainhardus de Zemlisdorf, Otto de Ernvels, Heinricus & Otto fratres de Ernvvels, Heinricus de Puchaim, & Albero filius ejus Domini, Yringus Plebanus de Pölan, Ulricus Plebanus de Strazgauch, Werenberus Plebanus de Rapotenkirchen. Milites vero terræ Styriæ & alii nobiles milites, Domini videlicet, *Ekebardus de Dobrenge, Wernherus de Hues, Albohus Capitaneus de Rakerſpurg, Henulo de Tulna, Albertus & Otto fratres de Lüttenberh, Ditricus de Fridberch & frater ejus Luipoldus, Ortolfus & Ditmarus fratres de Stretvvich, Hermannus & Otto fratres & Hervvicus dicti de Chrottendorf, Chonradus & Waltherus fratres de Valle, Wolfkerus de Khegel, Hugo de Donnerſtein, Heinricus dictus Steibnich, Ulricus Monachus, Nicolaus de Lengenburch.* Clientes autem *Otto Comes de S. Petro, Heinricus, Bigandus & Albero fratres de Maſſenberch, Gebolfus de Chumeberch & Dipoldus filius ejus, Hertelo de Liuben, Ditmarus de Mür, Otto de Puzeil, Otto de Challnperch, Rucerus de Linsperch, Jungericus de Tulna, Chonradus de Hertensdorf, Hainricus de Judenmage, Walchunus de Strombach,* Cives etiam Domini *Volchmarus de Grätz &c.* Actum & datum *in Goſſe* An. Dom. MCCLXXIV. ſexto Kal. Aug.

An. 1275.

An. 1275.

DIPLOMA 162.

Diploma 162.

Rex Ottocarus immunitates Seccov. a Miloto Capitaneo Styriæ defendi jubet.

Ottoc. Seccov. Protector.

Ex Diplom. Styriæ p. I. f. 236. inter Seccov. num. 99.

Ottacharus D. G. Bohem. Rex &c. dilecto fideli ſuo *Milotæ Capitaneo Styriæ &c.* volentes jura & libertates *Seccov. Eccleſiæ &c.* inviolabiliter conſervare &c. fidelitati tuæ injungimus &c. quatenus dilecto nobis *Ditrico Fulm Burchardo in Offenberch* & aliis Caſtellanis & judicibus provincialibus dare debeas diſtrictius in mandatis, ut nullam jurisdictionem vel auctoritatem judicandi homines dictæ Eccleſiæ vendicet vel uſurpent *inter fluvios Leuſnich & Gradam* reſidentes &c. Datum Wiennæ VII. Kal. Febr.

Annus quidem deeſt, ſed addit Collector An. 1275.

An. 1276.

An. 1276.

DIPLOMA 163.

Diploma 163.

Rudolphus I. Imp. confirmat Gundaccaro de Stahrenberg advocatiam Monaſt. Lambac.

Lambac. rer.

Ex Collect. Geneal. Excell. Wurmbr. f. 217.

Rudolphus D. G. *Rom. Rex ſemper Auguſtus*, univerſis Imp. Romani fidelibus præſentes litteras inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Univerſitati noſtræ tenore præſentium cupimus notum eſſe, quod veniens ad Maj. noſtræ præſentiam *Gundakarus de Stahrenberg* dilectus filius noſter humillime ſupplicavit, ut *advocatiam Monaſterii de*

Lambach, quam avus & pater ſuus, ſicut aſſeruit, in feudum de jure tenebant, ſibi eodem titulo concedere dignaremur. Nos itaque &c. Datum in caſtris apud Linzam 6. Id. Octobr. Indict. 5. An. Dom. 1276. regni vero noſtri anno 3.

Diploma 164.

DIPLOMA 164.

Seccov. rer. Teſtimonium de Sententia in judicio Græcenſi per Vicarium Capitanei Milotæ ſtatuta, & per Ottoc. confirmata.

Ex Diplom. Styr. p. I. f. 236. inter Seccov. n. 100.

Ego *Ekbehardus de Dobreng* profiteor per præſentes, quod cum ex mandato *magnifici viri Dom. Milotæ Capitanei Styriæ* una cum *Domino Iryngo Notario & Domino Brevvico Mareſchallo ſuo* proxima feria 2. poſt aſſumpt. B. V. *apud Graez in Cæmiterio S. Ægidii judicio præſideremus, Heinricus de Maeſſenberg* loco ſui & fratrum ſuorum querelando propoſuit, quod homines *ejusdem Eccleſiæ Seccovvenſis* eisdem fratribus in *ſylva ſua apud Feuſtriz* damna plurima intulerunt. Econtra *Dom. Ortolfus Ven. Præpoſitus* propoſuit, quod in placitis generalibus &c. Actum An. Dom. milleſ. ducenteſ. ſeptuageſ. quinto tempore ſupradicto. Datum Brunæ V. Nonas Maji nempe anno ſeq. 1276. quo Ottoc. Rex hanc ſententiam confirmavit.

An. 1277.

An. 1277.

Diploma 165.

DIPLOMA 165.

Judenb. civit. privilegia. Rudolphus I. Imp. confirmat privilegia urbis Judenburgenſis.

Ex Dipl. cit. p. I. f. 240. inter Seccov. num. 106.

Rudolphus D. G. Rom. Rex ſemper Auguſtus omnibus in perpetuum. In excellenti ſpecula Regiæ Majeſtatis ordinatione divina feliciter conſtituti &c. Noverint igitur &c. quod cives noſtri dilecti de Judenburch celſitudinem regiam accedentes humiliter ſupplicarunt, quod nos gratias, conceſſiones, libertates & jura univerſa &c. quibus *civitas prædicta de Judenburch* ab illuſtribus quondam *Luipoldo & Friderico Ducibus Auſtriæ & Styriæ & a cæteris Principibus principatus ejusdem dotata dignoſcitur ab antiquo*, ipſis dignaremur de benignitate regia confirmare, quarum gratiarum, conceſſionum, libertatum, ſeu jurium quædam ſpecialiter duximus exprimenda: Primo *quod cum monetarii denarios novos cudunt, camſores in civitate Judenburch 6. ſeptimanas ſoli cambient, quibus expletis quilibet civis ejusdem loci poterit licenter cambium exercere.* Item *monetarii & camſores non debent in aliquem authoritate propria manus injicere violentas &c. Sed ſi quid circa negotia eorum quæſtionis emerſerit, judex civitatis prædictæ debet diſcutere, & juris ordine judicare.* Item *ſi aliquis fuerit conventus coram judice pro debitis, quæ contrahit perſonaliter, non poteſt quærere diffugium ratione alterius judicis, ſed coram judice civitatis tenebitur reſpondere.* Item *ferrum de Trovejach debet duci tantum ad civitatem Judenburch, ibique venalitati exponi, ut ab antiquis temporibus eſt conſuetum.* Item *mercatores de terra latina ducentes mercimonia in Ju-*

den-

denburch, debent ea tantum vendere civibus ejusdem loci, & non mercatoribus alienis, & si secus factum fuerit, emptori multiplicabitur pœna 5. marcarum, & venditori in tantundem, Item *nullus extraneus mercator debet quidquam emere in Judenburch, nisi per integrum quartale, si quis hoc violare præsumpserit, perdet pecuniam, per quam emit, & venditor debet re perdita spoliari.* Item *in alpibus, quæ dicuntur Judenburch albe, nullus debet habere quidquam juris, nisi sola civitas Judenburch, excepta sola curia, quæ dicitur Schiffieben, quam tenent Monachi Seccovienses.* Item *nemus* in der Muschnitz *& in Feustriz debet tantum utilitati civitatis Judenburch & nulli alteri deservire.* Item *Cives de Judenburh eundo Wiennam non amplius exsolvere ratione thelonei consueverunt (in singulis civitatibus Viennam usque thelonia exiguntur) quam de qualibet sauma circumligata 12. denarios, de sauma smigmatis, quæ dicitur saffe, 6. denarios, de sauma olei 3. denarios, de sauma ficuum 3. denarios, de 100. cutibus vaccarum 12. denarios, de 100. cutibus hircinis 6. den. de 100. cutibus ovinis 6. denar. de curru frumenti 2. denar. de centenario ceræ 4. denarios.* Item *in Wienna in porta de quolibet curru onerato 6. denarios, & de thelonio fori ibidem in civitate 12. denarios exsolvere tenentur &c.* Item *mensuram frumenti, & ulnam & pensam, quam ab antiquo habuerunt cives Judenburgæ, adhuc plenarie observabunt.* Item *nullus miles aut Cheus debet pro jure detineri, neque aliquis civis pro milite vel cheute similiter debet impignorari, vel detineri.* Nos autem præmissa universa & singula, cæterasque gratias &c. confirmamus, innovamus, & præsentis scripti patrocinio communimus &c. in cujus rei &c. Datum Wiennæ XIV. Kal. Febr. Indict. 5. an. Dom. millesi. ducentesi. septuagesi. sept. regni vero nostri anno quarto.

DIPLOMA 166.

Diploma 166.

Rudolphus I. Aug. confirmat Bernardo Episc. Seccov. sententiam ab Ottocaro latam.

Rud. I. Aug. conf. sent. Ottoc. pro Seccov.

Ex Diplom. cit. p. I. f. 335. inter Ep. Seccov. num. 52.

Rudolphus *D. G. Roman. semper Augustus*, universis Rom. Imp. fidelibus &c. veniens ad nostræ celsitudinis præsentiam *Wernhardus Seccov. Episc.* proposuit, quod cum ipse *coram strenuo viro Ottone de Liechtenstein juniore vices sui patris in placito apud Graz gerente, & Magistro Conrado scriba Styriæ*, ex commissione *illustris Ottokari Regis Bohemiæ tunc per Styriam judicio præsidente*, olim *Dietmarum seniorem de Stretvvich* super eo traxisset in causam, quod 30. mansus *in Gevvla* sitos, per quos originaliter dotatus fuit Episcopatus Seccovviensis, indebite occupatos teneret in suum, & Ecclesiæ suæ præjudicium & gravamen, intentionis suæ propositum ex eo muniens atque fundans, quod prius *apud Knutlvelde* sententialiter extitit definitum, quod nullus Prælatorum primordialem Ecclesiæ suæ dotem in feudum posset concedere, nisi ad tempora vitæ suæ, nec hoc tamen sine magno periculo sui nominis & honoris (*sequitur, quod Ditmarus non expectata sententia ad Regem Ottocarum appellaverit, ab hoc autem non solum ad cedenda Episcopo bona, sed etiam litis expensas condemnatus fuerit, ideoque etiam Rudolphus Aug. sententiæ præfatæ examen Leoni Ratisbonensi & Henrico Trid. Episcopis*

commisit, & sic concludit) a quibus fideli relatione ad nos facta, habito quoque super his eorundem consilio, supradictam sententiam pro præfato Seccov. Episc. promulgatam &c. authoritate regia approbamus & confirmamus &c. Datum Wiennæ 6. Kal. Martii indict. 5. an. Dom. MCCLXXVII. regni vero nostri anno quarto.

Continetur verbotenus in Diplom. Maximiliani I.

Diploma 167.

DIPLOMA 167.

Rud. I. Aug. confirm. privil. Chiem. & Secc. Epist.

Rudolphus I. Aug. confirmat privilegium Frider. II. Cæsaris Episc. Chiem. & Seccov. collatum.

Ex eod. Diplom. f. seq. num. 53. *inter Seccov.*

Rudolfus D. G. Rom. Rex &c. in perpetuum. Venientes ad nostræ celsitudinis præsentiam *Ven. Johannes Kiemensis & Bernhardus Seccov. Ecclesiarum Episcopi* nobis cum instantia supplicabant, ut privilegium Dom. Friderici sel. record. quondam Rom. Regis anteces. nostri per eos nobis exhibitum infra scriptum renovare, approbare, nec non confirmare auctoritate regia dignaremur, cujus privilegii tenor talis est (inseritur privilegium inter Seccov. Diplom. n. 38. verbotenus) & quia regiam ornat & decet magnificentiam, juxta petentium desideria favorabiliter exaudire, ipsum privilegium plene nobis expositum ad instar prædicti Dom. Friderici quondam antecessoris nostri de verbo ad verbum per singulos Articulos approbamus, & ad instantiam prædictorum Ven. Episcoporum de certa scientia confirmamus. Nulli ergo &c. testes hujus sunt *Ven. Frider. Salzb. Archiep. & Vener. Episcopi Bertholdus Bamberg. Chunradus Frisi. Petrus Patav. Leo Ratisbon. Frider. Burggrav. de Nurnberg. Hugo de Werdenberg. Frider. de Leiningen*, Carolus *de Hohenberg*, *Eberhardus* (in Diplom. Episc. Seccov. 51. dicitur *Gerhardus*) *de Kazenellebogen*, *Henricus de Wilmavve*, & *Mangoldus de Nellenburg Comites. Otto de Berchteldorf* (Berchtoldesdorf) *Otto de Haslavv*, *Cunradus & Ulricus de Pilhenstorf*, *Stephanus de Meissavv*, *Henricus de Chunzing* (Chunring) *Gundaccarus de Havvspach*, *Otto de Hevvenfelde* & alii quam plures. Datum Wiennæ sedecima Kal. April Indict. 5. An. Dom. MCCLXXIII. (pone VII.) regni vero nostri an. 5. (fors 4to.)

Continetur in Diplom. Maximil. I.

Diploma 168.

DIPLOMA 168.

Rud. I. Aug. confirm. Styriæ privileg.

Rudolfus I. Aug. confirmat Styriæ privilegia a Ducibus Ottoc. & Leopold. ac Imper. Frider. collata, & singulares prærogativas eidem addit.

Ex historia Ducum Styriæ f. 109.

Rudolphus D. G. Rom. Rex semper Aug. &c. Attendentes immensam fidem & devotionem sinceram, quibus ministeriales Styriæ supradicti jugum oppressionis injustitiæ declinando, quod Majestatem nostram & Imperii enormiter offendebat, nostrum & imperii jusum & dulce dominium totis affectibus sunt amplexi, *universos & singulos*

tam

tam miniſteriales quam cæteros in eodem Ducatu Styriæ conſtitutos fideles noſtros ſub noſtram & imperii recipimus ditionem, ut non niſi a nobis Imperatoribus & Regibus ſucceſſoribus noſtris perpetuo teneantur, ſi autem prædictorum *miniſterialium Styriæ* favorabilis inſtantia noſtram providentiam pulſaverit, ut *eandem ducatum de manibus noſtris alicui principum, quem noſtra viderit dignum ad hoc ſublimitas, porrigamus, illum ad hujusmodi principatus honorem curabimus exaltare, de quo pars major & melior miniſterialium terræ* nobis duxerit conſulendum, *nolentes, ut eis ex cauſa rationabili renitentibus & invitis jugum novi dominii, quod eorum ſtatui non conveniat, imponatur* - - - ut autem tenor hujus privilegii a futuris dictæ terræ principibus ratus & ſtabiliter teneatur, præſenti præcipimus ſanctione, *ut dum princeps, qui pro tempore fuerit, a miniſterialibus Styriæ exigit fidelitatis juramentum, ipſi ad præſtationem hujus Sacramenti minime conſtringantur, donec princeps & Dominus corporali ſuo juramento promittat, ſe præſens privilegium in omnibus & ſingulis articulis ſervaturum* - - - Datum Wiennæ 12. Kal. Martii Indict. 5. An. Dom. milleſ. ducenteſ. ſeptuageſ. ſeptimo, regni vero noſtri anno quarto.

DIPLOMA 169.

Diploma 169.

Fridericus de Petav in Seizenſes munificus per teloneum Petav.

Frid. de Petav Seiz. benef.

Ex Diplom. Styr. p. II. f. 90. inter Seiz. num. 28.

Notum ſit omnibus tam præſentibus quam futuris, quod ego *Fridericus de Petovio* ſanctæ domui in Valle S. Joannis in remedium animæ meæ, ad ſubſidium ejusdem domus *duas partes telonei, ſcilicet Petoviæ*, quæ me contingunt, & *tertiam partem fratris mei* eo conſentiente contuli libere & quiete, ita tamen, ut in omnibus negotiis, quæ ipſum cœnobium & domum privatim reſpiciunt, nullum ab eis telonium exigatur. Si quid vero *homines ſeu ruſtici eorum* ibi negotientur, debite teloneum ſuum perſolvant. Hanc ergo collationem eis libere & poteſtative traditam, ne quis de poſteris noſtris conſanguineus aut alienus infringere unquam conetur, ſigilli mei munimine confirmavi.

DIPLOMA 170.

Diploma 170.

Hertnidus de Wildonia Mareſchallus Styriæ cedit quædam jura Seccovienſibus.

Wildon de Hertnid. benef. Seccov.

Ex Dipl. Styr. p. I. f. 238. inter Seccov. num. 104.

Nos *Hertnidus de Wildonia Mareſchallus Styriæ*, notum facimus univerſis præſentes litteras inſpecturis, quod cum inter nos ex parte una, & *D. Ortolfum Ven. Præpoſitum & Capitulum Seccov. Eccleſiæ* ex parte altera, *ſuper bonis in Eiſengor & Erzovald* quæſtio verteretur &c. inter nos eſt taliter definita, quod idem Præpoſitus & Capitulum dederunt nobis 50. *marcas argenti &c.* & nos non ſolum ceſſimus quæſtioni, imo etiam jus hæreditarium &c. libere tradidimus &c. con-

ſenſu *filii noſtri* mediante videlicet *Richeri* promittentes &c. quod nunquam veniemus in contrarium &c. & ſi *frater noſter Herrandus de Wildonia* vel ſui hæredes, vel *filii fratris noſtri Leutoldi de Tyrenſtein* bon. memoriæ, aut *Ulricus Pincerna de Ramenſtein* vel cohæredes noſtri alii &c. impetiverint ſuper bonis prædictis Præpoſitum & Capitulum memoratos, nos eosdem &c. tenebimur &c. illæſos ſervare penitus & indemnes &c. ipſisque pro nobis fide juſſores obligavimus infra ſcriptos *D. Wernhardum Epiſc. Seccov. Dom. milites Albertum & Ottonem fratres de Hornek, Volkmarum & Ulricum Wakercil cives de Graez &c.* Datum in *civitate Graez* in *domo Fratrum Minorum* Anno Dom. milleſ. ducenteſ. ſeptuag. ſept. 3. Id. Dec. Indict. 5.

Diploma 171.

DIPLOMA 171.

Liechtenſtein Capel. Seccov. dot.

Otto de Liechtenſtein dotem aſſignat Capellæ S. Joann. Evang. Seccovii.

Ibid. f. 239. *num.* 105.

Ego *Otto de Liechtenſtein* notum facio univerſis præſentes &c. quod *Pater meus bonæ mem. D. Ulricus, dum adhuc viveret*, & ego ob remedium animæ ſuæ & meæ, nec non *Dom. Berchtæ uxoris ſuæ fel. record. matris meæ* redditus & poſſeſſiones juxta communem æſtimationem ſolventes annis ſingulis 10. marcas & dimidiam denariorum ſolidæ monetæ *pro Ortolfo Ven. Præp. & Capitulo &c.* ob reverentiam & honorem B. V. Mariæ nec non S. Joann. Evang. &c. libere dedimus &c. & ego Otto poſſeſſionem eorundem redituum corporalem aſſignavi &c. quod de reditibus vitra convenientia pro feneſtris Capellæ S. Joan. Ev. *quam pater meus ædificare incepit opere ſumptuoſo, & ego decenter complebo &c.* (ſequitur luminis deſignatio & miſſæ perpetuæ, aſſignatio fundorum &c.) Datum & actum *Seccoviæ* an. 1277. VIII. Id. Januar.

Diplom. 172.

DIPLOMA 172.

Vorav. Canon. in prot. Rud. I. recipitur.

Rudolphus I. Aug. Canoniam Vorav. in ſuam & Rom. Imper. protectionem recipit.

Ex Archiv. Vorav. Canon. nondum editum.

Rudolphus *D. G. Rom. Rex ſemper Aug.* univerſis S. R. I. fidelibus præſentes litteras inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Meritis ſacræ religionis inducimur, ut perſonas religioſas & loca favoris benigni gratia jugiter proſequentes, eorum paci & tranquillitati, ne injuriarum concutiantur procellis, impoſterum conſulamus. Hinc eſt, quod nos *Monaſterium de Voravv, Præpoſ. & Conventum, & perſonas ibidem Domino famulantes* cum omnibus hominibus poſſeſſionibus, ipſi monaſterio attinentibus, ac juribus ſibi a quibuscunque principibus indultis *ſub noſtram & ſacri Imp. protectionem recipimus ſpecialem*, volentes, & univerſis vobis ſub obtentu gratiæ noſtræ firmiter inhibentes, ne quis contra hanc protectionis noſtræ gratiam in aliquibus monaſterii

ſterii ſui poſſeſſionibus, hominibus, & juribus *præfatum Præpoſitum & Conventum* aliquatenus præſumat vel audeat perturbare, quod qui facere præſumeret, gravem noſtræ Maj. offenſam ſe noverit incurſurum. Darum Wiennæ XI. Kal. Febr. Indict. quinta, regni noſtri anno quarto.

An. 1278.

An. 1278.

DIPLOMA 173.

Diploma 173.

Rudolphus I. Aug. concedit Teuton. Græcenſ. Scholam Græcenſem.

Rud. I. Aug. Teuton. Conc. Schol. Græc.

Ex Diplom. Styr. p. II. f. 188. *inter Teut. num.* 10.

Rudolphus D. G. Rom. Rex ſemper Aug. Cum de regulis procedat, benevolentiæ largitate univerſos *viros religioſos & Deo ſervientes* ſuo ſolicite communire præſidio, *fratres Ord. domus Theuton. Hoſpitalis S. Mariæ Hieroſolymitanæ*, qui ſpreta militia ſæculari facti ſunt milites Jeſu Chriſti, & ſub vexillo Domini regaliter militantis, pro redemptoris amore ſe morti, pugnando cum barbaris nationibus, tradere non formidant, tanto attentius debent in omnibus confoveri, quanto glorioſius pro Chriſtiani nominis defenſione noſcuntur in caſtris dominicis militare. Notum igitur facimus univerſis S. R. I. fidelibus tam præſentibus quam futuris, quod nos inſpectis ſumma devotione ac fidelitate ſincere, nec non & *præclaris ſervitiis, quæ religioſi viri antedicti Ordinis* noſtræ magnificæ Majeſt. ſimulque Romano imperio præſtiterunt, & præſtabunt annuente Domino in futurum, de gratia Regiæ Majeſt. *devotis ac honeſtis fratribus prænotati ordinis videlicet domus Theutonicorum in noſtra terra Styriæ in loco, qui dicitur Bayriſchgretz*, reſidentibus ob reverentiam & honorem *S. M. V. ac B. Chunegundis V. patronæ*, nec non ut divinum Officium felicius & laudabilius peragatur, *liberam Scholaſteriam in eodem loco concedimus*, & perpetualiter damus ita, quod ſæpe dicti fratres *poſſint Scholaſticum conſtituere & deſtituere*, quando voluerint, & eis videbitur expedire. Inſuper etiam *omnes Scholares* prædictas ſcholas frequentantes noſtra regia defenſione, ac S. R. I. protectione ſpecialiter ac taliter volumus contueri, ut ſi forte aliquis eorum exceſſum aliquem perpetraverit, qui judicium civitatis vel etiam provinciale videatur contingere, quod hac de cauſa nulli noſtrorum judicum vel civium vel officiatorum ipſos ſcholares liceat aliquatenus moleſtare, niſi *ſoli præfato Commendatori*, cui talia corrigendi & emendandi plenariam, præſentium ſerie tribuimus poteſtatem, firmiter & diſtricte præcipientes, ut prædicta ab omnibus inviolabiliter conſerventur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ conceſſionis paginam infringere, vel eidem in aliquo auſu temerario contraire, quod qui ſecerit, Regiæ majeſtatis offenſam ſe noverit incurſurum. In cujus rei teſtimonium &c. Datum *Viennæ* pridie Idus Martii Indict. 6. an. Dom. MCCLXX VIII. regni vero noſtri anno V.

Diploma 174.

DIPLOMA 174.

Landeſer de Erchenger. benef. Seccov.

Erchengerus de Landeſer cedit vineas quasdam Eccleſiæ Seccov.

Ex Diplom. Styr. p. I. f. 242. inter Seccov. n. 107.

Ego *Erchengerus de Landeſere &c.* quod Dominus meus ſereniſſimus Rex *D. Rudolfus ad partes Auſtriæ veniens* me ſuæ liberalitatis benevolentia viſitavit, conferens mihi *poſſeſſiones atque jura Dom. Ulrici quondam pincernæ de Haugsbach* perpetuo poſſidenda, quibus peractis *D. Ortolfus Ven. Præp. Seccov.* meam præſentiam accedens queruloſe propoſuit, quod *Dom Henricus & filius ejus Ulricus quondam pincernæ de Haugsbach* quasdam vineas *juxta Raetemgrube* ad Eccleſ. Seccov. pertinentes prætermiſſo juris ordine occupaſſent &c. quæ omnia *per nobilem virum Chalhochum de Schretenſtein*, aliosque legitime comprobavit. Tandem prædictas vineas ſententialiter reſtitui. Acta ſunt hæc An. Dom. milleſ. ducent. ſeptuageſ. octavo VII. Id. Febr.

Diploma 175.

DIPLOMA 175.

Wildon de Hertnid. benef. Epiſc. Seccov.

Hertnidus de Wildon liberalis in Epiſc. Seccov.

Ex eod. Diplom. f. 340. inter Epiſc. Seccov. num. 55.

Hertnidus *de Wildonia Mareſchallus Styriæ*, notum facimus univerſis, quod præcipue propter Deum, & ſpecialiter pro reverentia B. V. matris Dom. glorioſæ &c. dedi, tradidi, aſſignavi *Dom. Wernhardo Ven. Epiſc. Seccov. ejusque ſucceſſoribus univerſis atque Epiſcopatui Seccov. domum meam in Seebach*, quam munire cæpi, & proprietates in villis, videlicet *Svvarza cum 22. huebis & dimidia*, & in *Weitersvelde* cum huebis 8. & dimidia, & eorum attinentiis univerſis &c. Teſtes hujus rei ſunt *Ekkebardus de Dobreng*, *Frider. de Wolffſavve*, *Hermannus de Reyſach*, & *Marchardus de Herbeinſtorf* milites, *Henricus de Dreſnich &c.* Actum in Leyhentz Anno Dom. milleſ. ducenteſ. ſeptuageſ. octavo. tertio Idus April.

Ex Cod. MS. pag. 30.

Diploma 176.

DIPLOMA 176.

Heunburg benef. Gyrienſ.

Ulricus de Huenenburch & Agnes uxor benefici Gyrienſi Carutuſiæ.

Ex eod. Diplom. p. II. f. 141. inter Gyr. n. 8.

Ulricus *Comes*, & *Agnes Comitiſſa de Heynenburg &c.* in *Provincia noſtra Tyver* ſituatas villas *Chiletol* & *Chalop* monaſterio in Gyrio donavimus ſubnotatis teſtibus *Dom. Wlving de Hannau*, *Dom. Pillung de Cheinach*, *Dom Henrico de Griven.* Actum & datum apud *Voitsperch* Anno Dom. MCCLXXVIII. quarto Nonas Julii.

An. 1279.

DIPLOMA 177.

Hertnidus de Stadek præsente Græcii Rudolfo I. Aug. litem omponit cum Bernardo Episc. Seccov.

Seccov. lis componitur.

Ex Diplom. cit. p. II. f. 346. inter Ep. Seccov. num. 56.

Hertnidus de Stadek notum facio universis &c. quod cum ad querimoniam mihi coram Domino meo Rudolfo Sereniss. Rege Roman. per manus dilectæ *uxoris meæ Dominæ Di mudis de Velsperch* assignatam, nomine & loco ejusdem uxoris meæ *super judicio in Pirchfelde* moverem Ven. Dom. Wernhardo Seccov. Ep. quæstionem in *placito generali apud Grez celebrato*, cui præsedit Dom. noster glorioſissimus Rex prædictus, sana deliberatione & maturo consilio præhabitis, accedente consensu ipsius Dom. nostri regis, placuit ipsi Seccov. Episcopo & mihi sopire querelam &c. *Sequitur compositio litis*, testibus subnotatis *D. Ulrico de Mansverde*, & *Chunrado de Gleistorff* militibus &c. Actum & datum in *Græz* An. Dom. MCCLXXIX. Nonis Octobr.

Ex Cod. MS. pag. III.

DIPLOMA 178.

Rudolphus I. Aug. liberalis in Seccov. Canon.

Rud. I. Aug. benef. Seccov.

Ex eod. Dipl. cit. f. 243. inter Seccov. 109.

Rudolphus D. G. Rom. Rex semper Aug. scribis & Judicibus per Styriam &c. (insinuat, quod Seccovienſibus pro servitiis hucu que exactis in compensationem assignaverit de jure, quod *Marchfuter & Voitrecht* dicitur per 10. annos continuos, 40. modios avenæ *Australis mensuræ*, & 10. marcas argenti *de judicio in Chnutelvelde* per totidem annos & quidem singulis annis percipiendo) Actum Wiennæ Idus Maji (deest numerus ante Idus) regni nostri anno septimo.

DIPLOMA 179.

Frider. Salisburg. aliique Episcopi indulgentias dant Capellæ Liechtenstein. Seccovii.

Liechtenstein Seccov. Capell. indulg.

Ex eod. Diplom. cit. f. eod. num. 108.

Fridericus D. G. Sanctæ Salzb. Eccl. Archiepisc. Henricus Basileenſis. Petrus Patav. Joannes Chyemenſis. Wernardus Seccov. Ecclesiæ Episcopi cunctis Christi fidelibus &c- (*largiuntur Capellæ S. Joannis Evang. per nobilem virum Ottonem de Liechtenstein recens in Seccovia ædificatæ* seu potius consummatæ, *& proxime consecrandæ* 40. *dierum indulgentias tum in ipsa dedicatione, tum in festo ejusdem S. Patroni &c.* Datum *Wiennæ* An. An. Dom. millesi. ducentes. septuag. nono. Idus.

NB- Deest numerus ante Idus.

An. 1280.

An. 1280.

Diploma 180.

DIPLOMA 180.

Ramſtein de benef. Seccov.

Ulricus Pincerna de Ramſtein liberalis in Bernard. Ep. Seccov.

Ex eod. Diplom. f. 341. *inter Seccov. Ep. num.* 57.

Ulricus Pincerna de Ramſtein notum facio univerſis, quod ſana & matura deliberatione præhabita Seccov. Eccleſiæ tradidi, dedi, & aſſignavi ob remedium animæ meæ & *dilectæ conſortis meæ Dominæ Katarinæ filiæ Dom. Ottonis de Haslavv* & parentum meorum Dom. *Wernhardo Ven. Epiſc. Seccov.* ſuisque ſucceſſoribus univerſis redditus meos tales, videlicet in *Gotlike* decem marcarum & in *Pübelen* 10. marcarum, mediante beneplacito & conſenſu præfatæ uxoris meæ, & *filiarum mearum Margarethæ & Elizabetæ & Wendelinæ &c.* Teſtes ſunt hi, Domini *Chunradus de Gleiſtorf & Frider. de Laibniz milites Eccl. Seccov.* Otto de Leibniz. Siſridus & Ekbertus filii D. Wulfingi de Percha &c. Actum & datum in *Ramſtein* an. MCCLXXX. X. Kal. Sept.

Ex cod. MS. pag. II.

Diploma 181.

DIPLOMA 181.

Hainfeld curia Vorav.

Hermannus Abbas Chotewicenſ. teſtatur curiam in Hainfeld a Bernardo Præp. Vorav. fuiſſe locatam Dietmaro loci Plebano.

Ex Archiv. Canon. Vorav. nondum editum.

Nos Hermannus divina miſeratione Abbas Eccleſiæ Chotovvicenſis, omnibus, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, ſalutem in Domino. Rogati per *Rev. in Chriſto Patrem & Dominum Dominum Wernhardum Ven. Præpoſitum Eccleſiæ Vorovvenſis* ex una parte, & *Dytmarum Plebanum de Hainvvelde* ex altera parte, ut contractum infra ſcriptum, celebratum inter ipſos, noſtris litteris firmare curaremus, quod & fecimus eorum precibus annuentes. Noverint igitur univerſi præſentes litteras inſpecturi, quod idem *Dom. noſter Ven. Præpoſitus Vorovvenſis* de voluntate, & unanimi conſenſu totius conventus ſui curiam eorum *in Haunvelde extra forum ſitam* dicto *Dytmaro Plebano ibidem* jure civili contulit, ſub hac forma, ut ipſam curiam infra triennium inſtauret ædificiis neceſſariis & honeſtis, inſuper in feſto B. Bartholomæi Apoſtoli ſingulis annis unum talentum novorum denariorum Wiennenſium pro jure civili, ut præmiſimus, una cum cæteris omnibus ſervitiis, quæ alii coloni eorum ibidem ſolvunt, & ad conſuetudinem provinciæ approbatam ſolvat & ipſe Plebanus de curia eadem; qui ſi ullo tempore negligens fuerit in præmiſſis, ad modum alterius coloni pœnæ pro tali negligentia debitæ ſubjacebit. Si vero idem plebanus in his omnibus exſolvendis temeritate ſua, quod abſit, tentaverit reluctari, & poſt trinam admonitionem, quæ 6. hebdomadarum currit ſpatio, non correxerit hujusmodi contumaciam, & errorem, ex tunc omnino jure ſuo cadat, & dicta curia cum omnibus ſibi attinentibus *ad Dom. Præpoſitum* & Eccleſiam ſuam libere devolvetur: præterea ſi

pro-

proceſſu temporis ipſum Dietmarum Plebanum, quocunque caſu emergente, jus quod in eadem curia obtinet, contingat vendere, tenetur ex promiſſo eandem venditionem ipſis primitus exhibere, & minore pretio quam extraneo curiam ipſi dare, prout boni & honeſti viri *inter ipſum Dom. Præpoſitum & Eccleſiam ſuam* ex una, & ſæpe dictum Plebanum ex altera parte fuerint arbitrati, quam ſi forte tunc temporis *Dom. Præpoſitus* emere non valuerit aliquibus obſtaculis præpeditus, eidem Dietmaro Plebano non licebit jus ſuum alicui vendere præter ipſius Dom. Præpoſiti licentiam ſpecialem. In cujus rei teſtimonium præſentem paginam Sigilli noſtri Karactere communimus. Datum in *Chotevvico* An. Dom. MCCLXXX. Indict. octav. Teſtes vero, qui ſunt in inſtrumento Domini Præpoſiti etiam hic notamus. *Dom. Hermannus Decanus, Dominus Duringus Plebanus, Dominus Ditericus Cuſtos, Dom. Conradus Camerarius, Magiſter Siboto, Walthe-rus Teloniarius, Wlvingus Stadeler, Sidlo Piſtor, Eberhardus Officialis, Fridericus Wchs, Leutoldus Pringez* & alii quam plures.

Sigillum eſt ad medietatem fractum, præſentat S. Benedictum ſtantem, tenentem manu ſiniſtra librum, dextera paſtorale: circumſcriptio: *Abbas Chotvvici*, reliqua deſunt. cera eſt nigra.

An. 1281.

An. 1281.

DIPLOMA 182.

Diploma 182.

Compoſitio litis inter Wichardum de Polheim & Monaſterium Admontenſe.

Monaſt. Adm. acta.

Ex Diplom. Styriæ p. II. f. 229. inter. Admont. n. 12.

Ego *Wichardus de Polnheim*, & *Sifridus & Dietricus & Heinricus filii quondam Dieterici pincernæ de Dobra*, nec non *Margaretha & Catharina filiæ ejusdem Dieterici* (componitur diuturna lis cum Admontenſibus ſuper *foro S. Petri in Augia*) Actum *in caſtro Styrenſi* Anno Dom. MCCLXXXI. XI. Kal. Febr.

An. 1282.

An. 1282.

DIPLOMA 183.

Diploma 183.

Donatio monaſterio Göſſ. facta a D. Henrico de Ehrnvels per modum teſtamenti.

Göſſ. donat.

Ex Diplom. Duc. Styr. p. I. f. 101. Dipl. Göſſ. 65.

Nos *Wulfingus & Ortolfus fratres de Trevvenſtain, Wernherus de Slyerbach, & Ulricus de Wildonia*, tenore præſentium unanimiter confitemur, quod *Dom. Henricus de Ehrnvels* fel. record. in extremis poſitus nos tanquam amicos ſuos, in quibus habebat fiduciam, ſuppliciter exoravit, ut, cum expiraret, de bonis ſuæ proprietatis unius talenti den. redditus Eccleſiæ in Göſſe in parentum in animæ ſuæ remedium vice ſui ſine contradictione quorumlihet donaremus. Cujus voluntatem in hac parte ſollicite perſequentes Eccleſiæ præfatæ in

Gösse *in Magersdorf in marchia* 2. hübas, & *in Lübechendof* quinquè areis ſolventes talentum prælibatum & *circa gernas in Pierpoim* 2. hubas ſolventes marcam unam den. duas hubas *circa Strechauve & in Donnerſpach*, duo ſeuda quæ quatuor reddunt, & unam marcam pro fratris ſui *Anthoni & Hermanni* jam dicti *Schodran* remedio, cujus ipſe Dominus Heinricus Eccleſiæ in Gösse debitor antea erat, quod Hubæ cum areis *Henr. de Gurzhaym, & Ulrici Judendorf* famulis *Dom. Herburgis ejusdem Monaſterii Ven. Abbatiſſæ* per loca, nec non nomina ſunt oſtenſæ cum lignis & paſcuis quæſitis &c. In cujus rei evidentiam ſigillo Dom. Herburgis tunc Ven. Abbatiſſæ, & noſtris quoque ſigillis ſubnotatis nominibus teſtium, qui aderant, præſens ſcriptum &c. ſunt autem teſtes: *Dom. Wulfingus & Ortolfus fratres de Trevvenſtain, Dom. Wernherus de Styerbach, Dom. Ulricus de Wildonia, Dom. Henricus de Stubenberch, Dom. Albertus de Wilpach, Erneſtus ab dem Raetze, Wulfingus Holzman, Ulricus cognom. Teifelsnamen, Fridericus Officialis in Gösse, Henr. de Gurzhayn, Ulricus Judendorf, Erneſtus de Nuzberch*, & alii plures fide digni. Actum & datum *in Gösse* An. Dom. MCCLXXXII. Kal. Octob.

Diploma 184.

DIPLOMA 184.

Seccov. acta.

Henricus Pincerna de Hausbach cedit litem Seccov.

Ex Diplom. Styr. p. I. f. 244. Dipl. Seccov. n. 111.

Henricus *Pincerna de Hausbach* notum eſſe cupio tam præſentibus quam futuris, quod ab impetitione ſeu litis contentione quæ *inter Ven. Præp. & Conventum Seccov. Eccleſiæ*, & me *pro* 8. *vineis Rotengrueb* vertebatur (v. diploma 174.) præſente *D. Erchengero de Landeſere, & D. Chalchocho de Schrattenſtein* &c. voluntate libera deſtiti &c. Datum in nova civitate An. Dom. milleſ. ducent. octuageſ. ſecundo 5. Kal. Octobr.

Diploma 185.

DIPLOMA 185.

Heinburg. res.

Ulric & Agnes de Heinburch confirmat donat. Anno 1278. factam.

Ex Diplom. Styr. p. II. f. 142. inter Gyrienſ. num 9.

Confirmatio eſt donationis an. 1278. factæ & auctæ jure montano quoad vineas, per eundem Ulricum & Agnetem. Teſtes *Ulricus de Scherphenberch, Otto de Walde, Fridericus de Leibnitz.* Datum & actum *in Gyrio* An. Dom. M. CCLXXXII. in die B. Mathiæ Apoſt.

An. 1283.

An. 1283.

Diploma 186.

DIPLOMA 186.

Admont. res confirm.

Albertus I. confirmat privilegia Admontenſium.

Ex Diplom. Duc. Styr. p. II. f. 229. inter Admont. n. 13.

Nos *Albertus D. G. Dux Auſtriæ & Styriæ, Dominus Carnioliæ, Marchiæ, & Portus Naonis* &c. (confirmat Henrico III. Abbati Admontenſi *eidemque ſcribæ provinciali Styriæ* omnia jura & privilegia a Rudol-

Rudolpho Aug. parente monaſterio collata) actum in *Chindeberch* Anno Dom. MCCLXXXIII. Kal. Aug. Hujus rei teſtes ſunt *Otto de Liechtenſtein Judex Provinc. Styriæ*, & *Mr. Bentzo noſter Protonotarius.*

DIPLOMA 187.

Diploma 187.

Leopoldus Ep. Seccov. quædam onera remittit Seccov.

Seccov. ref.

Ex Diplom. Ducat. Styriæ p. I. f. 245. inter Seccov. num. 112.

Fridericus *D. G. Salzb. Archiep. &c.* quod dilectus in Chriſto frater *Leutoldus ſucceſſor fel. record. D. Wernhardi quondam Epiſc. Seccov. &c.* ad inſtantiam precum noſtrarum *procurationem 6. ſeptimanarum*, quam prædictus *D. Wernhardus* ex arbitrio quorundam laicorum, videlicet *Ulrici Domini de Liechtenſtein*, *D. Herrandi de Wildonia*, *Ekardi fidelis noſtri de Dobreng*, & *Chunradi de Tulna ſcribæ Styriæ*, cum certo perſonarum & evectionum numero a *D. Præp. & Capitulo Seccov.* per ſe & ſucceſſores ſuos ſingulis annis percipiendam introduxerat &c. renuntiavit &c. Actum & datum *Salzburgæ* An. Dom. milleſ. ducenteſ. octuageſ. tertio. V. Non. Martii.

DIPLOMA 188.

Diploma 188.

Otto de Liechtenſtein Judex Styriæ litem adjudicat Seccovienſ.

Seccov. ref.

Ibid. inter Dipl. Seccov. num. 113.

Ego *Otto de Liechtenſtein Judex Styriæ Provincialis* ad notitiam omnium deduco, quod *D. Ortolfus Præp. & Conventus Eccleſiæ Seccov.* contra *D. Albertum & Henricum & Wigandum fratres de Maſſenberch* quæſtionem ſuper prædiis *in Feuſtriz prope Prank* ſitis &c. certum dierum intervallum & numerum obſervantes uſque adeo ventilarunt, quod *coram me in Graz provinciale placitum celebrante*, ſententia *ab omnibus Dominis & Baronibus Styriæ* rationabiliter edita, *prædictis Præpoſito & Conventui* adjudicavit, ut circumſedentes (vicini) viri ad hoc idonei atque digni ad dicta prædia deſtinati, cui partium attinerent, audirentur. In cujus rei &c. Datum in *Gracz* An. Dom. milleſ. ducent. octuag. tertio. XV. Kal. ſept.

An. 1286.

An. 1286.

DIPLOMA 189.

Diploma 189.

Henricus Abbas Admont. Capit. Styriæ litem Seccovienſibus adjudicat.

Henric. Abb. Adm. pro Sect. dicit.

Ex Diplom. Styriæ p. I. f. 247. inter Seccov. num. 116.

Nos *Hainricus D. G. Abbas Admuntenſis Capitaneus ac ſcriba Styriæ & Anaſi* ad univerſum &c, quod cum inter *Reverendum in Chriſto Patrem & Dominum noſtrum Rudolphum Ven. Archiepiſcopum Salzburgenſem* ex una, & *Ven. D. Ortolfum Præp. Seccovienſem* ex altera parte ſuper quibusdam bonis ſub montibus, & ſupra montes *Karberch & Ebenberch*, & *in foro & circa forum Ceyrich* (nunc *Zeyring*) ſituatis quæſtio verteretur,

tur, nos dictum locum accedentes nominavimus viginti & unum fide dignos convicinos, ex quibus tandem secundum jus & consuetudinem terræ hactenus approbatam septem electos deputavimus, ex quibus 4. videlicet *D. Chunradus de Valle tunc Castellanus in Offenberb*, *D. Dietmarus de Geula*, *Ernestus de Mautersdorff*, & *Ernestus de Gurzzeim* jurati coram nobis deposuerunt, quod prædicta bona ad præfatam Ecclesiam Seccoviensem jam longis retroactis temporibus pertinuerint &c. igitur possessionem prædictorum prædiorum &c. *memorato Domino Ortolfo* restituimus &c. testibus qui huic tractatui intererant subnotatis, qui sunt *Magister Hainricus de Trovajach Decanus Brixinenſis &c. Domini Dietmarus & Henricus de Strettvvich*, *D. Ernestus de Lobnich*, *D. Ernestus de Golziach* milites, *D. Ulricus de Wildonia*, *D. Offo de Saurau*, *D. Dietricus & Fridericus fratres de Pux* milites, *Hermannus & Pollinz Notarii &c.* Datum & actum apud *Ceyrach* An. Dom. millesimo ducentesimo octuagesimo sexto.

Dies deest.

An. 1287.

An. 1287.

Diplom. 190.

DIPLOMA 190.

Pikelbach Cast. Seccov.

Gundaccar de Hausbach vendit Castrum Pikelbach Leopoldo Episc. Seccov.

Ex Diplom. Styriæ p. I. f. 343. *inter Ep. Seccov. num.* 59.

Gundaccarus de *Hausbach* cupio fore notum, quod ego castellum in *Pikelbach*, quod post divisionem hæreditatis cum fratre meo Henrico & sororibus meis videlicet *Richarde*, *Chunegunde*, *Albeide* legitime factam cum omnibus suis pertinentiis &c. *Domino Leupoldo Ven. Seccov. Episcopo* recipienti nomine suo & dictæ Ecclesiæ suæ pro centum & quinque marcis argenti, ex quibus marca valere debet decem & septem lot de moneta Grezensi denariorum, vendidi, dedi, cessi &c. In cujus rei evidens testimonium præsentes litteras una cum sigillo meo, sigillis *D. Henrici de Schœnavve* avunculi mei, nec non *D. Gotfridi de Wildungesovve* soceri mei procuravi roborari &c. Testes sunt *Domini Ditmarus de Geula*, & *Ortolfus de Torseul* milites &c. Actum in *Grætz* An. Dom. MCCLXXXVII. XII. Kal. Sept.

Ex Cod. MS. pag. VI.

An. 1288.

An. 1288.

Diploma 191.

DIPLOMA 191.

Seccov. rec.

Ulricus Comes de Phanberg compensat damna per Henricum parentem Seccov. Ecclesiæ illata.

Nos *Ulricus Comes de Phanberg* universis &c. quod ob remedium animæ illustris viri *Domini Henrici* fel. record. dilectissimi genitoris nostri quondam *Comitis de Phanberg*, & in recompensationem damni per ipsum Dominum & patrem nostrum, ac homines ipsius olim Ecclesiæ Seccovienſi in bonis suis apud *Wetschein* injuriose illatis jus advocatio-

cationis in manſo, qui dicitur an der Gemein, ſito in diſtrictu noſtro *Semriach*, quique ad Eccleſiam Seccovienſem pertinet, remittimus ſimpliciter, transferendo ipſum jus in Virum Ven. D. *Ortolfum ejusdem Eccleſiæ Præpoſitum.* In cujus rei perpetuam memoriam præſens ſcriptum ſigillo *Chariſſimi ſoceri noſtri D. Ulrici magnifici Com. de Heunburch* ac noſtri nomine duximus roborandum. Actum & datum apud *Grætz, in domo Minorum Fratrum* mediante Reverendo in Chriſto Patre ac Domino *Leupoldo Ven. Seccovvenſi Epiſcopo*, nec non præſentibus viris nobilibus *Friderico de Stubenberg, Ottone de Leibnitz, D. Chunrado de Gleiſtorff, Dominis Ottone & Rapatone Mordacibus*, fidelibus noſtris, & aliis quam pluribus. Anno Dom. milleſ. ducent. octogeſ. octavo. III. Nonas Novembr.

DIPLOMA 192.

Diploma 192.

Thomas Rechberger Canon. Patav. & Plebanus in Freuſtadt fundat Anniverſ. Voravii.

Vorav. fund. quædam.

Ex Archivo Prælat. Vorav. ubi originale extat nondum editum.

Nos *Chun. divina permiſſione Præpoſitus, Ulr. Decanus*, totusque Conventus monaſterii Vorawen. Ord. S. Aug. Can. Reg. Salzb. Diœc. univerſis & ſingulis præſentium dicta inſpecturis cupimus fore notum. Ex inſpectis & conſideratis *diſcreti viri & Domini Thomæ Rechperger Can. Eccleſiæ Patavienſis, nec non Plebani in libera civitate ejudem Diœc.* devota affectione & deſiderio ſpirituali, quibus ob remedium animæ ſuæ tam in vita, quam in morte, ſe noſtris orationibus ſpecialiter commendavit, & pro quo etiam tenemur preces effundere ex charitate fraterna, quam erga nos eſt dudum cum parentibus ſuis humiliter affecutus, conſenſu unanimi & concordi deliberatione præſentibus firmiter pollicemur, ex ipſius D. Thomæ jam dicti & parentum ſuorum ſingulis annorum revolutionibus in die S. Praxedis virginis anniverſarium celebrabimus, vigilias cantando cum miſſa defunctorum, ſicut circa nos & in monaſterio noſtro fieri eſt conſuetum, & ſi die prædicta aliqua ſolemnitate præpediremur, aut alia rationabili cauſa, quod hoc fieri non poſſit, tunc ipſum anniverſarium aliqua dierum præcedentium celebrabimus opportuna, tenemur etiam præfata die ordinare *cum noſtro Plebano fori noſtri*, qui ex tunc plebem rexerit, ut hunc anniverſarium ſimiliter peragat cum vigiliis & miſſa defunctorum, cui 24. denariorum *magiſter noſter oblariæ* effectualiter pro laboribus ſuis aſſignabit, pro quibus ſic peragendis prænominatus Dominus Thomas Rechperger 22. florenos puri auri & legalis ponderis nobis realiter aſſignavit; ſi autem ipſum anniverſarium, ut præmiſſum eſt, non perageremus, ſegniter ommittendo, tunc noſtri monaſterii Prælatus nos omnibus privare tenetur præbendis vini, donec omiſſa compleamus, quæ per nos ſuperius promiſſa, & literatenus prænotata. In cujus rei teſtimonium præſentes litteras fieri juſſimus, & ſigillorum noſtrorum munimine roboravimus. Datum in Voraw in die Sanctorum Remigii, Germani, & Vedaſti anno Dom. milleſ. ducent. octuageſ. octavo.

Sigillum ad ſiniſtram eſt Præpoſiti; effigies nempe ſtantis cum paſtorali ceræ viridis, circumſcriptio: *Sigillum Chunradi Præpoſiti Vorowenſis*, ad dexteram eſt ſigillum Capituli, circumſcriptio: *Sigillum Eccleſiæ Voravvenſis.*

An. 1290.

An. 1290.

Diploma 193.

DIPLOMA 193.

Seccov. Epiſc. res.

Hertnidus de Wildonia componit litem cum Leopoldo Epiſc. Seccov.

Ex Dipl. Styr. P. Frœlich p. I. f. 343. *inter Ep. Secc.* 60.

Hertnidus de Wildonia *Marſchallus Styriæ* ſcire cupio univerſos, quod cum inter *Rev. Patrem Dominum Leupoldum Vener. Epiſc. Seccov.* ex una parte, & me ex altera, ſuper quibusdam hominibus & bonis eorum, quos & quæ *idem Dominus Epiſcopus ex donatione patrui* (legendum puto *avunculi aut conſobrini &c.*) *Domini Leutoldi de Chunringe*, ad ſe & Eccleſiam ſuam aſſeruit pertinere, nec non *ſuper Eccleſie in Styven advocatia*, & judicio in bonis ad eandem Eccleſiam pertinentibus, fuiſſet aliquamdiu diſceptatum, ego tandem totam cauſam &c. ad manus ipſius Domini Epiſcopi ſub ſpe ſuæ gratiæ reſignavi & qui mihi reſignavit & donavit 3. perſonas de pueris *Henrici Aurobam*, videlicet Rudolfum ſeniorem filium ſuum, & uxorem *Jacobi de Dyrenſtain Chunegundim &c.* & *Sororem ejus Alheidem &c.* quam gratiam ratam & gratam habens, & ea omnino contentus renuntiavi omni juri & juris auxilio cum conſenſu *uxoris meæ Dominæ Agnetis, & omnium puerorum meorum Richeri, Hertnidi, Ulrici & filiæ meæ (Elizabetæ &c.)* teſtes vero ſunt hi: *D. Mainhardus de Zenzelemdorf* (fors *Zinzendorf*) *Syboto de Waſen, Marchvvardus de Hervveigstorf, Chunradus de Gleisdorf* milites &c. Datum & actum *in S. Georgio apud Styven* An. Dom. MCCXC. 4. Kal. Maji in die S. Vitalis M.

Ex Cod. MS. pag. 20.

An. 1297.

An. 1297.

Diploma 194.

DIPLOMA 194.

Jus mont. in Saven. Vorav.

Albero de Sewenſtain jus montanum in Saven confirmat Canoniæ Vorav.

Ex Archiv. Prælat. Vorav. nondum vulgatum.

In Chriſti nomine Amen. Cum propter hominum labilem memoriam neceſſarium foret, cuncta, quæ fiunt ſub tempore, ne labantur cum tempore, aut ne ex humana fragilitate oblivio ſibi locum vendicet, ſcripturæ teſtimonio roborari, notum univerſis facio tam præſentibus quam futuris præſentem litteram inſpecturis, quod ego *Albero de Sevvenſtain* libere, plenarie, & perfecte conſenſum, voluntatem, ac favorem dedi, præbui & adhibui venditioni, quam *frater meus Berhardus* neceſſitate ſibi imminente fecit Venerabili Præpoſito Chunr. ac toti Capitulo Eccleſiæ Vorowenſis ſuper *jure montano in Seven*,

Seven, quod ſibi venditionis tempore jure hæreditario competebat; fuit autem jus montanum XIII. urnæ cum dimidia, quas urnas dictus frater meus Berhardus in duas libras denariorum Wiennenſium commutavit. proteſtans veraciter me, vel meos hæredes penitus ullum jus in prædicto jure montano habere, ac ſi nullo unquam tempore prædictos Dominum Chur. Præpoſitum vel ſuos ſucceſſores, aut Capitulum Vorowenſis Eccleſiæ inquietare. Volo de facto, cum de jure non poſſem, ſed eis ſupradicta jura montana utpote ad ipſos juſto emptionis titulo ſpectantia cupio dimittere pacifice & quiete. Acta ſunt hæc Anno Dom. M. CC. LXXXXVII. Indict. decima.

Sigillum eſt mera aliqua variorum angulorum figura. Circumſcr. *S. Alberti D. Sebenſtein*: afforis ſcriptum legitur: *Littera venditionis ſuper jure montano in Saven.*

An. 1298.

An. 1298.

DIPLOMA 195.

Diploma 195.

Ulricus de Pfanberg donat Henrico de Stubenberg vaſallos ſuos inter. Neopolim Auſtriæ & Pütten.

Ulr. de Pfanb. cum Stubenberg acta.

Ex Collectan. Geneal. Hiſtor. Excell. Wurmbr. f. 4.

Wür graf Ulrich von Pfanberg verjechen, und thuen kund allen den, die dieſen brief anſehen oder hören leſen, daß wür mit verdachten muet, und mit unſer lieben Haus-frauen Gravinne Margreten willen, und mit fürzicht aller unßer kinder haben gegeben unſern lieben Ohaim Herrn Hainrich von Stubenberch, alles das aigen, das am ſchilt, ritter, und Knappen, und Burger zwiſchen der Neuenſtadt und Puten gehabt habend bay der leitach, baidenthalben des waſſers, und daß die rede ſtets und unzerbrochen beleibe, des geben wür ihm dieſen brieff zainen urkunde, verſigelt mit unſer baider inßigel. Des gelübdes ſind gezeuch Herr Otto von Rattenſtorff, Herr Wolfing von Avlenz, Herr Seifrid von Chratendorf, Ulrich ab dem laß; Heinrich vom Sande, Johannes Meichart von dem Weier, Veit von Eppendorff, und ander biderleuthe. Und iſt das geſchechen nach Chriſti geburt, über tauſent jahr zwey hundert, und in den achten und und neunzichſten jahr.

Ex Archiv. Wurmbrand. num. 26.

An. 1306.

An. 1306.

DIPLOMA 169.

Diploma 169.

Hertindi Præp. Vorav. fundatio confirmata a Conrado Salisb.

Ex Archivo Prælaturæ Vorav. nondum editum.

Univerſis præſentes litteras inſpecturis & audituris Chunradus Dei gratia Sanctæ Salzburgenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, A. S. L. Salutem in Domino ſempiternam. Noveritis nos vidiſſe, & inſpexiſſe quasdam litteras ſigillatas ſigillis in Chriſto dilectorum Hertindi Præ-

poſiti & Conventus Eccleſiæ Vorowenſis, non vitiatas, non abolitas, nec in earum aliqua parte cancellatas tenoris per omnia & continentiæ infra ſcriptæ. *Nos Hertindus Dei gratia Vorowenſis Eccleſiæ Præpoſitus ac Curiæ Salzburgenſis Capellanus* præſentibus profitemur, & conſtare volumus univerſis, quod nos de conſenſu & bona voluntate conſenſus noſtri in remedium ſalutis noſtræ, prædeceſſorum, & Succeſſorum noſtrorum ad altare ſanctæ Crucis in noſtra Eccleſia Miſſam unam de Beata Virgine, in qua defunctorum Prælatorum, prædeceſſorum, & aliorum confratrum noſtrorum cum Collecta Beati Petri Apoſtoli, & noſtri, ac Succeſſorum noſtrorum vivorum Prælatorum cum Collecta: *Spiritum veritatis &c.* Commemoratio diebus ſingulis habeatur, & antiphonam de ipſa Beata Virgine, videlicet: Specioſa facta eſt, finito completorio etiam diebus ſingulis inſtituimus cum nota, perpetuo decantandas, de penſione conſueta & debita *de parochiali Eccleſia S. Ægidii* libras quatuor & dimidiam pro conſolatione ſacerdotum, ipſum altare inofficiantium & libras quatuor denariorum, quæ de noſtrorum confratrum *Canonia* nobis pro veſtibus ſunt annuo deputatæ, pro hujusmodi antiphonæ inſtitutione ad augendas ipſorum Dominorum confratrum noſtrorum cappas, etiam perpetuis temporibus deputantes, libram quoque dimidiam de prædicta parochiali Eccleſia, nec non ſexaginta denariorum de curia dicta an den *Püchl* pro lumine, ſcilicet, una lampade ad prædictum altare, nihilominus ordinamus volentes, conſuetum lumen pridem ſæpe dicto altari daſerviens vice lampadis confratrum noſtrorum dormitorio perpetuo deſervire, & ne per hanc noſtram inſtitutionem Præpoſiti præfatæ Vorowenſis Eccleſiæ, quicunque pro tempore fuerint, diminutionem ſentiant in ſuis redditibus, aliqualem nos recompenſam dictarum librarum denariorum condignam facere cupientes, *prædia in Liechtenegg & Langenek* & ſylvam ibidem ad centum jugera ſe extendentem, jus quoque montanum in *Edlitz* ad viginti urnas vini annuatim ſe extendens, quæ omnia *a Domino Ulrico milite dicto Pezek* jure proprietatis ſibi attinentia comparavimus ad ſeptem librarum redditus vel amplius ſe extendentia ſummæ reddituum Prælatorum noſtræ Eccleſiæ, a quibus prædictas libras denariorum per hujusmodi Miſſæ & antiphonæ inſtitutionem abſtraximus, in refuſionem ſufficientem & & congruam ordinamus, & decernimus annotari auctoritate præſentium & aſcribi, inſuper a ſtrenuo milite *Domino Ulrico dicto Graffenbek* curiam dictam an den Bichel ſitam in prædio dicto *Steinbach* libere & abſolute comparavimus, quæ ad decem & octo ſolidos denariorum uſualis monetæ annuatim ſe extendit, quam etiam Dominis & confratribus noſtris ob animæ noſtræ prædeceſſorum noſtrorum, & ſucceſſorum felicis recordationis ſalutem & remedium dando perpetuo condonamus, tali modo, quod, quicunque *bonis oblariæ* ad alicujus temporis ſpatium præficitur, prædictam curiam gubernet una cum aliis, atque regat, prædictis confratribus noſtris, ut in infra ſcriptis ordinabimus, ſecundum ipſius conſcientiam providendo, inprimis ſiquidem ſtatuimus, ut idem *oblariæ magiſter* de ſupra dicta curia ſolidos quinque denariorum recipiens, Dominis & fratribus noſtris *pitan-*

tiam

tiam unam proxima die poſt feſtum Trinitatis faciat de eisdem, viciſſimque indeterminata, determinari ac certificari ſapientis conſilio debeant, cuilibet Dominorum de nocte vigiliis dictis cum nota unum adminiſtrari ferculum deſignamus, mane vero Miſſa cantata pro defunctis cui omnes fratres intereſſe debeant præſentes, fercula duo præbendam vini boni emptitii, panem album ad unum denarium ſe extendentem ipſis adminiſtrari nihilominus ordinamus, libram unam denariorum memoratis confratribus noſtris *ad ipſorum oblariam* etiam deſignamus, orationem autem ſingulis diebus & noctibus in ſuffragiis, antiphonam cum Collecta de Sancta Trinitate videlicet, te invocamus, te adoramus, diebus ferialibus dicendam, & diebus celebribus ipſam fore injungimus decantandam, deputantes etiam prædicto magiſtro, qui pro tempore præfuerit, ſolidos tres denariorum pro triginta Miſſis pro defunctis continue dicendis, die eodem inchoandis in ara Sanctæ Crucis per ipſum dici, vel ipſam dicendum per alium ordinari; ut autem is, qui prædicti laboris videlicet adminiſtrandi curam ac ſollicitudinem geſſerit, minori afficiatur tædio per laborem hujusmodi, ut & diligenter & ſolerter ipſius ſollicitudinis onus deportare curaverit, eidem cenſum triginta derariorum de curtoria una per nos in foro comparata, in qua Duringus carniſex ad præſens reſidet, deputamus, in cujus rei & inſtitutionis teſtimonium evidens & cautelam, præſentem litteram conſcribi fecimus ſigillorum noſtri & Conventus noſtri munimine roboratam. Datum in Vorawe anno Domini M. CCC. VI. VIII. Id. Martii, qui quidem Præpoſitus & Conventus pro confirmatione ordinationis in eisdem litteris expreſſæ nobis non ſolum inſtanter, *veraciter*, imo humiliter ſupplicarunt, unde attendentes, quod per hoc divinus augmentatus eſt cultus, ad quod jugiter tenemur intendere, & etiam pium prædictorum Præpoſiti & Conventus propoſitum, ordinationem prædictam, ſicut rite provide facta eſt, ratam & gratam habentes, ipſam tenore præſentium confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, in cujus rei teſtimonium præſentes litteras fecimus ſigilli noſtri munimine roborari. Datum Salzburgæ anno Domini milleſimo, trecenteſimo, ſexto. VI. Kal. Aug. ſigillum appenſum eſt in magnitudine quatuor digitorum, figura eſt S. Rupertus ſedens ex cera communi, circumſcribitur: Chunrad. Dei Grat. Sac. Salzburgen. Eccleſiæ Archiepiſcopus Apoſt. ſedis Legatus.

An. 1309.

An. 1309.

DIPLOMA 197.

Diploma 197.

Kauf-Brief über den Pulbungsreith auf der hochen warth ſambt zuegehör von Heinrich von Stubenberg an Hrn. Probſten zu Vorau.

Stubenberg cum Vorav. acta vendit.

Ex Archivo Prælaturæ Vorav. nondum editum.

Ich Hainrich von Stubenberg vergich und thue kundt allen den, die dieſen brief ſehen oder hören leſen, die nun ſind oder hernach

künftig werden, daß Christian von Pölan mein Man, mit meinen guten willen, und mit gunst meiner Haus frauen Catherein und meiner geerben hat verkauffet alles das guet, das sein recht eigen war und ist geweßen, das er gehabt hat, da zu Pillungesreit auf der Hochenwarr an Heffen, und an Hoffstetten, und an aker, und an Holz, und an waid gesucht und ungesucht, gestüfft und ungestüfft, so wie er es da zu den vorgenanten guet und eigen gehabt hat, dem Ehrbaren manne Probst Hartniden* von Vorawe und seinen Gottshaus um sechs und zwanzig Pfund alter Wienner, und seiner haus Wrowen ein pfund zu leichhaufen, und der selbe Christian der vorgenanten pfeninge schon und redelich gewert ist; ich bint mich auch dem vorbenanten Probst und seinen Gottshaus ledichleichen an alles dienst immerchleichen durch Gott, das selbe gut zu schermen und zu friden, an allen den steten, do in sein noth und durfft geschicht, und das diser sache, und dieser gewerffe, stäte unbekränket muge verbleiben, des gib ich dem offt genanten Probst Hartniden, und seinen Gotts-haus zu Vorawe zu einen ewigen urkund und zu einen gezeige, und auch zu einer Vestenunge diesen Brief versigelt mit meinen Jusigel, auch sind gezeige deren sachen, und diser red die Ehrbahre leüth, Herr Otte von Razensdorff, Herr Otte von Avenlenz, Herman von Sturberch, Diedaip von Pöllän, Leupold der Zwichel richter zu denselben zeiten ze Pöllan, Eberhard der Pawer, Perrusel und andere ehrbahre und biderte leuth, die bey dieser sach gewesen sind; diser brief ist geben und geschriben ze Pöllän, do von Christes geburt waren tausent jahr und drey hundert jahr an St. Gregoren tag.

* *Hertnidus.*

Sigillum est anchora sed sine spira, quemadmodum alias solet esse sigillum Stubenberg. circumscriptio est: *S. Henrici* des Stubenberg.

Diploma 198.

DIPLOMA 198.

Krumbach cum Vorav. rer.

Stifftung der Herrn von Krumbach nach den Gots-haus Vorau.

Ex Archivo Prælaturæ Vorav. nondum editum.

Ich Heinrich von Chrumbach und Heinrich und Ulrich mein bruder verjechen und thuen kund allen den, die diesen brief sechen und hören, die nun sind, oder hernach künftlich werdend, daß wür mit guten Willen, und mit gunst und mit gemeinen rath aller unser geschwister und unser gerben, Stät und Ewichleichen unzerbrochen haben das Sel gret und die gab, die unser anne Vrowe gertraut (in apographo Cancell. Vorav. additur von Rünberg, weillant Herrn Heidenreiches tochter von Rünberg, dem Gott gnad) hat geben besonderlich der Sammung der Chor Herrn do ze Voraw, den man nennet den Bischoffs hoff an den Maissenberg durch aller unser vordere Sel willen, und demselben Hoffes Scholen sein Voit und Scherm besonderlich durch Gott und durch seines heiles willen, und durch der vorgenanten Sel willen an alle pfranchus, also daß er gewag sey und in genug seines Voites recht, das sol sein ein mezze haber und ein hun, wer den eigens ze Rumberg gewaltig Herr ist, auch wollen wür, daß der

vor-

vorgenante hof alles das recht haben sol ze feld, ze holz, ze Wald, das die andere Höff habend des vorgenanten eigens, und daß man in daran an nichten irren sol; wür wollen auch, wenne Herrn Haidenreiches unserens Urenne und an unser vordern Jahrzeit ist, als es vorgelübt ist, messe und vigilie mit gemeinen Singen, und Inleicher Priester ein messe spreche, wen ihm dez stade wird; das aber dise sache stätt und unzerbrochen sey, dez gib ich meinen offenen brief besigelt mit meinen Insigl ze einen gezeüg, diser sache sind gezeige Hr. Rudolf von Chrumbach unser Vetter, Hr. Dietrich von Aichberg, Chunrad von Fridberg, Innsel von Fridberg ze den zeiten Schaffer ze Rümberch, und anders biderte leüth. Diser brief ist geschriben zu Runberg, do von Christus geburt waren tausent jahr und 300. jahr in den neinten jahr in Sanct Oßwaldes Tag.

Sigillum appensum unicum, circumscr. Heinrich von Chrumbach.

An. 1314.

An. 1314.

DIPLOMA 199.

Diploma 199.

Fratres de Chrumbach varia bona vendunt Ottocaro Præp. & Capitulo Vorav.

Chrumbach cum Vorav. rer.

Ex Archivo Prælaturæ Vorav. nondum editum.

Ich Heinrich von Chrumbach mit samt meiner Hausfrauen frau Chunegund, und ich Heinrich und Ulrich mit samt unser mutter frau Anne, und schwester frau Margreten, frau Chunegunden, und frau Gerrauten Herrn Ulrichs kinde, dem Gott genad, von Chrumbach, wür verjehen, und thuen kund allen den, die nun sind, und hernach künfftig werden, die disen brief sechen oder hören lesen, daß wür mit unsers Herrn Herzog Friderichs von österreich, und von Steyer gunst und willen um die gült, do uns unser Vatter der vorgenante Hr. Ulrich hat inne lazzen, und auch um unser selbes dürfft, und gült haben verkaufft mit guten Willen und mit gar wohl verdachten muet unser und aller unser getheilen und gerben, dem Ehrbahren mann Herrn Otakern dem Probst, und seiner Sammung, und sein Gotshaus dez Vorowe ewiglich, und eigenlich, und lediglich, baider mit Vogtey, und mit allen den dienst und recht und nuz und gwer, als es unser Vatter der offt genante Hr. Ulrich von Chrumbach, und sein, und unser vodern und gerben, denen Gott genad haben herbracht unversprochentlich, in rechter Eigenschafft, und in nuz und gwer ze der zeit, do wür ez wohl getun machten, die gült die hernach mit namme benent ist, und ze Vorowe in der pfarr gelegen ist, ze Minchenberg, den hof, do Dietrich auf sitz, und den hof, do Wolfel der vester auf sitz, darnach den hof, da Leopold der Schachner auf sitz, und müll vor sein thor, und den hof, da Wulfinch Herberts sohn, und auch den hof, do Seifrid auf Sitz in der ainacht, den hof do Girolt auf Sitz, und den hof do Wulfing auf Sitz, den hof do Heinrich der röst auf Sitz, den hof do Ulrich der töwr auf Sitz, den hof, do Heinrich der Hinterin sohn auf Sitz, den hof, do sie selbst die Hinterin auf Sitz, den

hof do Herterit auf Sitz der Hinterin sohn, und der hof, do Godfrid Salzhaber auf Sitz um hundert pfund, und sechs und zwanzig pfund alter Wienner pfening, der wür schön, recht, und redlich gewert sein, und auch wür alle haben in das vorgenant guet, dem vorgenanten Probst und seiner Sammung williglich, und gänzlich, und ledichlich aufgegeben, und sol auch das vorgenante guet und die höf alles das recht haben an allen krieg, und an allen schrank sal ze holz, ze feld, waid, und alles, das zu den vorgenanten guet und höfen gehört, gestifft und ungestifft, geschenkt und ungeschenkt, genzlichen, daz ez gehabt hat in unseren gewalt und in unser gwer, dazue lob wür, und binden uns ich Heinrich und aber Heinrich der jüngere, und alle unser getailn und gerben alz wür vorgenant, dem offt genanten Probst und seinen Gottshaus dotz Vorowe das offt genante guet ze scherm, ze Vrein, ze verantworten, und ze versprechen, vor aller ansprach, vor allen anweig, nach Lands-recht, wenn aber darüber der vorgenante Probst und sein Gotts haus de Hainschaden, von de Hainders lacht sach, den sie bey ihren traum gesagen und derzeln müchten, den schul wür in zechant an alle unterred gelten und ablegen, und das dieser kauf, und dise sach stet und unzerbrochen ewiglich bleibe, des geb wür dem vorgenanten Probst und seinen Gotts haus dotz Vorowe, disen brif versigilet und verveſtent mit unsern anhangend insigelen; diser sach und dits kaufs sind gezeüg die Edeln Herrn, Herr Heinrich von Stubenberg, Herr Piligrin von Puchheim, Herr Dietrich von Weitperch (lege Neitbezch) Herr Rudolf von Chrumbach, Herr Ulrich von Teüffenbach, Ekart von Fridberg, Chunrad von Aichberg, Heinrich von Poungarten, Herman von Rosenberg und andere Ehrbahre leith genug, denen dise Sach und diser Kauf kund und gewiß ist; diser brief ist gegeben dotz Vorowe, do von Christus geburt ist gewesen tausent jahr, drey hundert jahr, in den würzechenden jahr, an unser Vroun tag in den Herbst.

Sigilla sunt duo affixa, in uno circumscriptio: *Sig. Ulrich v. Chrumbach*, in altero: *Sig. Heinrich v. Chrumbach.*

DIPLOM. 200. loco Genealogia Illuſtr. Familiæ de *Rindsmaul.*

TABULA PRIMA.

1. *Henricus I.* an. 1165. uxor N.

2. *Andreas I.* aliis *Albertus I.* an. 1217. fl. ux. N.

3. *Albertus II.* an. 1197. 1229. ux. N.

4. *Albertus III.* bellidux Bavariæ clariſſimus Præfectus Neoſtadii in Bav. qui Frider. Auſtr. in prælio Müldorfenſi cepit an. 1322. ux. N.

5. *Agnes I.* mar. Joan. de *Hilbershauſen* an. 1349.

6. *Marquardus* de *Meichingen* fl. an. 1317. ux. Eliſ. de *Eiſoltzrith.*

7. *Albertus IV.* fl. an. 1365. ux. N. de *Weiſenthaun* ex Franconia.

* *Andreas* fl. 1365.

8. *Joannes I.* eques.

9. *Albertus V.* anno 1403.

10. *Hermanus I.* v. *Hartmanus* ux. Marg. *Fuxmachin* an. 1424.

* *Rudolph. I.* ux. N.

11. *Joannes II.* de & ad *Heilſperg* ux. Irmegard *Weilbertin.*

12. *Margaretha I.* Abb. in Guetenberg † 1489

13. *Sophia* † 1544. mar. Ulric. *Kolgen* de *Iggigen.*

14. *Albertus VI.* ad *Cronenburg* fl. 1484. ux. Doroth. *Raſpin* de *Fuxmagin.*

15. *Rupert* de *Rotenberg* poſt ob. ux. Can. in Soldenburg † 1508.

16. *Conrad* de *Romsbauer* Præp. in *Vilsbofen* an. 1433.

17. *Eraſm.* & *Joan. III.* de *Romsbauer.*

* *Sigism. I.* ux. Anaſt. de *Goldenberg.*

18. *Agnes II.* & *Margar. II.* cælibes.

19. *Dorothea* mar. Gabriel *Holtſchacher* in *Erdenſtz.*

20. *Anna* m. *Weniſch Kobersheim.*

21. *Joannes IV. D.* in *Frauhaimb* an. 1514. ux. 1. Dor. *Pernerin* hæres de *Pernegg.* 2. Anaſt. de *Gloyach.*

* *Rudolphus II.* ux. Sophia de *Neudek.*

22. *Sybilla* mar. joan. Moſer de *Kirchdorf.*

23. *Rupertus I.* de *Rotenberg* ux. Maria *Leopoltin.*

24. *Michael I.* de *Pernegg* & *Frauhaimb* ux. 1. n. *Steygerin.* 2. Eliſab. de *Eggenberg.* an. 1578.

25. *Anaſtaſia* mar Colm. de *Weſoltsberg.*

* *Hermannus II.* ux. Marg. de *Paumkirchen* fil. Frider. & Diemudis ab Eps.

* *Sophia II.* mar. Joan. Sigwein de *Bittenegg.*

26. *Joan. Chriſtoph.* nat. 1563. die 19. Mart. † cæl.

27. *Sigism. II.* de *Frauhaimb* cælebs † 1601.

28. *Rupertus II. Baro* nat. 1570. trib. ſupr. Styr. ux. 1. Helena *Welzerin.* 2. Salome de *Herberſtein.*

29. *Andreas III.* Baro dapif. Ferd. II.

30. *Helena* mar. Barth. de *Morbeim.*

* *Albert. VII.*

* *Eliſabetha* & * *Chriſtina.*

Filiæ.

31. *Margar. III.* mar. Ferdin. *Offenheim.*

32. *Margar. IV.* mar. Georg. Chriſtoph. B. de *Trautmanſtorf.*

* *Sophia III.* & * *Eſther.*

* *Joanna* mar. Andr. de *Gloyach.*

* *Maria Anna* mar. Chriſtoph. B. de *Trautmanſtorf.*

Filii.

33. *Rudolph. III.* deput. Styr. ux. 1. C. de *Regal* 2. C. de *Gallen.*

34. *Michael II.* cælebs.

35. *Georg. Albert.* B. Cap. ux. 1. Eliſ. de *Galler.* 2. Cath. *Amanin.*

36. *Sigism. Frid.* B. Cap. ux. Eliſ. de *Dietrichſtein.*

37. *Wolfg. Rup.* Baro & Com. ux. 1. Mar. An. de *Rotal.* 2. C. Then. de *Breiner* an. 1655.

38. *Joan. Otto* Com. ux. 1. Eliſab. de *Gleiſpach.* 2. n. *Riſſin.* 3. 3. El. *Dietrichſtein.*

39. Andreas *Chriſtoph.* B. ux. Franc. C. de *Kienburg.*

TABULA SECUNDA.

Descendentes

Joannis Ottonis.

v. Tab. I. n. 38.

40. Joannes *Franciscus* Com. cæl. †

41. Maria *Catharina* mar. Franc. de *Stubenberg* an. 1719.

42. Maria *Theresia* m. Joann. Adam Com. de *Lengbaimb.*

43. Maria *Isabella* m. Joan. Adam Com. de *Saurav.*

44. Otto *Fridericus* Canonic. Olomuc. an. 1662.

45. Bernardus *Ludovicus* ux. I. n. de *Wilferstorf.* 2. Reg. Com. de *Zolnern.*

Item:

46. Cæcilia m. Franc. C. de *Stahremberg.*

47. *Francisca* mar. Com. Jacob. de *Hamilton.*

48. *Eleonora* m. Joann. Georg. C. de *Saurav.* Maresch.

49. Anna *Catharina* m. Julius Com. de *Rotal.*

50. *Eleonora* Abbat. regii monast. 30. ann.

51. Otto *Godefridus* † 1704. die 15. Febr. ux. Eleonora de *Dietrichstein.*

TABULA TERTIA.

Descendentes.

Sigismundi Friderici v. Tab. I. n. 36.

Filiæ.

52. *Susanna* Com. cælebs †.

53. *Cæcilia* mar. Comes de *Rabata* Consil. intim.

54. *Eleonora* monialis in Kirchberg Can. Reg.

55. Eva *Regina* nata 1643. † 1658.

Filii.

56. Andreas *Godhardus* Cap. ux. Barb. Com. de S. *Julien.*

53. Otto *Ludovicus* supr. vigil. Præf. e Lutherano Catholicus † 1686.

58. Wolfgang. *Albertus* an. 1713. Cam. Cæsar. ux. Maria Cath. B. de *Neidegg* Præfecta Amaliæ Imper.

56. Sigismund. *Fridericus* Comes.

60. Christophorus *Ernricus* ux. Anna Maria *de Gäller.*

61. *Isabella* cælebs obiit.

62. Carolina *Sophia* m. Comes de *Cobenzl.*

63. Sigism. *Albertus* ux. Eleon. Rosal. Com. de *Mersperg.*

64. Otto *Ludovicus* ux. Anton. Doroth. B. de *Sparbenfeld.*

65. Maria Anna *Crescentia* mar. Max. Leop. Com. de *Hochberg* 1742.

66. Conr. *Adolfus*

67. Christianus *Henricus.*

68. Joann. *Otto.*

69. Maxim. *Dismas.* Eques Teut. Commend. Labac.

70. Sigism. *Frider.* ux. Maria Fran. C. de *Walmerode.*

71. Ferd. *Ernricus* B. de *Neidenegg.*

72. *Wolfg.*

73.

74. Sigism. *Franc.*

75. Eleonora *Sophia* n. 10. Sept. 1737

76. Wolfg. *Wenceslaus.*

77. Maria *Josepha* n. 28. Jun. 1740.

78. Nicolaus *Maria* apud Princ. de *Hildesburghausen.*

79. *Ferdinandus.*

80. *Otto.*

81. *Franciscus.*

An. 1324.

An. 1324.

DIPLOMA 201.

Diploma 201.

Stephanus de Hochenberg prædii Vorav. in Hainfeld protector & advocatus.

Vorav. ver.

Ex Archiv. Prælat. & Cancell. Vorav. nondum editum.

Ich Stephan von Hochenberg mit samt meiner Haus frowen frowen Chunegund verjechen, und thuen Kund allen denen, die diesen brief sechend oder hören lesen, die nun sind oder hernach künftig werden, daß die Ehrbahren Herren und die geistliche leut Herr Ortolf der Probst und sein Samung ze Vorowe unsern Herrn von Oesterreich Herzog Albrecht und Herzog Heinrich und Herzog Orten um uns gebetten haben, daß wür ihr schermer und vogt sollen sein über das guet, das sie haben um und um bey Heinfeld, daß vor ihr kamer gehört zu ihren Gewant, daß wür das guet beschirmen sollen vor allen gewalt, und sie an nichten irren und engen sollen ihrer vordrunge, die sie haben wegen den guet, und auch wegen den leuten, die auf den vorgenanten guet sizen, und verjechen auch, daß wür noch unser geerben, die kein recht haben auf den offt genenten guet und eigennewand als lange als wür in dar angedienen mögen; wäre aber das, das wür dem vorgenanten guet und leüten unglücklich thäten, so haben die vorgenante Herrn vollen gewalt einen anderen vogt und schermer zu nennen, der ihnen dar zu gefallet, und daß dieser sach und diser red also sey, geben wür dem offt genanten Probst Ortolf und seiner Samung und ihren Gottshaus unseren offenen brief ze einen urkund und ze einen gezeig mit unseren anhangenden Insigel; diser red sind auch gezeig Stephan unser sohn, Heinrich von Hechendorf, Hertel und Chunrad die Tewel, und andere Ehrbahre leut. Diser brief ist geben ze Hochenberg, da von Christi geburt ergangen waren tausent jahr und drey hundert jahr darnach in den vür und zwanzigsten jahr am St. Silvester tag.

Sigillum est confractum, videtur in medio insertus leo vel panthera, adeoque non convenit cum Hochenberg: familia apud Bucelinum. V. pl. in annot. hujus diplom.

An. 1325.

An. 1325.

DIPLOMA 202.

Diploma 202.

Testimonium Ottocari judicis & civitatis Fridbergæ de decimis in Hossteten.

Fridberg. civit. cum Vorav. ecl.

Ex Archivo Cancell. Vorav. nondum editum.

Ich Ottacher Richter und die gemein der burger in der Statt zu Fridberg füegen und thuen kund allen denen, die diesen brief sechend oder hören lesen, das uns das von der wahrheit kund ist, und sagen es bey unseren trewen an ayds statt, daß die Probsten von Vo-

raw, die todt ſind, denen Gott gnad, noch ein Convent noch ein ſchaffer nie geindert haben den zins zu zwölf pfeningen an den hofſtetten zwiſchen der thauch und der Pinckha den H. zu ſchaden von Reicherſperg, an einen zechend als ſie haben fürgeben, und derſelbe zins heütiges tags alſo leit an den vorgenanten hofſtetten, als der erſten tags, do die wäldt wurden aufgethan, und das ſelb eigen, und das dieſe red alſo ſey, darum geben wür Probſt Marquarden und der gemein von Voraw unſeren offenen brief zu einen urkund und zu einen gezeig verſigelt mit unſeren Statt Jnßigel. Dieſer Brief iſt geben zu Fridberg, da nach Gottes Geburt hergangen waren tauſent jahr und drey hundert jahr, darnach in fünf und zwanzigſten jahr an St. Petrs tag.

An. 1327.

An. 1327.

Diploma 203.

DIPLOMA 203.

Novomont. Monaſt. fund.

Diploma fundat. Monaſt. Novomontani ex authographo.

Ex Frœlichio Diplom. Styriæ parte II. f. 316.

In nomine Domini Amen. *Otto Dei gratia Dux Auſtriæ, & Styriæ, Dominus Carnioliæ, Marchiæ, ac portus Naonis* univerſis Chriſti fidelibus tam præſentibus quam futuris in perpetuum. Licet generaliter imago hominis ad imaginem omnium condita Creatoris, prout ſuæ depoſcit qualitas conditionis, ſuo ſit opifici ad reddendas gratias obligata, ſpecialiter tamen in ſublimioribus conſtituti tanto ſunt ei ampliori obnoxii famulatu, quanto potioribus beneficiis ipſos ſua fecit providentia principari. Cum igitur gratiæ a Deo nobis abundantius collatæ deſideremus exiſtere non ingrati, progenitorum noſtrorum, ac ſereniſſimi Domini Friderici Romanorum Regis Domini & fratris noſtri chariſſimi, qui ſpe divinæ remunerati[illegible]nis de ſuo patrimonio monaſteria fundaverunt, veſtigiis inhæren[illegible] noſtræque conſiderationis intuitum ad ſacræ religionis ordinis C[illegible]*cienſis habitum*, qui velut luminare ſplendidiſſimum inter alia [illegible]icæ fidei ſidera micantia luce rutilantiore præradiat, & ſereniore [illegible]ıtione reſulget, convertentes, ad honorem glorioſæ Virginis [illegible] monaſterium in novo Monte nuncupandum, perpetuo, accedente nihilominus præfati Domini Friderici Romanorum Regis, ac Illuſtris Alberti Ducis Auſtriæ & Styriæ fratrum noſtrorum chariſſimorum, ac præclaræ Eliſabeth conthoralis noſtræ, hæredumque noſtrorum beneplacito & conſenſu ob noſtræ, progenitorum, & fratrum noſtrorum, ipſorum ac noſtrorum hæredum animarum ſalutem, & æternæ ſalvationis præmium fratres Conventuales monaſterii ſanctæ Crucis ad exercendum in eodem novæ plantationis monaſterio Divinum obſequium evocavimus, manu poteſtativa extruendum decrevimus, & fundandum, & ut ſervens noſtræ devotionis affectus, quam erga dictam fundationem noſtram pio Zelo gerimus, monaſterio noſtro ad perpetuum exuberet, ipſum monaſterium cum fratribus ibidem congregandis, terris, obventionibus, & juribus ſubſequentibus volumus ampliare: donantes primo eisdem in novo monte ad orientem per pla-

gam

gam meridionalem montem qui dicitur Pernthall, ſeu Hochenwarth uſque ad montem Hauzenberg, & ab eodem monte ſurſum ad occidentem omnes alpes & ſylvas uſque ad alpes dictas Lan, prout aqua pluvialis deſcendendo ex parte clauſtri ad aquam dictam Murtze dicitur demonſtrare, & abinde per plagam ſeptentrionalem duas valles dictas Chrumpen cum omnibus bonis & juribus, nobis & fratribus noſtris in eisdem pertinentibus, per ipſos ipſorumque ſequaces perpetuo poſſidendas. Inſuper donamus fratribus prædictis in monte bona, poſſeſſiones, jura, & proprietates ſingulas, ibidem nobis & fratribus noſtris pertinentes, nemoribus in monte præfato ſitis, quæ ad uſum communem laborantium, more ſolito, pertinere volumus, duntaxat exceptis. Præterea tradimus fratribus prænotatis aquam & vallem dictas Rediſen, uſque ad Geſcheid cum omnibus vallibus easdem attingentibus, juribus, proprietatibus, urbario, ac utilitatibus quibuscunque, nemoribus, ut præſcribitur, exceptis, omnes etiam piſcationes & judicia nobis & fratribus prænotatis; ſtatuimus etiam, quod per Abbatem ſeu fratres dicti monaſterii noſtri laborantibus in aqua Murzze cum lignis & ſtruibus nullum inferant obſtaculum, vel gravamen. Hac inſuper prædictos Abbatem & Conventum gaudere volumus gratia, ne quis judicum provincialium ſeu colonis propriis & cenſualibus judicia ſibi vendicet, vel ipſos ad ſtandum judicio ſæculari pro cauſa quacunque, præter mortis cauſam, compellere ſeu vocare valeat ullo modo: volumus enim, ut tam ipſius Eccleſiæ prædia habita & habenda quam etiam omnes cauſæ, quæ emerſerint in eisdem, ab omni jurisdictione cujuscunque judicis tam integre ſint exempta, ut de illis ſoli Abbati ejusque officialibus liceat cognoſcere, & de cognitis definire, & ſi apparentia latrocinii, ſive furti, vel criminis, quod Mort dicitur, vel aliud quodcunque genus maleficii, quod mortem exigit malefactoris, in homine Eccleſiæ fuerit deprehenſum: quia hujus judicii executionem ordo Eccleſiaſticus ſibi non vendicat, nec adſcribit, omni poſſeſſione rei tam mobili quam immobili Eccleſiæ adjudicata, perſona ſola & cingulotena (ſic: loco cingulo tenus) per eum, qui in defenſione Eccleſiæ vices noſtras ſibi pro tempore gerit commiſſas, ad judicium ſanguinis offeratur, omni tamen culpa, quæ pecuniarias compoſitiones admittit, Eccleſiæ conceſſa nihilominus & indulta; volumus etiam in deducendo vino, ſeu annona ſua, ac omnibus domui ſuæ neceſſariis, nomine telonii ſive mutæ, in aquis vel in terris, quocunque tempore anni nulla unquam penſio ab eis requiratur. Inſuper donamus Abbati & fratribus ſæpe dictis unum jus caſtrenſe apud Hallſtatt, quod vulgariter Purchlechen dicitur, a relicta quondam Schüchlerii de Hallſtatt per nos exolutum, cum omni jure & utilitate, ſive ſervitio de eodem fieri conſulto habendum & poſſidendum liberaliter & quiete, deputamus etiam eisdem annis ſingulis ad officiales noſtros in Hallſtatt unam libram carratorum ſalis majoris legaminis ad monaſterium ſuum ſine omni muta deducendum, & ut hæc noſtra fundatio, donatio, & libertatum conceſſio a nobis fratribus noſtris, ac noſtris ſucceſſoribus rata & inviolabilis permaneat, præſentes litteras ſcribi, ac noſtro & prædictorum fratrum noſtro-

rum, quos ad confirmationem prædictorum petivimus, ſigillis duximus roborandas. Nos Fridericus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & Nos Albertus eadem gratia Dux Auſtriæ & Styriæ profitemur præſentibus, & deſiderantes pium & ſalubre propoſitum illuſtris Ottonis Ducis Auſtriæ & Styriæ fratris noſtri clariſſimi in nova monaſterii ſui plantatione, quod non ſolum primis fundatoribus, verum etiam illud ſalvum ſervantibus & confirmantibus ſalutis proficit ad augmentum, ex animo ſinceriſſimo promovere, ipſam fundationem, donationem, libertatum & jurium conceſſionem, prout in his & aliis per fratrem noſtrum Ottonem Ducem, eidem monaſterio datis litteris, expreſſius exprimitur, approbamus, ratificamus, & præſentis ſcripti patrocinio confirmamus, ac ſigillorum noſtrorum munimine roboramus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ donationis, conceſſionis, amplificationis & confirmationis paginam infringere, vel ei auſu temerario contraire, & ſi quis attentare præſumpſerit, præter pœnam graviſſimam a nobis, noſtrisque ſucceſſoribus eidem inferendam, indignationem noſtram ſe noverit incurriſſe. Datum in Chremſa Idibus Auguſti anno Domini milleſimo, trecenteſimo, vigeſimo ſeptimo, regni vero noſtri Friderici Romanorum Regis anno tertio decimo.

An. 1329.

An. 1329.

Diploma 204.

DIPLOMA 204.

Fund. quædam Vorav.

Fundatio quædam Marquardi Præpoſ. Vorav.

Ex Archivo Prælat. Vorav. nondum edita.

Nos Marquardus ſola permiſſione divina Vorovvenſis Eccleſiæ Præpoſitus præſentibus profitemur, & conſtare volumus univerſis, quod nos de maturo conſilio & conſenſu communi & voluntate noſtri & conſratrum noſtrorum in altari S. Elizabeth Capellæ noſtri monaſterii, per nos ex novo conſtructo, ſingulis feriis ſecundis per annum Miſſam unam pro defunctis, per illum dicendam, aut legendam, qui beatæ & glorioſæ Virginis Mariæ in altari Sanctæ Crucis noſtri monaſterii præterita hebdomada celebravit, & eam ibidem cantandam die Sabbati terminavit, inſtituimus, & hiſtoriam nihilominus ipſius Sanctæ Elizabeth in choro noſtro publico annis ſingulis cum nota fecimus perpetuo decantari, lumenqne perpetuum ibidem ardens ante altare etiam inſtituimus memoratum, & pro hujusmodi laboribus & ſolatiis duas *curias*, *unam* videlicet *in Rechberg* conſtitutam & jacentem, quæ ſolvit ſolidos tredecim denariorum veterum, in qua curia quondam Leupoldus dictus albus reſidebat, nunc vero ſui filii cum relicta, curiam vero ſecundam, quæ ſolvit etiam unam libram denariorum veterum *prope Maidrent*, quæ dicitur in den Staudech, in qua nunc Chunradus textor reſidet, *magiſtro oblariæ*, qui tunc pro tempore fuerit, regendas prædictas duas curias ſuæ fidei deſignamus, qui prædictus magiſter oblariæ prædicto, qui Miſſam ipſius ſæpe dictæ & glorioſæ Virginis præcedenti hebdomada terminaverit, denarios quatuor uſualis monetæ ſingulis ſecundis feriis ſolvere teneatur;

pro

pro lumine vero ibidem perpetuo ardente ſæpe dictus magiſter oblariæ debet dominum cuſtodem in ſex ſolidis, qui tunc pro tempore fuerit, expedire, pro hiſtoria vero cantus labore unam libram denariorum dedet noſtris confratribus, qui tunc præſentialiter interfuerint, impertiri; & ne ſucceſſores noſtri in prædictis duabus curiis præjudicii diminutionem ſentiant aliqualem, nos *a Venerabilibus in Chriſto Patribus & Dominis videlicet Hugone Ven. Abbate & ſuis confratribus de Runa urnas vini* 12. *juris montani in prædio & montibus villæ dictæ in inferiore Puech, & libram unam denariorum veterum in civitate & extra civitatem Harperch in domibus, agris, & vineis comparavimus*, prædicta ſingula per nos comparata noſtris ſucceſſoribus in reſtaurationem & recompenſam deſignavimus condonando. In cujus rei teſtimonium & evidentiam pleniorem præſentem litteram ſigillo noſtro nec non *noſtri Collegii* muniri fecimus & ſignari. Acta & ſcripta ſunt hæc in Voraw anno Dom. milleſ. trecenteſ. viceſimo nono in die Beatæ Julianæ Virginis & Martyris.

Sigillum Præpoſiti
Eſt B. Virgo Stans, circumſcr. *Marquardus Præpoſitus Voravvenſis.*

Sigillum Capituli
S. Thomas cum 2. Stellis ex utroque latere, & a dextris ſuperius luna ☾. circumſcr. *Sigillum Eccleſiæ Voravvenſis.*

DIPLOMA 205.

Diplom. 205.

Confirmatio fundationis prædictæ ab Archiep. Salzburg.

Fund. quædam Vorav. conf.

Ex eod. Archivo Prælat. Vorav. nondum editum.

Fridericus D. G. Sanctæ Salzburgenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus Apoſt. ſedis legatus. Dilecto in Chriſto *Marquardo Præpoſito Voravienſi Ord. S. Aug.* noſtræ diæceſis ſalutem in Domino. Juſtis petentium deſideriis benignum nos convenit adhibere conſenſum. Sane oblata nobis tua petitio continebat, quod tu pro divini cultus augmento, nec non pro animarum ſalute de communi conſenſu & unanimi voluntate conventus tui altare novum in honorem ſanctæ Elizabeth in Capella monaſterii tui ædificaſti, & lumen, quod jugiter ante illud ardeat, providiſti; ſtatuiſti quoque, quod ſingulis feriis ſecundis Miſſa pro defunctis in illa debeat celebrari, quodque annis ſingulis in feſtivitate S. Elizabeth hiſtoria ipſius in choro tuo ſolemniter debeat decantari, præmiſſa quoque per nos confirmari & ratificari humiliter petiviſti. Nos itaque petitionem tuam juſtam & rationabilem æſtimantes præmiſſa admittimus, eaque confirmamus, & ratificamus, auctoritate & officio ordinariæ poteſtatis, in cujus rei teſtimonium & certitudinem pleniorem præſentes mandavimus fieri litteras ſigilli noſtri appenſione munitas. Datum Salzburch VI. Idus Martii anno Dom. milleſ. tercenteſ. viceſimo nono.

Sigillum eſt S. Rupertus ſedens de cera communi.

Dipl. 206. Genealog. Fam. Wildenſtein.

DIPLOM. 206. loco Genealogia Illuſtriſſ. Familiæ de *Wildenſtain.*

TABULA I. GENEALOG. WILDENSTEINIORUM.

A. *Vveriandus de Wildenſtein* an. 1154 in Carinthia.
ignotus Bucelino & Hübnero
Ejus deſcendentes ignorantur.

B. *Warmundus de Wildenſtein* Sæc. 14.
ux. Agatha *de Thurn.*

Pancratius de Wildenſtein
ux. Radegunda *Welzerin de Spiegelfeld.*

C. *Joannes.* uxor *Anna Mordaxin*, filia Sigismundi, & Margar. *Bar. de Herberſtain.*

Andreas	D. *Nicolaus*	*N. filia*
ux. Barb. *Welzerin de Feiſtriz & Spiegelfeld.*	ux. Urſula *ab Oberburg* filia Chriſtoph. & Urſ. de *Lueg.*	cælebs † Hanc Hübner. omiſit.

Georgius	*Sigismundus*	*Chriſtoph.* † cœl. omiſſ. ab Hübn.
uxor N.	ux. 1. Helena de *Spangſtein.* 2. Eva ab *Aichberg.* 3. Anna de *Falbenbaupt.* 4. Afra de *Saurav.*	

ex 3. tor. *Primus* vel *Primus* ux. Margar. de *Herberſtein* Hübn. *Helenam* vocat.	*Leonardus.* ux. Euphemia de *Rattenberg.*	*Martha* mar. 1. N. de *Aigl.* 2. Oſwald D. de Prag.	*Helena* m. Chriſtoph. *Gall* de *Gallenſtein.*	*ex 4 tor.* *Adam.* eq. Hieroſolym. † in Palæſtina.	*Theodoric.* ux. Afra D. de *Teifenbach.*	*Martha.* & *Sophia* cæl. †	*Chriſtoph.* † *1598.* ux. 1. Mar. *Averin* de Puolach. 2. Judith de *Hochenkirch.*

Georgius ux. Barb. de *Haymb.*	*Georgius* ux. 1. N. ab *Attimis* 2. N. de *Keutſchach.*	*Adam.* ux. Joanna Maria de *Malenſtein.*	*Barbara* m. Georg. Sigiſm. ab Attimis.	*Suſanna.* cæl. †.	*Georg. Sigiſm.* ux. Marg. de *Steinpeiſſ.* has 3. Theodoric. tribuit Hübnerus.	*Frider.* cæl. †	Filiæ *ex 2 tor.* E. *Maria Joanna* n. *1584* fit monialis Græcii 1602. & *Sophia Regina* n. *1587.* † in inf. & *Juditha* n. *1590.* †cæl. *1595.* & *Maria Eliſabetha* n. *1588.* mar. Cyriacus de *Waltenhofen* cujus proles Bucel. adfert.

Barbara. m. 1. m. Georg. de *Saurav.* B. 2. Chriſtoph. B. de *Rackniz.*	*N. filia* m. Theod. *Pernſtorfer* hanc omiſit Hübn.

In hoc Joan. Franc. deſinit Bucelinus, ſeriem continuo ex *Hübnero* quam tab. 2. Correctam vide.

H. *Ioan. Franc.* Baro an. *1649.* fl. ux. *1.* Barb. Conſt. Bar. *Scheit. de Leitendorf.* Hanc ſolam Bucelinus *2.* addit Hübnerus, Mar. Clar. B. *de Glayach Andreæ* filiam v. tab. 2.	*Joann. Georg.*	*Judith Cathar.* monialis Græcii.

L. Joann. *Joſephus* Comes v. *tab. 3.* ux. Juliana *Zolner de Maſſenberg* † M. *1708.*	Cæcilia *Renata* † *1708.* m. Georg. Sigm. C. de *Trautmanſtorf.*
Hujus Succeſſionem v. *tab. 3.*	

L. Franc. *Chriſtoph.* ux. Anna Thereſia B. de *Mindorf* filia Joan. Chriſtophori v. *tab. 2.*	proles alias Bucelino ignotas v. tab. 2.
Hujus liberos v. *tab. 2.*	

ex 1. tor. *Sigiſm.* n. 1578. cæl. † & *Wilhelm.* nat. *1579.* error lateb. *in annis* v. l. F.	*ex 2. tor.* *Adam* nat. *1575.* † infans & *Wilhelm.* nat. *1593.* † *1594.*	*Filii Chriſtophori* F. Svicard. *Sigiſm.* n. *1598.* Canon. Ratiſbonæ.	G. Joannes *Chriſtoph.* n. *1589.* ux. 1. N. de *Neuvenſtain* 2. Clara Anna *Wormſerin* de *Schafoltsheim.*

ex 1. tor. N. *filia* † inf.	*ex 2. tor.* *Amalia* mar. N. ab *Elſenheim.*	Item 2. *filiæ* quarum nomina ignorat Bucel.

TABU-

II. *Joannes Franciscus.* V. Tab. 1. An. *1649.* Baro. an. *1677.* primus Fidei-Committens. An. *1678.* S. R. I. Com. de & in Wildenstein, Camer. Cæsar. & intimus Consil. obit die 18. Octobr. *1678.* uxor. *1.* Barb. Constantia Bar. de *Schaitt*, 29. Junii *1642.* † 31. Dec. *1647.* *2.* Sidonia Magdal. Bar. *Eyberswald*, † 29. Julii *1665.* hanc Hübnerus neglexit. *3.* Maria Clara Bar. de *Glayach*, 7. May *1667.* † 3. Julii *1669.*

Linea Senior *in Kablstorf.*

1. I. *Franc. Christoph.* fund. lineæ *Kablstorf.* n. *1646.* Camer. Cæsar. & I. A. Cam. aul. Consil. † 2. Apr. *1676.* ux. Anna Theres. Bar. de *Mindorf* ult. huj. familiæ 19. Nov. *1664.* † 13. Jul. *1723.*

Hunc Hübnerus, uti & hanc Cæciliam refert.

1. Cæcilia *Renata* n. *1643.* 12. Octob. † 16. Dec. *1708.* mar. Georg. Sigism. Com. in *Trautmansdorf.*

1. Anna *Crescentia* n. 19. Dec. *1644.* † 26. Febr. *1721.* mar. *1.* Franc. Christoph. Com. de *Herberstein* an. *1662.* *2.* Franc. Sig. de *Wagensperg.*

1. Joannes *Sigism.* n. 21. Dec. an. *1645.* † 24. Martii *1646.*

2. *Eva* & *Maria* geminæ n. 25. April an. *1651.* † die altero.

2. Maria *Sidonia* n. 4. Nov. an. *1652.* Ord. S. Domin. Græc. sub nom. *Seraphinæ* an. *1675.* † 24. April an. *1685.*

2. K. Regina *Elisabetha* n. 17. Nov. *1653.* Ord. Carmel. sub nom. *Mariæ Franc.* Viennæ ad S. Joseph. 25. Nov. *1682.* Prioriſſa *1699.* mox ad S. Hypol. † 30. May *1727.*

2. Joannes *Otto* n. 11. Dec. *1654.* † 22. Feb. *1655.*

2. Maria *Isabella* n. 23. April. *1656.* † 16. Nov. anni ejusd.

2. Maria *Anna* n. 22. Aug. *1657.* † 13. Martii *1659.*

2. N. a patre condit. paptiz. n. & † *1661.* 7. Jan.

3. L. Joannes *Josephus* V. *tab. 3.* ux. Julia. M. Bar. *Zolner* de *Müsenberg* v. ead. tab. 3.

Hujus etiam meminit Hübnerus

3. Maximilianus *Sigismundus* n. 15. Dec. *1668.* † 2. Apr. *1670.*

Ignota Hübnero, item omnes seq. usque ad Joannem Josephum.

Anna *Barbara* n. 4. Dec. *1665.* † 29. April. 1730. avia Raym. Ant. Episc. Aichstad. mar. Ernest. D. *de Gera* 10. Jun. *1686.* v. Hübner.

Anna *Theres.* n. 14. Dec. *1667.* † 9. Oct. *1737.* mater Sigism. 3. Arch. Salisb. m. 1. Joan. Frid. B. de *Gall* 7. April. *1687.* *2.* Otto Henr. C. de *Schrattenbach* † 29. Dec. *1733.* v. etiam Hübn.

Maria *Theres. Cæcilia* n. 25. April. *1669.* † 13. Mart. *1733.* mar. Joan. Frid. Com. de *Seeau 1694* † 6. Dec. *1729.* v. etiam Hübn.

N. Joannes *Christophorus* n 23. Jun. 1670. Camer. Cæsar. Consil. intim. locumt. I. A. † 17. Jan. 1742. ux. 1. Felicit. C. de *Steinpeiss*, 12. Oct. 1693. †. 21. Mart. 1699. 2. Jos. Sidonia C. de *Schrattenbach* Soror Cardinalis 8. Aug. 1700 † 3. May 1739. v. Hübner.

Franciscus Augustinus n. 1. Aug. *1671.* Cæsar. Camer. & Commiss. bellicus in Circulo Voravienſi Superiore † 28. Mart. *1743.* ux. Anna Theresia Com. de *Reinstein* & *Tattenbach* 4. May *1699.* v. Hübner. & *tab. 4.*

Renata † 23. Octob. *1693.*

Maria Crescentia n. 6. Febr. *1673.*

Georg. Sigism. n. 16. Jan. *1776.*

Hos prætermisit Hübner.

1. Joan. *Josephus* n. 25. Febr. 1697. Cæsar. Camer. int. Consil. † 1739. Octobr. 17. O. ux. Mar. Anna de Schäzl 1731. 19. Febr.

1. Joan. *Franciscus* n. 20. Junii 1698. Cæsareus Capitaneus.

1. *Theresia* † 28. Febr. 1745. m. Ferdin. C. de *Branck* 5. Febr. 1721. † 1. Sept. 1766.

2. P. Wolfgangus *Leopoldus* n. 11. Nov. 1701. Can. Salisb. & Olomuc. † 18. Oct. 1761.

2. Q. Cajetanus *Augustin.* n. 8. Jul. 1703. Teuton. Ord. Eq. Commend. Labac. Consil. intim. † 6. Jann. 1764.

2. Maria Clara *Francisc.* n. 15. Aug. † 30. Oct. 1704.

2. Hedwigis *Jos. Elisab.* n. 18 Mart. † 22 ejusd. 1706.

2. R. *Ferdinand.* Sen. n. 22. Jan. 1711. Can. Passav. † 22. Jun. 1735.

2. *Maria Anna* n. 7. May 1715. † 25. May 1750. mar. Weiccardus *Barbo* Com. de Waxenstein.

Joan. Christoph. n. 6. Mart. 1732. Cæs. act. Camer. & Consil. regim. Int. Austr. ux. Theresia D. de *Stubenberg* 22. Febr. 1762. † 1. Jul. 1763.

Theresia n. 23. Junii 1763.

Josepha n. 28. April. 1733. † 11. Mart. 1735.

Theresia n. 6. Jul. 1734. m. 1. Jos. Com. de *Balassa* 28. April. 1755. † 14. Jan. 1756. 2. Wolfg. D. de *Stubenberg* 19. Febr. 1765.

Wolfgangus n. 8. Oct. 1735. † 2. Febr. 1736.

Maria Anna n. 13. Dec. 1736. † 29. April 1789.

TABULA III. EX DOCUMENTIS ILLUSTR. FAMILIÆ.

L. *Joannes Josephus.* V. tab. 1. & 2. fundator lineæ *Wildbac.* n. 12. Febr. 1668. Cæsar. Camerar. Consiliar. intimus & Capitan. Goritiæ † 6. Mart. 1747.
M. ux. Juliana *Baro Zolner de Müssenberg* † 28. Sept. 1708.

Linea jun. *in Wildbach.*

Filiæ.

Maria *Anna* n. 11. Jun. 1696. Soc. S. Ursul. Græcii sub nomine *Annæ Josephæ* 4. April. 1714. Super. ibid. 1749. † 6. Jan. 1766.	Maria *Juliana* n. 6. Dec. 1607. † 23. Jan. 1760. mar. Dismas Comes ab *Attimis* 2. Febr. 1717. † 9. May 1750.	Maria *Josepha* n. 8. Dec. 1698. Ord. S. Claræ Viennæ in regio monast. sub nom. *Mariæ Amaliæ* 1715. 30. Jun. † 29. Oct. 1736.	Maria *Carolina* n. 16. Sept. 1700. mar. Jos. Aloysius Com. *Kazianer* 3. Apr. 1725. † 23. April. 1760.	Maria Claudia *Cæcilia* n. 18. May 1705. Ord. S. Bened. in Göss sub nom. *Mariæ Barbaræ* 25. May 1721.	Maria *Amalia* n. 13 Dec. 1706 Ord S. Ben. in Göss 24. Jun. 1723. † 15. Jan. 1738.
Insinuat. ab Hübn.	Item	Ignota Hübn.	Insin. ab Hübn.	Item.	Item.

Filii.

Adam Wenceslaus *Antonius* n. 29. Sept. 1701. † 23. Julii 1702.	S. Joan. Maximil. *Probus* n. 10. Nov. 1702. Cæsar. Camer. Consil. intim. Præses Cæsar. Gubernii Int. Austr. ux. 1. Barbara Com. de *Trautmanstorf* 29. Apr. 1726. † 2. Sept. 1795. 2. Maria Agnes Com. de Nimptsch. 17. Febr. 1760.	*Francisc. Sigefridus Fortunatus* n. 4. Mart. 1704.	Franciscus *Antonius* n. 8. May 1708. Cæsar. Capitan. † 23. May 1729.
	Insin. ab Hübnero.		Insin. ab Hübn.

Filiæ.

1. *Juliana* n. 22. April. 1727. mar. Mich. Joan. IV. Com. de *Althan* 22. Nov. 1758.	1. Maria *Cæcilia* n. 14. Dec. 1729. mar. Joan. D. de *Schärfenberg* 1754.	1. Maria Cajetana *Hygina* n. 11. Jan. 1733.	1. Maria *Anna* n. 16. Sept. 1734. domicella Pragens. 1755. † 18. May 1766. m. Joan. Jos. C. de *Thun* 11. Jan. 1756.	1. Maria *Theresia* n. 11. Julii 1739.	2. Maria *Josephina* n. 15. Mart. † 7. Sept. 1761.	2. *Maria* n. 29. Sept. 1762.	2. *Isabella* n. 7. † 11. Martii 1766.

Filii.

1. *Maximil. Joseph.* n. 16. Sept. 1728. Cæsar. Camerar. & jurium provinc. Styriæ Consiliar. ux. Barb. Com. de *Trautmanstorf* 28 Dec. 1753.	1. Sigismundus *Erhardus* n. 9. Jan. 1731	1. *Ludovicus* n. 18. Oct. 1735.	1 *Maria Ferdinandus* jun. nat. 8. Dec. 1736. Camer. Cæsar. militiæque pedestr. Capitaneus.

Maria *Carolina* n. 12. Oct. 1754.	Maria *Barbara* n. 19. Nov. 1755.	Maria *Josepha* n. 21. Jan. 1757.	Maria *Anna* n. 2. Mart. 1758.	Maria *Aloysia* n. 15. Febr. 1759.	*Cajetanus* n. 27. Martii 1761.

TABULA IV. EX ACTIS ILLUSTRISSIMÆ FAMILIÆ.

Franciſcus Auguſtinus V. tab. 2. ux. Anna Thereſia Com. *de Reinſtein & Tattenbach.* Contin. lineæ *in Kahlſtorf.*

Filiæ.

Anna *Thereſia Sabina* n. 17. Febr. 1700. mar. Leopold. Com. de *Wurmbrand* 28. Julii 1731. † 18. Oct. 1759. v. Hübner.

Theodora n. 13. Jan. 1703 Soc. S. Urſulæ Græc. ſub nom. *Franciſc. Thereſ.* 25. May 1724. † 6. Oct. 1765. v. Hübn.

Victoria *Barbara* n. 13. Sept. † 16. Oct. 1704.

Barbara *Bernard.* n. 20. Aug. 1709.

Catharina n. 11. Martii 1714. v. Hüb.

Joſepha *Laurentia* n. 10. Aug. 1716. Ord. S. Dom. in Märnberg ſub nom. *Auguſtinæ* 4. Auguſt. 1732.

Roſalia *Franciſca* n. 4. Aug. 1717.

Maria *Theſeſia* n. 8. Jul. 1720. & *Euphroſina Eleon.* n. 1 Jan. 1722.

Filii.

Ignatius n. 31. Julii 1701. v. Hüb.

T. *Erneſtus Henricus* n. 12. Jan. 1708. Cæſ. Camer. & Conſil. jur. provinc. Styr. &c. patronus mihi gratioſiſſimus. ux. Maria Thereſia Com. de *Thurn & Valſaſina* 4. Oct. 1740. † 20. Jul. 1765. v. Hübn.

Maria Carolus n. 2. Febr. 1711. Can. Reg. Lat. in Pölla. 18. Oct. 1727. † 17. Apr. 1758. Parochus in Monte Pöllenſi. v. Hübn.

Wilibaldus n. 7. Julii 1715.

Maria *Eleonora* n. 4. Aug. an. 1741.

Maria *Thereſia* n. 16. Sept. 1743. † 17. Junii 1744.

V. Franciſcus *Joſephus* n. 31. Oct. 1744.

Maria *Anna* n. 10. Junii 1746.

Erneſtus *Xaverius* n. 24. Julii an. 1748.

Annotation. ad dipl. tom. II. annal. Ducat. Styriæ.

ANNOTATIONES AD DIPLOMATA TOMI II.

Annalium Ducatus Styriæ.

An. 1192. ad Dipl. 1.

Ad An. 1192. ad Diploma 1.

Diploma hoc Seccovienſe, teſte Frælichio, continetur in confirmatione Alberti I. Ducis Auſtriæ, & Styriæ, privilegio XXVII. Item peculiariter inſertum eſt Codici membraneo Seccovienſi. Epocha diplomatis hujus legitima eſt, dies tamen, & menſis abeſt; cum vero ex dictis an. 1192. poſt receptum Wormatiæ, ab Henrico 6. Imp. Styriæ feudum, Leopoldus primo Græcium abiret, curiaque illa Ratisbonenſis die Pentecoſtes, in IX. Kal. Junii, ſeu 24. Maji incidente habita fuerit, ſuſpicor, Ducem noſtrum, æſtivo, vel certe autumnali tempore, Græcium veniſſe, ibique diplomate hoc, Seccov. Canoniæ privilegia confirmaſſe.

Diploma hoc quando datum.

Nominat in hoc diplomate Leopoldus, Ottocarum 6. defunctum Styriæ ducem, *Cognatum ſuum*, & quidem æquiſſimo jure, cum, ut tomo 1. diſſert. 4. Cap. 7. §. 8. &c. ex ſchemate adducto oſtendi, e linea materna, conſanguineus fuerit Ottocaro noſtro gradu tertio, mixto quarto; ſolent autem teſtibus Canoniſtis *Cognati* dici, qui e materna, ſeu fæminea linea conſanguinei ſunt, ſicut *agnati*, qui e ſanguine paterno deſcendunt.

Leopold. Dux Ottoc. conſanq.

Cognati agnati qui.

Wernherus Præp. 1. Seccov. prope centenarius obit.

Præterea, ex eodem diplomate patet, *Wernherum de Galler*, adhuc Seccovienſi Canoniæ præſediſſe, venerabilem jamjam ſenem, ab an. 1141. Præpoſitum, proinde per 51. annos regentem, qui, cum an. 1196. IV. Kal. obiret, 55. annis præfuit, quibus, ſi reliquos annos addas, quos ut Canonicus Cathedr. Salisburgenſis tranſegit, facile colligitur, eum prope centenarium obiiſſe, cui dein ſucceſſit *Geroldus*, hoc tempore Decanus Seccovii, ut ſuo loco plura.

Leopoldi Dux cur. Seccov. advocatus.

Poſtquam itaque Leopoldus dux, placitum, ſeu curiam primam Græcii metropoli Styriæ hoc anno celebraſſet, illico Canonicos Seccovienſes maximis gratiis eſt proſecutus; & quoniam Ottocarus 5tus Seccovienſium advocatus, ſolemniter in curia Ratisbonenſi anno 1152. III. Kal. Julii a Friderico 1. Auguſto conſtitutus, id dignitatis in filium Ottocarum 6. transmiſit æquiſſimum, videbatur Leopoldo Ottocarorum hæredi, eandem Seccovienſis Canoniæ tutelam in ſe ſuſcipere.

Ottoc. 6. teſtamentum.

Rem quandam incognitam detegit nobis hoc ipſum diploma, teſtamentum nempe Ottocari 6. de quo hactenus nihil occurrebat, & quo piiſſimus ille dux loco *S. Mariæ in Seccovve*, legavit prædium *Waltendorff.* dolendum omnino, quod antiquitates Styriæ non integre proferre, ſed inde & hinc per fragmenta colligere ſit neceſſe; teſtamentum itaque hoc Ottocari 6. periit, nec cuiquam innotuiſſet, niſi diploma hoc teſtis ejus, non rejiciendus foret. Prædium itaque *Waltendorf* legavit Seccov. Eccleſiæ Ottoc. 6. Dux, cum omni proprietate, cultis & incultis, paſcuis quoque in & extra id prædium ſitis, cum omni utilitate *uſque ad ripam fluminis Pelſe.*

Legat Seccov. Waltendorf prædium.

Ejus ſitus.

Wal-

Waltendorf prædium forte nomen ſuum mutaverit, cum illud chartæ topographicæ in Styria non exhibeant, exiſtit quidem *vicus Walterſtorff*, cum ſat pingui parochia *infra Hartbergam urbem*, non tamen *ad ripam fluminis Pelſe*, ſed penes fluvios Veiſtriz & ſaven: unde prædium illud Seccovienſe Waltendorf in Superiore Styria erit quærendum, ea in vicinia circiter, ubi Pels Archidiaconalis parochia ſitum habet, arx enim Pels, circulo inter Muhram & Dravum inſerta, alluitur a fluvio Kainach, ut notum eſt ex chartis Styriæ. *Pels varia Styria loca.*

Cum vero ad prædium illud Walterſtorff, Seccovienſibus ab Ottocaro legatum, pertinuerit *alpes juxta Judenburch* poſita, ea etiam Seccovienſibus, hocce diplomate eſt confirmata. *Judenburch alpes Seccov.*

Varia quidem de Canoniæ Seccovienſis rebus tomo I. annal. meorum expreſſi, aſt, cum a Reverendiſſimo, ac Perilluſtri D. Joſepho de Schurian, Præpoſ. Cathedrali Seccov. & collectanea ex annalibus Seccov. & Catalogum Epiſcop. ac Præpoſit. Seccovienſ. obtinere dignatus ſuerim, ea, quæ præcedentibus annis de celeber. Canonia Seccov. neglecta ſunt, hocce tomo ſupplere conabor.

Fundatorem Seccovienſem Adalramum de Waldeck fuiſſe, oſtendi tom. I. f. 631. 856. 858. &c. varia ejus nomina, detegunt collectanea cit. annal. Seccov. *aliquando enim de Waldeck*, ajunt, *aliquando de Feuſtrize, pariter de Trayſema, nonnunquam de Starchenberg, ſubinde, etiam de Epinperge ſcribitur; quæ appellandi diverſitas haud aliunde quam ex diverſorum nominum caſtris & Dominiis obveniſſe indubitatum eſſe debet: habuit quippe Adelramus inter cætera bona ſua Epinperge curtem, quam an. 1149. Seccovienſi Cœnobio propriam eſſe voluit, habuit dynaſtiam Starchenberg, eamque Ottocaro marchioni Styrenſi, ut fidelis Canoniæ advocatus eſſet, cum egregia militum cohorte addixit*, (ut v. jam dicta tom. I. annal. meorum f. 777. 858. 859. 1006.) *habuit curiam Dominicalem Feuſtrizenſem, quæ pariter an. 1149. fundationi acceſſit* (id oſtendi loc. cit. f. 636. 858. 1046.) *Waldeck autem inferioris Auſtriæ caſtrum, quod transſylvam Viennenſem prope Starchenberg extabat, Adelramus in præcipuam aliquando ſibi & familiæ ſuæ orcheſtram delegiſſe videtur, cum ad rem divinam jugiter habendam, conſentiente Conrado Archiepiſcopo Salisburg. Eccleſiam in propinquo ædificarit, ac competente deſuper dote inſtruxerit, ut patet ex litteris deſuper confectis* (quas v. tom. I. annal. meor. f. 795. & 1056. opinabar tum caſtrum Waldeck, cujus tanquam in Bavaria exiſtentis fit mentio, in Styria extitiſſe, ſed cum eo ævo Bavariæ nomine, etiam Auſtria venerit, omnino dicendum, id inſer. Auſtriæ fuiſſe caſtrum) *Quod vero*, pergunt cit. collectanea, *aliquando de Trayſema vocetur, quod ejus germani fratres Waltherus videlicet ſecundus fundator Cœnobii ſan Andreani ad Trayſmam Erneſtus & Hartvvicus in dotalibus litteris de Trayſame ſubſcripti legantur; & hos geminos Adelrami fratres fuiſſe, Necrologium noſtrum antiquiſſimum diſertis verbis enuntiat. 2. Kal. Octobr. Waltherus laicus, frater Alrami fundatoris. 9. Kal. April. Dietmarus laicus filius Hartvvici germani fratris Alrami fundatoris, & 3. Non. Febr. Ernſt laicus germanus frater Alrami fundatoris, qui omnes etiam exhibentur in diplomate fundationis Clauſtro-Neoburg. quod Waltherus de S. Andrea, cum fratribus ſuis Adelramo de Epinperge, Erneſto de Trayſma an. 1136. ſubſignavit, ubi patet, quod, etſi Tres priores diverſa cognomina adhibuerint, illud tamen* *Waldeck de Adelram. fund. Seccov. varia nomina.* *Ejus varia Caſtra.* *Epinperge curt. datur Seccov.* *Starchenberg.* *Feuſtriz.* *Waldeck caſtr. Auſtr.* *Trayſema.* *Fratres Adelrami.*

men de Trayſama non intermiſſum ſit, ſed ab Erneſto horum poſtremo obſervatum (egi de his fratribus tom. I. f. 856. &c. ſed præter Waltherum, Erneſtum & Hartwicum, ottonem quoque fratrem ex veteri tabula Cl. Puſchii adduxi, pro Hartnido reponendus Hartwicus videtur.)

Conjuges 2. Adelr. de Waldeck.

Solus Necrologus noſter, ait cit. ſupra Reverend ſſ. Præpoſ. Seccov. *Conjuges fundatoris noſtri ſcripto tradidit, nam ita emortualem diem habet, V. Kal. Decembr. Albero de Offenberch, laicus Pater Berchtæ* (fuit ergo nata de Offenberch) *VII. Id. Decembr. Cæcilia de Offenberch laica mater Berchtæ. Item XVII. Kal. Dec. Berchta laica uxor Adelrami fundatoris* (quæ omnia in fragm. necrologii Seccov. apud Frælichium diplomat. Styriæ omiſſa fuere) *de qua familia etiam diploma meminit, quod ſuper donatione alpis Judenburgenſis in ea civitate circa an. 1192. ab Ottoc. I. Duce Styriæ expeditum eſt, Offonem de Offenberch inter illuſtres teſtes adhibet. Neque falli putamus, ſi ad gentilitia ejusdem jura, celebre olim Superioris Styriæ caſtrum Offenbergenſe, tam ex æqualitate nominis, quam ex non multa a loco ſubſcripti diplomatis diſtantia retulerimus; cum enim conſtet, circumſtitos proceres ad Corroborandas teſtimoniis ſuis chartas, Judenburgum convenisſe, faſeſt credere, hunc ipſum Offonem cognominis arcis, cujus rudera prope parochiam Pölſenſem adhuc conſpiciuntur, poſſeſſorem extitiſſe*, de familia hac & caſtro egi breviter tom. I. f. 1045.

1. Berchta nata de Offenberch.

Offenberch fam. Styr.

Caſtrum.

2. Richinza de Perge.

De conjuge altera *Richinza de Perge*, quæ in hiſce collectaneis referuntur, plurima ex parte adduxi tom. I. f. 856. 859. &c. item 667. 860. Richinzæ nomen idem ac Reginæ eſt, tabulæ ejus dotales Seccovii ſervantur. Mortuales ephemerides ſæpius ejus obitum referunt: *Non. Julii Richiza de Perge converſa*, in minio ſcriptum, *Richiza fundatrix hujus loci*, Item *Non. Julii Reichza converſa ſoror noſtra, fundatrix hujus loci, datur conſolatio unius ferculi.* Eadem recurrunt in Necrologio regulæ. *Nonis Julii Reychza converſa fundatrix hujus loci, & ſoror noſtra. Quamdiu exhinc religioſa fundatrix vitam prorogarit, incertum manet, licet ejus nomen an. 1158. recurrat, quo confirmatio deſuper a Frider. Imper. ſcripto emanavit. Et utraque conjuge nullos ſuſcepit liberos fundator Adelramus.* Benedictam tamen ſeu Erntrudem filiam Adelrami oſtendi ex necrol. Seccov. tom. I. f. 860.

Hartnid. Pater Adelrami.

S. Laurent. paroch. trans muram.

De Hartnido patre Adelrami fundat. citata collectanea ita habent *Hartnidus nobilis vir, qui ad exornandam ſuam in valle Feuſtrizenſi capellam, ſingulari ſtudio intentus, tradita in manus Gebehardi Archiep. Saliſburg. Eccleſia S. Laurentii trans muram, non modo illam parochialem effecit, ſed reductis quoque nova ſubſtitutione decimis digniorem reddidit,* Gertrudis matris Adelrami mors occurrit in neocrol. Seccov. ad IV. Kal. Nov. *Gertrud laica mater Adelrami fundatoris loci*, v. pl. tom. I. annal. meor. f. 856. 857. &c.

Teſtes diplomatis hujus, Græcii confecti, atque publicati fuere ſequentes.

1. *Dietericus Comes de Wazerburch.* V. dicta tom. I. in annot. Dipl. 18. de *Conrado Com. Waſſerburg.* in Bavaria. V. an. 1218. 1230. 1247. Sed hi Comites Bavari Styriam noſtram non concernunt.

2. *Albrecht de Weichſelberg.* V. tom. I. annot. Diplom. 66.

3. *Otto Landgrave de Steveninge* V. tom. I. annot. Dipl. 69.

4. Ge-

4. *Gero*, & *Wilhelmus Comites de Hunnenburch.* V. tom. I. annot. Dipl. 4. & 6. de quibus plura etiam hoc tomo occurrunt.

5. *Wernher de Griezbach.* V. tom. 1. annot. Dipl. 66.

6. *Chunrad de Schönberh.* *Schönberg* locus eſt Auſtriæ, forte arx, circuli Mühl Viertl dicti, & Epiſcopo Paſſav. parens, quo in loco decimas vini Wolfgangus Abbas Gotwici, an. 1449. cum aliis quibusdam bonis *Sigismundo Stockharner* in feudum dedit. In Styria *Schönberg* vel *Schonnenberg*, prædium & Eccleſia, Superioris Styriæ, Seccovienſibus *a nobili matrona Giſila de Oſſiach* data, ac ab Ottocaro 5. ac Alexandro 3. confirmata fuit, ut tomo præcedente oſtenſum. An ex hoc prædio orti ſint Domini de Schönberg, an ex Auſtria, vel an ex arce cognomine Carnioliæ? quæſtio hic verſatur. Schönberg prædium, & Eccleſia Styriæ Sæculo XII. medio, in manibus dictæ *Giſelæ de Oſſiach* hæſit; Excellentiſſimus Wurmbrandius in collectaneis genealogicis eos in Auſtria ab Azone illo celeberrimo deſcendiſſe tradit, Illuſtriſſ. Valvaſorius tom. 3. lib. 9. cap. 2. docet, officium Camerarii hæreditarii in Carniolia, & marchia Vinidorum, Schönbergios olim, cum arce cognomine tenuiſſe, idque cum eadem arce ad Auerſpergios an. 1450. deveniſſe. Idem loco cit. lib. 11. fol. 503. ulterius prodit, ab hac Carnioliæ infer. arce, a monte amæno, cui inædificata erat, nomen ſortita, etiam dynaſtas de Schönberg prodiiſſe. Anno 1289. *Dietericus*, & jam antea anno 1267. *Otto & Arnoldus fratres de Schönberg* id caſtrum poſſederunt eodem valvaſorio teſte, ſed hi diſtincti videntur ab iis, quos recenſet Excell. Wurmbrandius ex Diplom. Rudigeri Patav. Epiſc. an. 1245. edito, inter cujus teſtes notantur, *Hadmarus & Rapoto fratres de Schennenberg*; in Auſtria certo exſtitere Schönbergii, nam Alberti 1. Auſtriaci inter officiales primus ordine *Bernardus Comes de Schönenberg* (ſorte *Schonnenberg* ſeu *Schavvnberg*) apud Wurmbrand. cit. refertur.

Schönberg de DD. Genealog.

Loca varia ejus nom. in Auſtria & Styria.

Uti & Carniolia.

Oſiach de Giſila.

Quidquid ſit, ſeu ex Auſtria, ſeu ex Carniolia deſcenderint, certum eſt, lineam aliquam Schönbergiorum, inter Styros noſtros extitiſſe, nam in diplomate Seccov. 94. an. 1269. *Mechtildes vidua Hadmari de Schonberch*, cum filiis *Reinberto & Hadmaro*, ceſſit omni jure, ſuo, & hæredum nomine, de bonis in Glanz ſitis, de quibus huic familiæ lis erat cum Seccovienſibus, datumque eſt hoc Diploma *in Bethſcheine*, ſeu *Witſchein* caſtro Seccov. infer. Styriæ, ex quibus proin cenſeo, lineam Schönbergiorum vel in Styria extitiſſe, vel ſaltem ibidem bona poſſediſſe. Præterea inter Nobiles Salisburg. an. 1322. in prælio Mülldorfenſi captos ab authore germ. ſacræ tom. 2. f. 448. refertur *Ortulphus Schönberger*, & ex Chron. MS. Vorav. an. 1329. *Conradus Schönberger in turri prope Penzendorf*, penes Hartbergam reſidebat, & multa prædia *in Geisldorf*, Canoniæ Vorav. legavit, de quibus ſuo loco.

Schönbergii in Styria.

Witſchein caſtrum Seccov.

Penzendorf turris prope Hartbergam. DD. de Schönberg.

Ad an. 1195. ad Diploma 2.

An. 1195. ad Dipl. 2.

Frœlichius in notis ſuis ſentire videtur, Leopoldum virtuoſum, Græcii equi lapſu mortuum, fuiſſe hujus Diplomatis authorem, ita enim ait Frœlichius. *D. Leopoldi Ducis Styriæ & Auſtriæ anniverſarium exſtat*

Seizenſi Cartuſia beneficii Leopold. 1. & ai Ducis.

exſtat in Seizenſi antiquo Necrologio ultima Decembris, Leopoldus tamen hic, Seizenſibus hoc Diplomate beneficus, non fuit ille, qui Græcii equo lapſus obiit, ſed filius ejus, qui hoc anno Styriam adhuc ſolam regebat, ut ex chronologia conſtat. Teſtatur id ipſum Leopoldus hoc Diplomate dicens, *patrem ſibi æquivocum*, ſeu ejusdem ſecum nominis, fuiſſe, itemque ſe *Ducem Styrenſem* ſolum appellat; jam vero Leopoldo virtuoſo Græcii equo lapſo non erat *Pater æquivocus*, ſed Henricus Jaſomirgotus, & Leopoldus ille, non ſolum Styrenſis, ſed & Auſtriæ Dux erat, ut adeo diploma hoc, non de Leopoldo virtuoſo, ſed glorioſo ſit intelligendum.

Itaque Leopoldus glorioſus confirmavit beneficentiam patris ſui Leopoldi virtuoſi, qua Seizenſi Cartuſiæ, eleemoſynam decimarum vini, in 4. vineis, nempe in 2. *in Rachis*, una *in Vadoai*, & una *in Rogots* donavit, quæ trina loca in Styria infer. ſitum obtinent, *Rachis* nempe, hodie *Rochitſch*, quorum unum inferius, ſuperius alterum, *Vadoai*, locus mihi ignotus, *Rogots* locus vero tom. 1. in annot. Dipl. 59. expoſitus eſt.

Leopold. Dux in Marchburg. Acta ſunt hæc *apud Marchburg*, quo in loco proinde exſtitit hoc anno Lepoldus Dux, cum miniſterialibus & teſtibus hoc ordine ſubnotatis; quorum erat.

1. *Errandus*, ſeu Herrandus *de Wildonia*. V. tom. I. annot. Diploma. 53.

2. *Vulvvingus de Caphemberg*. V. tom. I. annotat. Dipl. 14.

3. *Ulricus de Ortemberc* ſeu Ortenburg. ib. Dipl. 33.

4. *Ortolphus de Gonovviz*. V. tom. I. annot. Dipl. 34.

Meeri de Henr. & Richerus. 5. *Dom. Henricus plebanus de Meeri & Richerus frater ejus*. Ignotus eſt cum parochia ſua, neque in Styria quærendus, niſi ſors nomen mutaverit.

Troſſard de Dietmar. 6. *Dietmarus Troſſardus*, nullius nobilitatis, ut videtur, neque Styrus.

An. 1197. ad Dipl. 3.

Ad an. 1197. ad Diploma 3.

De anno Dipl. hujus. Vir Clariſſimus Bernardus Pez in editione hujus Diplomatis appoſuit annum 1193. cui tamen author Germaniæ ſacræ tom. 2. f. 306. ſubſtituendum cenſet annum 1197. tum, quod an. 1193. non Bertholdus, ſed Gundaccarus fuerit, Præpoſitus Salisburg. cui an. 1196. ſucceſſit Bertholdus hoc in Diplomate ſubnotatus, cum, quod caſtrum *Halburch*, in quo Diploma hoc ſe ſignaſſe ait Adalbertus, an. 1196. primum ſurrexerit.

Halburch Salisburg. caſtrum.

Dubium tamen correctioni huic movet adjectus annus XXVI. Pontificatus Adalberti Salisburg. qui, cum an. 1168. præeſſe cæperit, addendo annos 26. eveniret ſolum annus 1193. vel ſequens. Cum tamen Correctio Diplomatis neceſſaria videatur, ea ſatius in anno hoc unico, quam in pluribus, Præpoſito nimirum Bertholdo, & caſtro Halburch admittenda erit, vel dicendum, chartam hanc primum Friſaci an. 1193. (quo anno poſt feſtum OO. SS. annus 26. regiminis Adalberti currere incipiebat,) datam, atque an. 1197. in Halburch, Sigillo Adalberti munitam fuiſſe, quo tempore, cum Gundaccarus

Gundaccar & Bertholdus Præpoſ. Salisburg.

Præ-

Præpoſitus Salisburg. jam obierit, ei ſubſtitui potuit Bertholdus Præpoſitus Salisburg. roborationi Diplom. hujus præſens: ita inſinuare videntur ipſius Diplomatis verba: *Coram his omnibus præſens pagina, primum fuit recitata, & eorundem conſenſu, in Halburch ſigillo noſtro conſummata. Amen.*

Hoc porro Diplomate abſolvit Adalbertus Salisburg. litem, inter ſe & monaſterium Admont: *de jure Cathineario* in fundo Eccleſiæ Admontenſis, *ſuper monte Zezzen.* Tandemque jus omne, ſiquod eo in monte haberet Eccleſia Salisburgenſis, attribuit Admontenſibus.

Prætera eodem hoc Diplomate confirmavit Adalbertus Admontenſibus *decimas in Gamner & Obedach*, quas prædeceſſores ſui, jam eidem monaſterio attribuebant, quamvis *parochiam in Obedach* D. Ægidio ſacram hodie adminiſtrent San-Lambertiani. *Decimæ in Gamner & Obedach.* *Hæc paroch. hodie mon. S. Lamb.*

Acta ſunt hæc *in caſtro Halburch*, quod ad compenſationem exuſti oppidi Hallenſis exſtructum dixi an. 1196. Inter teſtes recenſetur.

1. *Bertholdus Præpoſitus Salisburg. Majoris Eccleſiæ* qui teſte Chron. Salisburg. an. 1196. ſucceſſit defuncto Gundaccaro. Idem habet Chronic. Reicherſpergenſe. Bertholdus hic an. 1200. Romæ defunctus eſt 7. Octobr. dum pro pallio referendo ibidem moraretur. *Bertold. Præpoſ. Salisburg.*

2. *Bernhardus Præpoſitus de Berchtesgaden*, de quo, Chron. Salisburg. ad an. 1201. ita ſcribit: *hoc quoque anno Wernhardus Præpoſ. Berchtesgadenſis fratri ſuo Domino Bertholdo Romæ defuncto nonis Octobr. ſucceſſit*, qui dein an. 1204. Præpoſituram Salisburg. apud Raſtadt reſignavit 5. Idus ſeu 9. Auguſti, ac dein 24. vel 25. Aug. obiit. Bernardo vero in præpoſitura Berchteſgad. ſuffectus eſt Hugo, qui teſte Chron. Salisburg. an. 1210. obiit. *Bernard. Præp. Berchtesg. dein Præp. Salisburg.* *Hugo Præp. Berchtesgad.*

3. *Chunradus Præpoſ. S. Zenonis*, apud Halle, quæ Canonia S. Auguſtini, dum civitas Hallenſis anno 1196. exureretur ab Adalberto 2. ab illa flamma, immunis manſit. *Conrad. Præp. S. Zenon.*

4. *Siboto de Surbercb.* V. tom. 1. annot. Diplom. 8. hic & ſequentes omnes fere, erant miniſteriales Eccleſiæ Salisburgenſis.

5. *Otto de Chunigesbercb.* V. tom. 1. annot. Dipl. 58. & totam Genealogiam tomo hoc Diplom. 4.

6. *Chuno de Werven & frater ejus Chunradus.* V. tom. 1. annot. Diplom. 32. de quo plura ad an. 1201.

7. *Chunradus de Stetbaym*, Salisburgenſis, inter Styros non recenſendus. *Stetbaym. de Conrad.*

8. *Ulricus de Chalcbeym, & frater ejus Chunradus.* V. tom. 1. annot. Dipl. 84.

9. *Henricus de Hochſtein, & frater ejus Luipoldus.* V. tom. 1. annot. Diplom. 48. *Jacobus* an. 1322. in prælio Mildorf. captus eſt.

10. *Henricus de Gebeningen, & frater ejus Lutvvinus* miniſterialis Salisburgenſis. *Gebeningen de Henr. & Lutwin.*

11. *Otto de Goldeck*, diverſus ab hoc, & forſitan hujus Filius, vel nepos fuerit Otto ille Goldeckius, qui anno 1299. Diplomati Epiſcopatus Seccov. num. 61. ab Hertnido de Wildon dato ſubſcriptus legitur, & quidem Græcii præſens. Domini hi de Goldeck feudatarii erant Eccleſiæ Salisburgenſis; an. 1323. Fridericus 3. Archiepiſc. Salisburg. *Goldeck de Genealog.*

Caſtrum Purgſtall in Dæchſenbach.

lisburg. *a Wulfingo de Goldeck*, novum, & vetus deſolatum *caſtrum Purgſtall in Dæchſenbach* emit una cum Comitatu & jurisdictione, quæ Goldeccenſes antea ab Eccleſia in feudum habuerunt 1500. florenis.

Gaſtein Comitatus caſtrum Kleinſtein.

Eod. anno transegit cum Goldeccenſibus *de Comitatu in Gaſtein*, de caſtro Kleinſtein, & aliis prædiis, quæ dynaſtæ dicti in feudo poſſederunt ab Eccleſia Salisburg. Wulfingus hic an. 1327. oppidum *Titmaning* Ludovico Bavaro tradidiſſe legitur.

Pincernat. Salisburg.

Erant vero Goldeckii, hoc circiter tempore, Pincernæ Salisburgenſes, quod officium ante eos DD. de Pongav, & poſt Goldeckios an. 1300. & poſtea Albertus Auſtriacus tenuit. Eorundem Goldeckiorum erat etiam *jus coquendi ſalis in Hallein*, cum officina Salinaria, montibus & ſylvis eo pertinentibus, quod dein *Hugo de Goldek* an. 1398. Gregorio Archiep. Salisburg. vendidit. Hundius teſtatur eorundem fuiſſe *Werven* & *Raſtad*.

Hallein Salina Salzb.

Dynaſtis his non bene convenit cum Archiepiſcopis Salisburg. uti enim Sæc. hujus fine, & alterius medio dicetur, præſertim an. 1359. *Joannes & Hugo fratres de Goldeck*, cum aliis Salisburgenſibus fœdus inierunt, contra Ortolphum Archiepiſc. qui eos ad officium armis compellere volebat, an. 1286 *Conradus de Goldeck* in valle Anaſina, ac ditione Ducis Auſtriæ tenebat munimentum *Statneck*, de quo plura, ubi de ejectione hujus Goldeckii e caſtris ſuis a Rudolpho Salisburg. Archiep. agemus. *Otto de Goldeck* an. 1297. cum Conrado 4. Salisburg. Archiep. Viennam ſe contulit pacis ineundæ cauſa, hic vero ipſus fuiſſe videtur, qui in Diplom. Epiſc. Seccov. 61. Subſcriptus legitur.

Caſtrum Goldekerhoff.

Sæculo XV. medio gens ea exaruiſſe videtur, cum eorum caſtrum *Goldekerhoff* poſt varias altercationes, per viam juſtitiæ acceſſit Eccleſiæ Salisburg. ſub Sigismundo 1. Archiep. V. Auth. Germ. ſacræ tom. 2. f. 510.

12. *Otto de Leibniz* ſeu Leibniz. Et

Leibniz de DD.

13. *Eckebardus de Leibniz.* Quæpiam jam tom. 1. annot. Dipl. 9. de caſtellania, & dynaſtis Leibnicenſibus dicta ſunt, non tamen omnia; ſuppleo hic ea, quæ ſe de novo obtulerunt, eosque ordine chronol. ſubjungo.

Duringus. De quo V. tom. 1. annot. Diplom. 9. fl. an. 1146.

Eberardus Caſtellanus de Leibniz ibidem. Floruit an. 1144. &c.

Poppo, uti & Eberardus, miniſter, Salisburg. ibidem fl. an. 1139.

Sigemarus. an. 1151. floruit. V. ibid.

Eckebardus Præfectus de Leibniz. an. 1193. V. ibid.

Otto 1 Præfectus de Leibniz an. 1188. floruit. V. cit. tom. 1.

Heinricus an. 1201. &c. V. ibidem

Albertus & *Conradus* an. 1201. 1203. ibid.

Gerhardus an. 1215. ab an. 1188. ibid. &

Sigefridus an. 1258. notatur ibidem.

Wernherus Caſtellanus de Leibniz, hujusque frater *Wulfingus*, filius *Fridericus*, & filia *Adelhais* ex Diplom. Vorav. inter mea num. 160. deteguntur ad an. 1272. Wernheri quidem mentio an. 1248. fit in Dipl. Seccov. Epiſcopatus 24. & Wulfingi ad an. 1245. in Dipl. Seccov. Ep. 22. immo Wernheri hujus & Wulfingi fratre *Hertnidus* vel Hartungus fuiſſe videtur, qui an. 1257. cum Wulfingo fratre Vineam quandam Canoniæ Seccov. donatam teſtatur.

Fri-

Fridericus vero hujus Wernheri filius, vel Archiep. Salisb. an. 1315. factus, vel certe pater *Fridericus* 4. & ultimus hujus familiæ videtur, cujus filia Catharina, Leibnizenſem dynaſtiam per nuptias ad Polheimios tranſtulit an. 1366. circiter, quatuor enim Fridericos de Leibniz lego, unum an. 1315. Archiepiſc. Salisburg. alterum Canonicum ejusdem Eccleſiæ an. 1246. ut V. Dipl. 90 inter mea qui proin a Frideric. Archiep. 1338. defuncto alius eſſe debuit. Fridericus 3tius erat Wernheri mox expoſiti filius medio Sæc. 13. florens, quique ad an. 1280. in Diplom. Epiſc. Seccov. 57. vocatur *miles* ſeu Eques & defenſor *Eccleſiæ Seccov.* tandem ultimus hujus familiæ Fridericus 4. an. 1340 & 1366. floruit.

Starcandus de Leibnitz an. 1255. refertur, ut V. Dipl. mea in fine *Otto* 2. teſtem egit *Wulfingo de Capbemberg* an. 1258. dum Seccov. damna repararet. V. Dipl. Seccov. 117. idem an. 1280. ſubſcriptus eſt Diplom. Epiſcop. Seccov. 57. cum Friderico de Leibenz milite Eccleſ. Seccov.

Hermanus de Leibenz, denuo viſitur an. 1287. in Diplom. Seccov. Epiſc. 58. cætera V. tom. 1. annot. Diplom. 9.

14. *Otto de Lonisperg.* Hunc ego probabilius, in Diplom. Göſſenſi 14. ad an. 1203. ab Eberhardo Salisburg. dato ſub nomine *Ottonis de Luningisberch* ſubſcriptum cenſeo, imo eundem arbitror, cujus vidua, ſoror *Ottonis de Perneck*, nomine Chunegundes, cum fratre ſuo Ottone, annuente matre Hartwige Göſſenſibus an. 1260. donavit *curiam Hyntesdorf*, ſub caſtro *Fraunburg* ſitam ut v. Diplom. hic adducenda num. 20. 43. in Genealogia Perneckiorum &c. Domini hi de Lonſperg, Styri vel in Styria bona poſſediſſe videntur, nam an. 1282. Bernardus Præpoſ. Vorav. a Chunegunde citata, quædam bona *in Sibenpirchen prope Hochenvvard* comparavit, ut ex chron. MS. Vorav. ad eundem annum dicetur. *Fridericus de Lonſperch* jam ad an. 1160. ex Diplom. Admont. 27. & 34. innoteſcit, & *Fridericus* alter, forte Chunegundis memoratæ Filius an. 1300. privilegium tuitionis ſuper bona in Sibenpirchen Dietrico Præpoſito Vorav. Contulit ex MS. chron. Vorav. An vero *Rugerus de Linsberch*, qui an. 1274. Diplom. Göſſ. 56. inter milites & nobiles Styriæ ſubſcripſit, ex eadem hac familia fuerit? non ſatis novi: in annotationibus Diplom. 164. Rugerum hunc exprædio Auſtriæ Lindsberg dicto deducendum opinabar.

Lonisperch vel Luningisbereh vel Lonſperch.

Fraunburg caſtrum Styr. Hyntesdorf curia ib.

Linsberg de Rugerus.

Cæterum ex hactenus dictis, dynaſtæ de Lonsberg, prædia in Styria Superiore & inferiore poſſederunt, an vero iidem fuerint Domini Civitatis Landſperg in Styria inter Dravum & Muhram ſitæ, ac Archiepiſcopis Salisburg. obnoxiæ? documenta quæ doceant, non habeo.

Landſperg civit. Salisb.

Riſperch de Albert.

15. *Albertus de Riſperch.* Exiſtit in valle Lavantina caſtrum *Reiſperg*, quod Jordanus appellat *Reichsberg*, Dukerus & Megiſerus *Reichenberg*: caſtrum hoc Salisburgenſe, cum eſſet anno 1479. in illis Cæſarem inter, & Hungaros turbis occupatum a milite Cæſareo, anno primum 1494. per Maximilianum Imp. ſedi Salisburgenſi eſt reſtitutum. Hoc ex caſtro dynaſtas hos Carinthiæ ortos arbitror, e quorum familia Joannes 2. an. 1429. electus eſt Archiepiſcopus Salisburgenſis. De

Reiſperg caſtr.

his Carinthiæ dynaſtis, & miniſterialibus Salisburg. agere meum non eſt, eorum ſchema Genealogicum adfert Bucelinus parte 4. f. 190.

Aichain de Luitold.

16. *Luitoldus de Aichain*, ignotus, nec e Styria ortus videtur.

Vagir de Marquard.

17. *Marquardus de Vagir*, nullo alio Diplom. mihi viſus.

Salzburch de Gerboch.

18. *Gerchoch de Salzburch.* V. tom. 1. annot. Diplom. 69. ubi dixi, eos a loco & caſtro Salzburch, cujus caſtellani, ſeu capitanei erant, nomen ſuum obtinuiſſe: moveor ad hanc opinionem ex dictis an. 1204. quo Eberhardus Salisburg. confirmavit donationem factam a nobili *femina Biemude, vidua D. Maingoti de Salzburch caſtellani.* Gerhochus itaque hic, & olſcalcus in Diplom. 69. præcedentis tomi citatus, ex hac caſtellanorum Salisburg. familia fuiſſe videtur.

Capfenſtein de Lutwinus.

19. *Pabo de Jun & frater ejus Chunradus.* V. tom. 1. annot. Dipl. 71.

Caſtrum ejus nomin.

20. *Lutvvinus de Capfenſtein.* Caſtrum hujus nominis exiſtit in circulo Voravienſi, hodie Græcenſi dicto, cui jus dicunt Comites de Lenghaimb, ſitum eſtad fines Hungariæ, infra Gleichenbergam. Ex hac arce cognomines prodierunt dynaſtæ, quorum tamen modica documenta mihi hactenus obvenerunt. An. Dom. 1255. Ludovicus *de Capfenſtein* multatus eſt ob injurias Teutonicis Græcenſibus illatas, ita enim ſententia Godefridi Judicis Provincialis, & Friderici Jun. de Petove Mareſchalli Styriæ in eundem lata habet: *Bona tua Ludovice de Kapfenſtein, ſub eodem caſtro jacentia pro M. XV.* Obligata ſint Eccleſiæ Teutonicorum, donec fuerit ſatisfactum. Idem vel forte ejus pater *Ludovicus de Kapfenſtein* anno 1214. ſubſcripſit Diplomati Göſſenſi 17. in Diplomat. Styriæ P. Eraſmi Frœlich. S. J. in quo Diplomate miniſterialis dicitur Leopoldi Ducis Auſtriæ & Styriæ. Quoniam vero de hiſce Styriæ dynaſtis, nullo adhuc domeſtico inſtruor documento, fragmentum Genealogicum eorum, ex Bucelino & MS. Kainach. ſubjungo.

Genealogia Capfenſteiniorum.

Joannes de Capfenſtein an. 996. adfuit ludis Brunſvici.
Theodericus an. 1165. in ludis Tigurinis uxor N.

Conradus 1. | *Ulinus* 1. vel *Udalricus* an. 1326. ux. incerta. | Plures in juventute †.

Ulinus 2. v. *Udalric.* 2. an. 1359. ux. Anna *Füllerin.*

A. *Hermannus ad Dreſing* ux. 1. N. *Fillerin.* 2. Gertrud de Lindeck 1377.

Eliſab. m. Paul. *Lügaſter* an. 1355.

N. uxor Hermanni a Krottendorf an. 1362.

ex 1. toro. *Margaretha* mon. Gurc. ita MS. Kain.

ex 1. toro. *Pilgramus* an. 1404. uxor Marg. *Tifrein.* duo forte hujus nom.

ex 2. toro. C. *Conradus* 2. an. 1380. ux. Beatr. ab *Elrechingen.*

ex 2. toro. *Udalric.* 3. an. 1396. ux. Urſula *Schlislerin.*

Albert. an. 1403. ex MS. Kain.

B. *Andr.* 1. an. 1388. ux. Barb. de *Reifenflein.*

Udalric. 4. ux. Dorothea de Graben, Præf. *in Klech* an. 1458.

Anna m. Caſpar de *Holneck* an. 1394.

D. *Andreas* 2. ux. N.

E. *Udalric.* 5. ux. 1. Barb. *de Kainach.* 2. Urſ. *Naringerin* dein ux. Ant. *de Herberſtein.*

Caſpar ux. N.

Wolfhard. cæl.

Juv. plur. †

Udalr.

Andreas 1. — *Udalr.* 5.

Udalr. 6. qui ab aliis parens horum ſtatuitur an. 1420. ad 1452 *Ortolphus* ignoti Stipitis. — *Helena* ux. Alb. de *Feiſtriz* an. 1443. — *Sibylla* ux. Mart. de *Fläming* an. 1444. — *Sigiſm.* an. 1458. &c. ux. N. † ſine hærede. — ex 1. tor. *Georgius* ux. Apoll. *Preiningerin* fl. an. 1450. &c. — ex 2. toro. F. *Anna* m. 1. Mart. *Spitzer.* 2. Andreas de *Herberſtorf.* — *Zymbirg.* m. Chriſtoph. *Schucfen de Schonenverd.* — plur. ex utroque toro juv. †

Joannes cælebs, quocum ſtemma exaruit. — *Chriſtophorus* ux. 1. Urſula *de Weiſeneck.* 2. Lucia de *Mordax.* — *Wilhelmus* Ord. S. Bened. in mon. S. Lamberti Procurator ib. an. 1529.

ex 2. toro. *Roſina* mar. 1. Eraſm. *de Purgſtall.* 2. Mich. *Holzapfel.* — *Urſula* mar. Erasmus *de Tumberg.*

Notas quasdam ex MS. Kainach, addo.

A. Hermannus alpes (Schwaig zu Träglwang) recepit in feudum a *Friderico de Stubenberg*, & fratre ejus, quas alpes fratribus Stübenbergicis reſignavit Paulus Lügaſter. Actum Kapfenbergæ an. 1363. — *Kapfenſtein de Herman. Stubenberg de Frideric. Lügaſter Paul.*

Eidem Hermanno, *Anna* vidua Udalr. 2. *de Kapfenſtein* an. 1365. bona quædam in hypothecam dedit. — *Kapfenſtein de Anna, Udalr.*

Hermanni fratrem alii ponunt *Wolfgangum* an. 1377. id tamen non adeo certum eſſe ait Baro de Kainach. — *Wolfgangus.*

B. *Andreæ* 1. uxor erat e familia *de Raifenſtain*, cujus ultimus ſurculus an. 1386. cum Leopoldo Duce Auſtriæ in prælio ſempacenſi obiit. — *Raifenſtein famil.*

C. *Conrado* huic duas uxores tribuit MS. Kainach. primam Beatricem de *Elrechingen* an. circiter 1450. cujus ſuæ primæ uxoris cauſa Andream *de Trautmanſtorf*, cui etiam ex familia de Elrechingen uxor erat, patruelem ſuum ſeu Ohaim vocat, altera Conradi uxor, teſte MS. Kainach: erat Margaretha filia *Joannis Lembſitzer* an. 1416. quodſi ita, Margaretha prima, Beatrix altera Conradi uxor fuit. — *Kapfenſtein de Conrad. Elrechingen de Trautmanſtorf.*

D. *Andreas* 2. Conradi 2. filius bona quædam vendidit ulrico de Kapfenſtein Andreæ filio an. 1452. firmarunt contractum Balthaſar Brüeſchinck Præfectus Mureolæ ſeu Pfleger zu Mueregg, & Ulricus 5. Kapfenſteiner, Andreæ hujus frater. — *Andreas 2. Brueſchenk Balth.*

F. De Udalrico 5. & Andrea 2. fratribus extat pactum vertrag von Graff Haugken von *Montfort*, Herrn zu Pregenz, zwiſchen den frommen und erbaren Gebharden von Waldſtain, auch Andre und Ulrichen den Kapfenſteinern gebrüedern, umb güetter von Niclas füller und Herman Kapfenſteiner herkhomend, an. 1411. fertiger der Veſt und fromb Gebhart von Waldſtein der Jinger, des eltern veſter, der Veſte und fromb Diewald Khellermaiſter ꝛc. — *Montfort C. Hugo. Waldſtein de Gebhard. Sen. & jun. Kellermaiſter Diewaldus.*

F. Annæ maritus primus Martinus Spitzer primo Procurator ſeu Schafer zu Göß dein *Præfectus* ſeu Pfleger in Weinberg fuit, teſte MS. Kainach. — *Spitzer Martinus.*

Plura, ubi Documenta domeſtica obtinuero.

Zeitzberg de Conrad. 21. *Chunradus de Zeizberg.*
Unzingen de Gotſcalc. 22. *Heinricus de Ucelingen.*
23. *Gotſcalcus de Uncingen.*
Ainöde de Albero. 24. *Albero de Ainöde.*

Hos nullibi ſecus reperio præter D. de Uzeling de quibus V. tom. 1. annot. Dipl. 35.

25. *Albertus de Schergenberch.* Nobiles hos nullibi deprehendo, bene tamen Scherſenbergios, & Scherenbergios, qui poſtremi etiam de Schermberg & Raſtadt vocantur (ut v. Geneal. eorum apud Bucelinum) noti ſunt hi in hiſtoria Salisburgenſi, etenim *Chriſtophorus Comes de Scherenberg*, an. 1527. in rebellione illa tumultuantium Ruſticorum Radſtadium propugnavit, ac dein 27. Coryphæos Seditionis, per 4. Carnifices abreptos, obtruncari juſſit, ſicque pacem reſtituit: ante illum *Chunradus Comes de Scherenberg* an. 1403. contra Gregorium Salisburg. Archiepiſcopum, cum reliquis ordinibus Salzburg. fœdus iniit, ut v. Author. Germ. Sacr. tom. 2. f. 967.

Schergenberg de Albert.
Schermberg & Raſtadt.

Riute de Conrad. &c. 26. *Chunradus de Riute.* Idem occurrit in Diplom. Admont. 51. an. 1209. *Eppo de Riute* in Diplom. Admont. 66. ad an. 1186. & *Bernardus* in Diplom. Admont. 108. an. 1171. miniſteriales Salisburg. fuiſſe Cenſeo.

Tiuffenbereh de Otto. 27. *Otto de Tiuffenberch*, forte *Tiuffenbach* de quibus tom. 1. annot. Dipl. 86. ſecus ignotus teſtis.

Ad Diploma 4.

Ad. Dipl. 4.

Leibniz. Conv. an. 1797. Inſinuat nobis hoc Diploma, *Leibnizii in Styria* hoc an. & menſis Februarii fine, celeberrimum Conventum fuiſſe habitum Nobilium, Eccleſiaſticorum, & Sæcularium etiam perſonarum, quo in Conventu vetus lis illa terminata, quæ Admontenſes cum *Friderico de Petove* divexabat.

Lis Frid. de Petav cum Admont. de Sauſal, Litis hujus ſumma in eo hærebat; Admontenſe monaſterium, ante annos plus 40. proin circa medium Sæc. XII. obtinuit prædium *Mukyrnove* (hodie *Sauſal*) a *Godefrido de Wietingen*, quo vero titulo, an emptionis, an donationis, vel alio aliquo? Diploma non docet; aliud tamen Admontenſe Diploma in Cod. Diplom. n. 16. quo Chunradus 1. Salzburg. illud confirmat, ſequentia habet, nempe *Godefridum de Wietingen* miniſterialem Salisburg. cum *uxore ſuo Adela*, id prædium libere contuliſſe Eccleſiæ Admont. *ſi ſine liberis obiret*, cui Diplomati ſubſcripſerunt inter teſtes alios, *Rudolph, Udalrich, Friederich de Wietingen*, an fratres, vel cognati? ignotum.

Seu Mukernove dato a Godefr. de Wietingen & Adela uxore.

Wietingen de Rudolph, Udalrich, Fridericus.

Fridericus 1. Petovienſis, cum eſſet de Cognatione Godefridi de Wietingen, ut ait hoc Diploma, interceſſit, & prædium *Muckernovve*, ſeu *Sauſal* ſibi vindicare voluit, an in totum vel partem? denuo ignotum, lis hæc diutius protracta eſt, Admontenſes jus ſibi a delegatore Godefrido, Fridericus vero Petovienſis ex cognatione ejusdem Godefridi aſſerebat, cumque ſic pars parti cedere nollet, amicabili modo litem compoſuit Adalbertus enuncians ita, ut Fridericus Petovienſis acceptis a monaſterio Admont. 40. marcis, jus omne, quod haberet, cederet, & prædium hoc ſuper reliquias S. Blaſii abdicaret: abunde pacta im-

implevit Fridericus Petov. non ſolum prædium illud totaliter reſignans, ſed etiam tutelam Admontenſium, quoad hoc prædium in ſe ſuſcipiens.

Fridericus hic 1mus erat hujus nominis e Petovienſibus, vir Geſtis clariſſimus, & miniſterialis Eccleſiæ Salisburgenſis, ut tom. 1. annot. Dipl. 45. expoſitum; Quomodo vero e *Cognatione Godefridi de Wietingen* (quem tom. 1. in annot. Diplom. 8. e Carinthia fuiſſe oſtendi) fuerit? vix ſatis defectu documentorum innoteſcit, Cognati e matre, ut *agnati* e patre ſolent deduci ex jure civili, forte Godefridi Wietingenſis filia vel ſoror, erat mater aut uxor Friderici Petovienſis ut vel adeo vel titulo dotis, aut hæreditatis maternæ, jus quoddam, *in prædium Mitternavv* ſeu *Sauſal* ſibi prætendere potuerit: ita interim conjiciendo, donec documenta occurrant, ex quibus aliud concludi poſſit. *Frider. de Petav. quomodo e fam. Wietingen eique cognatus.*

Teſtes amicabilis hujus Compoſitionis factæ erant.

1. *Rubertus Stall.*
2. *Heinricus Plebanus de Leibniz.* } Clerici curiæ noſtræ ſeu Salisb.
3. *Waltherus de Micheldorf.* } *Henricus plebanus de Leibnitz.*
4. *Offo de Teiffenbach.* V. tom. 1. annot. Diplom. 86.
5. *Herrandus de Wildonie.* Tom. 1. annot. Diplom. 53.
6. *Ottaker de Grätz.* V. tom. 1. annot. Diplom. 7.
7. *Ortolfus de Gunovviz.* V. tom. 1. annot. Dipl. 34.
8. *Reinbertus de Muereckhe.* V. tom. 1. annot. Diplom. 36.
9. *Albertus de Raminſtein.* V. tom. 1. annot. Diplom. 8. & tomo hoc 2. ad Diploma 180.
10. *Dietmarus de Liechtenſtein.* Tom. 1. annot. Dipl. 47.
11. *Ulricus de Chalcheym & frater ejus Chunradus.* V. tom. 1. annot. Diplom. 84.
12. *Eckebardus de Tann.* V. tom. 1. annot. Diplom. 69.
13. *Henricus de Gebeninge.* V. tom. hoc 2. Diplom. 3.
14. *Gotfridus de Cholmberg*, miniſterialis Salisburg. hoc unico in Diplomate hactenus reperitur. *Cholmberg de Gotfrid.*
15. *Otto de Lonſperg.* V. Diplom. præced.
16. *Eckehartus præfectus de Leibniz.* V. tom. 1. Diplom. 8.
17. *Hartnidus* (forte *Hartnidus*) *de Trovvin* hoc in Diplom. ſolum legitur. *Trowin de Hartn.*
18. *Wolfkangus de Grunnenberg, & filius ejus nominis ejusdem*, neque hi mihi hactenus comperti ſunt. *Grunnenberg de Wolfg.*
19. *Otto de Goldeck.* V. Diplom. præcedens.
20. *Chunradus de Stetbaym.* V. Diplom. præced.
21. *Walchun & Chunradus de Pongavv.* V. tom. 1. Diplom. 35.
22. *Helmvvich de Göſs*, hunc ego officialem Eccleſiæ Göſſenſis opinor, etenim in Diplom. Göſſ. 56. lego inter teſtes ad an. 1274. *Hermannum officialem de Göſſe*, & in Diplom. Göſſ. 50. ad an. 1267. *Hermannum de Göſſe & Hainricum fratrem ſuum*, quoniam itaque de familia quadam Göſſenſium non conſtat, hoſce officiales fuiſſe Eccleſiæ Göſſenſis judico, præſertim cum Hermannus ille, etiam ſine addito *Officialis*, ſcribatur de Göſſe. *Göſſ de Helmwich.*
23. *Bertholdus & Stephanus de Robas.* Seu *Robatſch* jam tom. 1. in annot. Diplom. 59. obſervavi, locum Styriæ inferioris *Robats* vel *Ro-* *Robas de Geneal.*

gotz eundem mihi videri, cum *Robitſch*, ſeu antiquo illo *Ragandone*, cujus memoria, nunc in oppido *Robitſch*, cum arce cognomine monti adſito ſervatur: ex hoc Styriæ loco, perantiquorum DD. *de Robas* familiam prodiiſſe ſuſpicor, de quibus plura exrebus Studenizenſis monaſterii innoteſcunt, hi duo tamen nonniſi hoc & Diplom. 115. Admont. circa an. 1191. comparent, alteruter horum pater fuerit Alberti, cujus Genealogiam, ex rebus monaſt. Studeniz. interim breviter ſubdo:

Bertholdus & Stephanus de Robas.

A. *Albertus* 1. *de Robats.* Uxor N.

B. *Heinricus* 1. Uxor *Gysla.*	C. *Sophia* fundatr. Studeniz. mar. *Richer. de Suneck.*	D. *N filia* mar. Otto de *Chunesperg.*	E. *N. filia* mar. Heinr. de *Wilthauſen.*	
F. *Henricus* 2.	G. *Gertrud.* mar. N.	H. *Prida.*	I. *Richza* mar. N.	R. *Gundaccar.* & S. *Wobalinus.*	T. *Heinricus.*
K. *Henricus* 3. & *N.*	L. *Albertus* 2. *Chunegund.*	M. *Diomedes.*	O. *Otto.*	P. *Henricus* 4. V. *Hilprandus & Volricus milites de Robas.*	Q. *Cathrina.*

Breves deſuper notas adjicio:

Albert. 1. de Robats. A. An *Albertus de Robas* filius fuerit, *Bertholdi* vel *Stephani*, hic citatorum, non niſi per conjecturam temporis & nominis effari licet, ipſe vero Albertus in pluribus Styriæ diplomatibus teſtis legitur; quædam ſubjungo, an. 1227. legitur in Diplom. Seccov. 45. Græcii a Leopoldo Duce dato, anno 1224. in Diplom. Gyrienſi 2. & in 3. ad anno 1212. anno 1224. in Diplom. Gyrienſi 4. tandem ad an. 1256. a *Wilburge de Vreidenberch* in Diplom. Teuton. Græc. num. 6. idem teſtis legitur, & quidem ordine primus &c.

Vreidenberg de Wilburg.

Henric. 1. de Robas. B. *Hainricus* 1. Alberti filius detegitur ex Diplom. 38. & 39. Studeniz. etenim in hoc *Sophia*, ſe dicit Alberti filiam, in illo vero fatetur fratrem ſibi fuiſſe *Henricum*, dum enim poſt mortem mariti ſui an. 1263. fundaret Parthenonem Studenizenſem, ubi monaſterio donaſſet locum *Studeniz*, ut poſtmodum ceſſaret omnis quæſtio, voluit, ut etiam Henricus frater, ac ſororii ſui, ſeu ſororum ſuarum mariti, *Otto de Chunegesberg*, & *Henricus de Wilthauſen*, renunciarent hæreditati ſuæ in loco Studeniz, quod omnes etiam fecerunt, & Diplomati in majus robur, ſua ſigilla impreſſerunt. Gysla Henrici 1. de Rohas uxor in Diplomate 39. Studenizenſi legitur.

Chunegeſperg de Otto, Wilthauſen de Henr.

Sophia de Robas. C. *Sophia*, ſe ipſam in Diplomate fundationis Studenizenſis 38. ait fuiſſe uxorem *Richeri de Suneck* & quidem an. 1263. jam demortui, & in Dipl. Studenizenſi 39. ad an. 1286. *Alberti de Robas* filia appellatur.

Suneck de Richerus.

Diploma quidem Studenizenſe 40. in Diplomataria Ducatus Styriæ apud Frœlichium tom. 2. pag. 303. docet, Sophiam hanc Ottocari regis Bohemiæ fuiſſe filiam, ſed recentiori huic narrationi contradicit vetuſtior charta Studenizenſis num. 39. cui præ aliis credendum.

Sophia hæc fundatrix, tandem in eodem monaſterio Studenizenſi monialem induit, ſicque ſe non ſolum fundatricem, ſed etiam Magiſtram vitæ religioſæ a ſe intro ductæ præbuit.

Fit monialis Studeniz.

D. Fi-

D. Filia ſecunda Alberti, ſoror Sophiæ de nomine non conſtat, id tamen ex cit. Diplom. Studeniz. habetur, ſororem primam poſt Sophiam ſuiſſe uxorem *Ottonis de Chungesperch.* *Chunigesperch de Otto.*

F. Soror tertia, uxor *Henrici de Wilthauſen*, ex iisdem Diplomatibus pateſcit. *Wilthauſen de Henricus.*

F. *Heinricus* 2. filius Heinrici 1. detegitur ex Diplom. Studenizenſi 38. num. 1263. quo diſertis verbis, filius Heinrici fratris, Sophiæ fundatricis, dicitur. *Henric. 2. de Robatſch.*

G. *Gertrudes.* H. *Prida.* I. *Richza.* Filiæ dicuntur Henrici 1. ſeu fratris Sophiæ, atque conſenſum dediſſe, ad fundationem Studenizenſem, ut v. Diplom. Studeniz. 39. *Gertrudes. Prida. Richza.*

Richzæ nomen, per terminationem ſuam, vindicum vocabulum ſuiſſe conjicitur. Popowitchio teſte, diſtinctum nomen eſt a Richarde, idemque quod *Regina*, ſonare videtur, nam plures illuſtres fœminæ vindici ſeu ſclavici generis, eo nomine inſignitæ reperiuntur, apud veteres ſcriptores rer. German. una harum Lotharii Imper. altera regis Poloniæ uxor erat, & ex indice ſcript. Brunsv. Leibnitii plures ejus nominis occurrunt, ita vero Schwarzius in prœmio volum. 1. ait: *De Richeſa, Richſa, Regina Poloniæ ſupereſt, ut aliqua dicamus, non aliena a rebus noſtris. Idem nomen etiam Geſſit Imperatrix, Lotharii Saxonis uxor, cui dotalem attulit Brunsvicenſem ditionem, ſuſpicor ex Regina (quod non inuſitatum eſt nomen) factum Reckinſam aut Rikinſe, ſic enim ſæpe habent Diplomata & veteres ſcriptores.* Dum itaque nomen *Richzæ* varie admodum apud authores proponitur, uti in Chron. M. ſereni *Richſa*, apud Albertus Stadenſem *Rickenſa* annal. Laxon. *Richenza* vel *Richinza*, ſuſpicatur non incongrue Popowitschius, ex idiomate vindico ſeu Sclavonico uſitato his in terris, ubi Sophia fundatrix Studenizenſis fundationem fecit, *Richinzæ* nomen maxime genuinum fuiſſe, cum hodie adhuc in circulo Celejenſi, nomen Reginæ ſat uſitatum, *Reginzæ* ſub verbulo diminutivo proferatur, hocque denuo minuatur per lii *Richza*, quæ vox per ſyncopen ex Richenza exorta videtur, plura ex idiom. vindico, hanc in rem exempla memoratus Popowitſchius loco cit. f. 266. &c. proponit, atque pro nomine *Reginzæ* hodie vindis uſitato, adducit teſtimonia Ughelli Ital. 5. tom. V. pag. 755. Joann. Heumann Diplom. Imperatr. pag. 222. atque Leibnitii docentis *Richzæ*, & *Reginæ* nomen idem eſſe. *Richſæ nomen detegitur.*

K. *Heinricus* 3. L. *Albertus* 2. M. *Diomedes* ac *N. Chunegundes.* Proles Gertrudis hoc tempore jam defunctæ dicuntur in Diplom. Studen. cit. uti & *Henric. 3. Albert. 2. Diomedes Chunegundes de Robatſch.*

O. *Pridæ* filii vel proles non indicantur.

P. Q. *Richzæ* vero ſuperius expoſitæ filii *Otto* & *Heinricus*, & filia *Catharina* eodem in Diplomate memorantur. *Otto Henricus 4. Catharina.*

R. *Ottonis de Chungesberch* filii duo an. 1263. ex eodem Diplomate, nempe.

S. *Gondacharus & Wobalinus fratres de Chungesberch* citantur, quorum pater Otto, (V. tom. 1. annot. Diplom. 38.) ad an. 1219. citatur, non amplius vero an. 1286. probabilius jam defunctus. *Gundaccar. Wobalinus fratres de Chunſperg.*

Henr. 1. & 2. de Wilthauſen.

T. *Heinricus 2. de Wilthauſen*, filii Heinrici 1. quem Sophia fundatrix Studenizenſis, *nepotem* ſuum vocat, plures vero Henrico 1. Wilthuſio fuiſſe proles, ex eodem Studenizenſi Diplomate 39. Colligo, in quo dicitur; *Sigillum Vener, plebani de Marchburg, pro ſigillo puerorum de Wilthouſen, qui proprium adhuc non habent ſigillum.* Quinam vero hi fuerint? Diploma hoc non recenſet.

Hilprand & Volricus milites de Robats.

V. *Hilprandus & Ulricus milites de Robats*, ſeu Equites, ex alia linea forte laterali fuerint.

24. *Wito, Wernardus, & Witmarus de Tann* v. tom. 1. annot. Diplomat. 69.

Chunigsberg Fam. duplex.

Tomo 1. annot. Dipl. 58. promiſi adferre Genealogiam Königsbergiorum, hinc fide me data pro poſſe libero jam tom. 1. in annot. Dipl. 58. obſervavi, duplicem videri Chunigsbergicæ celeberrimæ familiæ lineam, diſtinctam ab Hunneſpergiis, quarum una floruit in Franconia, quæ ab oppido & civitate ejusdem nominis *Kunigisberg* nomen ſortita eſt, altera in Styria noſtra non minus celebris ab arce cognomine *Königsberg* nomen obtinuit, quæ arx in circulo Celejenſi ad fluvium Satlam ſita eſt.

An non linea quædam, antiquiſſimæ illius Königsbergiorum in Franconia familiæ, relicta patria ſua, in patriam noſtram venerit? vel an ab arce eadem Styriæ Königsberg ortum traxerit, Illuſtriſſima hæc Familia Styriæ noſtræ, ibique arcem Cognominem ædificaverit? omnino ignoro, ante Sæc. 13. certe Königsbergiorum in Styria nomen non auditum.

Seriem horum dynaſtarum ex Bucelino adfero, attamen ex documentis quæ occurrebant Styriæ illuſtro & Corrigo.

Erneſtus de Königsberg in ludis equeſtr. Conſtantiæ an. 948.

A. *Otto* 1. an. 1182. circiter ad an. 1219.

B. *Otto* 2. fors filius ejus ab an. 1219. ad 1263. uxor N. *de Robatſh.*

C. *Gundaccarus* an. 1263. 1286. — D. *Wobalinus* an. 1263. 1286. — E. *Chrafto* an. 1230. — F. *Gebolfus de Chumebach* * *Diepoldus* filius an. 1247.

Fridericus ux. Agnes an. 1321. ex Dipl. Teut. S. Domin. 13. — *Seifridus* in ludis equeſtr. Schafhuſæ an. 1392. uxor. N.

Fridericus an. 1403. in ludis Darmſtad. — *Conradus* 1. in iisdem. — *Heinricus* 1. an. 1400. ux. Agnes *Offenbeckin.* — *Georgius* 1. in ludis Darmſtad.

G. *Colmannus* an. 1409. — H. *Conradus 2.* an. 1432. — I. *Georgius* 2. an. 1432. ux. Anna *de Ebenſtein.* — K. *Joannes* 1. an. 1437. — L. *Dietmarus* alias *Theod.* an. 1432.

M. *Ebnricus* 1. ad an. 1463. ux. 1. Modeſta von der Dörr 2. Urſula Preyhavin 1455. — *Henricus* 2. an. 1450. ux. N.

Udalricus 1. in lud. equeſtr. Heidelbergæ anno 1481. 1484. — N. *Margarita* 1. mar. Balthaſ. *de Teiffenbach* an. 1463. — *Georgius* 3. in Sebenſtein an. 1485. ux. Urſ. *Welzerin.* — O. *Joannes* 2. eq. † 1505. ux. Marg. de *Dietrichſtein.* — *Conradus* 3. in lud. Onolzbac. an. 1485.

NB. Joannes deſc. v. fol. ſeq.

Andre. ux. N. *Preinknöpfin.* — *Georgius* 4. † 1559. ux. Jul. *Teiſtin.* — *Coloman.* cæl. — *Barbara* ux. Eraſmi de *Liechtenſt.* — *Margaret.* 2. ux. Sebaſt. *Grabner.* — *Vitus* ux. Anna B. de *Hofman.* — *Roſina* mar. N. de *Fürſt.* — *Amalia* mar. Wilh. Wolfenreith dein Can. S. Aug.

Wolfg.

Georgius 4. | *Vitus*

Wolfg. † 1582. ux. 1. Afra de *Harrach* 2. Cordula de *Teifenbach.* | *Chriſtoph.* | *Julius* & Joannes cælib. | *Ebricius* 3. & *Adam* cælib. | *Erentrud.* ux. Leopoldi *Grabner.* | *Juſtina* ux. 1. Wilhel. de *Kirchberg* 2. Georg. Ciſp. de *Neuhaus.* | *Eva* † cæl. | *Cordula* ux. Andr. de *Globach.* | *Anna* ux. N. de *Hohenwart.* | *Amalia* ux. N. de *Neuhaus.* | *Potentiana.*

ex 1. toro. *Georg. Leonard.* ux. Afra de *Saurau* vidua Joan. Turzonii. | *Barbara* 1. ux. Hier. de *Wurmbrand.* | ex 2. toro. *Wolfgang. Matthæus* ux. Suſanna Reg. de *Stahrenberg.* | *Apollonia* ux. Georg. Bar. de Landav.

Sicque hæc linea deſiit.

O. *Joannes* filius *Ehrnrici* fr. Georgii ux. Marg. *de Dietrichſtein.*

Helena nat. 1496. mar. 1. Georg. de *Teuck* 2. Joan. *Hauſer.* | *Conradus* 4. nat. 1497. | *Chriſtoph.* 1. n. 1498. | *Ehrntrud.* n. 1499. | *Joannes* 3. n. 1500. † 1515. | *Pantaleon* in Pernſtein eq. † 1560. ux. N. de *Scherfenb.* | *Ehrnic.* 2. † 1560. ux. Maria de *Freyberg.* | *Eraſm.* 1. cælebs obiit.

Margarit. 3. ux. Wolfg. Chriſtoph. B. de *Enzersdorf.* | *Joannes* 4. 1540. ux. Benigna de *Racknitz.* | *Leonora* 1. 1541. mar. 1. Georg. de *Liechtſtein.* 2. Otto de *Zinzendorf.* | *Chriſtoph.* 2. † 1602. ux. 1. Magd. de *Wagenſperg.* 2. Maria *Inprukerin.* | *Eraſm.* 2. † 1577. ux. Sophia de *Welz.* | *Conrad.* 5. & *Udalricus* 2. | *Henric.* 3. & *Sigiſm.* & *Anna Maria* | *Barb.* 2. mar. Joanne de *Stadel.*

Suſanna Maria † 1571. | *Margarit.* 4. & *Chriſtina.* | *Ehrnricus* 3. Baro Magiſt. equit. n. 1571, † 1594. | *Magdalena* nat. 1572. mar. Felician. B. de *Herberſtein.* | *Dietmar.* Baro mag. Eq. † 1594. | *Leonora* 2. † infans. | *Ludovicus* Baro n. 1577. † 1628. ux. Maria Anna ab *Apfaltern.* vidua Joan. Wilh. Bar. de *Rotal.*

Chriſtophorus Ehrnricus Baro. Ux. Eva B. ab *Altheim* filia Joannæ de *Trautmanſdorf.*

Maria Joanna aliis *Eva* Baro hæres unica.

Poſthac, Wurmbrandii ævo teſte ipſo exaruit illuſtriſſima hæc, ac vetuſtiſſima Familia.

Facile ex his apparet, familiam hanc inter Styros viguiſſe, aliisque celeberrimis & avitis familiis per Connubia fuiſſe permixtam; quos non illuſtro notis ex Bucelino adduxi, ejusque fidei interim Committo, donec aliter inſtruar.

A. *Otto* 1. duos Ottones ſtatuo, quoniam uni ætas teſtimonio ferendo apta ab an. 1182. ad 1263. ægrius adjicienda videtur. Otto 1. itaque hic Diplomati Ottocari 6. anno 1182. Seizenſibus dato primus ſubſcriptus eſt, vel ætate, vel dignitate primus. An. 1212. ſubſcripſit Diplom. Gyrienſi 3. an. 1219. Dipl. Seccov. 39. *Otto 1. de Chungeſperch.*

B. Ottonem 2. fors jam Gyrienſi & Seccov. Dipl. cit. ſubſcriptum ad annum 1219. primum, ut teſtem notatum opinor; an. 1227. Gyrienſi Dipl. 5. & an. 1263. in Diplom. Studenizenſis Parthenonis apud Frælich. Dipl. Ducat. Styr. part. 2. f. 299. ultimo lego. *Otto 2. de Chungeſperch.*

C. D. *Gundaccarum* & *Wobalinum*, qui an. 1286. Diplom. Studeniz. apud cit. Frælich f. 303. fratres de Chungesperch ſubſcripti ſunt, fi- *Gundaccar. & Wobalinus.*

lios Ottonis 2. & quidem an. 1263. jam natos exiſtimo, cum in Diplom. priore Studeniz. hæredum Ottonis fiat mentio.

Chraſto. E. *Chraftonis de Chunesberch* ad an. 1230. ex Diplom. Seccov. 48. jam tom. 1. in annot. Dipl. mei 58. memini, cætera de eo latent.

Gebolfus de Diepoldus. F. *Gebolfo & Diepoldo* ejus filio aſteriſcum appinxi, utpote dubiis, an ad hanc ſeriem pertineant, referuntur enim in Diplom. Göſſ. 56. ad an. 1274. ſub nomine de *Chunebercb*, attamen inter milites & nobiles Styriæ. Hos omnes ignoravit Bucelinus.

Colman de Chungeſperg. G. *Colmanus.* Hunc Bucelinus, Henrici filium & Conradi ac aliorum fratrem exiſtimavit, aſt cum hic jam an. 1409. reliqui primum an. 1432. citentur, vereor, ne Henrici potius frater ſit dicendus, nam ut teſtatur Excellendiſſ. Wurmbrand. f. 142. Colmannus hic jam an. 1409. cum *Joanne Neubauſer* citatur in inſtrum. Auſtriaci archiv. 1751.

Joann. de Neühaus.

Conrad. Georg. Joann. Ditmar. de Kunigsberg. H. I. *Conradus*, *Georgius*, *Joannes* & *Ditmarus* fratres erant, ita oſtendit citatus jam ſæpius Excellentiſſimus

Wurmbrand. de Wolfg. K. L. Wurmbrand. f. 50. ad an. 1452. quo hi fratres quoddam tranſactionis inſtrumentum condidere, quod Wolfgangus de Wurmbrand. ſubſcripſit.

Ebrnricus de Kunigsberg. M. *Ebrnricum* Margarithæ patrem teſtatur idem Wurmbrand. fol. 152. uxorem ejus 2. *Urſulam de Preubavin* inter nobiles hujus gentis non refert Prevenhueb.

Preybaven Urſula.

N. Eadem docet Wurmbrand. cit. de hac Margarita ex archiv. ſtat. Auſtriæ num. 2945.

Joann. de Kunigſperg. O. *Joannes*, an ille fuerit: qui an. 1473. cum Balthaſare de *Teufenbach* domum crembſii vendidit, an Joannes ſub litt. K. citatus? vix certo conſtat.

Balthaſ. de Teiffenbach.

Ad Diploma 5.

Ad Diplom. 5. Addictiſſimus Admontenſibus Eberhardus, iisdem beneſacere non deſtitit; etenim hoc anno eodem, duas eisdem parochias tradidit, quas etiamnum tenent, nempe *S. Michaelis ad Lieſnich & Muram*, ſupra Leobium, & *S. Laurentii in Palta* cum omnibus earum titularibus Eccleſiis, ac omni jure plebeſanarum Eccleſiarum. Dies, annus, menſis & locus notitiæ huic deeſt, ſed quoniam Præpoſ. de ſolio, & Archidiaconus de Volkenmarckt ſubſcripti ſunt Diplomati huic, Cenſeo hoc ipſum Leibnizii Datum.

S. Michaelis in Lieſnich & S. Laurent. in Palta Paroch. Admont.

Teſtes erant.

1. *Eckebardus Præpoſ. de ſolio*, in Carinthia.
2. *Meinhardus Archidiac. de Volckenmarkt* in Carinthia.
3. *Geroldus* Presbyter &c.
4. *Wulfingus de Caphenberg* v. to. 1. annot. Diplom. 14. & mox plura in Diplom. 7. hic exponendo.

Augia de Siboto & Gotfrid. ac Herrand. 8. *Siboto de Augia*, præter hunc *Godefridus* etiam in Dipl. Admont. 42. ad an. circiter 1287 reperitur, cæteroquin ignoti, in necrologio tamen Seccov. ad diem 7. Kal. Maji lege: *Herrandus de Auvve, qui dedit* &c. ex quibus proin Colligo Dominos de Au in Styria prædia quædam poſſediſſe, reliqua me latent.

6. *Wil-*

6. *Wilhelm de Lieſnich*, præter hunc in Diplom. Göſſ. 58. ad an. 1266. ſubſcriptum lego D. *Friedericum de Lieſnich* quem de *Lieſnick* legendum arbitror. Domini hi prædium illud *Lieſnich* vel *Lieſing* a rivo ejusdem nominis ſic dictum poſſederunt, in quo Parochia *S. Michaelis* ſita erat, plura de iis obſervare non licuit; fors ex ead. hac familia, *Adelgoz* de S. Michaele, quem v. in Cod. Dipl. Admont. num. 35. ad an. circiter 1163. citatum. *Lieſnich de Wilhelm. & Frider.* *Adelgotz de S. Michaele.*

7. *Ortolfus de Liuben.* V. tom. 1. annot. Dipl. 19.

8. *Wolframus de Harpfoltisheim*, ignotus undique. *Harpfoltisheim de Wolfram.*

9. *Henricus de Motniz*, itidem ignotus. *Motnia de Henric.*

10. *Wecilo Mareſchallus*, puto Salisburgenſis. Quænam vero familia hoc munus Mareſchalli Salisburg. hoc tempore tulerit? ignoro.

11. *Peringerus de Raſtadt*, oppidum ejus nominis in Dominio eſt Salisburgenſi; hujus forſitan Præfecti, inde titulum tulerint, ſeque *de Raſtat* ſcripſerint. *Norpbertus* & *Hoboltus* in Dipl. Admont. 11. & 20. ad annos 1139. & 1146. legitur. Tardiorem Genealogiam adfert Bucelinus. *Radſtadt de Peringer, Norbert. Hoboldus.*

12. *Svvickerus Dorff.* V. tom. 1. annot. Dipl. 41.

13. *Durinch Halle.* V. tom. 1. annot. Dipl. 43.

Ad Diploma 6. *Ad Diplom. 6.*

Diploma hoc fuſiſſimum, non tomo huic meo inſeruiſſem, niſi accuratam rerum Seccovienſium delineationem exhiberet; plura quidem de rebus Seccovienſibus jam tomo primo inſinuata, quædam tamen in hoc ſolum Diplomate viſa conſiderationem novam merentur.

Locus Diplomati huic deeſt, fors *Leibnizii* vel *Friſaci*, quibus in locis hoc anno verſabatur Adilbertus, datum eſt, vel Salisburgi a reditu ſuo, de quo Contendere nolo.

Geroldus itaque ex Decano, Præpoſitus 2. Seccovienſis, Adilbertum ſupplex adiit ſuorum ut Canonicorum privilegia rata haberet; refertur jam hoc in Diplom.

1. Fundatio Seccov. ab Adalramo de Waldeck, de qua egi tom. 1. ad. an. 1140. & in annot. Diplom. 7.

2. Deſcribitur adventus primæ Coloniæ Seccov. & quidem de Choro S. Rudberti ſeu e Cathedra Salisburg. *Wernerus* 1. *Præpoſ. Leutoldus Decan* 1. *miſſus eſt*, qui dein an. 1163 Canoniæ Vorav. primus Præpoſitus præfuit, de quibus loco cit. tom. 1. uti & in Diſſert. 4. cap. 6. in Ottocaro 5. fundat. Vorav. §. 5. 6. 7. &c. ac in annot. Dipl. 32. ſatis ſuperque actum eſt. *Seccov. prima Coloniæ e Salzburg ducta.*

3. Refertur hic beneficentia Chunradi 1. Archiep. Salisburg. in Seccov. fundationem, etenim fundatis ab Adalramo de Waldek bonis adjecit etiam 2. partes Epiſcopalium decimarum in *Heinrichſtorff* ſeu *Nordenſtett*, *Chüenberg*, *Vorindorf*, *Manger* (fors *in Anger*) *Stocheim*, *Hermaneſtorff*, *Willebalmſtorff*, Novellationes ſub monte *Seckkel* (fors *Schöckl*) *Mogelnic*, *Pübel*, *Fatingen inferiorem juxtu Marnovae* de agris, vineis & pecudibus. *Chunradi 1. Salzburg. beneficentia in Secc. Can.* *Decimæ Seccovienſ.*

Chunrad. idem Seccov. donat Chumbenz Parochiam.

4. Idem præterea Chunradus donavit Seccovienſibus *matricem Eccleſiam Chumbence* cum decimis ſacerdotalibus ſeu parochialibus, 3tia nempe portione nec non tres filias, nempe *Capellam S. Margarethæ, S. Benedicti* & *S. Laurentii*, utque hæc firmiora eſſent, idem Chunradus, *Waltfridum* ſacerdotem ſeu *Parochum in Chumbenz* ex hac Eccleſia tranſtulit in Eccleſiam *Vansdorff*.

5. Refert translationem Canoniæ Seccov. ex Feuſtriz in locum Seccovve, de qua loco cit. & ad an. 1143. plura ſunt dicta.

6. Adalrami de Waldeck fundat. Seccov. Converſionem an. 1147. recitat, ac mortem Chunradi 1. Salzburg. Archiep. eod. an. 5. Id. April. aſſignat.

Eberhard. 1. Salz. donat Seccov. facta.

7. Eberhardum Chunradi 1. ſucceſſorem, ait, Seccovienſibus quam plurima contuliſſe bona rerum mobilium, altare *S. Mariæ Magdalenæ primum* dedicaſſe, manſo in Chumbenze donaſſe, *Capellam S. Laurentii*, & *Eccl. Chumbenz* lapideam dedicaſſe & privilegiaſſe, litem *ſuper prædium S. Stephani prope Friſacum*, inter Seccovienſes & 2. ſorores *Hildegartem de Tunsperch*, & *Fromudam de ſibdat*, earumque filios diremiſſe; de qua lite fuſe egi tom. 1. in annot. Dipl. 82. præterea manſum unum *in Jaringen* ſupradicto, proin *inferiore*, Seccovienſibus, ut ibidem decimæ ejus loci a Chunrado donatæ Conduci poſſent.

Dedicat aram S. Mariæ Magdal. Capell. S. Laurent. Eccl. Chumbenz lapideam.

Manſum unum in Jaringen donat.

8. Hæc omnia ante mortem Chunradi regis refert, mox vero initium imperii Friderici 1. ſub quo dein in prima ejusdem curia Ratiſbonenſi an. 1152. 3. Kal. Julii Ottocarus 5. factus eſt Seccovienſium Advocatus.

Dedicat Seccov. an. S. Petri & S. Joannis.

9. Deſcribitur de novo Eberhardi 1. Salzb. benignitas in Seccovienſes, dum eisdem in baſilica ſua nova, *duo altaria S. Petri & S. Joannis* conſecravit, adjecitque denuo *duo prata*, in quorum uno eſt *curtis Forvviz* (hodie adhuc Seccovienſium & *Forvvizhoff*, dicta) gregibus paſcendis apta, decimasque *Wernherri Capellari* (forte *Beringeri de Capella* qui ad an. uſque 1188. vixit v. annot. Diplom. 9. tom. 1.) In 2. manſis *apud Pelſe ſitis* tradidit, quas forte antehac *Wernherus*, ſeu *Peringerus* dictus, in feudo tenuit ab Eccleſia Salisburg. præterea *manſum Chochel* juxta fl. *Lamerdans* (addit Frælich. *in Harberch*, ſed neutrum locum in Charta topogr. Styriæ invenio, ſors jam immutatis nominibus) fontem ſalis Coquendi cum ſylva vicina ad nutriendum focum, uti & manſus duos in *Hecendorff* tradidit, & miniſterilibus ſuis, illuc donandi convertendi, ſepeliendi licentiam dedit.

Forwiz curtis ſeu Forwizhof datur Seccov.

Capella de Peringer.

Hecendorf de Sigmar. & Rudolph fratres.

Luega de Rudiger Chuchel de Ortolf Seccov. benefici.

10. Hac Eberhardi licentia mox uſos inquit Diploma varios nobiles; nempe *Sigmarus & Rudolfus fratres* manſum ſuum *Hecendorff*, *Rudiger de Luega* prædium ſuum *Wengelit*, *Ortolf de Chuchel* prædium ſuum *Puebſchachen* Eccleſiæ Seccov. delegarunt: nobiles hi Salisburg. erant miniſteriales, ut contextus docet.

Seccov. cæmiterium ampliatur.

Capella Strelz dedicatur per Hartm. Epiſc. Brixin.

11. Idem vero Eberhardus Canonicis Seccov. cæmeterium antea a Romano Ep. Gurc. conſecratum ampliavit, monaſterii fundum aliis redditibus provexit, & *Capellam Strelz per Hartman. Epiſc. Brixin.* dedicavit: de quibus omnibus tomo primo actum eſt 1.

Uti & monaſt. cum altari publ.

12. Eberhardi 1. Succeſſor Chunradus 2. Salzburg. Archiep. conceſſit, ut per eundem Hartmannum Brixin. dedicaretur Monaſterium,

cum

cum altari publico, Capella S. Margaretæ vero per Udalricum Halberſtad. Epiſc. exulem, & cum Chunrado Salzb. commorantem conſecrata eſt, de quibus omnibus tomo primo actum eſt in Chronologia.

Capell. S. Margar. per Udalr. Ep. Halberſtad.

13. Porro de ſe fatetur Adalbertus, plurimas calamitates ſe pro Eccleſia Dei pertuliſſe, cumque ipſe Seccovii, tria altaria *S. Nicolai S. Crucis S. Margaritæ* dedicaſſet, dein exulem *duo altaria S. Sepulchri, & S. Auguſt.* per Petrum Epiſc. Parentinum, *& Capellam S. Jacobi in hoſpitali pauperum* per Wolfkerum Patav. Epiſc. conſecrandam diſpoſuiſſe. Epocha memorabilium rerum harum notitiam meam fugit, cenſeo tamen hæc contigiſſe inter annos 1177. & 1183. quo Adalbertus exul erat, ita ut aras S. Nicolai S. Crucis & S. Margaritæ ante annum 1173 ipſemet, reliqua vero per deſtinatos a ſe Præſules conſecrari indulgeret; cum vero Wolfgerus, Patav. Epiſc. primo an. 1191. factus fuerit, cenſeo eum Seccovium veniſſe, ibique Capellam S. Jacobi in hoſpituli conſecraſſe circa an. 1192. quo ob bellum cum Ortenburgenſibus in Styriam abierit ad Leopoldi Ducis noſtri ſuppetias obtinendas.

Adalb. 2. Saled. dedic. Seccov. arar S. Nicolai S. Cruc. S. Margaritæ.

Petrus Ep. Parentin. conſecr. Seccov. an. S. Sepulchr. & S. Auguſt.

Wolfger. Patav. Ep. conſecr. Capell. S. Jacobi in hoſpital.

14. Plura antehac ignota manifeſtat hoc Diploma, nempe Eccleſiam *Heinrichſtorff*, per Poponem Retinenſem ſors Petinenſem Epiſcopum, indultu Adilberti fuiſſe conſecratam. Locus hic nomen ſuum mutaverit, vel in Chartis Styriæ neglectus fuerit. Capellam *Schonenberg* ſeu *Schönberg* hodie adhuc Parochiam Seccovienſem, ad preces *Wernheri Præpoſ.* (proin ante an. 1196. quo Wernherus obiit) & *Offonis*, per cujus Materteram Giſelam, ac per Ducem Ottocarum fundus Eccleſiæ hujus cum dote, Seccovienſibus eſt donatus, uti & Capellam S. Andreæ in villa *Welſin* ſeu *Witſchein* (ubi arcem Cognominem Seccovienſes tenent) Adilbertus per ſe ipſum dedicavit, & mediam partem decimarum Epiſcopalium in curte fratrum ibidem manentium (ubi nunc arx eſt Witſchein) & tunc temporis excultarum donavit. *Eccleſia Parochialis S. Andreæ in Witſchein* hodie inter Admontenſes Parochias cenſetur.

Heinrichſtorf Capell. dedicatur per Poponem Petin. Epiſc.

Witſchein Eccl. conſecrat.

Parochia e Admontenſ.

15. Iisdem Seccovienſibus remiſit Adilbertus decimas litigioſas unius manſi *in Chumbence*, concambium aliud decimarum confirmat, aliaque plura privilegia monaſterio adjicit, quæ hic videri poſſunt. Datum eſt Diploma loco incerto, anno Domini milleſ. centeſ. nonageſ. ſeptimo, *an: Henrici, regis* 9. fer. 4. (corrigit Frælich. 6.) XIV. Kal. April. luna 27. &c. Neſcio vero, cur Frælichius annum Henrici regis corrigat, velitque pro 9. ponere 15. etenim bene novi ſæpius Heinricum 6. coronatum fuiſſe regem, nunquam tamen legi eum ante 15. annos ſeu an. 1182. coronatum fuiſſe, *primo* enim coronatus eſt Bambergæ an. 1169. ut v. Pagium num 6. *ſecundo*, an. 1184. Moguntiæ v. Pag. ibid. num. 4. *3tio* an. 1190. poſt Def. Fridericum Patrem, *ultimo* an. 1191. in Imper. Romanum a cæleſtino 3. Papa Romano. In nulla ſententia annus 1197. potuit eſſe 15. Henrici 6. regis, immo ſtricte loquendo nec annus 9. hoc an. fuit, ſed ſolum octavus ad ſummum vel ſeptimus, ut adeo correctio hæc Frælichii non ſubſiſtat.

De regimine & repetita coronatione Henr. 6. Imp.

Ad Dipl. 7.

Ad Diploma 7.

Inter Diplomata Seccovienſia refertur hoc num. 29. continetque res Styriam noſtram concernentes; inſtrumentum hoc donationis abs-

Wulfing. 2. de Kapfenberg donat.

que titulo exaratum continet munificentiam *Wulfingi* 2. *de Kapfenberg* in Seccovienſes Canonicos: plurima, quæ ad Genealogiam pertinent, de wulfingo 2. Kapfenbergico expoſui tom. 1. in annot. Dipl. 14.

Seccov. villam Lint.

Wulfingus hic, graviter infirmatus, & quidem, poſtquam eod. hoc an. Diplomati Admont. a me hic num. 5. expoſito ſubſcripſiſſet, repentina & gravi Corporis moleſtia laborare cæpit, cumque moriturum ſe crederet, D. Geroldum Præpoſ. Seccov. accerſivit, & per hujus manum *curiam Lint* cum omnibus attinentiis monaſterio Seccovienſi tranſcripſit.

Ulricus de Stubenberg an hæres Capfenbergior.

Quoniam vero Wulfingus idem jam antea D. Ulricum de Stubenberch fratruelem ſuum, ſibi hæredem deſignaverat, voluit, ne lis dein oriretur, eandem delegationem *per D. Ulricum de Stubenberch* ratam eſſe.

Ex hiſce jam tom. 1. in annot. Diplom. 14. concluſi, Wulfingum hunc de Kapfenberg, hoc anno ultimum ſuæ familiæ ſuperſuiſſe, alioſque poſt eum Kapfenbergios non ejusdem hujus lineæ fuiſſe, cum hæredem ſibi nullum ex Kapfenbergiis, ſed Ulricum Stubenbergicum fratruelem ſuum ſtatuerit, qui vel ex Wulfingi hujus ſorore, vel ex relicta Ottonis fratris ſui ſorore, dein Stubenbergico nupta filius fuerit.

Non tamen hac infirmitate abreptus videtur, Wulfingus 2. Kapfenbergicus, ſed reſanatus vitam ad an. 1230. extendiſſe, cum ut ex Dipl. Seccov. 49. *Gertrudis ejusdem vidua* eod. an. in ſepultura mariti ſui Seccovienſibus dederit villam Pajerdorff, & quidem ex voluntate ejusdem Wulfingi.

Pajerdorff villa Seccov. datur a Gertr. de Kapfenberg.

Acta ſunt hæc *in Caſtro Styriæ Capfenberg*, de quo pl. tom. 1. dicta ſunt, an. milleſ. centeſ. nonageſ. Sept. fer. 5. tertio Id. Dec.

Linth loca pl. Styriæ.

Linth loca bina ſunt in Styria ſuper: arx una in circulo Judenburg. ad fines Styriæ & Carinthiæ, alter locus villæ ſimilis infra Seccovium, ad fl. Muhram prout a Knitlfelda deorſum labitur, & hoc Seccovienſibus hoc Diplomate aſſignatum opinor, an iisdem convaleſcente Wulfingo 2. de Kapfenberg ceſſerit? ignoro.

Ad an. 1198. ad Diploma 8.

Ad an. 1198. ad Diploma 8.

Adalb. Salzb. dat. Seccov. annuum ſal.

Adalbertus 2. Archiep. Salisburg. Religioſorum fautor & patronus, hoc denuo anno Canonicis Regularibus Seccovii, liberrime pro ſuæ ſalutis remedio, & miſericordiæ beneficio, *in ſalina apud Goval ſui* juris ad 7. talenta perpetuo, ſingulis annis accipienda conceſſit.

Annus quidem ſubjectus eſt 1198. & Indict. 1. menſis tamen & dies deeſt, aſt quia ait Adalbertus, ſe hoc Diploma edidiſſe anno Pontificatus ſui 31. dari debuit poſt 1. Nov. qua an. 1168. electus eſt, præterea patet Adalbertum etiam, & juſte quidem, exilii ſui annos Computaſſe pro annis pleni regiminis.

Gual locus inter Styriæ terminos non reperitur, bene tamen Gail admodum Seccovio vicinus, an vero hoc in loco, ſal olim Coctum fuerit? ignoro.

Ad an. 1199. ad Diploma 9.

Ad an. 1199. ad Dipl. 9.

Diploma ſeu notitia hæc Admontenſis procul dubio, uti & 2. ſeq. ad præced. annum pertinebunt, huc tamen per Connexionem ſucceſſionis Abbatum Admontenſ. referendæ videntur. Nihil vero hæc Charta ſpeciale continent, præter ſtatum Admontenſis monaſterii, in quo hoc tempore præter Abbatem Rudolphum numerabantur 22. Presbyteri, 6. Diaconi, 5. Subdiaconi, 10. Illiterati ſeu fratres *Laici*, Communitas tota cum Abbate 44. perſonas Religioſas continebat.

Admontenſ. monaſterii ſtatus.

Non tamen hic omnes ſunt expreſſi Admontenſes, quidam fortaſſe aberant, uti *Eppo Cellerarius*, & *Engilbertus Magiſter Converſorum*, hic enim plene ommiſſus eſt, ille vero inter fratres Illiteratos refertur quidem, ſed hæreo, an Cellerarii officium eidem fuerit Commiſſum. Otto & Gerungus ante Engilbertum poſiti, proin etiam Presbyteri, hoc in Diplomate omiſſi ſunt, forte abſentes, dum hæc domi gererentur, ut adeo numerus Admontenſium hoc tempore ad 48. aſcenderit.

Ad Diploma 10.

Ad Dipl. 10.

De Styriæ demum rebus plura elucidanda veniunt; erat Admontenſibus lis cum Herrando de Wildonia ob partem *ſylvæ Gamner*, dies indicta *in Wizzenchirchen*, quo in loco lis tandem finita eſt per arbitros, ut Diploma hoc ait.

Herrandi 1. de Wildonia lis cum Admont.

Locus Gamner v. Weiskirchen.

Herrandus hic *de Wildonia* hujus nominis 1. inter Wildonios fuit, de quo fuſe actum tomo 1. annot. Diplom. 83. hic itaque Herrandus teſte hac notitia Admont. injuſte poſſederat partem ſylvæ in Gamner, hanc ut Reſtitueret, frequentius ab Admontenſibus petitus, diem tandem ſtatuit ad *Wizzenckircken* ſeu *Weiſskirchen* (locus eſt infra Judenburgum, ubi Parochiam *S. Viti* adminiſtrant hodie San-Lambertini) a quo proin loco ſylvam Gamner non multum diſſitam opinor.

Weiskirchen Paroch. S. Lamb.

Aderant condicto loco & die Admont. Abbas cum quibusdam fratribus ſuis, electi arbitri ex utraque parte, finem liti impoſituri, ex parte quidem Herrandi, *Offo de Teiffenbach*, Dominus Caſtri ſic dicti in vicina monaſterii S. Lamberti ſiti, & *frater ejus Udalricus de Chuſtilvvanch*, qui proin frater ejus uterinus fuerit, ut jam dixi tomo 1. annot. Diplom. 78. & 86. ac *Otto de Graz*, de quo etiam loquebar tom. 1. annot. Diplom. 7. Ex Admontenſibus vero arbitros egerunt, *Gundacker Presbyter*, *Rudigerus Sacriſta*, *Eppo Cellerarius*, *Otto*, *Gerungus* & *Engilbertus Magiſter Converſorum*. Per arbitros tandem controverſia hæc hinc inde diſcuſſa, feliciter eſt compoſita; Teſtes tranſactæ & compoſitæ liti egerunt.

Teiffenbach de Otto.

Caſtr. ejus nom.

Chuſtelwanch de Udalric.

Graz de Otto.

1. *Engelscalcus de Hochenberg.* Inter familias e Marchionibus Styriæ prognatas, Complures cum Wurmbrendio, Bucelino, aliisque

Hochenberg de Engelscalc.

Otto filius Bernardi Com. de Styra ſator DD. de Hochenberg.

deducunt etiam Hochenbergios: ideam quandam jam dediſſert. 4. cap. 4. §. 5. tom. 1. ſtatui, ubi *Ottonem ſatorem Hochenbergiorum Bernardi Comitis de Styra filium*, Ottocari 3. nepotem quamvis non ſine dubio dixi, cum non conſtet an Bernardus ille Ottocari 3. filius fuerit, Frælichius certe tab. 8. Archont. Carinth. hac in re hærere videtur: quid-

Eorum Genealogia.

quid ſit Dominorum horum, Styriæ noſtræ ac Auſtriæ quondam potentiſſimorum Dvnaſtarum ſeriem ſubjungo, cui præfigo Lazii lib. 6. de migrat. gentium prolegom: de hac familia ita ſcribentis: *Domini ab Hochenberg, Principum quondam Styriæ cognati, utpote quod & ipſi a Comitibus de Styra, quemadmodum & Berneckii & Loſenſtainii deſcendebant, pantheræque inſigne, albæ tamen, in armis gentilitiis uſurpabant. Supereſt caſtrum hodie adhuc in finibus Styriæ & Auſtriæ hoc nomine; quin & illorum fuerit Dominium Wolfgerſtorff in Auſtria ulteriore, quod poſtea Principes Auſtriæ emerunt, & Xenododochio Viennenſi, quod regium vocant, Ferdinandus piiſſimus Rex ejusdemque M. Conjux devotiſſima (cujus anima Deo procul dubio vivit) conſecrarunt atque addixerunt.* Ita Lazius hos ab Hochbergicis ſuevïæ diſtinquens. Suffragatur Lazii verbis quoad inſigne Wurmbrandius, docens eos Patheram argenteam in ſolo nigro geſtiſſe. Quoad caſtrum vero Hochenberg, certum eſt id hodie in finibus Auſtriæ & Styriæ exſtare in circulo ſuper: ſylvæ viennenſis ſito, quod & hodie Comitibus de Hoyos ſubeſt. Author Lexici Baſileenſis cen-

Inſigne.

Caſtrum.

Wolfgerſtorf Domin. Auſtr.

Hodie Xenod. Viennenſ.

Caſtrum Hochenberg in Carinthia.

ſet ab Ottone de Hochenberg, caſtrum ejusdem nominis in Carinthia fuiſſe erectum, ſed vix aſſentior, etenim Megiſerus ipſe tradit Caſtrum Hochenberg in Carinthia, in Lurnfeld ſupra Veltſpergam ſitum, hodie dirutum, fuiſſe olim prædonum receptaculum, in quo quondam ſedem fixit Sigismundus Haſpel. Caſtrum dein id ab Ulrico Com. Cilejæ dirutum eſt. Quæ licet non repugnare videantur, cenſeo tamen, Dominos hos Hochenbergios, more aliorum a Marchionibus Styriæ deſcendentium, ſedes & caſtra ſua in Styriæ & Auſtriæ finibus fixiſſe, de Dominio Wolgerſtorff inferius.

Dirutum ab Ulrico Celej. Com.

IDEA GENEALOGICA DD. dE HOCHENBERG EX MARCH. STYRIÆ DESCENDENTIUM.

Ottocarus 3. March. Styriæ.

Ottoc. 4. March. — *Adalbero 2.* Com. Sylv. — *Bernardus* Com. de Styra.

A. *Otto* 1. Com. an. 1100. Sator gentis ux. N. — * *Gotfridus* B. cl. an. 1100. — C. *Herrandus* * cl. an. 1100.

D. *Bernard.* 1. Com. de Hochenberg. an. 1100.

E. *Henricus* 1. an. 1166. ux. N. — F. *Leopoldus* an. 1174. — FF. *Engilſcalcus* * hoc in Dipl. cit.

G. *Bertholdus* an. 1248. ux. N. — H. *Ulricus* 1. an. 1242.

Bertholdus

I. *Burcardus* an. 1277. | K. *Fridericus* 1. an. 1280. ux. | *Leutoldus* an. 1281. | *Cochachus* an. 1281.

Otto 2. an. 1290. ux. N. | L. *Dietmarus* an. 1290. ux. N.

LL. *Theodoricus* 1. an. 1300. ux. Bertha. | M. *Fridericus* 2. an. 1300. 1318.

Anna 1. mar. Bering. de *Landenberg.* | N. *Leonard.* 1. an. 1330. | O. *Stephan.* 1. † 1324. ux. Chuneg. de *Weissenburg.* | P. *Joannes* 1. an. 1330.

Q. *Wolfg.* an. 1330. 1340. | II. *Theodoric.* 2. † 1360. ux. 1. Elis. de *Pillichsdorf.* 2. Agnes de *Liechtenstein.* | R. *Stephan.* 2. ux. 1. Marg. *Aufenstein.* 2. Gertr. de *Pergavv.* 3. Adelheid N. | S. *Joannes* 2. an. 1360. | *Hedvvig.* m. Reinb. de *Pillichdorff* an. 1359. | *Anna* m. 1. Wiccard *Steiner.* 2. Albertus *Posrucker.*

Bucel. filium Theoder. 2. statuit.

Leonardus 2. | T. *Rudolf.* * Cl. 1369. | *Henricus* 3. 1380. | I. *Conradus* 1385. 1408.

Z. † *Dorothea* ux. Joan. de Polheim. an. 1474. | *Elisabetha* ux. Gundacc. de *Stubrenberg.* | 2. Ditmar de *Lossenstein.* | *Margareta* † 1410. ux. 1. Christian. ab *Arspers.* | Y. *Stephan.* 3. ux. Marg. de Winckl. an. 1365. | X. *Joannes* 3. 1398. &c. ux. Marg. de *Pessing.* | *Ursula* m. Rudolf de *Lossenstein* an. 1360. | W. *Agnes* 1. mar. Udalr. de *Pergavv* an. 1374. | V. *Frider.* 3. 1400. * ux. Marg. de *Pottendorf.*

Z. *Dorothea* ux. Udalricus de *Stubrnberg.* | *Anna* 3. an. 1440. m. Rudolf de Dirnstein. | III. *Frideric.* 4. ux. 1. Marg. de *Potendorf* 1429. * 2. Martha de *Stubenberg* 1445. | *Agnes* 2. mat. 1416. ux. Joannis a *Stubrenberg.*

ex 2. toro.

Ursula 2. ux. 1. Bern. a *Dirnstein* 1468. 2. Bern. de *Mainburg* 1142. | *Agnes* 3. ux. Christoph. a *Potendorf.* | IV Joann. 4. † 1499. ux. 1. Barb. de *Liechtenstein.* 2. Marg. ab *Eberstorf.* | *Elisab.* ux. Joan. de *Stubrnberg.* | V. *Stephan* 4. ux. Agnes *Zelcking.* 1463.

Agnes 4. ux. Georg. ab *Arberg.* | VI. *Erasmus* ult. fam. † 1529. ux. Barb. de *Volckerstorf.* | *Carolus* & *Adamus* † juvenes. | *Wolfg.* 2. † cælebs.

VII. *Anna* 4. hæres unica mar. Wilhelm. a *Roggendorf.* 1539.

Notis jam ſuis ſingulos illuſtro, qui notati non ſunt, fide tantum Bucelini adduxi, alia de iis documenta non occurrebant: Primi Ottocarus, nempe & Bernardus Com. Leobii ſatis ſuperque illuſtrati ſunt tomo 1.

Otto 1. de Hochenberg. A. *Otto* 1mus fundator & author Comitum de Hochenberg, qui teſte Lazio, primus arcem Cognominem, in Auſtriæ & Styriæ finibus *Arx ejusd. nomin.* (non in Carinthia, ut contra auth. lexici univerſ. Baſileenſis jam ſuperius dixi) erexit, familiamque hanc exorſus eſt. Eundem in litteris monaſt. S. Lamb. in Styria datis an. 1100. citatum docet Lazius cit. f. 195.

Gotfridus. B. *Gotfridus*: quem omittit Bucelinus, adducitur ab eod. Lazio cit. in Litteris S. Lamberti tanquam teſtis, eumque cum Ottone Megiſerus ad an. 1100. floruiſſe ſcribit lib. 7. cap. 31. fol. 741. adjunxi eidem aſteriſcum, utpote dubio, præſertim an frater Ottonis fuerit.

Herrand. G. *Herrandus* a ſolo Lazio cit. adfertur in eisdem litteris San-Lambertinis, ſed miror ab aliis eum viſum non eſſe; aſteriſco ut dubius notatur.

Bernard. 1. D. *Bernardus* 1. Comes primus de Hochenberg dictus, cujus ſolus Bucelinus meminit, ab eoque ſeriem reliquam deducit, floruit circa an. 1110 uxor ejus incomperta.

Henric. 1. ab Hochenberg. E. *Henricus* 1. a Bucelino ad an. 1166. claruiſſe ſcribitur, Lazius eum cum fratre Leopoldo in Litteris S. Lamberti, eo anno citatum docet.

Leopoldus. F. *Leopoldus* frater a Bucelino & Lazio Statuitur, ab hoc ad an. 1166. ex litteris S. Lamberti, ab illo vero ad an. 1174.

Engilſcalcus. FF. *Engilſcalcum* cum aſteriſco poſui, utpote nemini notum, & hoc ſolum in Diplomate notatum, neque enim contendere volo, eum hac ex familia fuiſſe, forſitan error in deſcript. Diplom. intercurrit, ut vel inter Hochenburgicos, vel Hagenbergicos ſit referendus.

Bertholdus. G. *Bertholdus* ad an. 1248. a Bucelino notatur, Lazius ait eum in Diplomatibus Styriæ ad eum annum a Frider. 2. Imp. citari.

Ulricus 1. H. *Ulricus* 1. a Bucelino & Lazio omiſſus eſt, meminit vero ejusdem Excell. Wurmbrandius in Diplom. Frider. 2. Ducis Auſtriæ, & Styriæ an. 1242. dato, quo idem Dux inveſtituram hæreditarii Camerarii infer. Auſtriæ contulit *Chunrado ab Hyntberg*, quo in Diplomate *Conradus ab Hyntberg.* occurrit 6tus ordine Ulricus ab Hochenberg inter alios teſtes nobiliſſimos v. Excell. Wurmbrandium in addend. cap. 3. f. 278.

Burcardus. I. *Burcardus* a ſolo Bucelino notatur.

Frider. 1. ab Hochenberg. K. *Fridericus* 1. an. ſalutis 1280. a Bucelino adducitur, Lazius vero docet eum ſub titulo Comitis in monaſt. Campililienſi ſepultum: quid monumenta Capililienſia de hoc referant, dixi differt. 1. §. XXV.

Dietmarus. L. *Dietmarus* a Lazio ad an. 1290. exſtitiſſe ſcribitur.

Theodoricus v. Dietricus 1. LL. *Theodoricus* vel *Dietricus* 1. hunc Lazius ignoravit, aſt author Campililienſis pluribus documentis declaravit, etenim ad an. 1271. §. 3. de rebus monaſt. tom. 2. f. 1121. docet *D. Bertam de Hochenberg*, *Berta uxor.* cum aſſenſu mariti ſui Dieterici delegaſſe monaſterio Campililienſi annuos 2. talentorum redditus de ſua hæreditate in Stewz, defuncto vero conjuge ſuo, hoc eod. anno ceſſiſſe cum omnibus liberis ſuis liti ac detentioni montis Dietrichberg a marito ſuo ſemper occupati,

die

die 18. Sept. Ex hoc documento ſequeretur Dietericum hoc an. & quidem ante 18. Sept. fuiſſe defunctum, Bucelinus vero an. 1300. adhuc vixiſſe teſtatur. In litteris *Dieterici de Weizenburg* an. 1299. apud eund. authorem fol. 1269. eundem Dietericum de Hochenberg adductum lego, ſed vix diſcernendum, an vivus adhuc vel jam mortuus fuerit, docent enim litteræ hæ Dietericum ſibi quædam de foro Wilhelmſpurg indicaſſe, eumque *Dieterici de Weizenberch* avunculum ſeu Ohaim fuiſſe: plura certe adhuc latent, nec intendo genealogias integras formare, ſed fragmenta ſolum Colligere, ne pereant, ex quibus alius poſt me felicior, integras Illuſtriſſimarum familiarum ſeries facilius ordinare poſſit. *Dietrici de Weizenberg.*

M. *Fridericus* 2. an. 1300. & 1318. vixit, teſte Bucelino & Lazio. *Frider. 2. de Hochenberg.*

N. *Leonardus* 1. eodem Bucelino & Lazio teſte circa an. 1330. *Leonard. 1.*

O. *Stephanus* 1. circa an. 1300. viguit, atque obiit an. 1324. teſte Bucelino qui ei uxorem tribuit *Chunegundem de Weiſſenburg*, annum obitus fors differre licebit, etenim inter Diplom. Vorav. exſtat unum a Steph. de Hochenberg, cum Chunegunde uxore & filio Stephano datum an. 1324. de prædio in Haynfeld. v. Dipl. mea in fine ad an. 1324. *Stephan. 1. Chunegund de Weiſſenburg.*

P. *Joannes* 1. claruit an. 1330. ita Bucelinus & Lazius. *Joannes 1*

Q. *Wolfgangus* floruit teſte Bucelino an. 1330. teſte Lazio etiam. an. 1360. *Wolfgang.*

R. *Stephanus* 2. floruit an. 1360. Lazio teſte, uxor ejus 1. *Margaretta de Aufenſtain.* 2da Gertrudes de Pergaw. 3. Adelheides N ita Bucelinus, differunt Lazius & Bucelinus in hoc Stephano, Bucelinus enim eum filium Stephani 1. Lazius vero Theoderici 2. ſtatuit. *Stephan. 2. Marg. de Aufenſtein.*

S. *Joannes* 2. de quo præter an. 1360. quo Lazio teſte vixit, nil Conſtat. *Joannes 2. de Hochenberg.*

T. *Rudolphus* 2. cui aſteriſcum addidi neſcius, an inter Theoderici 2. filios ſit referendus. Hunc a Lazio omiſſum, uti & a Bucelino, mihi ſupplent Collectanea Excell. Wurmbrandii fol. 219. in quo lego *Rudolfum Comitem de Hochenberg* hæreditarii mareſchalli officium in Epiſcopatu Paſſav. feudali jure obtinuiſſe, eoque an. 1369. *Gundaccarum de Thanberg* inveſtiviſſe ita, ut hoc ſine prole defuncto, Rudiger Stahrembergius, & ejus liberi ſuccederent v. Diploma ibid. adductum ex archivo Stahremberg. *Rudolfus 2. Thanberg de Gundaccar.*

V. *Frider.* 3. teſte Lazio & Bucel. floruit an. circ. 1400. ſed Bucelinus huic, uti & Friderico 4. aſſignat uxorem Margaretam de Potendorff; inter Potendorfias nullam invenio Margaretam, quæ Hochenbergio nupſerit. *Frideric. 3. Potendorf de Margar.*

W. *Agnetes* binas invenio. *Agnes* 1. D. *Udalrici de Pergaw* uxor fuit teſte Bucelino circa an. 1374. *Agnes* 2. nata an. 1416. *Joannis* D. *de Stahrenberg* uxor erat, & quidem Excell. Wurmbrandio teſte f. 226. etenim Joannes 4. de Stahrenberg, Caſpari filius, poſtquam an. 1436. cum Friderico tunc Auſtriæ Duce, dein Imper. e terra *S.* redliſſet, primo ſibi Copulavit *Eliſab. Polheimiam*, dein *Agnetem Hochenbergicam* ex qua numeroſæ prolis pater erat. Hübnerus in tab. 729. ait Joannis hujus uxorem 1mam, *Agnetem de Puchaim.* 2. *Eliſabetham Friderici de Hochenberg* filiam fuiſſe, inter Pucheimias tamen Agnetis non memi- *Agnes 1. Agnes 2. Stahrenberg de Joannes 5. Joannes 4. de Stahremberg. Eliſab. de Polheim.*

nit, deferendum plus cenſeo Excell. Wurmbrandio archivum Stahrenberg. luſtranti.

Joan. 3. de Hochenberg. X. *Joan.* 3. claruit an. 1398. & ex *Margar. de Pöſſing* lineam continuavit.

Pöſſing de Margar.

Stephan. 3. Y. *Stephanus* 3. maritus *Margar. de Winckl* circa an. 1365. &c. floruit ita Bucelinus.

Dorothea 1. Z. *Dorotheæ* denuo binæ occurrunt, *Dorothea* 1. ux. *Joannis de Pol-*

Joann. de Polheim. *heim* an. 1474. ita Bucelinus, & Excell. Wurmbrand. f. 225. *Dorothea*

Dorothea 2. 2. uxor 1. Ulrici *de Stahrenberg* ſtatuitur, ſecundis enim nuptis ſibi junxit *Magdalenam Ortenburgicam*, concordat Hübnerus tab. 729. niſi quod Dorotheam ſecundam, Joannis Hochenbergici filiam dicat, Idem docet de Dorothea 1. tab. 742.

Ulricus de Stahrnberg.

Magdal. de Ortenburg.

Conradus de Hochenberg. I. *Conradus* an. 1385. & 1400. floruit. ita Bucelinus & Laz.

Theoder. 2. de Hochenberg. II. *Theodericus* 2. obiit teſte Bucelino an. 1360. qui ei uxorem primam tribuit *Eliſab. de Pillichsdorf*, ſecundam *Agnetem de Liechtenſtein.* Hübnerus tamen in tabulis Liechtenſteiniorum tab. 748. & ſeqq. unius Agnetis meminit, quam tamen Joannis de griſſing uxorem tradit fuiſſe.

Eliſ. de Pillichsdorf.

Agn. de Liechtenſtein.

Joann. de Griſſing.

Frider. 4. de Hochenberg. III. *Frider.* 4. jam in Frider. 3. obſervavi Margaretham Potendorfiam dubiam ejus eſſe uxorem, altera, *Martha de Stubenberg* adducitur etiam ab Hübnero tab. 716. Hujus Friderici occurrit mentio in archivo ſtatuum Auſtr. apud Excell. Wurmbrand. f. 146. citato, eidem nempe Friderico, debitorem fuiſſe *Ulricum de Scherffenberg* 50. libr. denariorum circa an. 1448. anno dein 1455. Fridericus hic nobili & ſtrenuo equiti Martino Fünfkircher conſenſum dedit ad feudum quoddam Hochenbergenſe oppignoratum, ita Wurmbrand. cit. f. 69.

Stubenberg de Martha.

Scherfenberg de Ulric.

Joann. 4. de Hochenberg. IV. *Joannes* 4. teſte Bucelino obiit anno 1499. prima ejus uxor *Barbara de Liechtenſtein*, altera *Margaretha ab Eberſtorff.* ita Bucel. Lazius vero docet, eum a Frider. 3. Dominium *Wolfgerſtorff* in Auſtria obtinuiſſe, eo fortaſſis titulo, quod Joannis hujus filius Eraſmus, *Barbaram de Wolfgerſtorff* ultimam probabilius hujus lineæ uxorem duxerit. Dominium hoc dein a Ferdin. Imp. coemptum & hoſpitali regio viennæ aſſertum dixi, jam ex Lazio in prænot. hujus Ideæ Genealogicæ.

Barb. de Liechtenſtein.

Margar. ab Eberſtorf.

Wolfgerſtorf de Barbara.

Steph. 4. de Hochenberg.

Agnes de Zelcking. V. *Stephanus* 4. vir doctus cujus uxor teſte Bucel. erat *Agnes de Zelking* an. 1463.

Eraſmus de Hochenberg. VI. *Eraſmus* familiæ hujus celeberrimæ ſurculus ultimus, tempore Maximiliani vixit, atque obiit an. 1529. Uxor ejus *Barbara a Volckerſtorf*, ita Bucel.

Barb. de Volckerſtorf.

Anna Wilhelm. de Roggendorff. VII. *Anna* hæres unica Eraſmi, uxor data eſt *Wilhelmo juniori de Roggendorff* Auſtriæ regulo: an. 1539. qui Lazio teſte arcem & ditionem Hochenberg *Sebaldo Pogl a Reifenſtein & Arberg* Styriæ Dynaſtæ vendidit. Alterius Hochenbergicæ in Carnis familiæ, & ex ea Pauli an. 1457. Præfecti in Lindt meminit MS. Kainach: quæ in ſuo inſigni habet pedem gryphis.

Pogl de Reifenſtein Seibald.

Lobtich de Rapholdus. Reliquos jam teſtes expedire libet Diplomatis hujus 2. *Rapholdus de Lobnich.* Domini hi e Styria repetendi videtur, etenim ad an. 1286. dum Henricus Abbas Admont. & Styriæ Capitaneus apud Zeyrich ſententiam contra Rudolphum Salisburg. Archiep. pro Ortolfo Præpoſ. & Capit. Seccovienſi ferret, inter Convicinos oppidi ſeu fori Zeyring nomi-

nominatus eſt etiam teſtis D. *Erneſtus de Lobnich* atque an. 1295. dum Fridericus Reiſacher paſcua venderet Seccovienſibus *DD. Erneſtus & Leo de Lobnich equites* teſtes egerunt. V. Diploma. Seccov. num. 116. & 122. ex quibus proin conjicio eosdem Styriæ noſtræ incolas & ſorte arcis modo *gros Lobming* dictæ poſſeſſores fuſſe, cum arx ea in circulo Judenburg. ſita non adeo procul a Seccovio & Zeyringa diſtet; ſed etiam in Styria inſer. hi dinaſtæ quæpiam poſſederint, nam, ut habet. Chron. vorav. an. 1347. *per eundem Præpoſ.* (Vorav. Laurentium) *una parte & D. Erneſtum de Lobnick facta eſt quædam pacificatio cujusdam ſeditionis prope limites quorundam, circa caſtrum Fridberg* an den Creizpichel *a D. Ulrico de Walſee Capitaneo Styrienſi*, qui Erneſtus proin, hic ſubditos habuiſſe videtur. Reliqua de his latent.

Erneſtus & Leo.

Arx Gros-Lobming.

Waldſee de Udalr. an. 1347. Styr. Capitan.

3. *Dietmarus Albus ſeu Weiſs*, nullius ut videtur nobilitatis.

4. *Reinboto de Mammindorff.* ignotus, nec alio in Dipl. mihi hactenus viſus.

Mamtndorf de Reinboto.

5. *Otto miles Ottonis de Strechavv.* cognomen additum non eſt, ſed de DD. de Strehav. egi tom. 1. annot. Diplom. 4.

6. *Wulfingus de Pibil.* V. tom. 1. annot. Diplom. 74.

7. *Richkerus de Eppenſtein & filius ejus Richkerus.* V. tom. 1. annot. Diplom. 37.

8. *Pilgrinus* ab dem Grieß, nomen e loco tractum videtur.

9. *Gotſcalcus miles Ulrici.*
10. *Hartliebus miles offonis.* } Ignoti

11. *Eberhardus de Puch.* V. tom. 1. annot. Dipl. 45. adducit quidem fragmentum Genealogicum Puecherorum Bucelinus, ſed ii extra Styriam noſtram erant.

12. *Wernherus, Mainhardus de Stadel, & Wilfingus ſervi Offonis.* Obſcura ſubſcriptio: etenim quo hæc verba appellent, ſervi offonis? ignotum, nec etiam conſtat, an Wilfingus ille de familia Stadel fuerit, quam jam tom. 1. annot. Diplom. 8. parum attigi, nec antea fuſius deducam, donec domeſticis inſtruar documentis.

Stadel de Mainhard & Wernherus.

13. *Hartvicus de Puch.*

14. *Heinricus de Puch & Wichpoto frater ejus.* de his mox dictum.

Praitenfurt de Rudolph.

15. *Rudolf de Praitenvurt.* e Salisburgenſi Dominio hujus nominis in Styria oriundus, etenim teſte auth. germ. Sacræ Jo. 2. f. 439. an. 1297. Albertus Dux. Auſtriæ, octo nobiles Salisburgenſes, confecta cum horum Archipræſule Conrado 4. amicitia, equites fecerat, interque hos *Dictericum de Praitenfurt.* Immo ipſe Conradus 4. ex Epiſcopo Lavent. an. 1290. Archiepiſcopus Salisburg. factus de familia *DD. de Praitenfurt ſeu Vansdorff* fuiſſe traditur a cit. auth. germ. ſacræ f. 420.

Dietricus. Conradus Archiep. Salzb. Praitenfurt v. Vanſtorf de Rudolph. 1. Conrad. Salzb.

Vansdorfium arx diruta Styriæ in circulo Judenburg. Archiepiſc. Salisburgenſis, hoc caſtrum pertinaciam, vel ſi mavis fidelitatem in Archiep. ſuum Conradum 4. e familia Vansdorfiorum natum murorum & turrium jactura luit an. 1289. Rudera etiamnum prope Judenburgum, in rupe viſuntur: etenim ubi eo tempore Albertus Auſtriacus & Conradus Salzburg. per Henricum Abbatem Admont. colliſi, ſibi invicem noxii erant, Conradusque vallem Anaſinam aggrederetur, illico Albertus Friſaco oppido capto, & ſuccenſo, Vansdorfium obſe-

Vansdorff arx Styriæ. Ejus Sæc. 13. facta.

dit; captum dein oppidum ab Alberto muris & turribus ſuis privatum eſt, An. dein 1482. arx Vanſtorf cum ditione Hungaris denuo ceſſit. De quo plura ſuis locis.

Vansdorfenſium vero ſeu Praitenſurtenſium familia huic caſtro Styriæ originem ſuam debet. Paucos tamen adhuc reperire licuit, etenim præter Rudolfum 1. hoc in Diplom. citatum, legitur etiam in Diplom. Codic. Admont. num. 57. *Rudbertus de Vansdorff* circa an. 1235. *Hainricus de Vansdorff* inter alios Styriæ nobiles in Diplom. Göſſ. 36. an. 1254. item in Diplom. Göſſ. 57. an. 1271. *Conradus de Vanſtorff* an. 1290. ex Epiſc. Lavant. Archipræſul Juvav. evaſit & præter hunc Conradus alius, inter Styriæ nobiles an. 1296. Dipl. Seccov. 125. ſubſcripſit. *Cunradus* hic *Eberlinus*, & *Rudolphus* 2. de Vansdorff, fratres fuerint teſte authore Germ. ſacræ, quorum hic belli geſtis clariſſimus fuit, ut in hoc tomo 2. jam expoſitum eſt circa annos 1288. ad 1291. &c. Prætor erat Friſacenſis hic Rudolphus, & cognatus Conradi Archiep. Salisburg. de quibus ſuo loco.

Vansdorf de Rupertus. Henricus.

Conradus Eberlinus.

Rudolf 2. de Vanſtorff.

Cæterum Eccleſia Parochialis Vansdorffenſis S. Rudberti antiquiſſima erat, nam, ut ex Diplom. Seccov. 27. legimus, jam Chunradus ſenior ſeu 1. Archiep. Salisburg. dum ſæc. hujus 12. medio Parochiam Chumbence Seccovienſibus uniret, Presbyterum ejus Eccleſiæ Waltfridum in plebeſanam Eccleſiam Vanſtorff tranſtulit. An. dein 1489. Innoc. 8. Papa Matthiæ Epiſcop. Seccovienſ. poteſtatem dedit inſtituendi vicarios temporales, ſeu ad nutum amovibiles in Eccleſia *Kirchberg prope Weiz*. *S. Ruperti prope Rab* & *S. Rudberti in Vansdorf*, quæ proin Parochiæ modo a Celſiſſ. Principe ac Epiſc. Seccov. dependent. V. Diplom. Epiſc. Seccov. num. 95. privilegium hoc jam Antea Seccov. Epiſcopo a Bonifacio an. 1389. electo Papa datum teſtatur cit. Diploma.

Vansdorf Parochia.

Kirchberg prope Weiz S. Ruperti ad Rab & S. Ruperti in Vansdorf Paroch. jun. Epiſc. Seccov.

16. *Pilgrinus de Viſcarn.* V. tom. 1. annot. Diplom. 25.

17. *Hertvvicus de Hezendorff.* Salisburgenſes miniſteriales hos ominabar in annot. Diplom. 6. hujus tom. 1. ubi obſervavi Sigmarum & Rudolfum fratres Seccov. Eccleſiæ manſum unum obtuliſſe in Hecendorff, cætera latent.

Hezendorf de Hertvicus.

Ad Diploma II.

Dipl. II.

Jam in Chronologia mea ad an. 1198. dubitabam, annon Diploma hoc ad annum 1195. vel ſeq. ſit referendum, eo quod an. 1196. peregrinatio ſacra a plerisque fuerit ſuſcepta; quocunque demum anno in Palæſtinam abierit *Ulricus nobilis de Peccah*, patet eum Admontenſibus fuiſſe munificum. De familia celeberrima horum Dominorum de Peccah plura digeſſi tom. 1. annot. Diplom. 9. ubi de Ulrico & fratre ejus Luitoldo plura dicta ſunt, patet vero Ulricum hunc vel fuiſſe cælibem, vel prole omni deſtitutum, cum fratri ſuo Leutoldo, jus redimendi prædii Admontenſibus traditi reſignaverit.

Peccah de Ulricus Admont. benef. Cælebs videtur vel ſine prole.

Prædium porro illud egregium Admontenſibus venditum ex 6. manſis in *Chintetal* & 3. vineis in *Sirnich*, cum colonis & appenditiis aliis conflatum videtur: loca hæc *Chindetal* & *Sirnich* in mappa Geo-

Chindetal & Sirnich.

gra-

graphica Styriæ non invenio, forte mutatis nominibus nunc aliter audiunt.

Contractus hujus conditiones variæ erant 1. ut reditus prædii hujus, tempore peregrinationis Ulrici cederent Admontenſibus, idque nemo etiam amicorum ſuorum redimere poſſet. 2. Si vivus e Palæſtina rediret Ulricus, ipſe redimeret, ſi vero ibidem obierit Ulricus, frater Leutoldus id redimendi prædium facultatem haberet, prædicto tamen marcarum argenti pretio. 3. Si Leutoldus non redimeret, pretium illud quo prædium hoc interim augeretur, ac melius evaderet, applicaretur animabus Ulrici & Leutoldi, prædium vero penes Admontenſis permaneret. 4. In abſentia Ulrici Admontenſes ſibi advocatum eligere poſſent, contra vim ac violentiam ipſius etiam Leutoldi & hominum ſuorum.

Rediit tamen e Paleſtina bonis avibus Ulricus, nam ad an. 1214. ſubſcriptus legitur Diplom. Göſſenſi 17. an dein prædium hoc e manibus Admontenſium eliberaverit? ignotum, quæ enim mihi proſtant Admontenſium documenta, ea de re altum ſilent.

Teſtes erant.

1. *Eberhardus plebanus de nova Eccleſia & frater ejus Ortolfus, & Wigandus de Chlamme.* V tom. 1. annot. Diplom. 4. & 6.

2. *Gerardus de Putene & tres fratres ipſius.* V. tom. 1. annot. Dipl. 4.

3. *Hermannus de Puten.* V. ibid. dicta.

4. *Heinricus de Strazhoven, Ulricus & frater ejus Luitoldus.* Ignoti mihi hactenus teſtes. *Strazhoven de Ulric. Henric. Luitold.*

5. *Ortolfus de Schratenſtein.* Egi jam tom. 1. annot. Dipl. 56. plura de his occurrent ſæculo hoc 13.

6. *Hartnidus de Vildonie.* V. tom. 1. annot. Diplom. 53.

7. *Liupoldus Katire.* Ignotus. *Katire Luipold.*

8. *Ortlieb de Peckach.* V. tom. 1. annot. Diplom. 9.

9. *Siboto de Woſtriz. Rapoto & Heinricus fratres ejus.* Ignoti & ex hoc ſolum Diplomate mihi innotuerunt. *Woſtriz de Siboto, Rapoto & Henr. fratres.*

10. *Albero de Grez.* V. tom. 1. annot. Diplom. 7.

11. *Chunradus & frater ejus Karolus de Sirnich*, ignoti. *Sirnich de Chunrad. & Carolus.*

12. *Duringus de Trauſtetten*, ignoti, niſi ſors iidem cum Dominis de Trahſtetten, de quibus v. annot. Diplom. 36. *Trauſtetten de During.*

13. *Ortovinus Camerarius Ducis*, cognomen additum non eſt.

14. *Duringus de Schönecke.* Seu Schöneck. Idem hic ſubſcripſit Diplom. Göſſ. 17. In necrol. minor. Convent. Viennenſ. ad 4. Id. Jan. legitur *Albaides de Schonegg miniſterialis hic ſepulta.* Cæteri ignoti. *Schöneck de During.*

Ad an. 1201. ad Diploma 12. *Ad an. 1201. ad Dipl. 12.*

Subſtantia hujus Diplomatis per ſe patet inſpicienti, quæpiam alia obſervanda ſunt; datum videtur Diploma hoc poſt iter Romanum Eberhardi 2. Archiep. Salisburg. de quo jam in Chronol. mea diſſerebam.

At cur *Waltherus Gurcenſis electus* & avunculus Eberhardi 2. fuerit dictus? jam an. 1200. dixi defuncto Eckeharto Gurc. Epiſc. ſubſtitu-

tum ab Eberhardo fuiſſe *Waltherum avunculum ſuum Abbatem de Tiſtatin*, ſed reprobatum ab Innoc. 3. qui volebat habere Epiſcopos Ottoni regi faventes: anno tamen 1203. Waltherus Confirmationem obtinuit, ut dictum: quomodo vero Waltherus avunculus Eberhardi 2. fuerit? inquirendum. Eberhardum 2. e familia Comitum de Truchſen fuiſſe oſtendi tom. 1. annot. Diplom. 4. & 6. quis tamen ejus Pater, minus conſtat, quæ mater fuerit? cum vero Eberhardus Waltherum avunculum ſuum appellet, hic frater matris Eberhardi 2. fuerit; at ex qua familia? ignotum.

Teſtes erant.

Ottto Epiſc. Gurc. an. 1214. 1. *Mainbalmus Archidiac. de Friſaco.* in Carinthia

Henr. Epiſc. Gurc. eod. an. 2. *Heinricus Præpoſ. de ſolio* ibidem, qui dein an. 1214. Ottoni Epiſc. Gurc. eod. quo electus anno defuncto, ſubſtitutus eſt.

Ulricus Pleban. de Hartberch. 3. *Ulricus plebanus de Hartberch.* Qui forte, ut an. 1191. dictum, Leopoldo Duci Auſtriæ & Styriæ Græcii defuncto adſtiterit in extremis.

4. *Conradus de Truchſen.* V. tom. 1. annot. Diplom. 4. & 6.

Bernard. Dux Carinth. 5. *Bernardus Dux Karinthiæ.* Qui proin jam hoc an: fratri ſuo Ulrico lepra Correpto, ſucceſſerit, non enim amplius frater Ducis, ſed Dux appellatur.

6. *Wichartus de Charlsperg.* V. tom. 1. annot. Diplom. 66.

7. *Fridericus de Petaov.* V. tom. 1. annot. Diplom. 54.

8. *Reinbertus de Muerecke.* V. tom. 1. annot. Diplom. 36.

9. *Heinricus de Leibniz.* } V. tom. 1. annot. Diplom. 8. & tom.

10. *Albertus de Leibniz.* } hoc 2. in annot. Diplom. 4.

11. *Eckebardus de Tann.* V. annot. Diplom. 69. tom. 1.

Pfarr de Cunrad. 12. *Chunradus de Pfarr.* Hoc & Diplom. Admont. 47. ſolum viſus, miniſterialis erat Salisburg. ut v. Diploma 16.

Ad Dipl. 13.

Ad Diplom. 13.

Leopoldus Dux noſter, qui, quantum hactenus adverti, hoc ſolum, in Diplomate, ſe filium *Leopoldi magni utriusque terræ ſeu Auſtriæ ac Styriæ*, primi *Ducis* Græcii defuncti, ſcripſerat, Admontenſibus plura beneficentiæ ſuæ teſtimonia reliquit: cum enim ob ſanctæ religionis Converſationem, plurimum diligeret Admontenſe monaſterium, eidem liberam Capellam *S. Martini in Enſtal apud Eich*, juxta fluvium Salzach, ab omni jure *matricis Eccleſiæ in Geebenich* ſeu *Gröming* ex antiquo exemptam, omnimode Condonavit; ea tamen ſub Conditione, ut duo lumina perpetua, unum ante altare B. V. M. alterum ante S. Blaſii de ſumptibus ejusdem Capellæ ordinarentur, in memoriam ſui, patris ac *Odoacris Styriæ Ducis* & omnium parentum ſuorum.

S. Martini in Enſtal Capella datur Admont.

Capella hæc S. Martini in Enſtall, cum inter Parochias Admontenſes non numeretur, filia erit hiſce temporibus Eccleſiæ Parochialis in Gröbming, quæ 4to loco inter Admontenſium Parochias refertur.

Præſentem fuiſſe Ducem noſtrum hoc anno in Admont. ſubſcriptio Diplomatis ibidem dati innuit, & quidem menſis Auguſti fine.

Teſtes donationis hujus erant.

1. *Puer Comes de Bogen.* Comites hi in Bavaria ortum traxere, & ut cenſet Hundius in libro ſtemmatum, e familia Byburgenſi per Babonem tot filiis glorioſum propagata; ab Hartwico enim Comites hos *de Bogen*, oppido aliis *ab Arca*, vel *Aich* dictos derivat: lexicon univ. Baſileenſe ait *Bogen*, oppidum eſſe infer. Bavar. ad fluvium ejusd. nominis ab hisque eos deſcendiſſe, qui ſæpius cum Ducibus Bavariæ colliſi, tandem circa an. 1242. exſtincti ſunt. De hiſce Comitibus plura jam hoc tomo dicta ſunt occaſione belli Bavariæ, ſeu Paſſav. & Ortenburgici, quisnam vero fuerit hic Comes *puer de Bogen*? inquirendum, cenſeo fuiſſe filium Alberti qui an. 1196. obiit, & probabilius etiam Albertum dictum, qui dein an. 1212. in bello Patav. Manegoldi Patav. Epiſc. partes ſecutus eſt contra Rapotonem de Ortenburch, ut ibidem dictum. Sed de his alii agant. *Pogen vel ab Arcu vel Arch Comites.* *Oppidum ejus nominis.* *Albert. 1. & 2. de Pogen.*

2. *Udalricus de Tekindorff.* Dynaſta etiam Bavariæ ut videtur. *Teckendorff de Udalr.*

3. *Rapoto de Stein & frater ejus Chunradus*, de quo egi jam hoc tom. ad annum 1192. & tom. 1. in annot. Diplom. 4.

4. *Walchun de Griezbach.* V. tom. 1. annot. Dipl. 66.

5. *Hertnidus de Orte.* V. tom. 1. annot. Diplom. 13.

6. *Herrandus de Wildonia.* V. tom. 1. annot. Dipl. 53.

7. *Pillungus de Chyrchaym.* V. tom. 1. annot. Dipl. 60.

8. *Gundaccar de Steir & frater ejus Duringus.* Ibid. annot. Dipl. 6.

9. *Ulricus de Chienovv.* forte *Chiengovve ſeu Chiemgavv*, de quibus plura dixi tom. 1. in diſſert. 1. cap. 1. in Ottocaro 1. §. 2. & ad an. 958. *Chienav ſeu Chiengav de Ulricus.*

10. *Albero de Grimmenſtain* pincerna Ducis. V. tom. 1. annot. Dipl. 58.

11. *Bertholdus de Embirberch* dapifer Ducis ibid.

12. *Rudolfus de Sinmaningen*, quem cæteroquin non inveni. *Sinmaningen de Rudolf.*

13. *Reinherus de Tann.* V. annot. Diplom. 69.

Tria reliqua Diplomata a Leopoldo Duce noſtro eod. hoc an: data in Admont, referre nolui, quod teſtes nulli novi occurrant, nec res aliæ Styriam concernentes; refert ea Bern. Rez. cit. & num. 91. Diploma illud, quo cavet, *ne Monaſterium Admont a Dominicalium Adminiſtratoribus indebitis exactionibus gravetur.* Num. 92. quo idem Dux Chunonem *Strenuum militem de Werven defenſorem ſtatuit Admont. monaſterio.* Num. 93. quo eidem monaſterio Dux, *Jus totum fori remittit.* *De Chunone de Werven* v. dicta tom. 1. annot. Dipl. 32. *Werven de Chuno.*

Ad An. 1202. ad Diploma 14.

An. 1202. ad Dipl. 14.

Obſcuriſſimum eſt hoc Diploma, præſertim cum ei locus, annus, dies & menſis deſit. in Vorav. tamen noſtro diplomatario an. 1202. additus eſt, de quo proin contendere nequeo. Cæterum, ſi hoc anno datum fuit, ad initium anni referendum erit, cum an. 1202. die 1. Febr. obierit *Bernardus* 1. *Præpoſitus* 2. *Vorav.* ni forte dicere velimus, Conventionem hanc Præpoſiti cum filio antea factam, hoc an. a Patre fuiſſe Confirmatam. Dynaſtæ hujus *Grathſau* dicti *de Treun* nomen, pariter incognitum: de DD. de Traunegi tom. 1. annot. Diplom. 35. de DD. de Traunſtein ibid. annot. Diplom. 76. Item *Grathſau de Treun.*

Treun de Bertholdus. hoc tom. an. 1242. ubi *Bertholdus de Treun* mareſchallus legitur: an. 1242. *Rudolfus de Traunſtein* monaſterio Vorav. valde injurius legitur: an. 1386. *Joan. de Traun* Canon. Paſſav. & Olomuc. egit. Eodem tempore *Margaretha de Traun*, Joannis alterius filia, uxor erat *Petri de Loſenſtein.* Sed quinam fuerit hic Grathſav de Treun? adhuc occultum, opinabar legendum eſſe *Ekartſav*, ſed inſigne horum oppido differt, & hi dynaſtæ Auſtriæ, in hiſce partibus noſtris quid poſſediſſe non leguntur. Præterea an. 1290. Stubenbergii an. 1310. Krumpachii jus advocatiæ in Cella ſeu Wenigzell habuiſſe leguntur ex chron. MS. Vorav.

Trevnſtein de Rudolph. Traun de Joan. Marg. uxor. Petri de Loſenſtein.

Hic ergo *Grathau de Treun* hoc Diplomate confirmavit ceſſionem advocatiæ hujus a filio ſuo ejusdem nominis factam Præpoſito noſtro Bernardo.

Sigillum adjectum utcunque ſimile eſt veteri Stubenbergiorum anchoram cum cruce referenti, quique, ut mox dictum, in Wenigzell jus advocatiæ habebant, & hodiedum multum juris inibi ex Caſtro Kapfenberg retinent. Subſcriptio adhuc obſcurior præter ultima 2. verba.

Ad Dipl. 15.

Ad Dipl. 15.

Leopold. Dux Styr. in Admont. Denuo hoc anno Admontium inviſit Leopoldus Dux noſter ſub veris & regiminis Joannis Abbatis finem; Ea fors occaſione, quod redux ab inauguratione ſua in Auſtriæ ſtyriæque Ducem per Philippum Imp. facta, iter eo flexerit, inde græcium abiturus, ac *Divæ Chunegundi in Lech prope Græcium* ædem ſacram exſtructurus: hanc inaugurationem inſinuare videtur Diplomatis hujus initium, ſub quo ait, *quia divinæ diſpenſationis providentia gubernationem Styrienſis Principatus aſſecuti ſumus pariter & adepti.*

Inauguratur a Philippo Imp.

Dum itaque Admontium veniret, occurrit ei *Hermannus Geroldi Seccov. Præpoſiti legatus*, non vero Hermannus ipſe Præpoſitus, ut ad an. 1202. oſtendi, error itaque obrepſit, niſi fors Geroldo Hermannus, & huic denuo Geroldus ſucceſſiſſet. Hermannus hic ſupplex propoſuit Leopoldo, quemadmodum fundator Seccov. Adelrammus de Waldecke Ottocaro 5. March. Styriæ & fundatori Vorav. tranſcripſerit caſtrum ſuum Starchenberg, villam Trabſteten ac optimos milites, ea tamen ſub conditione ut Ottocarus ipſe ac ejus Succeſſores advocatiam cænobii Seccov. ſine ullis ſubadvocatis manutenerent. Hoc privilegium cum reliquis ubi renovari humillime poſtulavit Hermannus Seccovienſis illico annuit Leopoldus, omniaque hoc Diplomate rata habuit.

Superaddenda hic quædam ſunt, de morte, ſepultura, exequiis Adalrami fundat. Seccov. neglecta antea, nunc vero ex Collectaneis annal. Seccov. a Reverendiſſ. Perilluſtr. DD. Præpoſ. Seccov. Joſepho benevolentiſſime Communicatis eruta: annum obitus Adalrami tom. 1. annal. meor. f. 859. retuli dubius inter an. 1174. & 1182. de hoc collectanea cit. ita habent; *latet quidem annus, at ſi fundatam an. 1140. Canoniam, ſpemque propaginis jam abjectam penſitemus, haud multum in re ambigua deviabitur, ſi annum mortis cum 74. (quo Ottocarum ad tam munificam donationem permovit) Connectamus. Vixit in religione annos 27. mu-*

Adelramus fundat. Seccov. quando obierit.

ſti

ſes 10. *diem unum ſibi ſupremum* nempe ipſum D. Protomartyris Stephani feſtum, ex necrol. Seccov.

Sepulturam accepit in ſanctuario, ubi ex adverſo eminet turrita ædicula 4. columnis innixa; in ſemicirculo aræ proſtant SS. Rupertus & Virgilius medium habentes fundatorem talari albo & caſtaneo pallio cum Caputio depictum, dextra tenentem Eccleſiam Seccovienſem a ſe fundatam. *Sepultura.*

Olim officium pro Adalramo pridie ſeu ipſo natali Domini poſt Veſperas decantabatur, nunc vero 22. Decembr. ſoleniter anticipatur. Miſſa vero de Requiem ex ſpeciali Apoſtol. privilegio ante auroram in feſto S. Protomartyris Stephani, ſuper altare fundatoris, ſub quo in marmoreo Sarcophago quieſcit, ſolemniter celebratur; ſacro intereſſe, omnes Canonici, Officiales, famuli & proximi ſubditi debent. Poſt abſoluta divina ſuccedunt Eulogiæ ſeu diſpenſatio publica in ære, pane, Carnibus bubalis, & lardo ad oſtium Canoniæ. *Anniverſ. exequiar.*

Officium pariter defunctorum cum ſolenni Requiem non. Julii pro Richinza conjuge fundatoris, quot annis perſolvitur. Ita collect. cit.

In iisdem antecedenter refertur plena Genealogia ex necrol. Seccov. ad IV. Kal. Nov. his verbis: *Gertrud Laica Mater Alrami fundatoris loci, Arbo & Hartnidus proavi, Item Arbo avus, chunza avia, Rudolfus patruus, Hartnidus propinguus Alrami fundatoris loci, Idem quoque Hartnidus Pater Alrami jam nobilis de Trayſma nuncupatur. Ex hac proſapia aut orti aut ſanguine juncti Domini de Lengenbach.* Convenit utcunque cum documento Aug. Bibl. Viennenſ. a me tom. I. f. 856. citato, niſi quod in documento Seccov. pro *Rafoldo, Rudolphus patruus* & pro *Heinrico Hartnidus propinguus* ponatur. *Geneal. fund. Seccov.* *Lengenbach de Domini.*

De anno Diplomatis dubitari nequit, cum teſte Frælichio cit. annus vocabulis integris, non notis Characteriſticis ſit expreſſus. Indictio tamen ſexta non ſat accurate expreſſa eſt, cum 5ta cucurrerit, Puſchius in ſeq. Diplom. eodem anno & loco, dato, indictionem 5tam rite poſuit, unde vero eam deſumpſerit, ignoro, cum ſeq. Diploma. mox explanandum, etiam ſextam habeat in editione Frælichii. *Seccov. poſſeſſ. firmantur.*

Commemorandum hic denuo, quod Leopoldus Dux *Ottocarum Ducem* Styriæ binis vicibus, *avunculum ſuum* appellet, qui titulus omnino improprie Ottocaro competit, cum ſolum Conſanguineus vel cognatus fuerit, ſed, ut obſervavi diſſert. 4. cap. 7. §. 8. tom. 1. veteres in hiſce titulis minus exacti fuerunt. *Ottoc. 6. an Leopoldi 2. avunculus.*

Sigillum appreſſum eſt cereum, idque flavum cum Zona ſericea, rubri, flavi ac viridis coloris, attritum tamen, ita ut ægre legi poſſit epigraphe: *Leopoldus Dei gratia Dux Auſtriæ & Styriæ*, qui forma equeſtri exhibetur.

Teſtes porro Diplomatis notiſſimi ſunt plerique, horum.

1. *Ulricus de Stubenberch.* V. tom. 1. annot. Diplom. 4.
2. *Herrandus de Wildonia.* V. tom. 1. annot. Diplom. 53.
3. *Ditricus de Liechtenſtain.* V. tom. 1. annot. Diplom. 47.
4. *Hainricus de Capfenberch* ibid. annot. Diplom. 14.
5. *Bertholdus de Emmerberch.* Ibid. annot. Diplom. 58.
6. *Gundaccarus de Styra.* Ibid. annot. Diplom. 6.
7. *Ortolfus & Hartnidus de Volkenſtorff.* Ibid. annot. Diplom. 25. hi tamen duo ibidem omiſſi, proin ex hoc Diplom. ſupplendi. *Volkenſtorf de Ortolf & Hartnidus.*

8. *Gundackarus de Starchenberg.* V. tom. 1. annot. Dipl. 14.

9. *Albero de Polnheim.* Ibid. annot. Diplom. 54.

10. *Albero de Greimſtain* ſeu *Grimmenſtein.* Ib annot. Dipl. 58.

11. *Ottocarus de Scblierbach.* Ibid. annot. Diplom. 4.

12. *Ulricus & Leutoldus de Peccab.* Ibid. annot. Dipl. 9. & tom. 2. Diplom. 11.

Adelwanch de Henr. 13. *Hainricus de Adelvvanch.* Cæteroquin nullo in Diplomate adhuc viſus.

14. *Otto & Ottocarus de Wolckenſtain.* V. tom. 1. annot. Dipl. 9.

Fürſtenfeld de Waltherus. 15. *Waltherus de Fürſtenveld.* Urbs eſt Styriæ ad amnium Laffniz & Veiſtriz Confluxum, ipſos Pæne Hungariæ fines attingens, Fürſtenfelda dicta, cujus urbis Burggravius an. 1377. fuit *Hartmannus de Teiffenbach*: an. 1540. *Georgium Erhardum* de Polheim ibidem ſepultum lego, Waltherus hoc Diplomate ſubſcriptus an Burggravius vel Dominus urbis hujus fuerit? vix eruo, hodie certo Cæſarea eſt urbs hæc, & forte ſemper Principi terræ ſubjecta.

Teiſenbach de Hartman.

Polheim de Georg. Erhard.

Commenda Equitum Mellit. Exſtat in ea urbe etiam Commenda Equitum Melitenſium, de qua tamen in Frælichio nihil occurrit, niſi quod an. 1306. Frater Wilhelmus ibidem Commendator, cum ſuis fratribus quandam tranſactionem cum Græcenſibus Theotonicis iniverit. Reliqua omnia incognita, optandumque, ut documenta etiam Commendæ Fürſtenfeldenſis luci publicæ mandentur, quemadmodum Commendæ Græcenſis & ad S. Dominicam jam apud Frælichium proſtant.

Hochenſteio de Dietricus. 16. *Dietricus de Hochenſtein.* V. tom. 1. annot. Dipl. 48. qui ibidem ommiſſus eſt, alios etiam attuli tom. hoc. 2. annot. Dipl. 3.

Ad Dipl. 16.

Ad Diploma 16.

Teſte Frælichio in annot. hujus Diplom. continetur in Cod. MS. Seccov. aliud idque prolixius Diploma de variis immunitatibus & exemptionibus Eccleſiæ Seccov. recenſitis ſimul bonis ejusdem, cum teſtibus ſubnotatis iisdem, quos Diplomati præced. ſubſcriptos vides exceptis duobus ultimis, *Waltbero de Fürſtenveld* & *Dietrico de Hochenſtein*, qui hic omiſſi ſunt reliqua etiam ſubſcriptio: data apud Admundiam &c. ut in Diplom. præcendente.

Exordium etiam concordat cum præcedente. Hoc poſterius documentum exſtat quoque apud Ludewig reliq. MS. tom. 4. pag. 214. Expono itaque Diploma hic ſubjectum a Frælichio & datum 4. Junii, cum præcedens datum ſit 2. Junii; de indictione Corrigenda jam dixi ad præced. Diploma. Hoc vero Diplomate Leopoldus more anteceſorum ſuorum, non ſolum in ſe recipit munus Advocati Seccovienſis, ſed etiam Collegio Confirmat ſylvam Mullwald, ac manſum unum in *Hitcenpuchelen* hodie *Hauzenbichl* arce Seccov. quem manſum Pabo & Engelſcalcus de Plajen eidem monaſterio Contulerunt. De quibus plurima dixi tom. 1. in annot. Diplom. 29.

Leopold. Dux Advoc. Seccov.

Plejen de Pabo & Engelſcalc.

Teſtes hic adducti expoſiti jam ſunt Diplomate præced.

Ad

Ad Diploma 17.

Ad Dipl. 17.

Neſcio, quo caſu & eventu Eberhardus 2. hoc an Friſacum ad caſtrum ſuum venerit, redux probabilius Roma, ubi hoc anno conſecrationem & pallium recepit.

Jaringen Parochia redditur Admont.

Chunradus ſenior ſeu 1. Archiep. Salzburg. jam Admontenſibus Parochiam Jaringen infer. Styriæ contulerat ut Chirographum ejusdem Præſulis ſigillo munitum, & in ſacrario præfati monaſterii ſervatum exhibebat, aſt per deſidiam, ut ait diploma, fratrum Admontenſium, ea Parochia a monaſterio Admont. alienata erat, Eberhardus ut ablata reſtitueret, Friſaci in Caſtro ſuo, eam Parochiam Admontenſibus reddidit, ea tamen ſub conditione ut non per fratres Admont. ſed per Clericos ſæculares adminiſtraretur, ſalvumque in omnibus maneret jus Archiep. & Archidiaconi.

Waltherus Gurc. electus nondum conſecratus.

Teſtes confirmationis hujus præter Waltherum Gurcenſem electum, nondum ob Canonicos loci libertatem ſibi electionis prætendentes, & repugnantes, conſecratum, erant Miniſteriales Salisburgenſ.

1. *Albertus Comes de Wichlsberg.* V. tom. 1. annot. Dipl. 66.
2. *Fridericus de Petavv.* V. tom. 1. annot. Diplom. 54.
3. *Otto de Chunigesberch.* V. tom. 1. annot. Diplom. 58.
4. *Heinricus de Leibniz.* Tom. 1. annot. Dipl. 8.
5. *Eckebardus de Tann.* Tom. 1. annot. Diplom. 69.
6. *Chunradus Caſtell. de Salzburg.* Tom. 1. annot. Diplom. 69.
7. *Heinricus Caſtell. Friſacenſis*, ſeu Præfectus caſtri ibidem. *Henricus caſtell. Friſac.*
8. *Chunradus de Pfarre.* V. tom. hoc 2. annot. Diplom. 12.
9. *Marquardus* Pincerna probabilius e familia de *Pongovve*, ut V. tom. 1. annot. Dipl. 35. *Marq. de Pongove pincerna.*

Ad Diploma 18.

Ad Dipl. 18.

Diploma hoc ampliſſimum obſervationibus, & correctionibus quibusdam indiget, & quidem, quod concernit annum & indictionem, accuratum eſt, beneque obſervat litem Imperii inter Ottonem Saxonem & Philippum hærentem.

Rudolph de Raſia & Hiltrud. uxor.

Rudolphus itaque *de Raſia* nobilis Styrus, cum uxore ſua *Hildruda* (quorum anniverſarius *in* necrologio perantiq. Seiz. ad Diem 15. Nov. figitur) liberis probabilius carentes, vel adhuc impuberibus (cum eorum conſenſus more alias ſolito additus non ſit) donaverunt villas duas juxta *Traam* ſeu *Dravum* fluvium, in confinibus *civitatis Petoviæ*, villarum ambarum nomen erat *Candin*, quæ quidem vel mutato nomine, vel quod non adeo notabiles eſſent in topogr. Chartis Styriæ non videntur, in Styria tamen ſitæ erant, ut ex confinibus patet. *Candin villa 2. Styriæ.*

Præterea teſtante Diplom. hoc, donatio dicta, facta eſt in die conſecrationis Eccleſiæ memoratæ ſeu Seizenſis, & quidem præſente Dom. Gottifredo Aquileg. Patr. Poppone Epiſcopo &c. hæc anno 1202. convenire non poſſunt, cum anno 1195. die 8. Febr. jam Aquilejæ Patriarcha fuerit Peregrinus 2dus.

Hæc ut rite combinentur, ex ipſo Diplom. hoc facile colligitur, donationem primam horum locorum anteriore tempore, confirmationem vero hoc anno factam fuiſſe, etenim in mox conſeq. verbis Dipl. dicitur: *ea enim conditione ſupradictam donationem memoratus donator firmavi*, unde antea jam donavit, hoc vero anno eam donationem firmavit Rudolphus.

Seiz. Eccleſ. conſecratio ſub Godefredo Aquil. Patr.

Donatio itaque prima facta videtur in die Conſecrationis Eccleſiæ Seizenſis præſente Gotifredo Aquilej. Patr. hæc vero Conſecratio circ. an. 1190. adſcribenda eſt teſtante Catal. Priorum Seiz. in Diplom. Duc. Styr. part. 2. f. 101. in quo ita ſcribitur: 3. *Prior Dom. Nicolaus* 1. *prædeceſſoris ſui ſtrenuus æmulator, ſub quo in dedicatione Eccleſiæ an.* 1190. *per Gotfridum Aquilej. facta, plurima monaſterio oblata fuerunt*, Quidquid ſit de dubiis Nicolai Prioris regiminis annis, ut ad an. 1208. obſervavi, Nicolaus hoc certe anno præfuit & donationis hujus confirmationem a Rudolpho de Raſia recepit.

Præſente Poppone Epiſc. Petin.

Sed quis fuit ille *Poppo Epiſcopus* dedicationi Seiz. an. 1190. præſens? Poppo Præp. Aquilej. an. primum 1204. Epiſcopus Patav. factus eſt, aliter ſentiendum judico ex actis Aquilej. apud Cl. de Rubeis cap. 65. num. 5. fol. 632. ubi an. 1186. Godefredus Patr. Peregrino tum Aquilej. Archidiac. & civitatenſis Eccl. Præpoſito confert decimas villæ Zopollani, *ſub præſentia & teſtimonio Poponis Pytinenſis Epiſcopi.* Idem Poppo Pytin. Epiſc. adfuit transactioni Moſac. & Belinienſis Abbatiæ an. 1188. Poppo itaque an. 1190. præſens dedic. Seiz. Pytinenſis urbis Epiſcopus fuit, utpote qui ad an. uſque 1231. eidem Cathedræ præfuit, ut teſtatur valvaſorius lib. 8. Chron. Carniol. f. 679. ex MS. Obernburg.

Räſt locus Styr. inf.

Hiſce explanatis de Rudolpho fundatore quæpiam adferenda videntur; *Räſs* vel *Roas* locus eſt Styriæ inferioris ad *fl. Dravum infra Mahrburgum*, cum Eccleſia adſita, ex quo loco Dynaſtas de Raſe vel Raſia exortos opinor, poſterorum diligentia videtur loco illi adjeciſſe

Lembach caſtrum Styr. infer.

caſtrum *Lembach*, nunc Benedictinorum S. Pauli in Carinthia. Familia hæc de Raſe vel Raſia tom. 1. annot. Diplom. 48. expoſita non eſt.

Raſia de familia.

unde eam hic ſuppleo. Pauciſſima admodum hujus familiæ mihi hactenus occurebant, *Rudolphus* hic *de Raſe vel Raſia* ad an. 1173. in Dipl.

Rudolphus.

Seccov. 20. an. 1187. in Diplom. Göſſ. 11. & 16. an. 1191. in Diplom. Seccov. 24. teſtis adducitur, an. 1207. jam defunctus videtur, cum in Diplom. Seiz. 14. dicatur *villam majorem Britzlauſtorff tempore Rudolfi de Raſſia in duas ſuppanias diviſam fuiſſe.*

Colo.

Colo, frater Rudolphi *de Raſia* ex hoc Diplomate innoteſcit, in quo frater donatoris hujus dicitur, cætera de eo latent.

Odoricus.

Odoricus de Raſſia frater Rudolfi non fuerit, ſed agnatus vel patruus. *Hiltrudes* uxor Rudolphi de Raſia, qua vero ex familia hæc fuerit? ignotum. Nobiliſſimo tamen genere ortam docet Diploma Seccov. 36. ad an. 1216. in qua *Ulricus* 2. *de Stubenberch* teſtatur, *Hiltrudem hanc Materteram* ſuam, proin matrem etiam ſuam, ſororem uxoris Rudolphi de Raſe fuiſſe. Hiltrudes hæc Seccovienſibus benefecit, ut teſtatur Diplom. Seccov. 36. citatum, in quo eadem Seccovienſibus 4. huebas in villa *Ratenberch* ſitas, donaſſe dicitur.

Ulricus 2. de Stubenberch.

In-

Inter teſtes alios hujus Diplomatis apparet etiam *Altmus de Wiſſeſtaine* ſors *Witteſtaine*. *Weittenſtain* caſtrum Styriæ infer. in circulo Celejenſi poſitum, forte his Dominis originem ſuam dedit, quorum dein interitu, ad Gurcenſis Epiſcopi Dominium eſt adjectum: cætera de iis latent. *Altmus de Wiſſeſtein vel Weittenſtein caſtro Styr.*

Uſcialcus, forte *Udiſcalcus*, *Confrater hoſpitalis S. Mariæ de Raſia* indicat, eodem in loco hoſpitale quondam fuiſſe B. V. M. ſacrum, de quo tamen plura detegere, & eruere non poteram. *Roſſia de S. M. hoſpitale.*

Gaibardus filius Conradi de Sunbech. Ignotus omnino, niſi ſors legendem ſit *Sunberch*, vel *Sonnegg*. *Gaibard. & Conrad. de Sunberch.*

Walterus de Wlanciſteine ſeu *Blanckenſtein*, arx ea eſt Styriæ infer. in circ. Cilej. ad fl. *Træn*, Comitum de *Thurn*, quæ dynaſtis ſuis nomen dediſſe videtur: præter Walterum hunc *Ortolphus de Blanckenſtein* an. 1206. ex Diplom. Seiz. 21. teſtis conſpicitur, ac poſt eum Rudolphus an. 1270. in Diplom. Epiſc. Seccov. 47. *Agnes de Blanckenſtein* filia erat *Agnetis de Eberſtorff*, viduæ *Frider. de Liechtenſtein*: quæ circa an. 1310. Parochiæ Eberſtorfenſi donavit calicem filiæ ſuæ Agnetis Blanckenſteiniæ; quis vero hujus Agnetis maritus fuerit? non conſtat. Ea familia Sæc. 15. fine defeciſſe videtur, cum *Leonardus de Rauber* ſe *Baronem in Blanckenſtein* an. 1519. ſcripſerit an. 1558. in decreto Cæſareo dicuntur Barones & fratres *Otto*, *Henricus*, & *Vitus Chriſtophorus de Rauber* ceſſiſſe Prædia Blanckenſtein, & *Carlſteten Sebaſtiano de Windiſchgraz* pro aliis bonis in Carniolia: ex eodem Cæſareo Diplom. apud valvaſorium tom. 3. lib. 11. Chron. Carn. fol. 637. &c. habetur *Leonardum de Rauber* an. 1516. in urbe Imperiali Hagenav die 24. Dec. *Baronem de Blanckenſtain* & Carlſteten ſolenni Diplomate effectum fuiſſe. *Blanckenſtein de Waltherus. Caſtrum. Ortolphus. Agnes. Agnes de Eberſtorf. Frideric. de Liechtenſtein. Rauber de Leonard. Baro in Blanckenſtein. Otto Henric. Vitus Chriſtoph. de Rauber. Windiſchgraz de Sebaſtian. Carlſteten arx.*

Geroldus de Ribinto.
Conradus de Talein.
Armericus de Tochendorff.
} Ignoti omnes, & extra Styr. poſiti.

De *Conrado de Marchia* idem dicendum arbitror quod tom. 1. annot. Diplom. 84. ſtatuebam. *Marchia de Conrad.*

Ad an. 1203. ad Diploma 19.

Ad an. 1203. ad Dipl. 19.

Eberhardus Salisburg. Archiepiſcopus, novis denuo tabulis Admontenſium poſſeſſiones firmavit, & primo quidem prædium *Frieland*, hodie *Freiland*, ad *alpes Deiggitſchenſes*, ſupra *Landſpergam* ſitum; adjecit prædio *Eccleſiam S. Leonardi*, cum attinentiis, dote, decimis, ac exemptione a jure matricis Eccleſiæ, ea ſub conditione tamen, ut poſt deceſſum ſuum, in anniverſario ſuo, *Admontenſes fratres*, meliorem refectionem haberent in pane pulchriore, vino & piſcibus, & eleemoſynæ pauperum eo die fierent, interim vero, donec ipſe obiret, anniverſarius patris ſui eodem modo II. Kal. Octobris celebretur, quo ex loco colligimus, Admontenſes hoc tempore, rigide obſervata S. Bened. regula, nondum carnibus uſos, cum menſis Septembris fine, piſces meliores eis, pro refectione fuerint aſſignati, cæterum *Eccleſia S. Leonardi in Freyland*, hodie adhuc eſt Parochia Admontenſis. *Admont. datur prædium Freyland cum Eccleſ. S. Leonardi.* *Admont. nondum carnes edebant hoc ſæc.*

Jaringen & Enſtal Parochiæ Admont.

Confirmavit eodem hoc Diplomate Admontenſibus Parochiam *Järingen*, de qua v. hic Diplom. 17. *Eccleſiam S. Mariæ in Enſtal* v. Diploma 13. &c. & præterea liberum tranſitum Admontenſium ſine ullo teloneo, per omnia loca Salisburgenſium. Item quidquid de molendinis Admontenſis prædii *apud Radſtadt* & fluvium *Friz* accederet Salisburgenſibus, *Rudigero Abbati* Admont. remiſit ac donavit, cum loco innominato *curtis in Petovve.*

Curtis Admont. ad Petav.

Berth. Præp. de Spira.

Teſtes donationis ac confirmationis hujus fuere varii, 1. *Bertholdus Præpoſitus de Spira*, qui, qua occaſione Salisburgum venerit? non conſtat.

Henr. Archid. de Gruſcarn.

2. *Heinricus Archidiaconus de Gruſcarn.* V. tom. 1. ann. Diplom. 21. 59. 63. ubi dixi extitiſſe familiam *de Gruſchorn*, cum caſtro ejusdem nominis, etiam *Grauſchar* dicto, aſt, an eo in loco, unquam Archidiaconus fuerit? vehementer dubito, cenſeoque nomen adjectum *de Gruſcarn*, familiæ, non vero Archidiaconalis loci fuiſſe.

Hartnid. Can. Patav. Præp. Matticenſis.

3. *Hertnidus Canon. Patav.* qui anno 1213. ſe ſimul Præpoſitum Matticenſem ſcripſit in Diplomate Manegoldi Patav. Epiſc. apud author. Germ. Sacr. tom. 1. fol. 358.

4. *Magiſter Arnoldus.*
5. *Magiſter Simon.*

} Ignoti.

Mülldorf de Chunrad.

6. *Chunradus de Muldorff*: ſeu *Mülldorf*, Salisburg. teritorii oppidum eſt, cujus forte & adjectæ ditionis Chunradus hic Præfectus fuerit.

Gaſtein de Liutold.

7. *Liutoldus de Gaſtun*, ſeu *Gaſtein*, qui Comitatus cum oppido & thermis ſaluberrimis Salisburg. Archiepiſcopo paret.

8. *Rudigerus de Chlamme.* V. tom. 1. annot. Diplom. 4. & 6.

Regensburg de Luitold.

9. *Luitoldus de Regensburch.* Ignotus.

Haſelach de Egilolf.

10. *Egilolfus de Haſelach* forte Haſelbach, de quibus v. tom. 1. annot. Diplom. 6.

Tiufen de Hugo.

11. *Hugo de Tinfen*, Ignotus & unicus occurrit.

12. *Chunradus de Pfarre.* V. tom. 2. annot. Diplom. 12.

13. *Chunradus de Leibniz.* Tom. 1. annot. Dipl. 8. & tom. 2. annot. Diplom. 3.

14. *Chunradus de Werven.* V. tom. 1. annot. Dipl. 32.

15. *Bruno de Longovv.* Dynaſta Salisburg. v. tom. 1. annot. Diplom. 84.

Einödde de Wolfr. Albert.

16. *Wolfram*, *Albert de Einede fratres*, præter hunc etiam *Albero* citatur in Diplom. Admont. 43. valvaſorius Chron. Carnioliæ tom. 3. lib. 12. f. 12. teſtatur extitiſſe in Carniolia familiam cum caſtro Ainöd atque an. 1231. vixiſſe 2. *fratres de Ainöd Rudolfum & Ulricum*: anno dein 1307. quandam hujus familiæ domicellam nupſiſſe D. Henrico Grimſchitz. An hujus familiæ quidam in territorium Salisburgenſe migraverint? non conſtat.

Spiſſar Ulric.

17. *Udalricus Spiſſar.* Ignotus.

18. *Heinricus de Uzelingen.* V. tom. 3. annot. Diplom. 35.

19. *Gerardus miles.* Ignotus.

Enider Chuno.

20. *Chuno Enider.* Ignotus.

Friſach de Sulz Albert.

21. *Reinbertus miles de Friſach* e Carinthia.

22. *Albertus Sulz* ignotus, & nullius, ut reliqui, nobilitatis.

23. *Hil-*

23. *Hiltegrinus juvenis*, alias *Jun* seu *der Jung*. Obscuræ, ut jam tom. 1. annot. Diplom. 71. dixi, originis, plures tamen horum in rebus nostris occurrunt.

24. *Dietricus*.

25. *Waltherus Præco*, credebam olim, Præconis nomine venire Caduceatorem, vulgo den Herold, vel plane prædicatorem seu Concionatorem, hæreo tamen summopere, etenim Richardus Streunius in notis suis ad privilegia Austriaca observat nomine Præconis venire *judicem provincialem*, Prevenhuberus per Præconem intelligit judicem Banni seu sanguinis, Germanice Waldboth hodie Bannrichter, idque pluribus exemplis probat, præsertim contra eos, qui eo nomine *lictorem* olim intellectum opinabantur, & quamvis, ut observat idem Prevenhueberus, per abusum Sæc. 15. &c. nomen Præconis, lictori attribueretur, ex prima tamen nominis hujus institutione, quid denotaverit Præconis nomen & officium? satis manifeste erui non po est, præsertim cum hoc in Diplomate *Waltherus Præco* fere inter ultimos referatur: forsitan, ut suspicor, Præco Provinciæ, non ipse judex provinciæ, sed ejusdem proclamator, seu, ut hodie dicimus, der Weisboth, est appellatus. *Præco quis olim.*

26. *Reinherus de Halle.* } V. tom. 1. annot. Dipl. 43.
27. *Diepoldus de Halle.* }

28. *Marquardus de Trieben*, locus est vilis & exigu[illegible] Superioris Styriæ *Trieben* dictus, infra Rottenmanum, a quo, si nomen traxit Marquardus, inter nobiles Styriæ inde non erit computandus, cum nomen id loci, non familiæ fuisse videatur; fuisse tamen quandam Dominorum de Trieben in Styria familiam, indicat Diploma Admont. 4. apud Frælichium Diplom. Styriæ part. 2. f. 226. cui an. 1257. *Dom. Luitoldus de Trieben* suum sigilum appressit. *Trieben de Marquard.* *Et Luitoldus.*

29. *Udalricus Perger*, hic, si inter nobiles & Dominos de Perge referendus sit, videri potest tom. 1. annot. Diplom. 4. & 6. tutius eum refero inter Salisburgenses, cum inter Dominos de Perge, nullus hoc tempore Udalricus legatur. *Perger Udalr.*

30. *Eckkebardus Halle.* V. tom. 1. annot. Diplom. 43.

31. *Chunradus, Gerhardus de Gezende*, error latebit in nomine, ita ut legendum sit *Gezendorf* v. tom. 1. annot. Diplom. 43. *Gezende de Chunrad.*

Ad Diploma 20. *Ad Dipl. 20.*

Qua occasione Leopoldus Dux noster, cum Archiepisc. Salisburg. hocce anno Frisaci convenerit? hactenus reperire non poteram, actum vero est in hoc conventu Frisacensi de advocatia monasterii Gössensis. Erat nempe advocatia monasteriorum, bolus olim adeo sapidus, ut ei nobiles quique inhiarent, atque sub pulchro advocatiæ titulo monasteria passim expilarent, ita, ut tandem frequentibus monasteriorum gemitibus compulsi Principes, advocatias per se gererent, nec alium extra se in hoc officio sibi substituerent. *Advocatia monast. olim avide quæsita.*

Quo usque progressa fuerit horum, subadvocatorum temeritas, ex pluribus, nominatim hocce Diplomate patet; arrogabant enim si- *Subadvocatorum injuriæ.*

bi inveſtituras Eccleſiarum ad Capitulum pertinentium, officia intra & extra cellam, inſeudationes omnes, cum aſſenſu ſuo, immo prætendebant, quod nec *Amannus* monaſteriorum (Amtmann) villicationes inſtituere, per manſos, & prædia Eccleſiæ poſſit irrequiſito Advocato ſubſtituto, immo ab ipſis Eccleſiis, jus ſibi & ſervitium Advocatiæ exigebant.

Stubenberg de Udalr. iniurius monaſt. Göſſ.

Hæc, cum a Göſſenſibus poſtularet *Udalricus miles* (ſeu Eques, ut dictum) *de Stubenberch*, advocatiam Göſſenſem ſe ex ducis infeudatione habere aſſerens, coacta eſt tandem *Ottilia 2. Abbatiſſa Göſſenſis* (quæ teſte Catalogo Abbat. Göſſ. ab an. 1203. ad 1203. præfuit) jura ſui monaſterii defendere, unde *Friſacum*, ubi Conventum haberi præſente Duce & Archiepiſcopo noverat, abiit, ac querelas ſuas utrique Principi ſupplex expoſuit, adjecto ſimul tenore privilegiorum Monaſterio ſuo conceſſorum.

Ottilia 2. Abbat. Göſſenſ. Friſacum abit.

Stubenberg Ulr. reſign. Advocatiam Göſſ.

Purgavit ſe in pleriſque *Udalricus Stubenbergius*, aſt, ubi de propoſitis ſupra punctis, quibus Subadvocati jura Eccleſiarum lædere ſolebant, quæſtio exorta fuiſſet, recognovit injuriam, liti ceſſit, & advocatiam reſignavit, eo præcipue, quod præſente Duce probare non poſſet, Advocatiam illam ſibi ex infeudatione Ducis datam fuiſſe: ut res hæc firma foret in perpetuum, edidere Diploma hoc Leopoldus Dux & Eberhardus Archiepiſcopus, cui teſtes ſequentes ſubſcripſerunt.

Waltherus Epiſc. Gurc.

1. *Waltherus Epiſc. Gurcenſis*; proinde jam conſecratus cum non amplius electum ſe ſcripſerit.

2. *Abbas Rudigerus Admontenſis*, de quo pl. in Chronic.

3. *Abbas Victorienſis*, nomen omiſſum eſt.

Geroldus Præpoſ. Seccov.

4. *Geroldus Præpoſitus Seccov.* patet proin, Hermannum illum, qui hic in Diplom. 14. Præpoſitus Seccov. dicitur, ſolum fuiſſe legatum, & nomen Hermanni per errorem irrepſiſſe.

Parochianus idem ac Parochus Henr. par. Græc.

5. *Decanus Heinricus Gurcenſis.*

6. *Hainricus Parochianus Græcenſis*, ex quo loco denuo firmatur, quod tom. 1. dictum, nomen parochiani, veteribus idem, ac parochi fuiſſe.

Hartberch de Sigebard. pleban.

7. *Sigehardus de Hartberch*, omiſſa eſt vox *parochus* vel parochianus, qui proin Ulrico anno 1201. adhuc viventi, ſubſtitutus eſt.

8. *Daniel Capellanus Ducis*, Leopoldi nempe.

9. *Rudiger*, *Arnoldus*, *Conradus*, *Capellani Epiſcopi.*

10. *Herrandus de Wildonia.* V. tom. 1. annot. Diplom. 53.

Conezingin de Hadmarus.

11. *Hademarus de Conezingin*, ignotus, nec niſi in hoc Diplomate mihi hactenus viſus.

Haſelowe de Otto 2. & Catharina.

12. *Otto de Haſelowe*, 2dus hujus nominis, qui etiam in Diplom. Göſſ. 15. occurrit hac ſubſcriptione: *Otto Comes de Haslavv*, & an. 1265. in Diplom. Seccov. 85. *Otto de Haslawve.* Ejusdem filia *Catharina* uxor erat *Dom. Ulrici pincernæ de Rammenſtein*, ut v. Dipl. Epiſc. Seccov. 57. ad an. 1280.

Ramſtein de Ulricus.

Ottonem 1. *de Haſelowe* invenio ad an. 1205. teſtem Diplom. Runenſis 13. quamvis & hic, etiam Otto 2. eſſe potuerit, cum conſtet eum ad ſummam ſenectutem perveniſſe, nam Otto Haslovius ultra 100. annos agebat, dum acerrimum illud prælium inter Ottocarum Bohemum, & Rudolfum Habſpurgicum an. 1278. haberetur, id mihi extra dubium eſt,

Otto 1. de Haslav egregius Dux.

Otto-

Ottonem de Haſelove ad an. 1292. citatum, 2dum hujus nominis fuiſſe, ne Ottonis illius, qui prælio citato an. 1278. jam centenarius adfuit, ætas ſine cauſa extendatur.

De Ottone 1. ita loquitur Haſelbachius: *cum igitur in ipſo pugnæ ardore, inter Cæſareanos & Bohemos conſertæ, Ottoni Haslovio, 100. annorum viro, vexillum decidiſſet, Henricus de Liechtenſtain muneri ejus ſuccedens, inter confertiſſimos hoſtes, eo in altum elevato, militem eo eventu perterritum, virtute ſua ſuſtinuit, & præclaram de hoſtibus victoriam Principi & patriæ peperit.* Erat itaque Otto 1. de Haslav an. 1278. dum prælium illud eſſet, annorum 100. quare, qui an. 1292. citatur, Otto Haslovius, 2dus ejus nominis, mihi indubie videtur. V. Excell. Wurmbrand. f. 280.

An Otto 1. vel 2. an. 1281. Judex Auſtriæ Provincialis fuerit? vix ſatis compertum eſſe poteſt, illud certius, Ottonem 1. de Haslav an. 1258. Styriæ Capitaneum fuiſſe ex Diplom. Admont. 5. in Diplomataria Styriæ Frælichii p. 2. f. 226. V. pl. an. 1269.

Otto 2. de Haslav occurrit in Diplom. Rudolphi Ducis Auſtriæ & Styriæ an. 1301. apud Wurmbrand. f. 312.

Porro familia hæc erat Auſtriaca, uti oſtendit Diploma Ottocari regis Bohemiæ an. 1262. datum Henrico de Liechtenſtein apud cit. Wurmbrand. f. 193. ubi inter teſtes de Auſtria, *Otto de Haslavve*, ordine tertius occurrit.

Præter hos, *Chadoldus de Haſelavv* inſtrumento confæderationis, inter Duces Auſtriæ, & Reges Poloniæ, ac Hungariæ an. 1362. Poſonii confecto, inter Auſtriacos ultimus ſubſcripſit. V. Wurmbrand. f. 26. *Haſelov de Chadold.*

Ulricus de Haſelav fundationi cuidam a *Walburge de Polheim* vidua factæ monaſterio minorum Viennæ, & *Gothardus Dom. de Haſelavv* inſtrumento cuidam de anno 1431 in Auſtria confecto ſubnotatus legitur. Wurmbrand. f. 161. 280. *Ulricus. Gothardus.*

Margaretha de Haſelau, uxor *Chadoldi de Webingen in Michelſtetten* an. 1445. vendidit *Dorotheæ de Stubenberg.*, natæ *de Kranichberg* varia bona, ut habet idem Wurmbrandius f. 3. præterea refert necrologium ſcotorum Viennæ apud P. Hier. Pez tom. 1. fol. 699. ita: *7. Id. Febr. die Carniſprivii & cinerum anniverſarius Bernhardi de Haſelav, & Margarethæ uxoris de Eckartſav, qui teſtati ſunt monaſterio domum Franauer ex oppoſito Eccleſiæ.* *Margaretha. Stubenberg de Dorot. nat. Kranichberg. Bernard. & Margar. de Haſelav.*

Ex his itaque patet, Dominos de Haſelau, Auſtriacæ ſtirpis fuiſſe, dolendumque hanc familiam adeo celebratam, quondam vexilliferi Auſtriaci munere inſignem, ab omnibus fere fuiſſe neglectam.

13. *Marquardus de Hintbc.* ſeu *Hintberc.* dynaſtæ hi in Auſtria ſunt quærendi teſte Lazio lib. 8. de migr. gentium cap. 445. in Genealogia Thiernſtein &c. ita differente: *Gotſcalcus Comes de Thiernſtein floruit circa an. 1150. cujus ſive fratres, ſive fratrueles, Udalricus & Marquardus abierunt in Auſtriam, ac ibi prædia compararunt, ſeu potius condiderunt, quorum alterum ab inſignibus damæ videlicet Hyntberg, alterum vero Eberſtorf ab apro, quod ibi venationi commodus eſſet locus, compararunt* &c. exiſtit oppidum *Hymberg* in circulo infra ſylvam Viennenſem, an arx ea diruta fuerit? non invenio; quidquid vero de Dominorum horum origine ſit, certum eſt eos, in Styria etiam noſtra floruiſſe, immo ejusdem munia Geſſiſſe varia, ut ex mox dicendis conſtabit. *Hintberg Genealogia. Orti ſunt a Thiernſteiniis. Caſtrum Hyntberg in Auſtria & Eberſtorf unde ortum. Himberg oppid.*

Marquardus hic, ſi anno 1150. in Auſtriam primus deſcendit, hoc certe anno, cum Leopoldo Duce noſtro Friſacum venit. Eidem certe Duci noſtro adſtitit Clauſtroneoburgi, dum an. 1212. Diplomate ſuo Eccleſiam Gyrienſem firmaret. Wurmbrand. fol. 9. refert inter *fratres de Hyntberg* (qui teſte Lazio cit. fuerunt *Udalricus & Marquardus*, vel ſi ætas nimium extenderetur, *Irnfridus & Udalricus*) & Rudigerum Epiſcopum Patav. transactionis inſtrumentum an. 1232. fuiſſe erectum, ſed error latebit in anno, cum Gebhardo Patav. Epiſc. eo anno reſignante, Rudigerus ante annum 1233. Epiſcopatum Patav. non adierit.

Himtberg de Irnfrid.

Irnfridus de Himberg an. 1230. Diplom. Göſſ. 12. & an. 1233. cum fratre ſuo Udalrico, Diplomati 1. Teutonic. Græcenſ. a Friderico Duce in Erpurch dato ſubſcripſit.

Conradus.

Conradi memoria crebrius occurrit, etenim an. 1235. ſubſcripſit Diplomati Friderici Ducis Seizenſibus dato num. 16. inter Seizenſia apud Frælichium, an. 1240. ejusdem Friderici Ducis Diplomati Teutonicis Græcii dato apud eundem Frælichium p. 2. f. 184. nomen dedit: an. 1242. Camerarius Auſtriæ inferioris factus eſt ab eodem Friderico Duce, v. Excell. Wurmbrand. fol. 277. non tamen, ut cenſet Bucelinus part. 3. German. Stemmatograph. hæreditario jure, nam poſt ipſum, *Otto de Eckartſav* an. 1255. ac *Otto de Berchtolsdorff* an. 1281. Camerarii officium geſſit.

Fit Camerarius Auſtriæ.

Eckartſav de Otto.

Berchtolsdorf Otto.

Major eſt quæſtio, an *Conradus de Hymberg ſcriba Styriæ* tempore Ottocari Bohemiæ regis hac ex familia fuerit? de qua jam an. 1274. dictum, ſuſpicor proinde, ſi, quod docet, Wurmbrandius f. 194. de una filiarum Conradi hujus Friderici Liechtenſteinii uxore, teneat, Conradum ex hac familia fuiſſe, atque poſt Camerarii Auſtriaci munus, ſcribæ Styriæ nobile officium obtinuiſſe, a quo tamen bene diſtinquendus eſt *Conradus alter de Himberg* Canonicus Paſſav. & an. 1277. Epiſcopus Chiemenſis, ut v. pl. dicta an. 1274.

Conradus de Hymberg an ſcriba Styriæ.

Alius Epiſc. Chiem.

14. Teſtis Diplomatis hujus eſt *Ruedolph de Puttendorf* ſeu *Pottendorff*. Teſte lexico univerſali Baſileenſi, hæc familia inter Barones Auſtriæ floruit, eorumque dynaſtarum arx 6. milliaribus Vienna diſtat, Sæculo 14. ad Rhenum abiiſſe feruntur; eo quod unus horum Fridericum bellicoſum Auſtriæ Ducem necarit, ita lexicon citatum, tradens ſimul *Ebrnliebum Pottendorffium* an. 1362. fuiſſe Friderici largi Auſtriaci interfectorem.

Pottendorff Geneal.

Loca varia.

Præter *oppidum Pottendorff*, in circulo ſupra ſylvam Viennenſem ſitum, exiſtunt binæ hujus nominis arces, una in circulo infra Mainharti montem, altera in circulo Machlandico, hodie Comitum de Sprinzenſtein, qua vero ex arce hi dynaſtæ ſint derivandi, ægrum eſt divinare; id conſtat *Dominos de Zinzendorff* ſe etiam Dominos de Pottendorff ſcripſiſſe, & quidem, ut vult Hübnerus tab. 737. jam an. 1240, quod tamen tardius eveniſſereor; an. 1499. arx Pottendorff regia fuit, quam Maximilianus 1. *fratribus de Hardeck* vendidit, an. 1535. *Chriſtophorus de Zinzendorff*, id Dominium filio ſuo minori *Joanni* ſupremis tabulis tranſcripſit, Excell. Wurmbrand. f. 15. an. dein 1571. *Suſanna de Polheim* uxor *Joannis Friderici de Zinzendorf* Pottendorfii ſe-

Zinzendorf de Chriſt. & Joann.

Polheim de Suſanna.

pulta

pulta eſt, atque an. 1620. Ferdinandus 2dus *Sifrido Chriſtophoro de Breitner*, ſupremum Camerarii hæreditarii, & ſupremi Iudorum Comitis. Auſtriæ munus contulit cum vico Potendorf, judicio mortis ibidem ac omni ducali ejus loci libertate. V. Wurmbr. f. 281. *Breiner de Sigfr. Chriſtoph.*

Sed de familia hac, binisque ejus nominis caſtris plura differere Auſtriacis relinquo, id ſolum adnoto, fabellam illam de Hartnido r. de Pottendorf, Friderici Bellicoſi, ut volunt, occiſore jam in diſſert. 1. apologet. Friderici Bellicoſi refutatam fuiſſe, neque enim veriſimile eſt, quod ſcribit Haſelbachius ad an. 1246. Pottendorfios ea de cauſa ad an. uſque 1410. exules fuiſſe, plura certo contrarium ſuadent, nam in Necrologio Minorum Viennæ apud Cl. Hier. Pezium tom. 2. f. 511. lego *D. Conradum de Pottendorf, filium Heinrici Kal. Maji an.* 1322. *obiiſſe* atque eo in cœnobio ſepulturam obtinuiſſe, immo hic ipſe Conradus, inter Conſiliarios Alberto Duci a Rudolpho patre adjunctos numeratur apud Wurmbrand. f. 263. & fol. 312. Conradus idem ſubſcriptus eſt Diplomati Alberti Ducis an. 1301. Conradi hujus filius fuerit, qui laudo cuidam inter teſtes an. 1344. ſubnotatus legitur apud Wurmbrand. f. 21. & 263. ubi idem Conſœderationis inſtrumento an. 1362. inter Duces Auſtriæ, Reges Poloniæ, & Hungariæ, conſecto nomen ſuum dedit. *Pottendorf de Hartn. r. non erat occiſor Friderici Bellicoſi.* *Conrad. 1. de Pottendorf.* *Conradus 2.*

Ab his ambobus diſtinquendum cenſeo *Conradum Pottendorfer*, Salisburg. miniſterialem in prælio Mülldorfenſi an. 1319. captum. *Alia famil. hujus nom. Salisburg.*

Adelhais de Pottendorf, uxor *Ottonis de Liechtenſtein* & mater *Rudolphi* circa finem ſæc. 13. filia Conradi 1. & ſoror Conradi 2. Pottendorfii fuerit. *Pottendorf de Adelh.*

Catharina de Pottendorf uxor altera erat *Joannis de Liechtenſtain*, cujus potentiam & ſubſequa fata v. apud Excell. Wurmbrand. f. 201. &c. *Catharina.*

Margarethan Pottendorfiam circa an. 1400. Bucelinus Friderici 3. vel 4. *de Hochenberg* uxorem ſtatuit, ſed vix probabile id eſſe obſervavi in annot. Diplom. 10. hujus tomi. *Margaretha.*

Ex his proin corrigendus eſt Haſelbachius docens, nullum Pottendorfiorum, ob cædem Friderici Bellicoſi Auſtriaci, ab an. 1246. ad 1410. ad officium Auſtriæ fuiſſe admiſſum, nec etiam reperio Fridericum Largum Auſtriæ Ducem an. 1362. ab *Ebrenliebo de Pottendorf* trajectum, ut vult author lexici Baſileenſis, Hübnerus tab. 125. aliique, nam licet Fridericus Largus Auſtriæ Dux, Alberti 2. filius in venatione fuerit occiſus annorum 15. juvenis, non tamen, qui ejus occiſor fuerit, liquide conſtat. *Pottendorf de Ehrenlieb an traject. Frideric. Larg. Auſtr.*

15. Teſtis. *Albero Pincerna*, probabilius Leopoldi Ducis, qui erat e familia de *Grimmenſtein*. V. dicta hic a Dipl. 12. ad 16.

16. *Wichart de Karlisberch*. V. tom. 1. annot. Diplom. 66.

17. *Dietmar de Liechtenſtein*. V. tom. 1. annot. Dipl. 47.

18. *Heinricus de Libim*. Ignotus, nec alibi citatus. *Libim de Henric.*

19. *Fridericus de Petove*. V. tom. 1. annot. Diplom. 54.

20. *Otto de Luningisberch* ſeu *de Loniſperch*. V. tom. hoc 2. annot. Diplom. 3.

22. *Hortolf de Munparis*. *Montpreiſs* ſeu *Mompreyſs* caſtrum eſt Styriæ in circulo Celej. hodie Baronum de Moſchkon; pauciſſima tamen de hac familia mihi innotuerunt, in Necrologio Admont. lego ad *XV. Munparis ſeu Montpreiſs v. Mompreyſs fam. & caſtr. Styr.*

Ortolf Henric. Agnes.

Kal. Aprilis Agnes de Montpareis Magiſtra & monacha noſtræ Congregationis, & an. 1362. in inſtrumento Confœderationis inter Auſtriacos, & Hungariæ ac Poloniæ reges confecto, poſt Capitaneum Carnioliæ Chunradum Dom. de Auffenſtain ſubſcriptus legitur *Henricus de monte Pariſo.*

Friſav de Henricus.

23. *Heinricus de Friſav*, ignotus, niſi forte legendum ſit de Friſac, cujus loci Præfectus hoc tempore erat Heinricus, ut v. annot. Dipl. 17.

Biſilberus Helvicus.

24. *Helvvicus Biſilberus* ignotus, & hoc ſolum in Diplom. notatus.

Walraben Albero.

25. *Albero Walraben*, ignotus, & nullius nobilitatis. Acta ſunt hæc *in Eccleſia S. Bartholomæi Friſaci.*

Ad an. 1204. ad Diploma 21.

An. 1204. ad Dipl. 21.

Donatio hæc jam ſub Adalberto prædeceſſore, hoc vero anno ſub Eberhardo 2. Salzburg. Archiep. eſt confirmata; annus hic indictioni cohæret, quamvis dies, & menſis, uti & locus abſit, Diploma tamen hoc datum videtur poſt V. Kal. Aug. immo fors poſt IX. Kal. Sept. quo die Albertum Præpoſitum Salisburgi factum dixi in chronologia anni 1203. & mox repetam in Alberto.

De Epocha Diplomatis.

Salzburg de Meingot & Demudes.

Demudes nobilis femina, poſt deceſſum mariti ſui *Meingotti Caſtellani*, ſeu Prætoris & Præfecti *de Salzburg*, Admontenſi monaſterio, 2. *curtes in Wenge*, pro remedio animæ ſuæ, jam ſub Adalberto Archiep. coram miniſterialibus donaverat, de his tamen ſibi uſumfructum ad dies vitæ ſuæ reſervavit; ut vero teſtimonium exſteret donationis, ac delegationis ſuæ factæ, promiſit, ſingulis annis ſolvere Admontenſi monaſterio denarios 12. quæ omnia proinde Diplomate hoc confirmavit Eberhardus.

Wenge locus Styr. ſuper.

Wenge locus, in quo 2. curtes delegatæ ſunt, ſitus videtur in Styria Superiore ad fluvium Anaſum, infra caſtrum Admontenſe *Gallenſtein* dictum.

Albert. Præp. Salzburg. ante in Chiemſee.

1. Inter teſtes refertur, *Dom. Albertus Præpoſitus Salisburg.* & ex Præpoſito Can. Reg. in Chiemſee hoc an. factus, uti notavi in Chronologia anni 1203. Chronicon quidem Salisburgenſe Albertum Præpoſitum Salisburgi factum ait anno 1203. ſed, ut ibidem obſervavi, per errorem, cum Diplomati Garſenſi die IX. Kal. Junii an. 1204 ſignato, ſubnotatus ſit adhuc Wernhardus Præpoſitus Salisburg. & Albertus hic adhuc Præpoſitus Chiemenſis; itaque ſi Bernardus V. Idus Aug. anni hujus reſignavit, & IX. Kal. Septembr. obiit, Adalbertus poſt V. Idus Auguſti, immo fors poſt IX. Kal. Septembr. primo Præpoſituram Salisburg. fuerit adeptus, ut v. Diploma Gärſenſe apud auth. Germ. ſacr. tom. 2. f. 957. quare etiam hæc Diemudis donatio poſt V. Idus Aug. vel IX. Kal. Sept. confirmari primum debuit.

Simon Abb. S. Petri.

2. *Dom. Simon Abbas S. Petri*, qui teſte Chron. Salisburg. an. 1199. ſucceſſit Pilgrino Abbati.

Poppo Aquilej. Præpoſ. quando Ep. Patav. ſit factus.

3. *Dom. Poppo Aquilej. Eccleſiæ Præpoſitus.* De hoc, quando Epiſcopus Patav. fuerit factus? Chronica variant. conveniunt quidem in anno 1204. non tamen in die, & menſe, author Germaniæ ſacræ tom. 1. f. 350. ſub finem menſis Junii Epiſcopum factum ſtatuit, cui tamen

ſenten-

ſententiæ refragatur hoc Diploma, ex quo poſt V. Idus Auguſti, vel IX. Kal. Septembr. Epiſcopatum adire primum potuit.

4. *Chunradus de Sulzave*, miniſterialis Salisburg. ex familia DD. *de Sulza*, de quibus v. tom. 1. Diplom. 12.

5. *Frater Siboto de Salzburch*, hunc ego Maingotti def. Caſtellani Salisburg. fratrem judico, vel ſi hæc non placent, monachum S. Petri de Salzburch, eoque titulo fratrem dictum. *Salzburch de Siboto.*

6. *Siboto de Surberch.* V. tom. 1. annot. Diplom. 8.

7. *Otto de Goldeck.* V. tom. 2. annot. Diplom. 3.

8. *Otto juvenis de Steveningen.* V. tom. 1. annot. Diplom. 69.

9. *Chunradus de Sneitſe, frater Dom. Chunonis*; qui in Diplom. Admont. 27. ad an. 1160. occurrit. *Etich* anno 1171. in Diplom. Admont. 108. viſitur. Ignoti cæteroquin & miniſteriales, ut judico, Salisburg. *Sneitſe de Chunrad. Etich.*

10. *Albertus de Hars-Kirchen*, ignotus, & hoc ſolum Dipl. viſus. *Hars-Kirchen de Albert.*

11. *Wichpoto de Torringen*, hoc ſolum Diplomate reperitur. *Torringen de Wichpoto.*

12. *Wolframmus de Eicheim.* V. tom. 1. annot. Dipl. 84.

13. *Gotſcalcus de Chuchil*, nobilis Salisburg. V. tom. 2. annot. Diplom. 6.

14. *Hermannus cognatus D. Sibotonis*, deeſt nomen, fors cum Meingotti Salisburg. vidua Demude conſanguineus, vel affinis.

Ad Diploma 22. *Ad Dipl. 22.*

Iſtriæ marcha, ejusque Comites ac Marchiones Sæc. 9. ac 10. jam Romanis Imperatoribus, jam Italiæ regibus obnoxii fuerunt, ac nominatim poſt Carolingos, Berengario 1. Hugoni, Lothario ac Berengario 2. quidquid ſit de vetuſtioribus Iſtriæ Marchionibus, ſub Carolo M. conſtitutis. Veneti tamen Iſtriæ littora tentare, ſibique Iſtrorum animos lucrari, data quavis occaſione non omiſere; plura de his tradit vir Clar. de Rubeis in Commentariis Aquilej. ubi ſub finem eorum Marchionum Catalogum exhibet. *Iſtria ſtatus.*

Iſtriam ſibi adjunctam, longo tempore tenuerunt, Bajoarii, Carantanique duces, mox Aquilejenſes Patriarchæ, & quoad partem etiam Comites Goritiæ: circa annum 1173. Hermannus Dux Carinthiæ, eam ceſſiſſe videtur *Comitibus de Andechs* cognatis ſuis, & quidem *Bertholdo 2. Andecenſi*, quorum Genealogiam ſuccinctam v. apud Frælich. in archontolog. Carinth. tab. 4. Bertholdo 2. circa an. 1187. ſucceſſit filius *Bertholdus* 3. qui ad annum 1204. regimen Iſtriæ tenuit, quo demortuo, *Otto* filius major, ſub nomine *Mermiæ Ducis* terras Tyrolenſes, *Henricus* vero minor, Iſtriæ Marcham obtinuit. *Regimen. Quomodo ad Com. de Andechs venerit de Bertbold. 2. & Bertbold. 3. Iſtr. Marchio. Otto Dux Meran. ſeu Tyrol. Henricus Marcb. Iſtr.*

Quo anno Bertholdus 2. donationem hanc fecerit Seizenſibus, non conſtat, nec, quo anno eandem Bertholdus 3. confirmaverit, unde eam alicui inter annos 1187. 1204. quibus præfuit Bertholdus 3. affigere volui: pluribus in Diplom. apud Bern. Pez cod. Diplom. epiſtolari parte 2. num. 66. pag. 46. occurrit Bertholdus 3. modo *Dux Dalmatiæ*, modo *Iſtriæ* dictus. Confirmat vero hoc Diplomate Bertholdus 3. ea, quæ Pater ſuus antea Seizenſibus donaverat, uti 1. in *Windiſchkin-Grätz* annis ſingulis 2. modios frumenti, & 10. menſuras bra-

sii. 2. exemptionem a teloneo & tributo nominatim *in foro* seu oppido *suo stein.*

Windischgrätz urbs. *Windischgratz* seu *Vindogræcium* urbs Styriæ est inferioris, in qua tamen juris aliquid habuisse videtur Bertholdus Dux Istriæ, nempe, vel decimas, vel jus pocillationis vini vel cerevisiæ, quo de jure Cartusiæ Seizensi, singulis annis 2. modios frumenti, ac 10. mensuras brasii donavit.

Stein oppidum Carniolæ. *Stein forum*, seu oppidum, quod suum appellat Bertholdus, in Carniolia situm est, quoniam Istria olim Carnioliæ inserta erat. Stein oppidi, arcis, ac parochiæ delineationem fuse suppeditat Valvasorius Chron. Carniol. lib. 8. f. 809. & lib. 11. f. 541.

Testes Diplomatis, omnes extra Styriam positos, aliorum explanationi relinquo.

Ad an. 1205. ad Dipl. 23.

Ad an. 1205. ad Diploma 23.

Greiffeneck de Theodoric. Ab. 5. Run.

Munificentiam Leopoldi Ducis nostri, humanitate ac demissione sua procuravit Runensi Cistercio Theodoricus 5. Abbas ibidem, ex nobili & antiqua Greiffeneckiorum familia hocce anno creatus; etenim cum e castris colonienſibus rediret Leopoldus, & in Styriam veniret, obviam se ei effudit Theodoricus Abbas, obtinuitque, ut monasterio Runensi tantum elargiretur Dux ferri, quantum utilitatis ex 4. sollibus provenire potest.

Locus, mensis, dies Diplomati desunt, testes vero subscripti plerique notissimi.

1. *Ulricus de Stubenberch.* V. tom. 1. annot. Diplom. 4.
2. *Otto de Haselove.* V. tom. 2. annot. Diplom. 19.
3. *Otto de Grez.* V. tom. 1. annot. Diplom. 7.
4. *Ottocar de Grez.* Ibidem.
5. *Otto de Cremese.* V. tom. 1. annot. Dipl. 36.

Plankenwart de Geneal. castr.

6. *Otto de lapide* seu *de Stein.* V. tom. 1. annot. Diplom. 4.
7. *Rudigerus de Blanckenvvarth.* Sat amplum est Styriæ castrum ejusdem nominis, supra Græcium, *ad montem Plesi*, in circulo intra Muhram, & Dravum situm, ex quo originem hi Dynastæ de Plankenwart accepisse videntur; olim id castrum hæreditario supremo Styriæ Marschallo *Joanni Georgio Comiti de Saurau* paruit, hodie vero obnoxium est Excellentissimo DD. *Comiti Leopoldo de Herberstein.*

Saurau de Com. Joan. Georg.

Dynastarum horum, ut exactam Genealogiam promere possem, perscripsi ad Castri ipsius Planckenwartensis Præfectum mihi notissimum, quatenus documenta hosce concernentia Communicare mihi vellet, sed responsum obtinui, per nimias possessorum castri hujus mutationes ac vicissitudines, documenta originaria omnia periisse, nec quidquam de iis exstare, quapropter, quæ ex alienis documentis, nominatim, Necrologio Monasterii Runensis, cui ea arx vicina est, haurire poteram, hic breviter subjungo.

Plankenwart de Rudiger.

Rudigerus hic *de Planckenvvart*, primus hujus familiæ mihi occurrit, hoc, & anno 1209. ex Diplom. Gyrensi 2. quo Leopoldus Dux Styriæ, alterum se Gyrensis Cartusiæ fundatorem exhibuit, *hoc in*

Diplom.

Diplom. legitur *Rudigerus Marſchallus de Planckenvvart*, mox tamen an. 1210. in Diplom. Runenſi 16. Mareſchalli titulus abeſt, an. 1212. in Diplom. Gyrienſi 3. denuo Mareſchallus vocatur, uti & an. 1224. & 1227. qui tamen titulus omittitur iterum an. 1222. in Diplom. Run. 18. ex quibus, cum annis 1209. 1212. 1224. & 1227. Mareſchallus dicatur, fere ſuppono, eum intermediis etiam annis id muneris geſſiſſe, eumque titulum in aliis Diplomatis fuiſſe prætermiſſum, vel denique munus id ſingulis, alternis, ternisve annis alteri conceſſum fuiſſe. *An Mareſchall. Styr. fuerit.*

Aſt, quomodo Rudiger hic Mareſchallus Styriæ eſſe potuit, cum officium id ab Ottocarorum tempore Wildonii tenuerint? jam obſervavi tom. 1. ad annum 1073. Mareſchallos alios fuiſſe Ducis, alios, eosque hæreditarios provinciæ, unde quamvis Wildonii hæreditarii fuerint Styriæ Mareſchalli, potuit tamen eodem tempore Rudiger de Planckenwart fuiſſe Ducis Leopoldi Mareſchallus.

Marchvvardus de Planckenvvart, frater Rudigeri an. 1222. ſubſcriptus legitur Diplomati Runenſi 18. cætera de eo latent. *Marquardus.*

Bernardus de Planckenvvart, Abbas 10. Runæ, filius Rudigeri vel Marquardi videtur, præfuit Runæ an. 1264. & ſeqq. annis. *Bernardus.*

Rudolfus, Joannes & Conradus dicti die Planckenwalder ſeu de *Planckenvvart*, in Diplomate quodam Germanico an. 1376. reperiuntur apud Excell. Wurmbrand collectan. Genealog. fol. 123. pro eodem *Rudolpho de Planckenvvart & uxore ejus*, hodie adhuc anniverſarium redditur Seizii menſe Januario, ut habent excerpta Necrol. Seiz. apud Frælich. Diplom. dicat Styr. p. 2. f. 329. *Rudolphus. Joannes. Conradus.*

Quamplurimos alios hujus familiæ defunctos, ſine tamen anno adjecto vel aliis eorum Geſtis ſuppeditat Necrologium Runenſe, quos hic ſubjungo:

1. *Jan. Kal. Gundaccarus de Planckenvvart.*
2. Seu *III. Non. Witbmarus de Planckenvvart.*
4. Seu *II. Non. Otto de Planckenvvart.*
1. Seu *Febr. Kal. Ulricus de Planckenvvart.*
7. Seu *VII. Idus. Agnes de Planckenvvart.*
1. Seu *Mart. Kal. Chunegundis de Planckenvvart.*
20. Seu *XIII. Kal. April. Eliſabeth de Planckenvvart.*
12. *April* ſeu *II. Idus. Eliſabeth de Planckenvvart.*
15. Seu *XVII. Kal. Maji. Rudegerus de Planckenvvart.* Forte hic Mareſchallus ille fuit, de quo ſuperius diſſerebam.
26. Seu *VI. Kal. Maji. Rugerus de Planckenvvart.*
27. Seu *V. Kal. Maji. Leockardis de Planckenvvart.*
Maji 20. ſeu *XIII. Kal. Junii. Eliſabeth de Planckenvvart.*
27. Seu *VI. Kal. Junii. Eliſabeth de Planckenvvart.*
28. Seu *V. Kal. Junii. Rugerus junior de Planckenvvart.*
Junii 2. ſeu *IV. Non. Ruedlinus de Planckenvvart.*
3. Seu *III. Nonas. Julianus de Planckenvvart.*
4. Seu *II. Nonas. Dietmarus de Planckenvvart.*
15. Seu *XVII. Cal. Julii. Chunradus de Planckenvvart.*
Julii 4. ſeu *IV. Non. Dedicatio Capellæ ad omnes SS. Rudolphus Planckenvvarter, qui fundavit Capellam B. V. M. ad OO. SS. & Salve Regina in Straſſindl.*

13. Seu *III. Idus.* *Adelhaides de Planckenvvart.*
25. Seu *VIII. Kal. Aug.* *Ulricus de Planckenvvart.*
Octobr. 5. ſeu *III. Non.* *Hedvvigis de Planckenvvart.*
15. Seu *Idibus.* *Joannes de Planckenvvart.*
Nov. 6. ſeu *VIII. Id.* *Cunradus de Planckenvvart.*
17. Seu *XV. Kal. Decembr.* *Herburgis de Planckenvvart.*
Decemb. 7. ſeu *VII. Id.* *Chunradus de Planckenvvart.*

Reliqui hujus familiæ incogniti, forſitan hi iidem ſunt cum Dominis *de Styrich*, qui ſæpius occurrunt., vel ſub nomine *Planckenvvardiorum*, vel dicuntur *Styrich de Planckenvvard.* Unde plura videri poterunt, ubi de Dominis de *Styrch* agetur.

An. 1206. *ad Dipl.* 24.

Ad an. 1206. ad Diploma 24.

Leopold. Dux in Admont.

An Runæ, vel alibi Diploma hoc ediderit Leopoldus Dux noſter? ex Diplomate ipſo non conſtat, forte tamen in Admont idem datum eſt, quo in loco Leopoldus beneficentiam *Eliſabethæ Guetenbergicæ* in Admontenſes confirmavit.

Luitold, & Eliſab. de Guetenberg.

Eliſabetha itaque *nobilis matrona de Guetenbercb* (de qua plura tom. 1. Diplom. 60.) *alpes Neciſtl* dictas, juxta pium viri ſui Leutoldi votum (qui proin hoc anno jam deſunctus videtur) Runenſibus fratribus recognovit, eisque teſtamento confirmavit.

Wildon de Ulricus.

Donationi huic teſtimonium præbuit an. 1260. *Ulricus de Wildonia*, ejusdem nepos, ut ſuo loco. Teſtes Diplomatis erant 1. *Wernhard de Scbouvenberg* ſeu *Schaumberg*, hujus nom. 2. v. tom. 1. annot. Dipl. 66.

2. *Godefridus & Otto de Truchſen.* V. tom. 1. Dipl. 4. & 6.

Rottenſtein de Geneal.

3. *Dietmar de Rotenſtain.* Arx eſt Auſtriæ *Rutenſtain* in circulo Machlandico, hodie Comitum de Salburg, an olim fuerit dicta *Rotenſtain?* ignoro. In Carinthia arx *Rotenſtein*, hodie diruta, e ruderibus ſolum ſuis nota eſt, Ortemburgicis cum ſubjecta eſſet, totaliter devaſtata: an ex hac arce, vel ex Svevia (inter cujus familias Lazius lib. 8. de migr. gent. f. 472. *ingenuos de Rotenſtain* circa Sæculi hujus finem refert) originem traxerint Rotenſteinii, documenta, quæ hactenus vidi, non declarant, probabilius e Carinthia ortos judico, nam hic *Dietmarus*, uti & *Henricus*, vel certe *Dietmarus* 1. an. 1140. Diplomati Peregrini Patriarchæ Aquilej. dato Obernburgenſi monaſterio ſubſcripſit, & *ab Ottone de Rottenſtein*, prædia Schweig & Treven an. 1300. emit *Udalricus* 3. *Comes de Sternberg*, ut habet Lazius lib. 6. de migrat. gent. f. 182.

Arces.

Sternberg de Udalr. Com.

4. *Otto de Grez.* V. tom. 1. annot. Diplom. 7.

5. *Wigandus de Clamme.* V. tom. 1. annot. Diplom. 4. & 6.

6. *Reinpertus de Muerecke.* V. tom. 1. annot. Diplom. 36.

7. *Albero Pincerna* de Grimmenſtein ut dixi Diplom. 19.

8. *Otackar, & filii ejus Otackar & Ulricus de Grez.* V. tom. 1. annot. Diplom. 7.

9. *Herrandus de Wildonia.* V. tom. 1. annot. Diplom. 53.

10. *Wichardus de Carleſperg.* V. tom. 1. annot. Diplom. 66.

11. *Erchengerus de Landeſer.* V. tom. 1. annot. Diplom. 53.

12. *Otto*

12. *Otto de Werven.* V. tom. 1. annot. Dipl. 32.
13. *Wichard de Waltſtein.* V. tom. 1. annot. Dipl. 7.
14. *Rudegerus de Plauckenvvart.* V. tom. 2. annot. Diplom. 22.

Ad Diploma 25.

Ad Dipl. 25.

Indictionem hujus Diplomatis corrigendam, eique ſubſtituendam eſſe IX. jam in Chronologia mea dixi. Cæterum eadem *Eliſabetha Guetenbergica*, Admontenſibus etiam benefecit, cum enim Leopoldus Dux noſter, hoc anno in Admont ageret, ſub Wolframmo Abbate, confirmavit monaſterio donationem Eliſabethæ præfectæ de *prædio Feiſtriz*, idque in ſuam tutelam recepit. *Guetenberg de Eliſab.* *Feuſtriz prædium.*

Feuſtriz prædium, infra Waltſtein, non procul a caſtro Peggav ſitum arbitror, tum quod Waltſteiniis id antea fuerit depoſitum, tum quod *Ulricus de Pecka*, legatarius hujus Eliſabethæ fuerit. Varia Omnino exſtant loca *Feiſtriz*, in Styria noſtra, de quibus abunde tom. 1. plura dixi, hunc tamen locum exiſtere infra Waltſteinium, ex citatis jam conjecturis exhibui: parochiam vero ibidem, *ad S. Martinum* dictam ac in monte ſupra Feiſtreiz erecto conſiſtentem, tenent Runenſes. *Pecka de Ulr.*

Ad Diploma 26.

Ad Dipl. 26.

Ottocari *de Gonovitz*, aliorumque hujus ſtemmatis dynaſtarum, memini tom. 1. in expoſitione Diplom. 34. Ottocarus porro hic, cum, antea moleſtus eſſet Seizenſibus, ita, ut Lucius 3. P. illum, ejusque fratres deſuper monere cogeretur, hoc anno errorem compenſavit, datis binis manſis in *villa, Opplonitz* dicta, de qua v. tom. 1. annot. Dipl. 59. Idem hoc Diploma manifeſtat nobis, Ottocaro huic plures fuiſſe uxores, quæ tamen illæ fuerint, nec Diploma Seizenſe exprimit. *Ottocar de Gonovitz.* *& Ortolph.*

Frælichius in notis ad Diploma hoc, in Diplomat. Ducat. Styriæ part. 2. f. 87. in Necrologio Seizenſi notat, præter *Ottocarum & Ortolphum de Gonovvitz* fratres, occurrere etiam *Leopoldum de Gonovitz*, ſed an hic prædictorum Pater, aut frater, aut aliquis poſterorum hujus familiæ fuerit, ſe neſcire fatetur; præterea docet, Ortolphi anniverſarium occurrere 24. Febr. in Necrologio Seizenſi. *Ac Leopoldus hic an frater.*

In neutro tamen Frælichio aſſentiendum arbitror, & 1. quidem legere utique potuiſſet in Diplom. Seiz. 9. dato ab Ottocaro 6. an. 1182. Leopoldum fratrem fuiſſe Ottocari de Gonoviz, legere item potuiſſet ex Diplom. Seiz. 14. inter ſubſcriptos teſtes eundem Leopoldum hoc tenore: *Ottacher de Gonovvitz, Luipoldus frater ejus*: erant itaque 3. fratres *Ottocarus, Ortolphus & Leopoldus de Gonovitz.* Aſt 2. cum in Dipl. Seiz. 1. inter mea tom. 1. num. 34. Ottacarus 5. Marchio & fundator Seizenſis, ſe a *Luipoldo de Gonovitz miniſteriali ſuo*, obtinuiſſe Concambio dicat pagum *Gunivitz* ſeu Gonowiz, cenſeo fuiſſe 2. Leopoldos de Gonoviz unum & 1. hujus nominis, patrem *Ottocari, Ortolphi & Leopoldi* 2. de Gonoviz, alterum vero filium, de quo præſens Diploma agit. Ratio mihi non una eſt hoc concludendi, nam 1. cum Seizenſis Carthuſia an. 1150. vel ſeq. fundata ſit, jam anteriore anno pagum Gono- *Leopold. 1. de Gonovia.*

wiz, Ottocarus 5. Marchio a Leopoldo de Gonovitz comparaverit, hic cum eo anno jam miniſterialis fuerit, annos habuerit certe 30. vel 20. aliquot, cumque Leopoldus de Gonovitz ad annum 1213. certo in vivis perſtiterit, ſi unus ſolum exſtitiſſet Leopoldus de Gonoviz, ejusdem ætas ad 100. fere annos aſcendiſſet, quod, cum ſit de raro contingentibus, non ſupponi, ſed probari deberet. 2. Certum eſt ex Diplom. Seiz. 14. quod mox exponam, Leopoldum fuiſſe Ottocari fratrem, jam ſic arguo, ſi unus idemque fuit Leopoldus Gonovizenſis, & non duo exſtiterunt, Leopoldus, fratrum primus & ſenior fuiſſet, cum jam an. 1151. dynaſta Gonovicenſis, & miniſterialis Ottocari 5. Marchionis fuerit, ex Diplomatis vero adductis & adducendis contrarium patet, cum ultimus ſemper inter fratres referatur: unde duos exſtitiſſe Leopoldos de Gonoviz, mihi ſatis probabile videtur.

Teſtes Diplomatis hujus ſatis incogniti ſunt, &

Reebſach de Rup. 1. Quidem *Rubertus de Reebſach*
Radisdorf de Otto. 2. *Otto de Ratisdorf* } ambo incogniti.

Blanckenſtein de Ortolph. Arx ejus nom. 3. *Ortolphus de Blanckenſtain.* Arx hujus nominis ut dixi Diplom. 18. exiſtit in circulo Celejenſi, eſtque hodie Comitum de Thurn, ſitum habet infra Vindogræcium, non procul a fluvio Dræn: præterea in Haſſia ſuperiore, ſæculo 13. arx, & antiqua familia hujus nominis reperitur teſte lexico univ. Baſileenſi, ſed de hac mihi agendum non eſt.

Dominos de Blanckenſtein Styros (qui poſtea in Auſtria etiam poſſederunt, caſtra *vallis Sidingthal*, & apud Styros caſtra *Monſperg* (ſeu *Mansberg* in circulo Celejenſi, & *Robaz*) recenſet Lazius lib. 6. de migrat. gentium f. 212. hoc ordine:

Mansberg Robats.

Rudolphus citatur in litteris de an. 1270. & 1275.

Otto & Mangiſo, an. 1334.

Udalricus, *Joannes* & *Wulfingus* inveniuntur in litteris fundationis Academiæ Viennenſis an. 1322.

Martinus in inſtrumento quodam diviſionis Provinc. Auſtriæ inter teſtes occurrit an. 1405.

Pancratius floruit an. 1464.

Joannes primus in Auſtriam abiit, Comitatus Beilſtein præfectum egit, quo mortuo ſine hærede virili, Brueſchenckii de Stettemberg, caſtra in Styria a Frider. Imper. 3. impetrarunt. Ita Lazius cit.

Liechtenſtein de Frideric. & Agnes de Eberſtorff.

Ortolphum hunc ignoraverit Lazius, quem quidem, uti & alios hujus familiæ pauciſſimos, in aliis Diplomatis, raro omnino invenio! *Agnes de Blanckenſtein*, filia erat *Agnetis de Eberſtorf*, viduæ *Friderici de Liechtenſtein*, mortua ante matrem, utpote quæ calicem filiæ ſuæ Agnetis Blanchenſteiniæ parochiæ Eberſtorf in Auſtria, & monialibus ad S. Laurentium Viennæ Ordinis Canoniſſ. Regul. S. Auguſtini, 14. libras denariorum annuorum reddituum in Aurafſtall, quos a cognata *Richarde de Mehrenberg*, hæreditarios acceperat, & ordini Prædicatorum Viennæ 10. alias libras denariorum deſtinavit, ut annis ſingulis in perpetuum, anniverſarium tenerent. Ejusdem Agnetis vero de Plancken-

Mehrenberg de Richardis.

Rauber de Leon. Baro de Blanckenſtein.

ſtein calicem legavit parochiæ Eberſtorff in Auſtria circa an. 1310.

Rauberos, & ex his *Leonardum Rauber*, *Baronem de Blanckenſtein* dictum an. 1519. invenio apud Excell. Wurmbrand. f. 126.

4. Mar-

Ad an. 1202. ad Diploma 27.

An. 1207. ad Dipl. 27.

Leopoldi hujus, *Ducis Auſtriæ & Styriæ*, cum titulo *fundatoris Cartuſiæ in Gyriova*, anniverſarium extat in antiquo Seiz. Necrologio. 28. Julii; ſed & benefactor erat eximius Seizenſium, quibus hoc Diplomate vetera firmat, nova adjicit. Termini Seizenſis fundationis hic deſcribuntur, loca tamen omnia, vel mutato jam nomine, vel ob exiguitatem ſuam in Chartis topographicis Styriæ non reperiuntur, id tamen facile colligitur, loca ea in Styria inſer. & vicinia Cartuſiæ Seizenſis poſita fuiſſe, ſeque extendiſſe *uſque ad Hocheneck* quæ *terra* dicitur *Luipoldi de Hochenecke*; de quo v. tom. 1. annot. Dipl. 34.

Seiz. fund. termini.

Hocheneck de Luipold.

Wulfingus ille miniſterialis Ducis Ottocari, fuiſſe videtur *Kapfenbergius*, qui villam *Rosbach*, cum Ottocaro adhuc vivente cambivit.

Kapfenberg de Wulfing. Rosbach.

Teſtes primi, antiquorum limitum Seizenſium, hic denuo deſcripti, omiſſis cognominibus, ægre innoteſcunt, reliqui tom. 1. expoſiti ſunt: ubi etiam diſſert. 4. Cap. 7. §. 8. oſtendi, quomodo Leopoldus noſter Ottocarum 6. Ducem, *neputem ſuum*, in ſenſu nempe minus ſtricto appellaverit.

Ottoc. 6. an nepos Leop. Auſtr.

Poſtquam vero vetera Seizenſium jura firmaſſet Leopoldus Dux, eis de ſuo adjecit, *villam Prizlauſtorf*, extra Petovium, quæ tempore *Rudolphi de Raſſa* (de quo v. hic Diplom. 18.) in duas Supanias, ſeu præturas diviſa erat, & villam aliam minorem *Predansdorf*, cum aliis novalibus ultra fluvium *Pulzcavu*: dein in villa *Rogotz*, ſeu, ut dixi tom. 1. ad Dipl. 59. *Rochitſch* 4. manſus, qui *a Dom. Rickero de Turre* (v. tom. 1. annot. Diplom. 86.) Leopoldi Duci ceſſerunt; tandem idem Dux Leopoldus in villa ſua *Nebou*, forte *Negav*, ultra *Drabvam* ſeu fluvium Dravum manſum unum.

Raſia de Rudolph. Prizlauſtorf & Predansdorf villæ ad fl. Pulskau. Turre de Riberus. Nebow a. Negav.

Teſtes erant.

1. *Hertnidus de Ort.* V. tom. 1. annot. Diplom. 13.
2. *Albertus de Roats.* V. tom. 2. annot. Diplom. 4.
3. *Otacher de Gonuviz, Luipoldus frater ejus.* V. tom. 1. annot. Diplom. 34. & tom. 2. annot. Diplom. 26.
4. *Cunradus Magiſter Cellarii*, an Principis Leopoldi? an Seizenſium? ignotum.
5. *Wernherus de Marchburg.* V. tom. 1. annot. Diplom. 46.
6. *Marquardus de Boſeth Præpoſitus in Marchburg*, teſtis cæteroquin ignotus, Marchburgum vero Præpoſituram fuiſſe Principis terræ oſtendi tom. 1. diſſert. 1. & alibi.

Boſeth de Marquardus.

Ad Diploma 28.

Dipl. 28.

Plurima de hoc Diplomate inſinuata jam ſunt tom. 1. annotat. Dipl. 47. ubi Genealogia Dominorum *de Pranck*, expoſita fuit. *Henricus* itaque hic Dominus & *Dynaſta de Pranck*, liberalitatem ut ſuam Seccovienſibus teſtaretur, in manus Dom. Geroldi Præpoſ. 2. Seccov. in præſentia totius Capituli Seccovienſis, *prædium ſuum Pranck* tradidit, quod in circulo Judenburg. ſitum, penes Seccovium, hodie adhuc Cathedr. Eccleſiæ Seccovienſi ſubeſt.

Pranck de Henric.

Caſtrum & prædium ejus nominis

Rationes hujus traditionis exprimit ipſe donator in Diplom. ſuo 1mo enim ait, *ad Seccovienſium fratrum ſubſidium*, cum id caſtrum valde vicinum fuerit Eccleſiæ Seccovienſi. 2. *Pro remedio animæ ſuæ, & parentum ſuorum, quorum ibi viventes quidam aſtabant, quidam ibidem ſepulti erant.* Quinam parentes Henrici hujus fuerint? non conſtat, quamvis eorum plures in Necrologio Seccov. referantur. 3. Et *Præcipue pro receptione in clauſtrum Seccovienſe duarum ſororum Leuckardis & Elizabeth, quod ea die factum eſt:* jam tom. 1. in annot. Diplom. 47. notavi, errorem hic loci ſubeſſe, cum enim Henricus hic Leuchardim & Eliſabetham ſorores ſuas vocet, & hoc ipſo in Diplomate inferius, filias ſororis ſuæ *Berthæ de Dumerſtorff* fuiſſe dicat, Cenſeo, vel duas fuiſſe Leuckardes, & Eliſabethas, quarum primæ ſorores Henrici de Pranck, aliæ neptes ejusdem ex ſorore Bertha fuerunt, vel hic corrigendum eſſe textum, & legendum, *duarum ſororis meæ filiarum Leuckardis & Eliſabethæ*, de quibus plura tom. 1. annot. Diplom. 47.

Dumerſtorff de Bertha & Leuckardes ac Eliſabetha.

Voluit præterea *Henricus de Pranckh*, ut de 2. manſibus in *Ricindorff*, conſtrueretur, & dotaretur Seccovii Capella SS. Petri & Pauli Apoſtolorum.

Seccov. Capella S. Petri & Pauli.

Ne vero ſubſequo tempore per hæredes ipſius impeteretur Eccleſia Seccovienſis in poſſeſſione prædii Pranck, effecit idem Henricus, ut ſoror ſua *Bertha de Dumerſtorff*, cum omnibus hæredibus ſuis, uti *& hæredes, Dom. Ebelini* (quem in annot. Diplom. 47. tom. 1. *de Pranck & fratrem Henrici* opinabar) jam defuncti, renunciarent omni juri in prædium Pranck, quibus partem unam *in Strechoviz*, alteram vero ſorori Berthæ, & ejus hæredibus pro ea renunciatione conſignavit.

Pranckh de Elbinus.

Eadem etiam die, qua hæc acta ſunt, teſtatur *Henricus de Pranck*, *ſe plenam fraternitatem in Seccovve adjuvantibus parentibus ſuis* recepiſſe, ſimulque conſtituiſſe, ut ubicunque decederet, quidquid in frumento, libris, & alia ſupellectile haberet, totum ad locum Seccovienſem deveniret.

Fraternitates inter. monaſter.

Erat nempe hiſce ſæculis conſuetum Principibus, ac dynaſtis pluribus, ut fraternitatem, ſeu precum & meritorum communionem rogarent ab ordine ſubin integro, vel monaſterio aliquo privato; exemplum hoc ſæculo præbuit piiſſimus Princeps & Dux noſter Leopoldus 2. dum an. 1199. ab integro ordine Ciſtercienſi fraternitatem petiit, & obtinuit, ut teſtantur litteræ Leopoldi ejusdem Græcii datæ an. 1200. 6. Id. Decembr. apud author. faſtor. Campilil. fol. 559. Exſtant ſimiles litteræ confraternitatis *a Leonardo Præpoſito, Wolfgango Decano, totoque Capitulo in Vorau* datæ an. 1490. nobili *viro Caſpari de Nadaſt*, quos ſuo loco referam, ex quibus interim, morem hunc ſacrum diutius perduraſſe, manifeſte colligo.

Voraviі an. 1490.

Nadaſti de Caſpar.

Ad Dipl. 29.

Ad Dipl. 29.

Bina Diplomata Admontenſia hic ſubjungo, quod majoris non ſint conſiderationis, primum enim decimas & poſſeſſiones Admontenſium confirmat, & ennarrat, quas inter decimas refertur *tota decima in parochia Techans-Kirchen*, de qua re v. tom. 1. annot. Diplom. 20.

Techants-Kirchen parochi. decima.

Al-

Alterum Diploma Communem confirmationem prædiorum & fundorum Admontenſium continet, notabile tamen eſt ex eo, quod totum ſtatum Salzburg. Cathedræ exhibeat, utpote, cum omnes ibidem Canonici ſubſcripti ſint, ſtatus tamen Canonicorum Salzburgenſium a 4. annis multum mutatus fuit, nam an. 1204. diplomati Garſenſi multi alii ſunt ſuſcripti Canonici ut v. auth. German. Sacr. tom. 2. f. 957. *Albertus* enim hoc anno *Decanus*, *Engelmarus Cuſtos*, *Heinricus Camerarius*, & alius *Heinricus Presbyter & Canonicus*, *Hartfridus Presbyter & Canonicus*, *Ulricus Presbyter & Canon. Chunradus Presbyter & Canon. Hartnidus & Otto Diacon. & Canonicus*, an. 1204. nondum inter Canonicos Salzburg. reperiuntur: viciſſim omiſſi ſunt hoc in Diplomate *Wernhardus Præpoſ.* an. 1204. defunctus, *Hartfridus Decanus* eodem probabilius tempore mortuus, *Chunradus* quidam poſt Decanum ſubſcriptus, etiam non amplius vixerit, *Ortolphus*, *Rudgerus*, *Otto*, *Wernherus*, omnes defuncti, vel alio translati videntur. *Status Canonicorum Salisburg.*

De Alberto Præpoſito Salisburg. jam an. 1204. diſſerebam, Albertus vero Decanus, non anno primum 1209. ſed ut putat author German. Sacr. tom. 2. f. 1045. jam hoc an. ex hoc ipſo Diplomate Decanatum geſſit. *Albertus Decan. Salisburg.*

Teſtes reliqui omnes e territorio Salisburgenſi vel Clerici vel miniſteriales.

1. *Chunradus Præpoſitus de Hove.*
2. *Amilricus Plebanus de S. Cyriaco.* } Omnes e territorio Salisburg.
3. *Pilgrinus Plebanus de Raſtadt.*

4. *Karolus Pincerna de Malintin.* Hos inter Pincernas Salisburgenſes referre neglexit author Germaniæ Sacræ tom. 2. f. 450. 828. Origine hi Carinthi erant, unusque eorum *Comes Maynhardus de Malentein*, affinis S. Hemmæ, utpote maritus Chunegundis ſororis, ut ferunt, qui in perfidos illos filiorum S. Hemmæ parricidas, cum *Dom. de Colniz*, *Reinperto de Dietrichſtein*, pugnans, 15. primipilos cepit, & totam viciniam circa *Zeltſchach*, *Frieſach*, *Altenhoven* & *Hutenhoven* vaſtavit, teſte Megiſero lib. 7. cap. 31. fol. 739. Idem dein Sæculo 12. victor fuit in bello Iſtrico, & ut vult Megiſerus cit. author monaſterii victorienſis in Carinthia &c. v. Megiſer. f. 778. 786. Genealogiam eorum refert Lazius lib. 6. de migrat. gent. f. 181. Bucelinus tom. 4. f. 129. aliique. *Malintin de Carol. pincerna.* *Dietrichſtein de Reinpert.*

5. *Fridericus de Pettau.* V. tom. 1. annot. Diplom. 54.

6. *Chunradus Burggravius de Salzburch*: hos eosdem cum Caſtellanis Salzburg. judico. *Salzburg de Burggrav. Conrad.*

7. *Otto de Wervin.* V. tom. 1. annot. Diplom. 32.

8. *Chunradus de Fun.* V. tom. 1. annot. Diplom. 71.

9. *Chunradus de Riute.* V. tom. 2. annot. Diplom. 3.

10. *Chunradus de Hoebe.* } Salisburgenſes cenſeo fuiſſe, hoc ſolum
11. *Albero de Moſe.* } in Diplomate viſos. *Hoebe de Conr.* *Moſe de Albert.*

Actum dicitur quidem *in Werven*, ſed cum totum capitulum Salisburg. in Werven vix fuerit, ſignatum dein, & datum Diploma Salisburgi judico. Correxit etiam indictionem, & annum, quæ, licet inter ſe cohæreant, tamen & an. 1207. & Indictionem 9. ſubſtitui, eo, quod Diploma datum ſit ad Wolframmum Abbatem Admonteuſem, qui cum

hoc anno ob paralyſim reſignaverit, an. 1209. non amplius Abbatem ſe geſſiſſe videtur, ni defendere quis velit, Wolframmum Abbatem, etiam poſt reſignationem ſuam, Abbatem dictum & ſcriptum fuiſſe.

Ad an. 1208. ad Diploma 30.

An. 1208. ad Dipl. 30.

Philippus Rex per has terras agnoſcitur eo necato vero Otto 4.

Epocha Diplomatis hujus genuina eſt, probatque cum aliis jam adductis Diplomatibus, per haſce Provincias & diœceſim Salisburgenſem, non fuiſſe prius agnitum Ottonem 4. regem ſed Philippum, hoc tamen anno occiſum, quo proin necato, primus his in terris annus, Ottonis Saxonis regnantis numerabatur.

Præterea hoc ex Diplomate, quo Seccovienſium privilegia & bona confirmantur ab Adalberto 2. Archiep. Salisburg. addiſcimus 1. epocham certam, qua Ottocarus 5. Marchio factus eſt Advocatus Seccovienſis. V. tom. 1. Diſſert. 4. cap. 6. §. 10. nempe anno 1152. 2. Varias donationes factas Seccovienſibus, & quidem poſt an. 1197. quo Adalbertus omnes Seccov. fundos, prædia, ac beneficia ennarravit, ut v. Diplom. hic 6. unde novæ hæ largitiones poſt annum 1197. acceſſerunt.

Ottoc. 5. advoc. Seccov. an. 1152.

Leopold. Dux donat. Seccov. Milwald. & part. ferrifod. Leuben.

Inter novos hos Canoniæ Seccovienſis benefactores primus refertur *Leopoldus Dux noſter*, qui ſylvam *Mylvvald*, & partem ferrifodinæ in Leuben donavit; *Sylva Milvvald* in chartis topograph. Styriæ prætermiſſa penes Seccovium exſtiterit, de ferrifodinis Leobienſibus plura tom. 1. ſunt dicta.

Eckhenvelde de Albert.

Chotſamesdorf locus.

2do. *Dom. Albertus de Eckenvelde*, eisdem Seccovienſibus donavit villam *Chotſamesdorff*, nec locus hic, nec familia de Eckhenveld inter noſtræ patriæ limites reperitur.

Orte de Hertn. Alramsdorf. Algerſtorf. Wagrein. Puche v. Puech. Mogelnich.

3tio. *Ex dono ejusdem, & Dom. Hertnidi de Orte* (de quo tom. 1. ad Diplom. 13. & hic per decurſum plura v.) *Alramsdorff* (forte *Algerſtorff* penes Græcium) *Wagrein* (quod prædium an. 1230. Godefridus Præp. 4. Seccov. inopia afflictus, cum conſenſu ſui capituli *Chraftoni de Chunenberg* pro 20. marcis vendidit) *Puche* v. *Puech* penes Judenburgum ſitum, *Mogelnic*, qui locus in Styria infer. ſitus videtur ex Diplom. Seccov. 27.

Witſchein caſtr. Seccov.

4to. *Ex dono Gertrudis, & filiæ ejus Mechtildis* (quænam fuerint hæ Dominæ? non reperi hactenus) obtinuerunt Seccovienſes Canonici *villam Wetſchine* ſeu *Witſchein* (quæ arx hodie eſt Seccovienſium, in Styria infer. inter Ehrnhauſen & Mahrburch ſita, parochia ibidem S. Andreæ Admontenſibus quoad jus patronatus ſubeſt, licet a Clericis ſæcularibus curetur) *Sulze* & duo loca dicta *Piſnich.*

Sulz. Pieſnich.

Muereck de Reinbert. Stayderamſedorf

5to. *Ex dono Dom. Reimberti de Muereckhe* (v. tom. 1. annot. Dipl. 36.) obtinuerunt locum *Stayderamſedorf.*

Eppenſtein de Albert. & Lantfrid. Leopoldsdorf. Leopoldsſtein. Chappel.

6to. *Ex dono Dom. Alberti de Eppenſtein*, locum dictum *Leupoldsdorff*, *Chappel* & *Chravvat*, de Eppenſteiniis egi tom. 1. ad Diplom. 37. inſignes ii erant benefactores Seccovienſium Canonicorum, Albertus enim hic dedit *Lepoldsdorf* (forte *Leopoldſtein Caſtrum* vallis Anaſinæ) *Chappel* loca 4. ſunt in Styria, unus ad *Novomontanum monaſterium*, alter in Styria infer. infra *Rackerſpurgum*, vino optimo celebris. 3tius ſupra locum *Klein-Sontag*

4tus

atus in finibus Styriæ & Croatiæ, ſupra urbeculam *Rain*, quiſnam horum locorum donatus fuerit Seccovienſibus? ignoro. *Chrauvvat*, vicus notus Styriæ Superioris, de cujus tamen donatione dubium oritur ex Necrolog. Seccov. fol. 355. quod ita habet: 8. *Cal. Martii* obiit *Landfridus de Eppenſtein, qui dedit nobis curiam in Chrauvvat*, ſorte curia hæc diſtincta fuit, ab illo prædio in Chrauwat, quod Albertus Eppenſteinius Seccovienſibus donavit. *Chrauwat.*

7mo. Ne munificentia patre Alberto minor eſſet filius *Lantfridus de Eppenſtein*, Seccovio tradidit *prædium omne Goberniz*, cum omnibus attinentiis, idem docet Necrolog. Seccov. fol. 359. locus hic *infra Knitelfeldam* ſitus, hodie *Gobernitzbruck* dicitur. *Eppenſtein de de Landfridus. Goberniz v. Gobernizbrucke.*

8vo. *Dom. Herrandus de Wildonia*, adjecit donationi huic locum *Siginsdorf*, ſorte *Sigerſtorf*, prædium, & arcem infra Græcium omnino amænam. *Wildon. de Herrand. Siginsdorf v. Sigerſtorf.*

9. *Dom. Juditha, & filius ejus Albertus de Rammenſtein*, donarunt Eccleſiæ Seccovienſi, curiam & manſum *Leiſta*, cum attinentiis & alpe; ſorte prædium & *arcem Ligiſt*, in circulo infra Muhram & Dravum, ſitam cum alpe adjacente, v. tom. 1. ad Diplom. 8. & hic per decurſum. *Rammenſtein de Judith & Albert. Ligiſt. caſtr. Leiſta locus.*

10mo. *Ex dono D. Wulfingi de Chapfenberg* curiam *ſtade, Lint* curiam ab eodem Seccovienſibus donatam dixi hic ad Diploma 7. *Capfenberg de Wulfing Lint. ſtade.*

Tandem alii fideles varii, varia bona fundationi Seccovienſi attribuerunt, uti in *Prucke* ſeu Muræponto, *Aicbe* penes Gſtadt, *Judendorff*, aliisque locis plurimis hic expoſitis, ut adeo inter 10. annos ab an. 1197. ad præſentem annum 1208. fundatio Seccovienſis plurimum fuerit aucta.

Ad An. 1202. ad Diploma 14.

An. 1209. ad Dipl. 31.

Epocha Diplomatis hujus legitima eſt, ſed originale Diploma teſte Frælichio non exſtat; hoc, quod adduco, Alberti 1. Ducis privilegio inſertum eſt; præterea hujus Chartæ vitioſum fragmentum, citatur a Ludewigio tom. 4. Reliq. MSS. 3. pag. 185. attamen teſte eodem Frælichio Ludewigius integram repræſentat chartam Gyrienſem datam an. 1212. confirmatam a Friderico pulchro Auſtriæ Duce, unde ſuppleri poſſunt in hoc apographo chartæ Gyrienſes de an. 1212. ita Frælichius.

Gyrienſis Cartuſiæ in Styria originem, certo anno affigere non licet, cum litteræ primæ fundationis perierint, illud tamen ſatis conſtat ex bulla Alexandri 3. P. inter Gyrienſia Diplom. apud Frælich. num. 1. allata, Cartuſiam Gyrienſem ab Henrico 1. Gurcenſi Epiſcopo fuiſſe erectam, qui obiit an. 1176. poſteaquam an. 1167. Gurcenſes inſulas eſt conſecutus, itaque circa vel poſt an. 1170. ea Cartuſia initium cepit. *Gyrienſ. Cartuſ. fundatio.*

Exiſtit ea in Celejano Styriæ noſtræ agro, qua Croatiam & Carnioliam reſpicit, Divoque Mauritio eſt conſecrata, unde non raro *vallis S. Mauritii in Gyrio vel Gyriovve* nominatur. *Situs ejus.*

Alius in ea ordo. Fata porro plurima ſubiit hæc Cartuſia, vix enim fundata fuerat, jam, ut loquitur Diploma hoc, *ab ordine prædicto* Cartuſienſi, *per ſucceſſores memorati Epiſcopi* Gurcenſis Henrici, *in alium fuit translata ordinem*, qualis hic ordo fuerit, & a quo inductus? hactenus me legiſſe non memini, qualiscunque fuerit ordo ille, *ſic pene annihilata eſt*, & deſtructa hæc Cartuſia, ut reparatore egeret.

Reſtituitur a Leopoldo Duce. Erat autem reparator ejus Dux Leopoldus, terminos priores reſtituit, & hoc in Diplomate annotavit, villam etiam *Planinich*, cum 5. marcis Friſacenſium, *e foro Marchburch* perſolvendis adjecit, miniſterialibus ſimul ſuis conceſſit, ut prædia, & quæque vellent, ei ſacro loco conferre poſſent, advocatia Gyrienſi ſibi ſoli reſervata.

Commendatur. Aucta eſt dein fundatio Gyrienſis utcunque, donec Sæc. 16. medio, res ejus decidere cæperunt, etenim poſt ann. 1536. per 7. annos ſubſequos, 7. habuit Priores, poſt annum 1564. ſub Hugone Italo Priore Seizenſi, Gyrienſis & Seizenſis Cartuſia data eſt in Commendam Zachariæ Cardinali Delphino, miſſi quidem Priores Gyrium, ſed penes quos præter titulum nihil hæſit. An. 1589. utraque Cartuſia, ſecunda vice, ordini ſuo ſubtracta, data eſt iterum in Commendam Dom. Georgio Abbati Runenſi, tandem an. 1591. Gyrienſis & Seizenſis Cartuſia ab Erneſto Archiduce, data eſt Collegio S. J. Græcii pro ſuſtentatione alumnorum Seminarii Græcenſis ſeu Convictus ad S. Spiritum, cui monaſterii Gyrienſis bona addicta manſere ad alendos in Græcenſi convictu alumnos, inde hodie adhuc Gyrienſes dictos: Seizenſe tamen monaſterium ſuo ordini eſt reſtitutum an. 1592. de quibus plura ſuo loco.

Unitur Conv. Græc. S. J. pro alumnis Gyrienſibus.

Teſtes reſtitutæ a Leopoldo Duce noſtro Cartuſiæ Gyrienſis erant.

1. *Weregandus de Hochenecckh.* V. tom. 1. annot. Diplom. 34.

Seuneck de Geneal. 2. *Gebhardus de Seuneckh.* Jam differt. 1. dixi plura exſtare caſtra hujus nominis, unum in agro Celejano ad fluvium ſanam, unde fors *Saaneck* nomen obtinuerit, alterum in Carinthia, 3tium in Carniolia, non procul Labaco, variis rebus notabile, ut v. Valvaſor. *lib.* 3. Carniol. Chron. lib. 11. f. 539.

Caſtra ejus nom.

De ſecundo caſtro in Carinthia ſito, ſe ſcribunt *Ungnadii Barones de Sonnegg*; a primo vero in Styria ſito Seuneckii noſtri derivandi videntur, quorum ideam quandam Genealogicam, jam dedi in præf. Sæc. 11. tom. 1. ubi eos a Comitibus de Wimmar e Thuringia exortos oſtendi, plurimos etiam eorum, primos nempe expoſui differt 4. tom. 1. cap. 5. §. 5. quos hic non repeto.

Cum vero ibidem deductio ſolum a Wimarienſibus, ad Souneckios, & ab his ad Celejenſes data fuerit, hic Souneckiorum ſtemma deduco ex Lazio, Frælichio & Hübnero tab. 563. ac Bucelino, & documentis veterum Diplomatum ſtabilio.

GENEA-

GENEALOGIA LIBERORUM DE SOUNECK E STYRIA INFER.

Udalricus 1. Marchio Carinthiæ an. 1062. *Sophia* uxor.

A. *Poppo* Marchio. cogn. *Starchand* an. 1095. circ. *Marchio de Soune* uxor N.

B. N. filia. uxor *Bertholdi Com. de Bogen.*

C. *Berchta* ux. Frider. *sen. Advoc. Ratisbon.*

D. *Starchant* * junior an. 1160.

E. *Gebhardus* 1. *de Seuneckh* * fl. an 1173. uxor N.

F. *Gebhardus* 2. *nobilis de Seuneckh* fl. an. 1209. 1212. 1224. 1227. &c.

G. *Chunradus* an. 1224. cum patre reperitur uxor N.

H. *Richerus de Seuneckh* ux. Sophia filia Alberti de *Rohats*, fundatrix Studeniz. an. circ. 1263.

I. *Leopoldus* an. 1262. 1278. ux. *Margaretha*, vidua an. 1282.

M. *Henricus* * teste Lazio.

K. *Ulricus* 1. an. 1262. ad 1309. ux. N. filia Ulrici 3. Com. Heinburch & Agnet. Badensis an. 1302.

L. *Gebhardus* 3. * fl. an. 1276.

N. *Frider.* 1. *liber de Saneck* Capitaneus Carnioliæ fit Comes 1. de Cili a Ludov. 4. Imper. &c. uxor 1. *Anna* Joannis Saxoniæ Ducis & Helenæ Slesvicensis filia 4. 2. *Diemudis* forte *de Walsee* quæ obiit, an. 1353. ejus mentio fit an. 1378. & 1371.

Ab hoc dein Comites Celejenses descendunt, de quibus alibi.

A. Primos Wimarienſium ſurculos, Wilhelmum 1. & 2. Udalricum 1. Marchionem Carinthiæ, expoſui loco citato, in præfatione Sæculi 11. & ad annum 1060. 1062. 1095. nominatim in diſſert. 4. cap. 5. §. 5. ubi oſtendi, Marchiones veteres Carinthiæ, præter Duces, ea in provincia exiſtentes, e Souneckiorum familia extitiſſe, quoniam vero Frælichius Udalricum 1. Marchionem Carinthiæ, authorem Souneckiorum cenſet, cum eodem ſeriem horum dynaſtarum ordior, de Udalrico itaque v. dicta abunde tom. 1. loc. cit.

Poppo, ſeu *Starchand*, filius primogenitus, Udalrici 1. Marchionis Carinthiæ, ille fuit, qui cum fratribus ſuis in S. Thiemonem Archiep. Salisburg. omne ſævitiæ genus exercuit, ut v. ann. 1095. & 1099. Hiſce fratribus, cum malediceret B. Thiemo, implevit vaticinium Deus, fecitque, ut fratres hi, per Carinthiam potentiſſimi expellerentur, omnemque ſuam potentiam perderent, immo Poppo hic in paralyſim lapſus, ita percuſſus eſt a Deo teſte authore vitæ Conradi, *ut, cum multis annis vixiſſet - - - ſingulis noctibus lotio ſe, & uxorem ſuam perfundens, mane ſemper propter fœtorem, veſtes mutare compulſus fuerit, ac nonnunquam expergefactus de ſomno, uxorem ſuam jugulare voluerit.* Sed de his plura dicta ſunt an. 1099.

Poppo v. Starchand, cognomine.

Cum Marchio de Sonne ſit dictus.

Idem hic Poppo, *Marchio de Soune* ſubſcriptus eſt in Dipl. monaſt. S. Lamberti ad annum 1103 apud Frælich ſpecimine Genealog. Souneck. f. 20. ubi ſimul obſervat, *Popponis* cognomen *Starchant* fuiſſe, cum Starchant ille Udalrici frater fuerit, & Marchio; lii *Soune* idem eſſe ac *Souneck* ex eo patet, quod novum, non fuerit eo ævo invenire decurtationes vocum in iis præſertim, qui teſtes adducebantur.

Souneck potentia deficit, & cur.

Popponis hujus ſeu Starchanti poſteros, de priſtino ſplendore titulisque, plurima amiſiſſe, Deo B. Thiemonis injurias vindicante, ex eo colligo, quod deinceps *Sounechii*, nonniſi *Nobiles & Liberi*, ſine titulo Marchionis aut Comitis compareant, uſque ad *Fridericum liberum de Sounech*, qui an. 1341. Ludovici Bavari Cæſaris Gratia, Comitis Imperii titulum ſuæ ſtirpi aſſeruit.

Popponis filiæ 2.

B. & C. Binas Popponis filias adducit anonymus de Guelphis apud Eccardum origine Saxon. pag. 245. *erat tandem eadem Sophia* (inquit author hic de Belæ filia & uxore 2. Magni Ducis Saxoniæ) *uxor cuidam de Carinthia* (Udalrico nempe 1.) *copulata, ex qua genuit Popponem Marchionem qui duas filias habuit, unam Bertholdo Comiti de Bogen copulavit, aliam Sororem ejus Bertham, quidam Comes ex clauſtro quodam ſanctimonialium abſtractam duxit, & ex ea Fridericum Ratisbon. Advocatum genuit.* Bertholdus hic Comes de Bogen, tertius hujus nominis fuerit, Alberti 3. filius, cujus tamen uxoris nomen, Hübnerus in tab. Geneal. 838. non expreſſit.

Una uxor. Com. Berth. de Bogen.

Bertha ux. Friderici. ſen. Advoc. Ratisbon.

Starcand jun.

D. *Starcando juniori* aſteriſcum appoſui, utpote dubio, an Popponis filius fuerit; memoratus enim anonymus in geſtis de Guelphis, altum de filiis Popponis ſilet, nec miror, geſta enim ſolum Bojorum ſpectavit author ille. Cæterum, *Starcandus* hic *junior*, cum in codice Diplomat. Admont. num. 27. pag. 709. apud Bernard. Bezium, ad ann. 1160. inter teſtes citetur, facile filius Popponis ſeu Starcandi ſenioris eſſe potuit, ac pater *Gebhardi de Suneck*, cumque additum ſit lii *Junior*, ad nomen Starcandi, non improbabilis eſt conjectura, eum filium Popponis ſeu Starcandi ſenioris fuiſſe, ſolebant enim veteres, ſi Patri & anteceſſori idem cum filio vel ſucceſſore nomen fuit, huic nomen *Junioris* addere.

Gebhard. 1. de Suneck.

E. *Gebhardus* 1. *de Suneck*, hic mihi ſeſe obtulit primo in Diplom. 2. Seizenſi ad an. 1173. cui inter teſtes laicos primus ſubſcripſit *Gebhardus de Suneck*, ſeu dein Gebhardus ſeu Gerhardus dicatur: addidi denuo aſteriſcum, quoniam certo non conſtat, an filius Starcandi junioris fuerit, ut v. ſub littera D.

Gebhardus 2.

F. *Gebhardus* 2. *Nobilis de Souneck*, huic, quo explano, Diplomati, 2dus ordine ſubnotatus fuit. Ratio, cur filium Gebhardi 1. credam, eſt, quod hoc in Diplomate poſtpoſitus ſit Weregando de Hocheneck, in Diplom. vero Seiz. 2. cit. præpoſitus ſit Leopoldo de Hochenek, qui Weregandi Pater fuit, ut oſtendi tom. 1. annot. Diplom. 34. unde Gebhardum 1. patrem, Gebhardi 2. fuiſſe ominor. Idem Gebhardus 2. teſtis legitur Diplom. Gyrienſ. 4. ad ann. 1224. de quo mox ſub litt. G. anno dein 1227. Diplomati Seccov. 45. a Leopoldo Duce noſtro dato primus omnium nomen dedit *Gebehardus Nobilis a Souneck.* Plura alia Diplomata, quibus ſubſcriptus legitur, per decurſum patebunt.

G. *Chun-*

G. *Chunradum* Gebehardi 2. filium, manifeſtat Diploma Gyrienſe 4. ad ann. 1224. ubi inter teſtes legitur *Gebehardus Nobilis de Suneck, & Cunradus filius ſuus.* *Cunradus.*

H. *Richerus de Suneck.* Hujus nec certa ætas, nec parentes certi, erui poſſunt, creditur tamen Gebhardi 2. filius, ejusque, defuncto fratre ſeniore Chunrado, ſucceſſor; matrimonium cum Sophia fundatrice Studenizenſi, *Alberti de Rohatz* filia iniit, & teſte Frælichio circa an. 1240. anno dein 1263. Richerus jam defunctus erat, ut v. hic. tom. 2. ad Diplom. 4. *Richerus.* *Uxor Sophia de Rohatz.*

I. *Leopoldus* ex repertorio tabularii Auſtriaci MS. part. 3. f. 813. ladula 89. innoteſcit, ubi in inſtrumento tranſactionis, *duo fratres Leopoldus & Ulricus de Sonnegg* nominantur ibidem f. 654. adducitur an. 1278. *Leopoldus de Sonega* & f. 814. an. 1282. *vidua Leopoldi de Sonegg Margaretha.* Lazio teſte Leopoldus hic a Ludovico Patriarcha Aquilej. comparavit *dynaſtiam Reifniz* in Carniolia, vix tamen aſſentiendum arbitror Lazio, cum teſte de Rubeis, Ludovicus Patriarcha an. 1358. primum ſedem Aquilej. conſcenderit, ante quem jam 80. annis antea Leopoldus hic mortem ſubiit. Valvaſorius tom. 3. Chron. Carniol. lib. 11. f. 467. a Bertrando Patriarcha Aquilej. Leopoldo de Soneck an. 1336. collatas docet arces *Seuneck, Neideck, Neukirch & Reifniz*, ſed & hoc anno inter vivos non amplius erat Leopoldus Seuneckius. Rubeis cap. 89. docet a Bertrando Patriarcha, circa an. 1338. Alberto & fratribus Goritianis collata eſſe quædam beneficia Eccleſiæ Aquilej. inter quæ forſitan hæc caſtra erant. *Leopoldus.* *Seuneck.* *Neudeck.* *Neukirch.* *Reifniz.* *Caſtra Carniol.*

K. *Ulricus* 1. occurrit in repertorio Auſtriaco cit. f. 676. ad an. 1301. & f. 716. his verbis: *Ulricus Comes de Pfannenberch cum conſenſu ſoceri & affinis ſui Comitis Ulrici & Com. Friderici de Heunburg, tradit Ulrico libero de Suneck decimas quasdam an.* 1303. uxor Ulrici hujus, filia fuit *Ulrici* 3. *Heunburgii*, nomen ejus latet, deſponſata vel ſolum promiſſa a patre ſuo antea fuerat nempe an. 1283. Alberto 3. Com. Goritienſi, ut probat Frælichius ſpecim. 1. Geneal. Souueck. f. 42. &c. ſed cum matrimonium id non ſuccederet, filia ea ante an. 1302. Ulrico de Souneck data fuerit, cum an. 1303. Ulricus 3. de Heunburg, Ulricus 1. Soneggium vocet Generum ſuum. Ad an. 1309. habet Chron. rythmicum Horneckii apud Hier. Pez tom. 3. cap. 813. fol. 822. &c. & cap. 829. f. 841. ad 843. *Dum nempe Dom. Ulricus de Sannegg, & adverſum locuſtarum infinita agmina, utilia ſuis præcepit, & quod glorioſius eſt, ſubinde Friderico Duci ſuo, cum cæteris Styriæ Proceribus, contra ſeditioſos præſto fuit.* *Ulricus 3. de Suneck.* *Pfanberg de Ulric. & Frider.*

L. *Gebhardus* 3. *Dominus de Seuneck* adfertur ex tabularii aulici Græcenſis ladula 40. his verbis: *Gebhardus Dom. de Seuneck Tergeſti confert Henrico de Andro & fratribus ejus Godefrido, Udalrico & Bertholdo 4. manſus in provincia Cukniz in villa Lock an.* 1276. *die* 10. *Kal. Junii.* Gebhardus hic an fueritChunradi vel Richeri filius? necdum ſatis compertum. *Gebhard. 3.*

M. Henricum ſolius Lazii fide ſtatuo, qui eum filium Leopoldi, & fratrem Friderici fuiſſe docet, in quo erravit Lazius, cum Fridericum fuiſſe Ulrici filium mox oſtendam. *Henricus.*

N. *Fridericus* 1. quamvis certa documenta non adſint, hunc fuiſſe Ulrici filium probantia, quia tamen Ulrico de Soneck ex Ulrici Hein- *Frideric. 1.*

burgici filia, multa utriusque ſexus ſoboles fuerat, nullus dubito, eum Ulrici filium fuiſſe, certe anonymus Leobienſis, Fridericum Libertinum ſeu Liberum de Soanegg, ex Ulrico procreatum docet, qui ab an. 1313. ad 1341. *Liber de Sounegg*, dein vero Comes de Cili appellatur.

Fit Comes 1. Celej.

An. 1331. litteræ concordiæ inter Styriæ & Carinthiæ proceres quoſdam, Græcii ſunt publicatæ die veneris ante S. Michaelis, & arbitrio, de conſenſu Alberti Ducis Auſtriæ confirmatæ: Capita litigantium erant *D. Conradus de Aufenſtain*, Capitaneus & Mareſchallus Carinthiæ, & *Hermannus Comes de Ortenburg* cum ſuis, ex una parte, ex altera Dom. *Ulricus de Waltſee*, & *Fridericus liber de Saneck* cum ſuis: inter conditiones concordiæ *tertia* erat: *ut Aufenſtainius Celejam, cum ea ſpectantibus, redimendam daret Libero de Saneck pretio 250. marcarum argenti.* 4ta *Conditio: ut domum Celejæ amice inter ſe partirentur;* domus hæc, ſorte arx vel Burgum fuerit, ubi reſidere Celejani Comites ſolebant. 5ta: *Si de rebus Celejæ lis oriretur, arbiter eligatur, neutri parti ſuſpectus.* 6ta: *Wulfingus de Edling, aliique Souneckio obnoxii, licet contra patronum pugnaverint, ſua retineant:* tabulæ hæ Germanicæ, Puſchii tempore, Græcii in tabulario aulico ladula 43. exſtabant.

Aufenſtain de Conrad.
Ortenburg de C. Herman.
Waltſee de Ulr.
Celeja reddi-tur Souneckiis a DD. de Aufenſtein.
Edling de Wulfing.

Celejæ oppidum (nondum enim vetera urbis jura hoc tempore reparaverat) una cum arce, & nobilibus in oppido habitantibus hypothecæ titulo, ex hæreditate Heinburgica *Conrado de Aufenſtein* obligabant *Eliſabetha Comes de Heunburg*, & *Ulricus* 2. *Comes de Pfanberg* filius probabilius *Margarethæ de Heunburg* ut v. ad Diplom. 42. hujus tomi) anno 1323. dominica ante purificationem, uti ex documentis tabularii Græcenſis ladula 44. num. 84. Puſchius teſte Frælichio exſcerpſit, cum vero Fridericus hic Souneckius & Comes 1. Celej. etiam ex Heunburgica matre natus eſſet, Celejam redemit, atque an. 1331. poſſidere cæpit.

Celeja quomodo a quibus oppignorata Aufenſteiniis.
Heunburg de Eliſab. & Margaretha Pfanberg de Ulric.

Anno ſeq. 1332. Fridericus idem, ab Henrico Duce Carinthiæ factus eſt Capitaneus Carnioliæ, atque ab Ottone Auſtriaco an. 1335. confirmatus, ita docet Anonym. Leob. f. 941. & Haſelbachius f. 797.

Frideric. de Souneck Capitaneus Carniol.

Dein S. R. I. Comes de Cilii.

tandem vero idem an. 1341. a Ludov. Bavaro Imp. factus eſt *S. R. I. Comes de Cili*, de quo plura in Geneſi Celejenſium.

3. Teſtis Dipl. *Leutoldus de Peca.* V. tom. 1. ad Dipl. 9.

4. *Ditmarus de Liechtenſtein.* V. tom. 1. annot. Dipl. 47.

5. *Otto de Cremis.* V. tom. 1. annot. Dipl. 36.

6. *Ulricus de Stubenberg.* V. tom. 1. annot. Diplom. 4.

7. *Cholo de Truchſen & frater ejus Godefridus, & Otto.* V. tom. 1. annot. Diplom. 4. & 6.

8. *Fridericus de Petovee* V. tom. annot. Dipl. 54.

9. *Reinbertus de Muereck.* V. tom. 1. annot. Dipl. 36.

10. *Albertus de Roas.* V. tom. 2. ad Diplom. 4.

11. *Cholo de Raſe.* V. tom. 1. Diplom. 48. & tom. 2. Dipl. 18.

12. *Bertholdus Dapifer de Emerberch.* V. tom. 1. Diplom. 58.

13. *Albero Pincerna de Grimmenſtein.* V. ibidem.

14. *Rudiger Mareſchallus de Planckenwvard.* Tom. 2. Diplom. 23.

15. *Eccartus de Leibenz.* V. tom. 1. Diplom. 8. & tom. 2. Dipl. 4.

16. *Ottackar de Wolckenſtain.* V. tom. 1. annot. Dipl. 9.

17. *Otto*

17. *Otto de Waſen.* In circulo Voravienſi, hodie Græcenſi, exiſtit infra Græcium, inter Ferniz & Weiſſeneck arx *Waſen*, hodie *Comitum de Gäller*, ex quo caſtro Dominos de Waſen prodiiſſe reor, Sæc. 14. fine, vel tardius extinctos, præterea in Auſtriæ circulo infra ſylvam Viennenſem viſitur *Waſen caſtrum*, cujus dimidiam partem an. 1413. Albertus Dux Auſtriæ filiis Joannis de Zinzendorf in feudum dedit. *Waſen de Genealog.* *Caſtra ejus nominis.*

Pauciſſimi hujus familiæ mihi innotuere, *Engelſcalcus* ad ann. 1108. ex litteris fundat. Garſtenſis a Prevenhuebero citatur, ſed eas litteras ſuſpectas eſſe jam dudum dixi. *Otto* hic citatus in Necrologio Runenſi ad 2. *Non. Maji* defunctus refertur, niſi forte plures hujus nominis fuerint.

Fridericus der Waſſe in Diplom. Göſſ. 17. ad annum 1214. adducitur, & Syboto de Waſen an. 1290. in Diplom. 60. Epiſc. Seccov. teſtem egit. de eodem docet author German. ſacræ tom. 2. f. 402. quod ad commendationem Henrici Abbatis Admontenſis, Albertus Dux Auſtriæ *Jacobo Turiano*, ſponſam elegantis formæ, filiam hujus Sybotonis, & domicilium in *caſtro Wolckenſtein* dederit, mortem Sybotonis hujus ad 5. *Kal. Decembr.* refert Necrol. Runenſe. *Thurn de Jacobus.*

Plures hujus familiæ idem liber emortualis Runenſis refert, nempe *Gertrudem de Waſin* ad 4. *Non. Jan. Cunradum de Waſyn* ad 5. *Idus Januar. Wilhelmum* ad 5. *Non. Febr. Aleif uxor, D. de Waſen* 7. *Id. Jun.* defuncta refertur. *Ulricus* 6. *Kal. Aug.* & alius ejus nominis 9. *Kal. Octobr.* unus horum, *Udalricus* nempe *de Waſen* an. 1311. bona quædam *in Stainpach*, cum advocatia, Hertindo Præpoſito Vorav. contulit, ut habet MS. Chron. Vorav. *Chunradus* alius 7. *Id. Sept.* obiit. *Chunegundes de Waſen* 3. Non. Decembris, *Alhaides* 11. *Kal. Jan.* ita Necrol. Runenſe: hos proin omnes Styros, & poſſeſſores caſtri Styriæ Waſen opinor. MS. Kainach. ad an. 1327. & 1338. refert *Udalricum & Abochum Waſner* fratres, & *Seibotum* Udalrici filium, mox *Wilhelmum* & uxorem *Adelhaidem*, cum *Agnete* filia, *Conradi Gleinizer* uxore, quæ Adelhais defuncto Wilhelmo, maritum 2. habuit *Udalricum Prancker* Friderici patrem an. 1397.

Præter hos vero Auſtriaci, vel Styri poſſeſſores caſtri Auſtriaci reperiuntur, ſic *Hademarus de Waſee & Erchingerus* an. 1307. quartam partem caſtri Polheim vendiderunt, *Wiccardo de Polheim*, & ante hos *Richkerus de Waſen* an. 1190. in Diplom. Wolfgeri Patav. & *Hadmarus de Woſen* an. 1245. in Diplomate Rudigeri Patav. apud Excell. Wurmbrand. f. 236. leguntur. *Polheim caſtr. de Witſchein.*

18. *Gebhardus de Krumbach, & frater ſuus Hainricus de Wiltbauſen.* De Krumbachiis egi tom. 1. annot. Diplom. 58. de Wiltbauſiis hic tractandum eſt. *Wiltbaut de Geneal.*

Styriæ dynaſtæ fuerunt, ab *arce Wiltbaus*, in circulo inter Muhram & Dravum, penes Mahrburgum ad fl. Dravum ſita, ſic dicti: pauci tamen eorum hactenus mihi viſi. In annotationibus Dipl. 4. hujus tom. oſtenſum eſt, *Henricum ſeniorem*, & mihi 1mum fuiſſe maritum filiæ cujusdam, *Alberti de Robätz*, ſororis Sophiæ, fundatricis Studenizenſis, ex hoc *Henrico* 1. *de Wiltbauſen*, prodiit non ſolum *Henricus* 2. ſed alii etiam filii, pro quibus, cum pueri eſſent, ac proprium ſigil- *Arx Styriæ.*

lum non haberent, ſuum Diplomati Studenizenſi appreſſit plebanus de Marchburg, ut ibidem dictum.

Roggendorf de Caſp. & Marg.

Præter hos *Eraſmus Dominus de Wilthaus*, filiam ſuam *Margarethan*, uxorem dedit *Caſpari den Roggendorf*, circa finem Sæculi 15. qui dein, cum Margaretha hæc ultima eſſet gentis Wilthauſiæ in Styria percelebris, inſigne Wilthauſium ſibi adſcivit, quod continebat campum argenteum, cum Leone rubeo, aureo diademate coronato, ſuper 3. montibus praſinis, quorum anterior reliquos ſupereminebat.

Lapiz de Andr.

In relatione illa, quam Andreas de Lapiz reliquit ſcriptam, de itinere Frider. 4. Imp. Romano, ſeu Romam directo, cuiipſe interfuit, teſtatur lapizius de hac gente ſequentia: da ich in der inſel geweſen Bin, Bin kaumb 10 jahr alt geweſen, darnach namb mich Benenter mein Vatter, und gab mich herauß in Teitſchland, daß ich die ſprach ſolt lernen, ward ich göben einen Herrn, der hieß der von Wildenhauſen, was ein Herr in der Steuermarckh, ein gueter altes Geſchlecht ⁄ ⁄ dein de itinere Romano an. 1450. ita loquitur: Nur het mein Herr von Wildenhauſen unſer 3 knaben, alles edelleith, da hat ich groſſe ſorg, er wurd ain andern mit ihm nehmen ⁄⁄ und er hat einen alten Edelman, der war alß elteſter über alle ſeine Diener ⁄ ⁄ ⁄ alſo zog ich mit Freüden, und fihret den ſpieß, ſchalarn und Panedt, Unterweilen die kniepieg ⁄ ⁄ nun hielt man keinen herrn (hoc nempe in itinere Romano) über 4 oder 5 pferdt, mein Herr het 5 pferdt. Tandem de præliis continuis an. 1452. cum Hungaris ita ait. Item Balt darnach, da ward mein Herr von Wildhauſen, Graf Ulrich von Cilii diener (ſeu feudatarius) da ſeind wir auch mit ihme umbzogen woll Bey 3 jahr.

Celeſt de Com. Ulric.

Ex hiſce nobilitas & antiquitas familiæ Wilthauſiæ patet, cum enim in itinere hoc Romano, cum Imperatore Frider. 4. ſuſcepto, ephebos habuerit, cum alia inſignia nobilitatis ei admiſſa ſint, probe cognoſcitur, ea familia ſplendore nominis, generis & divitiarum floruiſſe.

Aſt quiſnam hic *Dom. de Wilthaus* fuerit? nullibi exponitur. Suſpicor *Eraſmum* fuiſſe, qui dein ſuam filiam *Caſpari Roggendorfio* matrimonio copulavit.

Krumbachii & Wilthauſen quomodo fratres.

Tandem exponendum eſt, quomodo *Gebhardus de Krumbach* & *Henricus de Wilthauſen* fratres dicantur? tom. 1. in expoſit. Dipl. 58. dixi quidem *Gerhardo de Krumbach* hujus nominis 1mo fuiſſe fratres *Henricus* 1. & *Rudolfum* 1. aſt, an & cur Henricus ille de Wilthaus dictus fuerit, vel an præter Henricum 1. Krumbachium alius uterinus frater de Wilthaus dictus eidem fuerit? nondum ſatis eruere valeo, cenſeo tamen probabilius Gerhardum 1. Henricum, & Rudolphum 1. de Krumbach fratres germanos fuiſſe, cumque deinde mater horum filia Henrici de Rämberg, cuidam Wilthauſio 2dis nuptiis obveniret, eo ex matrimonio Henricum de Wilthaus prodiiſſe, ſicque fratrem Utericum Krumbachiorum fuiſſe. V. plura Dipl. 4. notis hujus tom.

Suboz de Otto. Struno Ulric. Triebeswinckl de Henr.

19. *Otto de Suboz de Auſtria.*
20. *Ulricus Struno &c.* } Ignoti.
21. *Henricus Camerarius de Triebaswinckl*, qui etiam in Diplom. Runenſi 17. ad an. 1217. invenitur ſed ſine titulo Camerarii. De his dr-

naſtis

naſtis egi tom. 1. annot. Diplom. 36. quos tamen Excell. Wurmbrandius cap. 3. ſ. 277. inter Camerarios Auſtriæ non refert, forſitan ante Henricum Waſſerbergium, Camerarii munus geſſerunt, quem vetuſtiſſimum ſe reperiſſe Camerarium ad an. 1230. docet Wurmbrandius idem.

Acta ſunt hæc *in foro* ſeu oppido *Marchburg.* anno Domin. Incarn. 1209. 5. *Id. Septembr.*

Ad Diploma 32.

Ad Dipl. 32.

Epocha quidem huic Diplomati deeſt, ea tamen colligi poteſt ex confirmatione hujus ſententiæ Archidiaconalis, ab Eberhardo Salisburg. *facta an. Dom. Incarn. milleſ. ducenſ. nono, data Friſaci. Kalendas Maji.* (Legendum cenſeo *Kalendis*, ſecus numerus deſideratur) igitur eodem anno Dietmarus Archidiaconus litem decidiſſe videtur.

Dietmarus hic, *Archidiaconus Marchiæ infer.* dictus, Styriæ noſtræ Archidiaconus erat, uti enim obſervavi, tom. 1. diſſert. 1. §. 25. *Marchiæ*, ſine addito, vel *Marchiæ inferioris* nomine, Styriam veniſſe inferiorem, ita ut duo exſtiterint hoc tempore in Styria Archidiaconi, unus *Superioris*, alter *inferioris Marchiæ* ſeu Styriæ; de Archidiacono Styriæ ſeu Marchiæ infer. proſtat exemplum in Dietmaro hic adducto, & variis aliis, ut v. tom. 1. diſſert. 1. §. 25. de Archidiaconis Styriæ ſuperioris aliquot ſubjungam: an. 1338. in Diplom. Göſſ. 81. *Otto plebanus in Göſs, Archidiac. Marchiæ Syriæ ſuperioris* fuiſſe invenitur, an. 1470. a *Chriſtiano Mitterpacher doctore decretorum, plebano in Göſs, ac Archidiacono Styriæ Marchiæ Superioris*, atque *ab Eraſmo Pänger* Clerico Chyemenſi, & cauſarum *Conſiſtorii Archidiaconatus Styriæ Marchiæ Superioris ſcriba jurato*, confectum eſt vidimus ut v. Diplom. Göſſ. 28. inter annos 1497. & 1505. *Andreas de Meſtach Doctor decretorum, Styriæ Marchiæ Superioris provinciæ Archidiaconus fuit*, ut v. Diplom. 1. Göſſ.

Dietmar. Archidiac. Marchiæ infer. 2. hoc temp. in Styr. Archidiac. Unus Super. alter infer.

Neque tamen ex hoc Diplomate inferri poteſt, unum ſolum hoc tempore fuiſſe Archidiaconum per Styriam univerſam, Dietricus hic, Archidiaconus Styriæ inferioris, res etiam Styriæ Superioris dijudicaverit, nam, ut Diploma hoc habet, non ſuo jure, & ut judex ordinarius, ſed ut ait Diploma, *tanquam judex delegatus ab Archiepiſcopo Salisburgenſi*, eam litem diremit.

Erant itaque hoc tempore bini per patriam noſtram Archidiaconi, unus in Marchia Styriæ Super. alter in Marchia Styriæ infer. attamen, ut ex decurſu patebit temporum, Archidiaconatus nulli certæ ſedi affixi, ſed pro libitu ab Archiepiſcopis deſignabantur; Archidiaconos modo per Styriam conſtitutos ennumeravi tom. 1.

Lis hæc Seccovienſium cum Plebano in Vanſtorff quæ fuerit? colligitur ex Diplom. Seccov. 27. inter mea hic num. 6. etenim jam Chunradus 1. Archiep. Salisburg. dum *Parochiam Chumbenz* Seccovienſibus conferret, *Waltfridum ſacerdotem* inde auferens, *in plebeſanam Eccleſiam Vanſtorff* tranſtulit; *Eccleſium* vero *Schönberg* a nobili matrona *Giſila de Oſſiach* collatam, Ottocarus 6. an. 1172. Græcii confirmavit; unde Eccleſiam Schönbergenſem, velut ea ſui juris eſſet, plebanus in Vanſtorf impetiiſſe videtur.

Ad Dipl. 33.

Ad Diploma 33.

Plura de familia Krumbachiorum digesta sunt tom. 1 annot. Dipl. 59. & hic ad Diplom. 31. & an. 1209. ubi etiam ostendi Parochias modernas Voravienſium, *S. Jacobi in Sylvis*, & *S. Margarithæ in Cellis*, seu *Wenigzell*, olim fuisse filias Ecclesiæ nostræ matricis, & Collegiatæ Voravienſis, atque Ecclesiam S. Jacobi Seniorem & dignioren Wenigzellenſi fuisse.

Parochia Vorav. S. Jacob in Sylvis senior & dignior Wenigzellenſi.

Effecit vero Luitoldus Præpos. 3. Vorav. apud Dominos, & fratres *Gebhardum & Henricum de Krumbach*, ut Capella S. Jacobi, in eorundem, utpote Dominorum de Thalberg fundo ædificata, atque longo tempore a matrice Vorav. alienata restitueretur; adjecerunt tamen conditionem Krumbachii dynastæ, ut nempe Præpositus Vorav. posthac semper in *Capella S. Jacobi* sacerdotem ordinaret permanentem, qui hic loci, & in alia filiali Capella Wenigzellenſi divina alternis vicibus celebraret.

S. Jacobi Eccl. restituitur Voravienſ. Eccl. a Gerh. & Henr. de Krumbach.

Transactio hæc, ut perpetuis temporibus firma foret, appresserunt sigilla sua Eberhardus Archiep. Salisburg. & Luipoldus Dux Austriæ & Styriæ. Ast ubinam? an *Thalbergæ*? ubi hæc *acta publice* dicuntur, minime id reor, sed charta hæc *Thalbergæ* in præsentia subscriptorum testium confecta inter DD. de Krumbach & Leotoldum Præpos. Vorav. dein Duci ac Archiepisc. corroboranda submissa fuerit.

Testes erant:

1. *Bertholdus de Emmerberch* v. tom. 1. Dipl. 58.
2. *Bertholdus de Stege.* V. tom. 1. Dipl. 36.

Fridberg de Geneal.

3. *Meinhardus de Vroberg*, sive error in descriptione contigerit, sive non, ego *Meinhardum* hunc *de Vridberg* legendum censeo. Observavi tom. 1. dissert. 1. præter urbeculam *Fridberg* an. circiter 1200. exstructam, exstitisse *arcem & castrum Fridberg*, supra eandem Urbeculam, quæ hodie Canoniæ Voravienſi subest.

Castrum & ejus dynastæ ac possess.

Castrum vero Fridberg, olim domicilium erat, & domus forte avita Dominorum de Fridberg, quorum plures a Sæc. 11. ad medium 14. invenio, ex documentis variis, nominatim Canoniæ Voravienſis. An. 1543. Domini *de Rindtscheid*, an. 1600. Domini *de Saurav.*, arcis hujus possessores erant, tandem an. 1635. eam arcem Daniel Præpos. Vorav. a Joanne *Christophoro Barone de Mindorff*, tutore pupillorum def. *Andreæ Sigism. Bar. de Saurau*, coemit.

Ex antiquis castri Fridbergenſis dynastis, primum omnium *Hermannus de Vridberg* a Lazio lib. 6. f. 219. adducitur ad an. 1070.

Wulfingum 1. & *Theodoricum* 1. *de Vridberg*, Hermanni forsitan filios idem Lazius cit. f. 192. in Geneal. Stubenberg. detegit ad an. 1114.

Jacobus de Fridberg Göss. 31. Diplom. subscripsit an. 1236. *Conradus* 1. *castellanus de Fridberg* ad an. 1252. ex Chron. MS. Vorav. innotescit, quo Ecclesiæ Vorav. mansum unum in Schellaborn tradidisse legitur ad persolvendum concambium, quod habuit cum fratribus in Vorav. &c. v. pl. eo anno *Wulfingus* 2. *de Fridberg* teste eodem Chron. MS. Vorav. Collegio huic multum damni intulit ad an. 1230. hujus forsitan filius.

Wulfin-

Wulfingus 3. *de Fridberg* damna hæc ex parte reparavit, dum Marquardo Præp. Vorav. an. 1332. bona dicta *Khausleben apud Tuchnam*, 12. libris denariorum vendidit, ita Chron. Vorav.

Conradus 2. *Theodericus* 2. & *Luipoldus*, ac *Alhaides*, ex *Conrado* 1. & *uxore Hadmude* prodierunt, ut patebit ex Diplom. Vorav. ad an. 1252. adducendo; præterea *Conradus* 2. in litteris Vorav. ad an. 1309. adfertur his verbis: *Conradus de Fridberg*, *Jenſel de Fridberg* tunc *Procurator* (Schafer) *in Rimberg*, ſeu *Rämberg*. Jenſel hic quis fuerit? vel an error intervenerit? hactenus eruere non poteram.

Theodericus 2. ſeu *Dietericus* & *Leopoldus de Fridberg* inter varios milites, ac nobiles Styriæ ſubſcripſere Göſſ. Dipl. 56. an. 1274.

Echardus de Fridberch teſtis occurrit in Diplom. Epiſc. Seccov. an. 1287. Viennæ ſubſcriptus, quo cum aliis de Styria ſubnotatis teſtibus profectum cenſeo.

Cæterum, quando defecerit hæc dynaſtarum Fridbergenſium familia? non ſatis liquet, caſtrum vero Fridberg, quondam fuiſſe feudum Polheimianum, dein Stubenbergenſe, teſtatur Diploma Cancellariæ Vorav. ad an. 1636. in quo *Georgius Dom. de Stubenberg*, *ad Kapfenberg*, *Stubeck*, *Sallaburg*, & *Schichtenberg*, S. C. M. Camerarius & Pincerna hæreditarius Styriæ teſtatur an. 1543. *D. Andream Rindſcheid ad Fridberg*, *feudum id a Polheimiis recognoviſſe*, *nunc vero idem Caſtrum*, *juſto titulo*, *ſibi*, *utpote ſeniori Stubenbergico in feudum ceſſiſſe*. Forte caſtrum hoc Polheimiis in feudum ex dynaſtia Leibnizenſi obtigit.

Fridberg caſtr. feudum Polheim. & Stubenberg ac Peggavienſ.

Stubenberg de Georg.

An. 1636. eodem, Daniel Præpoſ. Vorav. caſtri Fridberg. feudum, a dicto Georgio de Stubenberg recognovit, ut v. Dipl. Vorav. ejusd. anni.

Plurima tamen parte caſtrum Fridberg feudatarium erat, & obnoxium Dominio *Pecka*, nam ut habet Dipl. Vorav. an. 1636. *D. Georgius Amelricus de Eybesvvald*, *ad Thurn & Purggſtall & Dom. de Peggav*, *feudum hoc contulit D. Danieli Præpoſ. Vorav.* litteræ datæ ſunt in caſtro Peggav an. 1636. die 16. Octobr. ut ſuo loco.

Eybeswald de Georg. Amelr. poſſeſſor Peggav caſtri.

3. *Ortolphus de Schrattenſtein.* V. tom. 1. annot. Dipl. 56.

4. *Gerhardus Zvvangel cum* 2 *filiis ſuis*, *Heinricus Luip.* ultimæ voces erroneæ ſunt, legendum enim erit *Heurico*, *Luipoldo*, qui filii fuerint, cæterum teſtes hi ignoti, nec nobiles fuiſſe videntur.

Zwangel de Gerhard. &c.

5. *Warmundus*, *Hermannus*, *Gotfridus*, *Wulfingus*, *Ulricus de Purckvelde*. Hæſi ſemper, & adhuc hæreo, an hos teſtes, pro dynaſtis *oppidi moderni Pirckfeld*, & *caſtri adſiti Pirckenſtein* cenſere debeam, an potius homines plebejos vicinos arci Thalberg, ex loco ſeu Amt Purckfeldt, eidem ſubjecto. Utut res ſe habeat, recenſebo hic ſeriem DD. de *Pirckveld* ſeu *Pirchkenſtein*.

Pürckveld de Dom. Oppidum caſtr. Pirckenſtein.

Oppidum Pürckfeld, cum arce adſita, *Pirckenſtain* dicta, exiſtit in circulo Voravienſi, 4. circiter horis a Collegio Vorav. diſtans, nunc Comitum de Trautmanſtorff; de vetuſtiſſimis hujus loci dynaſtis, ſolum ex docum. Vorav. aliqua colligere poteram, ad an. 1250. lego ex Chron. Vorav. Dom. *Rudolpho de Hertenfels* in agone, Canoniæ Vorav. benefico inter alios teſtes adfuiſſe *Bernardum de Pirckfeld*, eumque cum aliis Styriæ nobilibus, conveniſſe de damnis a Rudolpho dicto

Hertenfels de Rudolph.

Canoniæ Vorav. illatis, de quibus pl. eo anno: præter hunc Bernardum in eadem charta Vorav. ad an. 1250. exponenda memorantur *Luipoldus de Purckveld*, item *Rapoto & Luitoldus fratres de Purckvelde.* Cætera de his, hactenus me latent.

Actum dicitur Diploma *publice in Thalberg*, seu ut reor, Diploma publice coram testibus præcitatis factum & publicatum, vel saltem post confirmationem Ducis & Archiepiscopi, ibidem publice recitatum.

Indictioni 17. substituenda est indictio 12. huic anno congruens, neque enim ultra an. 15. excurrere solet indictio, sed eo finito denuo numerari prima, ut adeo patulus sit error.

An. 1210. ad Dipl. 34.

Ad an. 1210. ad Diploma 43.

Liesnich paroch. hodie S. Michael. Admont.

Parochias *Liesnich & Paltha*, Adalbertum Archiep. Salisburg. cum omni jure plebesanarum Ecclesiarum, & titularibus suis Ecclesiis dedisse Monasterio Admontensi dixi ad an. 1197. & in annotat. Dipl. 5. harum vero Ecclesiarum nempe *S. Mariæ in Leuben* & *S. Magdalenæ in Tragöss*, jus plebesanum, ad *Ecclesiam Parochialem Liesnich*, seu nunc S. Michaelis intra Muhram & fluvium Liesnich sitam pertinuit, ut testatur hoc ipsum Diploma.

Ecclesia S. Mariæ in Leuben an paroch. pr. subjecta.

Fund. a Com. Glainch & data monast. Göss.

Quoniam vero præfata *Ecclesia S. Mariæ in Leuben*, fundata erat a *Chunrado de Gleinch*, eaque ab hoc & nepotibus ejus *Proceribus de Glainch*, jus obtinuit sepulturæ & baptismi, pro quibus eadem Ecclesia decimas ibidem recepit, forte ab iisdem Proceribus de Glainch data fuerit Monasterio Gösse, cujus rei quidem Diploma nullum inter Gössensia prostat.

Glunicenses seu *Domini de Glunich*, *Glaneck vel Glainch* Ministeriales Ottocarorum Styriæ Principum fuisse dixi tom. 1. annot. Dipl. 6.

Cum itaque Gössensis Ecclesia, jus patronatus in Capellam seu Ecclesiam S. Mariæ prætenderet, Admontensis vero se jus plebesanum in ea habere ostenderet, lis magna, rerum utriusque partis dispendio agitata est, unde transactionem inire consultum erat magis, quam litem protendere.

Seccov. Præp. Gerold. Admont. Prior Wicpoto Stubenberg de Ulric. Cremis de Otto.

Electi arbitri sunt *Geroldus Præpos. Seccov. Wicpoto* tunc *Prior Admontens. Ulricus de Stubenberg*, *Otto de Cremis* aliique plures, litem hanc ita terminarunt, ut Ecclesia Admontensis ab omni jure sibi in prædictam S. Mariæ Leobii Ecclesiam abstineret, perpetuo sileret, Gössensis vero Ecclesia redditus 4 marcarum, de suæ Ecclesiæ proprietate assignaret Ecclesiæ Liestinck seu Liesnich, quæ parochia erat Admontensium, quod etiam factum.

Tragöss Eccl. exempta, a parochia Liesnich.

Eodem modo Transactum est *de Capella B. Magdalenæ in Tragöss*, quæ annuente Eberhardo Salzburg. Archiepisc. exempta est a matrice Ecclesia Liestinck, solo jure plebesano Ecclesiæ Admontensi reservato.

Testes solennis hujus transactionis erant.

1. *Geroldus Præpos. Seccov.* ordine 2dus.

Wicpoto Prior Admont.

2. *Wicpoto Prior Admontensis*, qui tamen tempore confecti Diplomatis vel resignavit, vel jam defunctus fuit, cum

3. *Fri-*

3. *Fridericus tunc Plebanus de Lieſtinck* (quando nempe hæc tranſactio facta eſt) *nunc vero*, ſeu tempore dati Diplomais hujus *Prior in Admunt.* *Frider. Pleban. in Lieſſinck dein Prior.*

1. *Fridericus Camerarius*, & ut judico, Monachus Admont.

5. *Heinricus Monachus* Admont. &. *legiſta.*

6. *Wielandus Monachus* Admont.

7. *Hartvidus Plebanus de Chumbenz*, ægrius de hoc teſte judico, cum enim poſt eum, & alios de Clero teſtes in Diplomate hoc addatur, *Sacerdotes & Vicarii noſtri* neſcio, quomodo Plebanus de Chumbenz inter Vicarios Admontenſes referri potuerit; conſtat enim ex Diplomate Seccov. 27. dato an. 1197. ab Adalberto Archiep. Seccov. matricem Eccleſiam Chumbenze cum filiabus ſuis a Conrado 1. Salzburg. fuiſſe collatam Canoniæ Seccov. circa medium Sæculi 12. unde dicendum, verba hæc *Vicarii noſtri*, appellare etiam ad Geroldum Seccovienſium Præpoſitum, teſtium primum ſubſcriptum. *Chumbenz de Hartvid. Plebanus.*

8. *Rudigerus Plebanus de Murh ad Göſſe.* Forte Göſſenſis. *Göſſ. Pleban. Rudiger.*

9. *Hermannus & Perengerus Capellani Abbatiſſæ de Göſſe.*

10. *Wolvramus de Treviach*, ſeu ut judico Plebanus de *Troſejach.* *Troſejach de Pleb. Wolfram.*

11. *Chunradus de Cham.* } Probabilius etiam Plebani *Sacerdotes &*

12. *Godefridus de Liuben.* } *Vicarii noſtri.*

13. *Ulricus de Stubenberch.* V. tom. 1. annot. Dipl. 4.

14. *Otto de Cremis.* V. tom. 1. annot. Diplom. 36.

15. *Wigandus de Liuben.* V. tom. 1. annot. Dipl. 19.

16. *Hervvicus de Capfenberg.* V. tom. 1. annot. Diplom. 14.

Reliqui teſtes, miniſteriales ſunt Göſſenſes. Actum an. 1210. locus deeſt. Confirmavit tranſactionem hanc Eberhardus Salzburg. eod. anno. V. Diplom. Göſſ. 19.

Ad Diploma 35. *Ad Dipl. 35.*

Luipoldus Dux noſter, autumnali tempore in Styria, venationibus indulſiſſe videtur, eo quod ad finem Octobris, *in villa Stadelhoven* diverterit: *villa* hæc *Stadelhoven* ſeu *prædium*, prope *urbem Voitspergam* exiſtit, hodie *Stalhofen* dicta, una cum adjecta Parochia S. Nicolai unita monaſterio S. Lamberti. *Luipold. Dux in Styr. venatur.* *Stadelhoven v. Stalhofen prædium & Paroch.*

Quacunque demum ratione hunc in locum devenerit Dux noſter, bina tamen ibidem Runenſibus præſtitit beneficia; *primo*, confirmavit donationem Ottocari 6. Ducis Monaſterio Runenſi factam *de alpibus Gottenfeld*, *prope Hirſchegg* ſitis; Diploma Ottocari de hac donatione vel non exſtat, vel inter Diplom. Runenſia apud Frælichium non reperitur. Exiſtunt vero eæ alpes ad fines Carinthiæ infra *Hirſchegg*, quo in loco Parochiam B. V. M. ſacram iidem aſcetæ San-Lambertini procurant. *Gottenfeld alper prope Hirſchegg.*

2do. addidit de ſuo Dux Leopoldus Runenſibus 4. *manſos Bavaricos in villa Brenſtede* ſeu *Premhſteden*, in campis Græcenſibus infra Straſſgang ſita, hodie caſtro Comitum de Saurau. *Premhſteten caſtr. Styr.*

Teſtes erant.

1. *Hertnidus de Wildonia.* V. tom. 1. Diplom. 53.
2. *Ulricus de Stubenberg.* V. tom. 1. Diplom. 4.
3. *Dietmarus de Liechtenſtein.* V. tom. 1. Diplom. 42.
4. *Otto de Cremſe.* V. tom. 1. annot. Diplom. 36.
5. *Hertnidus de Orte.* V. tom. 1. annot. Diplom. 13.
6. *Godefridus de Truchſen.* V. tom. 1. Diplom. 4. & 6.
7. *Ottocarus de Graze.* } V. tom. 1. annot. Diplom. 7.
8. *Otto de Graze.* }
9. *Albero Pincerna* nempe de Grimmenſtein, ut dixi Diplom. 31. hujus tomi. V. etiam tom. 1. Dipl. 58.
10. *Rudigerus de Planckenvvarth.* V. tom. 2. Diplom. 23.
11. *Albero de Dunckenſtain.* V. tom. 1. annot. Dipl. 7.

An. 1211. ad Dipl. 36.

Ad an. 1211. ad Diploma 36.

Sal annuum Runenſ. datur a Leop. Duce & Ottoc. 5. in Enſtal ad Aborn.

Jam ad annum 1146. ex Diplomate Runenſi 4. oſtendi, Ottocarum 5. fundatorem Voravienſem, cum conſenſu conjugis ſuæ Chunegundis, præter 3. *villas Rez, Straſſindl & Judendorf*, contuliſſe etiam Runenſi Monaſterio, Duas ſalis patellas *in Enſtall ad Aborn*, hanc ſalinam, ut ait Dux Leopoldus hoc in Diplomate, Runenſes fratres per annos 60. & amplius quiete poſſederunt, cum vero hæc ſalina, ſeu fodina ſalis jamjam exhauſta eſſet, novam iidem ſalinam excoluerunt: eorum exemplo ductus Dux Leopoldus, eodem in monte ſibi fodinam ſalis e vicino fieri juſſit, inde inter Præfectos ſalinarum Principis & Runenſium lites, & jurgia oriebantur, ſicque cum Præfecti Principis prævalerent, conſueta neceſſaria ſalis menſura Runenſibus eſt denegata.

Runenſes, ubi ſuam Principi expoſuere neceſſitatem, hic illicò pacis, juſtitiæque amore ſtatuit, ut in compenſationem damni, ſingulis annis darentur Runenſibus 100. modii ſalis, & quidem, quandocunque vellent, eos reciperent, præterea de quæſtu Duci Leopoldo ex ſalinis proveniente juſſit decimas, ſeu decimam ſemper Marcham, iisdem Runenſibus ſolvi, dimidium quidem in feſto S. Michaelis, alterum dimidium in feſto S. Georgii, ita Diplom. cit.

Recitata eſt hæc compoſitio coram plurimis teſtibus & miniſterialibus, quorum *tantum digniores* ſunt adjecti, præter Capellanos Ducis.

1. *Herrandus de Wildonia.* V. tom. 1. annot. Dipl. 53.
2. *Ulricus de Stubenberg.* V. tom. 1. annot. Diplom. 4.
3. *Otto de Grez.* V. tom. 1. annot. Diplom. 7.
4. *Ottocarus de Grez & filius ejus Ottocarus.* Ibidem.
5. *Henricus de Orte.* V. tom. 1. annot. Diplom. 13.
6. *Albero Pincerna.* Nempe de *Grimmenſtein.* V. tom. 1. Dipl. 58.
7. *Rudigerus de Blanckenvvart.* V. tom. 2. Dipl. 23.
8. *Bertholdus Dapifer de Emerberch.* V. tom. 1. Diplom. 58.
9. *Otto de Lapide* ſeu *de Stein.* V. tom. 1. Diplom. 4.
10. *Diepoldus de Liuben.* V. tom. 1. annot. Diplom. 19.
11. *Eſchvvin de Grez.* V. tom. 1. annot. Diplom. 7.

Annus indictioni cohæret, locus tamen, dies & menſis deſunt.

Ad

Ad an. 1212. ad Diploma 37.

An. 1212. ad Diplom. 37.

Originale hujus Diplomatis, teſte Frælichio, non exſtat, ſed inſertum eſt ſolum Diplomati Friderici Pulchri. Plura hoc Diploma concernentia, nominatim de Eckeberto Bamberg. Epiſcopo, & Eccleſiæ Gyrienſis conſecratore, expoſui jam an. 1212. in chronologia, uti & de interceſſore filio Friderico, cui Luipoldum ſubſtitui oportere opinor, ut adeo ad dicta in chronol. hujus anni nil ſuperaddendum videam; teſtes itaque ſolum hic explanandi ſunt, quorum. *Gyrienſis Eccl. dedic.*

1. *Eckebertus Babenberg: Epiſcopus.* V. ad an. 1212.
2. *Fridericus* (legendum *Luipoldus*) *filius noſter.* Ibid.
3. *Ulricus de Pecchach.* V. tom. 1. annot. Diplom. 9.
4. *Albertus de Roas.* V. tom. 2. annot. Diplom. 4.
5. *Luitoldus de Wildonia.* V. tom. 1. annot. Diplom. 53.
6. *Friderſcus de Petovia.* V. tom. 1. annot. Diplom. 54.
7. *Otto de Chunigesberch.* V. tom. 1. annot. Diplom. 58. & tom. 2. Diplom. 3.
8. *Otto de Traberg.* Hic idem in Diplom. Seccov. 45. dato an. 1227. a Leopoldo Duce noſtro, inter teſtes occurrit, cæteroquin neminem hujus nominis videre hactenus licuit, forte legendum *de Trabarch*, ſunt enim bina ejus nominis loca in Carinthia. *Traberg de Otto.*
9. *Otto de Gratz.* V. tom. 1. annot. Diplom. 7.
10. *Luitpoldus de Gonovviz.* V. tom. 1. annot. Diplom. 34.
11. *Hadmarus de Chunring*: antiquiſſima eſt, & celeberrima Auſtriæ familia, quæ tamen inter Styros rarius occurrit, nec ejusdem provinciæ munia geſſit, plurima de ea referunt Hübnerus, Wurmbrandius, Bucelinus, aliique qui videri poſſunt. *Chunring de Hadmarus.*
12. *Marchardus de Hyntberg.* V. tom. 2. annot. Diplom. 20.
13. *Rugerus Mareſchallus de Blanckenvvart.* V. tom. 2. Diplom. 23.

Actum dicitur *in domo noſtra Niumburch* ſeu Clauſtroneoburgi ubi forte domum, regiæ inſtar, habuerit Luipoldus Dux noſter.

Ad Diploma 38.

Ad Dipl. 38.

Epocha Diplomatis legitima eſt, res tamen ejus ad Carinthiam ſpectare videntur; mons enim ille *Dobirſchach*, ubi contentioſæ fodinæ erant, in Carinthia ſitum obtinuit, convenere amice binæ Eccleſiæ Gurcenſis & Seccovienſis, utraque Ord. Can. Reg. S. Auguſt. ita, ut omnia æqualiter inter ipſas dividantur, & quævis etiam proprium montis magiſtrum habeat. *Dobirſchach mons.*

Teſtes adſcripti fere omnes e Carinthia, ubi hæc in urbe Friſaco geſta ſunt.

1. *D. Hartvvicus Vice-Dominus*, ut cenſeo urbis, & caſtri Friſacenſis, ditionis & Dominii Salisburgenſis.
2. *D. Pilgrinus Dapifer*, neſcio, Carinthiæ an Salisburgenſis.
3. *D. Ulſcalcus de Rabinſperg.* Hos inter Styros refero, exiſtit enim arx ejus nominis in Styria, in circulo Celej. Dominorum de Firmberg, præterea hic Ulſcalcus an. ſeq. denuo legitur in Diplom. Seiz. *Rabinſperg de caſtrum.*

15. & quidem cum fratre ſuo ita ſubſcriptus: *Ulſcalcus de Rabensperg, & frater ejus Eberardus de Leubercb*, & in hoc ipſo Diplom. *Bertholdus Junior de Rabenſperg* mox comparebit.

Leubercb de Eberard.

S. Egidio de. 4. *D. Ortolphus de S. Egidio*, ignotus, nec alibi viſus.

5. *D. Bertholdus junior de Rabenſperch.* V. mox dicta.

Dirnſtein de caſtrum. 6. *D. Ulricus & D. Walchun de Dyrinſtein.* V. tom. 1. annot. Dipl. 7. etiam inter Styros referendi, exiſtit enim arx Dirnſtein in circulo Judenburg. nunc Epiſcopi Gurcenſis, quæ olim in Carinthia ſitum habuit, exqua proin Styri hi proceres derivandi videntur.

Albeck de. 7. *D. Perngerus de Albecke.* Jam tom. 1. annot. Diplom. 58. hos e Carinthia repetendos eſſe dixi.

Acta ſunt hæc *in caſtro Friſach*, anno 1212. Indict. XV. die 8. Cal. Martii.

An. 1213. ad Dipl. 39.

Ad an. 1213. ad Diploma 39.

In chronologia anni 1213. dictum eſt, Diploma hoc Seizenſe datum fuiſſe a Leopoldo Duce noſtro in Friderici 2. Imp. expeditione demorato vel Aquiſgrani, Egræ, aut Ratisbonæ, licet actum & conceptum anno aliquo Superiore *in Marchburch* fuerit. Movit me, ad hujus rei opinionem, iter varium Leopoldi noſtri cum Frider. Imperatore, & *Notarius* ille ſubſcriptus *Henricus Plebanus in Retze*, qui non Leopoldi Ducis, ſed Friderici 2. Imper. Notarius erat, ut oſtendi.

Elſnic de Thymo, & Helſpeth, ac Henricus. Confirmavit vero Luipoldus noſter donationem Seizenſibus factam a *Thymone*, *Helſpeth* ejus nepte, & *Henrico nepote*, *Vicario in Saxenberg*, e familia *de Elſnitz*: familia hæc, niſi fors eadem cenſeatur cum Olſniziis (de quibus V. tom. 1. annot. Diplom. 78.) ignota mihi eſt, nec hactenus alii Elſniziorum præter hos viſi. *Henricus* ille *Vicarius in Saxenberg* locus. *Saxenberg*, in Carinthia Plebanus fuerit, exſtat enim *oppidum Saxenberg*, in Superiore Carinthia cum 3. caſtris, ſubeſtque Archiepiſc. Salisburg. ubi etiam exiſtit ingens fortisque clauſura, ad hoſtes arcendos apta: oppidum hoc cum arcibus an. 1480. Hungaris ceſſit, an. dein 1494. a Maximiliano Imp. reſtitutum eſt ſedi Salisburgenſi. Lazius hunc locum olim DD. de Kienburg fuiſſe ſcribit.

In Styria etiam exſtitiſſe oppidum Saxenfeld, cum Parochia Manaſterio ſittic. in Carniolia unita, abunde tom. 1. dictum eſt, Elſnizios etiam in Styria poſſediſſe, *prædium* aliquod, quod hoc anno Seizenſibus eſt confirmatum, ait Leopoldus hoc in Diplom. nempe *prædium id a ſe*, Elſnizios *multis annis poſſediſſe*, quamvis vero prædii ejus nomen non prodatur, in Styria tamen fuiſſe ex eo colligo, quod Elſnizii id a Leopoldo Duce poſſederint, Carinthia vero & Carniolia hoc anno aliis Dominis paruerit.

Teſtes venditionis *ob Helſpeth* de Elſniz factæ apud *Ratigoſpech*, ſeu *Raggerſpurch* erant.

Rackerſpurg de Marquard Pleban. 1. *Marquardus Plebanus de Ratigoſpech* ſeu Rackerſpurg, dicitur enim Plebanus ejus Eccleſiæ, ubi hæc venditio facta.

2. *Heinricus Sacerdos.*
3. *Rainaldus Sacerdos.* } Ignotum, cujus Eccleſiæ.

4. *Otto*

4. *Otto fum* (lege *ſun*) & *frater ejus Archingerus.* V. tom. 1. annot. Diplom. 6. & 82.

5. *Hermannus de Ponichil.* Ignotus hactenus teſtis: vicus eſt ejus nominis infra Græcium in Parochia Wundſchuech. *Ponichil de Hermann.*

6. *Conradus de Sacco, & frater ejus Heinricus* itidem ignotus. *Sacco de.*

7. *Hiltegrinus Neve.* Ignotus. *Neve.*

8. *Poppo miles, Luitoldus miles.* Ignoti omnes.

9. *Gebhardus officialis de Ratigospech* ſeu Rackerſpurg, & *Rudigerus officialis de Marchburg*, nempe Leopoldi Ducis.

10. *Siboto miles de Oploniz.* Loci nomen, non familiæ exiſtimo, de quo loco plura tom. 1. annot. Diplom. 59.

11. *Præco curiæ & frater ejus Sele.* Ignoti, de nomine & officio Præconis v. dicta tom. hoc. 2. annot. Diplom. 19.

Teſtes item alii notati ſunt ex parte D. Heinrici Sacerdotis, & quidem.

1. *D. Fridericus de Sala.* Hic Sacerdos fuerit, cum antea dicatur: *Sacerdotes.* Locus Sala fors idem eſt cum ſolio, ubi olim Epiſcopatus Carinthiæ a quibusdam exſtitiſſe traditur, nunc vero *Præpoſitura Solienſis.*

2. *Rivvinus* ignotus Sacerdos.

3. *Bertholdus Plebanus de Obernburch* in Styria, exiſtit enim in Styriæ infer. agro Celejano oppidulum Obernburg ad Carinthiæ & Carnioliæ Confinia, quo in loco circa an. 1140. a *Dyebaldo & Truta de Chagre* monaſterium Ord. S. Bened. erectum eſt. V. tom. 1. *Obernburch locus Plebania.*

4. *Petrus Diaconus.*

5. *Arnoldus Subdiaconus.*

6. *Otocharus & frater ejus Luitpoldus de Gonovviz.* V. tom. 1. annot. Diplom. 34.

7. *Ulſcalcus de Ravenberch.* V. tom. 2. Diplom. 37.

Uti & frater ejus Eberhardus de Leuberch. Ibid.

Inter teſtes & Miniſteriales Leopoldi Ducis referuntur.

1. *Ulricus de Stubenberch.* V. tom. 1. Diplom.

2. *Otto de Cremes.* V. tom. 1. Dipl. 36.

3. *Ulricus de Marchpurch.* V. tom. 1. annot. Diplom. 46.

4. *Heinricus de Vorenberch.* Ignotus hactenus. *Vorenberch de Henric.*

5. *Otochar de Gonovviz & Luitpoldus frater.* V. tom. 1. annot. Diplom. 34.

Cæterum actum & confectum eſt hoc Diploma Marburgi, datum vero ſorte Egræ in Bohemia, ut dixi ad annum 1213.

Ad an. 1214. Diplom. 40.

Ad an. 1214. ad Diplom. 40.

Redux e caſtris Imperatoris Dux Leopoldus, Admontenſium commoda promovere cæpit, quemadmodum, antequam abiret, Gr. ſenſium, de quibus V. Diplom. ſequens. Agebatur diutina lis, inter Admontenſe Monaſterium & *Reinbertum de Muereck*, de decimis in Gamner percipiendis: liti huic finem impoſiturus Eberhardus Archiep. cum *Reinbertus de Muereck* e numero eſſet miniſterialium Leopoldi, Græcium venit ad Leopoldum Ducem tum Græcii moratum, quocum *Admont. lis cum Reinberto de Muereck.* *Græcii fimtur.*

rem omnem ita amice compoſuit, ut Monaſterium Admonteſe *Reinberto de Muereck* ſolveret 150. marcas monetæ Friſacenſis, hic vero omni juri, quod ſe habere dicebat *de decimis in Gamner*, renuntiaret.

Reinbert. de Muereck An. h. nom. duo fuerint.

De *ſtemmate Muereckiorum* in Styria, egi tomo 1. in annot. Diplom. 36. dubium tamen mihi hic oritur, an duo vel unus ſolum exſtiterit *Reinbertus de Muereck*, etenim *Reginbertus* ſeu *Reinbertus de Muereck*, jam an. 1174. Ottocari 6. Procurator erat ex Diplom. Seccov. 21. & *Reinbertus* alter, qui huic Diplom. ſubnotatus eſt, etiam ad an. 1224. in Diplom. Gyrienſi 4. viſitur: cenſeo tamen, donec alia documenta occurrant, unum eundemque fuiſſe Reinbertum, qui an. 1174. & 1224. in Diplomatibus legitur, tum quod ætas ejus non nimium extendatur, tum quod in Necrol. Seccov. unus ſolum legatur Reinbertus Muereckius.

Reinbertus vero hic an. 1174. Procurator Ottoccari, dein ſub Leopoldo Duce Judex ſupremus fuit ante *Ulricum de Pfanberg*, ut teſtatur Diplom. Seccov. 58.

Mueregg de Wilhelm. Ab. 3. Run.

Ex eadem hac inclyta familia ortum traxiſſe videtur *Wilhelmus de Mueregg* Abbas 3. Runæ an. 1195. mortuus, ut ibidem dixi.

Hæc, dum *Græcii Nonis* ſeu 5. *Novembris* ſolemniter agerentur, teſtes erant.

Otto Præp. S. Flor. dein Salisb. tandem Ep. Gurc.

1. *Otto Præpoſitus Majoris Eccleſiæ Salisburg.* Dixi jam an. 1212. & 1214. Ottonem hunc e Præpoſito Can. Reg. S. Floriani electum fuiſſe Præpoſitum Salisburgenſem an. 1212. mox vero an. 1214. Epiſcopum Gurcenſem: cum vero huic Diplomati 5. Nov. dato adhuc ſubſcriptus ſit Præpoſitus Salisburgenſis, poſt eum diem primo Epiſcopus Gurcenſis nominari potuit; breviſſimi itaque temporis dignitate uſus eſt hic Otto, utpote hoc an. adhuc mortuus, Chronicon enim Admontenſe eidem hoc an. in Epiſcopatu Gurcenſi ſucceſſiſſe docet *Henricum Præpoſitum de ſolio*, & Salisburgenſe *Ottonem electum*, non conſecratum Epiſcopum *Gurcenſem* obiiſſe tradit.

Ei ſuccedit Henr. Præp. de Solio.

Volckenmarckt Archidiac. Friſac. Vicedom.

2. *Chunradus Archidiaconus & Plebanus in Volckenmarckt* e Carinthia.
3. *Karolus Vicedominus Friſacenſis.*
4. *Cunradus Comes de Plein.* V. tom. 1. annot. Diplom. 29.
5. *Cholo de Weſſenberch*, lege *Waſſerberch.* V. tom. 1. Diplom. 18.
6. *Ulricus de Peccach.* V. tom. 1. annot. Diplom. 9.
7. *Dietmarus de Liechtenſtein.* V. tom. 1. annot. Diplom. 47.
8. *Cholo de Truchſen.* V. tom. 1. annot. Diplom. 4. & 6.
9. *Otakarus de Grez ſenior.* V. tom. 1. annot. Diplom. 7.
10. *Albero Pincerna*, ut hactenus dictum, de *Grimmenſtein.* V. tom. 1. annot. Diplom. 58.

Datum apud Grez feliciter.

Ad Dipl. 41.

Ad Diploma 41.

Guetenberch de Eliſab.

Diploma hoc varia continet memoratu digna, & 1. quidem confirmavit Leopoldus Dux noſter Göſſenſibus, donationem *Eliſabethæ de Guetenberg*; de iis prædiis, quæ ſibi reſervavit, cum conſenſu mariti, filiarum & generorum ſuorum, immo etiam ante matrimonium cum Leutoldo contractum, excepit bona quædam ei loco, in quo

ſepul-

ſepulturam ſibi quondam electura eſſet. 2. in præſentia viri ſui Luipoldi, ſibi elegit ſepulturam in Göſs. 3. petiit, ut Luipoldus Dux & poſteri ejus, advocatiam horum bonorum in perpetuum tenerent, nec alicui alteri in beneficium darent. 4. memorabilia ſunt verba hæc: *quod & filia prænominatæ matronæ* (nempe Eliſabethæ de Guetenberg) *Ottilia*, nomine 2. *Göſſenſis Eccleſiæ Abbatiſſa poſt mortem matris per ſententiam in placito Veldkirchen coram multis obtinuit, & poſtea in Grätz per idoneos teſtes comprobavit* &c. hæc poſt an. 1206. contingere debuerunt, cum enim Eliſabetha Guetenbergica an. 1206. varia adhuc prædia donaret Admontenſibus & Runenſibus, Diploma vero hoc dicat, Ottiliam 2. Abbatiſſam in Göſs an. 1203. factam id in placito Veldkirchenſi obtinuiſſe poſt mortem matris, neceſſario id inter annos 1206. & 1214. contigiſſe debuit. 5. dum Leopoldus Dux noſter, hanc donationem a ſe confirmatam ait *apud forum Yvides*, videndum, quiſnam locus ille fuerit *Yvides* dictus, & quidem cum addito *fori* ſeu *Oppidi*? perſcrutanti mihi chartas topographicas Styriæ & Auſtriæ, nullus hujus nominis locus eſt viſus, in Diplom. tamen Seccov. 27. binis vicibus id nomen lego; *primo* enim dicitur Chunradus 1. Archiep. Salisburg. poſt fundatam an. 1140. Canoniam Seccovienſem, tunc adhuc in Feiſtriz conſiſtentem, eidem Canoniæ dediſſe Capellam S. Mariæ in Feiſtriz & S. Joannis Evang. & harum Capellarum Sacerdotem *Ortolphum*, inde amotum, *Parochianum*, id eſt Parochum *in Wides* conſtituiſſe; *2do*: in eod. Diplom. Adalbertus 2. Archiep. Salisburg. ait, ſe Canoniæ Seccovienſi inter alia *duas partes Epiſcopalium decimarum in duabus villis Arbendorf, & Nevvendorff, juxta Wides amnem conſtituiſſe.* Ejusdem fluvii *Wides* meminit etiam Diploma Göſſenſe 11. datum an. 1187. ab Ottocaro Duce, in quo ita lego: *apud fluvium Wides, prædium quod dicitur Altenbourgh.* &c. difficulter etiam ex his documentis eruitur locus & amnis *Wides*, etenim *Altenburg*, qui locus ad eum fluvium ſitus dicitur, caſtrum eſt circuli Celejenſis, nunc Epiſcopo Labacenſi ſubjectum, & aliud Altenberg vel Altenburg, hodie *Tauſent Luſt* in circulo inter Muhram & Dravum, ſitum habet. *Arbendorf* nullibi in Styria occurrit, *Nevvendorf* vero ſeu *Neudorf*, bina ſunt loca infra Græcium, Muhræ fluvio propinqua: locus itaque *Yvides* & *Wides*, ac præcipue *forum*, & *amnis Wides* mihi hactenus non innotuerunt, niſi, quod ſemel legiſſe me recordor, *Wides* amnem eundem eſſe cum *Arabone* ſeu *Raba*, cui tamen loca adſita non congruunt; quod ſi per fluvium *Wides* intelligamus Rabam, non incongrue ſuſpicarer, forum *Yvides* ſeu *Wides* reſpondere moderno *Weizio* vel *oppido S. Ruperti.*

Elegit ſepult. in Göſs.

In Veldkirchen prope Grätz poſt an. 1206. Comit.

Yvides forum quis locus item Wides locus & amnis.

Altenburg caſtr. & prædium.

Arbendorf Nevvendorf v. Neudorf.

Weiz vel S. Ruperti oppid. an vetus Yvides ſeu Wides.

Teſtes rei hujus *apud Yvides forum* geſtæ, erant.

1. *Wilhelmus Comes de Hunnenburch.* V. tom. 1. annot. Dipl. 4. 6.

2. *Ulricus nobilis de Petach* (lege *Peccach*) *& frater ejus Luitoldus.* V. tom. 1. annot. Diplom. 9.

3. *Rudolphus nobilis de Chindenberch.* V. tom. 1. annot. Diplom. 47.

4. *Erchingerus de Landiſer & frater ejus.* V. tom. 1. Diplom. 53.

5. *Rudolphus de Stadeck*, inclytam fuiſſe Styriæ familiam Dominorum de Stadeck, plura documenta adducenda probabunt, ex quibus illos, & prædia varia, & officia Styriæ habuiſſe videbimus; Buce-

Stadeck de Geneal.

linus & Hübnerus de hac familia silent, pauca habet Wurmbrandius, plura ex Styriæ Diplomataria & Necrologio Runensi invenio.

Stipes primus mihi hactenus est incompertus, probabilius cum prima horum dominorum origine incognitus erit, quemdam *Dominum de Stadeck* post annum 1246. innumerabilia damna Collegio nostro Voravienſi, cum aliis intulisse, deplorat Chronicon Vorav. cap. 8.

Ludovicus Ab. 7. Run.

Documenta Runensium tradunt an. Dom. 1226. *Ludovicum Stadtegger* Abbatem 7. Runæ fuisse constitutum, & 20. annis præfuisse, hic patruus vel frater Rudolphi 1. & Leutoldi 1. fuisse videtur.

Rudolfus 1. Luitoldus 1. fratres.

Rudolphus 1. & *Leutoldus* 1. fratres erant, ut mox patebit, primo de Rudolfo agam. Hic jam an. 1216. in Diplom. Seccov. 36. citatur, in quo *Ulricus de Stubenberg*, Jerosolymam iturus, fundos inique detentos restituit Ecclesiæ Seccovienſi, de quo pl. ad annum citatum. Idem vero Rudolphus testem egit *Gertrudi viduæ*, *Wolfgangi de Kapfenberg*, dum ea an. 1230. Seccovienſibus traderet curiam *Pajerdorff*. V. Dipl. Seccov. 49. præterea an. 1261. subscripsit Diplom. Runensi 26. quo dicto Monasterio traditum est *castrum Helfenstein*.

Ambo feudatarii Eccles. Salisburg.

Obtinent decim. in Hartberch.

Anna ux. Leutoldi.

Leutoldus 1. *Rudolfi frater*, cum eodem apparet in Diplom. 39. Episc. Seccov. an. 1258. quo *Leutoldus de Stadeck* promittit se dein Domino suo *Ulrico Ven. Archiep. Seccov. & Ecclesiæ suæ*, fidelibus, & utilibus semper obsequiis adhæsurum, & quidem ea de causa, quod Ulricus Archiepiscopus, sibi & *uxori suæ Annæ*, decimas *in Hartberch*, ac alibi sitas jure feudali denuo contulerit, uti eas decimas ambo hi fratres titulo pignoris antea ab Eberhardo Archiepiscopo possidebant. V. Diplom. cit. Ex hoc itaque Diplomate innotescit frater Rudolphi Leutoldus, qui in Diplomate Seccov. 58. ad ann. 1243. circiter, tecto solum nomine ita adducitur: *D. Rudolphus, & frater suus de Stadecke.*

An. 1260. in Diplom. Runensi 2324. dissertis denuo verbis referuntur: *Rudolfus & Leutoldus fratres de Stadecke*, & mox additur: *in Styria*: an. 1262. in Diploma Ottocari regis Bohemiæ dato Henrico Liechtensteinio inter *testes de Styria*, occurrunt *Rudolphus & Ludoldus fratres de Stadegge*, ut v. Excell. Wurmbrand. f. 193.

Leutoldus vero solus visitur in Diplom. Göss. 48. ad an. 1261. ac an. 1262. in Diplom. Seccov. 75.

Diemudis ux. Leutoldi de Stadeck.

Ambo occurrunt etiam in Necrologio Runensi, & *Leutoldus* quidem legitur defunctus 3. *Kal. Februarii*, additur mox *cum uxore Diemude*, cum vero ad 13. *Kal. Aprilis*, ac iterum ad 15. *Kal. Novembr.* recitetur mortuus *Leutoldus de Stadeck*, ægrum erit divinare, quis horum primus, secundus vel tertius nomine fuerit? item cujus uxor Diemudis exstiterit? nisi alia id monumenta doceant.

3. erant hujus nominis.

5. Rudolfi de Stadeck.

Difficilius eruo adhuc Rudolphi diem emortualem, nam quinque Rudolpi de Stadeck occurrunt in Necrologio Runensi, & ex iis unicus solum *junior* appellatur, quem Rudolfum 2. fuisse censeo: subjungo eos excit. Necrologio.

9. *Kal. Aprilis. Rudolphus de Stadeck.*
4. *Idus Aprilis. Rudolphus junior de Stadeck.*
12. *Kal. Julii. Rudolphus de Stadeck.*
16. *Kal. Novembr. Rudolphus de Stadeck.*

6. *Kal.*

6. *Kal. Januarii. Rudolphus de Stadeck.*

Anna de Stadeck uxor erat Leutoldi 1. ut ſupra ex Diplom. Epiſc. Seccov. 39. oſtendi, hæc vero fuit *nata de Mehrenberg*; ita doceor ex originali membrana Mährenberg. cœnobii, apud Clar. Frælich Dipl. Styriæ part. 2. fol. 321. in qua *Geisla Alberti de Mehrenberg relicta* ſeu vidua, *Annam de Stadecke* filiam ſuam, ac generos *Rudolphum & Luitoldum de Stadecke* fuiſſe docet ad an. 1251. In Necrologio Runenſi ad 2. *Idus Maji* & ad 4. *Kal. Octobr.* occurrit *Anna de Stadeck*, ſed quæ harum prima vel 2da fuerit? non diſpicio. *Anna de Stadeck uxor Leutoldi filia Alberti & Geislæ de Mährenberg. Anna item alia de Stadeck.*

Hertnidus 1. de Stadeck in Diplom. Göſſ. 56. ad ann. 1274. inter 13. miniſteriales Styriæ teſtis adfertur tertio loco, idem Græcii an. 1279. præſente Rudolpho 1. Habſpurg. Imp. litem compoſuit cum Bernardo Epiſcopo Seccov. *ſuper judicio in Pirchfelde.* V. Diplom. Epiſc. Seccov. 56. in quo meminit uxoris ſuæ *Diemudis de Veltſperch*, cujus nomine & loco *judicium in Pirchfelde* ſibi prætendit. *Hertnidus 1. uxor Diemud. de Veltſperch.*

Hertnidus 2. de Stadeck vel probabilius Hertnidus 1. (v. dicta an. 1198.) ad an. 1292. Prætor ſeu Capitaneus Styriæ fuiſſe refertur ſub Alberto Duce, ita Chron. Matthæi ſeu Gregorii Hageni apud Hier. Pez tom. 1. Col. 1119. & Haſelbach. ibidem tom. 2. Col. 754. in Catalogo Prætorum Styriæ MS. Chron. Styriæ hoc tempore nullus de Stadeckiis inter Prætores Styriæ legitur, qua de re pluribus ad eundem annum. Cæterum an. 1326. in Diplom. Göſſ. 29. idem Hertnidus legitur, & author German. Sacr. tom. 2. f. 451. teſtatur, an. 1329. *Hertnido* huic, & *Rudolpho fratribus*, aliisque nobilibus in præmium fidei & obſequiorum a Frider. 3. Archiep. Salisburg. datum fuiſſe *Freundſperg* caſtrum: *Rudolphum*, Hertnidi hujus fratrem, 2dum hujus nominis arbitror, qui in Necrol. Runenſi ſub nomine *Rudolphi junioris* citatur. V. dicta in Rudolpho 1. *Hertnid. 2. an Capitan. Styriæ. Freundſperg caſtrum.*

Gertrudes uxor Hertnidi 2. (nam primi hujus nominis uxor erat Diemudis, ut ſupra dictum) adducitur in Runenſi Necrol. his verbis: *6. Idus Januar. Gertrudis uxor Hertnidi de Stadeck.* *Gertrudes ux. Hertnidi 2.*

Leutoldus 2. & 3. (tres ejus nominis fuiſſe docet Necrol. Runenſe) aegre ab invicem dignoſcuntur: unus horum Capitaneus Carnioliæ fuit, ita Diploma Teutonicor. Græcenſ. datum an. 1360. a Rudolpho 4. Auſtriaco. in quo inter teſtes legitur *Leutoldus de Stadeck Capitaneus ejusdem Carnioliæ.* V. Diplom. S. Ducat. Styriæ p. 2. f. 198. an. dein 13[illegible]. &c. teſte Excell. Wurmbrandio f. 365. 287. *Provincialis Auſtriæ mareſchallus* fuit. Illuſtr. Valvaſar. in Chron. Carnioliæ Leutoldum de Stadeck, Prætorem Carnioliæ ordine 14 numerat. *Leutold. 2. u. 3. Capit. Carniol. & Provinc. Auſtriæ mareſchall.*

Rudolphum 3. de Stadeck manifeſtat Diploma quoddam an. 1368. Viennæ datum apud Excellentiſſimum Wurmbrand. f. 78. v. plura in Rudolpho 1. *Rudolph. 3.*

Eliſabetha de Stadeck, uxor erat cujusdam *Domini de Traun*, etenim filios ejus *Joannes de Traun Canon. Paſſav.* & Olomuc. affini ſuo *Burcardo de Winden* medietatem bonorum, a matre ſua Eliſabetha ſibi relictarum an. 1386. vendidit, ut ex archivo ſtatuum Auſtriæ num. 1299. legit Excell. Wurmbrand. f. 11. Hübnerus tab. 564. Eliſabetham hanc *Joannis 1. de Traun* an. 1361. defuncto, uxorem 1. tribuit, teſte tamen eodem *Stadeck de Eliſab. ux. Joan. v. Otton. de Traun. Winden de Burc. Traun de Joan. Canon. Paſſav. & Olomuc.*

dem Hübnero, Joannes de Traun Can. Paſſav. non erat filius Joannis ſed Ottonis de Traun.

Stadeck de Joan. Capitan. Styr.

Joannes Dom. de Stadeck, Capitaneus Styriæ an. 1398. fuit, ita docet Diploma Gyrienſe 33. in quo Wilhelmus Dux immunitatem cœnobio tribuit ab omnibus tributis, idque *Joanni de Stadeck* Capitaneo Styriæ inſinuat; idem habet Necrolog. Runenſe hiſce verbis: 8. *Idus Septembr. Joannes de Stadeck Capitaneus in Styria.* Ex quo videri poteſt, quæ & quanta fides jactato illi Catalogo Prætorum Styriæ in Chron. MS. ejusdem Styriæ, haberi debeat, cum ille Joannem hunc inter Prætores noſtrates penitus ſileat.

Catal. Prætor. Styr. cujus authorit.

Stadeck de Gutta filia Hugon. Com. de Montf. † Horum bona in Styr. Loſenſtein Bern.

Gutta de Stadeck, an Joannis hujus, vel alterius hujus familiæ uxor fuerit? mihi hactenus non patuit, filia vero fuit *Hugonis Comitis Montfortii*, etenim *Bernardo de Loſenſtein*, cum Hugone Com. dicto circa an. 1410. graves lites, Stadeckenſium feudorum cauſa interceſſerant, atque in litteris inter eos datis ait Montfortius: Solt du wiſſen, daß ich mich Deines erbs, noch Guts in ſolcher maaß nicht underbunden habe, und das findt ſich mit der wahrheit; meine Tochter Gutta von Stadeck hat dirs mit den Landrechten zu Grätz in der ſchraan aberhalten, als ſie des Gerichts Brief hat.

Quænam fuerint feuda Stadeckenſia, colligitur ex continuatione harum litterarum, nempe: von etlichen Gütern wegen auf den Aigen bey Grätz gelegen ꝛc. cauſa tamen diſcordiæ inter eos non ſatis liquet, nam Hugonis de Montfort vidua reſcripſit Loſenſteinio: die urſach diſſer mißhellung iſt nicht eigentlich zu finden, allein ſo viel in Graf Haugens ſchreiben Bemeldet wird, von dem Gietern am Aigen bey Grätz gelegen, obs villeicht von droben gemelten Salzburgiſchen lechen vergleichung der Stadeckiſchen Güter, welche hernach Graf Haugen Sohn, neben dem Schloß Vrundſperch an ſich gebracht, daher Herr Bernhard an dem Grafen ſpruch zu haben vermeinet hat. Ita Excell. Wurmbrand. f. 230. 231.

Aigen loca 3. in Styria.

Caſtr. Styr. ſuper.

Aigen loca ſunt trina Styriæ, unus horum prope Græcium, ut modo dictum, alter arx Styriæ Superioris in valle Anaſi prope Rotenmannum, hodie Comitum de Butterer, 3tius infra Straden ad fines Hungariæ.

Fronſperg caſtr.

Fronſperg ſeu *Freundſperg* caſtrum eſt circuli Voravienſis hodie Græcenſis, viduæ Dom. de Crololanza olim proprium antehac feudum Salisburgenſe, uti in Hertnido 2. Superius dixi quod olim *Hertnido 2. Rudolpho 2. fratribus de Stadeck* uti & 4. *Dominis de Loſenſtein, Hartnido, Rudolpho, Dieterico & Ludovico* in feudum eſt conceſſum, ob quod dein lites & diſcordiæ ſunt exortæ inter Loſenſteinios & Montfortios.

Gutta hæc *de Stadeck*, corrupto nomine in Necrol. Runenſi refertur ita: *Idibus Septembris Tueta de Stadeck.*

Plures adhuc hujus familiæ ex Necrologio Runenſi, ſed ſine actis & epocha manifeſtantur, nempe hi:

D. Offina de Stadeck,	obiit	3. *Non. Febr.*
- *Ofina uxor D. de Stadeck*,	- -	3. *Id. Martii.*
- *Anna 2. de Stadeck*,	- -	4. *Kal. Octobr.*
- *Dietericus 1. de Stadeck*,	- -	15. *Kal. Maji.*

D. Hen-

D. Henricus de Stadeck, obiit 2. *Non. Julii.*
- *Dietricus 2. de Stadeck*, - - 7. *Id. Octobr.*
- *Fridericus de Stadeck*, - - 3. *Kal. Decembr.*

De his documenta alia non ſuppetunt.

6. Teſtis Diplom. eſt *Wulphingus de Capfenberch* v. tom. 1. Dipl. 14.

7. *Ulricus de Stubenberg.* V. tom. 1. annot. Dipl. 4.

8. *Otto de Chrembs.* V. tom. 1. annot. Diplom. 36.

9. *Offo de Linphinpach, & cognatus ejus Hartvvicus*, ignotus mihi, nec alibi viſus teſtis. *Linphinbach de*

10. *Ottach. de Grätz.* V. tom. 1. annot. Diplom. 7.

11. *Rudolph de Raſe.* V. tom. 1. Diplom. 48. & tom. 2. Dipl. 17.

12. *Otto de Grätz.* V. tom. 1. annot. Diplom. 7.

13. *Yvvecilo de Xäven & frater ejus Hervvardus.* Error Calami hæ- *Xaven de.*
rebit, nullus enim de Xaven unquam legitur, forte *de Saven vel Daven* ut v. tom. 1. annot. Dipl. 7.

14. *Ervvicus de Gaſtn.* lege *Geſtinck.* V. tom. 1. annot. Diplom. 8.

15. *Bertholdus de Limberch*, denuo in rebus Styriæ ignotus, niſi *Limberch de*
forte legendum foret *de Lamberch* vel *Lemberch*, eſt enim arx Styriæ in *Lemberch caſtr.*
circulo Celejenſi, hodie Comitum de Schrattenbach, item alia *arx Lim-*
berg venuſtiſſima, & munita in circulo inter Muhram & Dravum Do-
minorum de Jarisburg, a qua forte hi Domini deſcenderint, ſed præ-
ter hunc Bertholdum nullus ſe adhuc manifeſtavit.

16. *Gotſcalcus Derfroberch* (fors *de Froberch*) ignotus teſtis. *Froberch de*
17. *Ulricus & Dietricus de Schlitgraben*? incogniti. *Schlitgraben.*

18. *Albero de Dunckeſth*, puto *Dunckenſtein.* V. tom. 1. Dipl. 7.

19. *Ludovicus de Capfenſtein.* V. tom. 2. annot. Diplom. 3.

Hi fuerunt teſtes fundationis ſeu donationis Guetenbergicæ, in Göſſ, a Leopoldo Duce noſtro confirmatæ.

Cum vero dein *Eliſabetha de Guetenberg* poſt an. 1206. obiiſſet, ac in Göſs ſepulta fuiſſet, filia ejusdem Ottilia Abbatiſſa Göſſenſis, *Ulri-* *Peccach de Ulr.*
cus de Peccach, delegatorem a matre Eliſabetha conſtitutum accerſivit, petens, ut delegationem ſibi commiſſam perageret, quod & Ulricus illico præſtitit, nemine reclamante vel contradicente, teſtes huic de-legationi præſentes plures erant, nulla nobilitate inſignes, ait enim ipſum Diploma, delegationem eam factam *multis viris honeſtis aſtantibus*, hos inter reſeruntur.

1. *Ulricus nobilis de Peccach* delegator. V. tom. 1. Diplom. 9.

2. *During de Stire.* V. tom. 1. annot. Diplom. 6.

3. *Wichardus junior de Charlisberch, & Leo miles ipſius.* V. tom. 1. *Milites qui o-*
annot. Diplom. 66. *militum* nomine, ut ſæpius obſervavi, veniunt viri *lim dicti.*
ordinis equeſtris, præter hos vero, *feudatarios* non raro ſeu *beneficia-*
rios, eo nomine intellectos opinor, quibus prædia in feudum conceſſa, ut pro ipſis arma gererent, cum enim plures hujusmodi feudatarii ſub nomine militum, hique inter nobiles reperiantur, probabilius feuda-tarios aliorum fuiſſe ſuſpicor, hisque Dominis tanquam Vaſalli ad mi-litiæ obſequia obligati.

4. *Werigant & frater ejus.* Deeſt nomen, interim obſervo, minime correctum eſſe hoc Diploma, vix enim noſcitur, quo nomina appel-

lent, credideram hæc nomina pertinere ad Waldſteinios, ſed inter hos nullos Werigantus reperitur.

5. *Luitoldus de Waldſtein.* V. tom. 1. annot. Diplom. 7.

Torſul de 6. *Sifridus de Torſul*, inter Styros eum recenſeo, etenim an. 1287. *Ortolphus de Torſeul miles* adducitur in Diplom. Epiſc. Seccov. 69. Græcii dato, cæterum nullum hujus familiæ deprehendi.

Lurcke. 7. *Wolfram*, *Anshalm*, *Otto Lurcke*, ignoti & ignobiles.

8. *Ortlieb*, *Walchum*, *Chunradus Auborn.* Itidem.

9. *During de Schöneck.* Lazius lib. 8. de migrat. gent. f. 474. adducit inter ſuevos, *ingenuos de Schoneck*, forſitan Duringus hic ex Svevia in Styriam migravit, cæterorum neminem adhuc in rebus Styriæ obſervavi.

Voget de. 10. *Alcuinus*, *Ortolfus Chunradus de Voget.* Incogniti.

11. *Chunrad de Duringe.* V. tom. 1. annot. Diplom. 71.

Phanberg de 12. *Wichart de Phanenberch.* *Pfanberg* arx eſt Styriæ ſupra Peggo-
Geneal. caſtrum. vium, monti inædificata, cui nova in planitie adjecta eſt, eaque pul-
Gravendorf caſt. cherrima a Domino de Safran, hodie *Grafendorf* dicta. Ab arce illa veteri nomen, & ortum ſuum traxit celeberrima & vetuſtiſſima dynaſtarum Styriæ de *Phanenberg* familia, cujus ideam quandam exveteribus documentis hactenus mihi viſis, ita ordino ac notis illuſtro.

A. *Wichartus de Phannenberch*, annno 1214.

B. *Seifridus* an. 1250.

C. *Bernardus* an. 1259. ad 1270.

D. *Luitgardes.* mar. Herman. de *Sinzendorf* † 1246.

E. *Henricus* ab an. 1256. ad 1287. ux. N. forte Stubenbergica. V. Diplom. 195.

Ee. *Reynoldus* Abbas 11. Runæ. de quo v. an. 1280. & ſeq. *ſine epocha.*

F. *Ulricus* 1. ab an. 1236. ad 1303.

I. *Otto Comes.*

K. *Mechtildes.*

L. *Duringus.*

M. *Chunegundes* Monacha in Admont.

G. Uxor probabilius 2da *Margaretha* 1. Ulrici 3. *de Heunburch* filia an. 1288. 1303.

N. *Sophia.*

O. *Anna.*

H. *Ulricus* 2. ab an. 1323. ad 1355. uxor N. ſoror *Ulrici de Walſee* v. an. 1314.

P. *Joannes Comes de Pfanberg* an. 1369. &c. Capitan. Styriæ vel Carinthiæ uxor N. in MS. Kainach. dicitur Ulrici filius.

Q. *Margaretha* 2. uxor Joan. Com. de Celeja an. 1369. antea vero *Wilhelmi vel Hug. de Montfort.* conjux. vidua an. 1377.

R. *Hugo Comes de Pfannberch.* an. 1494.

Familiæ origo. Singulos jam notis antequam illuſtrem, prænoto, Lazium lib. 6. de migrat. gent. f. 180. eam familiam ab Heunburgiis & Sternbergiis deducere, eo quod, & ſcuta inter ſe habeant ſimilia, & bona Heunburgiorum, aç Sternbergiorum, ad Celejanos & Pfanbergios devenerint; Anonymus Leobienſis apud Hier. Pez tom. 1. pag. 831. maternam ab

Heun-

Heunburgiis deducit Pfanbergiorum originem, docens, *Ulrici* 3. *de Heunburg* filiam unam, *Ulrico* 3. *de Saneck*, alteram vero *Margarethan*, circa an. 1288. *Ulrico* 1. *de Pfanberg* nupſiſſe, ita vero ait cit. anonymus: *relictum ejus* (Ulrici Ducis Carinthiæ) *Agnetem, ſororem Friderici, qui cum Chunradino interiit, Duxit Comes Ulricus* 3. *de Heunburg, quæ genuit filios & filias*) interque has uxorem Ulrici 3. de Seuneck & Margaretham uxorem Ulrici 1. de Pfanberg) *ex quibus proceſſerunt Ulricus* nempe 2. *de Pfanberg* &c. ſed longe anterior eſt origo Pfanbergiorum, ut documenta afferenda exhibebunt, quamvis primum hujus familiæ ſtipitem hactenus reperire non potuerim.

Caſtra *familiæ* hujus expoſui ad an. 1268. antequam Pfanbergios ipſos explanem, de caſtro hoc quædam refero, quæ archivum noſtrum aulæ Græcenſis continet, notatu ſane digniſſima.

Pfanberg caſtr. B. de Jöchlinger Sæc. 17.

Et primo quidem *Caſtrum Phanberg* Sæculo 17. erat Baronum de Jöchlinger, qui ab eo caſtro ſe Barones ſcripſere; plura documenta manus habeo id evincentia ſic an. 1637. Dominus Wolfgangus Jöchlinger Baro de Pfanberg dictus eſt, & cancellarium aulicum Græcii egit.

An. 1524. D. de Dietrichſtein.

Ex documentis aulæ noſtræ Græcenſis ladula 58. invenio, caſtrum Pfanberg an. 1524. a Principe terræ venditum fuiſſe cuidam Domino de Dietrichſtein, attamen cum jure reluitionis.

An. 1528. idem caſtrum, per mortem ut opinor Dietrichſteinii emptoris, liberatum, denuo Principi terræ obvenit, qui illud hoc uti & an. milleſimo, quingenteſimo, trigeſimo &c. incognito cuidam conceſſit.

An. 1540. D. de Herberſtein.

An. 1540. die 10. Januarii illud a Ferdinando Styriæ Duce dein Imperatore collatum eſt Wilhelmo Domino de Herberſtein, ex protocol. Auſtr. Cameræ aulicæ, anterioribus vero temporibus caſtrum Phanberg & Pocka Comitum de Montfort fuiſſe plura alia documenta habent.

Antea Com. de Montfort.

Phanberg Capellania.

Hoc in caſtro Comites Montfortii, dum caſtrum hoc poſſiderent, Capellaniam fundaverunt, de hac Capellania ex libro viſitationis de an. 1544. ſequentia nota: *Extract aus dem viſitations* Buech *de an.* 1544. So befindet ſich auch ein *Beneficium in* dem Gſchloß Pfanberg in der Capellen, ſo auch von denen herrn Grafen von Montfort, in Zeit ihrer der Herrſchaft Pfanberg inhabung geſtifftet worden, darauf jederzeit ein Capellan, der ſein eigen Hauß, und Grund darzue hat, gehalten worden, aber nach des jingſten Capellan abſterben ohngefähr vor 2. jahren (*id eſt an.* 1542.) iſt dieſelbe Stifft, ſo mit holden in die 23 ℔. der Herrn Gilt, durch Graf Jörgen von Montfort, mit ſambt dem Stüfftbrief darüber lautend eingezogen worden, und alſo bishero kein Capellan aufgenohmen, noch erhalten wird.

Confiſcetur a Georgio Com. de Montfort an. 1542.

Re Catholica per Styriam reſtituta, illico de fundationis hujus redhibitione lis agitari cæpit, bona enim Capellaniæ hujus Dominio Pöggenſi atributa ſunt partim, & alia Dominio in Waltſtein: fundatio hujus Capellæ S. Catharinæ infra montem veteris caſtri Pfanberg eo onere ligata erat, ut Capellanus ſub monte habitans certis temporibus in caſtro & in Capella S. Catharinæ miſſam perſolvere teneretur.

Bona attributa Dominio in Pöggau & Waltſtein.

Visitatio Capellæ huj. an. 1617.

An. 1617. *visitatio Sacelli nobilium Dominorum Wolfgangi & Dominici Jöchlinger in castro Pfanberg* 15. *Novembris facta*, sequentia habet: *Sacellum istud tria altaria consecrata continens antiquissimum est, & a Comitibus de Montfurt exstructum, fundatumque, & cum illorum Comitum ultimus ex Styria discessisset, non tantum antea castrum abalienavit, verum etiam bona ad istud Sacellum & Capellaniam spectantia distraxit, quorum pars ad generosum dominum a Windischgraz castri hujus vicinum devenit, alias prædicta Capella beneficii occasione in libris provincialium inscripta reperitur per* 23 ℔. Herrn Gült, *quoniam vero nominatus ultimus Comes jus nullum habuerit dicta bona abalienandi, nec plus juris in alium transferendi possessorem, quæ prædictorum bonorum, bona fide non extent, elaborabunt nobiles Domini Jöchlinger debitis juris remediis ablata bona, beneficio denuo vendicare.*

Jöchlinger de Wolfg. & Dominicus.

Waltstein DD. de Windischgrätz.

Ex his firmantur mox dicta nempe, bona Capellaniæ hujus tum Dominio Pöggensi, quod Eibiswaldiis post an. 1542. excedentes Styria Comites de Montfort vendiderant, tum Dominio Waltstein sub Windischgraziis fuisse attributa.

Sæculo 16. integro intacta mansit lis isthæc, sicque bona Capellaniæ hujus fere per sæculum ab an. nempe 1542. ad an. usque 1631. quo lis agitari & an. 1640. quo decisa est, penes Dominium Pöggav & Waltstein remansere, tandem anno 1631. & antea expulsa jam in integrum e Styria Lutheri hæresi, de hisce bonis fundatis actum est a Dominis de Jöchlinger castri Pfanberg possessoribus, anno itaque 1631. contra Dominum *Amelricum* B. de Eibiswald, ejusque tutorem *Paulum Baronem de Eibiswald*, agente D. Jacobo Mayer v. J. Doctore & Cameræ Ducalis Procuratore sententia lata est ab inter. Austr. regimine die 12. Aprilis ita ut Eibiswaldii bona hæc Capellaniæ Pfanbergensis restituerent una cum damno emergente & lucro cessante; ut MS. citata archivi Græc. aulæ Vorav. habent, petiti itaque sunt Eibiswaldii castri Pöggav possessores, cum bona hæc fundata huic Dominio fuerint injuste attributa.

An. 1631. Eibiswaldiis imposita restitutio bonorum.

An. 1633. die 31. Maji taxatum est lucrum cessans & damnum emergens cum expensis litis valore 10467. fl. 15. kr. 2. §. 5. dl. ita in regim. Græc. Consilio subscriptis Reinoldo Episc. Labac. locumtenente Styriæ, Joanne Caspar. de Dornsperg Cancellar. Joan. Bapt. Pannizol, Hieron. Bucellini.

Cum lucro cess. & damno emerg.

An. 1638. D. Georgius Amelricus Baro de Eibiswald deputatus Styriæ testatus est, quod ad Capellam S. Catharinæ in Pfanberg & sustentationem Capellani ibidem 23. ℔. 5. §. 11. dl. der Herrn Gilt fuerint olim fundata, eaque bona fundata per Comitem de Montfort abalienata, ac Dominio in Pöggav unita fuerint, lite vero decisa, D. Joanni Sauerbreü Capellano in Pfanberg tradit subditos Pöggavienses pro his bonis, eorumque nomina designat: appressit suum Sigillum etiam Fridericus Baro de Eibiswald tutor hæredum Pauli Eibiswaldii &c.

Windischgrätz de Frider. & Salome solvunt 550 fl. fundat. Pfanberg.

Anno 1639. Joannes Sauerbrey Sacerdos & Beneficiatus fundationis S. Catharinæ in castro Pfanberg testatus est, sibi 550. fl. solutos fuisse ab Illustrissimo Domino *Friderico Domino de Windischgrätz Barone ad Waltstein & in valle seu* Thal, *Domino ad Trautmanstorf & Rabenstein supremo hæreditario Equilium præfecto, & a Domina Salome Domina*

mus de Windiſchgraz vidua, nata Baroniſſa de Khevenhüller ob redditus ablatos Capellaniæ Pfanbergenſi, nempe agros & pratum penes locum Pichelhoff ſpectantem ad Dominium Rabenſtein, quos agros, pratum cum loco Pichelhof Domini Comites de Montfort abſtraxerunt, poſſederunt, & tanquam rem ſuam vendiderunt, teſtimonii hujus apographum ad manus habeo, ſuo quondam loco proferendum in quo idem Beneficiatus teſtatur *Illuſtriſſimum DD. Wolfgangum Jochlinger, Baronem & Dominum ad Pfanberg & Hartenſtein, S. C. M. Conſiliarium intimum, ac Cancellarum aulicum*, Capellaniæ hujus fuiſſe advocatum. Beſchehen zu Grätz den 29. Tag Monats *December*, des 1639. jahrs. Apreſſit etiam Sigillum ſuum Wolfg. Jöchlinger Baro.

Jöchlinger de Wolfg. advocatus hujus Capell.

Dominos de Jöchlinger non ſolum jus advocatiæ ſed etiam patronatus Capellaniæ Pfanbergenſis habuiſſe, teſtatur Diploma de *an.* 1641. hujus tenoris: *Nos Paris D. G. Archiepiſcopus & Princeps Salisburgenſis, S. Sedis Apoſt. Legatus &c. dilecto nobis in Chriſto Joanni Sauerbrey Presbytero ſalutem in Domino, vacante ad præſens beneficio S. Catharinæ in arce Pfanberg noſtræ diœceſis propter annuos proventus totaliter ab hæreticis ſubtractos, exiguo autem abhinc tempore via juris vendicatos, ne ab diuturnam proprii Sacerdotis carentiam, divinus cultus negligatur, ſed piæ menti fundatorum debite ſatisfiat, tibi præfato Joanni Sauerbrey presbytero, ad præſentationem nobilis nobis in Chriſto dilecti Wolfgangi Jochlinger Liberi Baronis & Domini in dicta arce Pfanberg, ad quem ratione patronatus ibidem jus præſentandi pertinere dignoſcitur, prædictum beneficium ſic vacans, authoritate noſtra ordinaria, emiſſa primitus fidei profeſſione, præſtitoque ſolito, fidelitatis & obedientiæ juramento, per Venerabilem fratrem & amicum noſtrum dilectiſſimum Joannem Martium Epiſcopum Seecovienſem, Sac. Cæſ. Majeſt. arcanum noſtrumque Conſiliarium & Vicarium Generalem per utramque Styriam &c. omnibus melioribus, modo, via, jure, cauſa ac forma, quibus melius poſſumus & debemus, tenore præſentium confirmamus, teque de eodem providemus, & inveſtimus, adminiſtrationem tam ſpiritualium quam temporalium ejusdem plenarie Committendo, in nomine Patris, & Filii & Spiritus S. Amen, mandantes omnibus & ſingulis Presbyteris curatis, & non curatis ubilibet in Diœceſi noſtra conſtitutis in virtute S. obedientiæ, ut qui præſentibus fuerint requiſiti, te prædictum Joannem Sauerbrey Presbyterum in corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem inducant, facientes tibi de præfati beneficii fructibus, redditibus, proventibus juribus & obventionibus univerſis, ab omnibus quorum intereſt integre reſponderi, contradictores & rebelles quoscunque debitis cenſuris Eccleſiaſticis compeſcendo, Harum teſtimonio litterarum, manus propriæ ſubſcriptione, & Sigilli noſtri appenſione muniarum. Datæ in Metropoli noſtra Salisburgo die* 11. *menſis Martii anni ſalutis* 1641.

Et patronus.

Diploma Paridis Arch. Salisb. de Patronatu loci.

Paris. (L. S.)

Sed jam an. 1640. Ferdinandus 3. Imperator fundationem Capellaniæ S. Catharinæ in Pfanberg contulit Wolfgango Baroni de Jöchlinger, cui antea caſtrum ipſum Ferdinandus 2. Pater largitus eſt, qua de re copia Diplomatis in archivo noſtro Græcenſi exſtat.

Pfanberg caſtr. Sæc. 17. fit DD. de Jöchlinger.

An. 1671. Joannes Sauerbrey Beneficiatus Pfanbergenſis acceptos ut dixi a Windiſchgraziis 550. fl. impendit exſtruendæ novæ domui Capellani in Pfanberg, quam expenſis ſatis magnis 1200. fl. reſtituit,

Ædificat denuo domus Capellani Pfanberg.

ita ſcripto reliquit Joan. Georgius Gleſſer SS. Theol. Baccal. Can. Reg. Vorav. qui id ex ejusdem ore ſe audiiſſe teſtatur.

Capellania Pfanberg. fundatio ex Pöggav.

Ex quibus proin patet, fundationem hujus Capellaniæ tum Dominio Waltſtein, tum Pöggav Sæc. 16. fuiſſe attributam, prima tamen dos & fundatio ex bonis Dominii Pöggav deſumpta videtur, nam in citato archivo noſtro Græcenſi ladula 71. ſequentia reperi.

Extract wegen des Herrn Herman Graven von Montfort geſtiftteten *Beneficio* eines frue Meſſers, das *viſitations* Buech de an. 1545. ſo bey der löbl. Regierungs Canzley, gibt diſſe *Formalien. Item* iſt auch zu St. Catharina kürchen in dem Markt Fronleithen von Graven Stephan v. *Montfort* welcher des Grafen *Hugonis* v. Montfort Bruder geweſen, in 1436. jahr ein *Beneficium* zu einer frue Meß gehalten, von *Pöckau* aus durch Herrn Graven Georgen zwar ein jährliche gewiſſe unterhaltung gereichet worden, nach deſſen Tod aber iſt von ſeines hinterlaſſenen minderjährigen Sohns nahmens Herman geordneten Gerhaben auch diſſes *Beneficium* aufgehebt, und die unterhaltung dem Caplan nicht mehr gereichet worden. An hoc Beneficium idem ſit cum Pfanbergenſi? hæreo adhuc, id certum Sæc. 17. fine Canoniam Voravienſem, ob Dominium Pöggenſe jus advocatiæ & patronatus Capellaniæ Pfanbergenſis prætendiſſe, lite tamen hac ſapita Barones de Jöchlinger in poſſeſſione hujus advocatiæ & patronatus hodie adhuc perſiſtunt. Hiſce prælibatis Genealogiam Pfanbergiorum expono.

Pfanberg de Wichart.

A. *Wichartum*, primum omnium ex Pfanbergiis ad an. 1214. ex Diplom. hoc Göſſenſi deprehendi, an Pater fuerit vel patruus Seifridi, & aliorum? incognitum, MS. Kainach. hujus nomen non expreſſit, ſed ad annum 1165. vixiſſe docet.

Sifridus.

B. *Seifridus Comes de Phanenberg* occurrit in Diplom. Seccov. 63. ad an. 1250. fratrem ſuſpicor fuiſſe Bernardi & Ulrici.

Bernardus.

C. *Bernardus Comes* an. 1268. deiatus eſt tanquam unus conjuratorum Styriæ, Ottocaro regi, a Friderico de Petav. ut v. eo anno: jam vero antea ad an. 1259. videtur in Diplom. Runenſi 22. & cum eodem Ulricus 1. nepos. Ex. Diplom. Runenſi 26. ad an. 1261. a *Wochone de Roſenberg* Capitaneo Styriæ dato patet, Bernardum hunc & Henricum Comites de Phanenberch Runenſibus injurios fuiſſe in poſſeſſione caſtri *Helfenſtein*, (quod *Ottocarus de Grätz* tanquam feudum Salisburgenſe tenebat, & Fridericus Bellicoſus Dux, a ſe antea jure dictante deſtructum, cum conſenſu Eberhardi Salisburg. Archiep. Runenſibus donabat) cum vero iidem Domini de Pfanberg a Runenſibus in placito generali Mahrburgenſi impeterentur, hique poſſeſſionem hujus caſtri per teſtes legitimos probarent, Domini de Pfanberg jure omni ſuo ceſſerunt. v. dipl. cit. An. 1262. Bernardus idem teſtem egit litis Seccov. Canoniæ adjudicatæ a Brunone Epiſc. Olomuc. Styriæ Capitaneo. v. dipl. Seccov. 75. item ſubſcripſit diplomati ottoc. regis dato *Henrico de Liechtenſtein.* v. Excell. Wurmbr. f. 195. Idem Bernardus cum Henrico fratre ſubnotatus eſt diplom. Seccov. 96. an. 1270. poſthac mihi amplius viſus non eſt; dies mortis legitur in Necrologio Runenſi his verbis *XI. Kal. Nov. Bernhardus Comes de Phannebercb*, annus latet, quo obierit.

D.

D. *Luitgardim de Phanberch* exhibent mihi monumenta monaſterii Campililienſis apud Excell. Wurmbr. f. 14. quæ habent, *Marquardum Sinzendorfium* una cum uxore ſua *Luitgardi Comitiſſa de Pfanberch*, & filiabus Chriſtina & Adelhaide in Monaſterio Campilil. ſepultum fuiſſe, qua de re tamen ſilet author faſtor. Campililienſ. ad eum annum. *Luitgardes marit. Sinzendorf de Marquard.*

E. *Henricus* præter adducta ſub lit. A. documenta, notatur ex pluribus aliis; erronee, ut puto, eum Lazius lib. 6. de migrat. Gent. f. 180. *Capitaneum Styriæ vocat*, ſed, ut jam obſervavi in annot. Diplom. 9. tom. 1. *Henricus ille de Pecka & Pfanberg*, in nullo Diplom. Styriæ occurrit, præterquam in Catal. illo Prætorum Styriæ in MS. Chron. ejusdem Provinciæ, qui tamen ſæpius fallit, & male Lazius *Dominos de Pecka & Pfanberg* confundit, cum diſtinctos exhibeant Diplomata veterum: an. 1270. cum Bernardo citatum in Diplom. Seccov. 96. Superius oſtendi, atque an. 1274. Diplomati Göſſenſi 56. primus poſt Bernardum Epiſcopum Seccov. Sigillum ſuum appoſuit. An. 1277. egit judicem provincialem Styriæ, cum Friderico de Petav, ut v. Diplom. Seccov. 103. & Admont. 7. in Diplomat. Styriæ part. 2. f. 227. Seizenſe 31. 32. &c. Ejusdem in prælio Rudolphi 1. cum Ottocaro Bohem. rege egregie geſta v. an. 1278. an. præced. vero Viennæ adfuit, dum legem de feudis Principum Eccleſiaſticorum ferret Rudolphus 1. obiit porro ante an. 1288. quo Ulricus 1. filius patris ſui Henrici damna, Seccovienſibus ad Witſchein illata, compenſavit. V. Diploma Seccov. 177. hinc manifeſto denuo errore MS. Chronicon Styriæ, eum, ut Prætorem Styriæ an. 1256. defunctum docet. Dies obitus in Necrologio Runenſi notatur ita: 9. *Kal. Aug. Heinricus Comes de Phannebercb*? tandem ut an. 1268. obſervavi, Henricus hic primus Pfanbergiorum caſtrum Pecka poſt obitum horum dynaſtarum obtinuit, attamen nullibi adhuc eum, *de Pecka* etiam ſcriptum legi. Viennæ apud fr. minores ſepultum tradit MS. Kainach. *Henricus.* *MS. Chron. Styr. error.* *Pecka caſtr. ad Pfanberg tranſit.*

Ee. *Reynoldus Comes de Pfanberg*, celeberrimi Ciſtercii Runenſis Abbas 11. an Bernardi & Henrici frater, vel ſorte verius Henrici filius, ac Ulrici 1. frater fuerit? documenta nulla innuunt: an. 1280. Bernardo de Planckenwarth Abbati ex Styriæ dynaſtis ſucceſſit, hujus Reynoldi famam jam ad an. 1280. ex docum. Runenſium celebravi, pluraque in decurſu tomi hujus de eodem dicta. *Reynold. Com. de Pfanberg Abb. 11. Runæ.*

F. *Ulrisus* 1. filius Henrici, primum ad an. 1236. occurrit, quo admodum juvenis fuiſſe videtur, ſubſcripſit eo anno teſtis ordine primus Diplom. 2. Theotonic. Græcenſ. Item an. 1239. dum Frider. Dux Henrico 1. Epiſc. Seccov. privilegia ſedis Seccov. firmaret, v. Diploma Epiſc. Seccov. 12. an. 1243. Judicem ſupremum Styriæ egit, atque ſententiam ab anteceſſore *Reinberto de Muereck* latam pro Seccov. Canonia confirmavit. V. Diplom. Seccov. 58. *Ulricus 1.*

Vehementer hæreo, an non Ulricus hic Henrici & Bernardi Pater fuerit, & diſtinctus ab Ulrico Henrici filio, quem interim primum voco, etenim ſuſpicionem mihi movet, quomodo Ulricus filius an. 1243. Judex ſupremus Styriæ fuerit ante Henricum patrem, qui id munus ad an. 1277. primum geſſit: ſuſpicor itaque 3. Ulricos de Pfanberg fuiſſe, *Primum* Henrici & Bernardi &c. patrem, *An Ulrici 3. de Pfanberg fuerint.*

ac an. 1243. Judicem Styriæ, ante an. 1252. defunctum; *secundum*, quem hic interim primum vocavi, Henrici filium, & 3tium Ulricum hic 2. dictum, revera tertium ejus nominis.

Ulrici porro hujus Henrici filii acta ab an. 1252. inchoari poſſent, quo anno ſubſcripſit Diplomati Ottoc. regis Bohemiæ dato *Ditmaro de Styra*, ut v. Excell. Wurmbrand. f. 215. quod vero certo non pronuntiem, acta Ulrici hujus ab an. 1252. inchoanda eſſe, cauſa eſt, quod Ulricus Henrici pater, mihi hactenus ex actis publicis non innoteſcat. An. 1291. famam nominis ſui obſcuravit Ulricus hic Margarethæ Heunburgicæ maritus, dum conjuratis Styriæ contra Albertum Ducem ſeſe adjunxit, de quo pl. ad eum annum. An. 1294. denuo reconciliatus eſt Duci ſuo, teſtaturque una *cum conſorte ſua Margaretha Comitiſſa, Capellæ S. Waldburgis prope caſtrum Kayſersberch* collatam a ſe fuiſſe curiam *in Treboch*. Datum Admontii XVI. Kal. Jan. V. Frælich Diplom. Styriæ part. 2. f. 232. An. 1296. idem *Alberto de Puechaimb* bona quædam in feudum confert, atque an. 1298. dominium directum in ſuos vaſallos, inter Neapolim Auſtriæ & caſtrum Pütten habitantes, cognato ſuo *Henrico de Stubenberg* donavit, ut v. litteras Ulrici deſuper apud Excell. Wurmbr. f. 4. in quibus & *Margarethæ uxoris*, & prolium ſuarum meminit; an. 1301. *cum contectorali ſua Kariſſima D. Margaretha Comitiſſa de Phanberch*, Göſſenſibus donavit bona circa montem *Semering* & *Piſtinch*, ut v. Diplom. Göſſ. 73. Adde hic ea, quæ ſub littera E dicta ſunt ad an. 1288. anno dein 1303. idem cum conſenſu *ſoceri* ſui & affinis *Comitis Ulrici & Friderici de Heumburg*, tradidit *Ulrico* 1. *Libero de Suneck* decimas quasdam, ut v. Frælich. ſpecimine 2. Genealog. Suneck. fol. 50. De die obitus (quoniam poſt hunc annum non amplius occurrit) controverſia eſſe poteſt, nam in Necrol. Seizenſi *ad* 25. *Febr.* occurrunt nuda hæc nomina *D. Ulricus & uxor ſua Margaretha*, in Necrol. vero Runenſi legitur ad *XIV. Kal. Aug. Ulricus Comes de Phannenberch* & *XI. Kal. Decembr. Ulricus Comes de Phannebercb*, quibus e documentis 3. Ulrici de Pfanberg facile erui poſſunt.

Puchaimb de Albertus.

Stubenberg de Henricus.

Heumburg de Ulric. & Frid.

Suneck de Ulricus 1.

G. *Margarethæm* uxorem Ulrici 1. jam ex documentis quibusdam detexi, eam vero fuiſſe *Ulrici* 3. *de Heunburch* filiam, exhibent Dipl. Seccov. 117. ad an. 1288. & 1303. allata, in quibus *Ulricum* 3. *de Heunburch* Ulricus 1. de Pfanberg vocat *ſocerum ſuum*. Suſpicor tamen, eam fuiſſe 2dam Ulrici Pfanbergii uxorem (ſi duo ſolum fuere Ulrici Pfanbergii) cum enim Ulricus jam ad an. 1236. memoretur, Margaretha vero primo ad an. 1288. ejusdem uxor dicatur, ſorte antea aliam habuerit uxorem; quod ſi tamen Ulricum an. 1236. citatum, Patrem credamus Henrici, ſicque 3. Ulricos de Pfanberg Statuamus, tuto judicari poterit Margaretha hæc prima & unica fuiſſe Ulrici hujus uxor. Quando Margaretha hæc obierit? non Conſtat, die 25. Febr. forte, ut ex Necrol. Seiz. ſupra dixi, quia vero in Necrologio Runenſi legitur. *XIX. Kal. Januar. Margaretha Comitiſſa de Phannberg*, hæc dies mortis forte *Margaretha* 2. natæ *de Phannberg*, & uxori *Joannis Com. de Celeja* applicari poterit. V. plura an. 1313. 1314. Margaretha teſte MS. Kainachiano in Bibl. Pernegg. aſſervato pro dote attulit 1000. libras argenti, & caſtrum Carinthiæ *Rabenſtein* in valle Lavantina.

Margaretha de Heunburch uxor Ulrici 1. de Pfanberg.

H. *Ul-*

H. *Ulricus* 2. Ulrici 2. ex Margaretha filius, mihi viſus eſt ad an. 1323. quo *Eliſabetha Com. de Heunburg Hermanni vidua*, cum Udalrico 2o Com. de Pfanberg *arcem Celejæ cum ſubjecto oppido*, pignoris nomine, obligarunt Conrado de Auſenſtein mareſchallo Carinthiæ, qua de re egi tom. 1. annot. Diplom. 4. in Hunnenburg; an. dein 1331. Celeja reddita eſt Suneckiis, ut v. tom. 2. annot. Diplom. 31. in Genealog. Suneckiorum. An. 1334. teſte Anonymo Leob. apud Hier. Pez tom. 1. f. 940. Ulricus hic Mareſchallus Auſtriæ, ab Ottone Duce ſubrogatus eſt Conrado de Auſenſtein in Officio Capitanei Carinthiæ, jam ad an. 1313. de eod. anonymus cit. ita loquitur: *Ulricus Comes de Pfannenberch miles efficitur, pro eo, quod res bene geſſerat, viri præpotentis ſoror Ulrici de Walſee promittitur in uxorem*, hanc dein ei uxorem obtigiſſe in in anonymo Leob. ad an. 1314. inveni. Ulricum hunc Mareſchallum Auſtriæ fuiſſe docet Excell. Wurmbrandius fol. 287. ex Catalogo Dom. de quarient, uti & ad an. 1353. Thomas Haſelbachius apud Hier. Pezium tom. 2. fol. 797. eundem Udalricum Carinthiæ Præfectum docet, chariſſimum fuiſſe Ottoni Duci Udalricum hunc vel ex eo patet, quod teſte Anonymo Leob. cit. f. 955. & Haſelbachio f. 798. executor teſtamenti fuerit conſtitutus ab eodem an. 1339. plura ſuis locis dabo. *An.* 1355. fatorum legem implevit, ita enim lego in anonymi Zwetlenſis Chron. ad an. 1354. *an. ſeq. Comes de Phannberg Mareſchallus Auſtriæ obiit.* V. pl. an. 1314. &c.

Ulricus 2. de Pfanberg.

Heunburg de Herman & Eliſ. Celejæ res Auſenſtein Com.

Walſee de Ulr.

I. *Otto Comes de Phanberg* in Necrologio Runenſi defunctus legitur 2. *Non. Martii.* Necrologium Admontenſe apud Hier. Pez. tom. 2. f. 206. ita habet. 6. *Kal. Martii Otto Comes de Phann* - - an hic fuerit vel alius? non conſtat, dies in Necrologiis differunt, forte plures ejus nominis fuerunt.

Otto Comes.

K. *Mechtildes de Phanneberg* reperitur in Necrol. Runenſi ad. *XIV. Kal. Aprilis.*

Phnubereh de Mechtildes.

L. *Duringus* obiit 6. *Non. Octobr.* ex Necrol. Runenſi.

Duringus.

M. *Chunegundes* in cit. ſuperius Necrolog. Admont. f. 206. ita legitur: *Chunegundis Monacha noſtræ Congregationis, Comitiſſa de Phannberch.*

Chunegundes Mon. Admont.

N. *Sophia Comitiſſa de Phannberch*, ex Necrol. Runenſi refertur defuncta 13. *Kal. Nov.*

Sophia.

O. *Anna Comitiſſa de Phannberch.* Obiit *Nonis Decembr.* ex eod. Necrol. hos ſine epocha ex documentis adfero, nil enim niſi nudum nomen mihi hactenus videre licuit.

Anna.

P. *Joannes Comes de Phanberch* ex Diplom. Runenſi 50. an. 1360. *Capitaneus Carinthiæ* vocatur, & mox in alio Diplom. Theoton. Græc. ab eodem Rudolfo 4. Græcii dato in Diplomataria Styriæ p. 2. f. 197. *Capitaneus Styriæ* appellatur, cui jam Diplomati credendum? Frælichius in notis Diplom. Runenſ. 50. ait in Diplomate Germanico, poſt *Eberhardum de Walſee* Capitaneum ſupra Anaſum, rurſus poni *Eberhardum de Walſee* Capitaneum Styriæ. MS. Chronic. Styriæ nullum ex Pfanbergiis inter Prætores Styriæ refert; difficultatem hanc, opinione mea, utcunque diſſolvit Diploma Gyrienſe num. 28. ab eodem Rudolpho an. 1360. Græcii datum, quod diſertis verbis *Joannem de Phannberg Capitaneum Carinthiæ* refert, atque ut Frælichius in notis Diplom. Runenſ.

Joan. Comes an Capitan. Styr. v. Carinth.

2. Eberhardi de Walſee.

50. præter *Eberhardum de Walſee de Lyntza Capitaneum ſupra Anaſum*, mox *Capitaneum Styriæ* fuiſſe tradit *Eberhardum* alterum *de Walſee*, ut adeo in Diplomate Teutonicorum errorem interveniſſe arbitrer. An. 1362. idem Joannes inter nobiliſſimos Comites, ſed ſine officii titulo eſt ſubſcriptus inſtrumento confœderationis inter Duces Auſtriæ, & Reges Hungariæ ac Poloniæ. V. Excell. Wurmbrand. f. 264.

Marg. 2. de Pfanb. ux. Joan. Com. de Celeja filii Hermann. 1.

Q. *Margaretha* 2. uxor erat Joannis Comitis Celejani, filii Hermanni 1. ſed hi gradu 4. conſanguinei erant, unde diſpenſatione Pontificia egebant, eam vero ſuppeditant litteræ Urbani 5. quarum autographum teſte Puſchio, in tabulario Græcenſi ladula 39. num. 5. ſervabatur hoc tenore: *Diſpenſatio Pontificis de matrimonio inter Joannem Comitem Cilejæ, & Margaritham Comitem de Phannberg, non obſtante 4to conſanguinitatis gradu legitime contrahendo, transmiſſa per Marquardum Patriarcham Aquilejenſem. Datum Aquilejæ 26. Martii an.* 1369. quo proin anno, non antea, nuptiæ hæ factæ fuerint; non tamen diu perſtitit hoc in matrimonio Margaretha, marito Joanne an. 1372. die 29. Aprilis mortuo ut ſuo loco dicetur. An. 1377. eidem jam viduæ, *Hermannus 1. Celejenſis* cum Alberto Auſtriaco in Boruſſiam abiturus, varia legavit, eamque *filiam ſuam*, quia filii ſui uxorem nominavit. Eadem, ut habet MS. Kainach. uxor fuit Wilhelmi vel Hugonis *Com. de Montfort*, quibus proin attulit caſtra *Peckav & Pfanberg*.

Hugo Com. de Phannberg.

R. *Hugo Comes de Phanberg* teſte Excell. Wurmbrandio f. 171. in ludo equeſtri, a *Wolfgango de Polheim*, in nuptiis an. 1494. celebrato, Mechliniæ certavit cum *Chriſtophoro Pincerna* ſeu *Schenck*.

Polheim de Wolfg.

Cætera Illuſtriſſimæ hujus familiæ decora, notitiam hactenus meam fugerunt.

13. Loco inter teſtes referuntur, *Hermannus*, *Albertus*, *milites Duringi*, ſeu ut ſuſpicor, *Chunradi de Duringe*.

Gebur de.

14. *Ortolphus*, *Rudolphus*, *Rudigerus*, & *frater ejus Hartvicus de Gebur.* Teſtes ignoti.

Tumbur de.

15. *Heinricus de Tumbur.* Nullibi alias mihi viſus.

16. *Fridericus der Waſſe.* V. tom. 2. annot. Diplom. 31.

Wurzheim de

17. *Hobalt de Wurzbeim*, ignotus denuo teſtis.

18. *Wolfgang de Duringerdorf.* V. tom. 1. ad Diplom. 25.

Dorfil de.

19. *Herrandus de Dorfil*, hoc ſolum in Diplom. mihi viſus.

20. *Hartvvicus der Jung*, *Rabano & filii ejus Wulfingus & Otacharus.* V. tom. 1. annot. Diplom. 71.

Page de.

21. *Otto & Fridericus de Page*, ignoti in rebus Styriæ.

22. *Heinricus*, *Otto & Chunradus de Utz.* V. tom. 1. annot. Dipl. 48.

Poltzil.
Prugil.
Franck.
Chirchchalp.
Phaph.

23. *Heinricus Poltzil.*
24. *Heinricus Prugil.*
25. *Hermann*, *Herrand de Franck.*
26. *Chunradus Chirchchalp.*
27. *Rudiger*, *Eberhard*, *Albricus Hervvicus der Phaph.*

} Ignoti omnes & nullius nobilitatis teſtes.

Datum in *caſtro Styriæ*, quod adhuc Leopoldi Ducis erat, cum addatur *noſtro*. Annus & indictio cohærent.

Ad

Ad an. 1215. ad Diploma 42.

An. 1215. ad Dipl. 30.

Viſitaverat hujus anni vere, diœceſim ſuam in Carinthia Eberhardus Salzburg. Archiep. indeque ex Carinthia in caſtrum ſuum *Leibniz* deſcenderat varia ibidem compoſiturus. Hæc inter, erat lis illa diutina, quæ inter Admontenſes & Plebanos de Leibniz acta eſt de Capella *S. Nicolai in Muckyrnovv* hodie *Sauſal*; hi jus plebeſanæ Eccleſiæ Leibnizenſis, inter cujus terminos eadem Capella erat conſtituta, Admontenſes vero donationem *Godefridi de Wietingen*, *ejusque uxoris Adilæ* prætendebant. Jam tom. 2. in annot. Dipl. 4. dixi Admontenſibus fuiſſe litem de prædio *Mukyrnovv*, ſeu *Sauſal* cum Friderico Petov. ut finem liti imponeret Eberhardus, ſanxit, ut Admontenſes Eccleſiæ plebeſanæ in Leibniz ſolverent annuam penſionem 4. marcarum, Capella vero S. Nicolai, Admontenſium poſthac, cum omni jure foret.

Eberhardus Salzb. in Leibn.

Lis de Capella Sauſal Mukyrnowe.

Eam Wietingen de Godefrid. & Adila.

Donat. Adm. Monaſt.

Obſervat vero hoc in Diplomate Eberhardus, Capellam hanc cum dote, decimis, & attinentiis, a *Godefrido de Wietingen* & Adila uxore fuiſſe Admontenſibus donatam, & quamvis ea intra terminos parochiæ Leibnizenſis eſſet conſtituta, ſtatuiſſe tamen prædeceſſores ſuos Archiepiſcopos, ut eadem *Capella Baptiſmalis* eſſet, ita, ut populus, qui eſt *ſuper collem*, *& ad Mukyrnovv*, *& ad Chrots*, baptiſma, ſepulturam, & cætera divina, a Sacerdote Abbatis Admontenſis reciperet, *in platito tamen Chriſtianitatis*, ſeu ſynodo, ac *reconciliatione pœnitentium*, ſeu confeſſione annua, & *judiciis Eccleſiaſticis*, ad Eccleſiam Leibnizenſem ſpectaret.

Capella ea fuit baptiſmalis.

Baptiſmales Eccleſiæ olim, ſolæ erant Cathedrales, ac Principales Eccleſiæ, quemadmodum enim teſte Van Eſpen part. 2. tit. 2. de baptiſmo, olim ſoli Epiſcopi ſolenniter baptizabant, ita quoque in Eccleſia ſolum Cathedrali, ac principali baptiſteria erant, ut hodie adhuc videre licet in Eccl. Florentiæ. Multiplicato dein fidelium numero, & baptiſteria multiplicanda erant, cumque dein parochi fierent ordinarii Baptiſmatis miniſtri, omnes etiam erectæ parochiales, ſimul erant Eccleſiæ baptiſmales, immo ſubin in eadem parochia plures erant baptiſmales, præſertim ubi parochia erat ſat ampla & diffuſa; talis erat Eccleſia baptiſmalis *S. Nicolai in Mukyrnovv* ſeu *Sauſal*, quam hodie adhuc inter ſuas numerant Benedictini Admontenſes.

Baptiſmales Eccl. quæ.

Porro pro Eccleſiæ hujus, ejusque juribus *parochiæ in Leibniz* aſſignarunt Admontenſes, penſionem 4. marcarum de prædio Eccleſiæ ſuæ *apud Nazovv* cum decimis.

Teſtes citantur e Carinthia & Styria Plebani varii, & nobiles.

1. *Rudigerus Præpoſitus de Cella*, an Dietrami in Bavaria vel alia? ignotum.

2. *Chunradus Archidiaconus Carinthiæ.*

3. *Mag. Bernhardus Notarius.*

4. *Waltherus Plebanus de Theſſinnbach.*

5. *Chunradus Plebanus de Stivene*, in Styria, de qua parochia Seccov. Epiſcopatui donata, plura ad an. 1220. &c.

Stiven de Pleb. Chunrad.

6. *Chunradus Plebanus de Marchburg* in Styria.

Marchburg Pleb. Conrad.

7. *Wernardus Plebanus de Rabe*, ſeu *S. Rudberti ad Rabam* in Styria.

S. Rudberti ad Rab. pleb. Bernh.

8. *Chunradus Plebanus de Meyngozburch.*

9. *Dietricus Plebanus de Fragach.*

Vanſtorf de Pleb. & Capell.

10. *Eberhardus Plebanus de Vanſtorff* in Styria, & *frater ejus Bertholdus Capellanus.*

11. *Wilhelmus Comes de Hunnenberch.* V. tom. 1. Diplom. 4. & 6.

12. *Dietmar de Liechtenſtein.* V. tom. 1. annot. Diplom. 47.

13. *Fridericus de Petovv.* V. tom. 1. annot. Diplom. 54.

14. *Cholo de Truchſen, & frater ejus Godefridus & Otto.* V. tom. 1. annot. Diplom. 4. & 6.

15. *Reinbert de Muereck.* V. tom. 1. annot. Diplom. 36.

16. *Hertnidus de Orte.* V. tom. 1. annot. Diplom. 13.

17. *Otto de Leibniz.* V. tom. 1. Diplom. 8. & tom. 2. Dipl. 3.

18. *Otto de Cremiſe.* V. tom. 1. annot. Diplom. 36.

19. *Gerhardus de Libniz.* V. loc. mox cit.

Actum *in caſtro Libniz.* 3. non. Junii hujus anni, inde mox ad Concilium Lateranenſe abiiſſe Eberhardum Salzburg. dixi in tomo ipſo.

An. 1216. ad Dipl. 43.

Ad an. 1216. ad Diploma 43.

Stubenberg de Ulricus 2. & Wulfing. 5.

Ulric. Jeroſolymipeta.

Udalricus hic *Stubenbergius*, nominis hujus *ſecundus* erat, & *Wulfingus* 5. ejusdem filius, ut tom. 1. annot. Diplom. 4. oſtendi. Udalricus hic, cum jam in procinctu itineris Hieroſolymitani eſſet, antea remiſit Eccleſiæ Seccovienſi, 4. huebas *in villa Ratenberch* ſitas, a ſe, ut fatetur, contra jus detentas: fundos hos nempe, jam pridem Eccleſiæ Seccovienſi donaverat *Hiltrudes de Raſe*, matertera Udalrici, ſeu ſoror matris ſuæ, de qua v. tom. 1. Dipl. 48. & tom. 2. Dipl. 18.

Raſe de Hiltrudes.

Ne vero Wulfingus 5. filius contra hanc patris remiſſionem ageret, cavit Udalricus, ut, ſi in peregrinatione hac obiret, nec Wulfingus filius, nec alius propinquorum ſuorum, fundos hos repetere, vel ſibi quovis titulo attrahere poſſit. Teſtes rei & actionis hujus, adhibuit omni exceptione majores, Eccleſiaſticos & ſæculares.

An ex hoc itinere redierit Udalricus 2. vix certo dixerim, poſt hunc tamen annum in Diplomatibus publicis mihi amplius viſus non eſt, ex quo conjicio, eum itineri huic immortuum fuiſſe.

Wolfkerus S. Lamberti.

Teſtes vero rei hujus *in caſtro Caphenberg* actæ fuere 1. *Wolfkerus Abbas de S. Lamberto.* In ſerie Abbatum monaſt. S. Lamberti, mihi anno priore a Clar. P. Anſelmo Saringer Priore meritiſſimo, benevole communicata Wolfkerum hunc Abbatem, ordine 13. invenio, ſed uti jam tom. 1. obſervavi, catalogus ille in multis fallit, nominatim in hoc Wolfkero & prædeceſſore ejus Walfrido, de quibus ita ſcribit: 12. *Walfridus, qui ipſe Romam abiit, & ab Honorio* 3. *benedictionem Abbatialem impetravit.* 13. *Wolfkerus, poſt aliquot annos reſignavit, & in fama ſanctitatis obiit* &c. v. ad Diplom. 49. Chronologia horum Abbatum concordare non videtur; ſi enim Walfridus ab Honorio 3. benedictionem Abbatialem recepit, id fieri debuit anno vel poſt an. 1216. quo Honorius 3. poſt 9. Kal. Aug. Romæ Pontifex eſt conſecratus, ſed hoc defendi minime poteſt, cum in Diplom. hoc adducto an. 1216. die 7. *Kal. Julii*, jam Wolfkerus Abbas S. Lamberti ſubſcriptus inveniatur,

Series Abbat. S. Lamb. dubia.

Walfrid. Abb. S. Lamb. ab Honor. 3. bened.

tur, ſicque Wolfkerus antea Abbas, quam Honorius 3. Papa fuerit, & conſequenter Walfridus ab Honorio 3. benedici non potuerit. Walfridi regimen itaque, ad annos anteriores reponi debet, nec ab Honorio 3. Romæ potuit benedici jam defunctus hoc an. & Wolfkerum ſucceſſorem habens. Quamdiu Wolfkerus ad S. Lambertum præfuerit? ſeries illa Abbatum non exprimit, ad an. 1231. vixiſſe patebit ex Dipl. Seccov. 50. & an. 1243. *Permannum de Trüchſen* Abbatem fuiſſe oſtendet Diplom. Seccov. 57. hunc author German. Sacræ, tom. 2. fol. 313. Hermannum vocat, eumque an. 1260. ope Germani ſui Eberhardi Salisburg. Archiep. primum mitratum fuiſſe docet, de quibus pl. Dipl. 49. ubi ſeries ea Abbatum S. Lamberti examinabitur.

2. *Engilbertus Abbas Runenſis.* V. an. 1215.

Hoſpitalarius quis in Cerwald.

3. *Sifridus Hoſpitalarius de Cervvald.* De hoc hoſpitali egi tom. 1. annot. Diplom. 36. huic vero hoſpitali præfectum ſemper fuiſſe quendam Eccleſiaſticum, hoc & plura alia Diplomata innuunt, in quibus hoſpitalarii hi, ſeu Præfecti hoſpitalis inter teſtes Eccleſiaſticos poſt Abbates, ante Plebanos referri ſolent, ſimilem hoſpitalarium exhibet Necrologium Seccov. in quo ad 17. *Kal. April.* legitur defunctus *D. Pernoldus de hoſpitali Cervvald.*

Murce de Plebanus.

4. *Otakarus Plebanus de Murce*, in Styria Superiore.

S. Dion. Pleb.

5. *Albertus Plebanus de S. Dionyſio*, inter Muræpontum & Leobium.

6. *Leutoldus Liber de Peccach.* V. tom. 1. annot. Diplom. 9.

7. *Rudolphus de Stadecke.* V. tom. 2. annot. Diplom. 40.

8. *Rapoto de Stein.* V. tom. 1. annot. Diplom. 4.

Chrottendorff de caſtium.

9. *Heinricus & Hartvvicus fratres de Chrottendorff.* Styri erant dynaſtæ hi, ab arce cognomine in valle Anaſina exiſtente ita dicti; paucos admodum eorum reperi, nec eos ultra Sæc. 14: *Heinricus* hic adductus frater *Hartvvici* vel *Hervvici* dicitur, qui an. 1277. litem habuit cum Henrico Abbate Admont. de bonis & juribus in valle Martia, quæ lis eo anno compoſita eſt Viennæ, ut v. Diplom. Admont. 7. apud Frælich. Diplomat. Styr. p. 2. f. 227. iidem ad an. 1223. ex Diplom. Seccov. 42. innoteſcunt: Præter hos, alii duo *Hermannus & Otto fratres de Chrottendorff* videntur in Diplom. Göſſ. 56. ad an. 1274. in quo inter nobiles & milites Styriæ referuntur, ex quibus arguo Herwicum & Henricum, non fuiſſe fratres Hermanni & Ottonis, cum ubique ſeparatim occurrant; Herwicus præterea ſolus refertur in Diplom. Göſſ. 35. ad annum 1239. dies obitus notatur ex Necrol. Runenſi ad 5. *Idus Junii*, *Hervvicus de Chrottendorf.* Henricus frater vero in eodem Necrologio defunctus dicitur 2. *Non. Auguſti*, & *Otto de Chrottendorff* 3. *Nonis Januarii.* V. ibidem.

Idem vero Necrologium Runenſe plures alios hujus familiæ detegit, quorum tamen acta, & epocha temporis, quo vixerunt, me fugit; ſic.

8. *Idus Januar. Eliſabeth uxor Joannis de Chrotendorff.*

Nonis Martii Ottocarus de Crotendorf.

3. *Idus Septembr. Sibito de Crotendorf.*

9. *Kal. Octobr. Chunegundis de Crotendorf.*

5. *Kal. Decembr. Sifridus de Crotendorf*, benef. Seccov. v. an. 1308.

Hunc ultimum, *Ulricus Comes de Pfanberg*, dum an. 1298. dominium directum in vasallos suos, inter Neostadium, & arcem Pütten habitantes in *Henricum de Stubenberg* transferret, testem adhibuit. V. Excell. Wurmbrand. f. 4. *Bernardus de Crotendorf* an. 1490. *castrum Wierniz* in Austria vendidit Joanni Miroschæ de Wachav nobili Bohemo. Reliqua latent.

Avelenz de Genealog. Prædium & castrum Afflenz.

10. *Henricus & Rainhardus fratres de Avelenze.* *Afflenz* prædium in super. Styria, in valle Anasi Præpositura & parochia est Monasterii exempti ac celeberrimi S. Lamberti, probabilius avita horum Dominorum olim sedes. Dominium prædii, penes *Marquardum Comitem in Muerztball & Avalanz*, ejusque descendentes fuisse tradunt Lazius, Granelius aliique fere, qui originem Ottocarorum nostrorum ab hisce Comitibus desumendam esse propugnant, de quibus egi tom. 1. Dissert. 4. cap. 1. §. 3. &c. docet vero Lazius lib. 6. de migrat. gentium, Adalberto (lege Adalberoni) Comiti de Muerztal & Avelanz, domino in Eppenstein, dum e Ducatu Carinthiæ pelleretur, datam fuisse a Conrado 2. Imper. Beatricem uxorem, cognatam Conradi, ac dein ab Ottone 3. Imp. Comitatum Avelenz & Durgenmymel in Styria, sed de his, uti & aliis Megiseri fabulis jam actum est tom. 1. ad an. 1035. &c.

Com. de Avelanz & Muerztball origo.

Interim, nunquam negavero, vallem Avelenz, ab Adalberonis Carinthiæ Ducis posteris fuisse possessam, qui, cum dein Ducali dignitate Carinthiæ excciderent, se *Comites de Muerztball & Avelanz scripsere*, horumque seriei originem dedere. Docet vero idem Lazius cit. ab *Henrico Eppensteinio*, Marquardi Carinthiæ Ducis filio Adalberonis nepote, ac Monasterii S. Lamberti reparatore, eidem Monasterio *Piber & Afflenz* fuisse donatum.

Piber & Afflenz donantur monast. S. Lamb.

Pauciissimi horum DD. de *Avelenz* se mihi hactenus exhibuere immo præter *Henricum & Rainhardum fratres*, unicus ad an. 1298. *Wulfingus de Avelenz* citatur in Diplom. Ulrici de Pfanberg supra memorato.

11. Testis. *Chraft Dapifer*, Chrastonis nomen, hic proprium, non cognomen videtur, ut ex pluribus Diplom. observari licet.

Perneck de Geneal.

12. *Hartmannus de Perneck & filii ejus Henricus & Hugolinus.* Jam tom. 1. Dipl. 4. promisi, me de Perneckiis ex linea Ottocarorum descendentibus alibi acturum, ast, cum occasio primo tomo non fuerit, eorum seriem hic expendo. Dixi dissert. 4. Cap. 4. §. 5. tom. 1. Dominos de Perneck surculos esse familiæ Ottocarorum nostrorum, & quidem *Gundaccarum* 1. *Comitem & fratrem de Bernek* a Bernardo Com. de Styra Ottocari 4. fratre descendere, quamvis ibidem etiam observaverim, Bernardum de Styra, nonnisi dubie Ottocari 4. fratrem & fatorem Perneggensium dici posse.

Utut res obscuræ sint, conabor tamen horum seriem pro posse proponere, eo quod de familia Marchionum nostrorum descendere crediti sint fere a plurimis, quamvis ii dein nimium multiplicati ad *Baronum* titulum & honorem devenerint, retento tamen in signum vetustæ suæ originis ac dignitatis, insigni avito, Pantherem nigrum in campo albo seu argenteo referente.

Castrum.

Castrum Gentilitium horum Dominorum 5. milliaribus supra Græcium in Styria super. existit, vocaturque *Perneck*, cujus nominis castrum

ſtrum ad Hungariæ & Auſtriæ limites, in Styria noſtra etiam exiſtit, quod *Comitibus de Rindsmaul* uti illud *Comitibus de Leslie* hodie paret.

Familia hæc antiquiſſima Sæc. 16. circa an. 1532. in *Wilhelmo* periit, ac Dominia ſua per nuptias in familiam de Rackniz detulit teſte lexico univerſ. Baſileenſi.

En Schema Genealogicum hujus Illuſtriſſimæ gentis! quam quibusdam notis illuſtro, alios ex mente Bucelini ſolum adduco.

PERNEGGENSIUM IN STYRIA GENEALOGIA.

Ottoc. 3. *ſeu Ozy* Marchio Styriæ.

Ottoc. 4. Marchio Styr. — *Adalbero* 2. Com. Sylv. in Ens & Goyſerwald. — *Bernardus* Com. de Styra uxor Luitgard. Wirtemberg teſte Lazio.

Otto Sator DD. de Hochenberg. — *Gotfridus* v. tom. 2. Diplom. 10. — *Herrandus* v. tom. 2. Diplom. 10. — A. *Gundaccar* 1. Sator DD. de Pernegg uxor N.

B. *Ottocarus* de Pernegg & Grätz an. 1140. ux. N. — C. *Ortolphus* de Pernegg & Grätz 1140. uxor N.

D. *Ecbert* vel *Albert.* 1150. 1186. — E. *Gundaccar* 2. *Berner de Steyr* an. 1170. ux. N. — F. *Udalricus* an. 1150. 1208. — G. *Dietmarus* an. 1140. 1170. ux. *Hardvviges.*

H. *Gundaccar.* 3. an. 1200. uxor N.

R. *Otto* 1. & *Chunegundes* ab an. 1260. ad 1284. mar. Otto *de Lonſperg* 1260.

* *Godefridus* alter Præp. 4. Seccov. v. an. 1230. & 1234. — I. *Godefridus* an. 1240. ux. N. Domina de *Liechtenſtein in Murav.*

O. *Ortolphus* 2. an. 1260. uxor N. — P. *Bertha* mar. Chaloch ab *Eberſtorf.*

L. *Hugo* & *Hartman.* 1. * an. 1230.

M. * *Hartman.* 2. *Henricus* & *Hugolinus* an. 1216. 1246.

N. *Wotſcho* an. 1252.

Q. *Gundaccar.* 4. an. 1320. ux. N. — R. *Otto* 2. an. 1319. Styr. Pincerna. — S. *Otclius* an. 1319.

T. *Otto* 3. an. 1371. — V. *Joannis* 2. an. 1343. ux. N. de *Leibnia.* — *Conradus* an. 1373. ux. 1. Anna de *Polheim.* 2. Cath. de *Haunſperg.* — W. *Eraſmus* 1. ux. Gertrud. de *Arberg.* — *Gundaccar.* 5. an. 1344.

Georgius 1. an. 1371. — *Otto* 4. ux. Sophia Schenckin de *Oſterwiz.* — *Martin* an. 1383. ux. Barb. de *Weiſſenwolf.* — V. *Joann.* 2. ux. Oſanna N. — *Cathar.* ux. Wolf. de *Strein.* — X. *Frider.* an. 1399. Ep. Seccov. — Z. *Andr.* ux. Gert. de *Stubenberg.* — *Eliſab.* & *Otilia.* — Aa *Rudolph.* — Bb *Margar.* — *Ulricus* ux. Agn. de *Eberſtorf.*

N. uxor N. de Giller Lazius Joann. vocat. — *Joannes* 3. & *Chriſtoph.* — W. *Eraſm.* 2. an. 1397. — *Henric.* an. 1397. — *Ortolph.* 3. an. 1453. Teſte Lazio poſſedit Luetenberg. — *Joan.* 4. & *Cath.* — *Wilhel.* 1. Capit. Styr. an. 1427. Cc. — *Cath.* & *Adelheid.* — *Eraſm.* 3. ux. Cath *Liechtenſtein.*

Georgius 2. an. 1453. — *Sebaſtian* & *Henricus* 1460. — *Wilhelm.* 2. 3. habuit uxores. — *Ortolphus* 4. an. 1453. alii juven. † — *Joan.* 4. — *Richarda* ux. Joan. *Ungnad* — *Wilhelm.* 1. — *Anna* ux. Joan. de *Stubenberg.* — *Eraſm.* 3. N. ux. de *Stein.*

Bartholom. an. 1397. ux. Cath. de *Sebriach.* — *Wandula* mar. 1. Wicc. *Polheim.* 2. Wolfgang. *Winden.* — *Magdalena* Göſſ. Mon. — Dd. *Stephanus* an. 1440. 1500. — *Barbara* ux. *Liechtenberg.* — 1. Georg *Card Auerſperg.* 2. Vol- — Ee. *Matthias* an. 1494. 1459.

Urſula cæl. — *Afra* uxor Galli de *Räckniz.*

Sebaſt. 1519. cælebs. — *Eliſab.* & *Margar.* ux. David de *Trautmanſ.*

Cathar. uxor Bar. *Rauber.* — *Eliſab.* & *Urſula* cæl. — *Anna* ux. N. de *Teifenbach.* — Ff. — *Wilhelm.* 3. ux. Maria de *Guetenberg.* — *Hedwig.* Gg. — *Magd.* ux. Chriſtoph. *Räckniz.*

Maria obiit an. 1559.

Perneck de Gundaccar. A. *Gundaccarus* 1. Bernardi Comitis de Styra filius, vulgo Sitot Perneggenſium in Styria creditur, Lazius eum *Comitem de Styra & Dom. de Pernegg & Grätz* appellat lib. 6. de migrat: gentium f. 178. & 194. anno 1100. juvenis admodum fuiſſe debuit. V. pl. tom. 1. in Geneal. DD. de Styra & de Graz. Diplom. 4. 6. 7.

Ottocarus. B. *Ottocarus* & C. *Ortolphus* 1. Teſte Lazio cit. etiam DD. *de Graz* dicti, vixerunt circa an. 1140.

Ortolphus 1.

Ecbertus v. Albertus. D. *Ecbertus* aliis *Eckenbertus* vel *Albertus*, a Lazio omittitur, a Bucellino vero ad an. 1150. ſtatuitur, in Diplom. Ottoc. 6. quo Styriam donat Leopoldo Auſtriaco, legitur inter teſtes etiam *Albertus de Pernegge*, an vero ex Auſtriaca vel Styriaca linea fuerit? ignotum. V. tom. 1. Diplom. 66. & an. 1186.

Gundaccar. 3. E. *Gundaccar.* 2. ad an. 1170. authoritate Lazii & Bucelini ſtatuitur, de eo Lazius cit. fol. 178. ita ſcribit: *Gundaccarus 2. hoc nomine Comes de Styra & Dom. de Berneck, ſubſcripſit litteris datis, cum a cæſaribus, tum a cognatis Styriæ Principibus de an.* 1176.

Ulricus. F. *Udalricus* a Lazio prætermiſſus, an. 1150. teſte Bucelino floruit: ad an. 1208. eundem lego in Diplom. S. Floriani apud Excell. Wurmbr. f. 70. ſed Udalricus ille ſorte ex Auſtriaca Perneggenſium linea fuerit, de qua tom. 1. ad Diplom. 4. agebam, ſorte huic Ulrico ea conveniunt, quæ in vita B. Bertholdi Abbatis Garſt. apud Hier. Pez. tom. 2. cap. 34. fol. 116. narrantur, congruunt enim tempora. V. dicta an. 1217.

Dietmarus. G. *Dietmarum* ab an. 1170. Lazius, & Bucelinus jam an. 1140. adducit, Lazius duos Dietmaros habet, ſed horum primus ad Dominos de Grez pertinebit v. tom. 1. annot. Diplom. 7.

Gundaccar. 3. H. *Gundaccarus* 3. a Lazio ad an. 1200. ſtatuitur uti & a Bucelino.

Godefridus. I. *Godefridus* cum uxore ſua Lazium fugit, quem tamen, unde neſcio? Bucelinus detexit, atque Dominum *de Ensthall* appellavit.

Otto 1. Chunegund de Lonſperg. K. *Otto* 1. & *Chunegundes Soror*, nec a Lazio nec a Bucelino referuntur, eorum vero ſæpius mentio occurrit in Diplomataria Styriæ, ſic an. 1260. ex Diplom. Göſſ. 46. lego, *Ottonem de Perneck, & ſororem Chunegundem, relictam D. Ottonis de Lonſperg*, Monaſterio Göſſenſi donaſſe manſum in Hintersdorf, & quidem *annuente matre* eorum *Hard.*

vigi.

roigi. Idem hic Otto inter miniſteriales Styriæ ad an. 1274. recenſetur in Diplom. Göſſ. 56. an. dein 1284. *Otto de Perneck cum Duringo de Styra* omnia damna remiſit Henrico Abbati Admont. quæ ob expugnatum *caſtrum Perneck* perpeſſus fuerat, ut v. Diplom. Admont. 16. in Diplom. Duc. Styr. p. 2. f. 231. quæ quidem Ottoni 2. etiam convenire poſſunt; In Necrol. Runenſi lego ad 6. *Kal. Octobr.* Ottonem de Perneck mortuum, ſed cum in eodem Necrol. ad 10. *Kal. Januarii* licet recentiore atramento notatus denuo legatur *Otto de Perneck*, cuinam, ex 3. Ottonibus de Perneck hi dies emortuales conveniant, aliis decidendum relinquo.

L. *Hugo & Hartmannus de Perneck*, ex Diplom. Seccov. 49. ad an. 1230. teſtes viſuntur, & forſitan hi ex linea Auſtriacorum fuerint, uti & *Perneck de Hugo & Hartmannus.*

M. *Hartmannus*, *Heinricus & Hugolinus* hoc in Diplomate citantur & quidem *Hartmannus Pater*, *Henricus & Hugolinus filii*: forſitan Hartmannus hic & Hugolinus, iidem ſunt cum citatis ſub littera L. ſed cum Hugo ibidem ad an. 1230. præponatur Hartmanno, vix eosdem cenſeo. Henricus natu major & hæres Hartmanni circa annum 1245. prædium *Finſterpels* in Styria, quod Admontenſi Parthenoni donatum erat, impetivit, ſed a Witegone ſcriba Styriæ, illud Monialibus dictis adjudicatum eſt, ut v. Diplom. 1. Admont. apud Frælichium tom. ſeu parte 2. f. 223. Ex his arguo, hos Dominos de Perneck e Styria fuiſſe, vel ſaltem inibi bona poſſediſſe; *Henricus de Perneck* in Necrol. Runenſi 8. *Kal. Martii* defunctus notatur. *Hartmannus pr.* *Henricus & Hugolin. fil.*

N. *Wotſckonem Comitem de Pernecke & Burggravium in Znoym* adductum invenio teſtem in Diplom. Ottoc. Reg. Bohem. anno 1252. apud Excell. Wurmbrand. f. 215. *Wotſcko.*

O. *Ortolphus* 2. & *Ortolphus 2.*

P. *Bertha* Bucelino ſoli patuit, Lazius ambos neglexit, & pro iis ad an. 1250. *Wezilonem*, *Imfridum*, & *Ditmarum* adduxit. *Bertha.* *Wezilo.* *Imfridus.* *Ditmarus.*

Q. *Gundaccarus* 4. in hoc Lazius ſibi non conſentit, nam fol. 194. Gundaccarum 4. cum Wezilone ad an. 1250. & Gundaccarum 3. ad an. 1200. ſtatuit, aſt fol. 178. ita ſcribit: *Gundaccarus 3. cum Ottone & Otelio fratribus multa fundavit in cœnobio Seccov. de an. 1320. a quo Barones Styriæ nominati a Berneck initia trahunt &c.* hinc, Gundaccarus 3. cum ab an. 1200. ad 1320. non vixerit, Gundaccarum 4. potius Ottonis & Otelii fratrem, & circa an. 1320. floruiſſe cenſeo.

R. *Otto* 2. hujus nominis *Pincerna Styriæ* fuit, ita Diploma Seccov. 159. ad an. 1319. quo hic donat Eccleſiæ Seccov. fundos prope Scheifling, ſolventes annuas 5. marcas. *Otto 2.*

S. *Otelius* a Lazio ſtatuitur, ſed denuo immemor ſui Lazius fol. 178. eum Gundaccari fratrem, f. 194. vero filium appellat. *Otelius.*

T. *Otto* 3. cum *Gundaccaro* 6. *Joanne & Eraſmo*, uti & ad an. 1330. cum *Gundaccaro* 5. Conradus a Lazio eſt repertus. *Gundac. 5. & 6.* *Joan. 1.* *Eraſm. 1.* *Conradus.*

V. *Joannes* bini *de Perneck* reperiuntur in Necrolog. Runenſi nempe *XIV. Kal. Octobr.* legitur defunctus *Joannes Pernecker* & *XVII. Kal. Januarii Joannes de Perneck.* Joannis 2. uxorem Bucelinus ignoravit, ſed *Oſanna* fuit, quæ in Necrologio Admont. legitur hiſce: 3. *Kal. Sept.* *Joan. 1. & 2.* *Perneck de Oſanna.*

Oſanna Converſa de Pernecke quæ proin defuncto ſuo marito monialis Admontii facta eſt.

Eraſmus 2. W. *Eraſmi* quoque duo exſtitere Bucelino teſte, Lazius vero unum ſolum refert. In Necrologio Runenſi 2. *Id. Octobr.* notatur defunctus *Eraſmus de Perneck*, primus an. 2dus? ignoro.

Fridericus Decan. Salisb. dein Ep. Seccov. X. *Fridericus de Perneck*, quem Lazius neſcivit, an. 1394. Decanus Salisburg. fuit, ita docet Diploma Epiſc. Seccov. 81. in quo adhuc Decanus Salisburg. arbiter delectus eſt & judex litis inter Joannem Epiſcopum, & Ulricum Præpoſitum Seccov. Dein vero Fridericus hic Epiſcopus Seccov. factus eſt circa an. 1399. nam Diploma Epiſc. Seccov. 82. an. 1399. & Diploma Canoniæ Seccov. 194. anno 1401. *Fridericum de Perneck* Epiſcopum Seccov. fuiſſe docet. Obitus ejus manifeſtatur ex Necrologio Seccov. in quo 2. *Non. Septembr.* ita legitur: *An. Dom. MCCCCXIIII. obiit Venerab. Pater ac Dom. Dominus Fridericus Pernecker Epiſc. Seccov.* Obſerva tamen, excepta epocha, quæ illæſa penitus videtur, reliqua diluta, & raſa ſunt, ut v. Necrol. Seccov. apud Frælich.

Andreas uxor Stubenberg de Gertr. Z. *Andreas* a Lazio neglectus eſt, ejus uxor erat *Gertrudes de Stubenberg*, quæ inſerta videtur Necrologio Runenſi 6. *Idus Auguſti* ſub nomine *Gertrudis de Perneck.*

Rudolphus ax. Hochencck de Anna. Aa. *Rudolphus* circa annum 1380. floruit, primam ejus uxorem *Annam de Hochencck* prætermiſit Lazius, quo tamen teſte idem Rudolphus *Præfectus ſeu Prætor aut Capitaneus Styriæ* fuit, *Baro* dictus, obiit an. 1413. teſte MS. Chron. Styr. p. 2. fol. 51. quod eundem multas fundationes in Seccowe feciſſe docet, quas tamen in Diplom. Seccov. hactenus non inveni.

Margaretha. Bb. *Margaretha de Perneck* legitur defuncta in Necrologio Runenſi 6. *Kal. Decembr.* an vero hæc uxor fuerit *Ottonis de Haſelen*, vel potius alia Margaretha cujusdam Perneckiorum uxor, cenſeo hoc probabilius dici poſſe, cum a matrimonio inito, nomen viri ſortita, ſub ejusdem etiam nomine inſerta videatur Necrologio Runenſi.

Wilhelm. 1. Poſing de Hedwig. Wecking de Beatr. Cc. *Wilhelmus* 1. *de Perneck*, Prætor Styriæ an. 1420. vel an. 1427. teſte Chron. MS. Styriæ. Obiit an. 1438. uxores binas ei tribuit Bucelinus 1. *Hedvvigem de Pöſing.* 2. *Beatricem de Wichingen*, quarum tamen nec Lazius, nec Chron. MS. Styriæ meminit.

Stephanus. Dd. *Stephanus*, cum *Matthia* infra adducendo, innoteſcit ex Dipl. Teuton. Græc. 37. ad an. 1500. ſub titulo *Baronum.*

Matthias. Ee. *Matthias* idem Baro dicitur in Diplom. Epiſc. Seccov. 97. an. 1494. dum Maximilianus 1. privilegia hujus Epiſcopatus confirmaret: hic ſorte a Lazio *Matthæus* dictus fuerit.

Wilhelm. 3. Magdalena. Räcknitz de Chriſtoph. Maritii. Ff. *Wilhelmus* 3. (Lazio 4tus hujus nominis) ultimus hujus familiæ ſurculus anno 1532. obiit, relicta ſolum filia Maria, ante an. 1550. mortua ita Bucelinus. Lazius Wilhelmo huic ex Beatrice uxore duas tribuit filias Mariam, & Magdalenam (quam Bucelinus ſororem Wilhelmi ſtatuit) quæ *Chriſtopboro a Räcknitz* nupta mater facta eſt *Mauritii*, *quem*, ut inquit Lazius *noſtra ætate Ferdinandus Rex*, *Baronum Styriæ numero ſubſelliisque inſeruit.*

Gg. *Hedvvigem de Perneck*, *Sifridi a Polheim* conjugem fuiſſe an. 1499. teſtatur Excell. Wurmbrandius f. 13. *Perneck de Hedwig ux. Polheim de Sifr.*

Plures hujus familiæ adducit Lazius, uti *Riedlinum* circa an. 1380. qui idem fuiſſe videtur cum Rudolpho Friderici fratre, ut ex uxore & liberis a Lazio adductis patet. *Benedictum* & *Dietlandum* an. 1400. *Theodericum* an. 1440. idem floruiſſe docet. *Wilhelmo 2do*, alias etiam uxores tribuit, eumque *Præfectum aulæ*, ſeu *Curiæ Magiſtrum* apud Frider. 3. Imp. fuiſſe ſcribit, *Henricum* ejus fratrem, in reconciliandis *Joanne a Stubenberg* & *Andrea Pamkircher*, apud Fridericum Styriæ & Auſtriæ Ducem interceſſiſſe idem Lazius cit. habet. *Riedling de Perneck. Benedict. Dietland. Theoderic. Wilhelm 2. Henricus. Stubenberg de Joannes. Pimkircher de Andreas Wolfgang. Wilhelm.*

Præterea *Wolfgangum* & *Wilhelmum* 3. idem Lazius memorat, hunc- que Wilhelmi 2. filium, Wilhelmus 3. dein ex Oſanna procreavit *Wilhelmum* 4. *Matthæum*, *Stephanum*, *Sebaſtianum*, ac *Hedvvigem*, *Thomæ Comitis de S. Georgio* uxorem, & *Richardem Joanni Ungnad* deſponſatam, quos tamen longe aliter recenſet Bucelinus, ſed nemo quidquam certi in antiquis his Genealogiis deteget, niſi, cui contigerit, MSS. abſcondita harum familiarum inſpicere. *3. & 4. Matthæus. Barthol. Stephanus. Sebaſtian. Hedvviges. Richarder. S. Georg. C. Thomæ. Ungnad Joan.*

Ad An. 1217. ad Diploma 44.

An. 1217. ad Dipl. 44.

Binis vicibus, ut ex Chron. Vorav. patet, lis agebatur inter Canonicos Voravienſes & Vornbacenſes e Bavaria Benedictinos, qui in *Capella Mönichvvaldenſi* penes Voravium Sacerdotem habebant, putabant hi, non ſolum hanc Capellam, ſed etiam alias duas *S. Jacobi in Sylvis*, & *S. Margarithæ in Cella* ſuas eſſe, Voravienſes vero, omnes has 3. Capellas ſub matrice Vorav. parochia referebant. *Voravienſes & Vornpac. Lis de 3. Capell. Mönichwalt S. Jacob. & S. Margaretæ.*

Hac in controverſia Mönichwaldenſes ſeu Varnpacenſes Benedictini pro ſe citabant privilegium Eberhardi 1. Voravienſes vero Conradi 2. Archiep. Salisburg. lite hinc inde protracta, cum fatigatæ eſſent partes, Commiſere ſe arbitrio Eberhardi 2. qui tandem pronunciavit ſtandum eſſe privilegio Conradi, vi cujus omnes hæ 3. Capellæ intra terminos parochiæ Vorav. conſtitutæ, filiæ eſſent poſthac matricis Eccleſiæ in Vorav. Privilegium Eberhardi 1. pro Vornpacenſibus datum ſuſpectum ab Eberhardo 2. eſt declaratum & exſtinctum: claris verbis hæc omnia refert Chroniſtes Vorav. ad an. 1216. adductus conſiſtitque ſumma hujus deciſionis in hiſce punctis: 1. limites *Voravienſis parochiæ*, ſecundum privilegium Conradi permaneant. 2. *Capellæ S. Jacobi*, & *S. Margarethæ*, cum omni integritate Spiritualium & decimarum ad Vorav. parochiam & Eccleſiam pertineant. 3. *Capella Mönichvvaldenſis*, ſubjecta ſit Monaſterio Vornpacenſi, attamen ita, ut 2. partes decimarum ibi Eccleſia Vorav. recipiat, & populus Mönichwaldenſis in placito Chriſtianitatis, ſe *in ſignum attinentiæ* filialis, ad matricem Eccleſiam in Vorowe præſentet. 4. Præpoſitus Vorav. omni juri excepto modo dicto, in Capellam Mönichwaldenſem renuntiet, & 20. marcas denariorum Abbati Vornpacenſi in recompenſationem privilegii, cui renunciavit, perſolvat. Ita an. priore concluſum. *Pro Vorav. decidit. Eberhard. 2.*

Ex hiſce jam nemini mirum, & indignum videtur, ſi moderna parochia Mönichwaldenſis, filia Eccleſiæ Vorav. dicatur, cum enim *Mönichwald. Eccl. filia paroch. Vorav.*

Eberhardus decreverit, *permanere* debere *terminos parochiæ Vorav. ſecundum privilegium Chunradi*, id inde neceſſario profluit; termini etenim
Vorav. paroch. termini. Voravienſis parochiæ ex privilegio Chunradi erant, *ſummitas montis Maſſinperg, & per ejus cacumen uſque ad originem fluvii Fuſtriz, & a capite rivuli Wizilavenz, uſque dum idem rivulus in Schvvarzilavenz defluit*; ſi jam per cacumen montis Maſſenberg ad originem fluvii Feiſtriz eatur, perveniemus ad limitem, quo, noſtro ævo, parochia S. Jacobi ſecernitur a parochia Raten, & ſi ab origine *Wizilavenz* (hodie *Weiſſenpach*) procedatur, uſque dum hic defluit in Schwarzilavenz, comperiemus eos eſſe limites, qui defacto penes caſtrum *Vöſtenburg* loco, in der Brugg dicto, parochiam Mönichwaldenſem ab illa S. Laurenti diſtinguunt; intra quos terminos comprehendi modernas parochias S. Jacobi, Wenigzellenſem & Mönichwaldenſem nemo non videt.

Sane ſi Capellæ S. Jacobi & S. Margarethæ ad Mönichwaldenſem pertinuiſſent olim, cur Leopoldus Præp. Vorav. an. 1208. cum Dominis do Krumbach egiſſet, ut illæ matrici Vorav. reſtituerentur? an tunc involavit jus Vornpacenſium? aut cur hi non de earum reſtitutione egerunt? cur Domini de Krumbach petierunt, ut Præpoſitus Vorav. Sacerdotem conſtitueret ad S. Jacobum, jugiter cum domo manentem, in eaque ac S. Margarithæ in Cella ſeu Wenigzell Eccleſia, divina peragentem? tandem cur decretum, ut etiam Capella, ſeu moderna parochia Mönichwaldenſis, licet ſubjecta Monaſterio in Vornpach, *in placito* tamen *Chriſtianitatis*, ſe in ſignum *attinentiæ filialis ad matricem Eccleſiam in Vorovve præſentet?* quod non contigiſſet, ſi intra terminos Vorav. parochiæ non fuiſſet.

Jure præterea ſuſpectum de falſitate videri debuit privilegium Eberhardi 1. a Vornpacenſibus jactatum, quo nempe Capella Monichwaldenſis, parochia declarabatur, ejusque filiæ duæ S. Jacobi & S. Margarethæ dicebantur; cum enim Eberhardus 1. vivæ vocis oraculo, Chunradus vero 1. ejus ſucceſſor edito Diplomate parochiam Vorav contulerit Canonicis in Vorav fundatis, utique ſciviſſet privilegium illud Eberhardi datum Varnpacenſibus, proin terminos parochiæ Vorav. non ita conſtituiſſet, ut ſub eis Capellæ Mönichwaldenſis, S. Jacobi & S. Margarethæ comprehenderentur. Sed de his ſatis.

Aſt cur hoc an. 1217. lis eadem, priore jam anno Compoſita recruduit? vel quæ illa *alia* de his 3. Capellis controverſia, quam inſinuat Chronicon Voravienſe? Cenſeo ortam fuiſſe *de reverentia attinentiæ filialis*, præſtanda matrici Eccleſiæ Vorav. licet Mönichwaldenſis, juris eſſet Vornpacenſis, unde denuo decrevit Eberhardus, ut *dictæ* 3. *Capellæ filiæ eſſent parochiæ Voravienſis*, a qua filiali attinentia, etiam hactenus abſolutæ non ſunt.

Perſolutis tandem a Præpoſito Vorav. 20. marcis, præſente Archiepiſcopo, charta hæc ad tollendum poſthac omne dubium conſcripta eſt apud *Werum* ſeu *Werven*.

Ad

Ad an. 1218. Diplom. 45.

Ad an. 1214. ad Diplom. 40.

Obſervat varia de hoc Diplomate Frælichius, & 1. quidem Bullam originalem hic deſcriptam, intra octennium a muribus Corroſam, ideoque Pontificem Eberhardo poſtulanti aliam dediſſe, quam refert Mezgerus in annal. Salisburgenſibus, cui præſens ex regeſto Pontificio rurſus deſcripta reſpondet, in qua tamen per Amanuenſem Papalem erronea epocha adjecta eſt, ut patet ex indict. 6. & anno 2. Honorii 3. Papæ, ſoli anno 1218. correſpondente, non vero an. 1219. &c. 2. annum 1218. in bulla Papali ponendum eſſe, ex eo etiam probatur, quod idem Honorius eodem anno 2. ſui Pontificatus, die 12. Kal. Julii dederit litteras ad *Abbates de Sevven*, & *Raitenhaslach*, uti & ad Capitulum Seccov. ut in Chronolog. oſtendi. 3. quia Frider. 2. Imp. eodem an. 1218. Chiemenſem & Seccov. Epiſcopatus jam confirmavit. 4. quia, ut an. 1219. dictum, Carolus 1. Epiſc. Seccov. jam an. 1219. die 10. Febr. conſecravit Cryptam baſilicæ Salisburg. ut patet ex Chron. Honorii interpolato, in Biblioth. noſtra Vorav. aſſervato, quæ omnia probant in bulla hac reponendum eſſe annum 1218. Indict. 6. Honorii annum 2. nam. an. 1220. & Indict. 8. Carolus jam Epiſc. Conſecratus fuit, immo jam an. 1219. Epiſcopalia munia obiit.

Seccov. Epiſc. bulla origin.

Bulla hæc eadem apud Lunigium etiam proſtans, varia de Styria nobis pateſacit, & quidem præter ingentem Eberhardi Archiepiſcopi noſtri laudem 1mo legimus Eberhardum anno 1217. vel præcedente Romæ egiſſe apud Honorium Papam per *Carolum tum Præpoſ. Friſac.* dein 1. Seccovii Epiſcopum pro Cathedra hac erigenda. 2do eidem Epiſcopatui aſſignatam eſſe *unam dietam cum dimidia* in diœceſi Salisburg. & *redditus* 300. *marcarum*, de quibus mox plura. 3. voluiſſe Papam ut *Eccleſia Seccov. Canonicorum Regularium* indemnis maneret, nilque de hujus redditibus attraheretur ad novum Epiſcopatum. 4. ne ullum Capitulo Salisburg. cujus conſenſus exſpectabatur fieret præjudicium.

Carolus Præp. Friſac. egit Romæ an. 1217. pro Ep. Seccov.

Epiſc. Seccov. diſtrictus, redditus.

Sine damno Eccl. Seccov. C. R. v. Capit. Salisburg.

De his, ut debite edoceretur Honorius Papa, nominavit Commiſſarios, rem hanc ſollicite inquiſituros, nempe *Epiſcopum Friſing.* electum *Brixinenſem*, & *Abbatem Admontenſem.* Friſingenſis Epiſcopus erat *Otto*, Brixinenſis Electus *Bertholdus*, Abbas vero Admont. *Godfridus* 2. (cui eodem hoc anno 40. *modios ſeu ſaumas Salis in Mullbach*, ſingulis annis percipiendos delegavit Eberhardus).

Commiſſ. Aoſt. Otto Epiſc. Friſing. Berth. & Brix. Godfr. 2. Abb. Adm. Admont. res.

Quoniam vero *Bertholdus Electus Brixinenſis*, *cruceſignatus in procinctu quaſi peregrinationis ſacræ poſitus* negotium hoc cum reliquis perficere non potuit, Epiſcopus Friſing. & Abbas Admont. id in ſe negotii ſuſceperunt, ac perſonaliter Salisburgum & Seccovium accedentes, utriusque Capituli Conſenſum promptiſſimum obtinuerunt, idque Papæ Honorio inſinuarunt.

Berth. El. Brix. cruceſignatus.

Nondum quidem vidi litteras Honorii Papæ ad Epiſcopum Friſing. Electum Brixin. & Abbatem Admont. ſcriptas, quarum tamen mentio fit hoc in Diplomate, aliæ tamen exſtant litteræ 3. Papæ, jam a me citatæ *ad Abbates de Sevven*, & *Raitenhaslach* &c. de eodem Epiſcopatu Seccovienſi, quas v. num. 2. inter Diplom. Epiſc. Seccov. ſed litteræ hæ collectæ, dubium mihi quoddam generant. Diploma Honorii de

erigendo Episcopatu Seccov. ad Eberhardum datum dicitur an. 1218. die *X. Kal. Julii* seu 22. *Junii*: litteræ ejusdem Honorii ad Abbates de Sewen & Raitenhaslach datæ sunt eodem an. 1218. die *XII. Kal. Julii* seu 20. *Junii*, tandem Litteræ Honorii ad Capitulum Seccov. præferunt etiam an. 1218. diem 8. *Id. Julii* seu 8. ejusdem mensis.

Jam vero, quomodo Honorius 3. Papa litteras dare potuit 20. *Junii* ad Abbates de Sewen & Raitenhaslach, quibus eis injungit, ut Episcopatus Seccov. perficiatur, & contradictores per censuram Ecclesiasticam, postposita omni appellatione compescantur, cum tamen Episcopatus Seccov. erectio primo 22. *Junii* Diplomate ejusdem Honorii fuerit decreta? Prope aberat, q[uo] in in sententiam Mezgeri abirem docentis, Diploma hoc Honorii de erectione Episcopatus Seccov. pertinere ad an. 1219. vel plane sequentem, cum indictio 8. addita fuerit, anno 1220. vel fini anni 1219 correspondens; sed movit me additus *Pontificatus Honorii* 3. *annus secundus*, qui alteri anno, quam huic 1218 Convenire nequit; præterea novi indictiones sæpe male poni, uti constat præsertim ex Diplom. Seccov. 38. 39. 40. &c.

Censeo itaque dicendum esse, Honorium 3. Papam primo omnium, & forte jam an. 1217 Episcopo Frising. Electo Brixinensi & Abbati Admontensi dedisse litteras, ut negotium Seccov. Episcopi inquirerent; hi ubi relationem suam favorabilem Pontifici trasmiserunt, illico Honorius Papa erectionem hujus Episcopatus decrevit, Diplomaque desuper Eberhardo Salisburg. destinavit: ne vero eodem tempore instituti Episcopatus orirentur lites & contradictiones, suæ sententiæ executores esse voluit Abbates de Sewen & Raitenhaslach, ac Magistrum Hugonem Canon. Ratisbon. quod Diploma eisdem missum, eodem fors die datum, errore amanuensium & Notariorum Papæ, maturo nimis calculo fuerit signatum, cum tamen ambo Diplomata eodem die ab Honorio 3. data videantur.

Episcopatus Seccov. termini.

Episcopatus tandem Seccovienſis novi termini in eadem hac bulla Pontificia exprimuntur, nempe *a parochia Chumbenz* Canonicorum Seccov. *in qua* parochia eadem *Seccov. Ecclesia* olim *fita* erat, *usque ad finem parochiæ S. Laurentii in Longum*, atque *in latam ab Ecclesia S. Mariæ in Pruck usque ad finem parochiæ in Lamsniz* seu, ut ait Diploma Seccov. 40. *in Leusniz*. Extensa est itaque diœcesis Seccovienſis trans fluvium Muhram ad terminos Carinthiæ.

Redditus ejusdem.

Eccl. Vonstorff. Leibniz.

Vogan.

S. Ruperti ad Rabam.

Redditus primi huic Episcopatui novo assignati fuere: 1. *Ecclesia Vonstorff* in circulo Judenburg. de qua jam plura dixi, uti & 30. *mansi in nemore ad fluvium Gevol* supra Pelsium. 2. *Ecclesia Leybenz* in oppido parochialis, cui nunc annexus est Commissariatus olim in Hengsperg existens. 3. *Ecclesia Vogan* seu *S. Joannis in Vogau* infra Seccovium, tandemque *Ecclesia Rabe*, seu *S. Ruperti ad Rabam*, quæ omnes, cum pluribus aliis, successu temporis, additis Ecclesiis, a Celsissimo Principe, & Episcopo Seccov. hodie adhuc conseruntur.

Præterea, donata est ab Eberhardo Episcopatui Seccovienſi *curia decimalis in Saccach* seu *Saccathal*, *domus Frisacensis* ac Salisburgensis, quam idem Archiepiscopus antea titulo emptionis comparaverat.

Hi-

Hi vero redditus, cum æſtimatione virorum prudentum, æquarent valorem 300 marcarum, tandem ad ſecundam Eberhardi Salisburg. Archiep. inſtantiam per Carolum Friſaci Præpoſitum factam, conſenſit Papa in erectionem Epiſcopatus, eo præſertim titulo, ne Epiſcopus Gurcenſis per Vicariatum Salisburgenſem, quem ad hoc uſque tempus, non in ſua ſolum, ſed Seccovienſi etiam ac Salisburgenſi Styriæ diœceſi hactenus excoluit, grave nimium diſpendium pateretur.

Carol. Friſi Præp. 2do Romam Miſſus.

Gurc. Epiſc. olim vic. Salisb. per Styr.

Cavet autem Papa, ut electio Epiſcopi Seccov. futuris temporibus penes Eberhardum, ejusque ſucceſſores Archiepiſcopos Salisburg. remaneat, uti & ejus inſtitutio, cum de bonis eorundem ſit dotatus, & ditatus ſit Epiſcopatus Seccovienſis.

Epiſc. Seccov. electio penes Salisb. Arch.

Datum eſt Diploma Romæ an. 1218. ut ſupra oſtenſum, *X.* Kal. Julii, indictio vero corrigenda & pro VIII. ponenda eſt VI. nam indictio VIII. cum anno 2. Pontificatus Honorii nullatenus cohæret.

Ad an. 1219. ad Diploma 46.

An. 1219. ad Dipl. 46.

Bene obſervat Frælichius ad Diploma Seccov. 40. annum Chriſti adjectum *MCCXX.* eſſe corrigendum, eique ſubſtituendum *MCCXIX.* idque ob indictionem VII. an. 1219. reſpondentem, uti & ob annum Pontificatus Eberhardi XIX. etenim Eberhardus 2. ſucceſſit Adalberto 2. die 5. Aprilis an. 1200. defuncto; de die, quo ſucceſſerit? non conſtat quidem, attamen 13. Kal. Martii an. 1219. currebat adhuc annus 19. Pontificatus Eberhardi 2. Id ipſum vero (quod neglexit Frælichius) in Diplom. 7. Epiſcopatus Seccov. obſervandum erit.

De epocha hujus Dipl.

Diploma hoc, cum plura de Epiſcopatu Seccov. contineat, ac bulla Honorii Papæ, omittere nolebam, & quidem 1*mo.* in limitibus hujus Epiſcopatus exprimuntur, hoc in Diplomate Capellæ etiam mediæ, nempe *Lint*, quæ parochia hodie *D. Martino* Sacra S. Lamberti monaſterio ſubeſt. *Weizzenchirchen*, ſeu hodie *S. Viti in Weiskirchen* in eodem Epiſc. Seccov. etiam parochia San-Lambertina, uti & *Pyber S. Andreæ* parochia: *Moskirchen* parochia penes caſtrum Söding, a Celſiſſ. Principe & Epiſc. Seccov. confertur, uti & *Tobel* penes balnea ejusdem nominis, *Eccleſia S. Margarethæ juxta Voitſperg*, denuo Monaſterio S. Lamberti, & alia *Eccleſia S. Margarethæ juxta Wildon* hodie a Can. Reg. S. Lamberti in Suben e Bavaria adminiſtratur; in his Eccleſiis, licet ſibi Archiepiſcopus Salisburgenſis reſervaverit jus patronatus & decimas, hodie tamen jus patronatus, in quibusdam harum, quo neſcio titulo? penes alios reſidet.

Seccov. Epiſc. limites. Paroch. Seccov. Lint. Weiskirchen Pyber. Moskirchen. Tobel. S. Margar. Voitſperg. it. ad Wildon.

Redditus iidem aſſignantur Epiſcopo Seccovienſi, qui in Diplomate Honorii Papæ, nempe *Vanſtorff*, *Leybenz*, *Vogan*, *Rabe*, *S. Ruperti Eccleſiæ*, de quibus ſupra dictum, præter 30. manſos vero *ad fluvium Gevle*, & *in Saccach*, ac domum Friſacenſem, & Salisburgenſem, additur hic curia decimalis *Cirbeniz*, & *turris antiqua in caſtro Leibniz*, quam *Fridericus* 1. *de Petovve* poſſediſſe dicitur, utpote a quo eam Archiepiſcopus Salisburg. redemit; turris hæc antiqua in caſtro Leibniz quæ fuerit? omnino ignoro, forſitan ea, quæ ad caſtrum Epiſcopale Seccov. hodie adhuc viſitur, & cui ſucceſſu temporis adjecta eſt arx,

Redditus Epi Seccov.

Leibniz antiq. turris.

Petovve de Fridericus 1.

& reſidentia Epiſcopalis: deſcribitur quidem a circumſtantiis, dum dicitur etiam donata fuiſſe *area, quæ inter eandem turrim, & granarium noſtrum ſita eſt infra muros, & extra muros, & pomerium, & pars montis, ſicut protenditur pomerium in longum, & ibidem ex transverſo, a ſtrata publica usque in flumen Sulben*, ex his ſuſpicor, caſtrum modernum Seccovienſe, nondum extitiſſe, hocque ex ruderibus caſtri Leibniz, in *area* illa, & *pomerio infra & extra muros* fuiſſe conſtructum, nomen vero Seccav obtinuerit ab Epiſcopis Seccov. quibus is locus dono ceſſit; etenim præter oppidum Leibniz, extitiſſe etiam caſtrum ejus nominis oſtendi tomo 1. Diſſert. 4. cap. 6. in Ottoc. 5to §. 10. ubi huic diſſidium fuiſſe de caſtro Leibniz oſtendi.

Seccav arx penes Leibniz.

Leibniz caſtr. antiq.

Reliqua Diplomatis hujus expoſitione non egent.

An. 1220. ad Dipl. 17.

Ad an. 1220. ad Diploma 47.

Alia epocha Diplomati huic adjecta non eſt, ut certius quid colligi poſſit; id conſtat, poſt hunc annum Diploma differri non poſſe, cum hoc anno Fridericus Imp. Romæ coronatus ſit, ſicque jam Imperator, non Rex inſcriptus fuiſſet.

Hermannus 1. Schachner Præpoſ. 3. Seccov. v. Hezmannus.

Hezimannus Præpoſitus 3. *Seccovienſis*, Geroldi ſucceſſor hoc certe anno Seccovii præfuit, an antea? ignoro, de hoc jam an. 1202. dictum, eum, vel eo anno Geroldi legatum fuiſſe, vel intermedio forte tempore Seccovii Præpoſitum. Documenta Seccov. an. 1740. edita, tertium Præpoſitum nominant, *Hermannum Schachner, qui e religioſa ſua palæſtra primum inclyto Stainzenſium Canonicorum Collegio Præſulem Geroldum ſuppeditavit*: præter hunc Hermannum, qui in Necrologio veteri Seccov. hoc nomine non reperitur, notatur defunctus 3. *Idus Febr. Hermannus Potſchacher hujus loci Præpoſitus an.* 1339. Item 16. *Kal. April. Hermannus dictus Haller Præpoſitus hujus Eccleſiæ*, de quibus alibi, attamen Hermannus 1. de quo agimus, in Necrol. Seccov. legitur ad 18. *Kal. Januarii* his verbis *Hetzmannus quondam hujus loci Præpoſitus.*

Gerold. Præpoſ. 1. Stänz.

Hermannus 2 & 3. Præp. Seccov.

Hermannus itaque 1. hujus nominis Præpoſitus Seccov. etiam Hezimannus dictus, cum Leopoldo Duce noſtro, concambium iniit, cum enim Leopoldus Dux, ut in Chronologia dictum, ad defenſionem Auſtriæ, arcem *Guetenſtein*, olim Styriæ, modo Auſtriæ inſertam, muniret, pro 2. manſis in *Cervvald* Seccovienſibus dedit alpem juxta monaſterium ad fluvium Gradam ſitam, ſicque uſui eorum longe Commodiorem; dum autem dicitur in Diplomate hoc, manſos hos juxta *Cervvald* fuiſſe, Colligo, eos non procul a caſtro Guetenſtein abfuiſſe, cum caſtrum hoc in confiniis Sylvæ Viennenſis, & Cerwald Sylvæ, Semeringium etiam complectentis, ſitum habuerit: inter teſtes eſt.

Guetenſtein arx munitur.

1. *Herrandus de Wildonia.* V. tom. 1. annot. Diplom. 53.

Poacke de Erchenger ſen. & Jun.

2. *Erchengerus de Poacke Senior*; familia hæc vel eadem cum Dominis de Poche, de quibus v. tom. 1. annot. Diplom. 45. vel certe extra Styriam ſita videtur. An. 1300. in Diplom. Göſſ. 22. legitur inter teſtes *Hervvard der Pockk*, forte cognomen hominis, nulla nobilitate inſignis.

3. *Item Erchenberg*, probabilius *Erchenger junior*, nempe *de Poacke.* Epocha convenit, ut dictum eſt.

Ad

Ad an. 1222. ad Diploma 48.

An. 1222. ad Dipl. 48.

Plurima de patria noſtra detegit Diploma hoc, etenim 1. innoteſcit *Fridericus* 1. *de Petovia*, & ejus filius *Frider.* 2. 2. confirmantur ea, quæ tom. 1. annot. Diplom. 45. in expoſitione hujus Genealogiæ de Friderico 1. dicebam, eum nempe belli artibus fuiſſe clariſſimum; jam enim Sæculi 12. fine Geyſa rex Hungariæ rogabat Eberhardum Archiep. Salisburg. ut Fridericum hunc, miniſterialem Eccleſ. Salisburg. compeſcere a perturbatione Hungariæ non differret, ex quo proin patet, eum cum Hungaris, quibus proximus erat, plura prælia Geſſiſſe. Contigerit itaque an. circiter 1109. ut in bello illo Hungarico inter Emericum regem & Leopoldum Ducem noſtrum geſto, Fridericus 1. Petov. ulturus graſſationes Hungarorum in Auſtriam, Hungaris terram illam *Gros-Sontag* dictam eripuerit, utque tuta permaneret penes Styriam, Equitibus Teutonicis contulerit, ut jam in Chronol. hujus anni ſuſpicabar, de quibus plura ad an. 1235.

Petav. d. Friderici 1. & 2.

Groſſontag eripitur Hungaris.

De ortu, & origine domus ſeu Commendæ hujus celeberrimæ, pauca mihi hactenus, ac nonniſi ea, quæ Cl. Frælichius in ſuo Diplomatario Styriæ edidit, viſa ſunt, quibus ſi plura gratioſe, ut ſpero, obtinuero, referre ſuis locis, non intermittam. Cætera Diplomatis patent, & indictio anno cohæret.

Ad Diploma 49.

Seu ad Catalogum Abbatum San-Lambertinorum.

Ad Dipl. 49. Catal. Abbat. S. Lamberti.

Jam tomo præcedente ſæpius dicebam, admodum arduam eſſe ſeriem Abbatum celeberrimi & exempti in Styria Monaſterii S. Lamberti Ord. S. Benedicti, tum quod accuratus horum Abbatum Catalogus, nondum luci publicæ fuerit datus, tum quod Bucelinus in Catalogo ſuo plures manifeſtos contineat errores, licet oculis ſe ſuis luſtraſſe dicat archiva S. Lamberti. Dum tomi primi laborem propemodum finirem, ſubmiſſus eſt mihi e celeberrimo hoc Monaſterio, ſingulari favore, & ſtudio Pl. Rev. ac Clar. P. Anſelmi Säringer, Prioris meritiſſimi Catalogus Abbatum S. Lamberti, quem proin hocce loco inter Diplomata colloco, & notis quibusdam illuſtro, nam nec hic omni ex parte cum documentis & Diplomatis veterum conſentire videtur.

Primus ſpectatiſſimi hujus Aſceterii *Abbas* procul dubio ſtatuitur *Hartmannus* ſeu *Hermannus*, ita litteræ fundationis, aliaque plura documenta teſtatum faciunt; de eodem tamen Hartmanno dubia quamplurima occurrunt, & 1. quidem an filius Marquardi, & frater Henrici fuerit, Carinthiæ Ducum, quorum ille fundationem San-Lambertinam cæpit, hic vero feliciter conſummavit? res hæc teſtante Catalogo mihi ſubmiſſo, Diplomate aliquo vix definiri poterit, cum in litteris fundationis, talis conſanguinitatis nulla fiat mentio; idem tamen Catalogus, & documenta hujus Monaſterii an. 1740. in gradu Philoſophico Græcii edita, id & continua traditione & tabularum ſuarum fide adſtruunt.

Abbas 1.

Hartmannus v. Hermannus.

An filius Marquardi & frater Henrici Duc. Carinth.

& reſidentia Epiſcopalis: deſcribitur quidem a circumſtantiis, dum dicitur etiam donata fuiſſe *area, quæ inter eandem turrim, & granarium noſtrum ſita eſt infra muros, & extra muros, & pomerium, & pars montis, ſicut protenditur pomerium in longum, & ibidem ex transverſo, a ſtrata publica usque in flumen Sulben*, ex his ſuſpicor, caſtrum modernum Seccovienſe, nondum extitiſſe, hocque ex ruderibus caſtri Leibniz, in *area* illa, & *pomerio infra & extra muros* fuiſſe conſtructum, nomen vero Seccav obtinuerit ab Epiſcopis Seccov. quibus is locus dono ceſſit; etenim præter oppidum Leibniz, extitiſſe etiam caſtrum ejus nominis oſtendi tomo 1. Differt. 4. cap. 6. in Ottoc. 5to §. 10. ubi huic diſſidium fuiſſe de caſtro Leibniz oſtendi.

Seccav arx penes Leibniz.

Leibniz caſtr. antiq.

Reliqua Diplomatis hujus expoſitione non egent.

An. 1220. ad Dipl. 17.

Ad an. 1220. ad Diploma 47.

Alia epocha Diplomati huic adjecta non eſt, ut certius quid colligi poſſit; id conſtat, poſt hunc annum Diploma differri non poſſe, cum hoc anno Fridericus Imp. Romæ coronatus ſit, ſicque jam Imperator, non Rex inſcriptus fuiſſet.

Hermannus 1. Schachner Præpoſ. 3. Seccov. v. Hezmannus.

Hezimannus Præpoſitus 3. Seccovienſis, Geroldi ſucceſſor hoc certe anno Seccovii præfuit, an antea? ignoro, de hoc jam an. 1202. dictum, eum, vel eo anno Geroldi legatum fuiſſe, vel intermedio forte tempore Seccovii Præpoſitum. Documenta Seccov. an. 1740. edita, tertium Præpoſitum nominant, *Hermannum Schachner, qui e religioſa ſua palæſtra primum inclyto Stainzenſium Canonicorum Collegio Præſulem Geroldum ſuppeditavit*: præter hunc Hermannum, qui in Necrologio veteri Seccov. hoc nomine non reperitur, notatur defunctus 3. *Idus Febr. Hermannus Potſchacher hujus loci Præpoſitus an.* 1339. Item 16. *Kal. April. Hermannus dictus Haller Præpoſitus hujus Eccleſiæ*, de quibus alibi, attamen Hermannus 1. de quo agimus, in Necrol. Seccov. legitur ad 18. *Kal. Januarii* his verbis *Hetzmannus quondam hujus loci Præpoſitus.*

Gerold. Præpoſ. 1. Stänz.

Hermannus 2 & 3. Præp. Seccov.

Hermannus itaque 1. hujus nominis Præpoſitus Seccov. etiam Hezimannus dictus, cum Leopoldo Duce noſtro, concambium iniit, cum enim Leopoldus Dux, ut in Chronologia dictum, ad defenſionem Auſtriæ, arcem *Guetenſtein*, olim Styriæ, modo Auſtriæ inſertam, muniret, pro 2. manſis in *Cervvald* Seccovienſibus dedit alpem juxta monaſterium ad fluvium Gradam ſitam, ſicque uſui eorum longe Commodiorem; dum autem dicitur in Diplomate hoc, manſos hos *juxta Cervvald* fuiſſe, Colligo, eos non procul a caſtro Guetenſtein abfuiſſe, cum caſtrum hoc in confiniis Sylvæ Viennenſis, & Cerwald Sylvæ, Semeringium etiam complectentis, ſitum habuerit: inter teſtes eſt.

Guetenſtein arx munitur.

1. *Herrandus de Wildonia.* V. tom. 1. annot. Diplom. 53.

Poacke de Erchenger ſen. & Jun.

2. *Erchengerus de Poacke Senior*: familia hæc vel eadem cum Dominis de Poche, de quibus v. tom. 1. annot. Diplom. 45. vel certe extra Styriam ſita videtur. An. 1300. in Diplom. Göſſ. 22. legitur inter teſtes *Hervvard der Pockk*, forte cognomen hominis, nulla nobilitate inſignis.

3. *Item Erchenberg*, probabilius *Erchenger junior*, nempe *de Poacke.* Epocha convenit, ut dictum eſt.

Ad

Ad an. 1222. ad Diploma 48.

An. 1222. ad Dipl. 48.

Plurima de patria noſtra detegit Diploma hoc, etenim 1. innoteſcit *Fridericus* 1. *de Petovia*, & ejus filius *Frider.* 2. 2. confirmantur ea, quæ tom. 1. annot. Diplom. 45. in expoſitione hujus Genealogiæ de Friderico 1. dicebam, eum nempe belli artibus fuiſſe clariſſimum; jam enim Sæculi 12. fine Geyſa rex Hungariæ rogabat Eberhardum Archiep. Salisburg. ut Fridericum hunc, miniſterialem Eccleſ. Salisburg. compeſcere a perturbatione Hungariæ non differret, ex quo proin patet, eum cum Hungaris, quibus proximus erat, plura prælia Geſſiſſe. Contigerit itaque an. circiter 1109. ut in bello illo Hungarico inter Emericum regem & Leopoldum Ducem noſtrum geſto, Fridericus 1. Petov. ulturus graſſationes Hungarorum in Auſtriam, Hungaris terram illam *Gros-Sontag* dictam eripuerit, utque tuta permaneret penes Styriam, Equitibus Teutonicis contulerit, ut jam in Chronol. hujus anni ſuſpicabar, de quibus plura ad an. 1235.

Petav. d. Frideric. 1. & 2.

Groſſontag eripitur Hungaris.

De ortu, & origine domus ſeu Commendæ hujus celeberrimæ, pauca mihi hactenus, ac nonniſi ea, quæ Cl. Frælichius in ſuo Diplomatario Styriæ edidit, viſa ſunt, quibus ſi plura gratioſe, ut ſpero, obtinuero, referre ſuis locis, non intermittam. Cætera Diplomatis patent, & indictio anno cohæret.

Ad Diploma 49.

Seu ad Catalogum Abbatum San-Lambertinorum.

Ad Dipl. 49. Catal. Abbat. S. Lamberti.

Jam tomo præcedente ſæpius dicebam, admodum arduam eſſe ſeriem Abbatum celeberrimi & exempti in Styria Monaſterii S. Lamberti Ord. S. Benedicti, tum quod accuratus horum Abbatum Catalogus, nondum luci publicæ fuerit datus, tum quod Bucelinus in Catalogo ſuo plures manifeſtos contineat errores, licet oculis ſe ſuis luſtraſſe dicat archiva S. Lamberti. Dum tomi primi laborem propemodum finirem, ſubmiſſus eſt mihi e celeberrimo hoc Monaſterio, ſingulari favore, & ſtudio Pl. Rev. ac Clar. P. Anſelmi Säringer, Prioris meritiſſimi Catalogus Abbatum S. Lamberti, quem proin hocce loco inter Diplomata colloco, & notis quibusdam illuſtro, nam nec hic omni ex parte cum documentis & Diplomatis veterum conſentire videtur.

Primus ſpectatiſſimi hujus Aſceterii *Abbas* procul dubio ſtatuitur *Hartmannus* ſeu *Hermannus*, ita litteræ fundationis, aliaque plura documenta teſtatum faciunt; de eodem tamen Hartmanno dubia quamplurima occurrunt, & 1. quidem an filius Marquardi, & frater Henrici fuerit, Carinthiæ Ducum, quorum ille fundationem San-Lambertinam cæpit, hic vero feliciter conſummavit? res hæc teſtante Catalogo mihi ſubmiſſo, Diplomate aliquo vix definiri poterit, cum in litteris fundationis, talis conſanguinitatis nulla fiat mentio; idem tamen Catalogus, & documenta hujus Monaſterii an. 1740. in gradu Philoſophico Græcii edita, id & continua traditione & tabularum ſuarum fide adſtruunt.

Abbas 1.

Hartmannus v. Hermannus.

An filius Marquardi & frater Henrici Duc. Carinth.

Liber fundat. S. Lambert. & San-Lambert. cujus fidei.

Dubia itaque eſt hæc Hartmanni cum Henrico Duce Carinthiæ fraternitas, utpote nullo vetuſto roborata argumento, namque jam tom. 1. ad an. 1096. oſtendi, librum fundationis San-Lambertinæ, ob multa, quæ continet, hiſtoriæ contraria modicæ fidei eſſe, tabulas vero San-Lambertinas adhuc minorem fidem mereri cenſeo, cum compoſitæ fuerint ab Ulrico Chemnicenſi, primitus ad S. Lambertum, dein Salisburgi pædagogo, cui vix crediderim admiſſum fuiſſe Diplomata Monaſterii hujus penitius inſpicere vel ſcrutari, Genealogia præterea Marquardi Eppenſteinii ex Megiſero & Lazio deducta, plurimis diſplicet, præcipue Frælichio in Archontologia Carinthiæ, qui ibidem tab. Genealog. 3. omiſſo inter Marquardi filios, Hartmanno Abbati S. Lamberti, ſubſtituit Hermannum Epiſcopum Patav. ab an. 1085. ad 1087. &c. Marquardi filium & Henrici 2. Eppenſteinii, Carinthiæ Ducis fratrem.

Hartmann. an Abb. Gotwic. S. Udalr. & Prior S. Blaſii.

Alterum occurrit de *Hartmanno Abbate* 1. *S. Lamberti* dubium, an nimirum fuerit *Prior S. Blaſii*, dein *Abbas Gotwici*, *ad S. Udalricum*, & *ad S. Lambertum in Styria*. Silet de hoc Catalogus mihi Communicatus, docet vero Anonymus in vita B. Altmanni Epiſc. Patav. apud Hier. Pez. tom. 1. col. 132. Hartmannum hunc ex Priore S. Blaſii an. 1094. factum Abbatem Gotwicenſem, ſimulque addit, S. Altmannum an. 1091. defunctum, apparuiſſe Hartmanno huic in Monaſterio S. Blaſii eique virgam paſtoralem tradidiſſe, ac locum Gotwicenſem Commendaſſe: addit dein anonymus idem num. 40 Hartmannum ab Henrico 5. (ſeu potius 4to) rege, in regali Abbatia Campidunenſi, & ab Epiſcopo Auguſtano in Abbatia S. Udalrici Auguſtæ, & a Duce Carinthiæ in Abbatia S. Lamberti fuiſſe Abbatem conſtitutum. *Conſentit* in omnibus vita altera B. Hartmanni apud cit. Pezium col. 159. atque ex his eadem exſcripſerit Franc. Petrus in ſua Svevia Eccleſiaſtica, Bertholdus Presbyter Conſtantienſis ab Urſtiſio Vulgatus ſequentia tradit: *D. Otto Venerab. Abbas ejusdem loci* ſeu S. Blaſii in Sylva nigra, *Priorem D. Hartmannum, in orientale regnum, in Marcham Ungaris collimitaneam, cum aliis confratribus ſuis direxit, ad novam Abbatiam in Epiſcopatu Patav. in loco, qui Cotevvich dicitur, inſtituendam*: nil vero addit de aliis Abbatiis Hartmanno huic collatis.

Ex his non adeo pronum eſt dicere, an Hartmannus ex Priore S. Blaſii in Sylva nigra factus Abbas Gotwicenſis, idem fuerit cum Hartmanno Abbate S. Lamberti? etenim 1. ægre combinari poteſt, quomodo idem Hartmannus, qui 20. annis Abbatiam Gotwicenſem rexit, jam an. 1096. Abbas fuerit S. Lamberti, niſi ſimul omnibus his Monaſteriis tanquam Archi-Abbas præfuiſſet, quod quidem eo ævo non adeo rarum, oſtendi ad an. 1105. exemplo Wecilonis, qui Abbatias Lambacenſem & Admontenſem ſimul adminiſtravit. 2. quamvis dubia omnia ſint, quæ de Hartmanni hujus ſtemate Ducali, & geſtis ampliſſimis Præfecturis referuntur, adjuvari tamen poſſunt traditiones hæ domeſticæ conjecturis quibusdam, chronotaxi non contrariis, nam an. 1094. ex Priore S. Blaſii in Sylva nigra fieri potuit Abbas Gotwici, an. 1096. ad S. Lambertum in Styria, ſicque præeſſe potuit Monaſterio S. Lamberti, ad an. uſque 1114. nam an. 1103. Hartmannus

bbas

Abbas S. Lamberti refertur in charta donationis ſuo Monaſterio factæ, ab Henrico Duce Carinthiæ in Diplomatar. Styriæ part. 2. fol. 272. an. 1104 in Diplomate fundationis S. Lambertinæ, ibidem fol. 274. an. 1106. Epiſcopo Conſtantienſi Coadjutor datus fuit, *qua de cauſa*, ut ait Catalogus mihi ſubmiſſus *duplum pedum hodie adhuc Monaſterium S. Lamberti in inſigni ſuo habet.* Hæc, inquam, omnia combinari quidem poſſunt, ſed ægre, & non ſine magno dubio; reliqua ejus acta latent, diem obitus inſinuare videtur Chron. Admont. his verbis: *An. MCXIV. obiit D. Hartmannus Primus Chotvvicenſis Abbas*, quæ ſententia proin tenet in ſuppoſito, quod unus idemque fuerit Abbas 1. Gotwicenſis & S. Lamberti, ſicque Hartmannus præfuiſſet ad S. Lambertum 18. annis. Catalogus inſertus Græcio topogr. deſcripto habet eum 36. annis præfuiſſe & obiiſſe an. 1109. Hiſce in difficultatibus nil magis opto, quam ut prodeat optatus ille, & ſicut ſcribitur, jam cæptus labor de vitis Abbatum, viciſſitudinibus Monaſterii S. Lamberti.

Monaſt. S. Lamb. cur 2. pedal ferat in inſigni.

2dum *Abbatem* S. Lamberti, & Bucelinus, & Catalogus mihi ſubmiſſus ſtatuit *Jacobum*, a Paſchali 2. Papa confirmatum, qui ab Henrico 4. Imp. vulgo 5to an. 1114. in Conſenſu Procerum Imperii Moguntiæ, obtinuit fundationis & privilegiorum confirmationem, ac morienti fundatori Henrico 2. Eppenſteinio adſtitiſſe dicitur, ita Catalogus mihi ſubmiſſus. Jacobus hic, ſi Henrico Eppenſteinio morituro adſtitit, non an. 1125. obiiſſe potuit, ut vult Catal. Græcio topogr. deſcr. inſertus, cum Henricus Dux ipſe primum an. 1127. vitam clauderet, unde errat etiam Bucelinus Jacobo huic an. 1125. Otkerum ſubſtituens, ſed nec menti Catalogi cit. ſecurus accedo, imo Jacobum Abbatem S. Lamberti Secundum non fuiſſe, doceor ex Diplom. Runenſi 9. ad an. 1159. ab Eberhardo Salisburg. dato, in Diplomataria Ducatus Styriæ part. 2. f. 13. in qua ita lego: *anno debinc milleſ. centeſ. quinquageſ. nono Dom. Incarnat. cum poſt felicis memoriæ exceſſum Udalrici Abbatis, Otkerus quidam ex Admunt. cœnobio Monachus regendo S. Lamberti Monaſterio tertius ſucceſſiſſet &c.* ergo ex, hoc Diplom. Otkerus, tertius & Udalricus, 2dus fuit Abbas, hicque Hartmanni ſucceſſor: Diploma hoc Runenſe tenendum eſſe, præ illo alio Conradi Imp. oſtendam in Wolframo Abbate.

Jacobus non fuit 2. Abb. S. Lamberti.

Udalricus itaque hujus nominis 1*mus Abbas* 2. fuiſſe videtur ad S. Lambertum. Hic Canonicus olim Garſtenſis, cum anno 1107. ab Ottocaro 4. Styriæ Marchione, Monachi in Garſten ſubſtituerentur Canonicis, teſte biographo B. Bertholdi apud Cl. Hier. Pez. tom. 2. fol. 88. ab eodem Ottocaro, ad quem jure proprietario pertinebat, remanere, & Monachum induere eſt coactus: ita enim ſcribit biographus cit. *erant autem, qui remanere cogebantur, Dominus Uodalricus, poſtea apud S. Lambertum Abbas. &c.* Udalricus itaque Abbas 2. ad S. Lambertum, ex Monaſterio Garſtenſi poſtulatus fuit, anno ut opinor 1114. quia poſt Hartmanni mortem, qui templum ampliaſſe, & multa præclare geſſiſſe fertur. Anno 1137. teſtem egit Conrado Salisburg. Archiep. dum Friſaci Monaſterio Reicherſpergenſi ad inſtantiam Gerhohi Præpoſiti conferret privilegium, ut v. auth. Germ. ſacræ tom. 2. f. 234. an. 1139. idem author f. 237. adducit obligationem Severi & totius Capituli Salisburg.

Udalric. 2us Ab. 2. S. Lamb. olim Canon. Garſtenſ.

lisburg. cui denuo *Ulricus Abbas S. Lamberti* eſt ſubſcriptus: an. 1141. idem præſens fuit electioni Wernheri Præpoſiti 1. Seccov. Friſaci factæ, ut v. Diplom. 2. Seccov. an. 1146. concambium celebravit cum Gerlaco Abbate 1. Runenſi, ut v. Diplom. Runenſe 7. inter mea tom. 1. num. 16. poſthæc ejus memoria non occurrit, præfuit hic annis circiter 32. vel ultra.

De Udalrico hoc ſeries Abbatum S. Lamberti, quem hic expono, habet, eum ab Honorio 2. Pontifice ſummo, fuiſſe confirmatum, atque ſub eo templum Monaſterii S. Lamberti conſecratum, erroris dein arguit Chemnicenſem, qui hanc dedicationem reponit ſub Abbate Berengero circa an. 1206. Si Udalricus ſub Honorio 2. confirmatus eſt, ejus confirmatio dilata fuit ad annos uſque, 1124. ad 1129, quibus Honorius Papa ſedem Romanam tenuit. Dedicatio templi S. Lamberti de qua an. 1142. pluribus eſt actum, incerto quodam anno peracta eſt, attamen cum eam dedicationem obierit B. Hartmannus Epiſcop. Brixin. teſte vitæ biographo apud Hier. Pez tom. 1. col. 508. ea inter annum 1142. quo B. Hartmannus Epiſc. Brixinenſis factus eſt, & annum 1164. quo obiit, reponenda eſt, quare omnino ſub Udalrico potius, quam Berengero an. 1206. ſtatuenda videtur.

3. Abbas Otcherus. Monach. antea Admont.

Abbas 3. *Otcherus* ſtatuitur, nec contradico, cum id diſertis verbis, Diploma Runenſe 9. ſupra citatum doceat. Catalogus Abbatum S. Lamberti eum paulo poſt electionem mortuum ait, cui tamen aſſerto non aſſentior, cum ex cit. Diplom. Runenſi 9. conſtet Otkerum Abbatem, Romam ad Hadrianum 4. Papam, ob prædium Sedingen abiiſſe, atque an. 1159. deciſioni litis ejusdem, ab Eberhardo Salisb. factæ adfuiſſe, diutius itaque in vivis perſtitit, cum Hadrianus 4. an. 1154. Papa factus, Eccleſiam Catholicam rexerit ad an. 1158. quo tempore Otcherus Romam abiiſſe, & dein an. 1159. conventui in Göſſ. ab Eberhardo Salisburg. celebrato adfuiſſe debuit: ſi conſtaret, quonam anno Udalricus Abbas obierit, facile conjectura deſumi poſſet; ſed latet hactenus hujus annus emortualis, niſi Catalogum P. Macher ſeu Græcio topogr. deſcripto inſertum ſequi velimus, qui Udalricum an. 1149. defunctum docet.

Otto Abbas nullus hoc. temp. ad S. Lambert.

Ex his vix credibile apparet, Ottonem Abbatem S. Lamberti (ut habent docum. S. Lamberti an. 1740. in gradu Philoſ. edita) Hadriani 4. Papæ Authoritate obtinuiſſe privilegium de expoſitione ſuorum Religioſorum ad parochias ſubjectas; ſane ipſe Catalogus Abbatum hic explicandus Ottonem Abbatem 7. decernit ad an. 1163. ut v. infra: plura de Otchero non innotuere.

Abbas 4. Udalricus. in hoc Catal. dicitur, ſed eum fuiſſe Abbatem ordine 2. jam ſupra oſtendi, mihi itaque.

4. Abbas Wolframmus.

Abbas 4tus Wolframmus videtur, de quo tamen non omnia ſatis plana ſunt: etenim Catal. cit. de Wolframmo hoc ait, quod eum Conradus 2. Imp. in Diplom. edito XII. Kal. Junii an. 1149. *Religioſiſſimum perſonam & veneratione dignam* nominet; Abbatem hunc lubens ante Otcherum poſuiſſem ordine 3tium, ut Diploma Conradi ſalvari poſſet, ſed obſtat Diplom. Runenſe 9. ſupra citatum, quod diſertis verbis *Otcherum Abbatem* 3. *S. Lamberti* fatetur. Conradus 2. Imp. hu-

jus

jus nominis, vulgo 3tius, præfuit imperio ab an. 1138. ad 1151. &, ut; jam ad an. 1146. obſervavi, Conradus hic nomine 3tius dictus eſt Imperator Conradus 2. quia Conradus 1. ob Berengarium tum Romanum diadema gerentem, a quibusdam inter Imperatores Romanos non recenſetur: in hac itaque re dubia, cum an. 1149. vel Udalricus Abbas 2. vel Otcherus Abbas 3tius Monaſterium S. Lamberti rexiſſe videatur, cenſeo vel in Diploma Conradi, errorem in nomine Wolframmi irrepſiſſe, vel Diploma Runenſe 9. erroneum eſſe, at cum hoc publicis actis, omni ſub ſinceritate inſertum ſit, illud Conradi 2. Diploma vero, hactenus lucem publicam, ut opinor, non viderit, Runenſi Diplomati confido, donec contrarium documentis aliis probetur. Wolframmum hunc, jurium Monaſterii acerrimum defenſorem ſtatuunt documenta S. Lamberti an. 1740. edita, reliqua latent. P. Macher an. 1150. defunctum docet.

Abbatem 6tum ex Catalogo cit. lego *Godfridum*, qui mihi ob expunctum e ſyllabo Abbatum San-Lambertin. Jacobum 5*tus Abbas* numeratur; eum a compoſita, interventu Eberhardi Archiep. Salisburg. authoritate Apoſt. in hoc Commiſſarii, lite cum Sophia relicta Henrici vidua celebrem docet Catalogus Abbatum; cætera de eo mihi non innotuere; an. 1156. teſte P. Macher obiit. *5. Abbas Godfridus.*

Abbas 7. mihi *6tus Otto* 1. fuit, ſub quo Cellæ Marianæ cultum religioſum, cum imagine hodie gratioſiſſima acceperunt. V. dicta an. 1157. obiit 14. Julii an. 1164. ita Catal. citatus. *6. Abbas Otto 1.*

Abbas 8. mihi ex dictis 7mus fuit Magnus, de quo præter nomen nihil conſtat. P. Macher an. 1170. obiiſſe tradit. *7. Abbas Magnus.*

Abbas 9. mihi 8*vus Bernherus* 1. fuit, ab Alex. 3. confirmatus, de hoc plura refert Bucelinus Germ. Sacr. p. 2. litt. A. pag. 2. huic Abbati Diploma confirmatorium dedit Frider. 1. Imper. an. 1170. apud Frieſach. v. Frælich. Diplomatar. Styr. p. 2. f. 278. obiit 1181. teſte P. Macher ſeu Catal. Græcii topogr. deſcr. *8. Abbas Bernherus 1.*

Abbas 10. mihi 9*nus Berengerus* præfuit, hunc 27. annis feliciſſime præfuiſſe, dein vero Abbatiam reſignaſſe, ac paulo poſt obiiſſe, ex eodem Catal. habeo: Cl. Hier. Pez. tom. 1. col. 496. docet Berengerum munus Abbatis San-Lambertini ab an. 1181. ad 1208. geſſiſſe, ex Georgio Ulrico Chemnicenſi ad an. 1604. ſed de hujus authoritate jam ſupra dixi; præterea chronataxim hanc erroneam ſequentia docent. nam, ſi, ut vult Pezius idem, Berengeri invitatu, templum S. Lamberti fuiſſet conſecratum a B. Hartmanno Epiſc. Brixinenſi, neceſſario Berengerus ante an. 1165. (cum an. 1164. obierit 10. Kal. Januarii B. Hartmannus) Abbas fuiſſet quod ſuſtineri non poteſt, cum Otto 1. an. 1164. obierit, & poſt eum Magnus, & Bernherus Abbates fuerint; unde ſi teſte ſcriptore Anonymo Clauſtroneoburg. vitæ B. Hartmanni Ep. Abbas quidam S. Lamberti, illa 3. miracula in dedicatione Eccleſiæ S. Lamberti facta retulit, Abbas ille omnino Berengerus eſſe potuit, utpote qui non multum a temporibus B. Hartmanni, uti ipſe biographus citatus, abſuit, non vero, ut dixi, Berengerus Abbas B. Hartmannum ad eam dedicationem invitavit, ſed Udalricus 1mus vel aliquis ſucceſſorum ejus usque ad Magnum Abbatem. *9. Abbas Berengerus.*

10. Abbas Udalricus 2.

Abbas 11. mihi vero 10. fuit *Udalricus* 2. ſolo nomine notus, in Necrologio Admont. & Runenſi ad 10. *Kal. Junii* defunctus legitur, *Ulricus Abbas de S. Lamberto*, an 1mus vel 2dus hujus nominis? incompertum, teſte P. Macher obiit an. 1215.

11. Abbas Walfridus.

Abbas 12. in Catal. dicto numeratur *Walfridus* mihi ordine 11. de hoc refert Catal. citatus, quod ipſe Romam abierit, & ab Honorio 3. benedictionem Abbatialem impetraverit; aſt de hoc vehementer dubito, nam Honorius 3. Papa factus eſt an. 1216. die 15. *Kal. Aug.* atqui eodem an. die 7. *Kal. Julii*, proin antequam Honorius Papa eſſet, jam Wolfkerus, ejus ſucceſſor, ad S. Lambertum præfuit, uti docet Dipl. Seccov. 36. inter mea Dipl. tom. 1. num. 42. relatum, cui Wolfkerus Abbas ad S. Lambertum ſubſcripſit, proin Walfridus eo an. jam defunctus fuit. Reliqua incomperta: ex his arguo Catalogum illum Abbat. S. Lamberti, Græcio topogr. deſcr. inſertum, quem brevitatis cauſa Catal. P. Macher nomino, in multis errare, nam cum an. 1216. jam Wolfkerus Abbas præfuerit, nec Walfridus an. 1224. nec ſors Udalr. 2. an. 1215. obiiſſe potuit.

12. Abbas Wolfkerus.

Abbas 13. mihi 12. *Wolfkerus*, de quo Catal. cit. habet, quod poſt aliquot regiminis annos reſignaverit, & in fama ſanctitatis obierit; ejus epitaphium ad S. Lambertum tale legebatur.

Abbas Wolfkerus, cultor Domini quia verus
Exiſtit in populo, pauſat in hoc tumulo.

Hunc piiſſimum Abbatem ab an. 1216. ad. 1231. præfuiſſe, atque poſt hunc annum reſignaſſe, ſequentia documenta oſtendunt; de anno electionis licet non conſtet, Diploma tamen Seccov. 36. mox citatum habet, eum jam an. 1216. præfuiſſe, dein an. 1222. inter eum & Abbatem Runenſem Engilbertum, litem de Sylva Sedingenſi compoſuit Dux Leopoldus, ut V. Diploma Runenſe 18. apud Frælichium, an. 1231. idem Abbas Wolfkerus controverſiam aliam cum Gotirido Præp. & Capit. Seccov. terminavit, ut v. Dipl. Seccov. 50. Quando vero reſignaverit & obierit? nondum inveni, dies tamen emortualis manifeſtatur ex Necrologio Admont. in quo legitur defunctus. 13. *Kal. Junii Wolfkerus Abbas S. Lamberti.* V. annot. Diplom. 43. hujus tomi.

13. Abbas Permannus de Trüchſen aliis Germanus vel Hermannus.

Abbas 14. *Permannus* mihi 13. hunc Catalogus S. Lamberti & Dipl. Seccov. 57. Permannum, documenta S. Lamberti vero an. 1740. edita Germanum, author Germaniæ Sacræ tom. 2. f. 313. *Hermannum* vocat; ad annum 1243. præfuiſſe legitur ex Diplom. Seccov. 57. inter mea hic num. 84. in quo habetur in ejusdem præſentia deciſam eſſe litem parochiarum Chumbenz & Vanſtorf. Quo vero anno Wolfkero ſucceſſerit? ignoro, nec enim Catalogus citatus, vel alia S. Lamberti documenta id innuunt, ſed una ſolum voce, cum authore Germaniæ Sacr. docent, eum primum fuiſſe Abbatem mitratum S. Lamberti, & quidem beneficio Eberhardi 2. Archiep. Salisburg. e Comit. de Trüchſen, cujus Germanus frater Permannus Abbas fuit; annum obitus hujus 1260. ſtatuit author Germaniæ Sacræ, documenta domeſtica vero S. Lamberti, eum ſummis beneficiis ab Imp. auctum docent, quæ tamen me hactenus latent: diem obitus ex Necrologiis editis eruere nondum poteram.

Abbas 15. *Gotſcalcus* mihi 14. de quo pauciſſima refert Catalogus mihi ſubmiſſus, nempe ſolum, eum ab Ottocaro Boh. Rege & Duce Styriæ obtinuiſſe litteras confirmatorias fundationis S. Lamberti; Seccovienſis tamen Canonia ex theſauro ſuarum antiquitatum Cl. Frælichio Communicavit documentum quoddam, inter Diplom. Seccov. num. 82. ex quo ejus memoria celebrari meretur apud Seccovienſes, nempe Gotſcalcum hunc Abbatem S. Lamberti an. 1265. Clementi Papæ ſupplicaſſe, cum aliis Abbatibus, ut Eccleſiam parochialem in Gradwein, Cathedrali Eccl. Seccovienſi confirmaret. Idem præterea hudum ſolemne Græcii celebravit cum Bertholdo Abbate Campilil. an. 1269. de quo v. dicta eo anno, quo eodem Dux Carinthiæ Ulricus Abbati eidem compenſavit damna Eccleſiæ & Monaſterii S. Lamberti illata, cum per Bavariam iter ageret, ut auxiliares copias Philippo fratri Electo Salisburgenſi adferret. Teſte P. Macher, ſub eo Eccleſia Abbatialis exuſta eſt, ipſe vero obiit an. 1280. *15. Abbas Gotſcalcus.*

Abbas 16. *Wernherus* 2. mihi 15. *pauciſſimo tempore vixit*, inquit Catal. Abbat. S. Lamberti mihi ſubmiſſus, Catalogus Græcio topographice deſcripto inſertus an. 1282. defunctum docet. *16. Abbas Wernherus 2.*

Abbas 17. *Burchardus* mihi 16. ſub quo teſte Catal. mihi ſubmiſſo, Cellæ Marianæ miraculis clareſcere cæperunt, & viſitatæ ſunt a Marchione Moraviæ Henrico. Catalogus alter P. Macher ſub eo Monaſterium exuſtum, ipſum vero an. 1287. defunctum docet. *17. Abbas Burchardus.*

Abbas 18. *Wilhelmus* mihi 17. de quo nihil, niſi annum mortis ex Catalogo P. Macher eruo nempe 1292. *18. Abbas Wilhelmus.*

Abbas 19. *Rapoto* mihi 18. teſte eod. P. Macher obiit an. 1294. *19. Abbas Rapoto.*

Abbas 20. *Otcherus* 2. mihi 19. eod. Cat. teſte obiit an. 1300. *20. Abbas Otcher. 2.*

Abbas 21. *Fridericus* mihi 20. qui teſte ſerie Priorum Seizenſium apud Frælich. Diplomat. Styriæ parte 2. f. 103. an. 1306. Monachus Seizenſis factus eſt, hinc an. ſeq. *21. Frider. Abbas.*

Abbas 22. *Henricus* 1. mihi 21. ſucceſſit, qui teſte Chron. Salisburg. Peziano an. 1309. ad curiam Romanam cum Conrado Salisburg. vocatus, ob proviſionem Monaſterii controverſam, probabilius eo vel ſeq. anno Avenione obiit, ut pluribus oſtendi ad an. 1310. *22. Abbas Henricus 1.*

Abbas 23. *Otto* 2. *de Laa*, mihi 22. denuo ad curiam Romanam an. 1310. citatus, Conc. Viennenſi an. 1311. adfuiſſe videtur: an. 1313. teſte anonymo Leobienſi apud Hier. Pez tom. 1. f. 910. a Friderico Duce noſtro miſſus eſt legatus in Arragoniam cum Rudolpho de Liechtenſtain, & Henrico de Walſee, ut Eliſabetham Regis filiam Duci noſtro ſponſam adduceret. Inter Abbatis hujus laudes memorat ſeries Abbatum mihi communicata, quod partes Friderici Auſtriaci contra Ludov. Bavarum ſit ſecutus, obiit an. 1329. teſte Catal. Abbatum Græcio topogr. deſcripto impreſſo, contrarium tamen ex anonymo Leob. ad an. 1330. tom. ſeq. patebit, quo ſententiam Papæ contra Ludovicum Imperatorem promulgavit. *23. Abbas Otto 2.*

An. 1233. ad Diplom. 50.

Ad an. 1223. ad Diploma 50.

Wildon. Genealogia.

Jam tomo 1. in annot. Dipl. 53. oſtendi, *Leutoldum & Udalricum* 1. *de Wildonia*, Herrandi 1. filios, & Hertnidi 1. fratres ſuiſſe, antequam vero Herrandus 1. pater poſt an. 1203. & Hertnidus 1. frater poſt annum 1207. obiiſſent, ambo conſcientia ducti, de damnis Eccl. Seccov. illatis cogitare, eaque compenſare ſtatuerunt; cum enim rapinis & incendiis Eccleſiam Seccovienſem *in Chunenberg* graviter læſiſſent, in damni ſatisfactionem, *prædium in Preming* ſitum, cultum & incultum, Eccleſiæ Seccovienſi in perpetuum tranſcripſere, una cum *Henrico Wendelburgenſi*, & *hujus filia Richarda* ipſorum Wildoniorum ſubditis ſeu hominibus.

Leutoldus itaque & Udalricus 1. hæredes & ſucceſſores legitimi cum hæc traditio plenarie nondum facta eſſet, ad inſtantiam *Hezmanni Præpoſiti Seccov.* cum aſſenſu Henrici Wendelburgenſis & filiæ Richardæ, eandem traditionem plenarie hoc anno confirmabant.

Quæ cauſa, & occaſio fuerit, ut Wildonii dynaſtæ Seccov. Eccleſiam rapinis & incendiis læderent? non conſtat, forte biceps imperium Romanum, initio Sæculi hujus, Wildonios Commiſit cum Seccovienſibus, vel Hungariæ turbæ anſam præbuerunt, id ſolum hoc ex Diplomate habemus, pœnituiſſe Wildonios facti ſui, & omnimode ſatisfeciſſe.

Chunenberg prædium.

Chunenberg prædium Seccovienſium, an idem fuerit cum arce moderna *Kimberg* in valle Martia, vel *Kumberg arce* ſupra Græcium? ignoro, diſtinctum probabilius credo, in Marchia ſeu Styria modo inferiore exſtitiſſe docet Diploma confirmat. Seccov. datum ab Alexandro 3. P. an. 1171. in quo inter Seccovienſium poſſeſſiones refertur; *in Marchia Chunenberg &c.*

Preming & Pröding prædium.

Aſt quale erat prædium *in Preming* ſitum, quod Wildonii in ſatisfactionem Eccleſiæ Seccov. aſſignarunt? denuo id inter loca Styriæ in ChartisGeographicis non apparet; *Pröding* locus exſtat inter Horneck, & Henſtberg infra Græcium & Wildonium, an hicce loci prædium & manſi aſſignati ſint Eccleſiæ Seccovienſi? non habeo quod dicam, *Hezmannus Præpoſ. Seccov.* ordine tertius eſt, de quo jam an. 1202. 1220. actum eſt; teſtes porro Diplomatis hujus erant.

1. *Wulfingus de Capfenberg.* V. tom. 1. annot. Diplom. 14.

2. *Henricus & Hertwicus fratres de Chrottendorff.* V. tom. 2. annot. Diplom. 42.

3. *Rudigerus & Otto de Guetenbercb.* V. tom. annot. Diplom. 60.

Indictio non concordat anno, quæ proin, ut obſervat Frœlichius corrigenda & XI. eſt ponenda.

Acta ſunt hæc apud ſeu juxta *Vides.* V. annot. Diplom. 41. hujus tomi.

Ad

Ad an. 1224. ad Diploma 51.

An. 1224. ad Dipl. 51.

Congruunt omnia hujus Diplomatis anno huic, quo Carolus 1. Ep. Seccov. quandam. commutationem cum Canonicis ſuis inierat; conſtat ex Diplom. Seccov. 40. inter mea num. 46. *parochiam Rab* ſeu *S. Rudberti ad Rabam*, inter alias ab Eberhardo 2. an. 1219. neoerecto Epiſcopio Seccovienſi fuiſſe pro redditibus aſſignatam; ea in parochia Capitulum Seccov. poſſederat quoddam pratum, quod inter alios Epiſcopo Seccov. aſſignatos redditus in parochia dicta intermixtum erat, hoc, cum vicinum ac commodum eſſet Epiſcopo, placuit eidem cum Capitulo Seccov. ſubire commutationem, huicque pro prato dicto, alium utilem, & Commodum locum aſſignare; viciſſim Capitulum Seccovienſe *in villis Arbendorf & Neuendorf*, earumque attinentiis, duas ſolebat percipere partes decimarum, quas olim Archiepiſcopales, Canoniæ Seccov. an. 1197. Adalbertus Archiepiſc. Salisburg. dederat, ut v. Dipl. mea num. 6. cumque in iisdem locis Epiſcopus Seccov. tertiam haberet partem decimarum, hanc Seccovienſibus Canonicis contulit pro prato dicto, ut ſic integras in Arbendorff & Newendorf poſſiderent in perpetuum decimas Canonici Seccovienſes.

Seccov. Canon. pratum in paroch. S. Ruperti ad Rabam.

Commutatur cum 1omis in Arbendorf, & Newendorf.

Arbendorff locum Styriæ chartæ topographicæ non exprimunt bina vero loca, dicta *Neudorff*, unum infra *Herberſtorff*, alterum infra *Labeck* arces, probabilius loca memorata ſita fuerint in una parochiarum Epiſcopatus Seccov. cum in iis tertiam parocho propriam decimarum partem Epiſcopus Seccovienſis habuerit.

Arbendorf & Newendorf.

Inter teſtes Concambii hujus erat.

1. *Bernardus Præpoſ. Friſac. & Archidiaconus Marchiæ* ſeu Styriæ noſtræ.

Bern. Præp. Friſac. Archid. Styr.

2. *Henricus de Dietrichſtein*, de qua famil. v. an. 1059. tom. 1. quia tamen eorum Genealogiam ſolum ex parte & obiter attigi, eandem hic pluribus continuo:

Dietrichſtein de Genealogia.

Dominos a Dietrichſtein & Vinckenſtayn Carnos appellat Lazius lib. 6. de migr. Gent. fol. 202. eosque *& in Styria* caſtra ac Dominia pleraque a Principibus Auſtriæ impetraſſe docet: arx eorum avita & originaria *Dietrichſtein* hodie inter rudera ſolum ſua viſitur in Carinthia, & Henricus hoc in Diplomate citatus Carinthus fuiſſe conjicitur, eo quod miniſterialis fuerit Eccleſiæ Bambergenſis, quæ ad hoc uſque tempus fere plurima in Carinthia poſſedit prædia, quæ modo Auguſtiſſima domus Auſtriaca ſibi vendicavit. Hübnerus 7. tabulis nempe 751. &c. gentis ac Proſapiæ hujus illuſtriſſimæ deſcriptionem exhibet, & tab. 751. eam ante diviſionem tab. 752. poſt diviſionem, tab. 753. lineam in Rabenſtein tab. 754. lineam in Ebenau tab. 755. lineam in Weihſelſtedt, tab. 756. & 757. in Hollenburg proponit.

Caſtrum.

In Styria noſtra potiſſimum floruit linea Rabenſteinia, quæque adhuc florens & vigens deſcendentes Comites numerat celeberrimos, quam proin, omiſſa reliqua copioſiſſima ac generoſiſſima familia, notis quibusdam illuſtro, reliquos fide Bucelini & Hübneri adduco.

TAB. I. DD. DE DIETRICHSTEIN ANTE DIVISIONEM.

Czelacus. an. 1059. — *Rimpertus* 1. an. 1077. — *Rupert.* 1. & 2. an. 1088. — *Sigismund.* 1. & 2. an. 1090. — *Otto* 1. an. 1100. — *Bernard.* 1. an. 1110. — an. 1136. — an. 1174.

Aliis *Reinpert.* 2.

Gibbertus an. 1174. ux. N. — *Otto* 2. an. 1164. — *Wicmannus* an. 1174.

Bernardus 2. — *Otto* 3. an. 1157. ux. N. — *Carolus*, *Arnolbertus* & *Luitpoldus* filii an. 1190. Bucel. addit *Meingottum* uti & Hübnerus.

Henricus 1. qui Ekbertum Epiſc. Bamberg. cepit, & hoc in Dipl. cit. fl. circ. 1233. — *Poppo* ux. Margaretha N. quorum bona quædam emit Abbas Oſſiaci fl. 1230.

Rudolphus 1. v. *Rudelinus* an. 1278. &c. — *Ludovicus* an. an. 1262. &c. — *Henricus* 2. teſte Bucel. ad fuit prælio Ottoc. Reg. Boh. an. 1278. &c. 1284.

Otto 4. an. 1327. ux. N. — *Nicolaus* 1. an. 1338. ux. *Diemudis*. — *Conradus* vulgo *Chunzel* lit. A. gladium & pugionem in inſigni habuit.

Otto 5. an. 1340. & *Bertholdus* 1. — *Henr.* 3. — *Rudolf.* 2. — *Bern.* 3. an. 1373. — *Margar.* — *Sigefrid.* — *Dietmar.* — *Cholo* an. 1321.

Berthold. 2. v. *Jun.* — *Catbar.* — *Nicol.* 3. — *Ernest.* 1. an. 1426.

Nicolaus 4. — *Ernest.* 2.

Petrus an. 1370. ux. Doroth. *Goſſin* de *Rabenſtein.* — *Anna* m. Henric. *Hüfling.* — & *Nicolaus* 2. — *Dorothea.*

Georgius an. 1427. ux. Eliſ. de *Höflime.*

Mauritius † 1507. ux. Florentina Mornauer. — *Thomas* & *Bernard.* — *Dorothea* & *Agnes.* — *Conradus* 2. a Turcis captus. — *Pancratius* v. *tab.* 2.

Wolfgang. ux. Magd. *Reiſchlin Pincerna Carinth.* — *Balthaſ.* & *Chriſtoph.* — *Eberhardus* ux. *Emma* de Fränckíng. — 3. filii & 2. filiæ. — *Margareth* 1498. m. Joan. de *Königsberg.*

Margaretham aliam *Wolfg. de Erolzbam* uxorem refert MS. Kainach.

Urſula m. Wolfg. de *Lamberg.* — *Sophia* m. Philipp *Schermberg.* — *Suſanna* m. Adam de Eck.. — *Mauritius* mar. 2. conjugum. — 6. aliæ filiæ quarum nomina deſunt.

Hos fere omnes negligit MS. Kainach. & orditur a *Mauritio* cujus filia *Catharina* uxor erat *Georgii de Teifenbach.* *Sophia* ſoror Mauritii, uxor *Philippi* 2. *Com. de Schermberg* dein ad Pancratium progreditur cit. MS. Kainach.

Conveniunt in plerisque Bucelinus & Hübnerus, in eo tamen ambo erraſſe videntur, quod omiſſo Nicolao 3tio, 4tum & 5tum ejus nominis referant; de his cum pauca in Styria noſtra legantur, ea ſolummodo adduco, & quidem Rupertus 1. occurrit in Diplom. Monaſt. S. Lamberti apud Frælich. Dipl. Duc. Styr. part. 2. f. 273. ad an. 1103. *Henricus* 1. hoc in Diplom. cit. qui Ekbertum Epiſc. Bamberg. cepit,

an

an non idem fuerit cum *Henrico* 2. hæreo, interim tamen Bucelino & Hübnero confido. *Henricum* 3. Carinthiæ Burggravium appellat valvasorius in topogr. Carinth.

TAB. II. DD. DE DIETRICHSTEIN IN RABENSTEIN LINEÆ STYRIACÆ.

A. *Pancratius* Georgii 1. filius, Pater omnium viventium Princip. & Com. de Dietrichstein. ux. Barbara *Goslin a Tburn.*

Linea Weichselsted.				*Linea Hollenburg.*
B. *Franciscus* an. 1548. ux. Barb. *de Erolzheim.*	*Georgius* †. 1512.	*Margar.* m. 1. Jodoc. *Wörner.* 2. Wolfg. ab *Erolzheim.*	*Regina* m. Joan. de *Teifenbach.*	C. *Sigismund.* 1. B. Capit. Styriæ ux. Barb. *de Rotal.*

D. *Seifridus* 1. author *lineæ Styriacæ in Rabenstein* notatus an. 1507. ux. 1. *Margar.* de *Fraunberg.* 2. Cath. de *Neubaus.* 3. Anna *Leisserin.* 4. alii frat. & 3. Soror. MS. Kainach. eidem Francisco filios tribuit *Ludovicum*, cujus ux. N. de *Mosbaimb* & *Leonardum* ex *Lucia de Lindegg*, 5. filiorum parentem.

E. *Ludovic.* ux. Anna *de Mosheim* † 1615.	*Judith.* marit. Adam. *Schrott.*	*Tobias* † 1593.	Georg. *Ulricus* ux. Eva *Praunfalkin.*	*Wilhelmus* ux. Elis. *de Eck.*	*Maria* m. 1. Henric. *Dietrichst.* 2. Frid. de *Herberstorf.*	*Maximilian.* & *Erasm. Seifrid.*	*Joan. Frider.* ux. Cathar. de Plagay.

Regina m. 1. Seifr. de *Leining* 2. Erasm. de *Windischgrätz.* 3. Joan. *Fischer* Bar.	Wolfg. *Jacob.* & *Rudolph.*	Anna *Cath.* & *Maria* cælib.	*Judith* cæl.	*Sophia* m. Joan. Christophorus *Wolzogen.* B.	*Eva* m. Christian de *Herberstein.*	*Gabriel* Baro 1594. uxor Reg. de *Silberberg.*	G. *Mauritius* & *Susanna.*		*Franc. Sigism.* obiit juvenis teste Bucel. 2. ann.

Sigism. m. 1618.	Regina *Elisab.* 1620. mar. de Croneck.	F. *Joan. Christoph.* Com. † 1704. uxor Mar. *Elisab.* de *Galler.*	Joanna *Juliana* m. Balth. de *Mansdorf.*	Eva *Sophia* & Maria *Wandula.*	*Joann Wilhelm* & *Joan. Ludov.*	*Anna Christina* m. Phil. *Neidhard* de *Staudach.*	*Joan. Franc.*

Joan. Francisc. Græcii natus an. 1671. Cæsar. Cameræ Aulicæ Præses ab an. 1719. ux. 1. Maria Cath. *de Saurau.* an. 1708. † 1720. 2. Margar. de *Herberstein* 1720.

Joan.

Maria *Roſalia* nata 1709. † 1710.	Joan. Joſ. *Balthaſar.* n. 1711.	Franc. Car. *Hannibal* n. 1711.	Maria *Catb.* n. 1712.	Maria *Thereſ.* n. 1713. † 1718.	Maria *Roſal.* n. 1714. † 1716.	Maria *Roſal.* n. 1717. † 1718.	*Thereſ.* n. 1721.	*Joan. Evan. Leop.* n. 1722.	*Joan. Nep.* n. 1724.

Hæc itaque linea in Rabenſtein dicta, in Styria noſtra floruit, teſte Lazio: caſtra Dietrichſteiniorum in Styria erant *Pfanberg*, *Cammerberg*, *Ebrnau*, *Hartberg*, *Waxenegg*, *Thalberg*, & *Aſpang*, quosdam hujus lineæ notis illuſtro:

Caſtra Dietrichſt. in Styria.

Pancratius. A. *Pancratius*, Georgii 1. filius, Pater modo viventis totius illuſtriſſimæ gentis, uxorem teſte Bucelino & Hübnero habuit Barbaram *Göslin de Thurn*, MS. Chron. Styr. uxorem ejus vocat *Barbaram Obitſchin.* Ex hoc Pancratio reliquæ omnes omnino lineæ prodiere: teſte MS. Kainach. an. 1500. Præfectus *in Härtlſtein* fuit.

Gößlin Barb. de Thurn.

Franciſcus. B. *Franciſcus* author lineæ in Rabenſtein ſeu Styriacæ fuit de quo modica, immo fere nulla, præter hoc, documenta habeo, celeberrimus erat ejusdem Germanus frater.

Sigismundus. C. *Sigismundus*, quem MS. Chron. Styriæ, non ſolum Baronem ſed etiam Dominum de *Hollenburg*, *Finckenſtein*, *Thalberg*, *Aſpang*, *Hartberg* & *Waxenegg*, Maximiliani 1. Imp. Conſiliarium intimum & rei argentariæ præfectum appellat, qui Prætoris Styriæ munus 25. annis & 3. menſibus feliciter geſſit, plurimaque pro utilitate patriæ exantlavit, ſic, dum an. 1515. ruſticorum rebellio præcipue ad Gonovicium Styriæ infer. ſæviret, eosdem cum *Georgio de Herberſtein* non ſolum retudit, ſed etiam 136. rebelles, cum 10. eorum Præfectis ac 15. coryphæis captos Græcium miſit, morte damnandos, ita Chron. MS. Styriæ. Sigismundum hunc rei argentariæ præfectum (Silber-Cammerer) fuiſſe oſtendit etiam Prevenhueberus ex litteris Maximil. Imp. an. 1512. f. 190. &c. præterea Sigismundum Baronem a Maximiliano 1. an. 1514. factum ab eodemque Imp. Pincernam Carinthiæ creatum teſtatur Bar. de Kainach. & Excell. Wurmbrandius ex Lazio cit. & ſpenero p. ſpec. oper. herald. lib. 2. Cap. 21. an. 1525. *Wilhelmus de Rogendorf*, *Sigism.* jam *Baro de Dietrichſtein*, & *Sebaſt. Sperantius* Præpoſ. Brixin. nomine Ferdin. 1. Rom. Imp. cum Sereniſſima Anna Hung. & Bohemiæ Regina 11. Dec. æniponti matrimonium contraxere ut ex publicis tabulis deſuper confectis oſtendit idem Wurmbrand. fol. 101.

Herberſtein de Georg.

Idem porro Baro Sigismundus an. 1519. inter plenipotentiarios homagii in Auſtria Superiore recipiendi conſtitutus erat:

Quo vero anno Prætor Styriæ factus fuerit? nondum ſatis eruo, Catal. Prætorum Styr. in MS. hujus provinciæ Chronico, Sigismundum hunc 27. Prætorem, & ſucceſſorem *Reinperti de Reichenburg* an. 1509. defuncti aſſerit, ſed cum Sigismundum 25. an. & 3. menſibus præturam Styriæ geſſiſſe atque an. 1540. obiiſſe dicat, in numero horum annorum errorem latere, dein oſtendam. Exſtant Sigismundi Prætoris noſtri litteræ Græcii an. 1522. die mercurii poſt S. Michael. datæ ad ſenatum urbis Styrenſis, apud Prevenhueb. f. 218.

Inter

Inter ejusdem Sigismundi præclara gesta, erat perfectio & reparatio arcis Græcensis, ac erecta Sodalitas S. Christophori, in quam nobiles soli adlecti & quidem eum in finem, ut ejurato ebrietatis vitio temperantiæ Studerent, vino moderate uterentur, & nomen Domini non profanarent. Nobiles hi sodales pendulam e collo catenam auream, cum imagine S. Christophori portabant; Plurima institutæ hujus an. 1517. Confraternitatis memorabilia, statuta, & membra e Styria, Carinthia, & Carniolia refert ex Megisero Valvasorius lib. 9. tom. 3. f. 23. &c. de qua laudabilissima Societate suo loco plura adferam, una cum litteris fundationis ab ipso Sigism. confectis, in quibus hunc titulum ipse scripsit: **Ich Sigmund von Dietrichstein, Freyherr zu Hollenburg und Vinkenstein, Erbschenk in Kärnthen, Röm. Kayserl. Maj. ꝛc. unwürdiger Rath, Silberkammerer und Landshauptmann in Steyer ꝛc.** datæ sunt hæ litteræ Græcii an. 1517. 22. Junii seu die S. Achatii & sociorum ejus. Inter membra prima hujus ordinis, inscriptus est frater Sigismundi hujus *Franc. de Dietrichstein* ordine 11. & *Wolfgangus de Dietrichstein S. C. M. Dapifer* ordine 16. & 25. *Christophorus de Dietrichstein*, qui duo ultimi Sigismundi hujus consobrini videntur e tabula 1. *Franciſc. & Wolfgangus de Dietrichſtein & Chriſtoph.*

Conjux Sigismundi hujus erat *Barbara de Rottal*, quacum dein defunctis hujus prosapiæ furculis residuis, Dominium Thalberg Dietrichsteiniis accessit. Hodie adhuc in castro Thalbergensi videri potest lapis effigiem Sigism. hujus & Barbaræ Rottaliæ exhibens, qui eos possessores & Dominos de Thalberg fuisse docet, exstat lapis ille dum in castrum Superius ascenditur sub fornice portæ majoris a dextris muro inædificatus. *Rottal de Barb.* *Thalberg ſit Dietrichſtein.*

Sigismundum hunc Dominum de Thalberg fuisse exhibent documenta Collegii Vorav. etenim huic Domino Sigismundo Baroni & Prætori Styriæ an. 1530. Stephanus Præpositus & Capitulum Vorav. *prædium Schwaighofen* seu **Amt Schwaghof** cum omni jure, decimis in Dominio Thalberg vendidit, dein an. 1535. Augustinus Præpositus & Capit. Vorav. cum Sigism. hujus jam def. hæredibus ac filiis, *Sigismundo*, *Adamo* & *Carolo*, eorumque tutore *Chonrado Hochenburger*, variam bonorum permutationem iniit, ut docum. archiv. nostri Vorav. originaria habent, de quibus suo loco. *Schwaighof. Amt.* *Sigism. hujus an. mort. 1534.*

Ex originariis hisce documentis rejicio 1. & MS. Chron. Styr. cum Catalogo Prætorum, & Hübnerum, quorum hic Sigismundum an. 1538. illud an. 1540. obiisse docet, nam ex hoc documento manifeste patet Sigismundum saltem an. 1535. defunctum, cum Augustino Præp. Erhardo Decano & Capitulo Vorav. permutatio illa interceſſerit, cum hæredibus & filiis defuncti Sigismundi, eorumque tutore: congruunt hæc dictis superius, cum enim an. 1509. succesſerit Sigismundus, Reinperto de Reichenburg in officio Prætoris, illudque per 25. annos tenuerit, si hos 25. annos addas anno 1509. quo Prætor factus est, eveniet annus mortis 1534. ad tenorem documenti Voravienſis. 2. ex eodem originario documento erroris arguo Bucelinum & Hübnerum, quorum uterque inter Sigismundi filios neglexit Carolum, & Bucelinus hujus loco posuit Stephanum Ferdinandum natum an. 1523. ac

puerili ætate defunctum, de quo ultimo quidem non discepto, cum forte patri suo præmortuus videatur: *Sigismundus Georgius* filius natu major natus an. 1526. obiit an. 1593. uxoremque habuit *Annam*, Erasmi *de Stahremberg* filiam, quæ an. 1597. die 26. April. defuncta est, *Adamus* vero author lineæ *in Niclasburg* natus an. 1527. obiit an. 1600. ejusque uxor erat *Margarita Dux de Cordona*, de *Carolo* nil hactenus in rebus Styriæ inveni: tres hosce filios refert etiam MS. Kainach. *Esther* horum soror nata an. 1525. uxor erat *Joannis de Liechtenstein* & hoc defuncto *Andreæ Pögl*, *Anna Maria* soror altera, ex MS. Kainach.

r Dietrichstein de Sigismund. Georg. Adamus Carolus.

De eodem Sigismundo Prætore Styriæ refert adhuc Chron. MS. Styriæ, eum domum Provincialem Græcii perfeciſſe, atque Calida febri correptum, vixque 8. diebus ægrotantem obiisse an. 1540. (corrige 1534.) succeſſore obtento Joanne Ungnad Barone, de quo alibi.

D. *Scifridus*, hic communiter author statuitur lineæ *Styriæ in Rabenstein* dictæ, primam uxorem omisit MS. Kainach.

Scifridus.

E. *Ludovicus* Baro & teste valvasario an. 1608. Burggravius Carinthiæ, an. 1614. in Conventu Lincensi inter deputatos Carinthiæ comparuit: hunc inter proles Francisci numeravit MS. Kainach.

Ludovicus.

F. *Joannes Christophorus*, Comes primus ab Hübnero aliisque nominatur, quique teste Excell. Wurmbrandio an. 1690. extinctis Com. de Thanhausen, Supremus venationum Styriæ Præfectus hæreditarius est investitus ex archivo feudali Græcensi.

Joan. Christoph. Comes.

G. *Mauritius* Seifridi nepos id ipsum munus & officium hæreditarium in Carniolia an. 1552. obtinuit, teste valvasorio Illustr. tom. 3. f. 11.

Præter hos ex aliis lineis in Styria nostra floruerunt, *Pius Andreas Josephus* ex linea Weichselstæd. filius Sigismundi Josephi, nepos Erasmi, qui Græcii dies suos consummavit, *Gundaccarus* ex linea Hollenburgensi, Princeps S. R. I. an. 1690. Augustæ sine liberis obiit, filius erat Bartholomæi, & nepos Sigismundi Georgii, pronepos Sigismundi Prætoris Styriæ supra memorati. *Adolphus* Canon. Olomuc. obiit an. 1665. *Andreas Jacobus* Salisburg. obiit an. 1710. *Maximilianus Augustinus* Præpositus Hungariæ ab an. 1723.

Pius Andreas Josephus.

Gundaccarus Princeps.

Adolph. Andr. Jacob. Maxim. August.

Bucelinus in Genealogia Dietrichsteiniorum refert inter alios, *Thomam* Præpositum Seccovienſem, quem ait an. 1466. arcem Dietrichstein in feudum suscepisse ab Episcopo Bambergensi, eum porro filium statuit Georgii, nepotem Petri, pronepotem Bernardi 3. abnepotem Nicolai 1. Hübnerus Thomæ meminit quidem, sed nil de eodem decernit, id certum Thomam hunc non fuisse Præpositum Seccovienſem, etenim an. 1436. Andreas Enstaller Præpos. & Archidiaconus factus Seccovii præfuit usque ad an. 1472. eique succeſſit Joannes, ut documenta Seccov. manifeste ostendunt.

Thomas an Præpos. Seccov.

Præter Gundaccarum Principem teste Bucelino, *Maximilianus* natus an. 1596. Princeps est creatus a Ferdin. 2. obiitque an. 1655. ex quo numerosa dein soboles surrexit interque hos *Ferdinandus* Princeps maritus Elisab. Principis Eggenbergensis, quos omnes neglexit Hübn.

Maximilian. & Ferdinand. Principes.

Franciscus Cardinalis & Episc. Olomuc. an. 1611. Matthiam Regem Hungariæ cum Anna Ferdinandi Austr. filia Viennæ tanquam legatus

Franc. Card. Ep. Olomuc.

Apost.

Apoſt. matrimonio conjunxit, teſte Prevenhueb. filius erat Adami, nepos Sigismundi Prætoris Styriæ, quem etiam non vidit Hübnerus.

De inſigni horum Dynaſtarum tradit Bucelinus *Cholonem*, ejusque patrem *Chunradum* litteram A cum gladio & pugione in inſigni geſſiſſe (*v.* tab. 1.) dein vero *Rudolphum* 2. filium *Ottonis* 4. cultros vinitorios ſe mutuo reſpicientes aſſumpſiſſe cum *Bertholdo* fratre, qui coronam adjecit. *Inſigne.*

Officia eorum jam ex parte attigi, *Joannes Chriſtophorus* an. 1690. hæreditarius per Styriam venationum magiſter, uti & *Mauritius* per Carnioliam, teſte Illuſtriſſimo Valvaſ. evaſit an. 1552. proin ante Kiſelios & Altenburgios, quos in hoc munere refert Excell. Wurmbr. rei Argentariæ Præfectum Sigismundum ſub lit. C dixi, an hæreditario jure dubito, certius ex adductis hactenus documentis, Pincernæ Carinthiæ munus huic familiæ ſub Sigismundo adjectum fuiſſe. *Officia.*

Ut ad expoſitionem ulteriorem Diplomatis progrediar, teſtis 3. erat *Henricus de Ekke miniſterialis Eccleſiæ Babenberg.* de his jam quæpiam tom. 1. annot. Dipl. 7. dixeram, oſtendique hanc familiam longe anteriorem eſſe & vetuſtiorem, quam Hübnerus & Bucelinus putent, originem ejusdem ad Sæculi 15. medium figentes; in Carniolia a longiſſimo tempore floruiſſe, atque inter nobiles primarios fuiſſe numeratam Schænlebenius author eſt, in Carinthia etiam notiſſimam fuiſſe, ſatis inſinuat hoc Diploma, quo, cum Henrico de Dietrichſtein, miniſterialis Eccleſiæ Bamberg, plurima bona tunc in Carinthia poſſidentis, fuiſſe refertur. *Egck de fam.*

Quoniam vero pauciſſima de eadem familia Illuſtriſſima occurrunt in Styria noſtra, ejusdem Genealogiam aliis relinquam perſcrutandam; unum addo, hocce, nempe quo ſcribo tempore, Styriam noſtram illuſtrare meritis & ſcientiæ omnigenæ perfectione Illuſtriſſimum DD. Joſephum S. R. I. Liberum Baron. ad Egk de Hungersbach hæreditarium per Carnioliam bacilliferum interioris Auſtriæ Regiminis Conſiliarium, & Conſeſſus litterarii in celebertima Univerſit. Græcenſi Præſidem ac Cenſorem operis mei gratioſiſſimum.

Officia Illuſtriſſimæ hujus familiæ recenſet Excell. Wurmbrand. Comites de Eckgh & Hungersbach fuiſſe hæreditarios Carnioliæ bacilliferos, idem docet Valvaſ. tom. 3. f. 11.

Egg caſtrum Carnioliæ ædificavit Georgius 1. Baro, dum caſtrum *Neuburg* eidem a Maximil. Imp. an. 1500. in feudis daretur jam prope dirutum, Illuſtriſſimus vero DD. Joſephus Liber Baro ad Egkh de Hungersbach Auſtr. Inter. Regim. Conſiliarius, & in celeberrima Univerſ. Græcenſi Conſeſſus Litterarii Præſes, tomi mei primi reviſor, hoc anno ſeu 1766. die 20. Jan. pie in Domino obiit, cui pro exantlatis mei cauſa laboribus, requiem æternam in Domino apprecor, longiorem omnino vitam pro re litteraria meritiſſimo. *Egkh caſtr. Carn.*

An. 1225. ad Dipl. 25.

Ad An. 1225. ad Diploma 52.

Wildon de Luitoldus 1. Henricus 1.

Jam anno 1223. in annot. Diplom. 50. obſervavi beneficentiam & juſtitiam dynaſtarum de Wildon, dum Eccleſiæ Seccovienſi illata a ſuis anteceſſoribus damna omnimode compenſabant; Eadem vero illorum juſtitia, hoc ex Diplomate innoteſcit, fratres hi duo Luitoldus & Ulricus, more forſitan a Majoribus inchoato *Procurationes* exigere *apud Weides* attentabant contra voluntatem Caroli Epiſcopi Seccov. admoniti deſuper conſtantiſſime ſpoponderunt in manus Eberhardi Salisburg. Archiep. præſente Duce Leopoldo, ut poſthac nullam procurationem exigerent contradicente, & invito Epiſcopo, utque hæc Sponſio firma foret, charta hæc deſuper *Hartbergæ in urbe*, Archiepiſcopi & Ducis ſigillo eſt munita XIV. Kal. Febr.

Hartbergæ fer.

Tomo 1. annot. Diplom. 53. notavi, duos hos Dominos de Wildon, Luitoldum 1. & Ulricum 1. dictos fuiſſe *pueros*, quia ætatis nondum adultæ erant, nati nempe circa an. 1201. vel tardiùs.

Procurationes quæ.

Quænam vero erant hæ Procurationes, quas iidem *apud Weides* receperant? Ex Trident. Cap. 3. de reformat. ſeſſ. 24. *Procurationes* dicuntur, moderata victualia unius diei ſolvenda ab Eccleſiis, quas illa die viſitat Epiſcopus, hinc ſuſpicor, cum olim Laici in omnia Eccleſiarum jura & Commoda involarent, atque Eccleſias variis, Advocatorum, Patronorum, Sub-Advocatorum titulis, & exactionibus onerarent, etiam dynaſtas Wildonios, qui forte Eccleſiæ *apud Weides* patroni vel advocati fuerint, ab hominibus ejus Eccleſiæ Procurationes exegiſſe, dum ad eum locum venirent.

Hartbergæ exiſtunt Eberhard. Archiep. & Leopold. Dux.

Contradixit illico Carolus Epiſc. 1. Seccov. remque hanc Archiepiſcopo ſuo retulit, qui dein cum Duce Leopoldo, *Hartbergæ* exiſtens, atque inde Viennam ac in Bavariam abiens, malo huic medelam attulit, cumque proniſſimi eſſent Wildonii ad dimittendas has procurationes, mox in rei hujus notitiam perennem, confecta eſt Charta Archiep. & Ducis Sigillo roborata.

De loco *Weides* forſitan eodem, cum *Raba & adſita S. Ruberti parochia* v. annot. Dipl. 41. hujus tomi.

Ad an. 1227. ad Diplom. 53.

Ad an. 1227. ad Diploma 53.

Leopoldi Ducis itinera.

Varia hoc anno itinera ſubiit Leopoldus Dux noſter, etenim novimus eum, hoc anno, menſe Martio, coronationi filiæ ſuæ Margaritæ, uxoris Henrici Germaniæ Regis, Aquisgrani adfuiſſe, menſe dein Novembri *Mahrburgi* ac *Græcii* exſtitit, ibique varia Diplomata evulgavit, ſed jam, antequam ad coronationem filiæ ſuæ Margaritæ abiret Aquisgranum, *Græcii* moratus eſt, ac inter Wildonios ac Capitulum Seccov. compoſitionem confirmavit, *in Eccleſia S. Chunegundis in Lech extra Græcium*, ut ex hoc Diplomate XIII. Kal. Martii edito pateſcit.

Græcii & Mahrburgi agit.

Lis de prædio Gobernitz.

Agebatur vero inter DD. *de Wildon Luitoldum & Ulricum* fratres, ac Capitulum Seccov. quæſtio de prædio Styriæ *Gobernitz* dicto (de quo plura Diplom. ſequenti) tandem tranſactione amicabili de Conſenſu

Leo-

Leopoldi Ducis quæstio hæc est ita terminata, ut Præpositus & Capitulum de Seccav binis his fratribus Wildoniis solveret 50. marcas denariorum, fratres vero hi cederent omni jure & lite, quod in ipso prædio, quocunque demum titulo habere videbantur; jus tamen advocatiæ in præfato prædio dominis de Wildon est reservatum.

Gobernitz prædium, quantum ex Chartis topographicis Styriæ mihi visum est, situm habet ad fluvium Muram infra *Knittfeldam*, quo in loco pons etiam Muræ incubat, dictus *Gobernizbruck*.

Testes Diplomatis hujus erant:

1. *Gebhardus Nobilis de Souneck.* V. tom. 2. annot. Dipl. 31.
2. *Ulricus & Leutoldus Nobiles de Peckab.* V. tom. 1. Diplom. 9.
3. *Hademarus & Heinricus fratres de Chunring.* V. tom. 2. annot. Diplom. 37.
4. *Cholo de Truchsen.* V. tom. 1. annot. Diplom. 4. & 6.
5. *Otto de Trabercb.* V. tom. 2. annot. Diplom. 37.
6. *Reinbertus de Muereck.* V. tom. 1. annot. Diplom. 36.
7. *Hartnidus de Ort.* V. tom. 1. annot. Diplom. 13.
8. *Wulfing de Stubenberg.* V. tom. 1. annot. Diplom. 4.
9. *Albertus de Rotax* lege *Robatz.* V. tom. 2. Diplom. 4.
10. *Bertholdus Dapifer de Emmerbercb.* V. tom. 1. Diplom. 58.
11. *Rudgerus mareschallus de Planckenvvart.* Tom. 2. Diplom. 23.
12. *Ortolphus de Stretvvich.* V. tom. 1. annot. Diplom. 86.
13. *Arnestus de Tiuffenbach.* V. tom. 1. annot. Diplom. 86.
14. *Otto & Albertus fratres de Stretvvich.* Ibidem.
15. *Otto & Chunradus fratres de Pfafendorf.* Horum Genealogiam pertractat Bucelinus & Baro de Kainach, unde vero hi Domini descenderint? oppido est obscurum, forte monti *Pfaf* in finibus Styriæ & Austriæ adsitum prædium, e quo nomen hoc sibi adsciverint; in Styria notissimi e variis matrimoniis contractis, cum fuerint, breviter eorum Genealogiæ ideam hic adjicio. *Pfafendorf dei*

PFAFENDORF FAMILIÆ FRAGMENTUM.

A. *Gotboldus* de Pfafendorf fl. an. 1170.
B. *Pilgrinus & Ricfridus* an. 1188.
C. *Otto & Chuonradus* fratres an. 1227. 1259.
N. *de Pfafendorf* ux. *Margaretha* N.
Et ab his incipit Genealogia MS. Kainach.

Nicolaus 1. ux. n. 1304. — *Herbodtus.* — *Hermannus.* fl. an. 1320. — *Wulfingus* fratres an. 1304. ita MS. Kainach.

Wolfart. 1739. ita MS. Kain. vocatur Wölfl.

ux. Gertrudes N.

Georgius 1. an. 1362. — *Anna* m. N. — pl. aliæ proles.

Nicolaus 2. fl. an. 1376.
ux. N. de *Greiffeneck.*

Nicolaus 2.

Urſula an. 1425.

Fridericus an. 1409. 1456. ux. 1. Margar. *Lügaſterin.* 2. Margar. *Scburfin.*

Georgius 2. cælebs & amens.

Chunegund. m. Henric. *Landſperger* an. 1413.

Udalricus cæl. †

Joannes teſte MS. Kainach. Udalrici & Frider. frater an. 1472. ux. Margareth. filia Alberti de *Kainach* anno 1442.

N. filia mar. Andreas *Welzer* jun. ad *Landſchach* an. 1458. &c.

N. filia maritus Georg. *Pfanauer* an. 1470. &c.

Andreas ux. Margar. *Aſpanin* ex prov. ſupra Anaſum.

Margaretha mar. Jacobus Hund an Pfafendorferhof an. 1518.

N. filia mar. Bernard. *Urſchenbeck* in *Urſchenbeck* & *Pettſchach* in Auſtr.

Joannes Pfafendorfer eod. MS. Kainach. teſtante maritus fuit *Annæ Schrottin* forte ſupra recenſitus 2. uxores habuit cujus pacta dotalitia firmarunt Balthaſ. Welzer & Caſpar *Gſchier* ambtmanus in *Vanſtorf* an. 1440. &c. Alius quidam hujus familiæ maritus fuit N. de Landſperg.

Bernardus hic ab uxore ſua obtinuit *bona familiæ de Pfafendorf ad Judenburgum* ſita, ſibi quoque inſignia familiæ hujus expetiit, ſed Galeam mutavit ſeu den Helm, & pro 2. cornibus, 3. pileos docales ſibi expetiit, ita MS. Kainach.

A. Hic invenitur in cod. Diplom. Admont. in Diplom. 62.

B. V. eodem loco in Diplom. Admont. 146.

C. Ex Diplom. Seccov. 45. hic citato innoteſcunt, reliqui ex MS. Kainach. & Bucelino deſumpti ſunt, prædia ſua habuiſſe in Styria ſuper. ex eod. hoc Diplomate colligitur.

Græcii hæc acta ſunt, *in Eccleſia S. Chunegundis in Lech*, Epocha legitima eſt, & omnia concordant cum an. 1227.

Dipl. 54.

Ad Diploma 54.

Diploma hoc confirmatorium eſt præcedentis, & quamvis ei epocha deſit, patet tamen ex præcedenti, iſtud etiam ad annum præſentem pertinere.

Goberniz prædatur Seccov. a DD. de Wildon.

Subſtantia Diplomatis hujus in eo eſt: poſtquam lis de prædio Goberniz amicabiliter inter utramque partem dirempta eſt, fratres duo Wildonii, Leutoldus & Ulricus, Domino Præpoſito, totique Capitulo Seccov. publico Diplomate, prædium omne in Goberniz, cultum & incultum, libere & poteſtativa manu tradiderunt ac reſignarunt, ut ſic futuris temporibus lis nulla oriri poſſit.

Hoc e Diplomate eruimus ſimul, in quo lis & quæſtio de præſato prædio verſata fuerit, ita enim dicitur in hoc Diplom. *de prædio Goberniz, quod etiam conſanguineus noſter D. Leutfridus bonæ memoriæ Eccleſiæ*

cleſiæ Seccov. pro remedio animæ ſuæ contulerat, & pater noſter, ac frater noſter Hertnidus uſque ad mortem ſuam contra juris rationem detinuerant. Pater horum duorum Wildoniorum erat Herrandus 1. ut oſtendi tom. 1. annot. Diplom. 53. qui circa an. 1184. vel tardius obiit, Hertnidus 1. eorundem frater, hoc certe anno non amplius vixit, ſicque an. 1222. vel antea obiit, unde ex poſſeſſione hac 40. annorum & ultra, licet contra juris rationem facta, Dominis de Wildon jus quoddam acceſſit, quod tamen pro ſalute animæ patris & fratris ſui liberrime reſignarunt. *Lis quæ de eodem.*

Ulterius hic quæri poteſt, quisnam fuerit *Dominus Leutfridus bonæ memoriæ*, & *Conſanguineus Dom. de Wildon*, qui prædium Gobernitz Eccleſiæ Seccov. primus contulerat? Frælichius in notis ad hoc Diploma cenſet, *Leutfridum* hunc fuiſſe *Dominum de Guetenberg*, parentem *Luitoldi & Ulrici fratrum de Guetenberg*, qui aliis litteris absque epocha datis teſtantur parentem ſuum, prædium Goberniz Eccleſiæ Seccov. donaſſe. *Quis id primo donaverit Seccov. an Leufrid. de Guetenberg vel de Eppenſtein.*

De hac Frælichii ſententia hæreo, nam præterquam quod inter Guetenbergios (v. tom. 1. Diplom. 60.) nullum Leutfridum, nec Ulricum fratrem Luitoldi invenerim, Necrologium Seccov. apud cit. Frælichium contrarium teſtatur, ita enim lego in Necrolog. Seccov. ad *IX. Kal. Julii Landfridus de Eppenſtein in expeditione.* Subintelligitur, obiit, hic *ultimus filiorum illorum pergens Jeroſolymam, tradidit nobis omne prædium Goberritz, quidquid ibidem habere poterat.*

Eppenſteinios fuiſſe inſignes Seccovienſium benefactores, idem Necrologium Seccov. teſtatur, ſic *VIII. Kal. Martii.* legitur *Lantfridus in Eppenſtein, qui dedit nobis curiam in Chrauvvat, & IV. Kal. Julii Albertus de Eppenſtein, qui dedit nobis omne prædium ſuum Capellen in Muerzthall & alia.*

Non tamen adhuc iſta conficiunt integre prædium Gobernitz Seccovienſibus fuiſſe donatum a Lantfrido Eppenſteinio, nam, ut oſtendi tom. 1. annot. Diplom. 37. Lantfridus 2. de Eppenſtein, qui prædium Gobernitz Eccleſiæ Seccov. tradidiſſe dicitur, obiit poſt an. 1235. ex hoc vero Diplomate eruitur, quod Leutfridus ille donator prædii Gobernitz, jam hoc ſaltem an. 1227. defunctus fuerit. Dubio huic reſponderi poſſet, Landfridum, ſeu Leutfridum Eppenſteinium, qui prædium Goberritz Seccovienſi Canoniæ donavit, fuiſſe Lantfridum 1. & eundem, qui iisdem Seccovienſibus dedit curiam in Chrauwat, quique jam an. 1140. in Diplom. 1. Seccov. videtur, quamvis vero Necrologium Seccov. donationem prædii hujus adſcribat Leutfrido 2. ſeu ultimo illorum filiorum, cum tamen idem addat, *omne prædium Goberriz, quidquid ibidem habere poterat*, indicare videtur, aliquid prædii hujus fuiſſe penes Leutfridum 2. eumque omne jus ſuum ibidem reſignaſſe Seccovienſibus, ut ſic prædium integrum iisdem cederet; id ex hiſce eruo, prædium Goberritz fuiſſe Eppenſteiniorum, non Guetenbergiorum, cumque inter Guetenbergios nullus, inter Eppenſteinios vero Lantfridus ſeu Leutfridus 1. & 2. occurrat, vix in Frælichii ſententiam abire poſſum.

Aſt! an Leutfridus de Eppenſtein conſanguineus Wildoniorum fuit? qualis tamen in hoc Diplom. fuiſſe dicitur donator ille prædii

Goberritz; Guetenbergios fuiſſe Conſanguineos Wildoniorum ex linea materna, conſtat, cum Leutoldi 1. & Ulrici 1. de Wildon, mater fuerit Gertrudes de Guetenberg; conſanguinitatem ſeu potius affinitatem hanc non nego, præterea conſanguinitatem inter Eppenſteinios & Wildonios me ignorare ſincere fateor, interim tamen donec doceatur, eorum quondam fuiſſe prædium Goberritz (uti de Eppenſteiniis oſtenſum) ſtandum cenſeo pro Leutfrido de Eppenſtein donatore primo prædii Goberritz, licet ejus cum Wildoniis conſanguinitas hactenus deliteſcat.

Teſtes rei hujus erant:

1. *Erchengerus ſenior*, deeſt cognomen, cenſeo legendum *de Pa*cke uti in Diplom. 47. hujus tomi inter Seccov. 41.

Paumkirchen de. 2. *Gundackarus de Poumkirchen*, *frater ejus Marchvvardus* idem Gundackarus de Poumkirchen legitur in Diplom. Seccov. 49. ad an. 1130. familia hæc cæteroquin Clariſſima, in rebus Styriæ noſtræ, nigro colore notata eſt, ob Andream Baronem, de quo mox pluribus, Illuſtriſſimus Valvaſorius tom. 3. Chron. Carniol. f. 289. e Carniolia ortam fuiſſe docet, ac in Styria multa prædia poſſediſſe, Andreamque Baronem circa an. 1452. Styriæ Capitaneum factum, de quo tamen documenta Styriæ contrarium remonſtrant.

Primi gentis hujus Illuſtriſſimæ mih hactenus viſi ſunt *Gundaccarus* hic & *frater* ejus *Marchvvardus*, præter hos ex Necrol. Seccov. ad *VIII. Idus Martii* defuncti notantur *Eberhardus & Mechtildes parentes D. Conradi de Paumkirchen*, qui omnes, quo tempore vixerint? ignoro.

Ab hoc tempore ſeu Sæc. 13. initio ad Sæc. 15. medium ſeu annum circiter 1452. nullus mihi occurrit, niſi *Baro* ille infelix *Andreas*, in hiſtoria Styriæ notiſſimus, ejusque *pater Wilhelmus*, qui teſte MS. Freidentall apud Illuſtr. Valvaſor. tom. 3. lib. 11. f. 278. arcem veterem & forte avitam *Paumkirchertburn* in Carniolia poſſedit. Baronis Andreæ, quam proſpera initia, tam turpis & infelix erat finis; cum enim poſt an. 1452. & reditum Friderici Imp. a coronatione italica, Auſtriaci nobiles, Ladislaum Auſtriacum, regem Hungariæ nominatum, tutelæ ſuæ poſtularent Committendum, ac Friderico Imp. id recuſanti bellum denuntiarent, ſolus hic Andreas Paumkircherus, hoſtes, ne Neoſtadio ſe ingererent, ultro retinuit, ſicque Fridericum Imper. & Ladislaum Regem e manibus conjuratorum eripuit, fidei & virtuti tantæ, ne præmium deforet, Fridericus Imper. Andream in Baronum ſortem translatum, prædiis multis ditavit.

Andreas B. & ejus fata.

Fit Baro.

An Capit. Styr. Valvaſorius cit. eundem Andream ſimul Styriæ Prætorem datum narrat, MS. Chron. Styriæ, licet p 2. cap. 17. Andream equitem Styrum cum 3000. militibus Styris Neoſtadii ſuccurriſſe Friderico Imp. doceat, Capitaneum tamen Styriæ fuiſſe nullibi memorat, immo potius contrarium docet, dum ab an. 1427. Domino Joanni de Winden, Wilhelmum de Perneck, & huic an. 1438. Joannem & Leopoldum Dominos de Stubenberg, ac hiſce an. 1461. Bernardum D. de Liechtenſtein, mox Ulricum de Graben, dein Wilhelmum Com. de Thürnſtein usque ad an. 1479. in officio Prætoris Styriæ ſucceſſiſſe prodat, de quibus alibi.

Sive

Sive Paumkircherus Carniolus ſive Styrus fuerit, merita tamen ſua indies auxit, & virtutis bellicæ ſpecimina præclara dedit, nam cum an. 1462. Viennenſes rebelles ipſum etiam Fridericum Imp. cum uxore & filio Maximiliano Viennæ obſiderent, inter alios heroes etiam Paumkircherus 20. Octobris ejusdem anni ſubſidio venit, atque cum Bohemis eam obſidionem ſolvit.

Annus 1469. Andreæ Baroni de Paumkirchen fatalis illuxit, hoc enim anno, cum Turcarum in Carnioliam irruptio ærarium Cæſaris Friderici utcunque minueret, Andreas rebellionem ſpirare cæpit: ſtipendia adhuc militaria debuerat Cæſar Andreæ huic, Joanni Stubenbergico, (qui Martham Andreæ filiam habebat uxorem) & Joanni de Pöſing, cumque ob exhauſtum ærarium ea ſibi ſolvenda non eſſe arbitrarentur, vi & gladio ſolutionem ſibi faciendam decrevit Andreas: authores rebelliones erant *Andreas de Paumbkirchen* & *Andreas de Greiſſenegg* ex Carinthia, qui mox abſente Cæſare, Capitaneo Græcenſi bellum denunciabant variaque jam loca occupabant, ita ut Fridericus Imp. cogeretur ab iis armorum inducias ad 2. annos poſtulare: Hoc inter tempus complices veniam a Cæſare delicti impetrabant, Paumkircherus pertinax damna damnis, injurias auxit injuriis; cum dein videret, ſe Majeſtati, armisque Cæſaris imparem eſſe, gratiam petiit, & Comitatum ſecurum, ut objecta ſecure coram ipſo Cæſare Græcii diluere poſſet; annuit Cæſar, atque, ut in feſto S. Georgii veſpere, dum veſperarum tempus Campanæ innuerent, compareret, & ad alterius diei veſperarum tempus ſecurus eſſet, promiſit. Comparuit coram Cæſare & Conſiliariis ejus, & varia in rem ſuam argumenta protulit, dumque tempus ſecuritatis has inter altercationes, jam prope elaberetur, idque ſibi prolongari peteret Paumkircherus, Cæſar ea de re Conſiliarios ſuos conſulturus abiit, tamque diu apud eos eſt moratus, donec more ſolito tempus veſperarum denuo per Campanas indicaretur.

An. 1469. fit rebellis.

Perteritus Paumkircherus illico fugitivus equo inſedit, aſt, ubi portæ urbis Græcenſis ad Muram fluvium appropinquavit, inter utramque portam concluſus, feralem ſententiam audiit, ſibi moriendum eſſe; volebat quidem vitam redimere, prædiis, caſtris omnibus ac ſumma 60000. florenorum, ſed gratia omnis negata, ſolum additus Sacerdos, qui morientem juvaret, & a peccatis abſolveret, quo facto a Carnifice Græcii eodem, quo captus loco, capite eſt truncatus: arx ejus in Carniolia *Paumkirchertburn*, uti & domus ejus Vipaci, dicta, *Paumkirchertburn ob Wipach*, ſolo æquata eſt juſſu Frider. Imp. ut teſtis eſt Illuſtr. Valvaſor. cit.

Decapitatur Græcii.

Arces demolitæ.

Hæc brevius inſinuat Chronicon Mellic. ad an. 1471. ita ſcribens: *Baro quidam dictus Paumbkircher - - Comprehenſus cum quodam ſtrenuo milite decapitatur*, quis vero hic ſtrenuus miles cum Andrea decapitatus fuerit? inſinuant annales Carinth. & Chronic. Salisburg. anonymi San-Petrenſis apud Hier. Pez. tom. 2. Cap. 436. *Item anno* 1470 (lege 1470.) *Frider. Imp. decollavit 2. milites Andream Paumkircher, & Andream Greiſſenegger, qui inſurrexerant contra ipſum &c.*

Greiſſenegg de Andr. decapitat.

Hæc interim de familia de Paumkirchen, quam Haſelbachius e Carinthia, Valvaſorius e Carniolia, alii e Styria repetunt, plura ſuo loco, nempe Sæc. 15. dicentur.

3. Teſtis Diplomatis erat *Arneſtus de Eppenſtein.* V. tom. 1. annot. Diplom. 37.

4. *Chunradus de Wildonia.* V. tom. 1. annot. Dipl. 53.

Ad Dipl. 55.

Ad Diploma 55.

Diploma hoc conflatum eſt ex 2. aliis Gyrienſibus num. 2. & 3. inter mea hic num. 31. & 37. de quibus jam ſuperius dictum eſt; quæ ad criſim hujus & nominatorum Diplomatum Gyrienſium pertinent, jam expoſui ad an. 1212. & in annot. Diplom. 31. & 37. Teſtes itaque hic ſolum excutiendi ſunt quos inter de Clericis.

Gyrienſ. fund. augetur.

1. *Heckenbertus de Babenberg. Epiſc.* V. an. 1212.
2. *Luitprandus Archypresbiter de Volckenmarckte* in Carinthia.
3. *Luitpoldus Notarius noſter* ſeu Luipoldi Ducis, ignotus.
4. *Wulfingus ſcriba noſter.* Itidem ignotus.

Ex Laicis.

1. *Ulricus de Pecka.* V. tom. 1. annot. Diplom. 9.
2. *Albertus de Roas.* V. tom. 2. annot. Diplom. 4.
3. *Luipoldus ſeu Luitoldus de Wildonia & frater ejus* Ulricus. V. tom. 1. Diplom. 53.
4. *Fridericus de Petove.* V. tom. 1. annot. Diplom. 54.
3. *Otto de Chunigesberch.* V. tom. 1. Diplom. 58. & tom. 2. Dipl. 3.
6. *Otto de Traberch.* V. tom. 2. annot. Diplom. 37.
7. *Otto de Grätz.* V. tom. 1. annot. Diplom. 7.
8. *Gerhardus de Krumbach.* V. tom. 1. annot. Diplom. 58.
9. *Luipoldus de Gonevviz.* V. tom. 1. annot. Dipl. 34.
10. *Bertholdus de Truna*, &

Truna de Berthold.

11. *Pechlinus de Tiver*, officiales cum memorentur, nulla ex nobilitate ſuiſſe videatur, ſed locorum horum præfecti.

Tyver de Pechlin.

Acta ſunt hæc an. Dom. 1227. *Indictione XV. VII.* Idus Nov. indictio cohæret anno; aliud tamen apographum habet, *Idibus Nov.* & hæc acta ſunt *in foro noſtro Marchburg.*

Extat Diploma Græcii in Convictu, cui tamen ſigillum non affixum.

An. 1229. ad Dipl. 56.

Ad an. 1229. ad Diploma 56.

Gleiſtorf parochia Seccov.

Gleiſtorfenſem Eccleſiam parochialem, cui hodie oppidum adjectum viſitur, concernit hoc Diploma; Eccleſiam hanc hodiedum conferre ſolet Celſiſſimus Princeps & Epiſcopus Seccovienſis, quando vero eadem ſedi Seccovienſi Epiſcopali collata fuerit? vix ſatis eruo; inter Eccleſias ſedi Seccov. ab ipſa fundatione annexas lego quidem *Eccleſiam Rabe*, ut V. Dipl. mea hic 45. & 46. an ea *Eccleſia Rabe*, fuerit moderna Gleisdorfenſis vel S. Ruperti ad Rabam? dubium adhuc manet, quia tamen in Eccleſia S. Ruperti ad Rabam ſita ſemper additur patronus ejus S. Rupertus, cenſeo valde probabiliter dici poſſe, per

An eadem cum Eccl. Rabe.

Eccle-

Eccleſiam Rabe ſine addito, intelligi poſſe Eccleſiam hanc Gleyſtorfenſem, tum quod alias non appareat, quænam ſit illa Eccleſia Rabe dicta, tum quod Gleiſtorſenſis parochia, juris ſit Epiſcopatus Seccov. qualis etiam a fundatione ſua erat Eccleſia Rabe, ut hactenus obſervatum.

Hæc itaque Eccleſia Gleiſtorſenſis an. 1219. & reliquis, ſedi Seccov. adjudicata, dote ſua privabatur a quodam *Ulrico de Comyn*, filio *Hierzmanni*; indignitatem rei, & ſponſæ injuriam agnovit Carolus Epiſc. Seccov. dotemque repetiit, utpote detentam in ſuum & Eccleſiæ ſuæ præjudicium, ac gravamen, utque rem magis urgeret, *Hertnidum 2. de Orte* imploravit, ac *Henrici* 1. patris inſtrumentum produxit, qua re factum, ut *Ulricus de Comyn*, ad mandatum *Hertnidi de Orte*, injuſte detentam Eccleſiæ Gleyſtorfenſis dotem reſignare, & Epiſc. Seccov. reſtituere cogeretur. *Dos eccleſiæ vendicatur ab Epiſc. Seccov. Comyn de Ulric. & Hirzman.*

Quisnam hic *Ulricus de Comyn*, *filius Hierzmanni* fuerit? nullibi hactenus invenire poteram, probabilius poſſeſſor erat quorundam feudorum in vicinia illa ad Rabam, quæ Dominis de Orte obligata erant. Dominos de Orte inter Styriæ dynaſtas locandos eſſe, jam dixi Dipl. 13. ſed, ut obſervavi, pauciſſimi eorum patebant, & quidem neglectus eſt Diplom. dicto 13. tom. 1. *Henricus de Orte* pater Hertnidi 2. ad an. 1262. florentis, Hertnidus enim 1. an. 1150. jam legitur: Hertnidus hic 2. benefactor eximius erat non ſolum Campililienſium in Auſtria, ſed etiam Seccovienſium in Styria, quibus prædia, *Alramsdorf* (fors *Algerſtorf*) *Wagrain*, *Puche*, & *Mogelnic* contulit, ut v. tom. 2. annot. Diplom. 30. *Orte de Hertnid. 1. & 2. & Henricus.*

Teſtes actionis hujus erant

1. *Otto de Ebrenvelſe.* Dominos de Ehrenvels dynaſtas, & miniſteriales Styriæ fuiſſe, ex variis Diplom. eruo, quamvis Lazius de migr. gentium lib. 6. f. 198. eos inter Carnos locet; eosdem in Styria infer. prædia & poſſeſſiones habuiſſe ex iisdem veterum Diplomatis mox patebit, unde ſuſpicor eos veteris arcis *Arnfels* inter Muram & Dravum ſitæ fuiſſe dynaſtas, a quibus forte arx eadem ad *Dernbachios* & *Shönbornios* dein tranſiit; quod ſi tamen hi Domini ex Carinthia in Styriam migraſſent, avitum eorum caſtrum *Ernvels* in Carinthia, hodie dirutum, & *in ſpecu S. Leonardi in Laventall* dictum, dici poſſet. *Ehrenvels de Geneal. Arnfels caſtr. Styr. Ernvels caſtr. Carinth.*

Varios hujus proſapiæ in Lazio, Wurmbrandio, Bucelino, ac Diplomatis Styriæ invenio, quin tamen eorum certum nexum oſtendere queam, interim deſerviat hoc ex MS. Kainach. aliisque cit. auth. deſumptum

GENEALOGICUM FRAGMENTUM DOMINORUM DE EHRENVELS.

Henricus Baro an. 1080. lud. equeſtr. Auguſtæ præſens. ex MS. Kainach.

A. *Wulfingus* 1. & frater ejus an. 1245. ad 1280. uxor N.

B. *Otto* 1. an. 1248. ad 1292.

Hos duos neglexit MS. Kainach.

Wulfingus 1.

D. *Wulfingus* 2. an. 1333. 1349. ux. Chuneg. *de Lansdorff.*

C. *Henricus* 1. & *Otto* 2. fratres. Ex alia linea an. 1274. 1282.

E. *Offronia.* Omittitur in MS. Kainach.

F. *Otto* 3. an. 1375. ux. Anna filia Ibani *Com. de Gyſſing.* Ignotus Bar. de Kainach.

G. *Henricus* 2. an. 1375. ux. Agnes de *Königſperg* fil. Joannis. Omittitur in MS. Kainach.

H. *Otto* 4. Capit. *Carinth.* uxor Anna N.

I. *Joannes* 1. an. 1408.

N. *Wulfingus* 3. an. 1390.

Hunc cum Joanne 2. confundit Baro de Kainach.

K. *Joannes* 2. ult. familiæ an. 1450.

L. *Catharina* mar. Georgius *de Puechaimb.*

M. *Chunegundes* m. Joan. ab *Eberſtorff.*

Harum nomina in MS. Kainach. non referuntur.

O. *Chriſtianus* an. 1424. vicedom. Carnioliæ.

P. *Mechtildes.*

Q. *Ottilia.*

Ebrwels de Wulfing. 1.

A. *Wulfingum* 1. Lazius & Bucelinus ad an. 1260. & 1280. ſituunt, nec uxorem ejus produnt, Diplomata vero plura Styriæ ejusdem meminere, & quidem ad an. 1254. Diploma Göſſenſe 36. eum teſtem ordine tertium inter Styriæ primores, poſt Ulricum de Wildonia refert, uti & Diplom. Göſſ. 37. ad an. 1255. inter *viros illuſtres conſilio, & prudenter decoratos* numerat; recurrit idem in Diplom. Runenſi 26. ad an. 1261. in quo a *Wochone de Roſenberg Styrie Capitaneo* in placito generali ad Marchburg teſtes adducitur, & an. ſeq. 1262. Bruno Epiſc. Olomuc. & Styriæ Capitaneus in Diplom. Seccov. 75. inter nobiliſſimos teſtes Styriæ, Græcii præſentes eundem nominat; quod bene obſervandum, illud eſt, quod an. 1265. in Diplom. Seccov. 85. vocetur *de Arnfelſe*, unde conjectura mea firmatur, de prima & avita domo eorundem, nempe arce Arnfels in Styria. Eundem Wulfingum 1. an. 1280. adhuc vixiſſe exhibet Diploma Seccov. 110. in quo hic Wulfingus illata Seccov. Eccleſiæ & Canoniæ damna, 100. marcis denariorum Græcenſium æſtimata compenſat, aſſignando alpes annexas, alpibus Puechſchachen dictis, ad ſe & fratrem ſuum Ottonem pertinentes: cæterum hic ipſe Wulfingus inter illas an. 1292. turbas, inter Duces Auſtriæ, Bavariæ ac Archiep. Salisburg. ortas, *caſtrum Chamer* tradidiſſe refertur apud authorem German. Sacr. tom. 2. f. 430.

Otto 1.

B. *Otto* 1. frater Wulfingi 1. a Bucelino & Lazio omiſſus eſt, quem enim illi Ottonem primum referunt, Otto mihi tertius erit; Ottonem vero hunc fratrem Wulfingi 1. fuiſſe edicit Diploma Seccov. 110. ſupra citatum; Otto hic ad an. 1248. in Diplom. 3. Admont. apud Frælichium Diplomat. Styr. part. 2. f. 225. primo invenio, in quo ab Ottone Com. ab Eberſtein Imperiali Styriæ Præfecto tanquam teſtis comparet: an. 1271. idem Otto ſubſcripſit Göſſenſi Diplom. 57. & an. 1274. Diplomati Göſſenſi 56. ibique inter miniſteriales Styriæ recenſe-

tur.

ſetur. Necrologium Runenſe ad 6. *idus Novembr.* ita habet: *Otto de Emvelz præcipuus conſolator Conventus in Runa*, aſt an hic, Otto 1. 2. vel 3tius fuerit? pronum non eſt dicere.

C. *Henricus* 1. & *Otto* 2. *frater ejus*, inter miniſteriales Styriæ a citato jam Diplom. Göſſ. 56. ad an. 1274. referuntur de quo mox, Henricus hujus nominis primus diſtinguendus eſt ab Henrico 2. an. 1373. florente; pauca cæteroquin de hoc Henrico 1. ſuperſunt documenta, teſt. MS. Kainach. an. 1254. cum Alberto Duce Auſtriæ interfuit ludo equeſtri 15. Ratisbonæ, habito, circa an. 1282. obiiſſe videtur, nam, ut ad eum annum ex Diplom Göſſ. 65. lego, *Wulfingus & Ortolfus fratres de Trevenſtein* &c. teſtati ſunt, Henricum hunc in extremis poſitum legaſſe Eccleſiæ Göſſenſi unius talenti denariorum redditus, hinc in *Magerſtorff in Marchia*, duæ hubæ & *Lübechendorff* 5 areæ & circa *gernas in Pierpoum* 2. hubæ, ac iterum 2. hubæ in *Strechavve ac Domerſpach* ſunt aſſignatæ, ex quibus verbis patet, Dominos de Ehrnvels non ſolum *in Marchia*, ſeu Styria inferiore, ſed etiam in Superiore *circa Strechav & Domerſpach*, bona & prædia poſſediſſe. *Henricus 1. & Otto 2.*

In eodem hoc Diplomate lego, Henricum hunc, *unam marcam pro fratris ſui Antonii & Hermanni jam dicti Schodran remedio* Eccleſiæ Göſſenſi dediſſe, ex quibus eruo *Antonium & Hermannum Schodran* fratres uterinos Henrici fuiſſe, & viduam de Ehrnvels, deinde cuidam Schodran nupſiſſe: obiit Henricus 1. ante an. 1282. vel certe hujus initio. *Schodran de Anton. & Hermann.*

Otto 2. *de Ehrnvels*, frater Henrici 1. certo eruitur ex Diplomate Göſſ. 56. ad an. 1274. in quo præter Ottonem 1. inter Styriæ miniſteriales etiam referuntur *Henricus & Otto* nempe 2. fratres *de Ehrnvels*, ſed an. 1. 2. vel 3tius fuerit? denuo ignotum.

D. *Wulfingus* 2. a Lazio & Bucelino in Stematogr. Germ. tom. 4. part. 2. f. 35. adfertur ad an. 1349. ſecus mihi hactenus viſus non eſt, Bucelinus eum ad an. 1333. ſtatuit, cum uxore *Chunegunde de Lansdorff*. *Wulfing. 2.*

E. *Offroniam* Wulfingi 2. filiam ſtatuit Bucelinus cit. qui etiam Ottonem Capitaneum Carinthiæ, & Henricum 2. ejusdem filios aſſerit, de quibus v. Otton. 4. ego potius Ottonem 3. & Henricum 2. ejusdem filios cenſerem. *Offronia.*

F. *Otto* 3. itaque & *Otto 3. & Henric. 2.*

G. *Henricus* 2. filius, ut arbitror Wulfingi 2. Miniſteriales Styriæ erant, ita Chron. Salisburg. apud Hier. Pez. tom. 1. Col. 423. ſed nomen ſuum utcunque obſcurarunt, nam ut refert Chron. cit. cum circ an. 1375. *Albertus Dux Auſtriæ volens celebrare nuptias Viennæ Dominica Eſto mihi* (ſeu quinquageſimæ in 4. Martii incidente) *vocaret Dom. Albertum de Winckel Epiſc. Patav. ut ſibi copularet filiam Friderici Comitis de Niernberch* (Beatricem nomine) *legitime in uxorem, idem Albertus - - - cum proficiſceretur in via tendens Viennam, cum pervenit prope civitatem S. Ypoliti ſitam in Auſtria, contigit, ut ab Ottone & Henrico dictis Ehrnvelſer, Styriæ miniſterialibus, cum ſuo exercitu eſt Captivatus indebite - - - - & deductus in caſtrum dictum Chamer ſitum in Styria diœceſis Salisburg. incluſus fere per annum; quapropter prout inſtitutum eſt a matre S. Eccleſia, prædicti Ehrnvelſer cum complicibus ſuis, in diœceſi Salisburg. & Patav. Eccleſiarum, ſingulis feſtivitatibus, ac Dominicis diebus ſunt excommunicati, & publice pronuntiati* *Capiunt an. 1375. Albert. Epiſc. Patav.* *Excommunicantur.*

nuntiati pulsatis campanis, & accensis candelis: tantem ultimo idem Albertus Episc. cum suis familiaribus, est per placita eorum captivitate liberatus. Consonat MS. Cæsareum ab authore German. Sacræ tom. 2. f. 460. citatum; quæ facti hujus attentati causa fuerit? nemo clare edixit, plurimi in communem eo tempore grassandi libidinem referunt.

Gyssing & Pernstein de Com. Iban. & Anna.

Ottoni huic Lazius uxorem tribuit *Annam* (ita eam vocat Bucelinus sine addito cognomine) *filiam Ibanis Com. de Gussing & Pernstein*, in finibus Hungariæ circa an. 1370. Henrico vero 2. de Ehrnvels Bucelinus jungit conjugum *Agnetem*, filiam *Joannis de Königsperg*, quam tamen sui oblitus omisit in Stemmatographia Königsperg. ut v. tom. 2. annot. Diplom. 3.

Königsperg de Joan. & Anna.

Otto 4. de Ehrnvels.

H. *Otto* 4. a Lazio 2dus, a Bucelino primus hujus nominis statuitur, hunc Illustr. Valvasorius topogr. Carinthiæ f. 3. *Capitaneum Carinthiæ* fuisse docet, consentit Bucelinus, uxor etiam ejusdem Anna fuit, nam teste Excellentissimo Wurmbrandio f. 21. *Annâ Dom. ab Ehrnfels* medietatem bonorum suorum, *Georgio a Puechaim* genero suo, & quingentas libras denariorum Viennensium Beatrici filiæ ejus testimento legavit an. 1405.

Anna.

Puchaimb de Georg. & Beatrix.

Joannes 1.

I. *Joannes* 1. Ottonis 4. frater ad an. 1408. innotuit, nam, ut habet Excell. Wurmbrand. ex docum. stat. Austriæ archivo num. 1736. Joannes hic *Conradum & Wulfingum de Ungnad* cognatos suos vocat, an. 1411. teste eod. Wurmbr. f. 12. 141. 148. cum *Georgio de Polheim* (corrige *Puchaim*, ut v. in L.) transegit, ob uxorem Georgii de Puchaimb Ottonis filiam, unde Ottonis frater appellatur; hunc Baro de Kainach, vicedom. Bamberg. in Carinth. fuisse docet, eique proles Joan. 2. attribuit.

Ungnad de Wulfing. & Conrad.

Joannes 2.

K. *Joannes* 2. & teste Bucelino ultimus suæ familiæ vixit an. 1450. imperante Frider. 3. Imp. ita Lazius.

Catharina.

L. *Catharina*, Ottonis 4. & Annæ filia, uxor fuit *Georgii de Puchaimb* (non Polheim) ita ex ipso Excell. Wurmbrandio, licet errore calami hic lapso, evinco fol. 21. nec enim inter Polheimios eodem teste, unus quondam uxorem Ehrnvelsiam habuit; erravit proinde etiam Hübnerus tab. 775. docens, *Elisabetham ab Ehrnvels*, uxorem fuisse Georgii de Puchaimb, Bucelinus alio errore eandem Magdalenam vocat.

Puchaimb de Georg.

Winden de Joannes.

Stubenberg de Barbara.

Wurmbrandius tamen fol. 3. ad an. 1419. docet *Joannem de Winden*, hæreditaria *Catharinæ ab Ehrnvels amitæ* suæ bona cum *Barbara de Stubenberg*, inter se divisisse; quod si vero Catharina Ehrnvelsia, *amita*, seu patris soror fuit, *Joannis de Winden*, oportebit duas Catharinas Ehrnvelsias statuere, quarum una nata de Winden, nupserit cuidam de Ehrnvelsiis, altera vero *Georgio de Puchaimb*, primam insinuat Bucelinus docens, Ottonis filiam Catharinam an. 1420. *Joanni de Winden* fuisse matrimonio locatam; Catharinam vero alteram ex documentis Excell. Wurmbrandii ostendi. Lazius cit. Ottoni 4to sibi 2do, duas dat filias unam uxorem *Georgii de Puelhaimb*, alteram *Joannis ab Eberstorff* conjugem, quam Bucelinus Chunegundam vocat, at non Ottonis, sed Joannis 1. filiam decernit fuisse, quam opinionem fide alterius documenti firmare nequeo.

Chuneg. de Ernfels.

Eberstorf de Joan.

M. Chu-

M. *Chunegundes.* De hac mox dictum est.

N. *Wulfingus* 3. a solo Lazio ad an. 1390. statuitur. *Wulfing. 3.*

O. *Christianus* vicedominus erat Carnioliæ teste Valvasorio Illustr. lib. 9. f. 79. & ut docet Lazius, an. 1424. Curialis Ducis Austriæ fuit. *Christianus.*

P. *Mechtildes* de Ernvelz defuncta legitur 6. *Idus April.* & *Mechtildes.*

Q. *Ottilia* obiisse 6. *Kal. Septembr.* nunciat Necrolog. Run. quo vero tempore vixerint? nondum reperi. *Ottilia.*

Alios Diplomatis hujus testes expedio.

2. *Hermannus de Pröfing.* Dominos *a Presing* Carnos fuisse docet Lazius lib. 6. de migrat. gent. f. 203. *qui*, eodem teste, *hodie agunt in Austria superiore, retinent tamen adhuc in Carinthia Stain castrum, & alia quædam in agro, quem vulgo Jauntall vocant*, de iisdem Excell. Wurmbrandius agit, & quidem 1mo ex MS. Chron. Austriæ Lazii in Aug. Biblioth. Vienn. asservato sequentia tradit; *Pröfing* ist ursprünglich in Cärnthen gewest, und von dannen ist solches edles Geschlecht in beyde Oesterreich gekommen, daselbst St. Pölten die Herrschaft und Breitenstain mit mehr Flöcken erlangt, und ist Herr Balthasar Freyherr von Pröfing zu unsern Zeiten *an.* 1542. Landshauptmann im Land ob der Ens worden ꝛc. 2do ait Wurmbrand. cit. f. 119. ut judico ex sua sententia: *antiqua & illustris Baronum de Pröfing familia, vastato castro, & parochiæ Pröfing in Comitatu Celejensi sitis, vel nomen gentilitium indidit, vel ab arce mutuavit; illud autem extra dubitationis aleam positum est, Pröfingios dynastas jam ante 500. annos Carinthiæ Proceribus annumeratos, rerumque gestarum feliciter gloria conspicuos fuisse teste Megisero in Chron. Carinthiæ.* *Presing de Geneal.* *Castrum & paroch. in Com. Celej.*

Bucelinus & MS. Kainach. eorum seriem tarde nimis ordinat, unde priores variosque alios hujus familiæ brevi indiculo notis illustrato hic refero.

GENEALOGIA DOMINORUM DE PRÖSING, BARONUM AD STAIN. *Pröfing de ad Stain.*

A. *Hermannus* 1. *de Pröfing* an. 1229.

B. *Joan. Ernestus* an. 1226. &c.

C. *Hartvicus* an. 1260.

D. *Gebhardus* an. 1396. fl.

E. *Hermannus* 2. an. 1370.

F. *Joannes* 1. & *Diepoldus* an. 1388.

G. *Conradus* 1. a Bucelino anonymus vocatur fl. an. 1440. 1450. &c. uxor N.

Leonardus 1. teste Bucel. a quibusdam Pater ab aliis filius Joann. vocatur.

H. *Joannes* 2. Cl. an. 1481. &c. uxor. Margaretha de Baileul filia Ruperti & Margar. de Poiters.

I. *Leonardus* 2. Præfectus in *Windischgrätz.*

manifeſtant præter ea, quæ Diſſert. 4. cap. 7. §. 3. dixi. Nam 1. Styria nondum Ducatus erat. 2. Hoc anno Leopoldus nondum Dux Auſtriæ fuit, cum Pater Henrici primo anno 1177. obierit. 3. Contradicunt reliqua Diplom. tum Auſtriæ tum Styriæ, ut adeo cenſeam tranſcribentem confuſione quadam abreptum, voculas & *Styriæ* mero errore in chartam illeviſſe, cum antecedens & ſubſequens ejusdem Leopoldi Diploma, eum ſolum Ducem Auſtriæ nominet. V. plura Diſſert. 4. cit. §. 9.

An. 1176.

ANNO 1176.

Ind. 9. Alex. III. P. 18. Frid. Barb. Imp. 25. Ottoc VI. Styr. March. 12.

Ottoc. VI. Alex. III. P. adhæret.

Ejus legatum in Styriam pro conc. invitat.

Adalbertus accuſatus abſolvit.

Marchionem noſtrum Ottocarum, iniquis forſitan conſiliariis ſeductum, non ſolum pacem cum Henrico Auſtriaco redintegraſſe, ſed etiam Alex. III. Papæ fideliter adhæſiſſe, acta hujus anni comprobant, cum enim ad diſcutiendam Adalberti Salzburg. cauſam, Alex. III. Papa Gualterum Albanenſem Epiſcopum ſedis Apoſt. per Hung. legatum dimitteret, cum Conrado Mogunt. cauſam Adalberti inquiſiturum, nemo Principum præter Ottocarum noſtrum datis ad Gualterum litteris, opem, viresque eſt pollicitus. His vero promiſſis licet legatus ob teneram nimis Ottocari ætatem diffideret, Ottocarus tamen, qua ſit origine natus, ſatis ſuperque oſtendit. Eo in conventu, auditis omnium partibus Adalbertus abſolutus Simoniæ, aliorumque objectorum, adverſarii ejus damnati, ut v. Chronogr. Reicherſp. & Alban. Epiſc. Gualteri epiſtolam ad Alex. III. Papam apud auth. Germ. Sacr. tom. 2. fol. 293. &c. Ea in epiſtola notandum *1mo:* Ottocarum legato huic ſcripſiſſe, ita enim refert epiſtola: *Ubi litteras Domini Chunradi Mogunt. Archi-Epiſcopi, & Marchionis Styrenſis recepimus, ſecuritatem & conductum verbis tantum, non alia nobis certitudine promittentium - - - bis & aliis litteris - - - percepimus, quod non erat nobis tutum Teutonicum regnum intrare, præſertim cum prædictus Marchio, qui nos conducere pollicebatur, puer ſit annorum 13. 2do:* Conventum illum *Guerini*, ſeu *Faurini* habitum. *3tio:* Quamvis ex noſtris pauci conventui adfuiſſent, tamen ut ait cit. epiſt. & *Dominus Aquilejenſis* Udalricus, & *Epiſcopus Gurc.* Romanus II. *atque Abbas Admuntenſis*, Irimbertus, *pro jam dicto Archiep. nobis ſcripſerunt, & Præpoſitus majoris Eccleſiæ Salzburg.* Siboto, & *Abbas de S. Petro* Henricus *pro ſe teſtes idoneos ad nos deſtinaverunt*, hi quinam fuerint? non conſtat.

Udalr. Patr. Aq. Rom. Ep. Gurc. Irimb. Ab. Adm. Sibot Præpoſ Salzb.

Frid. Imp. victus in Italia.

Pax Eccl.

Fridericus interea Imp. cum Longobardis conflixit initio ſat felix, ſed tandem caſtris ipſis ejectus, ipſeque ex equo prolapſus ita, ut plerique crederent eum peremptum, dein tamen Papiam fuga cum paucis cohortibus evaſit, atque hæc clades Auguſto mitiores animos, Eccleſiæ veterem tranquillitatem reddidit, nam plerique Principes aſſeverabant, ſe caſtra poſthac non ſecuturos, ſi Romanam Cathedram impugnare voluerit. Acquievit Fridericus, miſitque Moguntinum, Magdeburg. & Wormatienſem Epiſcopos Anagniam ad Alex. III. qui pronos ad pacem animos nuntiarent. Dies 15. ea deliberatio tenuit, pacta

A. *Hermannus* 1. *de Pröfing* hoc in Diplomate citatus, an primus gentis, vel frater Joannis Erneſti fuerit? nihil omnino conſtat. *Pröfing de Hermann. 1.*

B. *Joannes Erneſtus de Pröfing*, Henrici Carinthiæ Ducis contra Eckebertum Babenberg. Epiſc. copiarum pedeſtrium Dux, prælio quo Epiſcopus Henrici de Dietrichſtein virtute an. 1240. captus eſt, victoriæ pars magna fuit, ita Illuſtriſſ. Valvaſorius & Megiſerus in Chronico, qui *Dominos de Pröfing*, *Barones in Stein* appellat: attamen non omnia hac in narratione cohærent, nam 1. eo tempore nullus Henricus, ſed Bernardus Dux Carinthiæ fuit. 2. ea victoria ante an. 1227. locanda eſt, ut oſtendi in Chronol. mea an. 1229. *Joan. Erneſt.*

C. *Hartvicus* circa an. 1260. &c. floruit Lazio teſte cit. lib. de migrat. gent. & in Chron. ſuo MS. hic an. 1275. in illis Ottocari Bohemi turbis Friſacum pro Archiepiſcopo Salisburg. cum *Ottone de Ungnad* tuebatur contra Milotam Zawiſchium, Styriæ tum pro Ottocaro Rege Prætorem, ſed cum reſiſtere tantis viribus Ottocari non poſſet, nihil ei vertendum non eſt, quod urbs arietibus & machinis valide quaſſata, cum hoſtium aſſultum ſæpius quidem rejeciſſet, imminuto tandem præſidio Bohemis irrumpentibus, in prædam cedere debuerit, igne dein conſumpta, de quo v. Megiſerum f. 888. fuſius agentem, & authorem German. Sacr. tom 2. f. 380. *Hartvicus.* *Ungnad de Otto.*

D. *Gebhardus* an. 1396. floruit, & Monaſterium Sitticenſe liberaliter dotavit, teſte Valvaſ. & Wurmbrand. cit. *Gebhardus.*

E. *Hermannus* 2. *de Pröfing*, teſte Lazio & Wurmbrandio an. 1370. teſtis litterarum variarum videtur. *Hermannus 2.*

F. *Joannes* 1. & *Diepoldus* an. 1388. vivebant iisdem teſtibus cit. *Joannes 1. Diepoldus.*

G. *Conradus* 1. unus ex arbitris fuit, qui controverſias inter Frider. 3. Imper. & Albertum Auſtr. fratrem ortas an. 1440. deciderunt, ut docet Wurmbrand. cit. huic cum Bucelino filium aſſigno *Leonardum* 1. quamvis documenta alia non adſint. *Conrad. 1.* *Leonard. 1.*

H. *Joannes* 2. Friderici 4. Conſiliarium & aulæ Mareſchallum egit, atque eidem Imperatori in obſidione arcis Viennenſis a civibus improbis cincto, ſtrenuam operam navavit, ſed non multo poſt an. 1452. a militibus Alberti Auſtriaci ad novam civitatem, in qua Regiam Cæſar eo tempore tenuit, ex inſidiis petitus, una cum Comite de *Gleichen* in captivitatem eſt abductus, ita Excell. Wurmbrandius, Lazius vero in libris de migr. gent. & Chron. MS. teſtatur Joannem hunc & Leonardum, neſcio, primum an ſecundum *caſtrum Saanegk* in agro Celejenſi poſſediſſe. *Joan. 2.* *Sonnegk caſtr.*

I. *Leonardus* 2. imperante Maximiliano *Præfectus in Windiſchgrätz* fuit, cujus filii teſte Wurmbrand. & Lazio erant Leonardus 3. & Balthaſar Baro. *Leonard. 2.*

K. *Leonardus* 3. cum fratre Balthaſare primus in Baronum ſubſellia eſt elevatus. *Leonard. 3. Baro.*

L. *Balthaſari* Baroni jungitur uxor *Gertrudes Comes de Pöfing & S. Georgio*, hæc 2da fuerit, nam teſte Lazio, qui hujus Balthaſaris tempore vivebat, prima ejus uxor *de Maugis* erat, cæterum an. 1542. Præfectum Auſtriæ ſupra Anaſum egit. *Balthaſar. 1. Baro.* *Pöfing de & S. Georg. Com. Gertrud.*

Joan. Guilielm. M. *Joannes Guilielmus* an. 1589. inter miniſteriales Salisburg. numerabatur ut v. author. Germ. Sacr. tom. 2. f. 672. cujus vero filius fuerit? me latet.

Joan. Franc. Ep. Chiem. N. *Joannis Franciſci* memoria celeberrima eſt, etenim e Canonico Salisburg. Epiſcopus Chiemenſis evaſit; an. 1662. Canonicus adhuc, Archiepiſcopum ſuum Guidobaldum in legationem Ratisbonenſem eſt comitatus, ut. v. auth. Germ. Sacr. tom. 2. f. 800. 807. an. 1664. Collegii Metropolitani Senior, ac aulæ Archiepiſc. Præfectus obviam miſſus eſt Cardinali Caraffæ Salisburgum venienti, ut v. ibid. f. 809. tandem an. 1670. defuncto 9. Januarii *Franc. vigilio Comiti de Spauer* Epiſc. Chiemenſi ſucceſſit, atque 27. Junii a Maximil. Gandolpho Archiep. eſt conſecratus.

Spauer de Franc. vigil. Ep. Chiem.

Henricus. O. *Henricus* hic dubius mihi eſt; lego quidem in Necrol. FFr. Minor. Convent. Viennæ apud Hier. Pez. tom. 2. f. 488. menſe Junio ita, 2. *Kal. Julii obitus fratris Henrici de Preyſing quondam Gardiani hujus loci, hic ſepulti ante ſacriſtiam, qui benefecit Conventui*, an ex hac Dominorum de Pröſing ſeu Preyſing familia fuerit? & quo anno obierit? latet.

Cæteros hujus familiæ Bucelinus adducit.

Lezowe de Ottoc. 3. Diplom. hujus teſtis eſt *Ottocarus de Lezowe*, ignotus, nec alio in Diplomate mihi viſus.

Monte de Hugo Henr. 4. *Hugo, & frater ejus Heinricus de Monte*, hos ego, eosdem cum DD. de Bergen credebam, quoniam vero inter hos, nullus Hugo vel Henricus occurrit, diſtinctos credo, & forte ex vicina Carinthia teſtes adſcitos.

Bernard. Archid. Styr. infer. 5. *Bernardus Friſac. Præpoſitus, & Archidiaconus inf. Marchiæ* ſeu Styriæ infer. ad an. 1232. occurret *Archidiaconus Marchiæ* Superioris, ſeu Styriæ Super.

Acta ſunt hæc omnia apud *Gleyſtorff* an. 1229. die 15. Kal. Octobr.

An. 1230. ad Dipl. 57.

Ad an. 1230. ad Diploma 57.

Gotfrid. Præpoſ. Seccov. 4. Ex hoc Diplomate detegitur *Præpoſitus Seccov. 4tus*, Hermanni ſucceſſor, nomine *Gotfridus*; primus nempe Canoniæ Seccov. Præpoſitus erat *Wernherus*, alter *Geroldus*, 3tius *Hermannus* 4tus *Gotfridus*, qui tamen non diu præfuit.

Seccov. vendant Wagrain præd. Quantum rerum ſuarum defectum, & qua de cauſa perpeſſi fuerint Canonici Seccovienſes? non conſtat, id certum, *eos propter nimium*, ut ait Diploma, *quem habebant, defectum Chraftoni de Chunnenberg, pro 20. marcis, prædium in Wagrain contuliſſe*: prædium hoc *Wagrain* ſeu *Wagarin*, olim Canoniæ Seccov. contulit *Hertnidus de Orte*, ut dixi annot. Diplom. 30. hujus tomi.

Chunenberg de Crafto. Orte de Hertnid.

Seccov. Canon. hoc tempore. Status Canoniæ Seccov. in membris ſuis, ex hoc & ſeq. Diplom. eluceſcit, hoc enim Diplomate refertur *Gotfridus Præp. Wilhalmus Decanus, Waltherus Cellarius*, in ſeq. vero Diplomate referuntur, *Erneſtus & Sipoto Sacerdotes Eccleſiæ Seccov.*

Ad

Ad Diploma 58.

Ad. Dipl. 58.

Diploma hoc Seccov. plura de rebus Styriæ manifeſtat; jam enim tom. 1. annot. Diplom. 14. oſtendi, *Wulfingum* 2. *de Kapfenberg*, filium Wulfingi 1. & fratrem Ottonis, e miniſterialibus Ottocari 6. fuiſſe, & plura locis ſacris tribuiſſe, nominatim Eccleſiæ Seccovienſi; cum enim an. 1197. graviter ægrotaret, eidem Eccleſiæ *villam Lint* donavit, utque donatio hæc rata maneret, per *Ulricum de Stubenberg*, fratruelem, & hæredem ſuum conſtitutum, eandem confirmari petiit.

Kapfenberg de Wulfing. 2.

Lint villa Seccov.

Stubenberg de Ulricus hæres.

Convaluit vero ab infirmitate ſua Wulfingus 2. Kapfenbergius, & vitam ſuam ad hunc uſque annum, feliciter perduxit, atque ut munificentiam ſuam, in Seccovienſes continuaret, *curiam in Pajerdorff* eisdem adjecit.

Kapfenberg.

Pajerdorff curia.

Hoc itaque an. 1230. in die SS. Felicis & Adaucti ſeu 29. Julii vidua ejusdem *Gertrudes* Seccovium venit, & in ſepultura mariti ſui, ſicut *vivus hic conſtituerat*, *curtim in Pajerdorf* cum omni juſtitia, & poteſtativa manu, Seccovienſi Monaſterio tradidit, ex quo proinde patet, Wulfingum eodem die in Seccav fuiſſe ſepultum.

Sepult. Wulfing de Kapfenberg.

Curtim hanc *Pajerdorf*, cenſeo extitiſſe in circulo Judenburgenſi, in dynaſtia *Baidorff*, dicta in der Ratſch, v. tom. 1. annot. Dipl. 86.

Teſtes præſentes, videntes ſigilloque hoc inſtrumentum munientes, erant.

1. *Hugo de Perneck & Hartmannus de eodem.* V. tom. 2. annot. Diplom. 43.

2. *Wulfing de Viſchacha.* V. tom. 1. annot. Diplom. 36.

3. *Cholo de Snebercb.* Hos ego in Diplomatibus Styriæ nondum inveni ſubſcriptos, forſiten pro *Snebercb* legendum erit *Sunnebercb*, de quibus v. tom. 1. annot. Diplom. 6.

Sneberch de Cholo.

4. *Heinricus de Steine.* V. tom. 1 annot. Diplom. 4.

5. *Rudolph de Stadeckke.* V. tom. 2. annot. Diplom. 41.

6. *Heinrich de Spilberch.* V. tom. 1. annot. Diplom. 81.

7. *Ortolph de Kapfenberh.* V. tom. 1. annot. Diplom. 41.

8. *Ulrich de Praitenbach.* Dominos *de Praitenfurt*, & *de Praitenau* inveni ſæpius in rebus Styriæ, Praitenbachiorum nullum hactenus, niſi Ulricum hunc inveni.

Praitenbach de Ulric.

9. *Rudiger de Puchberg*, etiam hos in Styria non invenio.

Puchberg de Rudiger.

10. *Hermann de Stubenberg.* V. tom. 1. annot. Diplom. 4.

11. *Wolfkerus de Trovejach*, vicus eſt, cum parochia, dictus Traſejach, in Styria Super. ſupra Leobium, a quo, & prædio adſito, Dominos hos appellatos auguror; ex eadem hac familia prodiiſſe reor *Magiſtrum Henricum de Trafejach Decanum Brixinenſem*, qui Diplom. Seccov. 116. ad annum 1286. ſubſcriptus reperitur, cætera hactenus latent, v. pl. annot. Diplom. 51.

Trafejach de Wolfker.

12. *Durinch filius Landfridi de Stubenberg*, de his dixi tom. 1. annot. Diplom. 4. ſed ambo eo in Schemate omiſſi ſunt, ſed nec Hübnerus, nec Bucelinus vel Excell. Wurmbrandius horum meminere, unde fors error in deſcriptoris manu intervenerit.

Stubenberg de During & Lantfrid.

13. *Herbart de Ceuzeil*, ignotus & nullibi viſus.

Ceuzeil de Herbart.

Chæltz de Gotfrid & Liebhard.

14. *Liebhart de Chæltz*, e Salisburgenſium equitum ordine prætereum *Gotfridus Cheltzo* in Diplom. Epiſc. Secov. 18. & 32. ad annos 1240. & 1250. ſubſcriptus reperitur.

15. *Jo. Sacerdos Capell. Dominæ Gertrudis de Kapfenberg.*

Subjunctum eſt Diplomati huic teſtimonium juratum *Eberhardi Plebani in Pöls*, de limitibus inter *parochias Vanſtorff & Chumbenz* teſtibus ſubſcriptis, qui ſunt.

Eberhard. Pleb. in Pöls.

Nusdorf de

1. *Alb.rtus de Nuzdorff.* Nusdorfii Eccleſiæ Salisburg. Mareſchalli erant, circa an. 1436. id muneris conſecuti. *Blaſius* an. 1540. eam ſpartam tenuit, *Ulricus & frater Seyboto ac Chriſtianus*, an. 1403. inter conſöderatos Salisburgenſes numerabantur contra Pilgrinum & Gregorium Archiepiſcopos ut v. auth. Germ. Sacr. tom. 2. f. 967. *Hartmannus* an. 1462. advocatus erat ruſticorum rebellium, dum Burcardus 2. Salisb. Archiep. eam ſeditionem componeret. *Joannes David* an. 1561. Mareſchallum egit Eccleſiæ Salisburg. quo eodem tempore etiam *Joannes Georgius* floruit. *Sebaldus* an. 1387. inter conſœderatos Salisburg. erat pro Pilgrino 2. Archiep. Salisburg. a Friderico Bav. Duce in *Ratenbaslach Monaſterio* capto & detento, tandem *Wilhelmus David* an. 1591. Mareſchallus Salisburg. fuerat, ita cit. author Germ. Sacræ, v. pl. de his apud auth. Hiſtoriæ Salisburg.

2. *Gundacharus de Paumbkirchen.* V. tom. 2. ad Diplom. 54.

Winden de.

3. *Otto de Winden*, hos Dominos ex Auſtria fuiſſe, docet indiculus officialium hæreditariorum, & aliorum Procerum Auſtriæ & Carinthiæ an. 1362. editus & exſtans apud Excell. Wurmbrand. f. 265. in quo *Wolfgangus de Winden* inter Auſtriacos refertur; *Adelhait*, quæ uxor erat *Gundaccari* 3. *de Stabrenberg*, an ſoror Wolfgangi fuerit? mihi non conſtat, eam vero 3. miſſas anniverſarias pro ſe, & marito ſuo ad S. Florianum fundaſſe, lego in Excell. Wurmbrando f. 218. *Burcardus de Winden* an. 1386. emptione *a Joanne de Traun* Canon. Paſſav. & Olomuc. ac affine ſuo obtinuit, medietatem bonorum a *matre Eliſabetha de Stadeck* relictorum, v. Wurmbrand. fol. 71. atque an. 1393. a *Georgio de Wieſenfriz* emit curiam prope Oedenkirchen. *Eberhardus de Winden* an. 1403. floruit. Wurmbr. fol. 73. & *Joannes* an. 1419. varias decimas emit, a *Thoma de Neubaus*, ac an. 1410. Provincialis Mareſchallus Auſtriæ fuit. &c.

Stabrenberg de Gundacc. 3.

Traun de Joan.

Stadeck de Eliſ.

Wieſenfriz de Georg.

Acta ſunt hæc apud *Pelſe* an. 1230. die 3. Idus Junii.

Ad Dipl. 59.

Ad Diploma 59.

Göſſenſ. Monaſt. poſſeſſ.

Diploma hoc, ea de cauſa attuli, ut pateret, quantæ fuerint Göſſenſis Parthenonis hoc tempore poſſeſſiones, & Eccleſiæ unitæ; Gregorius ſiquidem 9. Papa eas omnes hoc in Diplomate commemorat, quod ad Ottiliam 2. Abbatiſſam totumque conventum Göſſenſem dedit, Ottilia hæc ab an. 1203. præfuit, & quamvis annus mortis ignoretur, anno tamen 1239. jam defunctam fuiſſe alia documenta innuunt. Eccleſiarum harum quædam in vicinia Göſſenſis Monaſterii poſitæ ſunt, reliquæ per decurſum patebunt.

Ad

Ad an. 1231. ad Diploma 60.

An. 1233. ad Diplom. 50.

De Wolfkero Abbate religioſiſſimo S. Lamberti, jam quædam dicta ſunt tom. 2. ad Dipl. 49. neſcio vero, quid juris ſibi ſumere voluerit *Plebanus ſeu parochus in Lint Henricus* nomine, *in Eccleſiam Knitlfeldenſem*; Diploma enim nihil pronuntiat.

Knitlfeld. & Lintenſ. Eccl. jura.

Eccleſia hæc *Lintenſis* ea fuerit, quæ in Epiſcopatu Seccov. ſita, ac *S. Martino* ſacra, hodie adhuc ſubeſt *Monaſterio S. Lamberti*, *Eccleſia* vero in *Knitlfeld* parochialis ejusdem civitatis, Canoniæ Seccovienſi obnoxia eſt, cum enim Abbas S. Lamberti & Præpoſitus Seccovienſis compoſitionem hanc inter ſe fecerint, patet eas Eccleſias, tum hiſce Aſceteriis fuiſſe adſtrictas. Epocha Diplomatis legitima eſt.

Ad Diploma 61.

Ad Dipl. 61.

Hoc Diploma, præcedentis continet confirmationem, quam Archiepiſcopus Salisburg. in majus robur adjecit, locus & epocha deeſt, ad annum tamen 1231. pertinere, ex documenti præcedenti colligitur; locum quod attinet, credo confirmationem hanc, non in Monaſterio S. Lamberti ſed Salisburgi fuiſſe factam, circa feſta Paſchalia, quibus dum Præpoſitum ſuum Salisburgenſem, & Abbatem S. Petri infulis Pontificalibus exornaret Archiepiſcopus, probabilius etiam Abbas Lambertinus, & Præpoſitus Seccovienſis Salisburgum venerint, eam ſolennitatem teſtificaturi, præterea Eberhardus Salisburg. excepto ſolo menſe Octobri, vel Novembri, quo funebria Ludovici Bavariæ Ducis peragebat, ſemper Salisburgi extitiſſe videtur.

Abb. S. Lamberti & Seccov. Præp. Salisburgi agunt.

Henricum electum Seccovienſem, teſtem ſubſcriptum, cenſeo poſt 10. Februarii, ante 23. Martii nominatum fuiſſe Epiſcopum, ut in Chronologia dixi; cur autem ejus conſecratio ad annum ſeq. dilata fuerit? ignoro; ex eodem hoc Diplom. deteguntur *Rudiger Chiemenſis*, & *Ulricus Lavantinus* Epiſcopi, ille an. 1233. vel ſeq. ſuccedente ſibi Alberto Præpoſito Cath. Salisburg. hoc an. infulato ad Epiſcopatum Patav. eſt promotus.

Henric. elect. Seccov. Epiſc. an. ſeq. conſecratur.

Rudiger Ep. Chiem. Ulric. Ep. Lavant.

Rudiger dein Ep. Patav. an. 1233. Albertus ex Præp. Salisb. Ep. Chiem.

Ad an. 1232. ad Diploma 62.

An. 1224. ad Dipl. 51.

Diploma hoc, utcunque mancum eſt, nec enim locum, nec nomen Præpoſiti Seccov. detegit, plura tamen de rebus Styriæ manifeſtat; Seccovii factam hanc deciſionem arbitror 4. Kal. Sept. die poſt S. Auguſtini, quod feſtum Seccovii celebraſſe Archidiaconum, & dein in loco, finibus dictarum parochiarum vicino litem diremiſſe valde credibile videtur.

Ottocar. Archidiacon. Styr. Super.

Duo vero ex hoc Diplomate eruo, quæ tomo 1. jam ſtatuebam, 1. nomine *marchiæ* venire *Styriam*, & *per Marchiam inferiorem & Superiorem*, intelligi quoque Styriam inferiorem & Superiorem, hancque diviſionem jam hoc tempore fuiſſe uſitatam. 2. duos jam fuiſſe hoc tempore Styriæ archidiaconos, nam *Bernardus Præpoſitus Friſacenſis*, an. 1224. in Diplom. 51. Superius ſubſcriptus *Archidiaconus Marchiæ* ſine addito, dein in Dipl. 56. legitur *Archi-*

Marchia infer. & Super. idem ac Styria Super. & infer.

Archidiac. 2. in Styria.

diaconus Marchiæ inferioris, unde hic Styriam inferiorem, Ottocarus vero Styriam Superiorem, archidiaconali officio complectebatur; cur vero Bernardus dictus, subin Archidiaconus Marchiæ, sine addito, scribatur, ratio desumenta est ex dictis tomo priore, quia nempe Marchiæ sine addito nomine, Styria inferior hocce ævo venire solebat.

Ottocarus hic, quem primum invenio, se cum addito *Dei Gratia* Archidiaconum nominasse, quis fuerit? cujus loci Plebanus vel Præpositus? hactenus ignotum, nec etiam hoc Diploma innuit, quænam decisio, inter parochias Chumbenz & *Liesnich* pendentis litis, fuerit, *Chumbenz* parochia unita est Canoniæ Seccov. *Liesnich* vero parochia, eadem est cum parochia S. Michaelis supra Leobium ad Liesnich & Muram: hodie Monasterio Admont. junctam Censeo.

Chumbenz & Liesnich paroch.

Ad an. 1233. ad Diploma 63.

An. 1233. ad Dipl. 63.

Theodora Leopoldi 2. Ducis vidua, mater Principis nostri Friderici Bellicosi, Seizensibus eremitis, exemplo mariti sui defuncti inducta, hoc anno benefecit, cum enim, ut dictum est, Leopoldus 2. Dux. Styriæ, non solum donata a patre suo, ac Mathilde quadam an. 1195. & 1199. confirmaret, sed ipse etiam ad an. 1002. possessiones Seizensium augeret, hi nihilominus defectum olei patiebantur, ut itaque cibaria eorum melius condirentur, Theodora, *ad Saumam olei quæ singulis annis de providentia Domini nostri Ducis accessit*, alteram superaddidit, ab *Officialibus in Judenburch* præstandam.

Theodora vidua Leopoldi 2. benef. Seizens.

Bina hic discutienda veniunt, 1mo an Leopoldus 2 Dux, an Fridericus filius, primam Olei saumam Seizensibus assignaverit? 2. quo jure Theodora mandare potuerit, *ut officiales in Judenburch* alteram saumam superadderent.

Ad primum censeo, Fridericum Ducem, filium Theodoræ, primam olei saumam contulisse Seizensibus, licet Diploma nullum de hac donatione exstet; nam in Diplomatis Seiz. a Leopoldo 2. datis ne verbulum de oleo eis assignato reperitur; præterea, cum Theodora in hoc Diplomate dicat, unam olei saumam Seizensibus *de providentia Domini nostri Ducis* accessisse, censeo eam locutam de Friderico filio suo, hoc tempore Austriæ & Styriæ Duce, longe aliter enim loquitur verbis paulo antecedentibus de Leopoldo marito, ait enim *dilecti mariti nostri Leopoldi fel. memoriæ*, unde his verbis de defuncto Leopoldo, illis vero de Friderico vivo filio suo, & harum terrarum Duce intelligenda videtur.

Ad alterum confirmor in sententia ad hunc annum in Chronologia statuta, nempe Theodoræ a Leopoldo marito in partem *sustentationis vidualis urbem Judenburch* cum ejus redditibus fuisse assignatam; secus enim non video, quomodo ea mandative procedere, *statuere & firmiter mandare officialibus in Judenburch* potuerit, ut alteram saumam olei, singulis annis, Seizensibus superadderet, qua in urbe Theodoram exstitisse etiam opinor, cum donatio ea *acta*, & *sigilli* Theodoræ *munimine roborata* fuerit *in Judenburch*, qua tamen e sede sua ob rerum penuriam in turbis illis circa annum 1236. exortis, in Bohemiam fugere debuit, ut dictum est.

Judenburg urbs assignatur Theodoræ pro sustent. viduali.

Ad

Ad Diploma 64.

Dipl. 64.

Fundator Illuſtriſſimæ Theotonicorum Græcii Commendæ Fridericus Dux noſter, quanto ſtudio pro Eccleſia Catholica laboraverit, ſatis indicant verba fere prima hujusce Diplomatis; ait enim ſe unice optare, *ut Eccleſia Dei per ſe proficiat*, atque ne votum ſuum inane eſſet, id, quod ad Eccleſiæ profectum piis illis & Catholicis temporibus conducere quam maxime credebatur, exequi ſtatuit, nempe *ad commodum & promotionem religioſorum ſummopere laborare*, novit enim probe Fridericus Dux noſter, religioſorum virorum operas, Eccleſiæ Catholicæ ſemper fuiſſe maxime proficuas. *Frid. Ducis pietas in Eccleſ.*

Nemo eſt, qui ignoret, ordinem equeſtrem Theotonicorum ab inſtitutione ſua regularem, & votivum fuiſſe, & hodie adhuc talem eſſe, utpote 3. votis ſub Regula S. Auguſtini obſtrictum, atque ea de cauſa, antiquo tempore, Profeſſi hujus ordinis *fratres* dicebantur, non quia Monachi, ſed quia vitam votivam erant profeſſi. *Theoton. ordo votivus.*

Veſtigiis piiſſimi patris ſui Leopoldi inſtare volens filius Fridericus, hanc eis fundationem fecit, etenim, ut Diploma ait, *fratres hoſpitalis S. Mariæ domus Theoton. in Jeruſalem patri noſtro*, Leopoldo, *magis familiares præ cæteris, & fideliores exſtiterunt*, ad annum præcipue 1218. quo Leopoldus 2. Dux Styriæ & Auſtriæ in Palæſtina hærens, Andrea Hungariæ Rege, cum ſuis Chriſtianorum vexilla deferente, fere unicus rem Chriſtianam in Oriente cum equitibus templariis & hoſpitalariis ſuſtinuit, ut iis annis dictum eſt.

Immo ipſam domus primæ Theotonicorum originem, Leopoldo noſtro quodammodo adſcribit in hoc Diplomate dicens: *cum ſacram domum S. Mariæ Theotonicorum in Jeruſalem tanquam progenitorum noſtrorum opus, favorabili complectamur affectu*, ex quibus proin patet, Leopoldum, & ante ſe Fridericum hujus fratrem Auſtriæ Ducem, in Palæſtina defunctum, primos quaſi fundatores domus primæ Jeroſolymitanæ fuiſſe; eadem verba in Diplomate repetuntur. *Fundatio earum prima.*

Hiſce itaque patris ſui in Theotonicos adeo propenſi veſtigiis, horumque Equitum devotione animatus Dux Fridericus contulit eis *Eccleſiam in colle juxta Bariſchgretz ſitam* vulgo am Lech, *in honorem S. Chunegundis ædificatam*, a patre ſuo Leopoldo 2. ut ad an. 1202. oſtendi, *cum omni jure, libertate, & jurisdictione*, ſicut anteceſſores ejus conſtruxerant.

Jam tomo 1. Obſervavi, Græcium Styrorum metropolim, olim *Græcium Bavaricum* ſeu Bayriſch-Grätz fuiſſe dictum ab ædificatoribus, vel reparatoribus Boïs, ad diſtinctionem *Vindogræcii* a Vindis ædificati; quantum tamen hactenus advertere poteram, ea denominatio Græcii Bavarici recentior videtur, nam vetuſta Styriæ documenta, Græcium ſolum Styriæ urbem Principem, ſine cognomine Bavarici exprimunt. *Græcium Bavar. cur dictum.*

Redditus porro *Eccleſiæ S. Chunegundis prope Græcium* am Lech, ſequentes ennumerantur, qui proin jam a Leopoldo patre, & fundatore Eccleſiæ hujus adjecti videntur: in *monte Predel*, hodie *Predal* dicto, 4. villæ, *Sbillingesdorff*, *Schefstal*, *Rohrbach* & *Neuſtift*, ſi locus harum villarum non fuiſſet in monte Predel determinatus, credidiſſem, *Redditus Eccl. S. Chuneg. Græcii.*

Robrbach & Neuſtift intelligenda ſore, quæ ad fluvium Laſſniz infra Dechants-Kirchen exiſtunt, ſed hæc nimio abſunt a monte Predel.

Præter hos redditus Eccleſiæ S. Chunegundis a fundatore Leopoldo datos, dat etiam Fridericus Dux villas *Mackau*, & *Vbebingen*, *Wulſingenſtorff* & *Mezendorff*, octo hubas cum attinentiis ſuis, & cum omni Jure montano, ſeu Bergrecht, ac ſervitiis, quæ vulgo *Marchdienſt* vocantur.

Præterea concedit eisdem liberam omnium ferarum venationem in omnibus eorum locis, cum 28. hubis extra civitatem Græcenſem, uti & *nummum pro emenda ſanguinis* ſeu blutigen Pfenning. Rationem hujus ſuæ beneficentiæ aſſignat Fridericus Fundator hiſce verbis: *quando etiam de manu Domini potiora ſuſcipimus, tanto gratius ad honorem largitoris aſſurgimus, ſi loca Religioſa, & domos cultui ſuo, & nomini dedicatas liberaliter honoramus*, ex quibus proin iterum ſpecialis Friderici noſtri in Deum & loca ſacra propenſio contra ejusdem ſugillatores nimis acerbos conſtat.

Blutiger Pfenning.

Frider. Ducis propenſio in loca ſacra.

In Theoton. præſertim. Tandem Specialia ordini Theotonico privilegia confert, eo præcipue titulo, quod ſacram domum Jeroſolymitanam *opus progenitorum* ſuorum agnoverit; hinc eidem ordini pollicetur 1. omnem in terris ſuis protectionem, cum omnibus colonis & familiis ejusdem ordinis. 2. eum eximit ab omni ſæculari judicio, ſervitiorum munere, exactione & onere, ſecundum libertatem ejusdem ordinis. 3. protectionem hujus ordinis & defenſionem Committit Vicariis, Provincialibus, judicibus ſuis, neve membra hujus ordinis ad ſæcularia judicia trahantur, vetat. 4. prohibet etiam, ut nulli judicum liceat aliquam placitationis formam in prædiis Eccleſiæ exercere, vel homines ipſius Eccleſiæ, ſeu colonos, ſeu proprios, ſive cenſuales ad ſtandum ſuo judicio coercere; neque de navigationibus ſive de vectionibus venalium ab eis aliquid exigere. 5. eximit homines Eccleſiæ S. Chunegundis per totam Styriam ab exactione telonei, in nundinis, & negotiationibus ſuis. 6. exemptionem omnimodam tribuit, ita ut cognitio & definitio cauſarum hujus Eccleſiæ, membris ſolius ordinis competat. 7. in cauſa criminali hominis hujus Eccleſiæ, vult nocentis bona mobilia & immobilia Eccleſiæ remanere, ſolam vero perſonam judicio ſæculari tradi. 8. victualia eorum ab omni in aquis & terris teloneo immunia declarat.

Ampliſſimo huic Diplomati teſtes ſubnotati ſunt, &

1. *Fridericus de Petovia.* V. tom. 1. annot. Diplom. 54.

2. *Irenfridus de Himperch & Ulricus frater ſuus.* V. tom. 2. annot. Diplom. 20.

Arenſtein de Wichardus. 3. *Wichardus de Arenſtein*, hunc teſtem de partibus Auſtriæ fuiſſe inſinuat aliud Diploma Theoton. Græcenſium an. 1236. a Frider. 2. Imp. datum, in quo inter alios *de partibus Auſtriæ*, ſubſcriptus legitur hic Wichardus, uti & in Diplom. Seizenſi 16. ad an. 1235.

4. *Stuchſo, Chadoldus Waiſſo*, neſcio, an Stuchſo nomen, vel cognomen fuerit? Stuchſios eosdem cum Trautmanſtorfiis modernis dicam ſuo tempore. *Waiſſen*, ſeu *Orphani* ex Auſtria erant, de quibus Chronic. Clauſtroneoburg. ad an. 1232. ait *Wichardus de Zebinge Wie-*

Waiſen ſeu Orphani.

ne decollatur ab Orphano id eſt von Weching *in domo Smelzarii.* Eadem tradit Haſelbachius tom. 2. apud Hier. Pez col. 721. qui etiam col. 733. docet, *D. Carolum Orphanum* an. 1260. in prælio cum Hungaris conſerto cecidiſſe, Anonymus vero Leobienſis tom. 1. col. 825. tradit *Chadoldum* Orphanum ea in pugna obiiſſe. De his plura Auſtriaci.

Subſcriptio loci in hoc Diplomate ſignatur *in Erpurch* quo in loco, anno etiam ſeq. exſtitiſſe Fridericum Ducem X. Kal. Nov. & Zwetlenſibus beneſeciſſe lego; *Erburch* locum, arbritror eundem cum caſtro *Erberch*, in circulo Auſtriæ, infra Mainharti montem ſito, ad fines Moraviæ & Hungariæ, ubi bello Hungarico confecto Principem noſtrum extitiſſe probabile videtur. Indictio, & annus 7. Gregorii 9. Papæ exacte congruunt huic anno.

Erburch vel Erberch caſtr.

Ad an. 1234. ad Diploma 65.

An. 1234. ad Dipl. 65.

Tomo 1. ad an. 1091. ex Chronico Admont. dixi, B. Thiemonem, Archiepiſc. Salisburgenſem, dum Admontenſi Monaſterio *Giſilbertum Abbatem de Reichersprun* præficeret, terminos ejusdem Monaſterii ampliaſſe, totamque in valle Admont parochiam, cum omni jure contuliſſe; præterea jam dictum, Conradum 1. Salisburg. Archiep. an. 1139. *Gebenoni Præpoſito* ſuo, ejusque ſucceſſoribus archidiaconatum in perpetuum conceſſiſſe, atque ut obſervat author German. Sacr. tom. 2. f. 336. Eberhardum 2. Salisburg. Archipræſulem nominatim *archidiaconatum in valle Anaſina*, vulgo *Enſtal* eidem Præpoſito & Capitulo Salisburgenſi contuliſſe; inde vero mota eſt controverſia de parochia Admontenſi, an ea ad jus dicti Archidiaconatus ſpectaret.

Admont. paroch. datur cœnobio.

Præpoſ. Salisb. a temp. Conr. 1. Archidiaconi Salisburg. & in valle Anaſina.

Antiſtes itaque Salisburgenſis, *diſcordantium animos, ut ſint cor unum & anima una, in unum revocare volens, etiam quieti Monaſterii in poſterum providere*, rem ita de Conſenſu Capituli ſui compoſuit, parochiam Admontenſem a jure Archidiaconatus exemit, Capitulo vero Cathedrali in compenſationem dedit 2. *parochias in Raedentin, & S. Georgii juxta Muram*, cum omnibus ipſarum Capellis, quæ eo tempore in manus ejusdem Archiepiſcopi fuerant devolutæ.

Admont. paroch. eximitur à jure archidiac.

Capit. Salisb. obtinet paroch. in Raedentin & S. Georgii ad Muram.

Statuit præterea, ut Præpoſitus Salisburgenſis, qui ſimul, ut dicta tempore Conradi 1. erat Archidiaconus, haberetur & eſſet verus Archidiaconus in præfatis 2. parochiis, Abbati vero Admontenſi liberum eſſet in ipſa parochia, ſine ulla contradictione, omnia ad Archidiaconatum pertinentia munia exercere, quo proin loquendi modo Abbatem, in parochia Admontenſi, Archidiaconum feciſſe videtur.

Abbas Admont. fit Archidiac.

Novi quidem, Walvoldum Abbatem 5. Admont. in diœceſi Salisburg. Archidiaconum fuiſſe, ſed officium id perſonale erat, & Wolvoldo ſoli datum, non ſucceſſoribus ejus, hoc vero Diplomate, Archidiaconatus Officium in parochia Admontenſi, cuicunque Abbati Admontenſi in futurum confertur.

Cum vero, exempta a jure Archidiaconali parochia Admontenſi, locus non eſſet promptus Præpoſito & Archidiacono Salisburg. ad conventus ſuos celebrandos, Eberhardus determinavit, *Lungauve* locum, hodie *Lungau*, quo in loco placita ſua poſthac celebraret Archidiaconus Salisburgenſis.

Lungau determinatur pro ſynodo Archid. Præp. Salisb.

Teſtes hujus Diplomatis, ſtatum Cathedræ Salisburg. ſatis proponunt, etenim

1. *Henricus* nempe 1. hujus nom. *Epiſc. Seccov.* ordine 2dus de quo plura in Chronologia.

2. *Albertus Præpoſ. Salisburg.*
3. *Chuno Decanus.* } De quibus v. dicta an. 1234.
4. *Heinricus Subdecanus.*

Reliqui teſtes officiales ſunt Eccleſiæ Salisburg. cum reſiduo capitulo ſubſcripti.

Ad Dipl. 66.

Ad Diploma 66.

Frider. Bellic. pietas.

Jam ad Diploma 64. oſtendi, quam male Friderico noſtro imputetur, eum cauſas Dei & Eccleſiæ non curaſſe, hoc in Diplomate novum beneficentiæ ſpecialis in Eccleſias panditur argumentum; etenim Fridericus Dux, qui ſe *Dominum Carnioliæ* hoc etiam Diplomate ſcripſerat, ad inſtantiam Henrici 1. Epiſc. Seccov. & ob hujus opera, ac merita multiplicia concedit, ut quicunque ſuorum miniſterialium & Nobilium Epiſcopatui Seccov. vendere vel donare voluerit, omnem ſuum, nempe Ducis conſenſum haberet.

Diploma datum 8. Kal. Martii *in Ertburch* v. Dipl. 64.

An. 1235. ad Dipl. 67.

Ad An. 1235. ad Diploma 67.

Frider. Bellic. munificentia in loca S.

Hoc Diploma denuo oſtendit munificentiam Ducis noſtri in loca ſacra, nam ſi exactionibus, ſine neceſſitate publica, extorquendis, intendiſſet Princeps, cur hoc & anterioribus annis, tot & tantas locis ſacris donationes vel feciſſet vel confirmaſſet? an hodie una manu dare, cras altera rapere voluiſſe cenſendus eſt? minime id credam, quin potius, quia neceſſitas nondum publica urgebat, donavit ſperans fore, ut in communi ſua, & provinciarum neceſſitate, cœnobia quoque ſuam in Principem teſtarentur gratitudinem.

Leunbach de v. Lewenbach Conrad. & Soph.

Hoc itaque Diplomate confirmavit donationem Seizenſibus factam, a nobili *Domina Sophia a Leunbach*, nempe 5. manſus in villa *Lasniz*, ex parte pro reſtitutione damnorum Seizenſi eremo illatorum a *Conrado de Leunbach* nepote Dominæ ejusdem.

Lembach caſtr. circ. Celej.

Quænam hæc familia *DD. de Leunbach* fuerit? oppido obſcurum, ex Styria ortos ſuſpicor inferiore, cum Seizenſibus damno fuerint, forte poſſeſſores erant caſtri *Lembach* in circulo Celej. hodie Monaſterio S. Pauli obnoxii, ſed de hac familia plura tom. 3.

An vero eadem hæc familia fuerit cum Lengenbachiis, quos tom. 1. annot. Diplom. 66. expoſui, dubito; Conradum porro hunc Dipl. Seiz. 30. ad an. 1241. ſubſcriptum invenio his verbis: *Conradus de Levvenbach*; cæteri hactenus notitiam meam fugerunt. Necrologium Runenſe defunctum refert ad 5. *Idus Septembr. Cunradum de Lembach*, quem tamen potius ad Lengenbachios, quam Lewenbachios referre mallem.

Lasnia villa.

Villa illa *Lafniz*, in qua 5. manſus aſſignati ſunt Seizenſibus, ubinam ſita fuerit? inquirendum eſt; in Styria Superiore duo hujus nominis

minis loca invenio, nullum in Styria inſer. niſi fors minoris notæ, omniſſus eſſet a topographis, quod non raro hujusmodi villis contingit.

Fridericus Dux noſter, donationem hanc non ſolum Seizenſibus confirmavit, ſed etiam, ut inconvulſa permaneret, ſigillum ſuum appoſuit.

Teſtes erant.

1. *Ulricus de Bocca*, ignotus & extra Styriam quærendus. *Bocca de Ulr.*

2. *Bernardus de Schaivenberg* ſeu *Schaumberg*. V. tom. 1. annot. Diplom. 66.

3. *Rainbertus de Murecke, & filius ejus*. V. tom. 1. annot. Diplom. 56. filius tamen ejus, nullibi cæteroquin citatus legitur, nec ejusdem mihi nomen conſtat. *Muereck de Rambert.*

4. *Hermannus de Chranichberg*. V. tom. 1. annot. Diplom. 32. ubi oſtendi, Hermannos duos fuiſſe ſeniorem & juniorem: ſenioris hujus, ſeu Hermanni hoc in Diplom. ſubſignati, Gertrudes vidua fuerit, quæ an. 1308. primo obiit. *Chranichberg de Hermann. 1. & Gertrud.*

5. *Bertholdus de Emmerberch*. V. tom. 1. annot. Diplom. 58.

6. *Hartmannus de Sunneberch*. Hos expoſui tom. 1. annot. Diplom. 6. ſed hic Hartmannus ibidem omniſſus hoc ex Diplomate eſt ſupplendus, uti & *Hademarus*, qui ex Diplom. Theoton Græcenſium 2. ad an. 1236. mihi innotuit. *Sunneberch de Hartmann.*

7. *Wichardus de Arenſtein*. V. tom. 2. annot. Diplom. 64.

8. *Heinricus de Hackenberg*. De hiſce dixi tom. 1. annot. Dipl. 21. diſtinctam tamen horum familiam cenſeo, in Auſtria ortam. Wurmbrandius Excell. hanc Auſtriæ familiam ab Azone Auſtriaco deducit f. 186. *Marchardus* 13. Kal. April. obiiſſe, & in Capella B. Catharinæ in Monaſterio FF. Minorum Viennenſ. 15. Kal. Maji ſepultus legitur in Necrol. hujus Monaſt. apud Hier Pez. tom. 2. f. 482. 512. Haſelbachius ibidem f. 756. refert, quemdam hujus proſapiæ ad Ottocarum Regem Bohemiæ, ab Auſtriacis miſſum ſuiſſe. *Hackenberg de*

9. *Conradus de Hymberch*. V. tom. 2. annot. Diplom. 20.

Acta ſunt hæc in Petovia, urbe Styriæ inferioris, quo in loco extitiſſe Ducem noſtrum, dum Imperatori Styriam adeunti occurreret, oſtendi in Chronologia tomi hujus.

Ad Diplom. 68. *Ad Dipl. 68.*

Aliud quidpiam memorabile hoc anno Petovii contigit: *Fridericus* 2. *Dominus, & Dynaſta de Petav*, poſtquam jam an. 1222. donationem patris ſui defuncti, Equitibus Teutonicis in Gros-Sontag factam confirmaſſet, hoc anno liberaliſſime iisdem Equitibus jus patronatus in Eccleſiam S. Dominicæ ſibi competens, cum uxoris ſuæ annutu ceſſit, utque res firma in perpetuum eſſet, ſpopondit ſe authoritatem, & conſenſum Archiepiſcopi Salisburg. Domini ſui (erant enim DD. de Petav, miniſteriales Salisburgenſes) obtenturum. *Frider. de Petav munificus in equites Teut. S. Dominico.* *Petav. de DD. miniſter. Salisb.*

Teſtes rei erant 1. *Fr. Otto Prior, & Fr. Conradus de ordine prædicat. de domo Petovienſi*, quam anno 1230. fundatam dixi.

2. *Fr. Otto, & Fr. Carolus de domo Teuton.*

Petav. de Hermann.

3. *D. Hermannus miles de Petovia*, de hoc jam tom. 1. annot. Dipl. 54. egi, ibique jam dubium mihi erat, an hic D. Hermannus miles de Petovia ex familia DD. de Petav. fuerit, cum Friderici hujus fidelis, & feudatarius ſcribatur; ex hoc tamen Diplomate eruendum forſitan, hunc D. Hermannum de eadem Petovienſium familia fuiſſe, quamvis Friderici 2. de Petav, & primogeniti ejusdem familiæ feudatarium, quia non apparet repugnantia, cur frater junior, vel affinis quidam, alterius Senioris non ſit feudatarius, utpote cum primogenitus omnium caſtrorum & dynaſtiarum hæres, has fratribus vel affinibus ſuis feudi titulo conferre potuerit, præſertim cum noſtris temporibus avita caſtra omnia penes primogenitum hærere ſoleant. Moveor magis, dum ex hoc Diplomate lego, hæc omnia geſta eſſe *in caſtro Dom. Hermanni* unde non ſolum e Dominorum numero, ſed caſtri etiam poſſeſſor dicendus eſt Hermannus.

Petav caſtrum ſeu ober *Petav.*

Sed quale erat illud *caſtrum Hermanni?* opinor caſtrum Petovienſe nunc Ober-Pettau dictum, & Illuſtriſſimæ familiæ Com. de Leslie hodie ſubjectum, quodque olim Hermanno etiam huic Petovienſi pa-

Hermansdorf villa.

rebat; eidem Hermanno ſuberat olim villa *Hermanſtorff* ab eodem nomen ſortita, quam Hermannus idem feudi tit. poſſederat, de qua pl. ad an. 1247.

Treven de Babo.

4. *Babo de Treven.* De hac a Dominis de Trevia (quos tom. 1. annot. Diplom. 5. expoſui) diſtincta familia ita loquitur Lazius lib. 6. de migrat. gentium f. 179. *Comites de Treven, qui locus adhuc ſupereſt,*

Locus ad Dravum ſitus.

ad Dravum paulo infra celejam, erant cognati Comitum de Marchburg, & Comitum de Sternberg, arma ſimilia habebant Haymburgenſium Comitum inſignibus, 3. videlicet aureas ſtellas in rubro clypeo, ex hac familia cit. Lazio teſte erant, 1. *Lupoldus*, qui *floruit an.* 1070. 2. *Wolfradus* 1. *ab Ottoc.* 2. *citatur de an. redempt. noſtræ* 1100. qui annus tamen ſolum Ottocaro 4. competit. 3. *Wolfradus* 2. *citatur ab Henrico Duce Carinthiæ de an. ſalutis* 1151. 4. *Udalricus, & Walterus cum Henrico alterius filio, qui vixit imperante Frider.* 2do, proin hoc tempore, & ſæc. 13. Inter Comites hos referre omiſit Lazius Udalricum 2. Patr. Aquilej. Comitis Wolfhardi ſeu Wolfradi 2. ut puto, filium, qui an. 1161. cathedram Aquilej. conſcendit, de quo pl. tom. 1. dixi, qui etiam, ut habet Anonym. Leob. ad an. 1168. *Comitatum totum Treven ſedi ſuæ obtulit* Frider. 1. Aug. an. 1180. confirmante, ut v. plura an. 1161. tom. 1. ubi Wolfradi hujus Com. uxor, & Udalrici 2. Patr. Aquilej. Mater *Ema* vocatur. Marchardus in Necrologio Minorum viennæ 13. Kal. April. def. & poſt 2. dies in Capella B. Cathar. ſepultus legitur, quemdam hujus familiæ legatum ad Ottoc. refert Haſelbachius f. 756.

Hæc proin familia cum magis inter Aquilejenſes, quam Styriæ proceres referatur, multum in rebus Styriæ non memoratur.

Reichenſtein de Albertus.

5. *Albertus de Raichenſtein*, exiſtit in Styria inferiore oppidum cum arce bina, *Raichenburg*, de qua tom. 1. actum, præterea exiſtunt 2. ar-

Arces duæ Reiffenſtein Raichenburg.

ces etiam *Reiffenſtein* dictæ, una in circulo Celejenſi, altera in Judenburgenſi, arcem vero *Raichenſtein* vel Dominos, ac Dynaſtas hujus nominis, in Styria noſtra paucos invenio, præter Albertum hunc ne-

mo se manifestat, & cum hic per particulam & conjunctus legatur *Paboni de Treven* his verbis *Pabo de Treven, & Albertus de Raichenstain*, hunc ex reg. Diplomat. tom. 1. data, inter cognatos vel agnatos Comitum de Treven fuisse judico.

6. *Otto de Pirch* ignotus etiam, & in hisce Aquilejensium vel carnorum vicinia quærendus: citatur tamen sæpius in Diplom. Styriæ nominatim an. 1283. ubi in Diplom. 8. Teuton. in Grossontag, consobrinus dicitur *Maezlonis de Petovia*, seu quod matrem habuerit dictam *Trenchinn.* V. pl. ibid. an. 1247. in Diplom. 4. Teuton. in Gros-Sontag citatur *Hertavvicus, Eberhardus, Bertholdus. & Henricus filii Ottonis militis de Pirche.*

Pirch de Otto & 4. filii.

Petav de Maezlo.

7. *Ortolphus de Gorissendorff.* Ignotus, & alibi vix videndus.

8. *Heinricus Lupus.* nullius familiæ nobilis fuisse videtur.

De castro Hermanni, seu *Petovio Superiore*, jam antea actum est.

Gorissendorf de Ortolph.

Lupus Henr.

Ad an. 1236. Diplom. 69.

An. 1236. ad Dipl. 69.

Jam an. 1235. ostendi Eberhardum 2. Salisburg. in Styria inferiore fuisse versatum, & 26. Dec. *in Leibnitz* varia Admontensibus cœnobitis beneficia præstitisse; Leibnizio descendisse videtur *Petovium*, quo in loco Teutonicis cessionem juris patronatus in Ecclesiam S. Dominicæ seu Gros-Sontag a Friderico, & Hertnido fratribus dynastis de Petav, factam benevole confirmavit? omnino mirum, antistitem hunc jam ætate gravem, in perpetuo tamen versatum motu, quocunque eum seu suæ Ecclesiæ seu Reip. evocarent negotia.

Eberhardus Salzburg. in Leibnitz. in Petav.

Hoc in Diplomate de familia DD. de Petav, ac de ordine Illustrissimo Equitum Teuton. quædam sunt discutienda, jam tom. 1. in annot. Diplom. 54. dixi, non constare hactenus, quisnam avus fratrum horum fuerit? parentem Fridericum 1. fuisse docet Diploma Frider. 2. datum iisdem Equitibus, an. 1222. inter mea hic num. 47. ult, quæ in hoc Diplomate de Ecclesia ad S. Dominicam dicuntur, ægre conciliantur cum Diplomate cit. in Diplomate Frider. 2. de Petav hic adducto, dicitur, *quod pater ipsorum contra justitiam abstulerit Ecclesiam ad S. Dominicam hospitali S. Mariæ Teutonicorum, quam avus eorum legitime eidem hospitali donaverat*, & in Diplom. Frid. 2. Petav. ad an. 1222. inter mea num. 47. refertur, quod Pater, seu Frider. 1. Petov. *proprietatem suam in Dominico dederit Teutonicis*; præterea si avus jam dictam Ecclesiam dedit hospitali Teutonicorum, hic, non Frider. 1. filius fundator esset dicendus.

Frider. 2. de Petav. edit 19. Ecclesiæ Dominicæ jam ab avo donatum.

Ad primum censeo, avum horum Dominorum *Friderici* 2. *& Hertnidi* 1. *de Petau* fuisse, primum authorem fundationis commendæ hujus, dum Ecclesiam ad S. Dominicam donavit Equitibus hisce nondum in Styria existentibus, quemadmodum alias donationes Ecclesiarum Styriæ legimus, factas cathedris, Canoniis, Monasteriis extra Styriam constitutis.

Gros-Sontagi fundatio.

Jam vero defuncto avo (cujus nomen latet) primorum Petovienfium, Frider. primus Ecclesiam S. Dominicæ violente denuo abstulit Teutonicis, cujus rei pœnitentia ductum, censeo Fridericum 1. ut

Frider. 1. Petov. Ecclesiæ hanc aufert equitibus hisce.

damnum ſuperabundanter reſtitueret, non ſolum impoſuiſſe filiis Friderico 2. & Hertnido 1. ut Eccleſiam hanc redderent, ſed etiam de ſuo dediſſe terræ dictæ in Gros-Sontag, ut ſic commenda hæc exurgeret.

Ex his patet etiam, quomodo Fridericus 1. Petov. vere fundator hujus commendæ ſit dicendus, quia nempe proprietatem terræ dedit, de qua dein commenda illa Styriæ fundata eſt, quamvis ejusdem Pater, ſeu avus, Friderici 2. & Hertnidi 1. Eccleſiam S. Dominicæ jam antea ordini huic, nondum in Styria locum ſeu commendam habenti contulerit.

Ordo Teuton. olim curam animarum exercuit.

Alterum de ordine Teutonicorum obſervo, eum olim doctioni & inſtructioni plebium fuiſſe addictum, ita enim Diploma hoc inter alia motiva adſert *conſiderata etiam plebis illius Slavicæ correctione, quæ ex provida ordinatione fratrum domus Teutonicæ poſſet provenire*, ex quo infero, per ejusdem ordinis membra curam animarum olim optimo modo fuiſſe ordinatam. Quamvis vero *hæc Slavicæ plebis correctio* etiam per arma Teutonicorum fieri potuerit, ſunt tamen alia adhuc, quæ meam de inſtructione, & correctione ſacra opinionem juvare videntur, ſic in Diplom. præced. Frider. 2. de Petovia clare habetur, *ut divinus cultus, & eruditio fidei per diligentiam fratrum prædictæ domus ampliſicetur, ibidem*, ſeu in Gros-Sontag; præterea ad an. 1273. inter Diplom. Teuton. in Gros-Sontag occurrit num. 6. Diploma. in quo inter teſtes legitur *Fr. Bertholdus tunc commendator ff. in S. Dominico, Fr. Ulricus Plebanus*, ſeu *parochus, curam animarum exercens.* in Diplom. 7. denuo apparet *Fr. Ch. Plebanus in Dominico, Fr. Wol. Sacerdos, & alii variorum ordinum clerici domus Teutonicæ:* unde jam eo tempore duplex erat hic ordo Equitum nempe pugnantium, & clericorum curam animarum exercentium: ad an. 1278. oſtendam etiam, ordini huic Teutonicorum a Rudolyho 1. Imp. Græcenſem Scholam conceſſam fuiſſe.

Teſtes Diplomatis hujus in urbe Petovienſi dati ſunt

1. *Henricus Epiſc. Seccovienſ.* de quo pl. in Chronologia.

2. *Otto de Kunigſperg.* V. tom. 1. annot. Diplom. 58. & tom. 2. annot. Diplom. 3.

Schoninſtein de Eberhardus & Hermannus.

3. *Eberhardus de Schoninſtein, &*

4. *Hermannus de Schoninſtein.* Ignota mihi familia, & inter Salaburg. reponenda videtur.

5. *Hermannus de Petovia.* V. Diplom. præced.

6. *Ortolfus de Graiſendorff.* V. Diplom. præced.

7. *Heinricus Lupus.* V. Diplom. præced.

Datum apud Petoviam urbem Styriæ infer. 7. Kal. Febr. MCCXXXVI.

Ad an. 1237. ad Diplom. 70.

An. 1237 ad Diplom. 70.

Diplomatis hujus vitia.

Diploma hoc utcunque manes patitur, etenim *primo* non cohæret annus 1236. cum indictione 10. ut patet ex aliis, hujus, & præced. anni Diplomatis, quapropter in numero, licet litteris expreſſo, errorem intercurriſſe, & ſubſtituendum eſſe annum 1237. judicio, eo præcipue capite, quod an. 1236. menſe Febr. Viennæ non exſiterit Frider. 2. Imp.

ado

ado nec cohærent inter se satis anni regiminis Frider. 2. Imp. licet enim sub Friderico Imp. varient numeri initii regnorum, jam enim an. 1210. vel seq. Ottoni Imperat. Fridericus Rex est oppositus, & an. 1212. Idem in Germaniam venit, Rexque ibi & Augustus est denunciatus, contra Ottonem viventem, Otto an. 1218. obiit 14. Kal. Junii, & sic Fridericus Rex, & Imp. omni jure denuo successit, an. 1220. idem Frider. Romæ in die S. Cæciliæ est coronatus sive jam ab an. 1210. 1211. 1212. computemus, non eveniet annum 1236. fuisse annum Rom. Imperii 18. omnino computando ab an. 1218. & 14. Kal. Junii usque ad an. 1236. fuisset annus 18. incompletus, ast an. seq. 1237. mense Febr. eveniet annus 18. completus, & inchoatus annus 19. quamvis cæteroquin Imperii Romani epocha ab anno coronationis Romanæ duci olim consueverit. Annus Regni Jerosol. 12. omnino fallit, novimus enim Fridericum an. 1229. sibi ipsi coronam Jerosolimitanam imposuisse, cum excommunicatum coronare nemo vellet Prælatorum: fallit etiam annus Regni Siciliæ 38. anno 1237. oppositus, cum constet Frider. 2. patri suo Henr. 6. Imperatori 4. Kal. Octobr. an. 1197. defuncto in Regno Siciliæ successisse, unde ab an. 1197. ad 1236. ad minus, 39. anni erunt computandi. *Variæ epochæ Frider. 2. Imp.*

Hisce prælibatis dubium mihi aliud ingenerat hoc Diploma, cum enim, ut observatum, fere de verbo exscriptum sit, ex Diplomate Friderici 1. bellicosi Ducis nostri hic num. 63. allato, hæreo an non Diploma hoc, ab alio quopiam, Friderico Imperatori suppositum fuerit, vel saltem, quod Notarius Friderici Imper. exscripserit Diploma Friderici Ducis nostri, sicque paucis mutatis confirmaverit Teutonicos Equites.

Oblitus est certe Notarius imperialis omittere ea verba, quod *domum S. Mariæ Teutonicorum in Jerusalem tanquam progenitorum nostrorum, favorabili complectamur affectu*, quæ verba Friderico Duci nostro competere ad Diploma 63. manifeste ostendi, nullomodo vero Friderico Imp. vel parenti, aut progenitoribus ejus congruere, vel ex eo liquet, quod hi orientis res minus curaverint, quidam eo nullatenus venerint.

Testes porro omnes ea de causa adnotavi, ut suppleatur numerus eorum an. 1237. ob copiam materiæ omissorum in Chronologia mea. Prevenhueberus ex litteris confirm. libertatum & privileg. Styræ urbis an. 1237. a Frider. 2. Imp. Viennæ datis inter testes omittit *Theodericum Trever: Bertholdum Aquilei. Patr. Wenceslaum Regem Bohemiæ*, inter Episcopos vero addit etiam *Rudigerum Patav. & Conradum Frisingensem*, uti & *Hermannum March. Badensem*, omisso denuo *Conrado de Hochenlohe* &c. ex quibus tamen, cum non omnes semper actis Imper. præsentes fuerint, nec præsentes etiam omnes subscripserint, inferri nihil potest.

Ex his itaque testibus eos solum adduco, qui ex patria nostra notantur.

Comes Ulricus de Phannenberc. V. tom. hoc 2. annot. Diplom. 40. & 30. in not. de Souneggiis.

Comes Wilhelmus de Hunnenberc. V. tomo 1. annot. Dipl. 4. & 6.

Comes Hermannus de Ortenburc. V. tom. 1. annot. Diplom. 33.

Luitoldus & Ulricus de Wildonia. V. tom. 1. annot. Dipl. 53.
Fridericus & Hartnidus de Petove. V. tom. 1. annot. Dipl. 54.
Reinbertus de Mueregge. V. tom. 1. annot. Diplom. 36.

Frichſe de Henr. *Henricus de Früchſe.* Ignotus e Styria teſtis, nec alio in loco mihi hactenus viſus.

Hos Styriæ Dynaſtas, contra Ducem noſtrum ſenſiſſe & Friderici 2. Imp. partes ſecutos fuiſſe, hoc ex Diplomate arguo: reliqua ſuperius ſunt expoſita.

Ad Dipl. 71.

Ad Diploma 71.

Bertholdi Patr. Aquil. res. Bertholdi Aquilej. Patriarchæ ſæpius per decurſum memoriæ occurrit, Bertholdus hic comes Andecenſis Archiepiſcopus antea colocenſis erat, cujus proin poſtulationem Honorius 3. irritam habuit, tandem vero, ne ſedes diutius vacaret, ſedis Apoſt. authoritate Bertholdus Patr. renunciatur.

Ejus ſtemma. Erat Bertholdus hic *Bertholdi Meraniæ Ducis, ex Ailice, aliis Agnete* filius, frater *Ottonis, dein Meraniæ Ducis, Henrici Iſtriæ Marchionis, & Eggeberti Epiſcopi Babenbergenſis*, teſte Alberico Monacho trium fontium. Sorores ejus erant, teſte Arenpeckio, *Gertrudes uxor Andreæ Regis Hung. Agnes Regina Franciæ S. Hedwiges Duci Sileſiæ nupta*, 4tam ſuppreſſo nomine *Abbatiſſam* ait Albericus citatus. 5tam Detegit Chron. mellic. ad an. 1242. nempe *Mechtildem Com. Tyrolis.* neptis Bertholdi ex Sorore Gertrude Regina Hungariæ erat S. Eliſabetha, Landgravio Thuringiæ nupta, cujus devotionem ipſe dein promovit.

Acta Bertholdi fuſius deſcribit de Rubeis cap. 69. 70. 71. &c. inter quæ præcipue memorandum, quod Bononiam parentalia divo Dominico an. 1221. celebraturus, ſit vocatus cum D. Hugolino Epiſc. Oſtienſi dein Greg. 9. Papa.

Aderat ſepulturæ S. Domin.

Gregorio 9. adverſatum Bertholdum, moxque ad frugem rediiſſe oſtendi, ad an. 1229. &c. Iſtriæ, & Carnioliæ Marcha ornatus, cedente Ottone fratre, & Meraniæ Duce facto, plura dein egit laude, & vituperio digna, nam, dum cultum B. V. Aquilejæ promovet, ex altera parte Frider. 2. Imp. nimium addictus, ac excommunicatus tandem in gratiam Belæ, & Colomanni Regum ſolvitur ab eo vinculo, quamvis vero Styriam hoſtiliter ex mandato Frider. 2. Imp. intrans dicatur Eccleſias ibidem ſpoliaſſe, plurima tamen alia etiam Eccleſiis Dei beneficia præſtitit, & ſpoliatio Eccleſiarum belli tempore non ſemper Duci, ſed plerumque licentiæ militum hæc ſine juſſu, & ſcitu Ducum ſuorum præſumentium tribuenda eſt, ut diſſert. apolog. Frider. Ducis oſtendi.

Seiz. ret. Hoc in Diplomate itaque Bertholdus Patriarcha, Petro Seizenſium Priori an. circ. 1234. præfecto totique ibidem conventui, benigne confirmavit decimas in *plebe* ſeu *parochia Gonovvitz, Choſe, Sluntz, & S. Leonhardi.*

Decimarum harum conceſſio prima, teſte hoc Diplomate facta eſt Seizenſibus jam anteriore tempore, nempe ab Ottocaro 6. Duce, &

Leo-

Leopoldo ejus ſucceſſore, cujus primariæ conceſſionis Diploma inter Seiz. documenta deſideratur. Teſtes adjecti ex noſtris terris non ſunt.

An. 1239. ad Diploma 72.

An. 1239. ad Dipl. 72.

Hactenus Diplomata non indicant, quænam fuerint inſignia illa Henrici Epiſcopi Seccov. in Ducem noſtrum merita, quæ continuo in Diplomatis ſuis Dux noſter deprædicat, atque ob quæ eum ſpecialem chariſſimum amicum dilaudat; ſingularia *devotionis merita* erant, quæ *ſuis temporibus* Duce, & Ducis hominibus *exhibuiſſe, per eorum multiplicium exhibitionem* dicitur; quæ vero ea fuerint præter fidelitatem hiſce in turbis continuo ſervatam, docebit Dipl. 76. cæterum hoc Diplomate confirmat Dux Epiſcopo privilegium illud, quod an. 1234. conceſſit, de quo actum hic Diplom. 65.

Henric. 1. Ep. Seccov. Duci noſtro affect. & vicinſſim.

Teſtes erant 1. *Comes Chunradus de Hardekke.* Duplex erat horum comitum linea, una tardior a Prueſchenkiis orta ut tomo 1. annot. Diplom. 34. oſtendi, altera vetuſta, & emortua orta a Comitibus de Plejen, ut docet Lexicon univ. Baſileenſe, Hübnerus in tab. Geneal. Hardeckios ſolum a Brueſchenkiis ortos deducit, conſtat vero Hardeckios Pruſchenkiis etiam primis coævos fuiſſe, ſic Chron. Salisb. ad an. 1260. habet, *Ottonem Com. ab Hardek, & fratrem ejus Chunradum Com. de Plejen*, in bello Hungar. *occiſos fuiſſe* Necrol. vero Clauſtroneob. ad 6. Kal. Jul. ita ait, *Otto, & Chunradus Comites de Hardek, Chadoldus Orphanus, Chrafto de Sleuntz occiſi ſunt, cum aliis multis circa Steutz obierunt, an.* 1260. Anonymi Zwetl. Chron. ad an. 1348. ita habet, *Chonradus de Hardek filiam Leopoldi Ducis Auſtriæ, fratris Alberti Duxit in uxorem, ob quod indignatus Albertus Dux* licentiavit. &c. Sed de his plura Auſtriaci.

Hardeck de Com. Chunrad.

Duplex eorum linea.

2. *Comes Ulricus de Phannenberch.* V. hic. tom. 1. annot. Dipl. 40.
3. *Poppo de Peccach.* V. tom. 1. annot. Diplom. 9.
4. *Magiſter Gerardus Muſſonienſis Archidiaconus.*
5. *Mr. Liupoldus Plebanus Wiennenſis.*
6. *Columbanus Capellanus noſter.*
7. *Heinricus ſcriba Styriæ.*
8. *Heinricus de Brunne.* V. tom. 1. annot. Diplom. 12.
9. *Hertnidus de Petove.* V. tom. 1. annot. Diplom. 54.
10. *Otto de Walchunskirchen Camerarius.* Ignota in Styria familia. Quamque inter Auſtriacos locandam opinor v. Diplom. 82.

Walchunskirchen de.

Hæc cum Viennæ 4. Kal. Jan. ſeu 29. Dec. acta ſint, non immerito ſuſpicabar in Chronol. Viennam forte jam hujus anni fine ſe ſubjeciſſe Duci noſtro.

Ad Diploma 73.

Ad Dipl. 73.

Hoc denuo Decreto configuntur calumniatores Ducis noſtri, qui ajunt, *ad eum Dei cauſas non pertinuiſſe*, etenim Epiſcopatui Seccov. ſatisfecit, donando ei jus patronatus, & omnia Jura ſua, quæ habebant in Eccleſiam *S. Petri ſupra Judenburgum* ſitam.

S. Petri Eccl. ſupra Judenburg donatur Epiſc. Seccov.

Ips urbs Austr. Rudolpho fidelis. Donatio hæc menſe Aprili medio facta eſt in loco *Ips*, hodie urbe Auſtriæ Archiducali, ad amnem ejusdem nominis, qui locus an. 1275. fidelitate ſua in Rudolphum I. Habſpurg. cui contra Ottocarum moventi fores ultro pandebat, longe celebrior, quam venuſtate, & ambitu ſuo evaſit.

Nuptiæ ibid. ſolemnes. Huc deveniſſe Ducem noſtrum ſuſpicor, dum ſorte Landgravio Thuringiæ nuptias cum ſorore ſua Neoſtadii celebraturo, obviam factus eſſet, eumque honorabili comitiva, quantum per tempus hoc armatum licuit, Neoſtadium uſque deduceret.

Rusbach de Ulricus. Ex teſtibus ſolus in Diplomate *Ulricus de Rusbach* notatur, quem cæteroquin nullibi invenio.

Ad Dipl. 74.

Ad Diploma 74.

Quo tempore urbs Vienna arctiſſime clauſa eſt a Duce noſtro, et in urbe plurimos de Styria exſtitiſſe nobiles, experimur ex hiſce Diplomatibus, an ut urbi ſuccurrant? an ut Duci noſtro aſſiſtant? ignoro; hos inter non ſolum *Hertnidus de Orte* (de quo pl. tom. 1. annot. Dipl. 13. & tom. hoc 2. annot. Diplom. 29. & 55. dicta ſunt) ſed etiam *Otto Plebanus Græcenſis*, & *Godefridus ejusdem Capellanus*, cum *Witegone Epiſc. Seccov. Notario* fuere, quin & Epiſcopum ipſum Seccov. Viennæ fuiſſe menſe Dec. ex Diplom 71. adducto opinor.

Orte de Hertnid. *Otto Pleban. Græc.* *Godefr. ejus Capell.* *Witego notar. Epiſc. Secc.*

Cum itaque in domo civis cujusdam Viennenſis dicti *Dietrici, ex inferno*, exiſterent, *Hertnidus de Orte* damna Epiſcopo Seccov. illata ſe reparaturum firmiſſime pollicebatur, ſuique loco, ſi intra determinatum tempus non omnia reſtitueret, vadem conſtituit, & debitorem D. *Ulricum de Liechtenſtein* in 100. marcis denar. Friſacenſium: v. tom. 1. annot. Diplom. 47.

Liechtenſtein de Ulric.

Teſtes rei adductæ erant *Otto Plebanus*, & *Godefridus Capell. Græcenſis* cum *Witegone notario Seccov. Epiſcopi.*

Ad Dipl. 75.

Ad Diploma 75.

Truchſen de Ulric. Gotfrid. chol. De familia DD. *de Truchſen* dixi plura annot. Diplom. 4. tom. 1. ubi *Cholonem* & *Godefridum* fratres fuiſſe oſtendi, aſt *Ulricum* horum fratrem detegit hoc Diploma, immo quantum ex hoc Diplomate colligo, *Godefridus ordinis Theutonicorum* fuiſſe videtur, cum binis vicibus frater hoc in Diplomate appelletur, nempe *frater noſter* ſeu Ulrici, & Henrici, *frater Gottfridus* vero, quia ord. Teuton. profeſſus.

Gravenſtein de Henricus. Aſt qua ratione *Ulricus de Truchſen*, & *Henricus de Gravenſtein* cholonem 3. de Truchſen fratrem ſuum appellant? cenſeo eas fratres fuiſſe uterinos, & viduam de Gravenſtein dein nupſiſſe choloni 2. de de Truchſen, ſicque eandem matrem, diverſos vero patres hi Domini habuerunt.

Henricus hic Gravenſteinius, quantum ex Diplom. Seccov. 56. an. ſeq. explicando patebit, miniſterialis Ducis Auſtriæ, & bona in Styria inſer. habuiſſe videtur, & forſitan cum hoc Henrico tota Gravenſteiniorum familia periit, pauciſſima enim de ea ſuper ſunt fragmen-

Gravenſtein arx Carinth.

ta;

tu; in Carinthia exiſtere arcem, & vicum ejus, nominis notat Megiſerus, ex qua forte orti ſunt hi nobiles.

Porro hoc Diplomate confirmant, & notificant hi 2. fratres, cholonem nempe 3. de Truchſen cum conſenſu, & beneplacito ſuo 10. talentorum redditus in Syrnich, contuliſſe domui Teutonicorum. Teſtes erant. 1. *Otocherus de Liechtenberg*, familiam hanc in Carniolia degentem ex arce ejusdem nominis oriundam, Valvaſorius lib. 11. docet, ſed præterea arx ejusdem nominis jam diruta exſtat in Carinthia, quo teſte Megiſero DD. de Röſchen erat. *Liechtenberg de Ottocar. Arx item.*

2. *Wulfingus, & Hartenidus de Libenz ſeu Leubniz.* V. tom. 1. annot. Diplom. 8. & tomo 2. annot. Diplom. 3. *Leibnitz de Wulfing. & Hartnidus.*

3. *Heinricus, & Ekebardus de Dobrenge*, familiam hanc in Styria fuiſſe, bonaque poſſediſſe, manifeſtat Diploma Göſſenſe 40. in quo ad an. 1256. *Godefridus de Marchburg judex provincialis Styriæ*, regio mandato Ungariæ Regis & inclyti Ducis Styriæ, *Domino Erkekardo de Dobrenge* bona omnia ubicunque per Styriam ſita, pro marcis 60. aſſignat, & tranſcribit Eccleſiæ Göſſ. donec huic de damnis fuerit ſatisfactum: præterea in Diplom. Göſſ. 56. dato an. 1274. inter *milites Styriæ, & alios nobiles milites* primo loco recenſetur *Ekebardus de Dobrenge*. Eandem an. 1276. præſediſſe Græcii judicio cuidam contra DD. de *Maſſenberg* habito ex mandato D. Milotæ Capitanei Styriæ, teſtatur Diploma Seccov. num. 100. Dominos hos ac nominatim Ekehardum habuiſſe feuda Salisburg. teſtatur Diploma 112. Seccov. in quo Frider. Archiep. Salisburg. an. 1283. eundem *Fidelem ſuum* appellat, plura de hac familia hactenus me latent. *Dobrenge de Henr. & Ekebardus. Mahrburg de Godefrid.*

4. *Mainhardus de Zemætinsdorf*, legendum *Zemlisdorff*. V. tom. 1. annot. Diplom. 44. *ex miniſterialibus Styriæ*, ignotæ tamen familiæ. Frælich. in Diplom. Epiſcop. Seccov. 60. legendum putat *Zinzendorf*. *Zemætinsdorf de Mainh.*

5. *Heinricus de Parneke*, legendum *Perneke*. Ut v. tom. 2. annot. Diplom. 42. & ad an. 1245. *Fort Zinzendorf.*

6. *Plebanus de Grætz*, quem Ottonem dictum, hoc an. & Dipl. præced. oſtendi.

Hæc data ſunt Græcii in Domo *prædictorum fratrum* ſeu *Teutonicorum*, quæ hodie adhuc ab iisdem tenetur, & vocatur, das Deutſche Haus. Dies bis ſubjungitur, nempe 3. *Idus Julii* ſeu 13. hujus menſis, & mox in die *S. Margarethæ*, ex quo colligo, feſtum hoc non 20. Julii, uti hodie apud nos ex Salisburg. proprio, ſed die 13. Julii celebratum fuiſſe. Deutſche Haus zu Grätz.

Ad an. 1240. ad Diploma 76. *An. 1240. ad Dipl. 76.*

Diplomate hoc, & ſeq. confirmantur ea, quæ in Chron. meo ad an. 1240. dicebam, Ducem noſtrum cum Eberhardo Salisb. Græcii egiſſe inter alia de immunitate prædiorum ſacrorum, quibus nobiles quidam etiam in Styria noſtra incubabant. Etenim *Wulfingus* mihi 7mus dictus, nomine vero 6tus & Wulfingi 5. filius ac Udalrici 2. nepos (v. Diplom. 4. annot. tom. 1.) nondum pueritiam egreſſus, quia *puer de Stubenberch* dictus, jure hæreditario ſibi relicto, litem *Stubenberg de Wulfing.*

quandam, jam antea diu agitatam, habebat cum Epiſcopo Seccov. de duabus tertiis decimarum in *Poſeyl*, hodie *Paſal* Styriæ ſuper. oppido, ac parochia.

Litem hanc, ut finirent Dux, & Archiepiſcopus noſter, quia *Epiſcopus Seccov. Heinricus* in negotiis Ducis noſtri detentus, ipſe adeſſe non poterat, hic pro ſe delegavit E. *Plebanum de Styven*, & W. ſeu *Witigonem* (v. Diploma 73.) *notarium ſuum*, Wulfingi vero adhuc minorennis loco deſignati ſunt, *Hugo de Pranck*, *Ortolphus de Chapfenberch* *Sichardus de Raeze*, *Wolfkerus de Poſeyle*, *milites* ſeu *feudatarii* ejusdem Wulfingi, quibus proin momenta in utramque partem proferentibus, Archiepiſcopus, & Dux noſter litem ita diremerunt, ut duæ tertiæ dictarum decimarum in Poſeyl potiori ſui parte Epiſcopo Seccov. adjudicarentur: ex quibus proin patet ingens fervor Ducis noſtri, media etiam inter arma cauſas Eccleſiarum aſſumentis, & ex æquo dirimentis.

Pranck de Hugo.
Capfenberg de Ortolph.
Raeze de Sigh.
Poſeyle de Wolfkerus.
Miles, idem ac feudatarius.

Quæpiam hic ſunt examinanda, & quidem 1. quis nam fuerit *Herbordus miles*, qui nomine dicti *Wulfingi de Stubenberg* decimas illas percepiſſe dicitur. Cognomen non adeſt Herbordi, cenſeo vero, eum feudi nomine, jus harum decimarum, percipiendarum, jam a Wulfingo 5. patre obtinuiſſe, ſicque eo nomine *militem* ſeu feudatarium Wulfingi Stubenbergii fuiſſe dictum.

2do Ex hoc Diplomate legimus cauſam, cur Henrico 1. Epiſcopo Seccov. adeo addictus fuerit Princeps noſter? nam jam præced. Diplom. 65. 71. 72. vidimus, quanta cum laude, & affectus ſinceritate meminerit Henrici Epiſc. Seccov. eique in cunctis beneſacere ſtuduerit; cauſa enim hæc in Diplom. ſe pandit, nempe Henricum Epiſc. Seccov. negotia Ducis noſtri curaſſe, eique ſæpiſſime adfuiſſe, itaque, cum adeſſe ipſe non poſſet Epiſcopus, ſui loco conſtituit Plebanum, ſeu parochum in Stiven, & Witigonem notarium ſuum.

Henrici 1. Ep. Seccov. negotia pro Duce.

3tio Tandem quæſtio oritur, quinam fuerint hi nobiles Styri, Wulfingi Stubenbergii loco delegati, & cur ejusdem *milites* dicti? primus horum *Hugo de Pranck*, de familia Styriæ notiſſima extitit, ut tom. 1. annot. Diplom. 47. dictum: alter *Ortolfus de Chapfenberg*. V. annot. Diplom. 14.

3tius *Suvichardus de Reze*. Hunc inter Styros alia Diplomata non manifeſtant, exſtitiſſe tamen in Styria infer. & Dominum prædioli hodie *Räzhoff* dicti, ac inter Eibeswald, & Leibnicium ſiti fuiſſe ſuſpicor. Idem cenſeo de 4to *Wolfkero de Paſeyl*, qui ex iis Dynaſtis Styriæ fuerit, quibus locus, & hodiernum oppidum Paſal olim paruit.

Reze de Suichardus.
Rezhof in Styr. infer.
Paſeyl de Wolfkerus.

Milites vero Stubenbergicos inde dictos opinor, quod, ut tomo 1. annot. Diplom. 4. in Stubenberg. notavi, feudi titulo obnoxii eſſent Dynaſtis Stubenbergicis, acta ſunt hæc omnia in *Paſal*, quo in loco exſtitiſſe Ducem noſtrum cum Archiepiſcopo oſtendi in chronologia.

AD

Ad Diploma 77.

Ad Dipl. 77.

De Henrico Gravensteinio, ejusque familia jam in annot. Diplom. 74. dicebam, hic cum Ecclesiæ, & Canoniæ Seccovienſi per damna quædam illata, molestus fuisset, eidem satisfacere studuit, jussu probabilius Ducis nostri, quem hoc anno de reparandis Ecclesiarum, & locorum sacrorum damnis egisse cum Archiepiscopo Salisburg. ostendi, & in chronol. mea, & Diplom. præcedente. *Gravensteini de Henr.*

Dedit vero Ecclesiæ Seccovienſi mansus 3. &, ut ait Diploma, etiam in valla *Rats* (Frælichius substituit *Ratz*, aut *Rabatz* seu *Robatz*) censeo retinendum esse, & legendum *Katz* seu *Katsch*, quæ arx est, Styriæ Super. in circulo Judenburg. ad Muraviam, hodie principum de Schwarzenburg. *Robatz* enim seu Rohitsch arx Styr. infer. nimium a Seccovio remota videtur, ut in ea assignationem Seccovienſibus fecerit Henricus. *Kätsch arx Styr. Super.*

Cæterum Henricum Gravensteinium e numero ministerialium Ducis nostri fuisse auguror ex eo, quod sigillo *Domini sui Ducis Austriæ* roborari chartam hanc suam voluerit.

Inter testes, 1. legitur *D. Fridericus miles de Ebrenbaus*, nobilem fuisse equitum horum Styriæ familiam e *castro Ebrnbaus* infer. Styriæ oriundam, plura me docent, licet enim nullo alio in Diplomate hic Fridericus citetur, tamen ex Docum. Seccov. apud cit. Frælich, num. 71. legitur etiam *Otto de Ebrnbausen Præp. Seccov.* 9. qui an. circiter 1259. resignavit oneri & honori ac ord. Prædic. est ingressus, de quo pl. in chronol. *Ebrnbaus & Frider. Castrum Styr. Otto de Ebrnbaus Præp. Seccovienſ. dein ord. Prædic.*

Castrum porro *Ebrnbausen* cum oppido, olim Principum de Eggenberg, ab his ad Comites de Leslie transiit eorumque hæredes, munitum, & antiquitate sua, ac structura memorabile castrum nostris temporibus etiam parochia ornatum, cujus primus plebanus *Josephus Horender* parochiale templum insigniter struxit, ornavit, ac campanis pulcherrimis providit.

2. *Fr. Sifridus Seccovienſis* nempe canonicus, qui sæpius in Diplom. occurrit Seccov. nomen fratris, non ad Fridericum præced. appellat, quasi Sifridus Canonicus, frater fuisset Friderici de Ehrnhaus, interjecta enim fuisset particula &; uti ex Reg. Diplom. jam tomo 1. ostendi, Fratris additum itaque ævo hoc, Religiosum denotabat, uti ex Diplom. plur. Equitum Teuton. patet, quibus cum viri religiosi essent, etiam fratris nomen additum est, quin tamen eos inde quispiam Monachorum albo inseruerit. *Fratris nomen non denotat Monachum.*

Datum in *Ebrnbaus* castro supra explicato. Epochæ conveniunt.

Ad Diploma 78.

Ad Dipl. 78.

Confirmat omnia Teutonicorum privilegia Dux noster, eisdem aliunde addictissimus, eoque hoc in Diplomate non solum *viros Religiosos*, sed etiam *fratres* more hujus ævi appellat, ut Superius dictum.

Unum hic probe observandum venit, nempe, ut ait Diploma, *datum, & actum Viennæ in nativ. Dom. post compositionem & concordiam in-*

Frider. Duc. Auſtr. concordia cum Imper. an. 1240.

ter Dam. noſtrum Imperatorem, & nos ſolenniter celebratam an. incarn. Dom. MCCXL. Indict. XIII. ex his verbis dubium non leve oritur, an non concordia Ducis cum Imperatore an. 1239. facta ſit, & cum veteres annum a nativ. Dom. ordirentur, num annus adjectus 1240. non anno 1239. noſtro computandi modo correſpondeat? cenſeo tamen concordiam Ducis, & Imperatoris an. 1240. noſtro etiam computandi more factam, & quidem in die nativitatis Domini, tum quia omnia fere chronica pro hoc anno pugnant, tum quod adjecta indictio 13. dubium omne ſolvat, hanc vero indictionem 13. toti anno 1240. congruere, oſtendi in Chronol. & ex Diplom. ipſius Ducis noſtri hoc an. datis; ſic in Diplom. 75. anno 1240. *Idus Julii, indictio* 13. & in Dipl. 76. eod. an. *6. Kal. Sept. indictio* 13. notatur, unde Dux noſter Fridericus, indictione Romana ſeu Pontificia, Kal. Jan. ſemper cæpta, uſus videtur; teſte enim Pagio Romani pontifices a Sæc. 13. ſemper indictiones a Kal. Jan. inchoabant, quem morem etiam Principes ſecutos varia exempla oſtendunt.

Inter teſtes referuntur, Ven. P. *Hainricus Epiſc.* Seccov. & *D. Luitoldus Archidiaconus Carinthiæ.*

Kirchberg de Mr. Ulricus.

Mr. *Ulricus de Kirchberg*, an. Seq. *protonotarius Ducis* v. Dipl. 79. & an. 1242. *Archidiaconus Auſtriæ*, Duci noſtro teſtem in Diplomate egit, teſte Wurmbr. f. 10. ubi de ea familia extra Styriam noſtram ſita fuſius agit, eamque inter Auſtriacos e Bavaria oriundos recenſet. V. Dipl. 81. & 82.

Inter viros nobiles 1. *Chunradus de Hardekke.* V. tom. 2. annot. Diplom. 71.

Pecca de Com. Ulricus.

2. *Ulricus de Pecca.* V. tom. 1. annot. Diplom. 9. *vir ætat. Senii & dignitatis*, cum jam an. 1187. vir nobilis, hoc vero anno Comes dicatur v. Loc. cit.

3. *Leutoldus & Ulricus FFr. de Wildonia.* V. tom. 1. annot. Diplom. 53.

4. *Chunradus de Hyntberch.* V. tom. 2. annot. Diplom. 19.

5. *Frider. & Hertnidus fratres de Petove.* V. tom. 1. annot. Dipl. 54.

6. *Heinricus de Hakenberch.* V. tom. 2. annot. Dipl. 66.

An. 1241. ad Dipl. 79.

Ad an. 1241. ad Diploma 79.

Diploma hoc ad an. præcedentem affixit Frælichius in Diplom. S. Duc. Styriæ, & quidem ob Epocham anni *MCCXL.* adjectam: pro eodem anno prcedenti etiam indictio 13. pugnare videtur, at quo minus ad præcedentem, ſed ad hunc annum Diploma hoc locaverim, duæ rationes fuere, 1ma nempe, quod an. præcedenti eodem die nempe *Idibus Julii* Diploma 75. in *Poſeyl* ediderit Fridericus Dux, ſicque eodem hoc die in *Tobel* exiſtere non potuerit, uti jam an. 1240. in Chronologia mea obſervavi, unde niſi dicatur donationem, hoc in Diplomate memoratam, jam antecedenter *actam*, & an. 1240. ſolum *datam* deſuper Diploma fuiſſe, Diploma ad hunc annum reponendum & anno MCCXL. ac indictioni XIII. unitatem unam addendam arbitror. 2da ratio, quæ me pro hoc annno convincit, eſt quod eodem

hoc

hoc an. in *Tobel* exſtiterit Dux noſter, & Diploma 80. inter mea, inter Seccov. Epiſc. Dipl. vero num. 20. ediderit præſens ipſe, ait enim Diploma *actum in Tobl*, non quidem Idibus Julii ſed 2. Idus Auguſti, quare in chronol. mea ſentiebam, Ducem noſtrum hoc an. *Idibus* ſeu 15. *Julii* prima vice in Tobel exſtitiſſe, dein in Auſtria moratum Canoniæ S. Hypoliti Diploma *pridie Kal. Aug.* firmaſſe, mox in Styriæ locum Tobel denuo, forte venationis cauſa digreſſum. 2. *Id.* ſeu 12. *Auguſti*, Diploma hoc alterum edidiſſe.

Subſtantia Diplomatis in eo verſabatur, Henricus Epiſc. Seccov. ſæpius, & urgenter ſupplicabat Duci noſtro, ut ſibi, & Eccleſiæ ſuæ *Chunegundam filiam Alberti militis* ſeu Equitis de *Purchſtall* ſubjiceret, cum conſenſu Chunegundis ac mariti, & parentum ejus, qui, cum annuerent, Dux Epiſcopo ſolemni Diplomate id Sanxit.

Ad Diploma 80.

Ad Dipl. 80

Tobel paroch. ſit Seccov.

Altera vice ſeu 2. Idus Auguſti, dum in *Tobel loco Styriæ*, ageret Dux noſter, denuo Henrico Epiſc. Seccov. amico ſuo dilectiſſimo, benefecit; Eccleſiæ parochialis in Tobel ſubjecta erat principi noſtro tanquam patrono, jus hoc patronatus cum omnibus ad eam Eccleſiam pertinentibus donat hoc Diplomate Epiſcopo Henrico ea de cauſa, ut inquit ipſe, *quia gratus plurimum nobis extat* &c. ut v. Dipl. 75.

Tobel loci deſcr.

Tobel, locus Styriæ infra Græcium, balneis illuſtris eſt, quæ mulierum fæcundationi præcipue deſervire dicuntur, ſubſunt balnea hæc ſtatibus Styriæ provinciæ, ac penes balnea hæc exiſtit parochia loci, quam hodie, jure ex hoc Diplom. deducto conferre ſolet Princeps, & Epiſc. Seccov.

Teſtes donationis erant 1. *Mag. Ulricus de Chyrchberg Protonotarius* Ducis Friderici. V. hic Diplom. 77. annot.

Hausbach de familia.

2. *Heinricus Pincerna de Hausbach.* Ex Auſtria fuiſſe, dominos hoſce pleraque documenta oſtendunt, attamen in Styria etiam poſſeſſiones habuiſſe inferius oſtendam; De pincernæ officio, an Hausbachii geſſerint, quæri poſſet, etenim Excell. Wurmbrandius in commentario de officialibus hæreditariis Cap. 8. Auſtriæ inferioris Pincernas ennumerat hoc ordine ad an. 1208. Leopoldum quemdam anonymum an. 1252. Chunringios, poſt an. 1347. Meiſſavios, poſt an. 1440. Potendorfios, an. 1486. Prueſchenkios & 1489. Liechtenſteinios a Matthia Hung. rege dein an. circ. 1487. Hardeccios, a Frid. Imp. in Auſtria vero ſuper. an. 1625. Synzendorfii id munus tulere, in Styria ea dignitas ab Ottocarorum tempore hucusque Stubenbergiis eſt relicta, ut adeo non appareat, quomodo DD. de Hausbach inter Pincernas ſint referendi.

Pincernæ hæred. Auſtr.

Aſt, cum hiſtoriarum, & publicorum Diplomatum fide, ipſiusque Wurmbrandii relatione f. 190. innoteſcat Hausbachios, pincernas fuiſſe, cenſeo quod jam tom. 1. ſtatuebam de hæreditariis officiis, alios fuiſſe provinciarum hæreditarios Pincernas, dapiferos &c. alios qui principi ad manus erant, eique in itinere, aliisque in locis, extra

provincias ſuas eó in officio miniſtrabant, inter quos proin hoſce Hausbachios ſtatuo.

In rebus Styriæ ſequentes de hac familia occurrunt: *Gundaccar*, & *Henricus* frater: *Gundaccar* an. 1277. inter teſtes alios Auſtriæ refertur a Rudolpho 1. Aug. in Diplom. Epiſc. Seccov. 53. uti & an. 1287. a Lutoldo de Chunring v. Diplom. Epiſc. Seccov. 58. ſed utrobique ſine addito Pincernæ; eodem autem anno Gundaccarus hic *poſt diviſionem hæreditatis cum fratre Henrico, & ſororibus Richarde, Chunegunde, Adlheide*, Epiſc. Seccov. Leopoldo vendidit caſtrum *Pikelbach* 105. marcis monetæ Græcenſis, Græcii exiſtens 12. Kal. Sept. in eod. Diplom. appreſſa erant ſigilla *Henrici de Schænavve avunculi ſui*, ſeu fratris matris ſuæ, quæ proin ex familia Auſtr. de Schænau erat, uti, & ſocri ſui *Gotfridi de Wildungeſovve*, ut adeo conjux hujus Gundaccari e fam. de Wildungsau exſtiterit. Caſtrum Styriæ *Pikelbach* vel nomine mutato vel ob exilitatem forte ſuam in topogr. chartis Styriæ non reperitur, territorium illud, ubi forte caſtrum hoc exſtitit, honeſtatur *parochia B. V. M. in Spinis ad Piklbach ſita*, certe in Diplom. Epiſc. Seccov. 84. dato an. 1479. a Matthia Hungar. rege inter caſtra Seccov. Epiſc. nominantur ſolum *Biſchoffsek S. Georgii ad Wildon, Seccauberg, & Nidergeyl.*

Pichelbach caſtrum.

Schænau de Henric.

Wildungsau de Godfrid.

Caſtra Epiſc. Seccov.

Henricus de Hausbach frater Gundaccari ex ſupra cit. patet, hic cum filio ſuo Ulrico Canoniæ Seccov. quasdam vineas ad Rætemgrueb violente abſtulerat, unde cum an. 1278. vel antea *Erchengerus de Landeſer* a rege Rudolpho obtinuiſſet poſſeſſiones, & jura *Ulrici quondam pincernæ de Hausbach* (quem 1. hujus nominis, & forte patrem Henrici, & Gundaccari cenſeo) easdem vineas reſtituit v. Diplom. Seccov. 107. hoc in Diplom. *Henricus, & filius ejus Ulricus.* h. nom. 2dus vocantur, *pincernæ de Hausbach* de Henr. 1. lego in Necrol. Clauſtroneob. 7. *Kal. Sept. Albero de Chunring, & Heinricus de Hausbach occiſi* an. 1278. de quo v. pl. annot. Diplom. 173. an. 1282. *Henricus Pincerna de Hausbach*, cedit litem de 8. vineis in Rotengrueb Seccov. Canoniæ. V. Diplom. Seccov. num. 111.

Landeſer de Erchenger.

Fridericus & Ulricus frater ejus pincerna de Hausbach, an. 1253. Dipl. Epiſc. Seccov. ab Ottocaro rege Leobii dato ſubſcripſit; Ulricus hic hujus nom. primus videtur: præterea docet auth. Germ. Sacr. tom. 2. f. 364. an. 1270. quendam Hausbachium pincernam ab Ottocaro rege Carnioliæ Prætorem datum fuiſſe, Valvaſorius Chron. Carnioliæ, tom. 3. lib. 9. f. 15. *Ulricum pincernam de Hausbach vocat*, qui eo in munere manſit ad an. 1273. ex MS. Oberburg vocatur *Capitaneus Carniolie Marchiæ, & in Windiſchgrätz.*

Legatum etiam quemdam & Hausbachiis *cum Henrico de Liechtenſtein* ac Præpoſito Clauſtroneoburg. ad Henricum Misniæ Marchionem Friderici Ducis noſtri def. affinem miſſum docet Wurmbrand. f. 190. ut Henricus Misnenſis vel Theodericum vel Albertum filium, quos ex Conſtantia Auſtr. genuerat, mitteret pro regimine terrarum Auſtriacarum ex Chron. domeſticis nullum memorat, quisnam ex Hausbachiis eam in ſe legationem ſuſceperit, ut in Chronologia oſtenſum, Auth. hiſt. Ducum Styriæ f. 83. Ulricum Hausbachium inter eos legatos recitat, nec contradicunt temporis circumſtantiæ, immo, cum dein Ul-

ricus

ricus Prætor Carnioliæ datus fuerit ab Ottocaro rege, vix dubitandum, Ottocarum id muneris Hausbachio ob legationem in sui favorem peractam contuliſſe. Cætera de hac familia per decurſum uberius.

3. Teſtis erat *Chunradus de Horneke*; inter Styros hanc refert familiam Lazius de migrat. gentium, lib. 6. f. 212. aitque an. 1310. *Albertum, Henricum, Cunradum & Hanezelium* floruiſſe: an. 1340. *Caſparum. & Wernherum*: an. 1370. *Jodocum*, & *Jordlinum* an. 1390. Hartlinum, *Pancratium Petrum, Joannem*, atque an. 1400. *Gerhardum, Fridericum, Cunradum*, & *Albertum*. Chronicon. Hornekianum circa an. 1258. inter fiduciarios Salisburg. ſtatuit Albertum de Hornek, cui Serlingerus *Albertum de Perneck* ſubſtituit; ut ut pauca hac de familia hactenus manibus obvenerint, cenſeo tamen eam fuiſſe familiam Styriacam, vel inter Styros noſtros crebrius verſatam, etenim caſtrum exiſtit Styriæ *Hornek* dictum inter Pöls & Pröding, non procul a fluvio Kainach, hodie Collegii Stänzenſis, a quo proin hos Dominos exortos reor, forte dein ob prædia quædam feudatarios Salisburgenſes, ſic anno 1246. in Diplom. Epiſc. Seccov. 23. dato ab Eberhardo 2. Salisburg. *Chunradus* citatus, inter alios feudatarios Salisburg. teſtis refertur, uti & an. 1248. in Diplom. Epiſc. Seccov. 25. dato a Philippo Salisb. in Diplom. Seccov. 64. ad an. circiter 1250. ab Ulrico Epiſc. Seccov. teſtis adducitur, *Chunradus* idem tanquam *vicinus* & *provincialis*, unde omnino inter Styros numerandus ſaltem ob poſſeſſiones, in Styria habitas: in Necrol. Run. *Kal. Oct.* defunctus refertur, *Chunradus de Hornech* a quo proin diſtinctus fuerit ille, qui in Necrol. Admont. 10. Kal. Jan. legitur obiiſſe his verbis: *Chunradus de Horneke Laicus. Albertus de Hornek*, inter Styros provinciales præſens fuit an. 1270. cauſæ a *Purchardo de Chlingenberch* Capit. Styriæ Mahrburgi in favorem Seccov. definitæ v. Diplom. Seccov. 96. atque an. 1277. in ceſſione quadam *ab Hertnido de Wildonia* Græcii facta citatur cum fratre his verbis: *Dominos milites Albertum & Ottonem fratres de Horneck*, unde etiam Necrol. Run. habet. *Id. Febr. Albertus miles de Hornek*, a quo diſtinctus eſt ille, qui in eodem Necrol. Run. legitur defunctus *Non. Auguſti Albertus de Hornek*, plura hactenus latent; unus hujus familiæ, Ottocarus nomine, Chronicon, inde Hornekianum dictum compoſuiſſe videtur, quod crebrius citatur.

Horneck de familia.

Horneck caſtr. Styriæ.

4. *Heinricus ſcriba Styriæ.* Cognomen deeſt, cæterum officium ſcribæ Styriæ, nobiliſſimum erat, ac exigebat virum verſatiſſimum, ejus enim officium erat curare libellos, & Diplomata provinciæ, quibus proin ſemper ſubnotari debuit.

Scribæ Styriæ officium.

Ad Diploma 81.

Ad Dipl. 81.

Wilhelmus de Hochenek Styr. infer. Dynaſta (de cujus Geneal. tom. 1. annot. Diplom. 34. dictum) Seizenſibus multum moleſtus, ut damna repararet illata, iisdem fratribus in villa *Lintenbach* præter jam donatos a def. filio ſuo Lupoldo 5. manſus, alios 5. adjecit, conceſſit præterea Dominæ ſorori ſuæ Eliſabethæ de *Miltenburch*, ut in villa *Strenevviz* 14. manſus eidem Eccleſiæ Seizenſi legaret partim, partim vero venderet pretio 18. marcarum; cum paulo poſt idem Do-

Hochenek de Wilh. Benef. Seiz.

Miltenburg de Eliſ.

minus de Hochenek morbo acutiſſimo premeretur, teſtamento ſuo Seiz. Eccleſiæ pro ſalute animæ ſuæ legavit, 6. manſus in villa *Brettenbach*, & alios 10. in villa *Svvertovvitz* cum omnibus pertinentiis.

Otto Plebanus de Neukirchen Styr. infer.

Mediator teſtamenti hujus erat *D. Otto Plebanus de nove Eccleſie*, ejusdem Wilhelmi confeſſarius, qua in parochia oppidana hodie commiſſarius exiſtit, aderat etiam *Petrus Prior Seizenſis*, quem ſaltem ab an. 1234. ad an. 1247. præfuiſſe dixi in Chronologia.

Lewenbach de Conrad.

Præter hoſce teſtes, aliosque de ſtatu Eccleſiaſtico, ac ipſum Wilhelmum præfatum, *Conradus de Levvenbach*, legitur ſubnotatus v. tom. hoc 2. annot. Diplom. 66.

Henricus de Grätz. V. tom. 1. annot. Diplom. 7.

Hermannus de Pilſtein. V. tom. 2. Diplom. 116.

Grunach de Henr.

Heinricus de Grunach & frater ſuus. Hujus familiæ nullus alius, niſi hic cum fratre ſuo, & hi etiam nullo alio in Diplomate viſuntur; an ex Styria, vel adſitis terris fuerint? ignoro.

Hugo de Hochenecke. V. tom. 1. annot. Diplom. 34.

An. 1242. ad Diplom. 82.

Ad an. 1242. ad Diploma 82.

Commemorat denuo beneficia, ac ſervitia plurima Dux noſter, quæ Henricus Epiſc. Seccov. ſibi præſtiterat, ob quæ proin eidem, & Eccleſiæ Seccov. donavit perpetuo cum attinentiis poſſidendam villam Aerzberch in Poſeyle ad S. Jacobum ſitam.

Frider. Dux in Tobel.

Ducem noſtrum denuo per dies aliquot, in Tobel commoratum dixi, jam in Chronologia, cum enim 30. Junii Græcii ageret, per aliquot dies venationi probabilius in Tobel indulſiſſe & 12. Julii hoc Diploma edidiſſe videtur.

Teſtes Diplomatis erant 1. Mr. *Ulricus de Chyrperch Canon. Patav. Archidiac. Auſtriæ & Protonotarius Ducis.* V. ſupra Diplom. 77. annot.

2. *Hainricus pincerna de Hausbach.* V. ſupra annot. Diplom. 79.

Vronhofen de Colo.

3. *Cholo de Vronhofen.* De quo jam ad an. 1237. dixi, eum illis in turbis Friderico Duci fidelem permanſiſſe: cæteroquin nihil de hac familia hactenus occurrit, fors alibi plura.

4. *Gotfridus Cheltzo.* V. tom. 2. annot. Diplom. 57.

Windiſchgraz de Geneal.

Urbs ibid. Capitaneatus.

Prößing de Leonard.

Sepultura familiæ de Windiſchgräz.

Familia dupl.

Inſignia.

5. *Ulricus de Windiſchgräz*; de urbe hujus nominis in Styr. infer. jam tomo 1. actum eſt, capitaneatum præterea in Windiſchgräz fuiſſe oſtendit Wurmbr. f. 120. dum docet *Leonardum de Prößing* capitaneum vindogræcii fuiſſe, familia vero inter nobiliores ſemper Styriæ noſtræ eſt numerata, cujus vetus conditorium, ſeu ſepultura Græcii in Franciſcanorum Monaſterio ad muræ ripam ſito, & inde das Mutterkloſter dicto, teſte Wurmbrand. fuerat: docet vero idem author Excell. duplicem fuiſſe gentem Windiſchgraziorum, quorum una nobilis ſolum, diverſa inſignia turrim nempe geſſit, & ex qua *Walchanus*, an. 1357. & 1363. *Dietericus* vero & *Chunegundes ejus vidua*: ac Erhardus an. 1395. floruere, ex MS. Kainach. plura de inſignibus hujus familiæ & præcipue ſequentis vide in fine hujus Genealogiæ poſt §. V.

Altera porro & principalis familia Windiſchgraziorum, quantum ex picturis & lapideis monumentis adverti poteſt, in inſigni exhibet

caput

caput vertagi Wind-kopf seu Lupinum Wolfs-kopf, cum colli parte ex argento, primo, & quarto laterculo rubeo impositum, area secunda aurea annulos 3. crassiores refert nigros, Wolfsthălliæ familiæ Symbolum, tertiam areolam spennerus parte speciali oper. herad. l. 2. cap. 3. ita describit. *tertiæ quadræ figura insolita est, forte non inepte dixeris, nigræ areæ cephalum argenteum prætendi, & inscribi cantherium ex eodem metallo capiti isti immersum.* Wurmbrand. cit. f. 241. putat hanc a *Joanne Tragauner* derivari, qui, ut idem author cap. 24. f. 75. ostendit, an. 1368. insigne suum *Pilgrino de Wolfsthall* vendidit, est vero area ea transverse secta parte infer. angustiore argentea, superiore nigra, huicque inscribitur cantherium argenteum cuspidibus sursum versis, Diploma German. ita habet: Der Schild ist also gevar, unten weiß, und oben schwarz und durch daß schwarze feld an dem schilde gehet ein weißer Sparr, die Oerter aufgekheret, und die flüg auf den Helm derselben farb, Buceiinus insigne longe aliud exhibet.

Wolfsthall. insignia. *De Pilgrin. Tragauner de Joannes.*

Hanc itaque tesseram Wolfsthallii cum gentilitiis conjunxere, ubi autem *Thomas de Wolfsthall* an. 1479. gentem suam clausit, & Græcii in Franciscanorum Monast. hac sub inscriptione sepultus est *in S. Jacobs* Capellen, dem Closter zu Grätz, haben die Windischgrätzer, und Wolfsthaller ihr Begräbnuß, und ligt da Thoma Wolfsthaller der letzte an. 1479. dein Windischgrazii ex matrimonio Ruperti cum *Adelbaide de Wolfsthall* circa an. 1380. inito in eorum bona pariter & insignia successerunt, porro parmula, quæ clypeo incumbit, familiæ Gradnerianæ est, ex qua *Maria, Georgii de Grädner* filia *Jacobo Dom. de Windischgrätz* nupsit: tres præterea galeæ clypeum premunt, ex prima exsurgit caput canis vel lupi argenteum, Symbolum gentilitium Windischgraziorum, 2da sustinet 3. plumas rubras struthionis, mediis incumbente spina piscis ex auro quæ gradneriis propria fuit, tertiæ imponitur aurea tabula rotunda impressis 6. nigris annulis, quæ Wolfsthaliorum fuit, interdum illi hujus loco hermam virilem fascia tortali capite redimitam substituerunt, ut ostendunt insignia Wolfsthalia Græcii in Monasterio Franciscanorum, quam tamen Windischgrazii nunquam assumpserunt.

Wolfstbal de Thom. *Et Adelhais.* *Gradner de Maria & Georgius.* *Gradner. fam. insigne.*

Genealogia porro horum Comitum ita exhiberi potest.

§. I.

GENEALOGIA WINDISCHGRAZIORUM.

A. *Ulricus de Windischgrätz.* an. 1242.

B. *Fridericus* 1. an. 1270. 1274. † an. 1307.

D. *Joannes* 1. an. 1306.

* C. *Frizlinus* an. 1307. fors Frideric. 2.

E. *Conradus* 1. an. 1301. ad 1339. ux. 1. Adelheis N. * 2. *Ursula de Teiffenbach.*

F. *Apollonia* m. Dietricus ab *Holneck* an. 1312.

G. Frideric. 2. vicedom *Leibniz* an. 1328. 1334.

H. *Rein-*

Fridericus 2.

H. *Reinpertus* aliis *Rupertus* 1. an. 1374. ux. Adelhais *de Wolfsthall* an. 1380.

I. *Hermannus* 1. 1329. uxor *Margaretha.*

K. *Ekardus* an. 1334.

L. *Ortolphus* ux. Agn. de *Weispriach* 1390.

M. *Walchun.*

N. *Hermann.* 2.

O. *Joannes* 2. ux. *Catharina.*

P. *Conrad.*

Q. *Erasm.* 1. † cælebs *Carolus* † cæl. *Margar.* uxor Henr. de *Traupiz.*

R. *Rosina* m. Dietmar. de *Rindscheid.*

S. *Colomann.* ux. 1. Walburg. de *Gutenstein.* 2. N. de *Rindscheid* † an. 1506.

T. *Rupertus* 2. ux. Marg. de *Herzenkraft* † 1499.

V. *Sigism.* an. 1478. ux. Elisab. filia Leopoldi de *Aspach.* hujus posteros V, §. *II.*

Georgius an. 1384.

W. *Nicolaus* an. 1418. ad 1429.

X. *Caspar.* an. 1440. 1447. 1467.

Ab hac Margaretha teste MS. Kain. DD. de Traupiz obtinuerunt bona & sedem in *Algerstorff.*

Z. *Wolfgang.* & *Andreas* 1. an. 1516.

II. *Catharina* m. Gumbert. de *Silberberg.*

III. *Cæcilia* Virgo †.

Y. *Rupertus* 3. ux. Wandula de *Reichenburg* † 1504. improlis.

I. *Christoph.* 1. uxor Anna de *Liechtenstein* in Murau † an. 1549.

IV. *Pancratius* an. 1551. primus Baro *in Waltstein* Maresch. Caroli an. 1565. hæredit. Stab. præf. Styr. † 1591. 3. habuit uxores.

V. *Erasmus* 1. an. 1551. fit Baro 1. *in Waltstein* consiliar. regim. an. 1565. hæredit. Stab. præfect. Styr. † 1575. 3. habuit uxores.

Radegundem virginem def. filiam Christophor. 1. docet MS. Kainach.

ex 3. toro.

ex 1. toro.

VI. *Ebrenric.* † 1602 ux. Catharina Ursina *de Plagii.*

VII. *Christoph.* 2. † 1628. 4. Feb. uxor Salome *de Kevenbiller* fil. Bartholomæi.

VIII. *Frider.* 3 † 1649. ux. Elisab. de *Auersperch.*

IX. Filiæ plures.

XII. *Andreas* 2. an. 1567 † 1600. ux. Regina de *Dietrichstein* & *Wandula* quæ cælebs † teste MS. Kainach.

XIII. *Christoph.* 3. † 1572. sine ux.

X. *Anna Maria* ux. 1. Sigis. de *Stolze.*

Gallen 2. N.

XI. *Sidonia* nata 1600. † 1651 m. Carol. Comes de *Windischgrätz.*

XIV. *Erasmus* 2. Sigism. ux. Regina de *Dietrichstein* vidua Seifridi de *Leiningen.*

XV. *Carolus* 1. n. 1588. † 18. Aug. 1651. ux. 1. n. 2. Cuneg. de *Feistriz* 3. Sidonia de *Wingrätz.*

XVI. *Bartholomæus* v. descend. §. II.

XVII. David. v. §. IV.

Wen-

Eraſmus 2. | *Carolus* 1.

Wenceslaus 4. ſine hærede. | Jacob. *Lud.* ux. n. Baro de *Wangler.* | *Regina Iſabelia.* | Maria *Franc.* | *Joanna.* | Eva *Ludmilla.* | Carol. | *Amalia.* | Regina *Sidonia Eliſab.* † 1652. Cathar. † 1664. m. Georgius Hanib. Com. *de Eck.*

§. II.

GENEALOGIA WINDISCHGRAZIORUM.

V. *Sigismundus* an. 1478. ux. Eliſ. filia *Leopoldi ab Aſpach*, hujus poſteri.

XVIII. *Eliſabetha* uxor Chriſtoph. de *Mündorff.* | XIX. *Jacobus* 1. uxor Maria de *Graden.* | XX. *Catharina* mar. Wilhelm de *Trautmanſtorff.* | XXI. *Urſula* 2. mar. Georg. de *Silberberg.*

XXII. *Catharina* m. Leon. de *Collonitſch.* | XXIII. *Sybilla* m. 1. Joan. de *Rämming.* 2. Andr. Zæch. | XXIV. *Seifridus* 1. uxor Afra de *Grasvvein.* | XXV. *Cordula* m. Jacob. de *Teiffenbach.*

XXVI. *Sebaſtian.* an. 1551. Baro ux. 1. Cath. de *Rauber.* 2. Anna Maria de *Stadl.* 3. Anna *Wätmoſerin.* 4. Anna *Schrottin.* | XXVII. *Eliſabeth.* mar. Philip. *Preiner.* | XXVIII. *Barbara* m. Leon. de *Harrach.* | XXIX. *Martha* m. 1. Ad. de *Trübeneg.* 2. Joan. de *Tiefenbach.* | XXX. *Regina* m. 1. Caſpar. de *Ratmanſtorf.* 2. Andr. de *Rindſcheid.* | XXXI. *Juſtina* m. Georgius Baro de *Teifel.* | XXXII. *Helena* m. Sig. *Schrott* de *Hüntberg.* | XXXIII. *Jacobus* 2. an. 1551. fit Baro poſteros v. §. V.

XXXIV. *Nicolaus* 2. ux. Leon. de *Keutſchach* an. 1580. | XXXV. *Sigefr.* 2. N. de *Collonitſch* vid. Conr. de *Hochenberg.* | XXXVI. *Judith.* mar. Frid. Bar. de *Hofman.* | *Joan. Chriſtoph.* an. 1620. | *Veronica.* | *Afra.*

XXXVII. *Wolfk. Nicol.* ux. Magd. de *Sauer.* an. 1615. | *Cathar.* cælebs.

XXXVIII. *Chriſtoph.* ux. n. de *Räming.* | XXXIX. *Catharina* m. Ad. Baro de *Gienger.* | XL. *Maria Eliſ.* m. Wolf. Carol. B. de *Polheim.*

§. III.

GENEALOGIA WINDISCHGRAZIORUM.

XVI. *Bartholomæus* Andr. 2. filius † 1633. ux. Anna Sidonia *ab Herberſtein* filia Georgii Chriſtoph & Helenæ *Cathar. ab Hälleg.*

XLI. *Theophilus* ſeu *Gotliebus* Comes 1mus natus 1603. † 1695. ux. 1. Amalia Marg. de *Prederode.* 2. Mar. Eleon. de *Oeting.* 3. Maria Thereſ. *de Saurau* filia Wolf. Rud.

XLII. *Sidonia Eliſab.* m. 1. *Chriſtian* Baro *Tſchernembl.* 2. n. Com. *Breiner.*

XLIII. Helena *Cathar.* m. 1. n. *Glojach* 2. n. *Eſchey.*

XLIV. *Erneſt. Frideric.* n. 1670. † 1714. ux. 1. m. Th. de *Slavata.* 2. Ther. Roſalia de *Rothal* vidua C. de *Finſkirchen.*

XLV. *Theoph.* 2. †

Julius *Gundac.* †

Franc. *Hartvvic.* †

Ferdin. *Hartvvic.* † 1706.

XLV. Leopoldus *Victorinus* n. 1686. ux. mar. Erneſt. de *Straſſoldo.*

Amadæus *Henricus* n. 1691. † 1704.

XLVI. Filiæ 7.

N. filia Amadæus *Gotliebus* n. 1717.

Leopold. Carol. n. 1718.

Joan. *Sebaſt.* n. 1710. † 1711.

Joſepha *Maria* n. 1712.

§. IV.

GENEALOGIÆ WINDISCHGRAZ.

XVII. *David* Andreæ 2. filius † 1636. ux. Eliſab. *Rauberin.*

XLVII. *Adam.* n. 1627. † 1704. Anna Maria *Rubers.*

XLVIII. *Eva Catharina* n. 1622. † 1684 m. Ulric. de *Collonitſch.*

XLIX. *Maria Magdal.* m. 1. Sigm. 3. de *Wollaſch* 2. Chriſto. *Otſchgai.*

L. Reg. Cath. n. 1626. † 1707. mar. Maxim. Ad. Com. *Trautmansdorf.*

LI. Joan. Eliſ. n. 1630. † 1650. mar. *Zdenko D. de Leippa.*

Theophilus *Chriſtianus* n. 1674.

Anna Maria n. 1670.

Eva *Eliſab.* n. 1672. m. Frid. Caſimir. Bar. *Lyner.*

Adam *Ferd.* n. 1675. gener. Cæſar 1716.

Regina *Iſabella* n. 1678. † 1706. m. Conr. Max. C. *Hochberg.*

Eleonora *Salome* n. 1680. mar. 1. Adam B. de *Jagenreiter.* 2. Wilhelm. Leop. B. *de Hauzenſtein.*

Suſanna *Clara* n. 1683.

§. V.

§. V.

GENEALOGIA WINDISCHGRAZ.

XXXIII. *Jacobus* 2. Seifridi 1. filius Baro an. 1551. ux. *Anna Maria, Mauritii de Welz* filia vidua Chriſtoph. *Khevenhülleri.*

Wilhelmus n. 1658. ux. Barb. de *Collo-nitſch* 22. Oct. 1581. ita MS. Kainach.

Felicitas m. Wolf. Sig. C. *Auerſperg.* MS. Kain. nomen Felicitat. ignoravit.

Victor. † cælebs.

Adamus † cælebs. Hunc omittit Kainach, & ejus loco Chriſtoph. ponit.

Joannes ux. Eliſab. de *Ernau* vidua Sigism. Georgii *Raumſchiſſel.* 2. ux. & deſc. ejus Bucelinus omiſit uti & MS. Kain.

Sigfrid. Adam. † 1648. ux. 1. Eſter de *Greiſſen.* 2. Chriſtina *Schrottin.* vidua Geor. Chriſtiani à *Zinzendorf.* *Adam* ux. omittit Bucelinus uti & omnes deſcendentes.

Joan. *Wilh.* † æt. an. 21. hunc Bucel. *Jacob. Wilh.* vocat.

Barbara *Suſan.*

Anna Cath. *Felicitas* † 1611. an. æt. 18.

Anna *Maria* marit. Joan. Sig. de *Greiſſen.*

Joan. Adam. LII. *Eſther* † 1697. mar. Barthol. de *Stahrenberg.*

Mauritius ux. Eliſ. de *Liechtenſtein.*

Joan. Leonard. ux. 1. Polyxena de *Teiffenbach.* 2. mar. El. *Puzin.* 3. Joan. de *Metniz.*

N. cæſus *Lipſiæ* an. 1643.

Joan. *Jacob.*

Joan. *Frider.* ux. n. *Straſſerin.*

Joan. *Erneſt.* ux. n. *Keiſerſtein.*

N. m. Ferd. Baro de *Viſchee.*

Magdal. m. n. B. *Neuhaus.*

Sophia *Eliſab.* m. Rudolph. Frider. C. de *Herberſtein.*

Polyxena *Franciſca* 1. Wolf. Sig. *Herberſtein.* 2. Philip. B. *Grünthal.*

Victor. ux. 1 Baro *Leyſer* 2. Juſt. B. *Hörtſch.*

Joan. Chriſtoph uxor Anna Magd. *Wurmbrand.*

Joan. Friderus Cæſar. Camer. 1716. ux. *Maria Marg.*

Ebrenricus ux. Anna Chriſtina de *Auerſperg* f. Maximil.

Joan. Ludov. Conſiſtor. Paſſav.

Joannes *Jacobus*

Anna *Eliſabetha.*

Joſ. Joan. Jacob. n. 1710.

Chriſtophori de Windiſchgratz, quem inter natos Jacobi 2. refert MS. Kainach. hii inſigne ſequens erat, teſte eodem MS. ſie haben neben den weiſen wolf, noch zween ſchült geführet, deren gelbe ſcheiblein in ainen ſchwarzen feldt, und in andern ſchiltlein ain weiß.

Des Seyfriden von Windiſchgrätz Söhne, haben neben den weiſen wolf, der Stadner angeborn und darzue anerörbte Wappen gefürt als ein weiſen fahn in ainen rothen feldt, ain ſchwarzen ſtrich in ainen waiſen feld, und in der mitten ein gelben fiſch grat in ainen rothen feldt. Ita MS. Kainach.

A. *Ulricus primus* hujus gentis hoc ex Diplomate innoteſcit, quem alii omnes neglixere: de ejus majoribus aliisque actis nihil omnino conſtat. *Windiſchgrae de Ulric.*

Fridericus 1. B. *Fridericus* 1. teſte Bucelino jam an. 1270. claruit, cenſeo fuiſſe filium Udalrici, obiit an. 1307. teſte Bucelino Hübnero, diem obitus 15. Maji addit Wurmbrandius f. 74. & 239. Græcii in Diſcalceatorum ſeu Franciſcanorum Monaſterio ſepultus. Idem ad an. 1274. teſtis citatur in litteris Joannis Waizman. Monaſt. Sittic. in Carniolia datis, ex MS. Sittic.

Frialinus. * C. *Frizlinus de Windiſchgrätz* an. 1307. ſubſcripſit litteris Abbatis Oberburgenſis in Stein, cum aliis nobilibus circa caſtrum Stein in Carniolia prædia habentibus: ex MS. Oberburg. apud Wurmbr. cit. hic an idem ſit cum Frider. mox adducto vel hujus filius? ignoro, ideoque aſteriſcum oppoſui v. Frider. 2.

Joannes. D. *Joannes de Windiſchgrätz* frater, ut opinor Friderici 1. teſte MS. Oberburg Monaſterii ſubſcripſit donationi a Wernero de Lak, eidem Monaſterio factæ.

Conradus ux. Urſula de Teiffenbach. E. *Conradus* teſte Hübnero & Bucelino, filius Frider. uxorem habuit *Urſulam de Teiffenbach Conradi* filiam, claruitque an. 1332. hunc ſæpius manifeſtant Diplomata Styriæ; ſic an. 1301. Diplomati Epiſc. Seccov. 62. Græcii exiſtens, & an. 1305. ibidem Dipl. Epiſc. Seccov. 65. ſubſcripſit, an. 1307. Seccovii exiſtens, venditionis a Canonia Seccov. factæ teſtem egit, v. Diplom. Seccov. 139. an. 1310. a Friderico Auſtr. Duce pulchro dicto, ac dein imperatore, Alberti 1. filio decem marcas auri in pago Mutſchen dicto in feudum accepit, originale Friderici Diploma ex gentilitio caſtro Waltſtein eruit, & edidit Wurmbrand. f. 239. aſt in eo Diplomate uxor Conradi non *Urſula* ſed *Adelheides* appellatur: *Urſulam certo Teiffenbachianam Conradi filiam* to. 1. annot. Diplom. 86. neglexi, & quidem eo, quod Bucelinus in Geneal Teiffenbachiorum Urſulam, ſolum Chriſtophori filiam appellet, quam tamen ſibi ipſi non ſatis compos in Geneal. Windiſchgraziorum, Conradi filiam ſcribit, Lazius eam inter Erneſti filias ponit, quod ſi tamen Urſula Teiffenbachia, uxor Conradi hujus fuit, ea ada, Adelhais vero prima uxor dicenda erit.

Apollonia m. Theod. de Holneck. F. *Apolloniam*, ut auguror Conradi ſororem, a Bucelino, & Hübnero omiſſam, detexit Wurmbrandius f. 74. ex MS. Kainachiano, aitque eam an. 1312. Theoderico ab *Holneck* uxorem fuiſſe datam.

Frider. 2. G. *Fridericum* 2. pariter fratrem Conradi, & Friderici 1. filium opinor, *Frizlinum* dictum, hunc Wurmbrandius *vicedominum Leibnizenſem* fuiſſe ait an. 1334. ex MS. Kainach. idem hic an. 1325. fundos Teutonicorum in Gros-Sontag ſitos nempe in Ror, & Tzellnitz liberavit in perpetuum a cenſu, v. Dipl. Teuton. 8. Dominicæ num. 15. in Diplom. Stir. parte 2. f. 217. datum eſt Diploma Petovii, cætera de eo incognita.

Reinpertus vel Rupertus ux. Adelh. de Wolfsthal. H. *Reinpertus* (quem alii uti Bucelinus, Hübnerus, immo ipſe Wurmbrand. f. 242. Rupertum 1. vocare videtur, cum ei uxorem ad an. 1380. tribuat *Adelheidem de Wolfsthall*) teſte Wurmbr. f. 74. a Catharina Ulrici *de Saurau* vidua teſtis vocatur an. 1376. ex MS. Kainach, & Archivo ſtat. Auſtr. num. 1247. apud Wurmbr. f. 123. & ex hoc Reinperti, cum Adelheide de Wolfsthall matrimonio, Domini de

Saurau de Ulric. & Catbar.

Win-

Windiſchgraz in bona, & inſigne Wolfsthalliorum ſucceſſere teſte Wurmbr. f. 242. v. pl. litt. F. in Ruperto 2.

I. Quemadmodum Fridericum 2. ita ejus deſcendentes neſciverunt Bucelinus, & Hübnerus, *Hermannum* 1. inter deſcendentes Friderici 2. quamvis non ſine dubio colloco, de cujus progenie nos plane edocet Diploma Teuton. Græcenſ. num. 19. apud Frælich Dipl. Styr. parte 2. f. 194. in eo Hermannus hic contractum quendam cum Teutonicis firmans ita ait: **Ich Herman Windiſchgrätzer auf der Tratten geſeſſen, und meine Hauß-vrowe Margret, und unſer Sun *Walchun*, *Herman*, Chunzel und Jenſel ꝛc.** ex hiſce proinde verbis uxor, & deſcendentes Hermanni primi patent, *Walchunum* quidem ex alia Windiſchgraziorum linea deducit, Wurmbrandius cit. attamen ex eadem comunni linea deſcendiſſe hos omnes opinor. *Hermannus 1.*

K. *Ekardus*, teſte Wurmbrand. f. 240. an. 1334. claruit, hunc etiam nobili ſolum Windiſchgraziorum familia, fuiſſe docet Wurmbrandius, nec abnuo, novimus enim familias veteres in varias abjiſſe lineas, quarum quædam in comitum, atque principum ſortem evectæ, aliæ vero in nobilium ſolum, & Equitum numero remanſere, uti nominatim in Hunnenbergiis tom. 1. Diplom. 4. annot. oſtendi. *Eckardus.*

L. *Ortolphus* matrimonio ſibi junxit *Agnetem*, *Adami de Weispriach* filiam quæ an. 1390. fratribus ſuis *Ulrico*, *Nicolao*, & *Burcardo de Weiſspriach* accepta date, renunciatorias litteras dedit hoc tenore inchoatas: **Ich Agnes, Herrn *Ortolph* von Windiſchgrätz würthin, vergich offenlich ꝛc.** ita docum. famil. hujus, apud Wurmbr. f. 240. *Ortolphus ux. Agnes de Weispriach.*

M. *Walchunus* filius Hermanni 1. v. H. *Walchunus.*

N. *Hermannus* 2. itidem Hermanni 2. filius. V. H. *Hermannus 2.*

O. *Joannes* 2. filius Hermanni 1. ut litt. A dictum eſt, uxor ejus erat *Catharina*, quæ *Georgio filio* ſuo prædium in *Fladniz* an. 1384. dono dedit, ut ex MS. Bar. de Kainach oſtendit Wurmbr. f. 74. Idem hic *Georgius* an. 1440. agnato ſuo *Caſparo de Windiſchgrätz* Equiti nonnulla feuda, datis ad Imp. Frider. 4. refutatoriis litteris conceſſit, teſte Wurmbr. cit. *Joannes 2. Catharina. Georgius. Caſpar.*

P. De *Conrado* 2. nil aliud, niſi Hermanni 1. filium fuiſſe ex litt. 1. conſtat. *Conradus 2.*

Q. *Eraſmum* 1. & *Margaretam* Bucelinus ſtatuit, Hübnerus *Carolum* addit. *Eraſmus 1. Margaretha. Carolus.*

R. De Roſina nupta *Dietmaro de Rindſcheid*, addit Bucelinus matrem fuiſſe, *Andreæ Wolfgangi*, & *Bernardi DD. de Rindſcheid.* *Roſina uxor Dietm. de Rindſcheid.*

S. *Colomanus* 2. uxores habuit primam *Walburgem* filiam *Sigismundi de Guetenſtein*, alteram anonymam quandam de *Rindſcheid*: hæc ex monom. Sepulchrali patent, defunctus enim an. 1506. & Græcii apud PP. Franciſcanos ſepultus, in monumento ſepulchrali inſculpta habet inſignia Guetenſteinia & Rindſcheidia ob 2. uxores, his e familiis deſumptas, teſte Wurmbr. cit. ex MS. Kainach. *Colomannus 2. ux. Walburg. de Guetenſtein.*

T. *Rupertus* 2. & *Junior* dictus, ob Reinpertum ſeu Rupertum 1. patrem, teſte Hübnero habuit uxorem *Margarethan*, *Joannis* de *Herzenkraft* filiam, qua dere confuſio oritur; etenim Wurmbr. f. 74. docet Rupertum hunc, *Adelhaidis de Wolfsthal* maritum, cum conjuge ſua *Rupertus 2. & junior uxor Margar. de Herzenskraft.*

floruiſſe an. 1461. 1471. 1478. mox vero idem Wurmbr. f. 242. ſibi ipſi contradicit docens, Rupertum hunc cum Adelheide Wolfsthalia matrimonium an. 1380. iniiſſe, unde hi duo in ſtatu matrimoniali ab an. 1380. ad 1478. proin 100. fere annis perſtitiſſent, quod nemo credet, inde conſequitur quoque; ſi prædium *Waltſtein* gentilitium Pranckiorum emptum eſt per Rupertum, & Adelheidem id non anno 1468. Sed an. 1368. vel ſi an. 1468. id coemptum eſt, a Ruperto, & Margaretha eam emptionem fieri oportuiſſe.

Waltſtein caſtr. Pranckfit Windiſchgraz.

De eodem hoc Ruperto Wurmbr. f. 74. tradit, eundem cum filio ſuo, & *Georgio Gradner* aliquamdiu a Frider. 4. Imp. in captivitate fuiſſe detentum an. 1467. at agnita cauſa & innocentia dimiſſum, ac abſolutorium propria Imp. manu exaratum obtinuiſſe, quod adhuc in docum. hujus familiæ aſſervatur; obiit vero non an. 1504. ut Hübnerus vult, ſed an. 1499. ut lapis ſepulchralis Græcii apud Franciſcanos his verbis docet: Hier ligt begraben der Edle, und Geſtrenge Ritter Herr Ruprecht der Windiſgrätzer. der verſchieden iſt am Quatemberfreytag vor Weinachten *an.* 1499.

Gradner Georgius.

V. *Sigismundus* frater Ruperti 2. filius Reinperti, ſeu Ruperti 1. non vero hujus frater, ut Bucelinus contra æram temporis opinatur, qui an. 1478. ſuperſtes teſtante antiquo MS. Kainach. uxorem habuit *Eliſabetham Leopoldi de Aſpach* filiam. Idem tradunt Bucel. & Hübnerus.

Sigismundus a Windiſchgraz.

Aſpach de Leopold & Eliſ.

W. *Nicolaus*, quem alterius, ut reor lineæ ſurculum neglexerunt, Bucelinus & Hübnerus, in MS. quodam Monaſt. Victor. ad an. 1418. nominatur: cæterum in antiquis chartis ad an. 1411. 1421. & 1429. occurrit.

Nicolaus de Windiſchgraz.

X. *Caſpar* de quo V. lit. D. an. 1464. celebratur adhuc, an. 1447. ab Imper. Frider. 4. feuda ſibi a Georgio agnato relicta accepit, teſte Wurmbrandio.

Caſpar.

Y. *Rupertus* 3. ſi Reinpertum, Rupertum 1. vocemus, Ruperti 2. filius, huic ego *Wandulam de Reichenburg* Georgii filiam, uxorem tribuo, quam Wurmbrand. f. 75. Ruperti 2. uxorem 2dam ſtatuit, nam ipſe Wurmbrandius f. 292. Ruperti 1. ad an. 1380. uxorem *Adelheidem de Wolfſtball* ſtatuit, & Rupertum 2. an. 1499. defunctum docet, quomodo ergo potuit Rupertus 2. an. 1499. defunctus, mortua ſua prima, ut ait Wurmbrandius f. 75. conjuge, *Margaretha Herzencraftia*, hanc Wandulam an. 1503. ducere uxorem! confudit itaque Rupertum 2. cum 3. f. 75. quem f. 242. probe diſtinxit; hic itaque Rupertus 3. an. 1504. obiit, epitaphium ejus in Monaſt. Franciſc. Græcii ita ſonat; Hier liegt begraben der Edl, und Veſte Ruprecht von Windiſchgrätz der geſtorben iſt an Freytag vor der H. Dreyfaltigkeit, *an.* 1508. (lege 1504.) dem Gott Gnadt.

Rupertus 3.

Reichenburg de Wandula & Georg.

Wolfſtball de Adelhais.

Herzenkraft de Margar.

Z. Filios Colomanni aggredior; *Wolfgangus & Andreas*: priores Chriſtophoro, an. 1516. bona paterna diviſere, & teſte Wurmbrand. f. 241. in Sulmthal bey dem Dorf Haimbſchach in loco ubi memoriæ ſervandæ gratiæ crux erecta viſitur appenſis Windiſchgraziorum inſigniis ornata, a rebellibus ruſticis ſunt miſere necati, Græcii in majorum crypta ſepulti ſunt hoc ſub epitaphio, Hier ligt begraben Wolfgang, und Andre von Windiſchgrätz beyd gebrüder, die verſchiden ſein an unſer Frauen ſchiedung, den Gott gnad, *an.* 1516.

Wolfgang & Andr. de Windiſchgraz.

Ruſticorum rebellio in Sulmthal an. 1516.

I. *Chri-*

I. *Chriſtophorus*: Annam *Dom. de Liechtenſtein in Murau* penatibus ſuis induxit, hanc Rudolphi filiam ex *Radegunde Com. de Arberg* oſtendi tom. 1. annot. Diplom. 47. pauca de eodem exſtant, an. 1549. die lunæ poſt feſtum S. Mathiæ obiit, quem uxor an. 1551. die 10. Aug. ad tumulum ſecuta eſt, epitaphium amborum dedi tomo 1. annot. Dipl. 47. in Geneal. Liechtenſtein. ſub litt. Y. obiit in caſtro gentilitio Waltſtein, Græcii in ſacello S. Jacobi PP. Franciſc. ubi ſepultura familiæ eſt, tumulatus.

Chriſtoph. de Windiſchgraz. Liechtenſtain de Anna. Arberg de C. Radegund.

II. *Catharina* 1. filia Colomanni, uxor, *Gumberti de Silberberg* teſte Hübnero, Bucelino, & Wurmbrandio ex docum. MS. Bar. de Kainach, Lazius lib. 6. de migr. gentium f. 215. cuidam de Trautmanſtorf datam it, & Urſulam, de qua mox, Silberbergio: obiit an. 1536. ſepulta in ino S. Andreæ in Laventhal, in Creuzgang cum ſorore Urſula innupta & eod. an. mortua v. §. 2.

Catharina de Windiſchgraz. Silberberg de Gumbert. Urſula de Windiſchgraz.

III. *Cæcilia* filia Colomanni innupta, ut mox dictum, contra Latium, conveniunt enim Hübnerus, Wurmbrandius, & Bucelinus. V. §. 2.

Cæcilia.

IV. *Pancratius* Chriſtophori filius pluribus rebus inclaruit, uti & frater ejus Eraſmus. Pancratius Caroli Archiducis mareſchallus erat, mbos Ferdin. 1. jam an. 1551. S. R. I. Baronibus adſcripſit, ac in Diplom. quod refert Wurmbrand. f. 298. Ferd. 1. Imp. dilaudat eorum merita, & antiquitatem, a centenis aliquot annis deductam, nec ſolum hos fratres, ſed etiam agnatos Jacobum, & Sebaſtianum *Barones de Waltſtein, & in Tal*, ſeu *valle* creat; mox ambo fratres Pancratius, & Eraſmus an. 1565. die 27. Junii fiunt ſupremi hæreditarii ſtabuli præfecti in Styria. Idem Pancratius dum an. 1576. Carolus Archidux com deputatis Styriæ, Carinthiæ & Carnioliæ tractaret de reſtauratione limitum Marchiæ vindicæ, & Croatiæ, ac de munitione caſtri Græcenſis contra incurſus Turcarum, inter alios rei hujus exequendæ comiſſarios in Comitiis Græcenſibus denominatus eſt primus *Pancratius de Windiſchgraz Baro & Mareſchallus.* V. Valvaſ. tomo 3. lib. 9. 65. 66. teſte Hübnero tab. 723. obiit an. 1519. die 29. Octobr. & 4. habuit uxores 1. *Felicit. Ungnadin de Weiſſenvolf.* 2. *Reginam* viduam Joannis *Reinperti de Reichenburg*, filiam *Ulrici de Scherfenberg.* 3. Hypolitam de *Wartenſtein.* 4. Hypolitam *Caſp. de Schlick* filiam, tertiam omittit MS. Kainach. cum Hyppolita matrem de Wartenſtein habuerit, unde confuſio orta.

Pancratius Baro & Eraſmus frater. Fiunt Baron. in Waltſtein & Thal. Supremi Præf. ſtabuli per Styr. Ungnadin de Weiſſenwolf Felicit. Reichenburg de Chriſtoph. & Regina. Scherfenberg Ulric. & Regin. Wartenſtein de Hyppolita.

V. *Eraſmus* 1. de quo jam plura in fratre Pancratio dixi, Conſiliarius erat Regiminis Auſtriæ, dum an. 1551. in Baronum ordinem a Ferd. 1. Imp. proveheretur, ut ex Diplom. dicto oſtendi; obiit teſte Wurmbr. f. 75. an. 1575. tres habuit uxores, prima erat teſte Wurmbr. Chuneg. *de Stadel.* 2da. N. *Paradeiſerin*, quam Hübnerus cit. Annam vocat. & 3tiam ſuperaddit *Mariam Ungnadin*, MS. Kainachianam primam illius uxorem ait fuiſſe viduam *D. Conradi Hochenburger.*

Felix de Caſp. & Hyppolita. Eraſmus 1. de Windiſchgraz. Stadel de Chunegund. Paradeiſer de Anna. Ungnad de Maria.

VI. *Ebrenricus* filius Pancratii, quem cælibem obiiſſe docet Bucelinus, at Hübnerus ei uxorem tribuit, *Catharinam Urſinam de Plagii*, defunctumque an. 1602. ſtatuit, hunc Wurmbr. non adfert. MS. Kainach. nil niſi nomen ejus memorat.

Ebrenricus de Windiſchgraz. Plagay de Cathar. Urſina.

Christoph. 2. de Windischgr.

VII. *Christophorus* 2. teste Hübnero, 4. Febr. an. 1628. obiit, hunc omnino neglexit Bucelinus, Wurmbrandius f. 299. in suprema Equilium præfectura successorem fuisse tradit circa an. 1597. uxor ejus ab Hübnero dicitur *Salome de Khevenbiller*, filia Bartholomæi; hunc etiam MS. Kainach. negligit, quod Pancratio unum solum filium Ehrenricum tribuit.

Khevenbiller de Bartholom. & Salome.

Frider. 3. de Windischgräz. uxor Auersperg de Elis.

VIII. *Frider.* 3. teste Wurmbr. cit. Baro, & Equilium præfectus hunc denuo ignoravit Bucelinus, & MS. Kainach. uxor ab Hübnero tribuitur *Elis. de Auersperg*, obiit vero an. 1649.

Cathar. Maria Eva de Windischgraz.

IX. Filias Pancratii Bucelinus fuisse, ait Catharinam 2. cujus 1. maritus *Georg. Sigism. B. ab Herberstein.* 2. *Christoph. de Stadel* fuit. *Mariam* uxorem N. *Gienger*, & *Evam* uxorem N. *Schnizenbaum.* Hübnerus longe plures adstruit nempe *Evam* uxorem N. de *Schnizenbaum Mariam* uxorem *Nicolai Ginger*, Catherinam, ut supra dixi: & præterea, *Annam*, *Lucretiam*, *Elisabetham*, *Joannam*, & *Juditham.* MS. Kainach. primam nempe adfert, Mariæ loco Annam ponit, & præter Evam, Juditham in Hungaria mortuam docet.

Herberstein de Georg. Sigm. Stadel de Christoph.

Christoph. 2. de Windischgraz. Gallen de Sig. & Anna.

X. *Christophorus* 2. prole mascula caruit, filia prima erat *Anna Sigismundi de Gallen*, & N. *Stolze* conjux, cujus soror.

Sidonia & Carol. Com. de Windischgraz.

XI. *Sidonia* nata an. 1600. obiit an. 1651. ac maritum habuit *Carolum Com. de Windischgraz* filium *Andreæ* v. num. 15.

Andreas 2. ux. Dietrichstein de Regina.

XII. *Andreas* 2. filius Erasmi natus an. 1567. obiit an. 1600. æt. 33. uxor erat *Regina de Dietrichstein* (ita etiam Bucelinus) quæ filia erat Georgii Sigism. ex Anna de *de Stahrenberg.* Nuptiæ Clagenfurti an. 1583. habitæ 10. Nov.

Christoph. 3.

XIII. *Christoph.* 3. a Bucelino omissus teste Hübn. cælebs anno 1572. obiit.

Erasmus 2. Leiningen de Seifrid.

XIV. *Erasmus* 2. Andreæ 2. filius Erasmi 1. nepos denuo Bucelinum latuit, Lazius eum *Erasmum Sigism.* vocat, & uxorem tribuit *Reginam de Dietrichstein*, *Seifridi de Leiningen* viduam.

Carolus 1. Feustriz de Chunegund.

XV. *Carolus* 1. an. 1588. natus, obiit an. 1651 die 18. Aug. prima ejus uxor N. *Hueberin*, altera *Cunegund de Feistriz* 3tia Sidonia *de Windischgraz* ut num. XI. dictum erat proinde uxori suæ 3tiæ, 3tio gradu consanguineus, quod impedimentum authoritate Ecclesiastica sublatum fuerit.

Erasmi 2. & Caroli 1. Descendentes ex Hübnero adduco, Bucelinus utrumque cum suis descendentibus omisit.

§. II.

TABULÆ WINDISCHGRAZIORUM.

Sigismund. de Windischgraz. Aspach de Elis. & Leopold.

U. *Sigismundus* floruit an. 1478. uxorem habens *Elisabetham de Aspach Lupoldi* filiam, teste Wurmbr. f. 74. & Bucel. ac Hübnero, Lazius lib. 6. de migr. gent. f. 215. longe aliter descendentes Sigismundi refert, filios enim ei tribuit *Jacobum*, & *Christophorum*, quem tamen v. litt. I. Colomanni filium statui, inter filias pro Elisabetha Margaretham refert, de qua mox.

XVIII. *Eli-*

XVIII. *Elisabetham* Sigism. filiam fuisse Bucelinus, MS. Kainach. & Hübnerus testantur. Lazius *Margarethan* vocat, & *Christophori a Mündorf* filiam, sed sui oblitus f. 218. inter Mündorfios Margaretham, & Elisabetham omittit, atque Christophori de *Mündorf* uxorem *Sophiam de Hochenwart* appellat, Erhardi filiam; unde non video, quomodo hoc loco seu f. 215. Margaretham hanc matrem Georgii & Christophori, & aviam, Christophori, Erhardi, Francisci, Sigismundi, & Joannis statuere potuerit, sequar proin Bucelinum, Hübnerum, concordantes MS. Kainach.

Elisabetha de Windischgraz. Margaretha. Mündorf de Christoph. Hochenwarth de Sophia & Erhardus.

XIX. *Jacobus* 1. uxorem habuit *Mariam Georgii de Graden* filiam: unde adhuc hodie parmula clypeo Windischgraziorum incumbens, de familia Gradneriana est, v. dicta superius, conveniunt etiam in descendentibus Lazius, Bucelinus, Hübnerus, & MS. Bar. de Kainach.

Jacob. 1. de Windischgraz. Graden de Georg. & Maria

XX. *Catharina* filia Sigism. *Wilhelmo de Trautmanstorf* uxor cessit, unnen Trautmanstorfii ignoravit Lazius, detexit Bucelinus, Hübnerus, ab. 725. & 572. & MS. Kainach.

Catharina de Windischgraz. Trautmanstorf de Wilh.

XXI. *Ursula* 2. teste Bucelino, MS. Kainach. & Hübnero, *Georgium de Silberberg*, quem nobilem Carinthiæ Equitem Lazius appellat, maritum habuit, plures in juventute, & cælibes obiisse de prolibus Sigismundi testatur Bucelinus.

Ursula 2. de Windischgraz. Silberberg de Georg.

XXII. *Catharina* filia Jacobi uxor erat *Leonardi de Collnitz*, seu *Colnitsch* mater *Christophori*, *Romani*, & *Amalrici* teste Bucel.

Catharina de Windischgraz. Colnitz de Leon.

XXIII. *Sibylla* uxor *Joannis de Raming* absque liberis obiit teste Bucel. & Laz. Hübnerus 2dum eidem maritum tribuit Andream Zæchuti & MS. Kainach.

Sibylla uxor. Joan. de Raming.

XXIV. *Sigefridus*, vel *Seifrid* uxorem habuit *Afram de Grassvvein*, filiam Wilhelmi & *Afræ de Winkler*, floruit hic an. 1514. quo in ordinem & societatem S. Christoph. eundem Græcii inscriptum testatur Valvas. tom. 3. lib. 9. f. 26. Inter hujus descendentes Lazius Jacobum 2. omisit.

Sigefrid. ux. Afra de Grasswein. Winkler de Wilh. & Afra.

XXV. In *Cordula Jacobi de Teiffenbach* uxore conveniunt, Bucel. MS. Kain. Lazius, & Hübnerus: v. etiam tom. 1. annot. Diplom. 86. in tab. 3. Teiffenbach.

Cordula ux. Jacobi de Teisenbach.

XXVI. *Sebastianus* an. 1551. cum agnatis Erasmo & Pancratio a Ferd. 1. Imp. inter Barones adscitus. 4. uxores ei tribuit Hübnerus MS. Kainach. & Bucelinus, Lazius vero solius primæ meminit, duosque illi solum filios assignat nempe Nicolaum, & Sigefridum 2. floruit an. 1561. præsensque fuit Salisburgensi solenni ingressui Joan. Jacobi Archiep. Salisb. v. auth. Germ. Sacr. tomo 2. f. 624.

Sebastianus.

XXVII. *Elisabetham* Philippi *Bar. de Breitner*, uxorem tradunt, Lazius, Bucel. Hübnerus, & MS. Kainach.

Elisabetha ux. Philipp. Bar. de Breiner.

XXVIII. XXIX. XXX. Idem est consensus horum authorum, nisi quod in Martha & Regina primos solum maritos nominet Laz.

Martha. Regina. Justina.

XXXI. XXXII. Justinam, & Helenam virgines fuisse docet Lazius contra Hübner. & Bucelinum, qui Justinæ Georgium *de Teisl* & Helenæ *Sig. Schrot* maritos tribuunt.

Helena. Teisl de Georg. Schrot de Sigm.

XXXIV. *Nicolaus* 2. de eo, & fratre *Sigefrido* ait Lazius a Ferd. 1. Imp. eos libertate donatos in patriciorum ordinem fuiſſe adſcitos, ſed jam Eraſmum, Pancratium, Sebaſtianum, & Jacobum 2. Barones factos ſupra dixi. Leonora ejus uxor, vidua antea erat, *Mauritii Welzer* teſte Hübnero, & ut habet MS. Kainach. nata *de Keutſchach.*

Welzer de Mauritii.

XXXV. *Sigefridus* 2. Bucelino intra calamum hæſit, de quo tamen & alia documenta ſuperſunt, ſic an. 1532. teſte Brevenhueb. f. 250. copias ſuas contra Turcas ad Styram Urbem adduxit, & aliquod equos perdidit an. 1537. in Comitiis Vienn. inter deputatos Styriæ ex ord. Equeſtri comparuit teſte eod. Prevenh. f. 256. uxor ejus erat N. de *Collonitſch* vidua *Conradi de Hochenberg* J. U. Doct. teſte Lazio MS. Kain. ſolum Sigefridi nomen refert.

Sigefrid. 2. de Windiſchgraz.

Hochenberg de Conrad.

XXXVI. *Juditham* uxorem *Frider. Bar. de Hofman*, uti & *Joan. Chriſtophorum*, *Veronicam*, & *Afram* ignoraſſe videtur Lazius *Joannem Chriſtoph.* Wurmbrand. f. 299. ad an. 1620. ſupremum Equilium præfectum fuiſſe docet, aſt MS. Kainach. eundem cum Veronica omittit.

Juditha uxor Frid. B. Hofman.

XXXVII. *Wolfgangi Nicolai* & reliquorum omnium poſthac de hac familia memorandorum non meminit Lazius, bene vero Hübnerus & Bucelinus.

Wolfgangus. Nicolaus.

XXXVIII. *Chriſtophorum* hunc ſupremi Equilium præfecti munere functum docet Wurmbrand. f. 299. &c. hunc cum ſororibus ſuis omiſit Bucelinus.

Chriſtophorus.

XXXIX. & XL. Fide Hübneri adſtruuntur.

§. III.

TABULÆ WINDISCHGRAZIORUM.

XVI. *Bartholomæus Andreæ* 2. *filius* &c. hæc & reliqua omnia ex Hübnero Bucelinus enim hunc ſolum, & ejus 3. proles adducit, reliquos omittit.

Bartholomæus.

Fridericus Erneſtus Comes, aurei vell. Eques S. C. M. Conſiliarius intimus, Imperial. aulici Conſilii Præſes, qui plura Excell. Com. Wurmbrandio communicavit documenta v. Wurmbr. f. 299. 300.

Frider. Ern.

§. IV.

TABULÆ WINDISCHGRAZIORUM.

Cum hos omnes negligat Bucelinus, ex Hübnero interim adſtruxi donec aliis, & novis documentis inſtruar.

§. V.

TABULÆ WINDISCHGRAZIORUM.

Hos omnes cum notis in ipſa tabula expreſſi de *Eſthere* num. LII. Wurmbrand. f. 227. inſinuat, ex ea *Guidonem Stahrenbergium* heroem belli ſtudiis inclitum fuiſſe progenitum.

Eſther de Windiſchgraz. Stahrenberg de Guido.

Ad

An. 1243. ad Dipl. 83.

Ad an. 1243. Diplom. 83.

Non legi Diploma Friderici Ducis noſtri ad Henr. Ep. Seccov. datum, in quo Dux non ſpeciali cum affectu benevolentiæ, ejus meminerit, meritaque ejus dilaudare intermiſerit: hoc Diplomate denuo *deprædicat grata & devota ſinceritatis obſequia, quibus ſe Henr. Epiſcopus pro honore nominis, & terrarum Friderici generali commodo, viribus indefeſſis expoſuit*: ut itaque Henricum hunc, & ſucceſſores ejus, quos eadem fide in ſefore ſperabat, propinquiores ſibi haberet, eidem, ac ſucceſſoribus Epiſcopis domum Viennæ *penes domum*, ſeu aulam principis, ac curiæ ſuæ ex parte contiguam jure perpetuo poſſidendam contulit.

Henr. Epiſc. Seccov. merita in Ducem noſtr.

Aula Seccov. Viennæ.

Donationis hujus teſtes erant 1. *Leupoldus Ardacenſis Præpoſ.* de qua præpoſitura, ejusque fundatione diſſerui tom. 1. annot. Diplom. 66. in Conrado 2. Schaumbergico, ibidem præpoſito.

Leopoldus Præpoſ. Ardac.

2. *M. Leupoldus Plebanis Viennenſis*, & tom. 1. & hoc jam abunde oſtenſum, Viennæ non dum fuiſſe hoc tempore Epiſcopum, ſed ſolum plebanum ſub cura Epiſcopi Patav. præfuiſſe: primum certo huic urbi plebanum datum volunt Eberhardum an. 1140. vel 1147. a Remberdo Epiſc. Patav. ſucceſſorum nomina longa ævi vetuſtas obliteravit: anno 1158. *Mr. Georgius Plebanus Eccleſiæ S. Stephani* Viennæ fuit, uti tomo 1. his annis dictum: an. 1267. *Magiſter Petrus Viennæ Plebanus* fuit, ſub eoque concilium ibidem celebratum, de quo ſuo loco: an. 1308. *Albertus* e Ducibus Saxoniæ Plebanum Viennenſem egit, qui dein an. 1320. Epiſc. Patav. factus eſt, de quibus ſuo loco, id certum an. 1364. Præpoſituram Viennenſem erectam, & an. 1469. Epiſcopatum ibi constitutum fuiſſe, Præpoſitum primum alii Wernherum, alii Joannem Mayrhoffer, Epiſcopum vero primum *Leonem a Spauer* fuiſſe docent, de quibus alibi.

Leopold. Plebau. Vienn.

Parochi quidam Vienn.

Præpoſitura & Epiſc. Vienn. initia.

Spauer de Leo Ep. 1. Vienn.

3. *Mr. Ulricus de Chyrichberg Archidiac. Auſtriæ &c.* de quo jam in annot. Diplom. 77. hic quæpiam diſſerebam, de familia Kürchberg in Auſtria id ſolum hic interim ad noto, eam probe diſtinquendam eſſe a D. de *Kürchberg in Styria*, quorum caſtrum cognomine infra Voravium noſtrum, 2. & ſemi hora jacet, nunc Excellentiſſimæ familiæ Auerſperg avitum, exſtat, & aliud caſtrum *Kirchberg ad Rabam*, in Styria. V. Diplom. 102.

Kirchberg de Ulricus.

Duplex eorum familia.

4. *Marquardus notarius.* Cognomen abeſt.

5. *Wolfkerus de Parovve* ſeu *Parau*, antiquiſſima eſt Auſtriæ familia, de Friderico Duce noſtro meritiſſima, etenim, ut Chron. Greg. Hageni Auſtriac. item Viti Arenpekii, aliorumque Authorum, hujus Wolfgeri conſilio Dux Fridericus Steuram a civibus Viennenſibus primus accepit. Quando ea familia deſierit, quæque ejusdem membra & furculi fuerint? Auſtriacis enodandum relinquo.

Parau vel Parovve de Wolfkerus.

6. *Otto de Walchunskirchen Camerarius.* V. hic. tomo 2. annot. Diplom. 71. adjectum camerarii officium ibidem non eſt: immo, ut ad an. 1242. obſervatum, camerarii Auſtr. infer. officium, eo vel præced. an. datum eſt a Frider. Duce, Conrado ab Hüntberg: nec apud Excell. Wurmbr. cap. 3. f. 277. &c. &c. inter. Auſtr. provinciarum camerarios, hi Domini de Walchunskirchen occurrunt. Sentio ergo,

Walchunskirchen de Otto. an Camerarius.

ergo, dicendum, Ottonem hunc vel Friderici ſolum Ducis, non Auſtriæ camerarium fuiſſe, vel ut obſervat Wurmbr. cit. nec *Conradus ab Hyntberg hæreditarius* Auſtriæ erat, proin nec Otto hic, cum an. 1275. *Otto de Ekartſau* an. 1281. *Otto de Berchtoldsdorff* camerarii Auſtriaci officium geſſerint; unde vel ſingulis vel alternis annis ad libitum principis ea officia ſunt diſtributa.

Hyntberg de Conr.
Ekartſau de Otto.
Bertholdsdorf de Otto.

7. *Dietericus de Dobrach Pincerna*, ſubin etiam Dobra ſcripti ſunt, hi Domini, caſtrum *Dobra* eſt Auſtriæ in circulo ſupra Mainharti montem ſitum, quod an. 1416. *Henricus & Hartnidus Liechtenſteinii* agnati inter ſe diſtraxerunt teſte Wurmbr. f. 7. ab hoc caſtro ortos pincernas hos opinor Auſtriacos, de hiſce ad an. 1281. ex Diplom. Admont. 12. in Diplom. Styr. p. 2. f. 229. lego *Wichardum de Polheim*, & *Sifridam Dietericum* ac *Henricum*, filios quondam *Dieterici de Dobra Pincernæ*, nec non *Margarethan*, & *Catharinam filias* ejusdem, compoſuiſſe litem diuturnam cum *Admontenſibus* ſuper *foro S. Petri in Augia*, quæ compoſitio acta eſt in *caſtro Styrenſi XI. Kal. Febr.* an. 1270. Viennæ ſubſcripſit Diplomati *Giſelæ de Orte* Epiſc. Seccov. dato num. 47. *Chalchochus de Dobra*, ſed ſine adjuncto Pincernæ titulo, hinc, cum ex Diplom. 81. anni præcedentis *Henricus de Hausbach* pincerna fuerit, Wurmbr. vero cap. 9. nec Dominos de Hausbach nec Dom. de Dobra inter pincernas referat, priori inhæreo ſententiæ, cenſeoque pincernas hos fuiſſe ſolum principis, eosque ſingulis vel alternis annis a Principe mutatos, vel fuiſſe Pincernas provinciarum, non tamen hæreditarios.

Dobrach de Dietr. an Pincerna.
Dobra caſtr.
Liechtenſtein de Henricus & Hartnid.
Polheim de Wicard.
Dobrach de Sifr. Henricus Margar. Cathar.
Ort de Giſela.
Dobra de Chalchoch.
Pincernæ & Camer. dupl.

Datum eſt Diploma in *Hyntberch*, de quo caſtro in Chronol. actum.

Ad Dipl. 84.

Ad Diploma 84.

Jam tomo hoc in annot. Diplom. 6. dixeram parochiam Chumbenz datam fuiſſe Seccov. Canoniæ, una cum 3. filiabus S. Margarethæ S. Benedicti, & S. Laurentii a Conrado 1. Archiep. Salisb. & Sacerdotem ſeu parochum in Chumbenz Waltfridum, ex ea Eccleſia translatum fuiſſe in Plebanam Eccleſiam Vanſtorf, inde neſcio quid litis exarſit inter parochias Chumbenz & Vanſtorf, *quoad confinia nempe utriusque* parochiæ, hæc lis, ut finiretur, Henricus Epiſc. Seccov. cujus Epiſcopatui inter redditus *Vanſtorff* parochia aſſignata erat (ut an. 1219. dictum) & Chunradus præpoſitus tanquam patronus, & Advocatus Eccleſiæ Chumbenz inter ſe convenere, atque in 7. viros, quorum 3. Epiſcopus, 3. Præpoſitus denominaret, 7. arbitrum uterque communi conſenſu ſtatueret, compromiſere, qui finem liti huic imponerent.

Lis de 2. paroch. Chumbenz & Vanſtorf.
Vanſtorf paroch. Seccov. Ep.
Chumbenz paroch. Seccov. Canon.

Acta ſunt hæc *in Linte* loco Styriæ Super. ubi parochiam S. Martini adminiſtrant Aſcetæ San-Lambertini in præſentia teſtium ſubſcriptorum *D. Permanni Abbat. S. Lamberti*, de quo v. in annot. Diplom. 48. Epochæ omnes conveniunt.

Lind arx & paroch. Styr. Sup.

De arce, & dynaſtia *Lindt*, Super. Styr. quæpiam dicta ſunt tom. 1. annot. Diplom. 44. arcem nempe eam Styr. Super. in circ. Judenburg fuiſſe, varios ibi ex Diplom. veter. Styr. Dominos de Linth neglexi, Genealogiam eorundem ex Bucelino continuo, qui enim loco citato occurrebant, *Dietericus*, *Gundachar*, *Adalbero*, *Marquardus*, &

Genealogia DD. de Lind.

Got-

Gotfridus, ad Sæc. 12. pertinent, ut ibidem oſtendi. Tardiores ſunt, quos Bucelinus detexit, & ad Sæc. 15. referendi, quamvis annum non adjiciat, ita enim Genealogiam Equeſtris hujus familiæ ſtatuit Bucelinus.

Quoniam in correctione & reviſione ſecundi hujus tomi mihi ſubmiſſum eſt MS. Kainachianum, ex eodem quædam addo.

Georgius a Lindt ux. Anna *de Thurn.*

Dorothea ux. Gandolphi ſen. de *Kienburg* ex quo 16. proles.	*Sigismundus* 1. fl. an. 1460. ux. Walburga de *Weispriach* fil. Nicolai & N. Schellerin.	N. filia ux. Pauli ſen. *de Thonhauſen*, ex quibus ortus filius unus.

Sigismundus 2. *ſeu Junior* ux. 1. Margar. de *Kienburg*. 2. Walburga de *Weispriach*: hanc omittit MS. Kainach. erat hic teſte MS. Kainach. an. 1487. Prætor in Ober-Sachſenburg.

Catharina ux. Balthaſ. de *Kienburg* ſen.	*Bernardus* quem alii Sigism. 1. filium volunt ux. Marg. ab *Erolzheim* f. Wolfgangi ex Barbara de *Ratmanſtorf* ottonis filia.	*Urſula* ux. Joann. ab *Herberſtorff.* Franc. de *Herberſtorf.*

Eva & *Agnes* juvenes † *Maria* teſte MS. Kainach. ux. Frid. *Mosdorfer*: ex quo nati *Joan. Adam. Eliſab.*	*Sigism.* 3. ux. 1. Maria *Rilkin.* 2. Cathar. de *Moshaimb.* Ex 18. prolibus 3. ſolum vivæ.	*Adam.* 1. ux. 1. Urſ. *Rilkin.* 2. Anna de *Graben.* 3. Sibyl. ab *Aichelberg N. filia* ux. Conr. de *Schermberg* Com. 1510. MS. Kainach.	*Verena* ux. Erasmi *Mager* de *Fuxſtad Walburges* etiam filia teſte MS. Kain. Virgo †.

Adam 2. ux. Anna de *Spongſtein.*	*Caſpar.* ux N.	*Jacob.* 15. alii omnes †.	1. toro. *Sigm.* 4. ux. Cath. *Heiſſin.*	*Cathar.* cæl. †	2. toro. *Balthaſ.* ux. n.	*Joan.* cæl.	3. toro. *Chriſtoph.*	*Anna* m.
Maria Cathar. ita MS. Kainach. ſed Bucelin. in Adamo Bernardo.	*Anna Eliſab.*							

Sigism. 5. *Adam Bernard.* ux. Anna de *Spongſtein.* ex qua 2. filiæ. *Eva* de marito non conſtat. *Sibylla* hanc addit MS. Kainach.

Intermedii hos inter, & allatos Diplom. 44. tomi 1. latent.

Ad Diploma 85.

Ad Dipl.

Plurimas res Auſtriæ exprimit hoc Diploma, quo tempore Duces Auſtriæ ſimul dominabantur Styriæ, cum per ſe ambabus provinciis jus dicere non poſſent, ſui loco Styriæ profecerunt, judicem ſupremum, qui principis loco, juris dicundi authoritatem, ſalva ſolum appellandi ad Ducem poteſtate, per omnem Styriam exerceret; primum hoc in officio lego *Reinbertum de Muerecke*, teſtante hoc ipſo Diplomate, de quo tomo 1. annot. Diplom. 36. pauca quæpiam adnotata, & quidem cenſeo *Reinbertum* hunc 2. & diſtinctum a *Reinberto* 1. Ottoc.

Judices prov. Styriæ.

Muerek de Reinbertus.

6. procuratore an. 1174. florente, fuiſſe, ne ætas nimium extendatur. Idem porro hic *Reinbertus* 2. an. 1224. nondum tamen Judex ſupremus Styriæ legitur in Diplom. Gyrienſi 4.

Phanberch de Ulric. Succeſſor hujus in ſupremi per Styriam Judicis officio, fuit *Ulricus de Phanberch* (de quo, & familia celeberr. pl. dixi in annot. Dipl. 40. hujus tomi) etenim teſtatur ipſe, hoc in Diplom. ſe *authoritate Dom. Frider. Ducis in Styria præſidere* & Reinbertum de Muereke antea ſuo officio functum fuiſſe.

Erzwald Sylva Seccov. Sententia porro ab eo lata erat ſequens: Præpoſ. Seccov. cum capitulo Sylvam *Erzvvald* obtinuerat proprietarie coram *Reinberto de Mueregg* tum judice ſupr. Styriæ, ac præſente etiam nuncio deputato, judice civitatis Græcenſis nomine *Wakkerzill*, qui Præpoſitum & Capit. Seccov. in poſſeſſionem mittere debuiſſet: poſſeſſione Sylvæ obtenta nihilominus D. *Hartnidus de Rammenſtein* ſibi Sylvam eam contra juſtitiam uſurpavit, qua de re, cum Præpoſitus Friderico Duci conquereretur, Dux pro ſua in Eccleſias benevolentia, illico per litteras mandavit Ulrico Phanberchio, ut Præpoſitum in poſſeſſione Sylvæ defenderet, quod & præſtitit Ulricus, aſt *Hertnidus Ramenſteinius* moleſtare Præpoſitum cum capitulo non deſtitit ut proinde, & officio ſuo, & juſſis Principis ſatisfaceret Phanbergius, in *Chrauvvath* loco Styriæ Superioris, & Seccovienſibus & D. de Ramenſtein, utcunque vicino & commodo, *judicium generale* celebravit, in quo cum Præpoſitus momenta cauſæ ſuæ, apertiſſime probaret, Sylva ea denuo eidem eſt adjudicata. V. plura tomo hoc annot. Diplom. 180.

Wakerzil judex Græc.

Ramenſtein de Hartnidus.

Chrauvvathi placitum.

Teſtes rei: 1. *Leutoldus de Peccab* liber. v. to. 1. annot. Diplom. 9.

2. D. *Wigandus de Mäſſenberg.* V. tomo 1. annot. Diplom. 41.

3. D. *Rudolphus, & frater ſuus de Stadeke.* V. to. 2. annot. Dipl. 40. ubi Rudolfo 1. fratrem Leutoldum 1. fuiſſe oſtendi.

Altenhoven locus & famil. 4. *D. Marquardus de Altenhoven.* *Altenhoven*, oppidum & arx eſt Carinthiæ, jurisdictionis tamen Salisburgenſis, teſte Megiſero, locus præterea Styriæ Super. ad Kätſch & Pux exiſtens, tandem etiam in eadem Styria noſtra exiſtit arx ejus nominis intra Muram, & Dravum olim DD. de Cronthal, hodie Bar. de Moshart. In Auſtriæ circulo Mühlano ſeu Mihl-Viertl arx *Altenhof.* An jam hi Domini de Altenhofen ex Auſtria, Styria, vel Carinthia ſint derivandi? arduum eſt definire: e Carinthia vix orta fuerit hæc familia, nam, ut teſtatur author German. Sacræ to. 2. f. 154. *Dynaſtia Altenhovenſis*, in Carinthia coaluit e variis bonis, præcipue ditione Krapfeldenſi, cum alpibus, domibus, pratibus, paſcuis &c. attinentibus & Salisburgenſes ipſi Archiepiſcopi, Dynaſtiæ huic nomen novum indidere: an. 1308. arcem Altenhoven in Carinthia Conradus 4. Archiep. Salisb. per *Hartnidum de Weiſſenek* extrui juſſit, arcem hanc circa an. 1490. ab Hungaris deſtructam reparavit dein Leonardus ex Canon. Reg. in Oberndorf, Archiep. Salisb. factus Sæc. 16. initio. Plura de hoc loco obvenient tempore Lutheri: Itaque ex hac arce Dominos de Altenhoven non cenſeo repetendos.

Weiſſenek de Hartnidus.

In Styria noſtra floruiſſe hos Dynaſtas, necrologia varia perſuadent, ſic in Necrol. Runenſi, *Rugerus de Altenhoven* 17. *Kal. Febr. Mangol-*

ngoldus de Altenhofen 11. *Kal. Febr. Chunradus miles de Altenhofen* 17. *Kal. April. Chunegund de Altenhofen* 2. *Id. Aprilis, Herrandus de Altenhofen*, 9. *Kal. Dec.* ex quibus non incongrue auguror, hos, Dynaſtas arcis dictæ Altenhofen, intra Muram, & Dravum ſitæ fuiſſe, Runenſi monaſterio vicinos. An vero Marquardus hic in Necrol. Runenſ. omiſſus ex iisdem Styriæ Dynaſtis fuerit? ſuſpicor omnino, eo, quod cum reliquis Styriæ Dynaſtis judicio huic generali in Chrauwath adfuerit.

Porreck de Henricus.

5. D. *Heinricus de Porrek.* Ignotus mihi hactenus, & nunquam antea viſus teſtis.

Ad An. 1244. ad Diploma 86.

An. 1244. ad Dipl. 86.

Quemadmodum ex Diplom. Eberhardi 2. inter Can. Seccov. num. 47. patet, Præpoſitum, & Capit. Seccov. nullo unquam jure quidquam ſibi de electione Epiſcopi Seccov. poſſe vindicare, ita quoque Honorius 3. P. in erectione Epiſc. Seccov. præcavit, ut Eccleſia Canon. Seccov. in omnibus bonis, & juribus ſuis maneret indemnis, ſeque ſe Epiſcopus Seccov. juri electionis Præpoſiti nullo modo ingereret, cum vero anni prioris fine vel hujus initio Conradus Præp. ſ. obiret, Canonici Seccovienſes in ſuum Epiſcopum compromiſerunt, ut eisdem hac vice nominaret Præpoſitum. Ne vero quid juris inde accreſceret Epiſcopis Seccov. Ulricus electus Seccov. nondum vero conſecratus Epiſcopus, cautionem hanc ſcriptam, de jure nullo, ex hac nominatione Epiſc. obveniente edidit: plura de his in Chron. dixi.

Seccov. Epiſc. Prælatorum electio independens.

Datum eſt Diploma *in Pyber*, quo in loco D. Andreæ ſacro parochiam hodie tenent San-Lambertini, eamque Præpoſituram vocant, de qua pl. ad an. 1251.

Pyber paroch. S. Lambert.

Ad an. 1245. ad Diploma 87.

An. 1245. ad Dipl. 87.

Perquam commodum accidit neoplantatæ Cathedræ Seccov. ut tales obtineret Epiſcopos, qui obſequiis & ſervitiis ſuis favores Principum ſibi demererentur, ne in flore quaſi ſuffocata periret hoc tempore, inter licentiam armorum, atque nobilium. Henrico Ep. def. addictiſſimum fuiſſe Ducem noſtrum ex hactenus dictis apparet, Ulricum ſucceſſorem, antea ſcribam ſeu Protonotarium Principis, eidem exhibuiſſe fidelia, & devota obſequia, ſpemque dediſſe, ut ea etiam poſthac ſit exhibiturus, hoc Diploma aperte verbis ipſius Ducis teſtatur.

Epiſc. Seccov. laus.

Contigit vero jam Henrici adhuc viventis tempore, ut *Hertnidus de Orte* vir in Auſtria, & Styria potens prædiis (v. tomo 1. annot. Diplom. 13. & tomo 2. annot. Diplom. 29. 55. & 74.) licet cæteroquin Canonicorum Seccov. & compililienſium magnus eſſet benefactor, Epiſcopatui tamen Seccov. utcunque moleſtus fuerit, ita, ut jam Henr. Epiſcopus Seccov. dum adhuc viveret, de injuriis ejusdem, Duci conquereretur, repetiit querelas Ulricus electus Seccov. perſuaſitque Principi piiſſimo, ut damna Eccleſiæ ſuæ repararentur.

Orte de Hertn. moleſtus Epiſc. Seccov.

Damna Epiſcopatui Seccov. ab *Hertnido de Orte* illata, non recenſentur, magna tamen fuiſſe ea oportuit, quod *Eccleſia Seccov. enormiter offenſa & depreſſa* fuiſſe, inde dicatur, & quod ea ex Diplom. 156. ad

500. marc. cenſeantur. Idem vero Hartnidus feudum ſuum Duci Frid. ita obligavit, ut illud in poteſtatem Ducis tranſiret, ſi promiſſa Duci facta non compleret, vel ſi unquam Eberhardum Archiep. Salisb. vel terras Ducis quoquomodo læderet. Itaque cum Hertnidus non ſolum Archiepiſcopum, ſed etiam terras Ducis, in quibus bona Seccov. Cathedræ erant, læderet per damna Seccov. Epiſcopatui illata, hinc Fridericus Dux, caſtrum *Weiſſenek* ad ſe devolutum, cum omnibus poſſeſſionibus pertinentiis Eccleſiæ Seccov. in campenſationem damnorum feodali titulo, perpetuo poſſidendum tradidit.

Weiſſenek caſtrum datur Epiſcop. Seccov.

Caſtrum hoc in Diplom. *Wechſerek*, & in alio apographo *Waizzepök* appellatur, fuiſſe tamen caſtrum *Weiſſenek* in Styria docet Author Germ. Sacr. tomo 2. f. 959. & alia etiam documenta probant, nam cum an. 1286. de hoc ipſo caſtro *Weiſſenegg* inter Albertum Ducem, & Rudolphum Archiep. controverſia ageretur, legati Salisb. Duci conquerebantur, *quod feudum Eccleſiæ per mortem Hartnidi de Orte caducum ſibi arrogaret.* Dux Albertus, reſpondit ad hæc, ſe quidem probe gnarum eſſe, feudum Eccleſiæ Salisb. eſſe caſtrum *Weiſſenek*: cum enim *Hertnidus de Orte* ejusdem Dominus in Eberhardum Archiep. multa indigna tractaret, judicatus eſt omnibus bonis fiduciariis excidiſſe, dein vero reconciliatus Archiepiſcopo ea recuperavit, ſponſione tamen facta, ut ſi quid in poſterum delingueret, incideret in pœnam commiſſi, rediit mox ad vomitum Hartnidus de Orte, Eccleſiam multis modis exagitans, Epiſcopus edita per tabulas publicas proſcriptione feudorum, Principes & Comites admonuit, ut, qui ea vellet redimere, profiteretur nomen ſuum:

Olim feudum Eccl. Salisb.

Orte de Hartn. fata.

Ei adimitur hoc caſtrum & datur Frideric. Duc. Auſtr. ab Arch. Salisb.

Inde incitatus Fridericus Dux, adjecit animum ad caſtrum *Weiſſenek*, idque Friſaci recepit ea cum conditione, ut Dux in ſe recipiat onus reſpondendi omnibus, qui eſſent aliquid ex adverſo moturi. Dux onere hoc recepto, Judenburgum eſt reverſus: hæc diu ante hunc annum contigerint, cum Hartnidus teſte hoc Diplom. caſtrum *Weiſſenek* feudali tit. a Duce hoc anno habuerit.

Orte de Hartn. remittitur.

Hartnidus de Orte cognita hac re conſternatus omne ſtudium adhibuit, gratiam Archiepiſcopi ut recuperaret, miſitque ea de re nuncios Friſacum, qui obſequium, fidem, omnia Antiſtiti pollicerentur, ſed hic inconſtantiam hominis adverſatus, cum nihil ſibi cum eo eſſe vellet, ajebat, ſe feudum Duci Auſtriæ contuliſſe: Poſt reditum nunciorum venit ad Hartnidum tabellarius Ducis, poſtulans caſtrum cum appendicibus tradi, Hartnidus inde vi obniſus (opibus enim & potentia valebat) Stubenbergium invadit, & male multat, itaque condicitur dies Judenburgi, comparet Hartnidus, & actor Ducis, nomine Faben, qui tunc curator erat libellorum provincialium; Ibi de modo conventionis diu diſſertatum, nihil conventum, Dux caſtri poſſeſſionem petiit, Hartnidus eandem mordicus defendit; ſoluto ſic inaniter conventu, uterque navi commiſſus, Mura amne devehitur, quod ubi Stubenbergius audiit, in prato quodam infra S. Dyoniſium latens, ad ripam cum ſuis occurrit, & miſſis in vectores ſagittis, appelli Ocyus jubet, quod ubi factum, Hartnidus captus in cuſtodiam eſt deductus, qua in cuſtodia neceſſitate compulſus pro damnis ſatisfecit, cautiones

Orte de Hartn. captus a Stubenbergio infra S. Dyonyſ. in Styr.

jura-

juravit: mox Hartnidus a Duce poſtulatus Neoſtadium ducitur, ubi longo tempore in vinculis hæſit, neque tamen eum carcer, vel metus exitii, ut inſtrumentum ceſſionis ederet, permovere potuit, & in tali ſtatu etiam obiit. Ita Albertus Dux legatis Salisburg. reſpondit, ut ad an. 1286. ex auth. Germ. Sacræ Ulricus dicetur. V. Dipl. 156. *Neoſtadii obiit inclusus.*

Ex his itaque patet caſtrum *Weiſſenek* feudum fuiſſe Eccleſiæ Salisburg. ac ab Eberhardo 2. Archiep. Hartnido de Orte conceſſum tit. feodali, cum vero hic, & Eberhardo antiſtiti, & Eccleſiis moleſtus eſſet, eo privatus eſt altera vice, caſtrumque id Friderico Duci Auſtriæ conceſſum tit. feudali, qui id repetens, ac obtinere non potens, captum a Stubenbergio Hartnidum de Orte Neoſtadium abduxit, quo in loco, licet inſtrumentum ceſſionis etiam per carceris moleſtias extorquere non poſſet, hoc tamen Diplomate teſtante, oretenus obtinuerit, ut Hartnidus ſuum feudum taliter Duci *obligaret, ut in ſui, ſeu Ducis dominium tranſiret*, ſi unquam Archiep. Eberhardi vel terras Ducis quoquo modo læderet: Dux dein auditis Eccleſiæ Seccov. illatis damnis pronuntiavit, caſtrum hoc ad ſuum Dominium tranſiiſſe, idque eodem feudali tit. quo ipſe poſſederat ab Eccleſia Salisburg. Eccl. Epiſcopali Seccov. tranſcripſit.

Ex his ulterior profluit ratio, cur an. 1286. caſtrum *Weiſſenek* per Archiep. Salisburgenſes ab Auſtriacis fuerit repetitum, cum enim Frider. Dux caſtrum hoc feudali tit. poſſideret, ſicque eodem tit. Eccleſiæ Seccov. traderet, Friderico ſine prole mortuo caſtrum eo vinculo ſolutum, ad Eccleſiam Salisburg. rediit, nec Salisburgenſibus cum Eccleſia Seccovienſi cauſa erat, ſed cum Auſtriacis, qui id reddere ſub Alberto negabant, tum quod etiam Ottocarus Rex dum Styriæ dominaretur, id poſſideret, tam, quod Fridericus Archiep. Salisburg. id a Rudolpho 1. Habſpurgico non repoſceret; atque ab hoc tempore judico caſtrum *Weiſſenek* abalienatum ab Eccleſia Salisburg. in manibus Imp. remanſiſſe, qui illud dein variis Dynaſtis locarunt: plura adhuc hoc ſæculo dicentur. *Weiſſenek cur a Salisb. repetitum.*

Weiſſeneg plura caſtra erant olim, unum in Carinthia infer. haud procul gentiſoro, gentilitium *Baronum de Weiſſenek*, de quibus egi tomo 1. ad an. 1120. Lexicon Baſileenſe familiam hanc uti, & arcem infra Muraviam in Styria ponit, de qua mihi nec ex chartis topogr. neque ex aliis documentis quidquam conſtat, tandem *Weiſſenek* caſtrum infra Græcium, ad Wildonium, de quo lis hæc longa, & gravis Duces Auſtriæ cum Archiepiſcopis Salisburg. commiſit. *Weiſſeneck 3 caſtra.*

Expoſita ſic Diplomatis hujus ſubſtantia, teſtes ſunt examinandi.

1. *Nicolaus Seccov. Præpoſ.* quem an. pr. electum dixi.
2. *Leupoldus Ardac. Præp.* V. hic annot. Diplom. 82.
3. *Magiſter Gotſchalcus Protonotarius Ducis.* Cognomen abeſt.
4. *Witego ſcriba Styriæ.* Etiam cognomen abeſt.
5. *Otto de Wilchunskirchen Camerarius.* V. tom. 2. annot. Dipl. 82.
6. *Dietericus de Dobrach Pincerna.* V. tom. 2. annot. Diplom. 82.
7. *Troutlichus Dapifer.* Cognomen deeſt.

Actum in Stroelze loco Auſtriæ in circulo infra ſylvam Viennenſ. ſito.

Ad Dipl. 88.

Ad Diploma 88.

Pasalerses decimæ Eccl. Secc.

Decimas in Pasal proprietario jure ad Episcopatum Seccov. pertinuisse hoc ex Diplom. habemus, has Eberhardus Archiep. Salisburg. titulo feudali contulerat *Popponi nob. D. de Pekach*, unde ut indemnis fieret Ecclesia Seccoviensis, publico hoc Diplomate cum consensu capit. sui sanxit Eberhardus, eidem Ecclesiæ redditus æquipollentes, ubicunque vellet *in Marchiæ*, seu Styriæ partibus, assignare.

Peeca de Poppo.

Marchiæ nom. Styria venit.

Testes rei actæ. 1. *D. Poppo de Pekach.* V. tomo 1. annot. Dipl. 9.

2. *D. Otto de Chunigsperch.* V. tom. 1. annot. Diplom. 58. & tom. 2. Diplom. 3.

3. *D. Wulfingus de Leybenz.* V. tom. 1. annot. Diplom. 8. & tom. 2. Diplom. 3.

4. *D. Ortolfus de Stretvvich.* V. tomo 1. annot. Diplom. 86.

5. *D. Hartungus de Leybenz.* Ut supra.

In Strasgang agit Arch. Salz.

Actum apud *Strazganch* penes Græcium, quo in loco, hoc anno exstitisse Eberhardum Archiep. in Chronol. mea dixi Epochæ legitimæ sunt.

Ad Dipl. 89.

Ad Diploma 89.

Scribæ provinc. Styr. munus

Scribæ provincialis officium fuisse, curare libellos, & Diplomata provinciæ, dixi in annot. Dipl. 80. sententiam tamen Judicialem ferre, quantum observare licuit, penes Judicem provincialem hærebet, censeo tamen, impeditum forte aliis negotiis judicem provincialem, id munus demandare potuisse scribæ Styriæ; hoc testari videtur Witigo ipse hoc in Diplom. dicens, se *in mandatis habuisse a Duce, ut judicium, & justitiam faceret universis petentibus per Styriam.*

Hoc ubi rescivit Abbas Admontensis Bertholdus 2. pro Parthenone Admontensi sollicitus, Witigonem adiit, atque prædia harum sanctimonialium abalienata repetiit, ut hoc Diploma docet, Leopoldus 2. glorioſus pater Ducis nostri Friderici in remedium animæ suæ contulit Parthenoni Admont. prædium suum in *Vinsterpels*, scilicet pratum cum adjacentibus quibusdam beneficiis, hoc vero impetiit *Henricus de Pernek* (de quo v. tomo hoc 2. annot. Diplom. 42.) cum vero Abbas Admont. sufficientibus documentis probasset, prædium id suarum esse sanctimonialium, iisdem a Witigone possessio quieta est adjudicata.

Leopold. 2. gl. Dux Admont. Parthen. dat prædium in Vinsterpels.

Pernek de Henricus.

Admontens. sanctimon. litteratæ.

At cur hoc in Diplom. *literatæ sanctimoniales in Admunt* dicuntur? censeo eas latinæ linguæ fuisse peritas, uti enim an. 1168. tom. 1. ostendi, Gerhohus Reicherspergensis Præp. vir sui ævi doctissimus, iisdem monialibus Admontensibus, ad earum instantiam scripsit expositionem psalmi 50. *ut justificeris in sermonibus tuis*, & quidem idiomate latino, ut v. apud Cl. Bern. Pez cod. Diplom. parte 1. f. 593. unde eas literatas, seu idiomatis latini peritas fuisse colligo.

Chrauvati judic. provins.

Data est sententia denuo in *Chrauvvat* loco Styr. Super.

AD

Ad Diplom. 90.

Ad Dipl. 90.

Eberhardus Salisburg. roborat donationem quandam iisdem ſanctimonialibus in Admunt factam, *a Sophia Marchioniſſa*, hæc enim marito ſuo Henrico Marchione an. circiter 1128. viduata, peccata ſua in Monaſterio Admontenſi deflere cupiens, prædia ſua in *Mainhalmiſtorf*, & *Obervvelz* 18. marcarum reddituum monetæ Friſac. omni cum jure Eccleſiæ Admont. contulit pro ſe, & marito ſuo def. ita tamen, ut Abbas, & conventus Admont. in feſto S. Martini, vel prius ſingulis annis de his ipſis redditibus, tot redditus ei perſolvant, quot ipſa antea percipere conſuevit, quod Abbas, & conventus promiſit, ſimulque, quod ei adminiſtratam portionem nempe vivendi dare, & fructus reddituum ad dies vitæ perſolvere velint. Conſtituit autem Sophia, ut de his prædiis, redditus 3. marcarum *cameræ Dominarum* (ſeu redditibus Dominarum harum, *camerarius* enim olim idem erat, ac communium proventium adminiſtrator ſeu œconomus) una ſacriſtiæ, & una ſororibus nempe laicis (*Dominarum* nomine venere ſorores conventuales, ſeu chorales) cederent, ac ut a morte ipſius anniverſarius pro ſe, & marito ſuo celebretur.

Admont. Parth. variæ donat.

Sophia March. de Andechs mar. Henr. Marchio. Auſtriæ.

Camera.

Camerarius in Monaſt. quid.

Sophia Marchioniſſa in Andechs, Marchionis Iſtriæ Henrici vidua, atque ideo etiam *Marchioniſſa Iſtriæ* dicta, an etiam ſanctimonialis in Admont fuerit? quæri poteſt; etenim verba hæc *peccata ſua apud cœnobium Admontenſe deflens* non illico ſtatum votivum, & religioſum indicare videntur, præſertim, cum ipſa ſibi redditus prædiorum ſuorum ad tempus vitæ ſuæ reſervaverit, ut hæc ex Diplom. patet.

Sophia March. in Andechs an Monacha Admon.

Nihilominus Necrol. Admont. Monaſt. apud Cl. Hier. Pez tom. 2. col. 200. eam inter moniales refert his verbis: *XI. Kal. Febr. Sophia ex Marchioniſſa Iſtriæ Monacha noſtræ congregationis*, ex quo documento domeſtico non rejiciendo, cenſeo vel eam poſt hanc donationem, & ſibi factam reddituum annuorum reſervationem primo velamen S. profeſſionis in Monaſterio Admont. ſuſcepiſſe, vel etiam eam fructuum annuorum reſervationem cum licentia Superiorum factam voto paupertatis non repugnaſſe, uti noſtris etiam temporibus ea admittitur, præſertim in Monaſteriis monialium: immo Congreg. S. Salvatoris Bonon. Ord. Can. Reg. S. Aug. an. 1642. Urbanus 8. conceſſit, ut peculio ſuo a Monaſterii Prælato admiſſo, emere poſſint nomine Monaſterii cenſus, bona ſtabilia, ac inde reſultantem annuum cenſum 4. ſcutorum circiter, pro quovis centenario ſeu 100. fl. Summa, recipere ab ipſo Monaſterio, pro neceſſariis & honeſtis expenſis, ut v. Riſtl, commentar. in Reg. S. Aug. f. 226.

Reddit. annui cum licent. Sup. non repugnant voto paup.

Hiſce expenſis quæpiam de Sophia hac, ejusque marito Henrico Iſtriæ March. ſunt differenda. Hübnerus in Geneal. Andechſiarum tab. 128. hoſce Marchiones Andecenſes, & Meraniæ Duces, ac Dominos Tyrolis, ab Arnulpho Imp. Rom. an. 899. mortuo deducit. Henrici hujus avus *Bertholdus* 3. fuit a Frider. 1. Imp. Dux 1. Meraniæ factus, atque an. 1188. mortuus, eum *in Windiſchgrätz* varia poſſediſſe, & Seiz. Cartuſiæ donaſſe, ſuo loco ex Diplom. Seiz. 22. oſtendi. Pater Henrici erat *Bertholdus* 4. de quo idem Diploma videndum,

Andecenſ. ret. Henr. March. Iſtriæ. Bertholdus 3. & 4. de Andechs.

Otto 1. v. sen. Dux Meran. dum, fratres Henricus hic habuit plurimos, & quidem, ut refert Hübnerus cit. *Ottonem* 1. *Seniorem seu magnum* Meraniæ Ducem. *Bertholdum Patr. Aquilej.* *Bertholdus Patr. Aquilej. Erembertum Episc. Bamberg.* quem Albericus Monachus 3. fontium ad an. 1196. vocat *Angelbertum*, Arenpekius in stemate, & Hoffmanus in annal. Bamberg. *Eibertum*, de quo circa an. 1212. ubi de dedicat. Eccl. Gyrienſ. locuti ſuimus, plura dicta ſunt; ſorores Henrici hujus erant, Hübnero cit. teſte, *Agnes* Philippi 2. Regis Franciæ uxor. *Agnes Reg. Franc. Gertrud. Reg. Hungar.* *Gertrudes* Andr. 2. Regis Hung. Conjux. S. *Hedvviges* nupta Henrico 1. Sileſiæ Duci, *Mechthildes Abbatiſſa* in Kyzingen, *Jutha* Ottone 2. Meraniæ Duce an. 1248. occiſo hæres Andecenſis, cujus maritus erat Albertus Comes Tyrolis. Arempekius 4tam, & 5tam omittit. Albericus cit. 4tam, ſine nomine detecto, Abbatiſſam fuiſſe docet, ſed in nomine *Mechthildis Abbatiſſæ* erraverit Hübnerus, nam Chron. Mellic. de Mechtilde ita loquitur: *Bertholdus Patriarcha Aquilejenſis, frater Ottonis Ducis Meraniæ, cujus ſoror Mechtildes Comitiſſa Tyrolis.* *Mechtildes an Abb. an Com. Tyr. S. Hedwiges Duc. Sileſiæ Jutha Com. Tyr.*

De Henrico noſtro in additam: Chron. Mellic. ad an. 1241. ita ſcribitur, *floruit circa hæc tempora Heinricus Marchio Iſtriæ, frater Ottonis Senioris Ducis Meraniæ cum conjuge Sophia ſepultus in Andecenſi*: unde Sophiæ id contigit, quod Chunegundi Styriæ March. Ottoc. 5. uxori, quæ, licet monialis eſſet Admontenſis, ſepulturam tamen mariti ſui Seizenſem obtinuit, ut tomo 1. dictum, obiit Henricus teſte Hübnero an. 1248. quod confirmat Arempekius lib. 5. Chron. Bajoar. cap. 13. his verbis, *Heinricus ultimus Comes de Andechs - - - caſtrum ſuum de Andachs deſtruxit, ne de cætero Aliquis comitum ſuorum conſanguineorum ſibi uſurparet, & eodem anno Chriſti* 1228. *obiit.*

Tyrolis olim Meraniæ Ducat. Quemadmodum vero Henricus Stemma Andecenſium clauſit, ita Otto 2. teſte Chron. Salisb. & Mellic. an. 1248. ſine maſcula prole defunctus eſt, ſicque jutha Alberti Com. Tyrol. uxor in hæreditatem Andec. ſucceſſit. Plura de hoc ſtemmate, v. in Archontol. Carinth. tab. 4. Genealog. Andechſiorum, & part. 2. Cap. 4. per totum ubi *Sophia filia Alberti, Com. de Weichsperg* appellatur.

Henrici Sophiæ mariti fata breviter attingo ex ſupradictis: Bertholdo 4. an. 1204. ſucceſſit in terris Tyrolenſibus ſub Ducatus Meraniæ nomine comprehenſis, Otto 1. ſeu Senior Dux Meraniæ in Marchionatu Iſtriæ filius Junior Henricus: hic in die Epiphaniæ an. 1209. Auguſtenſi in colloquio exauthoratus eſt, ob cædem Philippi regis, ita enim ſcribit Otto de S. Blaſio urſtiſii part. 1. pag. 226. *Ottonem Palatinum de Wittilinſpach nec non Marchionem de Andechſe* (Henricum) *lege Bavarica* Otto 4. rex *ſententialiter proſcripſit, eosque dignitatibus ac prædiorum ſuorum redditibus, ſine ſpe recuperationis judicialiter privavit, dignitates eorum in alios transferens*, & ſic Iſtria Ludovico Bavaro ceſſit teſte Anon. Leob. an. 1110. an Henricus Marchio opere vel Conſilio ad cædem Philippi concurrerit? dubium eſt inter authores v. an. 1208. *Henr. Marcb. Iſtriæ fata.*

Hæc de Sophia Andecenſi, cujus donatio, ut firmior eſſet, non ſuo ſolum, ſed etiam Conradi Epiſc. Friſing: ac Conradi Abbatis Admont. ſigillo chartam muniri voluit Eberhardus: Dies, annus, locus deſunt, unde forte an. 1240. vel 1241. ea aſſignari poſſet, præſertim cum Conradus Abbas Admont. jam an. 1242. defunctus legatur, ut v. in Chronol.

AD

Ad an. 1246. ad Diploma 91.

Ad an. 1246. ad Diplom. 91.

Diximus Diplomate 87. Eberhardum, cum an. 1245. tertio Idus Junii in *Straſganch* prope Græcium ageret, electo Seccov. Ulrico, in compenſationem decimarum in Poſeyle promiſſiſſe æquipollentes in Marchia redditus, quos ipſe Ulricus elegerit; hoc an. eos determinaſſe videtur Ulricus, primo nempe omnes decimas, quæ in *Sakkatal, & circa fl. Sulben* per mortem *D. Reinberti de Muereke* vacabant, Eccleſiæ Salisburgenſi. 2do decimas etiam in *Chirchperg ultra montem Semerinch* in Auſtria, quæ per mortem Friderici Auſtriæ Ducis recidebant.

Seccov. Epiſc. decimæ in Sakatal, circa fl. Sulben, in Kirchberg Auſtriæ.

Vallis *Sakkatal*, ubi S. Joannis parochia infra Leibnizium, uti & fl. *Sulbe*, ſeu nunc *Sulm* dictus, illud prope alluit: quo in loco decimas feudi titulo poſſedit D. *Reinbertus de Muereke*, quem ex Diplom. 84. judicem provincialem Styriæ fuiſſe dixi. Reinbertus hic 2. procul dubio ultimus fuerit, eo quod alias decimæ hæ eidem feudi titulo ab Eccleſ. Salisburg. conceſſæ, non vacaſſent.

Sakatal locus.

Sulbe vel Sulbn fluv.

Muereck de Reinbert. 2. ult. famil.

Quoniam vero decimæ in Poſeyl longe ampliores erant, quam præfatæ, ut compenſatio legitima fieret, adjecit Eberhardus de conſenſu ſui capituli decimas *in Kirchberg in Auſtria ultra montem Semering*, ubi Parthenonem canoniſſarum S. Aug. exiſtere, jam ſæpius diximus.

Kirchberg in Auſtriæ decimæ.

Teſtes compenſationis hujus erant 1. *Ulricus ven. Lavandin. Epiſcopus*, hic primus erat Epiſcopus hujus Cathedræ an. 1226. erectæ, cui an. eod. præfectus eſt Udalricus hic, antea plebanus ſeu parochus in Haus Super. Styriæ teſte Chron. Salisburg. *An. MCCXXVI. Archiepiſcopus inſtituit ſedem Cathedralem apud S. Andream in Lavent, cui præfecit Ulricum Plebanum in Hus*, qui an. 1228. conſecratus eſt, 14. Maji die Pentec. Straubingæ, dum Otto Bav. Ducis filius gladio accingeretur, ut eo anno dictum: an. 1233. Idem cum Archiep. ſuo aderat conventui Landishutano.

Ulric. Epiſc. 1. Lavant.

Antea Plebanus in Haus.

2. *Otto Præp. Salisb.* hujus nom. 2. electus an. 1242. variis rebus geſtis Clariſſimus, nam an. 1251. cauſam capituli ſui contra Philippum electum, coram Innoc. 4. evicit. an. 1256. Romam denuo miſſus ad cauſam Ulrici contra Philippum depoſitum evincendam, an. 1264. arbiter delectus, ut San-Petrenſes cum Canonicis Salisburg. in concordiam reduceret, eod. etiam an. obiit.

Otto 2. Præp. Salisb.

3. *Fridericus de Leibenz & Algotus ejusd. Eccleſ. Canonici* nempe Salisb. v. tomo hoc 2. in annot. Diplom. 3. Algoti cognomen deeſt.

Frider. de Leibniz Can. Salisb.

4. *Hermannus hoſpitalarius in Cervvald.* Præfectus hic fuerit & Curio Sacer celeberrimi hoſpitalis Cerewaldenſis ab Ottoc. 5. fundati, de quo pl. tomo 1. annot. Diplom. 36. ſed dolendum, unicum e hac ſerie hoſpitaliorum mihi hactenus innotuiſſe hunc Hermannum. Clericum fuiſſe ex eo patet, quod ultimus licet, ex Eccleſiaſticis, ante Sæc. teſtes tamen referatur.

Cerewald de Herman. hoſpit.

5. *Chunradus de Horneke.* V. tom. 2. annot. Diplom. 80.

Hanaw de Hanowe.

6. *Chunradus de Hanovve.* Hos Dominos in Styria poſſediſſe redditus, & Eccleſ. Salisburg. fuiſſe feudatarios oſtendit diploma Epiſc. Seccov. 40. in quo *Wulfingus de Hanau* an. 1258. in Pyber exiſtens, teſtatur ſibi decimas in *Hirſchegg* loco Styriæ infra Loncowizium, ubi parochiam

Hirſchegg loc. Styr.

rochiam B. V. M. ſacram adminiſtrant San-Lambertini, in feudum fuiſſe conceſſas, ſuperſuit Wulfingus hic an. 1278. quo *Ulrico & Agneti Com. de Heimburch* Gyrienſi cartuſiæ beneficis teſtem egit, apud Voitsperg 4. non. Jul. ut v. Diplom. Gyrienſe 8. anno 1261. inter nobiles Styriæ teſtis legitur, in Diplom. Run. 26. quo *Wocho de Roſenberg* caſtrum Helfenſtein Runenſibus adſcripſit. *Gertrudes Hanauerin* Abbat. 17. Göſſ. fuit an. 1355. Eosdem circa Voitſpergam Styriæ, prædia ſua habuiſſe teſtatur Wurmbrand. f. 92. docens ab iisdem DD. de *Hanau & Launs* Monaſterium in Voitſperg, fuiſſe fundatum an. 1427. Bucelinus & Hübnerus horum Styriæ Dynaſtarum non meminere. Lazius lib. 6. de migr. gentium f. 212. eos inter Styros reponit, atque olim poſſediſſe in Styria caſtra *Waſen* (ſitum intra Ferniz & Weiſſenek, hodie Com. de Galler) & *Greifenfels*, quod niſi nomen mutavit, in Styria non invenio; in Carinthia ſitum eſt & Salisburgenſi Epiſc. ſubeſt teſte Megiſero, ſed author Germ. Sacr. tom. 2. f. 348. *Greifenburgum* Carinthiæ caſtrum Superius, Salisburgenſi paruiſſe docet, quod Megiſerus Ortenburgenſibus ſubjicit, de quo non litigo: Seriem tamen horum DD. de Hanau tarde nimis exorſus eſt Lazius, etenim loco cit. primum ponit *Wigandum*, cui an. 1300. controverſia cum Comitibus de Hardek fuit: dein *Wolfhardum* an. 1356. magiſtrum curiæ Alberti Ducis Auſtriæ, cujus ſoror prima, *Catharina*, *Hermanno*, altera, *Diemudis Nicolao pincernæ de Oſtervviz* nupſit; *Fridericus & Wetherus* eod. an. poſſedere caſtrum *Leonſtein*, *Balthaſar* fl. an. 1360. Fridericus an. 1411. præfectus *Voitſpergenſis* erat: ita Lazius, qui ultimus fors inter fundatores Monaſt. Voitſpergenſis erit referendus; pauca cæteroquin de his occurrunt, in Necrol. Runenſi 7. *Id. Martii* defunctus notatur *Otto de Hanau*.

Launs de DD.

Voitſperg Mon. fundat.

Caſtra Waſen Greifenfels Greifenburg.

Oſtervviz de Hermann & Nicolaus.

Leonſtein caſtrum.

7. *Otto de Chungeſperch.* V. tom. 1. annot. Diplom. 58. & tom. 2. annot. Diplom. 3.

8. *Hartnidus de Petovve.* V. tomo 1. annot. Diplom. 54.

9. *Wulfingus de Stubenberch.* V. tomo 1. annot. Diplom. 4.

Schwamberg v. Schwannenberg caſtr. Styr.

Datum apud *Schvvannenberg*, hodie *Schvvamberg* caſtrum Styriæ ad fines Carinthiæ, infra alpes Schwambergenſes ſitum, ex quo familiam ejusdem nominis exſtitiſſe alibi dicam.

An. 1247. ad Dipl. 92.

Ad an. 1247. ad Diploma 92.

Frider. de Petav donat Teuton. in Groſſontag villam Hermansdorf.

Ubi ea ſita.

Hermanſtorf caſtrum.

Inter continuas Styriæ etiam interdictæ turbas, non deerant tamen viri, qui Eccleſiis, locisque ſacris benefacere continuo ſtuduerunt, hos inter erat *Fridericus 2. Petovienſis Dynaſta*, Ord. Teutonicorum inſignis benefactor, qui Teutonicis ad S. Dominicam non ſolum donata a patre benigniſſime confirmavit, ſed etiam varia alia adjecit: contigit hoc anno, ut *Hermannus de Petovia de caſtro minore*, fidelis ejusdem Friderici villam *Hermanſtorf* (diſtinctam cenſeo a caſtro *Hermanſtorf* infra Græcium, ac in Styr. infer. ſitam) quam a Friderico, feudi titulo poſſedit, reſignaret cum omni jure & pertinentiis, ita tamen, ut ea villa Domui Teutonicæ Groſſontag conferretur; annuit illico Fride-

ricus

ricus, eamque *Chunrado de Oſterna ordinis ejus per Auſtriam & Styriam præceptori* tradidit, quæ omnia facta ſunt *Petovii* 5. Kal. Nov.

Tomo 1. in annot. Diplom. 54. ubi de Dynaſtis Petovienſibus egi, cenſebam, *Hermannum de Petovio, de caſtro minore* dictum, & Friderici 2. feudatarium, non fuiſſe ejusdem fratrem, mutavi tamen mentem meam hoc tomo in Diplom. 67. annot. ubi plura de eodem, & villa Hermanſtorff, ab eodem probabilius nomen ſortita loquebar.

Commendatores Teuton. olim triennales.

In eodem hoc Diplomate *P. Chunradus de Oſterna ord. Teuton. per Auſtriam, & Styriam Præceptor* vocatur, ego hoſce præceptores ſeu commendatores provinciales, triennales fuiſſe ſuſpicor hoc tempore, uti enim an. 1248. dixi, ad an. 1253. *Ortolfus de Draskirchen* commendator erat per Auſtriam & Styriam, ſic in Diplom. Teuton. S. Dominicæ 6. ad an. 1273. *Fr. Bertholdus* cum addito *tunc commendator Ffr. in S. Dominico*, & in Diplom. 7. an. 1277. *Fr. Diet. commendator* refertur, id quod plura exempla oſtendunt.

Inter teſtes 1. eſt *Chunradus Magiſter cellarii.* Hunc ord. Teuton. fuiſſe, atque id inter eos officium geſſiſſe opinor, nam in Diplom. Teuton. S. Dominicæ num. 10. an. 1315. ſimiliter adducitur Brueder Heinrich der Kellner.

2. *Heinricus Lupus.* V. hic tomo 2. annot. Diplom. 67.

3. *Hertavvicus, Eberhardus, Bertholdus, Heinricus filii Ottonis militis de Pirche.* V. tomo 2. annot. Diplom. 67.

Ad an. 1248. ad Diploma 93.

An. 1248. ad Dipl. 94.

Eberſtein de Otto Com. Præf. Auſtr. & Styriæ bis.

Ottonem comitem ab Eberſtein, Rheni ex partibus oriundum in Auſtria pluribus rebus inclaruiſſe, oſtendi in Chronol. etenim an. 1238. dum Frider. Imp. & Fridericus 1. Dux Auſtriæ, & Styriæ, inter ſe diſſiderent, Otto hic a Frider. 2. Imp. Auſtriæ eſt præfectus poſt Eggebertum Epiſc. Babenberg. an. priore Viennæ defunctum; anno dein 1247. mortuo Duce Friderico iterum Otto Eberſteinius Auſtriæ, & Styriæ noſtræ eſt capitaneus datus, qui tamen an. ſeq. ob diſcordias nobilium Auſtriæ, & Styriæ, præfecturam eam ſponte dimiſit hoc an. 1248. & quidem poſt 13. Kal. Febr. quo res Styriæ adhuc moderatus fuiſſe, ex hoc ipſo Diplomate eruitur: hunc in Chron. mea, 5tum ordine capitaneum Styriæ oſtendi.

Styria ab Imperio adminiſtratur.

Apparet vero ex hoc Diplomate, Auſtriam æque ac Styriam, vacante Ducatu, ab imperio fuiſſe adminiſtratam, cum enim lis de ſucceſſore penderet, & Fridericus 2. Imp. titulo filii ſui Conradi Margarethæ Auſtr. ſenioris mariti inter Candidatos Auſtriæ, & Styriæ ipſe compareret, utrumque Ducatum, non ſuo quidem nomine, ſed tanquam feudum, ut opinabatur, imperio liberum, adminiſtrari interim fecit; hinc Otto Comes Eberſteinius ſe *Sacri Imperii per Auſtriam Styriam procuratorem, & capitaneum, & Witigo ejusdem glorioſi Imperii ſcriba*m, hoc in Diplomate ſubſignabant.

Ambo itaque donationem Sophiæ Marchioniſſæ de Andechs (de qua v. Diplom. 89.) confirmant, ajuntque, hanc donationem Parthenoni Admont. adhuc vivente Friderico Auſtriæ Duce factam, proin

ante annum 1246. quo hic obiit, locus non additur Diplomati, teſtes tamen adducuntur.

1. M. *Ulricus de Gruſcharn.* V. tomo 1. annot. Diplom. 21. 59. & 63. & tomo 2. annot. Diplom. 18.

2. *D. Otto de Erinvels.* V. tomo 2. annot. Diplom. 55.

Schrat de Waltherus. 3. *Waltherus Schratt* ignotus, quem a DD. Styriæ Schrott de Kyrtberg dictis diverſum credo, de quibus alibi.

Ad Diplom. 94.

Ad Dipl. 94.

Eccl. paroch. S. Georgii in Stiven fund. De Eccleſia parochiali *S. Georgii in Styven*, aliis in der Stüffung, in Styria, infra parochiam *S.* Dionyſii in Wolfsberg ſita, pluries jam occurrebat mentio: ad an. nempe 1218. & 1220. Inibi, cum diſtulerim de ea referre, hoc anno meis me libero verbis: fundata eſt hæc Eccleſia a comitibus de *Plejen* lineæ Auſtriacæ, etenim, ut habet Diploma Epiſcop. Seccov. num. 6. editum an. 1220. de Conrado Comite de Plejen; *parentes noſtri*, ſeu Conradi hujus, *pro ſalute perpetua, & hæreditate ſempiternæ gloriæ Deo omnipotenti, ac glorioſæ ſuæ genitrici Virgini Mariæ, nec non victorioſo Martyri Georio (Georgio) & aliis ſanctis, quorum ibi multæ continentur reliquiæ, apud Styven in honorem, memorabilem Eccleſiam fundare, & ſuo dotare primitus prædiolo curaverunt, decem videlicet areolis adjacentibus &c.* pergit in eod. Diplom. narrare Conradus Comes de Plejen: *nos ceptis eorum piiſſimis recognoſcentes debitam devotionem &c. concedimus, & volumus, ut* 5. *manſus deprædio noſtro, quod in feudo tenetis* (loquitur *ad fideles* ſeu feudatarios *ſuos H. de Wildonia & H. & U. filios ejus*, ſeu ad Herrandum 1. de Wildonia patrem, & Hertnidum 1. ac Ulricum 1. filios) *Eccleſiæ prædictæ in dotem ac proprietatem altaris ſuperioris, Capellæ delegare, ac propietatem altaris ſuperioris, Capellæ delegare, ac tradere liberam habeatis poteſtatem &c. datum apud ſevelt, an. Dom. Incarn. MCCXX.*

Plejea de Com. Conr.

Wildonii feudatarii Com. de Plejen.

Plejen Comes triplex linea. Fundatores itaque Eccleſiæ hujus erant Comites de Plejen, parentes Conradi, benefactores Wildonii, tomo primo annot. Diplom. 29. dixi duplicem fuiſſe Comitum de Plejen lineam, Bavaricam & Auſtriacam, illa hoc ſæculo periit, hæc diutius perduravit. Conradus itaque Comes, qui jam an. 1214. Græcii cum Eberhardo Archiep. exſtiterat (v. Dipl. 39) ejusque familia, plura in Styria bona obtinuit: ex quibus Wildonios quoque ſibi fideles, & obſtrictos habuerunt, conſtat ex Diplom. Seccov. Epiſc. 36. dato an. 1253. ab Ottocaro Bohemo Duce Auſtriæ, & Styriæ Comites de Pleyne (ſeu Plejen) *poſſeſſiones, & homines*, ſeu vaſallos circa *Leybenz, & Styven* habuiſſe; cum vero in Diplom. Seccov. 6. adducto habeatur, comites hos *memorabilem Eccleſiam* apud *Stiven* fundaſſe, & *de ſuo prædiolo* dotaſſe *decem videlicet areolis adjacentibus*, cenſeo prædiolum hoc *Styven* fuiſſe, uti loquitur Diploma Ottocari Bohemi. Forſitan Wildonii in eodem prædiolo Styven, 5. manſus feudi titulo a Plejenſibus habebant, ut hos etiam dictæ Eccleſiæ delegarent, ac traderent, Diplom. illo Seccov. 6. admiſit Conradus Comes Plejenſis.

Eorum in Styria bona.

Circa Leibniz & Styven.

Aſt

Aſt jam an. 1218. Eberhardus Salzburg. Archiep. apud Leibniz exiſtens eidem S. *Georgii in Stiven* Eccleſiæ, plenum jus decimarum jam antea ab Eberhardo 1. datum denuo aſſeruit, ut v. Diploma Epiſc. Seccov. num. 5. *Decimæ Eccl. Stivenſis.*

Jus patronatus hujus Eccleſiæ, Eccleſiæ Salisburgenſi obnoxium fuiſſe, docet Philippus Salzb. electus, cum enim *Eccleſia in Stiven* ſibi vacaret, eam Eccleſiam hoc an. *cum omni jure* etiam *patronatus*, conceſſit Ulrico Epiſc. Seccov. ac Succeſſoribus ejus, immo adjecit, ut proventus Eccleſiæ ejus menſæ Epiſc. Seccov. deputari valeant. *Jus patronatus penes Salzb.* *Unitur menſæ Epiſc. Seccov.*

Quæ omnia hoc vel ſeq. anno 9nis Julii Hugo Cardin. Presb. S. Sabinæ, & legatus Apoſt. Moguntiæ confirmavit in compenſationem damnorum Eccleſiæ Seccov. v. Diplom. 29. Epiſc. Seccov. apud Frælichium.

Præſentes donationi erant 1. M. *Hainricus curiæ Archiep. protonotarius.*

2. *Leutoldus de Wildonia.* V. tomo 1. annot. Diplom. 53.

3. *Fridericus de Petovve.* V. tomo 1. annot. Diplom. 54.

4. *Nicolaus de Levvenperch*, idem legitur in Diplom. Göſſ 21. dato an. circ. 1259. a Duce Carinthiæ Ulrico, ex Carinthia hic Dynaſta fuit, & an. 1258. pro Philippo electo Salisburg. contra Ulricum ſubſtitutum Archiep. Carinthos cum *Leopoldo de Scherffenberg* feliciter ſatis eduxit, de quo pl. ibidem dicta. *Lewenberch de Nicol.* *Scherfenberg de Leopold.*

Ad Diploma 95. *Ad Dipl. 95.*

Jam an. 1248. obſervatum, litem fuiſſe inter Auſtriæ, & Styriæ nobiles de ſucceſſione in provincias Friderici morte orbatas, Imperator Fridericus 2. cujus filius Conradus Rex Margaretham ſeniorem Ducis Friderici ſororem habuerat uxorem, earum provinciarum ambitione flagrabat, nec rejectum eſt jus fæmineum in haſce terras, cum ſtatus ipſi Auſtriæ vellent Fridericum, Margarethæ hujus ex Conrado filium, Interim cum teſte Pernoldo jam dudum clam a Frider. Imp. eſſet necatus, fraus erat Eberſteinii Comitis Auſtriæ, & Styriæ præfecti, dum ſpecie adducendi in has terras nepotis Imperatoris, & filii Margarethæ ex Conrado, Friderici, quosdam miniſteriales, & cives utriusque terræ ſecum in Italiam ad Imperatorem adduxit, ut eos huic velut obſides traderet.

Quo tempore Otto Eberſteinius, Auſtriæ præfectura dimiſſa, in Italiam ad Imperatorem abiit, nobilibus quibusdam Auſtriæ, & Styriæ, jus Margarethæ Auſtriacæ tanquam ſenioris filiæ Henrici Medlic: & Frider. defuncti Ducis altius cordi inſederat, quam ut Gertrudi Auſtr. Juniori Hermanno Badenſi hoc an. nuptæ, ejusque marito ſe ſubjicerent: ex his erat Præpoſitus celeberrimæ Canoniæ S. Hypoliti in Auſtria qui, utique non ſine aliorum exemplo, corroborari chartas Eccleſiæ ſuæ, a D. Margaretha Regina humillime petiit, qui licet antea Ottonem Eberſteinium, tanquam ſupremum Auſtriæ præfectum agnoſceret, eo tamen recedente Magaretham pari principis regnantis poteſtate præditam, opinabatur. *Margaretæ Auſtr. jus ſuum deferunt pl. nobil. Auſtr. & Styr.*

Quando in Heinburg venerit.

Diploma hoc cæteroquin nil ſpeciale continet, datum vero eſt hoc an. 1248. indict. 6. & 6. Kal. April. in loco *Heinburg*, quem in locum ex Trevir: S. Domin. Monaſterio (in quod an. 1245. ex Appulia ſine voto, & velamine conceſſerat) 1. an. 1247. abierat, cum Viennæ ob Ottonem Eberſteinium perſiſtere non poſſet, ut in Chronol. dictum.

An. 1249 ad Diplom. 96.

An. 1249. ad Dipl. 96.

Confirmat. donat. factæ Teuton. de villa Hermanſtorff.

Jam in annot. Diplom. 91. plurima hujus Diplomatis expoſita fuerunt; *Fridericus 2. Dynaſta de Petau*, cum miniſterialis eſſet Eccleſiæ Salisburg. ad donationis ſuæ robur, opus habuit confirmatione Archiepiſcopali, quam etiam mox obtinuit a Philippo Electo Salisburg.

Rayn caſtr. Styr. infer.

Acta ſunt hæc *Reynæ* in caſtro, ut opinor Styriæ infer. quo in loco exſtitiſſe Philippum Salisburg. initio hujus anni dixi in Chronologia, de quo caſtro plura in Diplom ſeq.

Archidiaconi Styr. infer.

Teſtium 1. *Ulricus Archidiaconus juxta Trobam* ſeu fl. Dravum, quo in territorio intra Muram, & Dravum (ubi ſita erat Eccleſia, & Domus S. Dominicæ ſeu Groſſontag) hodie Archidiaconus Strasgangenſis, juxta vero, ſeu ultra Dravum Archidiaconus Celejenſis noſtro tempore jurisdictionem exercet.

Traburg ſuper. & infer.

2. *Chunradus Decanus de Trabeberch*, Traheberch hodie *Traburgum* caſtrum, & oppidum Carinthiæ duplex eſt, unum *ſuperius* caſtrum, & oppidum Traburg Comitum Ortenburgicorum recentiorum, ex Gabriele Salamanca Hiſpano oriundorum. *Traburgum inferius*, caſtrum etiam, & oppidum Carinthiæ cum Præpoſitura Canon. Sæcularium, quo in loco Decanum ſolum, hoc tempore exſtitiſſe arbitror.

3. *M. Heinricus phyſicus*, veteri, & moderno etiam Stylo medicus.

Aichlberg de Reinber.

4. *Reinbertus de Aichelberg*, Carinthiæ Dynaſtæ erant, duplexque arx Carinthiæ, una *Aichlburg in Gayltball*, altera *Aichlberg* quæ Comitum de Khevenhiller, hodie Baronum de Aichelberg dictorum Dominiis teſte Megiſero eſt adſcripta: familiæ hujus Carinthiacæ ſeriem ordinat Bucelinus, eamque a Sæc. 11. fine orditur.

Arx Duplex.

Hailek de Otto caſtrum.

5. *Otto de Heilek*, caſtrum *Hallek* in Carinthia DD. de Welzern teſte Megiſero ſubeſt, ex quo familiam ejusdem nominis prodiiſſe reor, donec aliter edocear, cæterum incognita mihi adhuc eſt hæc familia cum rebus ſuis.

6. *Hermannus de Ramſtein.* V. pl. in annot. Diplom. 180.

Ad Diploma 97.

Ad Dipl. 97.

Wagrinſtorf villa Seccovienſ. Epiſc. datur.

Philippus idem Salzburgenſis, inter tumultus belli, Eccleſiarum non immemor Seccovienſi Epiſcopatui confirmavit villam in *Wagrinſtorf*, quæ cum aliis 2. villis per mortem Reimberti 2. de Muereke, e familia ſua ultimi (ut v. annot. Diplom. 90.) vacare ſedi Salisburgenſi cæperat.

Trakenberg de Conr.

Quamvis vero villas has, antea jam poſſederit *Chunradus de Trachenberg*, quia tamen hic ingratus Vaſallus, promiſſorum ſuorum violator,

lator, *Reyne caſtrum* infer. Styriæ Jurisd. Salisburg. ad alios clam, & fraudulenter transferre voluerat, eas villas, uti & omnia alia ipſo facto amiſiſſe dicitur.

Trakenberg ſeu *Trakenburg* arx eſt vetus circuli Celejenſis, inter Montpreiſs & Liechtenwald, cujus Dynaſta Conradus hic fuerit, e qua ſerie cæteroquin nullus occurrit; hic vero cum ob villas ſupradictas fidelis eſſet, & feudatarius ſedis Salisburg. præſumpſit clam, & fraudulenter in Dominum ſuum agere, convictusque eſt voluiſſe caſtrum Rayn in alios Dominos conferre, re comperta excidit bonis ſuis, villæque Wogrinſtorf ac aliæ duæ, Eccleſiæ Epiſcop. Seccov. ſunt datæ.

Rain urbs & caſtrum Styr. infer.

De Rayn urbecula, & caſtro egi tomo 1. diſſert. 1. & Sæc. 9. Chronol. ubi oſtendi eam urbem cum caſtro Sæc. 9. jam penes Eccleſiam Salisburgenſem fuiſſe, cum vero Sæc. 15. an. 1479. Hungaris ſub Matthia rege traderetur, ab his an. 1491. Cæſari reſtituta, neſcio quo pacto, usque ad hodiernam diem Principi terræ relicta eſt, caſtro ſolum, hodie Illuſtriſſimæ familiæ Comitum de Atthembs, obnoxio.

Gurkveld de Berth.

Inter teſtes 1. *Bertholdus de Gurkevelde.* *Gurkfeld* urbs eſt, & arx Carnioliæ, quam alluit fluvius ſavus, non procul a Rayn urbecula Styriæ diſſita, penes urbem monti inſidet caſtrum ejusdem nominis, ex quo Domini hi de Gurkvelde prodierunt, quos inter Bertholdus hic an. 1248. in litt. fundat. Monaſt. Landeſtrat. legitur teſtis, ultimus familiæ teſte Valvaſ. erat Hermannus an. 1322. miles egregius, quo def. urbs cum arce Auſtriacis ceſſit, a quibus dein ad Comites Celejenſes eſt devoluta, ut ſuo loco dicetur: hodie caſtrum idem, eſt DD. Comitum de Straſſoldo, qui illud emptu obtinuerunt.

Caſtrum & urbs.

2. *Reinberus de Aichelberg.* V. Dipl. præced.

3. *Wulfingus de Soces.* Ignotus hactenus teſtis, nec Styriæ noſtræ inquilinus.

Soces de Wulfingus.

Actum in caſtro *Reyne* opinor, non vero in Monaſterio Runenſi ut Auth. Germ. Sacr. to. 2. f. 960. Monaſterium enim illud in Diplom. veterum, nunquam *Reyne*, ſed *Rune* vel *Runa* appellatum lego.

Ad Diploma 98.

Ad Dipl. 98.

Diploma hoc rebus Styriæ inſerui, non quaſi Hermannum Styriæ Ducem cenſerem, ſed, ut innoteſcat, quam avide Styriæ noſtræ Principes inhiaverint, uti enim in Chronologia obſervavi, dum Otto Dux Bavariæ ſuis rebus conſulturus, Auſtriæ præfecturam dimitteret, Auſtriam proprio principi, & ſibi quidem affini tradere volebat; Hermannus itaque Badenſis ob uxorem Gertrudem Auſtriacam, Viennam adiit, utriusque Ducatus habenas prenſurus, Papam ſibi benevolum habuit, qui pro ejus inauguratione ad Wilhelmum Germaniæ regem data opera ſcripſit; ſeu inauguratus fuerit Dux Auſtriæ Hermannus, ſeu non, geſſit ſe tamen talem, ſcripſitque Ducem Auſtriæ, & Styriæ, nec hoc ſolum Diploma evincit, ſed aliud etiam in iisdem annalibus Zwetlenſibus, quod ex annal. Auſtr. Superioris D. Baronis Richardi Streunii deſumpſerunt, cujus idem initium eſt nempe:

Hermannus Bad. n. fuit Dux Styr.

GENEALOGIA STUCHSIORUM DE TRAUTMANSTORF.

TABULA I.

A. *Ditricus Stuchs* an. 1249.

C. *Albero v. Albert.* 2. an. 1347. ad 1371.

D. *Hadmarus* & *Martinus* ff. auth. arcis *Stuchsenſtain* an. 1347. &c.

C. Hademari fil.

Albertus 3. an. 1371.

B. *Albertus* 1. *Stuchs de Trautmanſtorf* an. 1260. uxor N. hic teſte MS. Kainach. memorati in privil. Styriæ ſeu **Landshandfeſt** an. 1292. Dominus arcis Trautmanſtorf in Styria.

* *Leopold de Trautmanſtorf.*

Conradus hos omnes ex arbore Geneal. Wolfg. Dieter. de Trautmanſtorf eruit Kainachius.

Herrandus 1. *magnus* uxor Diemudis.

Hector Ord. Teuton. hic teſte MS. Kainach. cum Seifrido de Fraunburg duellum iniit ob nobilitatis avitæ prærogativam, eumque vicit, Dipl. Ludov. Imper. exſtat in MS. Kain.

Fridericus MS. Kainach. meminit Antonii, cujus gener, ſeu **aiden** *Jacob Lembacher* an. 1382.

Herrandus 2. ux. *Metza de Kirchberg.* Hunc Hibnerus primum omnium ſtatuit tab. 5.

Otto ux. ignota. *Bartholomæum* adducit MS. Kainach. equitem Ord. S. Georgii, qui arcem Trautmanſtorf in Auſtria ex inimicitia cum fratre donavit Commendæ Milleſtadienſi. Idem MS. Bartholomæum hunc, ex arb. Geneal. Wolfg. Dieter. de Trautmanſtorf inter filios Herrandi 2. ponit.

Diemutha ux. Leop. de *Lembach.*

Nicolaus ux. Cathar. de *Reisberg* hunc ſolum ex poſteris Herrandi ponit Hibnerus, filias vero etiam Kainachius.

E. *Margaritha* m. Otto D. de *Stubenberg* 2dam Ottonis uxorem fuiſſe docet MS. Kain. circa an. 1380. V. etiam tab. 3.

F. *Udalricus* 1. Eques, Frider. 3. Imp. cubic. ux. Cathar. ab *Altenburg*, huic *fratrem Ernricum* tribuit Baro de Kainach.

G. *Herrandus* 3. ux. 1. Cath. de *Kirchberg.* 2. *Agnes* Conradi *Holzer* ex Cath. filia hæc † an. 1466. circ.

Dorothea m. Conr. *Welzer* de *Spiegelfeld.*

Anna m. Nicol. de *Reisberg.*

H. *Chriſtoph.* Epiſcop. Seccov. an. 1477.

N. 9. *Andreas* ux. Apoll. de *Elrecbing* 1458. teſte Kainach. MS. Præfectus fuit in Rieggerſpurg.

Otto ux. Anna ab *Altenburg* quæ dein Andreæ de Hochenwart nupſit.

FF. *Joannes* Abbas Admont. teſt. Bucel. & Necr. Admont. ac MS. Kain. an. 1470.

I. *Udalricus* 2. an. 1467. Can. Vorav. an. 1504. Præp. Pöllenſ. hunc MS. Kainach. male Udalr. 1. filium ſtatuit, cum fuerit ſolum nepos.

Leupold. uxor Agn. de *Modruſch* hic author fuit *lineæ Tyrol.* 1497. teſte Lazio v. ib. Bucel. & Hybner. & MS. Kainach.

N. 1. *Maximilla* ux. Georg. de *Malentein.*

I. *Wilhelm.* 1. ux. Cath. de *Windiſchgrätz* inde linea 1. Styriaca v. tab. 2.

Joannes uxor Doroth. de *Reiſperg* inde linea alia *Styr.* & omnes hodie adhuc exſtantes v. tabula 3.

N. 2. *Fridericus* parochus in Cammern Styriæ 1490.

Wolfg. ux. N. de *Haunſperg* vicedom. Leibnic teſte MS. Kain.

Georg. an. 1464. ux. Sophia de *Saurau.*

K. *Sigism.* ux. N. *Narringerin.*

K. *Ernest.* uxor 1. Agath. de *Neuhaus.* 2. N. *Winklerin.*

Barbara ux. 2. Andr. de *Glojach* ex quo filium genuit Chriſtophorum.

Rochus 1478. *Joannes* & *Udalr.* 3. bell. Turc. † teſte Bucel.

Sebaſt. & *Ambroſ.* ux. Margar. *Judenbofferin.*

Erasmus an. 1537. Marg. de *Lemſitz.*

M. *Adam* in obſid. Lipſiæ an. 1552. † uxor Cath. de *Guttenberg.*

Eva ux. Urb. Bar. de *Lamberg in Poppendorf.*

Margar. ux. Georg. *Styrch de Plankenvvarth* obiit Græcii an. 1576. 18. April.

Medard. ux. 1. Anna de *Lindeck.* 2. N. de *Holenek.*

Anna mar. 1. Matthæus de *Trautmanſtorf* filius Ehrnrici. 2. Gallus *a Rakniz.* 3. Wolfgang *a Stubenberg.*

Eva mar. Joan. *Frid. de Trautmanſtorf* v. tab. 3.

Chriſtophorus ux. Agn. de *Liechtenſtein* in Murau, Ottonis ſoror, vidua Ambroſii de Stubenberg, ut tradit MS. Kainach. quæ dein 3tio cum marito Tuelacher de Celeja dicto, Ulmam obiit.

Et ſic altera Udalrici 1. linea per Andream filium propagata, deſiit. * Teſte arbore Genealogica Trautmanſt. a Wolfg. Dieter. hujus fam. contexta in MS. Kainach. adducta, hi 4. fratres cum Patre Alberto aderant infelici pugnæ Mildorfianæ inter Frider. Auſtr. & Ludov. Commiſſæ, cum 23. aliis heroibus hujus familiæ, Albertus Pater, cum Leotoldo & Conrado filiis cæſus, in Eccleſia parva ad Amphing. ſepultu eſt, Hector bellicoſus cum Friderico in Auſtriam rediit, dein Ord. Teuton. ingreſſus, eique caſtrum Trautmanſtorf in Auſtria Dux donavit. Contrarium docetur in Bartholomæo, unde non hic ſed Imp. Maximil. I. caſtrum id Ord. S. Georgii attribuiſſe videtur, ſub Carolo tamen Archiduce, idem caſtrum Auſtriæ Pancratius de Windiſchgrätz emit.

TABULA II. GENEALOGIA TRAUTMANSTORF. IN STYRIA.

I. *Wilhelmus* Herrandi 3. fil. Udalr. 1. nepos ux. Catharina de *Windiſchgrätz* v. tab. 1. fl. an. 1471. &c.

W. 1. *Andreas* ux. Barb. *Viſchmeiſterin* melius fors Decan. Salzb. † 1525. vel 2. erant huj. nom. MS. Kainach. meminit ſolum Andreæ Decani Salisb.

2. *Joannes* cælebs.

3. *Joachimus* cælebs.

Hos duos præterit Baro *de Kainach.*

4. *Eliſabetha* m. Georgius de *Tribenek* 1482. & 1533.

5. *Helena* m. 2. Eraſmus de *Segrau*, primus teſte MS. Kainach, erat *Conradus de Hohnegg* an. 1480.

6. *Philippus* ux. 2. Barbara N. 11. de *Ratmanſtorf* primam ait MS. Kainach. fuiſſe *Hedvvigem Stainerin.* 3. Ottiliam *Grasvveinin* Chriſtoph. Frider. viduam.

7. *Regina* m. 1. Wilhelmus *Gnäſer.* 3. Frider. *Breiner.*

8. *Roſina* Can. Reg. S. Jacobi Viennæ teſte Bucelino ignota Baroni *de Kainach.*

9. *Balthaſar* ux. 1. N. *Truchſeſſin.* 2. *Roſina* Tyrolenſis teſte MS. Kainach. Præfectus in Haus vallis anaſinæ an. 1530.

Barbara m. Chriſtoph. de *Lembach.*

ex 2. toro.

9. *Wilhelmus* 2. Can. & Decan. Salisb. an. 1540.

Chriſtoph. Bello. Ungar. obiit.

Barbara ux. Wilhel. de *Rottal.*

Catharina uxor Wilhelmi a *Traupitz.*

Andream Philippi filium ponit Baro de Kainach & vicedom. Leibnic.

Hæc etiam linea exſtincta.

TABULA III. GENEALOGIA TRAUTMANSTORF. IN STYRIA, EX QUA OMNES HODIE EXORTI.

N. 10. *Joannes* Herrandi 3. fil. Udalr. 1. nepos Wilhelm. 1. fr. uxor, Dorothea de Reiſperg v. tab. 1.

Eſther mar. Sig. *Schifer.*

O. *David* author *ſeniorlineæ* an. ux. 1. de *Pernek.* 2. Barb. *Zengerin.* 3. Amal. de *Lappitz.*

Bernard. ux. Cathar. de *Eibesvvald* an. 1513.

Ruland & *Sebaſt.* & *Chriſtoph.*

Herrand. & *Sigfrid.* & *Leonard.*

E. *Margar.* mar. Joan. *Geyman* v. tab. 1.

Martha m. Caſp. de *Schallenberg* an. 1551.

P. *Ebrenric.* auth. *lin. junior.* ux. Eliſ. *Langin* de *Wellenberg.* V. tab. 4.

Barbara m. Barth. B. de *Marberg.*

Euphemia m. Chriſtoph. *Grabner.*

Alexander Can. Salzb. & *Wolfg. Theodor.* ux. Chriſtina Volkrain.

Sidonia mar. Udalric. de *Lappitz.*

Triſtannus & *Joannes* & *Herrandus.*

Eſther & *Clara Hilaria* & *Euphroſina.* juv. †

Joan. Frider. ux. Eva de *Trautmanſtorf* v. tab. 1. hic fuit B. *Gleichbergæ* an. 1566.

Sophia m. Achat. *Enenkl.*

Jacobus Hartman v. tab. 5.

Joan. *David* 1. ux. Maria *Mayſeberin.*

Anna Soph. m. Lud. Sig. *Polheim.*

N. *Sigm. Frid.* 1. ux. Iſab. Riederin an. 1613.

Eva *Barbara.* N. Sigmund. *N.* 5. *Frider.*

Matthias & *Wilhelm* & *Helena* m. Jo. Jac. de *Prank.*

Joan. David 2. ux. felicit. de *Stadel.*

Matthæus & *Erneſtus* & *Suſanna* ux. Peregr. *Zinzendorf.*

N. *Adam. Eq.* † 1617. & *Eliſabeth.* m. Auguſtus de *Zinzendorf*

R. N. 5. Maximilian Com. † 1650. ux. Soph. de Palfi Ferd. 3. aulæ præf. & Conſil. intimus.

Anna Maria m. Caſpar. *Breiner.*

1. Eva *Maria.* 9. *Ferdin.* & 10. *Erneſtus.*

2. Anna *Maria.* 11. *Franc. Antonius* ux. Marg. de *Portia.*

3. Maria *Catharina.* 12. N. 6. *Maximilianus* ux. Vict. Eleon. de *Trautmanſtorf* 1705. ſine hærede.

4. Maria *Barbara.* 13. *Carolus* Eq. melitenſ.

5. *Maria Eliſ.* prioriſſa. 14. *Ferdin.* Erneſt. ux. Mar. Eliſ. de *Kinski.* 1693.

6. *Maria Margar.* m. Georg. Sigm. C. de *Herberſtein.* 15. *Georg. Sigism.* v. tab. 8.

7. *Adam. Matthias* v. tab. 6.

8. *Joan. Frider.* 2. v. tab. 4.

Otto an. 1684. ante Budam Cæſus.

Maximilian. Ferdinand. † 1683. ux. Mar. Maximil. de Portia dein uxor Maxim. Ludov. de *Breiner.*

TA-

TABULA IV. GENEALOCIÆ TRAUTMANSTORF.

Hanc lineam Styriacam vocat MS. Kainach.

P. *Ebrnricus* 1. fil. Joannis, nepos Herrandi 3 v. tab. 3. ux. Eliſab. *Langin de Wellenburg.*

Joannes Ebrnricus † infans. | *Matthæus* ux. Anna de *Trautmanſtorf* filia v. tab. 1. Adami † 1574. Græcii. | *Joachimus* uxor Cathar. de *Preiner* vicedom. Leibnic. | *Joannes* mentis impoſ. | *Eva* m. Wolfh. de *Strein.* | *Judith* m. 1. Andr. *Peyrl.* 2. Andr. de *Neubaus.* | *Eſther* m. Matthæus de *Kainach* an. 1563. Græcii. *Eliſabetham* Albani *de Saurau* uxorem & *Mariam* cœlibem def. inter filias Ernrici numerat etiam *B. de Kainach.*

V. *Ebrnricus* 2. ux. Anna Maria de *Welz* dapifer Caroli Archid.

S. *Georgius Adam* ux. Juditha Scheidtin † an. 1594. *Joannem Chriſtoph.* filium 3tium tribuit MS. Kainach. variolis extinctum.

Sophia m. Chriſtoph. de *Mindorf.* | *Benigna* m. Chriſtoph. de *Eibiswald* N. 8. | *Wolfg. Chriſtoph.* | Otto *Ernricus* ux. m. Iſab. de *Trautmanſtorf.* Hi nondum noti erant Baroni *de Kain.* | *Anna Cæciliæ* m. Bern. de *Mindorf.* | *Eſther* m. Joann. Georg. de *Scherfenberg.* | V. *Ebrnricus* 3. ux. Roſ. Barb. de *Urſenberg.* | T. *Georgius Chriſtoph.* an. 1632. ux. Marianna filia Rup. B. de *Rindsmaul* N. 7.

Anna Barbara m. Chriſtop. Sig. C. de *Thun.*

Victoria Eleonora Maximil. C. de Trautmanſtorf † 1705. v. tab. 3.

Maria *Roſina* m. Fr. Adamus C. de *Dietrichſtein* † 1702.

Maria Conſtantia m. Jo. Herbart C. de Auerſperg † 1722.

TABULA V. GENEALOGIÆ TRAUTMANSTORF.

N. 3. Job Hartman. filius Davidis v. tab. 3. † 1596. ux. Regina de *Kirchberg.*

Catharina & *Carolus* juvenes †. | *Joannes* ux. Sidonia. *Herrant.* | *Georg. Ludov.* n. 1572. ux. Anaſt. de *Sinzendorf* | *Joan. Joachim.* ux. 1. Eleon. de Herberſtein † 1616. 2. Mar. Magd. de *Kainach.* | *Wolf. Chriſtoph* † 1591. Jenæ 13. Nov.

Sidonia. | *Joan. Carol.* | *Regina Mechtildes* m. Andr. Georg. B. de *Cronegg.* | *Regina Sabina* n. 1614. m. Ulr. C. de *Collonitſch.* | *Cath. Eliſab.* nata & † 1616. | *Magdal.* m. Joan. Adam. de *Polheim.* | *Adam. Maxim.* Comes n. 1621. † 1670. ux. 1. Engelburg *Hagerin.* 2. Eleon. de *Herberſtein.* 3. Reg. Cathar. de *Windiſchgrätz.*

1. *Sigismund.* n. 1638. miles egr. † 1706. ux. Maria Anna de *Herberſtein.* | 2. *Maria Englburg* m. Bapt. Carobold de *Schönau.* | 3. *Dorothea* m. 1. Andr. de *Weichſelburg.* 2. N. B. de *Hofman.* | 4. *Ferdin. Maximil.* n. 1654. † 1683. ux. Magd. B. de *Oderkii* vidua de Kinski. | 5. *Franc. Adam.* n. 1655. | 6. *Hector Seifrid* n. 1656. † in Morea ux. Suſanna Com. de *Auerſperg.*

Sigism. Leopold. ux. Marianna de *Stahrenberg* an. 1717.

7. *Adam Carol.* n. 1658. † bell. Turc.
8. *Reg. Elif.* n. 1659.
9. *Franc. Jacob.* n. 1660.
10. *Fr. Ernricus* n. 1662. legatus Helvetiæ † 1719. ux. Maximil. Chriſtina *Trautmanſtorf* Georg. filia vidua Georg. de *Herberſtein.*
11. *Maria Regina* n. 1662.
12. Herrand. Rudolph n. 1663.
13. *Eva M. Regina* n. 1666.
14. *Maria Eleon.* nat. 1670.

Maria Renata. | *Maria Cajetana* ux. Rudolfi C. de *Wurmbrand* an. 1716. | *Maria Joſeph. Ebrnricus.*

TA-

TABULA VI. GENEALOGIÆ TRAUTMANSTORF.

Adam Matthias fil. Com. Maximil. v. tab. 3. n. 1617. † 1684. ux. 1. Eva Joan. de *Sternberg*. 2. Isab. Maria Popelin filia. Fr. Wilh. de *Lobkovvitz*.

Rudolph. *Wilhelm.* n 1689. in Bohem. ux. Anna Maria de *Liechtenstein.*	*Anna Maria* m. Joseph. C. de *Lamberg.*	*Sophia Maximil.* m. Lud. Maxim. de *Hoditz.*	Maria *Clara* m. Otto Ferd. C. de *Volkra.*	*Sigism. Ludov.* ux. Cornel. Eleonora de *Harrant.*	Maria *Eleon.* n. Fr. Nicolaus Com. de *Marzin.*	Leopold. *Anton.* Locumten. Bohem. ux. 1. de *Lobkovvitz* 2. Mar. Car. de *Slavata.*	Cathar. *Barbara* m. Geor. Henr. *Nothaft* de *Wenberg.*	Alii plures ut *Max. Ferd. Philipp. Frid. Joan. Bern. Joan. Adam. Joan. Maxim. Joan. Frider. Joan. Joseph. Fr. Theres.*		
Joan. Jos. n. 1676. † 1713. Pragæ ux. Ther. de *Baar.*	Sidon. *Elisab.* ux. Wilh. C. de *Heinrichsberg* in *Styria.*	Mar. *Elis.* n. 1674. m. Joan. Sigism. C. de *Sürnbeim.*	Carol. *Cath.* n. 1677. m. Alb. B. de *Brisigel.*	*Maria* † 20. æt.	6. alii juven. †	Adam *Christoph.* ux. An. Franc. de *Debrsick.*	*Josephus* ux. Fr. Joan B. de *Ratschin.*	*Lucia* m. Jos. Fr. C. de *Kokorzovva.*	Maria *Josepha.*	Carol. Ant. *Ignatius.*

Josepha n. 1701. † 1702.	Maxim. *Joseph.* n. 1704. † 1706.	Franc. *Norbert.* n. 1705. nunc præest.	Renata *Barb.* n. 1707.	Franc. *Carol.* n. 1709.	Maria *Anna* n. 1710.	Joan. *Joseph.* n. 1711.	N. *Posthumus* n. 1711.	

TABULA VII. GENEALOGIÆ TRAUTMANSTORF.

Joan. Frider. 2. filius Maximil. Com. v. tab. 3. † 1696. ux. 1. Maria Clara de *Dietrichstein* filia Maximil. 2. Anna Maria C. de *Perka* vidua de Khisl. 3. Eleon. *Holictzin* de *Sternberg* vidua.

Frider. *Franc.* †	Sophia *Regina* † m. Jos. Bar. de *Bozeznic.*	Maria *Clara* † 1724. m. Frid. C. de *Mersberg.*	Maria *Anna* † in Monast.	Joanna *Beatrix* † 1720. m. Nicol. *Erdodi.*	Franc. *Wencesl.* Consil. intimus ux. Eleon. de *Kauniz* † 1723.	Anna *Franc.* 1709. Carmelitana.	Eleon. *Franc.* m. Fr. Henr. C. de *Schlik* an. 1723.	*Franc. Anton. Franc. Adam. Franc. Frider. Franc Josephus. & Josepha.*

TABULA VIII. GENEALOGIÆ TRAUTMANSTORF.

Georg. Sigismundus filius Maximil. Com. v. tab. 3. ux. Cæcilia Renata de *Wildenstein* filia Joan. Franc. † 1708.

Maximiliana Christina m. 1. Joan. Georg. de *Herberstein.* 2. Fr. Ehrnricus de *Trautmanstorf* v. tab. 5.	*Theresia.*	*Maria Cecilia* m. Car. Joseph. Com. de *Stadel.*	*Maxim. Sigism.* ux. Maria Barb. de *Stahrenberg* filia Ern. Rudigeri vidua Fr. C. de *Dievvald.*	
		Sigismund.	*Cecilia* m. Fr. Anton. C. de *Rothal* an. 1718.	*Maximilianus.*

NOTÆ

NOTÆ IN TABUL. I.

A. *Dietricus Stuchſo*, nullo cæteroquin, niſi hoc Diplomate mihi viſus, frater fuiſſe videtur, Alberti ſeu Alberonis, quem mox exponam. *Stuchſo Dietricus.*

B. *Albero ſeu Albertus* 1. teſte Bucelino floruit an. 1260. uxor ejus incerta, idem habet Lexic. Baſileenſe: an. 1270. in Styriæ documentis occurrit, nempe in Diplom. 47. & 48. Epiſc. Seccov. ſed Diplomata ea Viennæ data, iisque teſtes omnes Auſtriaci ſubſcripti ſunt, Albertum hunc vel Viennæ habitaſſe, vel ſaltem prædia ibidem poſſediſſe auguror, & confirmor ex Diplom. Alberti Auſtriaci apud Excell. Wurmbr. f. 279. &c. quo an. 1298. *Calchochum de Eberſtorf* Camerarium Auſtriæ facit, quo in Dipl. Viennæ dato inter miniſteriales Auſtriæ Albertus hic tanquam judex provincialis adſertur: an. 1301. ex Diplom. Rudolphi Ducis Auſtr. & Styriæ &c. apud eundem Wurmbrandium f. 312. inter arbitros litis de ſupremo dapiferi Auſtr. munere orta refertur, quæ proin omnia perſuadent primos parentes hujus Illuſtriſſimæ familiæ in Auſtriæ arce cognomine moratos fuiſſe. *Albero vel Albertus 1.* *Eberſtorf de Calboch.*

C. *Alberonem* ſeu *Albertum* 2. a priori diſtinguo, ne unus idemque ab an. 1260. ad 1371. vixiſſe, & munia publica obiiſſe credatur, hic porro an. 1347. bona in *Höſtein*, quæ *Marquardus de Miſtelbach* ei hypothecaverat, *Ulrico D. de Stubenberg* reluenda dedit, teſte Excell. Wurmbr. ex Archivo Wurmbrand. num. 94. an. 1362. inter Auſtriæ miniſteriales, confœderationi Ducum Auſtriæ, cum Hungariæ & Poloniæ Regibus Poſonii ſubſcripſit *Albertus Stuchs Dominus de Trautmanſtorf*, cujus filius fuerit Albertus 2. tam mihi ignotum, quam ex Wurmbrandio f. 47. compertum, Albertum 3. Hademari fuiſſe filium, etenim an. 1371. Albertus 2. Stuchs de Trautmanſtorf, & Albertus 3. Stuchſius ejus agnatus, Hademari Stuchſii filius, ſigillis ſuis conventionem inter *Steph. de Wurmbrand*, & Agnetem uxorem firmarunt ex Archiv. Wurmbrand. num. 91. cum vero Albertus 3. *agnatus* Alberti 2. dicatur, patres eorum fratres fuiſſe videntur, ſicque Alberti 3. pater Hademarus, & Alberti 2. pater Ditricus dici poſſet, de quo non litigo: omnes hos Auſtriacos fuiſſe documenta allata docent. *Albero v. Albertus 2.* *Miſtelbach de Marquard.* *Stubenberg de Ulric.* *Wurmbrand de Stephan.*

D. *Hademarum*, & *Martinum* fratres conjunxi, quo patre orti ſint? ignoro, hos 2. fratres an. 1347. caſtrum *Stichſenſtain* in Auſtria de ſuo nomine dictum condidiſſe, Superius ex Wurmbr. & aliis dixi an. 1383. Leopoldus Dux Auſtriæ, quædam feuda, olim familiæ Stuchſiorum de Trautmanſtorf propria, & caſtro *Stixenſtein* connexa *Steph. Equiti de Wurmbrand* contulit. *Hademar & Martin. de Trautmanſtorf fratres.* *Stixenſtein caſtrum.* *Wurmbrand de Steph.*

E. *Margarethan* utramque tab. 1. & tab. 3. littera E. ſignavi censeo tamen intelligendam, & ſignandam eſſe Margaretham e tab. 3. filiam Joannis, quæ an. 1494. vidua facta eſt per mortem Joannis *Geyman* mariti ſui: proles reliquit, Annam an. 1490. uxorem *Georgii* de *Malentein* & *Joannem Geyman* Equitem ac an. 1503. comendatorem Milleſtadii, tandem a Maximil. Imp. ſupremum Magiſtrum Ord. S. Georgii, ac S. R. I. Principem creatum, qui an. 1519. inter Executores teſtamenti Maximil. Imp. primus refertur hoc tit. Der hochwür- *Margaretha de Trautmanſtorf.* *Geyman Joan.*

dige fürſt Hanß Geyman Großhochmeiſter des fürſtl. St. Jörger Orden zu Milſtadt in Cärnthen. Idem pluribus bonis locupletavit Eccleſiam parochialem in Trautmanſtorff, in memoriam matris ſuæ v. Wurmbr. f. 60. &c. de Margaretha hac plura ex MS. Kainach. notavi in ipſa Genealogia tab. 1.

Udalrici 1. de Trautmanſt.

F. *Udalricus* 1. Eques & Frider. 3. cubicularius teſte Bucel. vel ut Lazius & MS. Kainach. Camerarius, Monaſterii Ord. Prædicat. Neoſtadii alter fundator dicitur, quod enconmium Bucelinus Udalrico 2. e Canonico Vorav. Præpoſito Pöllenſi tribuit, ego neutri deferendum cenſeo, cum nullibi ſecus legam, Ord. Prædicat. Monaſterium, unquam Neoſtadii extitiſſe, male etiam Udalricus hic, Udalrici 2. pater ex lexico Baſileenſi & Bucelino dicitur, ut mox oſtendam. Huic ad an. 1420. Ehrenricum fratrem tribuit MS. Kainach.

Et Ernricus frater.

Joannes Abbas Admont.

FF. *Joannem Abbatem* ab Hübnero adductum denominavit Bucelinus Admontenſem fuiſſe, & confirmat ſeries Abbat. Admont. in Diplom. S. Ducatus Styriæ part. 2. f. 256. ubi *Joannes* 3. *Abbas Admont.* 33. vocatur, *qui e parochia Ardningana ad mitram vocatus plurima ſuo Monaſterio præſtitit, ſacrarium multis pretioſis ornatibus, vaſis aureis & argenteis inſtruxit piiſſime mortuus an.* 1483. diem obitus determinavit necrol. Admont. *Kal. Nov. Johannes Trautmanſtorfer Abb. noſtræ Congr. an. LXXXIII.* in notis additur an. *MCCCCC.* Sed unum C. abundat ex cit. ſerie Abb. Admont. in qua dies obitus dicitur 5. Kal. Nov. eum ad cellas Marianas Procuratorem fuiſſe docet Baro de Kainach.

Herrandus 3.

Kirchberg de Catbar.

Holzerin Agnes.

G. *Herrandus* 3. cujus prima uxor erat *Catharina* de *Kirchberg*, 2. *Agnes* non Maximilla (ut volunt Bucelinus MS. Kainach. & Hibnerus) *Holzerin*, ut ex teſtam. Udalrici 2. mox adducendo patebit litt. I.

Chriſtophorus Epiſc. Seccov.

H. *Chriſtophorus*, frater Joannis Abbatis, mitram Epiſcopalem Seccovii an. 1477. obtinuit, qui multa egit, atque illis in turbis ſuſtinere debuit; an. 1477. a Bernardo de Rohr Can. Reg. S. Hypoliti in Auſtria, & Archiep. Salisb. 43. conſecratus eſt Dom. 4. poſt Poſcha, cum an. 1478. ageretur de Bernardo Archiep. abrogando, Chriſtophorus hic Græcenſi conventui aderat, ac dein cum Bernardus reſignationem ſuam retractaret, Chriſtophorus in ſuſpicionem venit, ac ſi cum Bernardo id conſilium compoſuiſſet, unde res ejus omnes a Cæſare occupatæ, ad arma cum ventum eſſet Bernard. Archiepiſc. Matthiæ Regis Hungariæ auxilium imploravit, ſecutus eſt Archiepiſcopum ſuum Chriſtoph. Epiſcopus Seccov. cumque fundis ſuis a Cæſare evolutus eſſet, auxilium etiam fidem, opemque Matthiæ Regis imploravit, qui ejiam Chriſtophorum Epiſcopum, anno 1479. adverſus Frider. Imper. in tutelam racepit Budæ ut v. Diploma Epiſc. Seccov. 84. de quibus plura ſuo loco.

Andreas.

Num. 9. de *Andrea*: hunc Lazius dubius putat Udalrici fratrem, cum fuerit filius, an. 1433. a Frider. Imper. feuda recepit.

Udalricus 2. Canon. Vorav. Præp. Pöllenſ.

I. *Udalricus* 2. de hoc plurima, & ſincera documenta ſuppeditat Archivum Vorav. Canoniæ, cum Udalricus hic in Vorau Canonicus Reg. & dein primus in Pöllau Can. Reg. præpoſitus fuerit: Extat ejusdem, ut Novitii Vorav. teſtamentum in Archivo Prælaturæ noſtræ

ſtræ Vorau ſuo tempore adducendum, ex quo ſequentia in Geneal. Trautmanſtorf. bene notanda ſunt. 1. Parentes ſuos indubie denominat his verbis, Ich Ulrich von Trautmanſtorf, Herrands von Trautmanſtorf, und frau Agneſſen Weyl. ſeiner ehelichen Hausfrauen, Herr Conrads des Holzer ſeel. Tochter ſohn unde *Agnes*, non *Maximilla Holzeriana* mater fuit Udalrici, Herrandi 3. uxor 2. & jam hoc an. 1467. (quo teſtamentum factum feria 3. poſt pentecoſten) defuncta. 2. Videtur etiam Herrandus pater jam def. cum de bonis paternis, & maternis diſponat his verbis. Nun hab ich eine ganze Ordnung gemacht, von wegen meiner leiblichen, und zeitlichen Gieter, die mir nach abgang meines vorgemelten Vatter, und mutter ſeel. erblich zuegeſtanden, und auch auf mich gefallen ſeind. 3. ita diſponit: Verlaß, und ordne ich von erſten allen meinen geſchwiſtrigten einen alß vill, alß den anderen auß meinen theil ſo mir gebührt an dem gſchloß Kirchberg ꝛc. Kirchberg arx, quæ fuerit? ſat non conſtat, cenſeo eam, quæ infra Voravium ſita dicitur Kirchberg am waldt, hac in arce partem habuiſſe Udalricum noſtrum opinor ex eo, tum quod pater Herrandus 3. nuptiis primis cum *Catharina Kirchbergica* celebratis, tum quod Herrandus 2. Udalrici noſtri abavus, per *Metzam de Kirchberg* uxorem, partem arcis dictæ Trautmanſtorfiis, propriam fecerit v. ſub lit. S. plura. 4. Collegio Vorav. legat partem hæreditatis ſuæ paternæ, uti, & eam, quæ ſibi ab avia materna def. Catharina Conradi Holzer uxore obtigit, quæ variis tamen anniverſariis, & legatis afficit. 5. In majus robur teſtamentum hoc ſuum muniri petit Sigillo des Hochwürdigen Herrn, und Vatter in Gott Herrn *Georgius* Uberäcker der zeit Biſchof zu Seggau, und mit des Edlen und geſtrengen Herrn Vrbans Dieperskürcher der zeit Huebmaiſter zu Grätz ꝛc. (officium hoc idem erat, quod vice Domini hodie, teſte Brevenhuebero f. 100. & Wurmbrandio &c.) ita teſtamentum Udalrici a me ſuo loco vulgandum, ex quo dein Genealogia Trautmanſtorf. ſolide ex parte firmatur.

Kirchberg arx infra Vorav. olim Trautmanſt.

De Catharina & Metza.

Uberacker Georg. Ep. Seco.

Dieperskürcher Urban.

Huebmaiſter ſeu vicedominus.

Laudabiliſſime in Vorau perſtitit Udalricus 2. ab an. 1467. ad an. 1504. proin per 37. annos, dum an. 1504. in vigilia S. Matthæi in in Præpoſitum Canoniæ novellæ Pöllenſis, a Virgilio Præpoſ. Vorau, eſt deſtinatus, cum enim eo an. & die Ill. DD. *Chriſtoph. Com. de S. Georgio*, & *Pöſſing*, *Wolfgang. Abbas Novomont. Gregor. Stainer*, *Archiac. infer. Styriæ*, *Albanus Kogler parochus Pöllenſis*, cum 2. notariis Archidiaconi, *D. Chriſtoph. de Buecheim. D. Joannes de Künigsberg*, *D. Fridericus de Herberſtein*, *Dom. Wilhelm de Trautmanſtorf* (qui hujus nom. 1. & Udalrici noſtri frater erat ac dein Salisburgi ſtipendia meritus circa an. 1549. v. auth. Germ. Sacr. tom. 2. fol. 617.) *Engelbard de Hayd*: *Georg. de Hard*, *Maximilian Steinpeiſs*: & *Bernard Teüffenbacher* aliique Voravium venientes a virgilio Præpoſ. e ſuo cætu Præpoſitum in Pöllau depoſcerent, annuit illico his Virgilius Præpoſ. Vorav. & pactis quibusdam de ſecuritate fundat. Pöllenſ. firmatis, tandem cum ſuo cætu in Eccleſiam ad aram S. Spiritus abiit, ibique Udalricum Trautmanſtorfium Can. ſuum, Eccleſiæ Pöllenſi Præpoſitum nominavit, eundemque altero S. Matthæi die Pöllam deduxit, ibique Præpoſitum inve-

Pöſſing & S. Georg. Com. de Chriſtoph. Novom. Abb. Wolfgang. Stainer Greg. Archid. Styr. Kogler Alban. paroch. Pöll. Puecheim Chriſtoph. Künigsberg Joan. Herberſtein Frider. Trautmanſtorf de Wilh. Hayd de Englb. Hard de Georg. Steinpeiſs de Maxim. Teifenbach de Bern.

inveſtivit. Ita MS. Vorav. plura Germanico idiomate exarata, quæ ſuo tempore cum pluribus aliis vulgabo; quæque ad manus habeo. Obiit hic laudatiſſimus Præſul an. 1512. 13. Kal. Martii ſeu 17. Febr. ut habet Necrol. Seccov. hiſce *D. Udalricus quondam Præpoſ. in Pölan olim Monaſt. Vorav. profeſſus.*

Maximilla. N. 1. *Maximillam* hanc ſororem Udalrici 2. neglexit Bucelinus & MS. Kainachianum.

Frideric. parochus in Cammern. N. 2. *Fridericum* clericum ſeu Eccleſiaſticum, notavit etiam Hübnerus, ſed parochum in Camern Styriæ parochia hodie Monaſt. Admont. notavit Bucelinus, & MS. Kainach. forte a patruo ſuo Joanne Abbate Admont. eo locatus, cum hoc tempore Admontenſes eam parochiam nondum ipſi curaſſent.

Sigismund. & Erneſtus. K. *Sigismundum, & Erneſtum* fratres conjungo, de his in Diplom. Ducatus Styriæ P. Eraſmi Frælich p. 2. f. 205. Diplom. 37. Teuton. Græc. lego, eos an. 1500. teſtes Romæ fuiſſe dum Teuton. Equit. privilegia ab Alex. Papa confirmarentur, ubi eorum nomina ita recenſentur, *militum*, hoc eſt Equitum *Erneſti & Sigismundi de Trautmanſtorf.*

Erasmus. L. *Erasmus* Erneſti ſupra nominati filius an. 1537. inter Equites numeratus, Deputatorum Styriæ numero adjunctus eſt, cum enim eo an. teſte Prevenhueb. f. 256. menſe Decembri Comitia Viennæ ſolennia ob Turcarum periculum, jubente Ferdinando rege cogerentur, ex Styria noſtra, de ſtatu Equeſtri Erasmus hic comparuit.

Adamus. M. *Adamus de Trautmanſtorf* Eques an. 1549. cum aliis Styriæ Dynaſtis ſententiam tulit pro Teuton. S. Dominicæ v. Diplom. eorund. 20. apud cit. Frælich. p. 2. f. 219. ex quo etiam patet, eundem conſiliarium Cæſareum fuiſſe. Hübnerus occiſum, Bucelinus in obſidione *Lipſæ*, Lazius vero in *obſidione Lippæ apud tranſylvanos* docet occubuiſſe.

Sigism. Frid. N. *Sigism. Fridericus* 1. an. 1614. in conventu Lincenſi e ſtatibus Styriæ comparuit, & quidem hoc ſub titulo Herr Sigmund Friderich Herr von Trautmanſtorf Obriſter der windiſchen Gränzen ita Prevenhueb. f. 352. v. etiam num. 5.

David Pernek de Margar. O. *David* poſt an. 1541. Sub-Mareſchallum Auſtriæ egit v. Wurmbr. f. 288. Margaretham *de Perneck* primam uxorem ei tribuit MS. Kainach.

Ehrnricus 2. P. *Ehrnricus* de hoc Lazius ita ſcribit: *Ehrnricus 2. vicedominus Leibnizenſis pro Epiſcopatu Salisburgenſi, in Styria, ex quadam Langin Matthæi Archiep. Salisburg. cognata progenuit filios &c.* author Germ. Sacr. to. 2. f. 972. teſtatur an. 1525. dum Matthæus Archiep. appetente rebellium turba vix ſpatium in arcem evadendi haberet, eundem inter alios ſecutum fuiſſe hunc Ehrnricum, tum *Prætorem Salisburgi cum conjuge Eliſabetha Langin*, quæ pluribus exponit MS. Kainachianum, quod etiam 14. proles attribuit Ehrnrico, nempe præter adductos, quoque *Benignam, Seifridum, Ehrnricum, Adamum, & alterum Ernricum.*

Wilhelmus 2. Q. *Wilhelmus* 2. varia fata ſuſtinuit ſat acerba: Canonicum egit Salisburgenſem, atque an. 1540. a Capitulo Romam legatus eſt pro obtinenda confirmatione Erneſti Archiep. & pallii honore, an. 1551. legatum Salisburg. obiit in Comitiis Auguſtanis, & an. 1545. denuo

Romam

Romam ablit confirmationem Michaelis Archiep. relaturus, an. 1560. Decanus juſſus eſt Salisburg. an. 1569. Synodo Salisb. adfuit, tandem an. 1580. propter delicta neſcio quæ, vocatus in jus, & per ſententiam judicis Decanatu, Canonicatu, omnibusque benef. Eccleſ. depoſitus, a ſacrorum executione ſuſpenſus ad carcerem perpetuum eſt damnatus, ita auth. Germ. Sacr. to. 2. f. 644. 1047.

R. *Adam Eques* diſtinguendus eſt ab illo litt. M. allato, hic enim & *N.* 4. teſte Bucel. Eques Auratus, contra venetos pugnans an. 1617. obiit. *Adam eques.*

S. *Georgius Adam.* cum uxore ſua, Bucelino incognita ex MS. Vorav. innoteſcit; etenim vidua *Georgii Adami* hujus *Juditha* nata *de Sbeid* litem Præp. noſtro Zachariæ intentatam an. 1604. die 6. Aug. compoſuit cum Bened. Præp. exſtat inſtrumentum hoc Originale in Archivo Vorav. ſuoque tempore a nobis dabitur: in hoc maritus Judithæ vocatur: **Der Wohlgebohrne Herr Herr Georg Adam Herr von Trautmonſtorf zu Kirchberg und Weitersfeldt** ex hoc MS. patet 1. cum Georgio Adamo lis fuerit cum Zacharia Præp. an. 1594. defuncto, eundem circa idem fere tempus mortuum: hoc certe anno 1604. non amplius vixiſſe potuit. 2do In eodem, vidua ejus *Juditha* nata de *Scheid* vocatur 3. colligo arcem *Kirchberg* (in qua jam antea Trautmanſtorfii partem habuere v. litt. I.) fuiſſe eam, quæ infra Vorau ſita vocatur **Kirchberg am Waldt**, etenim agitur de venatione, lignatione paſcuis in monte Mäſſenberg, in quo adhuc jus idem ex adverſa parte eidem Dynaſtiæ adhæret, teſtes Dipl. huic ſubſcr. ſunt Bened. Præp. noſter, & Andreas Decanus. *Juditha D. de Trautmanſtorf* vidua, tanquam partes tranſigentes dein DD. *Gabriel B. de Teiſenbach ad ſuper. & infer. Mayrhoffen, & Neiberg, Conſil. Duc. D. de Ratmanſtorf ad ſuper. & infer. Sturmberg &c. D. Ebrnricus Rindſcheid ad Schielblaiten &c. D. Chriſtoph. Stainpeiſs ad Aichberg.* *Georg. Adam.* *Kirchberg arx infra Vorav.* *Teiſenbach de Ratmanſtorf.* *Rindſcheid de Stainpeiſs de.*

T. *Georgius Chriſtophorus de Trautmanſtorf ad Kirchberg, & Weitersfeld* ex iisd. MSS. Vorav. ad an. 1632. eruitur, eo enim anno reverſales litteras Bened. Præp. Vorav. dedit de venatione in monte Mäſſenberg non a ſe vel ſuis exercenda, cum enim ſubditi ſui eam prius exercerent, idem hic Dominus 10. Martii Voravium venit proteſtatus hæc a ſuis ſine ſcitu facta, atque 15. ejusd. menſis reverſales deſuper litteras Præp. & capitulo dedit ita MS. Vorav. an. ſeq. 1633. compoſitioni, & determinationi limitum in alpibus Wechsl inter Vorau & Thalberg factæ idem Chriſtoph. tanquam teſtis, ſpectator, & deciſor adfuit, v. MS. Vorau, *actum Voſtenburgii* 25. *Auguſt.* 1633. *Georg. Chriſtoph.*

V. *Ebrnricus* 3. Georgii Chriſtoph. frater, & filius Georgii Adami etiam in monum. Vorau invenitur, cum enim an. 1636. inter Danielem Præp. Vorau, & DD. *Ferdinandum B. de Khienburg* tranſactio fuiſſet de jure montano in Leibniz, & decimis vini in Luettenberg, etiam inter teſtes contractus ita ſubſcriptus notatur. **Ehrnreich Friz̃l von Trautmanſtorf.** *Ernricus 3.*

W. *Andream* 3. *Can. Reg.* & ultimum ex his Regul. Decanum Salisburg. denuo docum. Vorav. notum faciunt: ut mox dicam Wilhelmi filius an fuerit ex Catharina Windiſchgrazia? teſtantur, quos vi-

di authores, nec incredibile, cum enim pater ejus ſtipendia Salisburgi meruerit, ut ſub litt. I. dixi, filium ejus inter Can. Salzb. receptum, ſatis commode apparet: aſt Bucelinus, & Hübnerus ommiſſo Andrea Can. & Decano Salisb. alium *Andream* Wilhelmi filium ſtatuunt, *Barbaræ Viſchmeiſterin* maritum, quem tamen Lazius ſolum Wilhelmi, & Philippi nepotem fuiſſe docet, vel itaque duo Andreæ filii Wilhelmi fuere, vel Andreas conjugatus Wilhelmi nepos ſolum fuit, certum enim eſt Andream Can. & Decan. Salisburg. fuiſſe an. 1525. def. & Udalrico noſtro Trautmanſtorfio Præp. Pöllenſi notiſſimum, immo ex fratre Wilhelmo nepotem. Erat porro Andreas hic eo tempore Decanus Salisburgi, quo Canonici ad Sæcularem vitam tranſibant, Decanum porro ab an. 1514. ad 1525. egit, quo def. eſt v. auth. Germ. S. tom. 2. f. 557. & 1046. In ſcriniis noſtris varia de hoc Andrea habentur, quæ cum tempore occurrente occaſione manifeſtabuntur. Ex quibus patet, eum addictiſſimum noſtro & Pöllenſi Collegio fuiſſe, nominatim dum Salisburgi quidam parochias nobis eripere tentarent, de quibus pl. ad an. 1505. &c.

Num. 1. & 2. v. poſt litt. I.

Num. 3. *Jobum Hartmannum* Bucelinus cælibem ſtatuit, omnesque ejus deſcendentes vel omittit, vel aliis tribuit, ego hac in re Hübnerum ſequor. MS. Kainach. in Ernrici 1. deſcendentibus definit.

N. 4. v. in littera R.

Sigism. Frideric. 2. *N.* 5. *Sigism. Frider.* 2. filius Sig. Frider. 1. bene diſtinguendus eſt a patre, de quo ſub litt. N.

Maximilian. *Num.* 6. *Maximilianus*, quem Bucelinus Can. Salzb. ſtatuit contra Hübnerum.

Num. 7. *Georgii Adami* deſcendentes *Ebrnricum* 3. *Georg. Chriſtophorum* cum poſteritate ſua a Bucelino omiſſum, ex Hübnero ſupplevi, & certis docum. Canoniæ noſtræ ſub litt. U. & F.

Num. 8. *Ebrnrici* 2. deſcendentes Bucelino ignotos ex Hübnero adduxi.

Num. 9. v. poſt litt. H.

Num. 10. Joannes hic a Joanne patruo bene diſtinguatur, hujus filium Davidem lazius ſine ſucceſſione obiiſſe ſcribit.

Num. 11. Philippi uxorem Lazius ait fuiſſe Hedwigem *Ruperti Stainer* filiam.

Pergamus in expoſitione teſtium ex quibus.

5. *Ulricus de Habespach, ſeu Hausbach* occurrit, v. annot. Diplom. 79. hujus tomi.

Preiſſel Henr. 6. *Heinricus Preiſel*, Auſtriaca familia eſt, ut v. an. 1245. de quibus raro in rebus noſtris quid occurrit.

7. *Otto Camerarius de Walchunskirchen.* V. tomo 2. annot. Diplom. 71. & 82.

Leyſer famil. Styriac. 8. *Otto de Leiſſe.* Hunc teſtem ex familia Leiſſerorum judico, ſecus incognitum, quod ſi ex hac familia fuiſſet, primus certe, ex iis, quos deſcriptos & notatos novimus, ponendus erit, Familiam hanc Baronum de Leyſer deſcribunt, Bucelinus, Wurmbrandius & Baro de Kainach, & Wurmbrandius quidem, eam originem ſuam e terra noſtra ſeu Styria

trahere,

trahere, dein vero in Auſtriam commigraſſe docet, addit etiam, Leyſeros in Styria munus hæreditarii Præfecti Arſenalis ſeu rei tormentariæ geſſiſſe, concordat his Lexicon Baſileenſe & MS. Kainach.

Ex hac inſigni familia non credo fuiſſe, *Lyſerum* ſeu *Leiſerum Polycarpum*, ſuperintendentem Lutheranum, qui an. 1573. in Auſtriam vocatus, paſtorem *in Göllerſtorf* egit, & Viennæ etiam ſæpius prædicavit, ut habet Lexicon Baſileenſe. *Polycarpus Leiſer.*

Leiſſeri, ubi in Auſtriam commigrarunt, ibidem caſtra, pagosque Ober- und Niederleiß in circulo infra Mainhardi montem ſitos poſſederunt. Scutum eorum ita depingit Excell. Wurmbrand. cap. 53. f. 141. ex 4. areis conſiſtit, in quarum 1. & 4. nigræ duæ lunæ falcatæ dorſis obverſis latera reſpicientes ex auro fulgent, quæ teſſera gentilis eſt, quamque ſolum adfert Bucelinus part. 3. ſtematogr. fol. 122. in area vero 2. & 3. cærulea, aureo vel viridi colliculo tricipiti inſiſtit vitis aurea, palmitibus duobus in decuſſim trajectis, cum uvis ſingulis, quæ inſignia gentem Auſtriæ *Nüz* denotant, cui an. 1622. extinctæ, Leyſeri cum Baronum dignitate ſucceſſere, ejusque teſſeram ab Imperatore receperunt. Galea Coronata anterior ſcuto impoſita ſuſtinet 3. erectas ſtruthionis plumas nigras, inſcriptis lunis ſcutariis, poſterior gerit alam protenſam cæruleam, impreſſo ſcutario typo, quam veteres de Nüz olim geſtarunt. *Scutum eorum.*

GENEALOGIA BAR. DE LEYSSER.

Otto de Leiſſe hoc in Diplom. citatus an. 1249. *Joannes* 1. in Kainach vixit an. 1240. *Joannes* 2. Præfectus in Waldſtein an. 1403. *Wolfgangus* ux. Urſula de Gleinis filia Reinperti ex n. de *Holneg* an. 1449. Bucelinus Demuthan Urſulæ matrem vocat, & Wolfgangum hunc Chriſtophori fratrem ex Joanne 2. genitum Docet. *Georgius* an. 1438. ux. Scholaſtica, Jacobi de *Ernau* filia & Margar. de *Morburg* ut ait Bucel. *Chriſtophorus* 1. qui Andreæ de *Weisbriach*, vicedominum, Præfectum & Anwaldum Leibnizii egit, an. 1492. ux. n. ex Hungar. ita MS. Kainach. Bucel. n. de *Reiſperg*.

Ulricus Zeugmeiſter ſine hærede 1533. † & *Sigismund* Colonel. temp. obſid. Vienn. ſine hær. & *Erasmus* Abbas in Zwetl an. 1531.

Chriſtoph. 2. ux. Margaretha de *Eibeswald* Joan. ex n. de *Herberſtein* filia qui in Auſtriam abiit, ibique gentem propavit.

Joann. 4. ux. 1. Chuneg. de *Traupiz*. 2. Urſula de *Klitsch*. 3. Beatrix *Schrottin* ita MS. Kainach.

ex 2. tor.

Urſula m. Chriſtoph. *Stybich* Anwaldt zu *Pyber* an. 1548.

Scholaſtica m. Joan. *Regal.*

ex 3. toro.

Joann. Sigism. uxor Barbara *Leiſſerin.*

Eliſab. m. Georg. Seifr. de *Tribenegg.*

Maximil. Ferd. Cæſar. Præf. torm. ux. Sophia Zwickel quæ dein Wilhelmo de *Gera* nupſit † 1588.

Amalia Abb. Göſſ. 1543. & *Dorothea* m. Primus *Hurnus* & *Magdal.* m. Jodoc. *Helfenberg* & *N. filia* ux. n. *Staindorfer.*

Joann. 5. Præfect. in Järing uxor Anna de *Purgſtall.*

Urſula m. n. *Sebavitſch* & *Anna* & *N. filia.*

Catharina m. Zach. *Himberger* cujus pater Georgius Obriſt Amtman zu Piber 1503.

Barbara m. Joann. Sigm. *Leiſſer.*

Maruſch m. Chriſtoph. Reinp. *Welzer.*

N. filia ux. Wilh. de *Gera* Bucelinus *Sophiam* vocat.

Erasmus 2. ux. n. *Jörgerin* & *Caſpar* & *David* eques teſte Wurmbr. & *Joannes* 6. ux. Cathar. ab *Hochenfeld* & *filius N.*

Roſina m. n. *Laglberger* Auſtr. & *Genoveva* & *Sabina* & *Amalia.*

Franc. & *Anna.*

Anna m. 1. Wolfg. Wilh. de *Herberſtein.* 2. Andr. *Neuhaus* ad *Greiſenfels* an. 1580. Marburgi.

Franciſc. & *Anna* ux. n. de *Staudach.* m. 1. Chriſtophor. de *Pranck.* 2. Seifr. Frid. de *Pain.* 3. n. ab *Hengſperg.* ita Bucel.

Joann. Sigm. Baro ux. Barb. ab *Althan* B. ita Bucel.

Filiæ.

Dorothea mar. Georgius *Regal.*

Ebnricus filius & *Sophia* ac *Judith.*

Genoveva mar. Sigism. *Schrott* cujus 4ta uxor.

Maximilianus & *Barb.* ac *Eliſab.*

Anna m. Seifrid. de *Dietrichſtein.*

Maximilian. & Maria.

Filii Maximiliani.

Wolfgang. uxor Barb. Chriſtoph. *Caſianer* ex n. de *Pfannauer* ſine hær. & *Udalricus* ac *Wolfgangus* hos Bucel. addit.

Georgius 1. ux. Sophia de *Mötnitz* 1569. 2. Cathar. *Paradeiſerin.* 3. N. *Tſchädingerin* an. 1587 ita MS Kain. 4 Anna de *Greiſſeneck* ita Bucel.

Ferdinand. † 1611. ux. Suſanna *Hurnuſin.*

Wilhelmus ux. Anna Maria *Gallin* ſed Bucel. ait ux. 1. Maxentia *Gallin.* 2 Joanna *Hebenſtreitin.*

ex 1. toro.

Maximilianus nat. 2. Nov. 1574.

Sophia m. Alexand. *Grimming.*

Veronica m. 1. Com. de *Schermberg.* 2. Adam *Grimming.*

ex 3. toro.

Sidonia m. n.

ex. 4. tor.

Eliſabetha.

Hanc MS. Kainach omittit.

ex 1. tor.

Dorothea mar. Georgius Bar. *Rauber.*

ex 2. tor.

Georgius *David* de uxore non conſtat.

Hos Bucelinus detexit.

Sequentes Bucelinus ſuperaddit.

Joannem 5. Chriſtophori 1. filium, ex Barbara *Caſianerin* Chriſtoph. filia docet genuiſſe *Franciſcum*, cujus uxor *Anna de Purgſtall*, & *Catharina* cujus maritus *Zacharias ab Himberg* (quam ego Joannis 5. ſororem ex MS. Kainach. ſtatui) tandem *Urſulam* & *Annam*, quas etiam Joannis 5. ſorores dixi.

Erasmo 2. Chriſtophori 2. filio tribuit *Margarethan* uxorem *Joannis Schifer* Baronis. *Joannis* 6. prolem fuiſſe ait *Sidoniam* cujus maritus Godefridus *de Londav.*

Ad an. 1250. Diplom. 99.

An. 1250. ad Diplom. 99.

Jam in annot. Diplom. 87. & 90. dixi, Eberhardum decimas in Pöseyle, quæ Ecclesiæ erant Seccov. contulisse Popponi de Peccach tit. feudi, atque eas interim pro posse compensasse aliis decimis, jam vero cum defunctus esset, *Poppo de Peccach*, decimæque sic liberatæ, Philippus eas illico Ecclesiæ Seccovienſi restituebat: ex his proin colligitur *Popponem de Peccab* hoc anno non amplius in vivis fuisse.

Decimæ Pöseyl dantur Ecclesiæ Seccov.

Pekach de Poppo.

Testes erant 1 *Witego scriba Styriæ* de quo jam supra actum.

2. *Ulricus de Liechtenstein.* V. tomo 1. annot. Diplom. 47.

3. *Hainricus de Silberberg.* Equites erant Carinthiæ, a castro cognomine ita appellati, quorum Genealogiam refert Lazius lib. 6. f. 199. docetque hunc Henricum an. 1294. circ. castrum Silberberg a Mainhardo Duce Carinthiæ obtinuisse, castrum hoc Carinthiæ Megiserus an. 1293. in bello inter Ducem Carinth. & Salzburg. orto exustum docet, sed author Germ. Sacr. to. 2. f. 403. castrum *Silberek* substituit, plura de his Carinthi agant. Est etiam parochia *Silberberg* in Styria in valle Anasi Baronibus ejus nom. obnoxia titulo Advocatiæ.

Silberberg de famil.

Castrum.

4. *Gebhardus de Velvven.* Hi e nobilitate Salisburgensi erant, de quibus plura refert author Germ. Sacræ tomo 2.

Welben de.

5. *Gotfridus Choltze* etiam feudatarius Salisburg. v. to. 2. Dipl. 57.

Choltze de.

6. *Ortolfus de Stretvvich.* V. tomo 1. annot. Diplom. 86.

Actum in *Vanstorf*, de quo loco egi in annot. Diplom. 10.

Ad Diploma 100.

Ad Dipl. 100.

Annus quidem Diplomati adjectus non hic, sed sequens est, ast cum idem locus, iidem testes, eadem fere dies expressa sit, suspicor eodem hoc anno, Diploma confectum, & abundare num I. Eo in Diplomate promisit Philippus Ulrico Seccov. Ecclesiam Pyber, per recompensationem a monasterio S. Lamberti eliberare, & Seccov. Cathedræ subjicere, dumque ad hoc successores suos obligaret, id in effectum est deductum, an. quidem incerto, attamen an. 1265. a Clem. 4. eadem Ecclesia Ulrico Archiep. Salzb. cedenti, data est denuo cum Episc. Seccov. & an. 1268. Clemens 4. conqueritur deinjuste erepta Episcopo Seccov. Ulrico Ecclesia Pyber; hodie iterum penes Abbatem S. Lamberti hæret, & ita quidem, ut ejus controversias componendi jus, salva appellandi libertate, penes Abbatem S. Lamberti existat. Locus, & testes iidem qui in Diplom. super.

Pyber paroch. S. Lambert.

Olim Episcop. Seccov.

Ad Diploma 101.

Ad Dipl. 101.

De prædio Glanz Seccovienſium, agebatur quæstio, idque *Hadmarus* de Schænberg iniquus ejus possessor hoc an. restituit, ut Diplom. seq. patebit. Ast ubinam situm fuerit prædium Glanz? non adeo mihi obvium est, chartæ topographicæ nec in Austria nec Styria, Carinthia, vel Carniolia, id detegunt; quantum ex Diplomate hoc innotescit, prædium hoc, aliquando in potestate Frider. Ducis

Glanz pr ad Seccov.

Id olim possedit Dux Frid.

Auſtriæ fuit, & quidem eo tempore, quo Ulricus Seccov. Ep. ejusdem Ducis eſſet protonotarius, qui an. 1243. fine videtur, cathedram Seccov. aſcendiſſe: in Diplom. Seccov. 18. dato ab Alex. 3. inter Seccov. bona lego etiam apud *Glan 6. manſus* an littera Z. emanſerit, vel Glan fluvius Carinthiæ intelligendus ſit? denuo ignotum, prædium tamen hoc vivente adhuc Friderico Duce reſtitutum, & ab Eccleſia Seccov. pacifice poſſeſſum fuiſſe dicitur in hoc Diplom.

Reſtituitur.

Schænberg de Hadmarus id occupat.

Quo vero tempore *Hadmarus de Schænberg*, id uſurpare cæperit? non conſtat, forte poſt Frider. mortem, quo nobilium potentia exorbitare, ac in bona Monaſteriorum involare cæpit; in annot. Diplom. 1. hujus tomi, in idea Geneal. Schænbergiorum, oſtendi Dynaſtas hos, licet fors ex Auſtria oriundos, bona tamen varia in Styria noſtra poſſediſſe, ſic *Conradus* Voravienſium benefactor, turrim prope Penzendorff ad Hardbergam tenuit, & *Mechtildes* Hadmari hujus vidua in *Witſchein*, jure omni in prædium Glanz cum filiis ſuis ceſſit, an. 1269. jam vero conjicio ita: cum Hadmarus, ut ex Diplom. ſeq. videndum, dicat ſe ex *caſtro Smilnberg*, prædium in Glanz uſurpaſſe, pro caſtro Smilnberg, forte olim ita dicto, ſupponendum cenſeo caſtrum *Smiernberg* hodie Bar. de Jabornig intra Muram, & Dravum ſitum, & a *Witſchein* non usque adeo diſſitum, cumque in caſtro Schmirnberg reſidens, tum hæreditatis, tum advocatiæ titulo ingereret ſe prædio Glanz, hinc conjicio, prædium hoc non adeo diſſitum, ad arcem Witſchein Seccov. Can. pertinuiſſe, in ejusque vicinia ſitum fuiſſe, confirmor in conjectura mea eo, quod Udalricus Epiſc. olim delegatus ad poſſeſſionem prædii hujus eruendam, dicat ſe *vicinos*, & *provinciales* adhibuiſſe, quales ait fuiſſe DD. *de Mahrburg*, & provinciales, & vicinos.

Penzendorf ad turris.

Witſchein.

Schmirnberg caſtrum.

Exponendos jam aſſumo hoſce DD. provinciales, & vicinos: *Witigo ſcriba* ſeu notarius Styriæ aliunde præſens eſſe debuit cauſæ huic, *Nobilis vir* ille Ludovicus de *Schippke* quis fuerit? inquirendum, in Styria nullibi apparet, ex Auſtria forte, & aula Frider. Ducis in qua, tum Udalricus protonotarium agebat, aſſumptus fuerit.

Schippke de Ludovic.

Marchburg de Ulric. & Godfridus.

Ulricus & Gottfridus fratres de Marchburg, expoſiti ſunt tomo 1. annot. Diplom. 46. ubi tamen nondum declaratum eos fratres fuiſſe.

Wigandum de Mäſſenberg. V. tomo 1. annot. Diplom. 47.

Chunradum de Horneke. V. tomo 2. annot. Diplom. 79.

Epocha quidem deeſt, ex ſequenti tamen Diplomate conjicio hunc vel præced. annum affigendum eſſe, cum teſtimonio Ulrici contra Hadmarum de Schænberg, Seccovienſes opus habuerint.

Ad Dipl. 102.

Ad Diploma 102.

Diploma hoc, plurima ſui parte jam in præcedenti eſt expoſitum, etenim *Hadmarus de Schænberg*, de cujus familia jam tom. hoc in annot. Diplom. 1. loquebar) ob damna a ſe Seccovienſi Eccleſiæ illata, prædium omne in Glanz, & in Rospach reſtituit, quod antea injuſte poſſederat, viciſſim *D. Arnoldus Præp.* 8. *Seccovienſis*, & confratres ejusdem loci, omnia damna, eorumque compenſationem, forte

adhuc

adhuc reſtantem, propter Deum eidem remiſerunt; de Arnoldo Præp. Seccov. dixi ad an. 1250. Teſtes rei transactæ erant.

1. *Sifridus Comes de Pbannenberch.* V. tomo hoc annot. Dipl. 40.

2. *Dom. Gotfridus, & Dom. Hartnidus de Marchburg.* V. tomo 1. annot. Diplom. 46. ubi de Gotfrido plurima dicta ſunt, & adhuc per decurſum dicentur, ſed Hertnidus ibidem omiſſus eſt: agnati fuiſſe videntur, non fratres, hæc enim fraterna connexio plerumque exponi ſolet in vet. Diplom. uti ex Diplom. præced. inter eosdem Dynaſtas de Marchburg videre licet. *Marchburg de Hartnidus.*

Acta ſunt hæc in *Smilnburch* ſeu ut pr. Diplom. oſtendi *Smirenberg* caſtro.

Ad Diplom. 103. *Ad Dipl. 103.*

Diploma hoc nondum editum continet Canonia Vorav. in originali, in quo tamen omnia 3. ſigilla jam ſunt abraſa, *Rudolphus hic de Hertenfels* (forte frater Henrici eidem Monaſterio Vorav. an. 1242. valde noxius) plurima damna intulerat Canoniæ noſtræ, eo præſertim tempore, quo in Thalberg reſidebat, etenim jus ſibi in Eccleſiam S. Jacobi uſurpabat, & per triennium 50. modios de decimis ad S. Jacobum auferebat; ſuccurrit preſſæ Canoniæ noſtræ divina providentia, & Rudolpho huic mortis anguſtia laboranti oculos aperuit, ut damna illata inique non ſolum cognoſceret, ſed etiam pro poſſe reſarciret, dando Eccleſiæ Vorav. *curiam in Haidek*, ſupra Thalbergam an der Haydt ſitam, & talentum Viennenſe ſolventem. Hæc quidem per teſtamentum conſtituit. *Hertenfels de Rudolf & Henricus.* *Haideck curia Vorav.*

Cum vero dein obiret, defunctusque ad ſepulturam Voravium deportaretur, duo *fratres ejus Henricus, & Gerbardus*, cum aliis nobilibus mox exponendis, convenerunt Gebbinum Præpoſitum & capit. Vorav. ut hanc ſatisfactionem intuitu divinæ miſericordiæ reciperent, fide data ſimul promittentes, quatenus Eccleſiam Vorav. nullis modis amplius turbarent, quin potius piis affectibus fovèrent.

Hæc ubi Voravii recepta ſunt, die 30ma ejusdem Rudophi Hertenſelſii Voravii fer. 2. poſt palmas celebrata *D. Gertrudis vidua Rudolphi* una cum fratribus ejus curiam prædictam in Haidek manu poteſtativa ſuper altare B. V. M. S. Thomæ Apoſtoli patroni Eccl. Vorav. obtulit, teſtibus variis præſentibus, de quibus mox infra: eadem habet Chron. Vorav. ad an. 1250. de familia Dominorum *de Hertenfels*, ſatis obſcura, egi, & ad an. 1242. & tomo 1. annot. Diplom. 58. ubi ſtatui, eos ex familia Krumbach. fuiſſe cum modo ſub nomine Krumbachiorum, modo Hertenfelſiorum occurrant, ſane de Henrico ex Chron. noſtro habemus, eum modo Krumbachium, modo Hertenfelſium appellatum, ut v. in Diplom. 58. lit. C. D. & ex dictis an. 1242. cæteroquin vero Hertenfelſios nullibi niſi in Diplom. Vorav. & ſemper veluti Dynaſtas de Thalberg, vel in Thalberg reſidentes deprehendere licuit, forte non incongrua erit ſuſpicio, ſi caſtrum Thalberg, hodie adhuc in 3. partes diviſum, una ſui parte *Hertenfels* dictum credatur, & qui ex fratribus Krumbachiis id obtinuit, inde *Hertenfels de familia.*

Caſtrum ejus nom. nomen Hertenfelſii quoque geſſerit; alia traditione habeo caſtrum Hertenfels adS. Jacobum olim extitiſſe, hodieque nonnulla ejus rudera videri.

Inter nobiles hujus Diplomatis transactioni huic præſentes, varii deteguntur, cæteroquin ſatis ignoti: de *Gerhardo*, & *Henrico de Krumpach* fratribus Rudolphi de Hertenfels, actum eſt to. 1. Dipl. 58.

Gotſchalchum de Nitperch, Seu Neiberg v. to. 1. annot. Dipl. 36.

Heidenricum de Rimberch. V. to. 1. nnnot. Dipl. 58.

Perner Ulric. *Ulricum Pernar* ſeu *Perner*, ignota eſt quidem ſatis hæc familia, cum tamen in documentis Vorav. crebrius occurrat, in ejusdem vicinia extitiſſe colligo; in teſtamento Eliſabethæ, ſororis *Joannis de Neuberg*, quod ex Archivo Vorav. an. 1503. referam, ita refertur: Hab ich ... nach rath, und in Beyweſen des Edlen, und Veſten Dietrichen Perners zum Scharzen meines Pflegers zu *Neidau*, zu dem ich dan nach meinen lieben Herrn, und Gemahl vill Vertrauens geſetzet, ... und wan es Gott füegte, das ich alſo mit Todt abſturbe, das zu den göttlichen willen Steht, ſo ſoll der bemelte Dietrich Perner Bey ſeine Treů, und Ehren, auch der Verſchreibung, damit er meinen Lieben gemahlin, und mir verbunden iſt der Röm. Kayſerl. Mayeſtet unſern allergnädigſten Herrn ſolch mein 2. Theil des Schloß, und Herrſchaft Neidau mit ſamt ſeiner Herrlichkeit, und zuegehörung umb ein *Summa* Geldts benantlich 8000. gulden Reiniſch anbieten, und ob die Kayſerl. Mayeſtet bemelt mein 2. theil alſo umb dieſelbe *Summa* annehmen, und das Geldt alſo zu gedachten meines lieben Herrn, und gemahl oft genant Dietrichen Perner für ſeine Treů, willig Dienſt ausrichten, und Bezahlen 500. fl. Reiniſch ꝛc. *Neuberg de Joannes.* *Perner Dietrich ad Schachen*

in adjecto nomini huic *Perner* zum Scharzen errorem intercurriſſe opinor, etenim in conventione iner Præpoſ. Pöllenſem 1. Udalricum de Trautmanſtorf, & Comitem de Pöſing (quem ad an. 1504. ex MS. Vorav. producam) legitur ſolum inter teſtes: Dietrich Perner von Schachem, quam lectionem retinendam opinor.

Caſtra Neidau Thalberg Neiberg. Ex hiſce apparet: hoſce Dominos Perner, olim Præfectos caſtri Neidau fuiſſe, cumque Joannes Neibergius caſtra ſua Neitberg, Thalberg, & Neidau proximis agnatis legaret, Pöllau vero fundationi Canoniæ ejusdem nominis deſtinaret, Dietricum fuiſſe præfectum arcis Neidau, etiam ſub Eliſabetha ſorore Joannis Neibergii & uxore Chriſtophor. Com. de *S.* Georgio, & Pöſing, de quibus plura Sæc. 15. & 16.

Aichberg de Conr. arces duæ. *Conradus de Aichberg*, binæ ſunt arces Styriæ ejusdem nominis, ambæ in circulo Vorav. una Comitum de Heiſter, infra alpes Schwambergenſes ad caſtrum Biſchofsek, & Altenmarkt, altera Com. de Steinpeiſs, 2. Infra Voravium horis, & ex hac arce Dynaſtas veteres ejusdem nominis ortos opinor, quibus deſunctis Domini de Steinpeiſs ſucceſſere, Conradus hic, ut an. 1242. dixi Canoniæ noſtræ Vorav. valde moleſtus fuit.

Quamdiu hæc DD. de Aichberg familia perduraverit? nondum ſatis edoctus ſum; an. certe 1381. Conradus Præp. 20. Vorav: a *Wulfingo Aichberger* Sylvulam in *Puechek* pro 18. libris denariorum emit, ut teſtatur Chron. Vorav. Sæc. ſeq. fine Steinpeiſſii jam Dominium *Aichberg de Wulfing.*

Aich-

Aichberg obtinuere, plura de his, ubi de Comitibus de Steinpeiſs tractabitur.

Wernhardus de Pürchvelde Dynaſta fuerit arcis ejus nominis, ſitæ in Circulo Vorav. ſupra Pöllenſem Canoniam ad alpes Viſpacenſes, olim etiam Comit. de Steinpeiſs, hodie Com. de Trautmanſtorf. Plures horum ex docum. noſtris Vorau: conſpiciuntur, & quidem præter Bernardum, hoc eodem in Diplom. inter teſtes leguntur, *Luipoldus* item *Rapoto* & *Luitoldus de Pürkfelde*, de hiſce quoniam ſecus nil conſtat, dicam uberius, ubi accuratam horum nobis vicinorum Dynaſtarum notitiam ex documentis, ut pie confido, domeſticis obtinuero. V. dicta annot. Diplom. 33.

Pürckvelde de Wernhard.

Luipold. Rapoto & Luitold.

Henricus de Kirchberg, hi Dynaſtæ bene diſtinguendi a Com. de Kirchberg in Auſtria, de quibus Wurmbrand. cap. 5. agit, etenim in Styria noſtra binæ ſunt arces Kirchberg, ambæ in Circulo Vorau: una dicta *Kirchberg ad Rabam*, hodie Com. de Kazianer, altera infra Vorau 2. & ſemi hora dicta *Kirchberg ad Sylvam* & ex hac Dynaſtæ hi Kirchbergenſes oriundi erant, horum acta ex MS. Vorav. quæpiam deteguntur, præter Henricum enim hic citatum docet Chron. MS. Vorau. Dietricum Præp. 12. Voravienſem an. 1304. a *Rudolpho de Kirchberg* emiſſe curiam *in Puechek* cum advocatia & an. 1305. ab *Udalrico Graffenpek de Kirchberg* bona in *Stainpach* auf den Bichel, plura de his alibi v. etiam annot. Diplom. 97. in litteris I. S. T. de Trautmanſtorfiis.

Kirchberg de Henr. & Rudolph. Arces 2.

Graſenbeck de Udalricus.

Ekehardus Rufus, & alius Ekehardus de Maiſſenberge jam tom. 1. in annot. Diplom. 41. dixi, arcem Styriæ *Maiſſenberg* infra Leobium ad Muhram ſitam, olim Comitum de Zolnern, hodie Com. de Wurmbrand eſſe; varios inibi adduxi, *Wigandum* 1. Sæc. 12. ex docum. ibidem allatis, & quidem miniſterialem Ottocari 6. huic ſubjungo *Wigandum* 2. an. 1255. ex Diplom. Göſſ. 37. an. 1267. ex Diplom. 53. frater ejusdem *Albero*, ad an. 1274. ex Diplom. Göſſ. 56. detegitur, filios vero Wigandi 2. refert Diploma Seccov. 81. nempe *Henricum*, *Wigandum* 3. *Albertum*, & *Ulkerum* forte *Otkerum* vel *Wulfkerum* ad an. 1265. item an. 1276. ex Diplom. Seccov. 100. & 113. ad an. 1283. Ekehardi hi duo, an Wigandi 2. fratres, vel agnati fuerint? non eruo, quoniam in aliis docum. niſi Vorau: mihi non occurrebant.

Maſſenberg de Ekehardi 2.

Inter teſtes præter Ottonem *Capellanum de Neiberch* (qui hodierno more Beneficiatus dici ſolet) citatur *Dietvvinus* Scholaſticus, & dein 4. *Scholares*, Scholares olim iidem erant, qui hodie alumni, cantores Collegiorum, & Monaſteriorum, & Scholaſticus, qui eorum curam habebat, ita ex viſitatione Colleg. Vorav. an. 1433. ex MS. noſtris, cur vero tot hoc tempore Voravii convenerint, quorum unus, nempe *Otto Scholaris de Kirchſchlagge* in Auſtria, advenerat, cenſeo rationem eſſe, quod hæc transactio facta fuerit in die 30. celebrata pro def. Rudolpho de Hertenfels Voravii ſepulto, quo forte ad majorem ſolemnitatem ejusdem, præſentibus ejus fratribus, & amicis, convocati fuerint, ex aliis locis Scholares, qui domi ſufficientes non erant.

Neiberg de Capellanus Otto.

Scholares qui.

Lengenbach de Gerungus. Post hos citatur *Gerungus de Lengenbach* de his v. tom. 1. annot. Diplom. 66. & hic annot. Diplom. 97. nescio vero, si tamen e nobilibus, seu Dynastis, non vero a loco nomen adjectum tenuit, qua occasione Voravium venerit?

Walchpach de Luipold. *Luipoldus de Walchpach*, hunc de loco denominatum censeo.

Ramlar de Henr. *Henricus Ramlar* nullius nobilitatis.

Purkfeld de. *Luipoldus de Pürchvelde*, & *Rapoto*, & *Luitoldus fratres de Pürchveld* superius sunt expositi, nisi, & si ipsi ex loco *Purkveld* supra Thalbergam nomen tulissent.

Rechberg de Otto. *Otto de Rechberg* ex loco extra Voravium sito sic dictus videtur v. tomo 1. anot. Diplom. 36.

Thalberg de Erhardus. *Eberhardus de Thalberg* hunc quidem an. 1114. inter Dynastas Thalberg retuli, vereor tamen, ne præcise e loco nomen tulerit, cum nomen domini adjectum non sit, ut in Gotscalco, & Gerardo, quorum Sigilla appressa, & quod doleo abrasa jam, ex quibus plura inferre licuisset.

An. 1251. ad Dipl. 104.

Ad an. 1251. ad Diploma 104.

Mährenberg Monast. fundat. Percelebre est Mährenbergense sanctimonialium S. Dominici Monasterium, ad Dravum fluvium situm, sub isto *castro Mährenberg*, monti insistente ædificatum, a quo non procul distat oppidum ejusdem nominis; initia sua debet celeberrimæ Mährenbergensium Styriæ Dynastarum familiæ, ex qua *Geisla* vidua *Alberti de Mährenberg*, cum filio suo *Sifrido*, ab Ottocaro Rege an. 1272. perfide, ut dicam, necato, hoc anno Monasterii formam consummasse, atque sanctimoniales inibi congregasse refertur, quas quidem jam an. 1221. & seq. annis dispersim extitisse, an. 1221 dixi.

Castrum & oppidum nom. ejusd. *De Albert & Gisla.*

Hæc Itaque Geisla cum filio Sifrido *clausirum* hoc *sub Reg. S. Augustini*, & 2*dum constitutiones ff. Prædicatorum* molita, in fundo suæ proprietatis, *sub ipso castro Mährenberg*, ut dotem competentem adderet, 30. marcarum redditus cum voluntate Cohæredum suorum contulit, sicque Monasterio huic initium dedit.

Stadek de Anna & Herman. de Clam. Emberch de Chuneg. Greifenfels de Mechtild. Stadek de Rudolph. & Luitoldus.

Cohæredes porro ejusdem sequentes erant: nempe *Anna filia de Stadeke*, *Hermanus filius filiæ meæ de Chlam*, *Anna neptis*, *Chunegundis neptis de Emberch*, *Mechtildes neptis de Greiffenfels* & *generi* duo *Rudolphus*, & *Luitoldus de Stadeke*: horum notitia, ut habeatur accurata, Schema Mahrenbergicæ familiæ adduco, quantum illud ex notitiis hactenus collectis haurire poteram.

A. *Hartnidus de Mahrenberg* an. 1199. uxor N.

B. *Albertus* ante an. 1251. mortuus. Aa. *Sigbardus* an. 1257.
C. *Geisla* fundatr. Mährenberg eod. an.

D. *Sifridus* fundat. Mährenb. an. 1272. occisus uxor *Richardes* Com. *de Clame* ex Bohem.	E. *Offo* ad an. 1289.	F. N. frat.	G. *Anna* m. Luitold. 1. de *Stadeke.*	H. N. filia m. Rudolph. de *Stadeke.*	I. N. filia mar. n. de *Clam.*	K. N. filia m. Berthold. 1. de *Emmerberg.*	L. N. filia 1. mar. de *Greiffenfelse.*

Offo	*Anna*	*Clam*	*Emmerberg*	*Greiffenfelſe*
Q. *Richardes* an. 1310. circ.	M. *Anna.*	N. Hermann de *Clam.*	O. *Chunegundes.*	P. *Mechtildes.*

Plures hactenus non inveni, eos ſuis notis pro poſſe illuſtro.

A. *Hartnidum* primum hujus familiæ inveni ad an. 1199. quo inter adhærentes Philippo Regi Germaniæ Epiſcopos & principes, teſtis adſcriptus eſt, *Hartnidus de Mehrenberch* in Diplom. Philippi Regis dato Adalberto 2. Archiep. Salisburg. apud auth. Germ. Sacræ tom. 2. f. 308. 312. hunc conjiciendo patrem ſtatui Alberti. *Mährenberg de Hartnidus.*

Aa. *Sighardus* ex hoc, & ſeq. Diplom. cit. frater, vel verius cognatus Alberti fuerit. *Sighardus.*

B. *Alberti* hujus cæteroquin etiam mentio nulla occurrit, niſi in Diplom. hoc, ex quo ſimul patet, eundem hoc an. jam defunctum fuiſſe. *Albertus.*

C. *Geisla* ſe *viduam* ſcribens, nullibi alias etiam apparet. *Geisla.*

D. *Sifridus*, aliis *Seifridus*, & *Sigefridus* communi ore fundator dicitur Mährenbergenſis, & Diploma ſubſequens num. 104. eundem etiam, ſine matre fundatorem exhibet; unde hic hæreditatem ſuam paternam, Geisla paraphernalia bona ſua fundationi huic contribuiſſe videtur. *Sifridus.*

Hujus celebre eſt in hiſtoria Styriæ nomen, cum enim an. 1270. vel. ſeq. Ottocaro Regi, ſubacta Carinthia, in Styriam juxta Dravi ripas, haud procul a Mährenbergenſi caſtro iter facienti, Sifridus loci Dynaſta morbo impeditus, ſerius occurreret, a malevolis antea prædationum &c. reus actus eſt, Ottocarus recenti victoria tumidus contemptum interpretatus, quavis arte Sifridum Capi, & in Bohemiam abduci jubet; Itaque Sifridus miſer, inſidiis petitus, ab *Ortolpho de Gracz* milite, quem amicitiæ cauſa viſitaverat, in vincula datus, atque ab *Ulrico de Durrenholz* capitaneo, Pragæ Ottocaro ſiſtitur. Ottocarus non cauſam cognoſci, non audiri reum, non defenſionis morem indulgeri ſuſtinet, ſed raptari ad furcam, ibique e pedibus ſuſpenſum diriſſimos inter cruciatus, in ſeram noctem vitam extrahere ſinit, cumque Sifridus alta voce innocentiam ſuam teſtaretur, Ottocarus noctu carnificem mittit, qui impacta in tempora clava lamenta, dolores cum vita abrumperet: cadaver ſub furca defoſſum cum pluribus ardentibus prodigioſe faculis manifeſtaretur, multis precibus quamvis ægre, bini fratres Sifridi obtinuerunt, ut effoſſum corpus in Parthenonem Mährenbergenſem deferre poſſent, cui hodie adhuc ſanctorum honores paſſim tribuuntur, eo quod prodigioſam ſæpe Sifridi opem clientes experirentur. Hæc compendioſa eſt necis infandæ relatio, quam ex variis noſtris authoribus collegi: Anonymus Leobienſis Sifriſridum de prædis non accuſatum ſed contemptus præciſe ab Ottocaro reum habitum docet, per militem *Ortolphum de Graz* invitatum, ac captum, ac *Ulrico de Durrenbolz* ſuo officiario exhibitum fuiſſe: Chronic. Hageni, & Haſelbachii tradit Sifridum, tanquam prædatorem Ottocaro Regi delatum; de nece Seifridi Mahrenbergenſis documenta domeſtica fere conveniunt ex Auſtriaco, & Carniol. homagio an. 1520. cap. 10. nilque aliud addunt, quam Seifridum Pragæ *Sigefridi Mährenberg hiſtoria.* *Graz de Ortolphus.* *Durenholz de Ulricus.*

ſub graviſſimis ferreis compedibus per 4. ſeptimas detentum, dein caudæ equinæ alligatum, per omnia Pragenſis urbis compita raptatum, ante mortem fuiſſe, dumque furcæ inverſo corpore per 3. Dies noctesque fuiſſet affixus, tandem clava capiti impacta Spiritum emiſiſſe.

Certum illud, cædem hanc innocentis virique Beati extremam Ottocaro perniciem attuliſſe, ut ex an. 1278. patet; author Germ. Sacræ eundem Sifridum circa an. 1258. ſe Belæ Regi Hungariæ, & Stephano Zagrab. Duci Styriæ procuratori viriliter oppoſuiſſe docet; corpus S. cum compedibus, & læſuris per eosdem oſſibus illatis in Monaſterio Mährenbergenſi religioſe ſervatur, & colitur, prodigioſam D. Sigefridi clientelam plures ſunt experti, quam plura anathemata olim demonſtrabant, dein per Monaſterii incendia, & fata deleta: unum ex Docum. communicatis beneficium hic ſuperaddo: an. 1619. nobilis quædam *Domina de Herberſtorf* conjux *Joannis Chriſtoph. de Paar*, Viennæ graviter ventris doloribus cruciabatur, nulla arte medica ſopiendis, quæ dum aliquantulum dolore fatigata, dormiret, monita eſt ſe D. Seifrido Mährenberg: devoveret, quod cum vera confidentia præſtaret, illico dolor omnis receſſit, quæ dein ipſa Mahrenbergam veniens ſoſpitatori ſuo gratias perſolvit, utque rei memoriam perſtaret, ventrem argenteum ibidem ad tumbam ſuſpendit; 30. alia beneficia, ope ejusdem obtenta, ſcrinia domeſtica exarata habent.

Beneficia per B. Sifridum obtenta.

E. Ex allatis hactenus, & pluribus authoribus patet, Sifridi hujus necem in Ottocaro egregie fuiſſe vindicatam, dum 2. *fratres Mehrenbergenſes* Ottocaro Regi in prælio an. 1278. vulneribus 18. confoſſo vitam ademerunt, ita docet Chron. Auſtr. Viti Arenpekii, author, faſtor: Compilil. & author Ducatus Styriæ cum Dubravio, Chron. MS. Styriæ, & Megiſerus, a 2. ff. Mehrenbergenſibus, & Hadmaro de Chunring occiſum ſcribit, econtra Chron. Hageni, & Haſelbachii ſolum a cognatis Mehrenbergenſium trucidatum docent. Id eruo *Offonem* de Mehrenberg probabilius fratrem Sifridi fuiſſe, de hoc author Germaniæ Sacræ f. 407. tom. 2. docet, eum an. 1289. Alberto Duci Auſtriæ contra Rudolphum Salzb. adſtitiſſe, Vanſtorfium ac Friſacum, aliaque oppida Salisburg. occupaſſe.

Offo de Mahrenberg.

F. Fratris Sifridi alterius acta & nomen latet, ſolum ex iis quæ ſub littera E. retuli, hactenus innotuit.

G. *Anna* filia Geislæ, ſoror Sifridi, uxor data eſt *Luitoldo* 1. *de Stadeke*; de qua v. dicta tom. hoc annot. Diplom. 40.

Anna ux. Luit. de Stadek.

H. Alia etiam fuerit Geislæ filia, cujus nomen ignotum, quæ *Rudolpho de Stadek* nuptui tradita eſt, cum enim non ſolum Luitoldus, ſed etiam Rudolphus generi nomen a Geisla tulerit, huic quoque Geislæ filiæm, uxorem eſſe oportuit. V. loc. cit.

Rudolph. de Stadek.

I. Unam filiarum Geislæ, cuidam D. de *Chlam* uxorem fuiſſe docet, hoc idem Diploma, cum *Hermannus filius filiæ* ſuæ (Geislæ) de *Chlam* dicatur, fors *Otto Comes* maritus ejusd. fuit, & Pater Hermanni. V. tom. 1. annot. Diplom. 4. 6.

Clam de Herman. & Otto.

K. Alia etiam Geislæ filia uxor erat cujusdam de *Emberch*, ſeu *Emmerberch*, hic probabilius *Bertholdus* 1. fuerit, de quo v. pl. tomo 1. annot. Diplom. 58. & ad an. 1278.

Emmerberch de Berth. 1.

L. *Greti-*

L. *Greifenfelſii* Dynaſtæ Carinthiæ ſunt, arce cognomine inibi ſita; quæ hodie teſte Megiſero Salisburgenſibus paret, quis hic Dynaſta, quod ejus, & ſponſæ, filiæ Geislæ nomen fuerit? ignotum hactenus. *Greiffenfelſii Dynaſtæ. Arx ejus nom.*

M. *Anna neptis* Geislæ probabilius ex Anna filia & D. de *Stadeke* nata fuerit, etenim in Geneal. Stadekiorum hic annot. Diplom. 40. invenio, *Annam 2 de Stadek.* *Anna 2. de Stadek.*

N. Hermanni de Clam ſub litt. I. memini.

O. *Chunegundes* de *Emberch ſeu Emerberch*, ex hoc Diplom. neptis Geislæ vocatur, unde ex filia ipſius, Bertholdo 1. forte de Emmerberch nupta prodierit, quæ to. 1. annot. Diplom. 58. in Geneal. Emerbergiorum nominata non eſt. *Emmerberch de Chuneg.*

P. *Mechtildes de Greifenfels.* V. litt. L. *Mechtild. de Greiffenfels.*

Q. *Richardem de Mehrenberg* filiam cenſui *Offonis* ſub litt. E. citati, de ea circa an. 1310. habetur cognatam fuiſſe, *Agnetis Eberſtorfiæ*, & uxoris *Frider. de Liechtenſtain*, ut v. Wurmbr. f. 6. cur vero non memoretur inter neptes Geislæ cauſam cenſeo, quod nondum nata fuerit, plura de hac nobiliſſima familia ex celeberr. Parthenone Mährenbergenſi mihi communicanda confido. *Mährenberg de Richardes. Liechtenſtein de Frider. Eberſtorf de Agnes.*

Hiſce explanatis, teſtes fundationis hujus ſubjungo.

1. Erat *Choto* (lege *Cholo*) *de Seldenboven, & frater ſuus Chunradus.* Dominos a *Seldenboven* Lazius lib. 6. de migr. gent. f. 197. adducit, aitque arcem ejus nominis hodie adhuc ſupereſſe haud procul a Mahrburgo ad Dravi ripam, quæ, uti habent chartæ topogr. hodie *Seldenboven* dicta, Monaſterio Mährenbergenſi ſubeſt, Eorum ſeriem ſuccincte refert Lazius, *Cholinum* vel *Cholonem* 1. *Frider. ac Henr.* Comitem Artenburg. Vaſallum circa an. 1250. *Colinum* vel *Colonem* 2. ab Alberto 1. Auſtr. an. 1300. Styriæ præfectum, *Colinum* vel *Colonem* 3. qui *Eliſabetham* unicam filiam reliquit, quam *Conradus Aufenſteinius* Carinthiæ Mareſc. cum magna Dominii portione conjugem obtinuit, circa an. 1320. ab his Dominium *Seldenboven* ad Cilienſes Comites, atque inde ad Auſtriacos eſt devolutum, nunc Monaſterio Mährenberg donatum. *Hultam a Seldenboven*, in Diplom. S. Pauli in carnis citari, Idem Lazius docet. *Seldenboven de Cholo & Chunradus. Arx ejus nom. Genealogia eorum. Aufenſtain de Conrad.*

Dominium Seldenhoven olim Cilej. Comitum fuiſſe docet Chron. Celej. quod duplex ad manus habeo, & correctius quidem ex Cartuſia celeberr. Seizenſi. Paucos hujus familiæ reperiri licuit, & *Cholo* quidem hic citatus mihi 1. hujus nominis videtur, cujus frater *Cunradus*, quem ignoravit Lazius, Cholo hic vel Colinus an. 1229. & 1233. in acerrimo illo Carinthiæ bello inter belliduces Carinthiæ numerabatur, ut ibidem dixi *Cholo* 2. in Diplom. Göſſenſi 48. ab Ulrico Carinthiæ Duce teſtis adducitur his verbis, *Cholo, & filius ſuus de Seldenboven* an. 1261. quem *Cholonem* 3. opinor, qui an. 1280. Sigillum ſuum appreſſit Diplom. Göſſ. 63. atque an. 1286. Prætor Styriæ ab Alberto Auſtriaco datus eſt, plura hactenus non occurrebant.

2. *Chuno de Vinkenſteine, & frater ſuus Otto.* Dominos de *Vinkenſtein- & Dietrichſtein* inter Carnos refert Lazius, cit. fol. 202. qui tamen in Styria & Auſtria dominia pleraque a Principibus Auſtriæ impetrarunt, *Vinkenſtein de Chuno & Otto.*

Arx ejus nom. eod. teſte. Confundit utramque familiam Lazius, Megiſerus arcem eam Carinthiæ, olim DD. de Dietrichſtein, hodie de Grottor parere ſtatuit, ad Dynaſtas itaque Carinthiæ pertinent, ex quibus *Henricus de Finkenſtein*, quem Lazius ſimul *Dietrichſteinium* vocat, an. 1233. Ekkebertum Bamberg. Epiſcop. in bello illo Carinthiæ cepit, ac arci *Finkenſtein* incluſit, v. Valvaſ. to. 4. lib. 14. f. 292. Megiſer. Cap. 5. lib. 7. f. 807. & dicta mea an. 1229. & 1233.

Truchſenn de Rudbert. 3. *Rudbertus de Truchſen* v. to. 1. annot. Diplom. 4. ſed inibi nullus Rudbertus apparet, in Carinthia 3. arces *Tryxen* erant teſte Megiſero.

Arces 3. Kuſſan. 4. *Dominicus Kuſſan.* Ignotus undique teſtis.

Rien de. 5. *Otto de Rien* forte legendum *Rein* Styriæ urbecula, ignotus item.

Hardek de Rudbertus. 6. *Rudbertus de Hardeke* hunc e familia Comitum Hardeccenſium non fuiſſe cenſeo, de quibus v. hic Diplom. 71. cum inter milites ſolum referatur, immo fors nomen a loco ſortitus videtur.

Tymnitz de Ditmar. 7. *Dietmarus de Tuniz* v. ut ſeq. Diplom. legitur, de *Tymniz*, ignotus etiam, & in Carinthia forte quærendus, in qua Tymnitzios extitiſſe teſtatur Megiſerus.

Hi 4. ultimi, *milites* in Diplom. dicuntur.

8. *Ulricus de Hardeke.* V. teſtem num. 6.

9. *Hertvvicus, & gener ſuus Jauzo*, Dipl. ſequens habet. Ulricus *de Hardek, & gener ſuus Pytzo.*

10. *Sichardus de Merenbercb.* V. Geneal. expoſitam.

11. *Chunradus Schvvarzel* nullius nobilitatis.

12. *Erneſtus, & Wulfingerus de Snovelin.* Ignotus: locus Diplomatis dati deeſt.

Ad Dipl. 105.

Ad Diploma 105.

Diploma hoc a præced. non multum differt, eſtque teſtimonium fundationis a Seifrido *libere, & abſolute, nullo hominum contradicente* factæ, ſimulque, quod ſibi in fundatione hac vel hæredibus ſuis nullum Jus judicii vel advocatiæ reſervet, teſtes iidem, qui prioris Diplomatis; quoniam ſtematis Mährenbergenſis deductio, annotationes Diplomatis præcedentis cæteroquin fecit longiores, hic plura de ſtemate, & loco celeberrimo Mährenbergenſi ſubjungo ex documentis mihi ex Parthenone famigeratiſſimo Communicatis: & quidem primo eadem habent *Sigefridum* fundatorem Mährenbergenſem *Marchionem Styriæ* fuiſſe, quod eo in ſenſu intelligendum opinor, quo jam tomo 1. obſervavi, fuiſſe varios Marchiones Auſtriæ, & Styriæ inter ſe tamen dignitate diſtinctos, & longe inferiores Marchionibus veris, etenim an. 1221. jam Leopoldus 2. glorioſus Auſtriæ, & Styriæ Dux præerat, & an. 1251. Auſtriæ & Styriæ Ducatus vacabant. 2. Uxorem Sigefridi fuiſſe *Richardem Comitem de Clame* ex Bohemia. 3. Sedem Sigefridi fuiſſe in caſtro ſupra oppidum Mährenberg ſito, hodie adhuc ſub nomine Dominii Mährenberg exiſtente, locum vero, cui ædificatum eſt Monaſterium Mährenberg, fuiſſe antea villam in pede montis Rädl intra Muram, & Dravum. 4. Richardem Sigefridi conjugem, licet a morte mariti monumenta domeſtica doceant, præfuiſſe, eadem

Sigefrid. fund. Mabrenb. an Marchio Styriæ.

Ejus ux. Richard. de Clam.

An dein Prioriſſa fuerit.

dem tamen primam loci hujus Prioriſſam vocant Adelheidem Comitem de Clam, a qua usque ad modernam Reverendiſſimam, ac Illuſtriſſimam Prioriſſam *Seifridum Com. de Khienburg* numerando præſuere Monaſterio 33. Prioriſſæ omnes fere ex Illuſtriſſimis, ac vetuſtiſſimis familiis ortæ. *Clam de Adelheid. Prior. 1.*

An. 1252. ad Dipl. 106.

An. 1252 ad Diplom. 106.

Quoniam ut an. 1252. dixi, Styriæ proceres in fidem ſuam pro filio Stephano, emerat Bela Rex Hungariæ, Ottocarus Bohemus hoc an. Græcium Styrorum metropolim veniens impetrare non potuit, ut ei ſe Proceres Styri ad exemplum Auſtriacorum ſubjicerent. Ne tamen jus, quod ſibi a Margaretha uxore communicatum putabat, amitteret, Ducem ſe oſtendit, atque Græcii immunitates Runenſium hoc Diplomate confirmavit. *Ottocar. Rex Græcii confirm. privil. Runenſ.*

Habebant Runenſes varia *Cellaria* (quo nomine olim non cellæ vinariæ, ſed Camera, & domus reſervatoria omnis generis ſupellectilis veniebant, ut ex Reg. S. Auguſt. conſtat: ſeu ut ait Diplom. *curias*, Höff, *manſiones civitatum*, in *Grätz*, & in *nova civitate*, vetat itaque officialibus ſuis, ne ex iis, telonium, tributum ſeu ſteuram exigere, vel intra clauſuras locorum horum hominem capere Spoliare, vel Sanguinem fundere præſumant; quam libertatem Ottocarus idem tribuit etiam cellariis Runenſium poſt hoc obtinendis. *Cellaria quid.*

Teſtes 1. *Notarii Wilhelmus & Gottſchalcus.*

2. *Witigo ſcriba Styrenſis.*

3. *Albero de Chunring* ex celeberr. Auſtriæ familia, qui ſæpius in Diplom. hujus Ottocari occurrit, v. Dipl. ſeq. ubi *Pincerna* dicitur. *Chunring de Albero.*

4. *Henric. Pincerna de Hasbach*. V. to. 2. annot. Diplom. 79.

Ad Dipl. 107.

Ad Diploma 107.

Ottocarus e Styria redux Linzam Auſtr. ſuper. metropolim adiiſſe videtur, ut inibi cum *Dytmaro de Styra* tranſigeret, Dietmarus hic unus eorum Dynaſtarum fuiſſe videtur, de quibus Chron. Garſt. ad an. 1249. ait, *nullus fuit penitus inter ipſos* Proceres nempe, *qui conſiderata ſuæ nobilitatis materia pacem faceret, aut ſervaret* etenim, ut ex Diplomate innuitur, Ditmarus hic Dom. de Styra *civitatem Styram*, quam Principis terræ fuiſſe tomo 1. diſſert. 1. dixi, utpote a Marchionibus noſtris, eorumque poſteris ædificatam, & alias poſſeſſiones Principis terræ in *præjudicium* occupaverat, multaque damna & injurias a morte Frider. Auſtr. Ducis intulerat; cum vero initio regiminis ſui, Ottocarus benigne agere cum nobilibus præſertim ſtatuiſſet, ut ſic ſibi animos omnium lucraretur, non ſolum injurias has omnes, & damna illata remiſit, ſed etiam *Purchlechen*, tanquam feudum, in *caſtro Steyr* eidem confirmavit, caſtrumque *Loſtein* donavit, promiſſis ſimul 200. talentis pro fidelitate, & obſequiis poſthac præſtandis, attamen, ut urbem *Steir*, cum aliis omnibus poſſeſſionibus Principis terræ, Ditmarus cederet. *Ottoc. Lincii.* *Styra de Ditmar. Dom. de Loſenſtein.* *Purchlechen de Styra.* *Loſtein caſtr.*

Jam an. 1238. dixi, præſcripto Frider. Auſtriaco, ab Ottone Eberſteinio Auſtriæ præfecto *poſſeſſiones ad Anaſum ſitas, & ad officium notariatus Styriæ pertinentes Ulrico de Lobenſtein* pro certa pecuniæ ſumma datas fuiſſe ſub quibus poſſeſſionibus etiam caſtrum Styræ, non vero urbem veniſſe, hasque poſſeſſiones Germanico idiomate **Burchlechen von Steyr** appellatas fuiſſe opinor, dein cum an. 1239. v. ſeq. Frider. Dux terras ſuas, & cum his Styram urbem ſibi ſubjiceret, etiam caſtrum Styræ ſuis poſſeſſionibus adjecit, ut patet ex Dipl. Glunic. an. 1239. in *caſtro Steir* dato: ut ſuo loco dictum, ubi vero an. 1246. Frider. Dux in prælio Hungar. cæſus obiit, Otto Dux Bavar. an. 1250. provinciam ſupra Anaſum, proin Styram aliaque ejus loca occupans, an. ſeq. Ulrico de Lobenſtein, eundem *Burggraviatum* ſeu **Burkhlechen** pro 200. *libris ob fidelia ſervitia ſibi, & filio ſuo Ludovico præſtita*, denuo contulit, quem Lobenſteinium proinde *Ditmarus de Styra* an. hoc 1252. vel præced. poſſeſſione ſua ſpoliaſſe ſimulque civitatem Styram cum aliis poſſeſſionibus ducalibus arripuiſſe videtur, ut adeo Styra urbs, cum ejusd. prædiis denuo hoc an. Principi terræ ſit ſubjecta.

Lobenſtein de Ulric.

Timuiſſe videtur Ottocarus potentiam Ditmari Styrenſis cum ejus fidelitatem, & obſequia contra hoſtes, 200. talentis emere nil dubitarit: de Ditmaro hoc quæpiam jam dicta ſunt tomo 1. annot. Diplom. 6. in Geneal. Dom. de Styra, quoniam vero hic primus Dominus de Loſenſtain, horumque author fuerit, plura hic adjicienda ſunt.

Loſenſtein & Loſenſteinleiben caſtra 2.

Loſenſtein ſeu *Loſtain* caſtrum Duplex eſt Auſtriæ in circ. Trunenſi, unum ad meridiem, alterum ad ſeptentrionem, uno milliario Styra recedit. Hoc ſecundum a caſtigato nitore, & peramæno ſitu celebre, quod primitus *Leuthen*, dein cum ad Loſenſteinios tranſiit, nomen *Loſenſteinleuthen* obtinuit, cujus veteri ædificio alterum nobilius *Chriſtina Comes a Loſenſtein* nata *a Perchaimb* an. 1542. addidit, primum vero caſtrum illud eſſe videtur, quod ex Auſtriæ ditionibus, Ottocarus tanquam Princeps Auſtriæ Ditmaro de Styra pro urbe Styra hoc an. conceſſit: Genealogiam Loſenſteiniorum, quoniam a vetuſtis Styriæ propagatur, & in eisdem Dominorum de Styra, ſtema revixit, hic breviter ſubjungam, notis quibusdam illuſtratam, alia enim in Excell. Wurmbr. cap. 10. f. 23. 211. 227. Prevenhueb. Bucel. Hübneri poterunt videri.

TABULA I.

A. De hujus Ditmari majoribus actum eſt tomo 1. annot. Diplom. 6. eum obtinuiſſe caſtrum Loſenſtein, ſicque familiam hanc exorſum, paulum ante expoſui.

B. *Gundaccarus* 1. hujus nominis teſte Lazio in comment. Reip. Rom. an. 1303. obiit, & in cænobio fratrum minorum Viennæ eſt tumulatus, quem tamen in Necrol. minorum Viennæ non invenio. Hübnerus hunc ſine prole, & uxore adducit, attamen ei fuiſſe filium Gundaccarum 2. oſtendam in litt. E.

C. Dit-

. 1252.

lorf. D. *Ulricus* an. 1284.

E. *Gundaccar.* 2. † 1

K. *Ludovicus* &
L. *Sigfrid.* &
M. *Ditmarus* 3.

N. *Demutha* ux. Seiboldi de *Volkerſtorf.* &
O. *Euphemia* uxor Cadandi de *Ekartſau.* &
P. *Catb.* ux. Frid. de *Pappenheim.*

F. *Bertholdus* 1. an
Turſin de Rauche

Bertholdus 2. *Junior*

Q. *Hertnidus* 2. an. uxor *Agnes* fors

n. Paſſav.

Anna mar. Wolfg. de *Daxberg* & N. mar. Adolph. de *Remsdorf.*

n. 1359.

. Burcardus de *Winden.* 2. Wolfg. *Schwarzenau.*

T. *Bertholdus* 3. an. 1436. in ter. S. abit † 1443.

52. ux. filia.

Barb. m. Ladislaus de *Meſeriz.*

Cathar. m. Ulricus de *Schärfenberg.*

W. *Bernhardus* fl. an. 1477.

Georgius auth. linet ris v. tab. 2.

Bern. de *Seibolds-*

Wilhelmus author lineæ Joan. v. tab. 3.

Adam † 1510. & † 1507. & *Paulus* †

lena m. Chriſtoph. de *bonſteten.*

Roſina m. Wilhelm. de *Knorringen.*

Gundaccar. cælebs

nov. mar. Chriſtoph. de *benbaupt.*

Lucretia mar. Caſpar. de *Wolkerſtorf.*

Wolfgang. Dietma-. & *Georg. Hildebrand.*

Otto Henric. ux. Anna de *Volkein.*

Maria Magd. † 1582. m. Lud. de *Polheim* v. Wurmbr. f. 184.

Maria m. Georgius de *Hofkirchen.*

Eliſabetha & *Roſina* juv. †

Eva Suſanna mar. Sig. Maximil. Bar. de *Grasvvein.*

Regina Chriſtina mar. Bernhard de *Puechaim.*

Suſanna

Jam an. 1238. dixi, præſcripto Frider. Auſtriaco, ab Ottone Eberſteinio Auſtriæ præfecto *poſſeſſiones ad Anaſum ſitas, & ad officium notariatus Styriæ pertinentes Ulrico de Lobenſtein* pro certa pecuniæ ſumma datas fuiſſe ſub quibus poſſeſſionibus etiam caſtrum Styræ, non vero urbem veniſſe, hasque poſſeſſiones Germanico idiomate Burchlechen von Steyr appellatas fuiſſe opinor, dein cum an. 1239. v. ſeq. Frider. Dux terras ſuas, & cum his Styram urbem ſibi ſubjiceret, etiam caſtrum Styræ ſuis poſſeſſionibus adjecit, ut patet ex Dipl. Glonic. an. 1239. in *caſtro Steir* dato: ut ſuo loco dictum, ubi vero an. 1246. Frider. Dux in prælio Hungar. cæſus obiit, Otto Dux Bavar. an. 1250. provinciam ſupra Anaſum, proin Styram aliaque ejus loca occupans, an. ſeq. Ulrico de Lobenſtein, eundem *Burggraviatum* ſeu Burkhlechen pro 200. *libris ob fidelia ſervitia ſibi, & filio ſuo Ludovico præſtita*, denuo contulit, quem Lobenſteinium proinde *Ditmarus de Styra* an. hoc 1252. vel præced. poſſeſſione ſua ſpoliaſſe ſimulque civitatem Styram cum aliis poſſeſſionibus ducalibus arripuiſſe videtur, ut adeo Styra urbs, cum ejusd. prædiis denuo hoc an. Principi terræ ſit ſubjecta.

Lobenſtein de Ulric.

Timuiſſe videtur Ottocarus potentiam Ditmari Styrenſis cum ejus fidelitatem, & obſequia contra hoſtes, 200. talentis emere nil dubitarit: de Ditmaro hoc quæpiam jam dicta ſunt tomo 1. annot. Diplom. 6. in Geneal. Dom. de Styra, quoniam vero hic primus Dominus de Loſenſtain, horumque author fuerit, plura hic adjicienda ſunt.

Loſenſtein & Loſenſteinleiben caſtra 2.

Loſenſtein ſeu *Loſtain* caſtrum Duplex eſt Auſtriæ in circ. Trunenſi, unum ad meridiem, alterum ad ſeptentrionem, uno milliario Styra recedit. Hoc ſecundum a caſtigato nitore, & peramæno ſitu celebre, quod primitus *Leuthen*, dein cum ad Loſenſteinios tranſiit, nomen *Loſenſteinleuthen* obtinuit, cujus veteri ædificio alterum nobilius *Chriſtina Comes a Loſenſtein* nata *a Percbaimb* an. 1542. addidit, primum vero caſtrum illud eſſe videtur, quod ex Auſtriæ ditionibus, Ottocarus tanquam Princeps Auſtriæ Ditmaro de Styra pro urbe Styra hoc an. conceſſit: Genealogiam Loſenſteiniorum, quoniam a vetuſtis Styriæ propagatur, & in eisdem Dominorum de Styra, ſtema revixit, hic breviter ſubjungam, notis quibusdam illuſtratam, alia enim in Excell. Wurmbr. cap. 10. f. 23. 211. 227. Prevenhueb. Bucel. Hübneri poterunt videri.

TABULA I.

A. De hujus Ditmari majoribus actum eſt tomo 1. annot. Diplom. 6. eum obtinuiſſe caſtrum Loſenſtein, ſicque familiam hanc exorſum, paulum ante expoſui.

B. *Gundaccarus* 1. hujus nominis teſte Lazio in comment. Reip. Rom. an. 1303. obiit, & in cænobio fratrum minorum Viennæ eſt tumulatus, quem tamen in Necrol. minorum Viennæ non invenio. Hübnerus hunc ſine prole, & uxore adducit, attamen ei fuiſſe filium Gundaccarum 2. oſtendam in litt. E.

C. Dit-

GENEALOGIA DD. DE LOSENSTEIN.

A vetuſtis Styriæ Marchionibus deſcendentium.

TABULA I.

A. *Ditmarus* ex Dynaſtis de Styra, & 1. ac *Senior D. de Loſenſtain* uxor N. fl. an. 1252.

B. *Gundaccarus* 1. an. 1284. ad 1303. uxor N. — C. *Ditmarus* 2. *ſeu Junior* an. 1282. ux. Ofnia de *Eberſtorf*. — D. *Ulricus* an. 1284.

E. *Gundaccar.* 2. † 1394. ux. Adelh. *de Miſtlbach.*

F. *Bertholdus* 1. an. 1349. † 1355. ux. Anna *Turſin de Rauchenegg.*

Bertholdus 2. *Junior* Can. Paſſav. an. 1358.

G. *Hernidus* 1. ux. 1. N. de *Potendorf.* 2. Agnes de *Mansbach* † 1344.

H. *Rudolph.* 1. an. 1360. uxor Urſula de *Hochenberg.*

I. *Dietricus* 1. an. 1329. uxor Margaretha de *Hochenberg.*

Theoderic. 2. an. 1377. † *Adelh.* monial. *Anna* ux. Weich. de *Stabrenberg.*

K. *Ludovicus* &
L. *Sigfrid.* &
M. *Ditmarus* 3.

N. *Demutha* ux. Seiboldi de *Volkerſtorf.* &
O. *Euphemia* uxor Cadandi de *Ekartſau.* &
P. *Cath.* ux. Frid. de *Pappenheim.*

Q. *Hertnidus* 2. an. 1371. † 1383. uxor *Agnes* ſors de *Falkenſtein.*

Ditmarus 4. ux. Eliſab. de *Liechtenſtein.*

Anna & *Eliſabetha* hæc Eberh. de *Waldſee* illa Henrici de *Neitberch* ux.

R. *Petrus* ux. 1. Euph. de *Stabrenberg.* 2. Eliſ. de *Aufenſtain.* 3. Marg. de *Traun* Joan. filia.

Gundaccar. Can. Paſſav. an. 1349. *Bertholdus* † an. 1359.

Anna mar. Wolfg. de *Daxberg* & N. mar. Adolph. de *Remsdorf.*

S. *Bernardus* ux. 1. Anna de *Zelking* 2. Beatr. de *Wübingen* † 1434.

Anna m. 1. Burcardus de *Winden.* 2. Wolfg. *Strein* de *Schwarzenau.*

T. *Bertholdus* 3. an. 1436. in ter. S. abit † 1443.

Rudolph. 2. auth. lineæ de *Loſenſtein Gſchwendt* † 1449. ux. Magd. de *Polheim.*

V. *Hartnidus* 3. † 1479. ux. Joanna de *Lamniz.*

Florianus auth. lineæ in *Loſenſteinleitben* † 1452. ux. Magdal. de *Auer* Jacobi & Barb. de *Waltau* filia.

Barb. m. Ladislaus de *Meſeriz.*

Cathar. m. Ulricus de *Schärfenberg.*

X. *Chriſtophor.* ux. 1. Sabina de *Tſchernahor.* 2. Luneta de *Wolkerſtorf.*

W. *Bernhardus* fl. an. 1477.

Georgius auth. lineæ ſenioris v. tab. 2.

Dorothea m. 1. Georg. de *Rham.* 2. Sigfrid. de *Torring.*

Margaretha m. Conradus de *Hirnheim.*

Hadmarus fl. an. 1445.

Anna m. Bern. de *Seibboldsdorf.*

Wilhelmus author lineæ Joan. v. tab. 3.

TABULA II. LOSENSTEIN LINEÆ SENIORIS.

I. *Georgius* filius Rudolphi 2. Prætor Styriæ ux. Anna de *Törring.*

Adam † 1510. & *Gregorius* † 1507. & *Paulus* † 1509.

Chriſtopb. fl. 1525. & *Maximilianus* † 1520. *Pontus* † 1520.

II. *Wolfgangus* uxor Eliſab. de *Tſchernahor.*

Noe. fl. 1609. & *Euphemia* Abb. Truneſan.

Helena m. Chriſtoph. de *Schönſteten.*

Roſina m. Wilhelm. de *Knorringen.*

Gundaccar. cælebs †.

III. *Georgius* contra turcas egreg. † 1555.

Onuphrius fl. 1548.

IV. Dietmarus Prætor ad Anaſum † 1572. ux. Maria de *Liechtenſtein.* 2. Euphemia de *Hochenfeld.* 3. Helena de *Herberſtein* Guntheri filia.

Genov. mar. Chriſtoph. de *Rabenhaupt.*

Lucretia mar. Caſpar. de *Wolkerſtorf.*

Wolfgang. Dietma-. & *Georg. Hildebrand.*

Chriſtoph. *Abrabam* & Georgius *Wilhelmus.*

Anna Suſanna & *Eliſabetha.*

Georg. Chriſtopb. ux. Anna C. de *Montfort.*

Joan. Bernard. † 1585. ux. Anna de *Stauf.*

V. *Wolfg. Sigm.* † 1626. ux. 1. Suſ. de *Rogendorf.* 2. Anna de *Stubenberg* Georgii filia.

Otto Henric. ux. Anna de *Volkrein.*

Maria Magd. † 1582. m. Lud. de *Polheim* v. Wurmbr. f. 184.

Maria m. Georgius de *Hofkirchen.*

Eliſabetha & *Roſina* juv. †

Georg. Ditmarus † 1625. ux. Rebecca *Schrottin.*

Georg Achatius Mareſch. inf. Auſtr. & Ferdin. 3. Conſiliar. intimus † 1653. ux. 1. Anna mar. de *Volkerſtorf.* 2. Anna Cath. *Seemanin.* 3. Franc. de *Monsfeld* pater 12. filiarum, & 8. filiorum.

Eva Suſanna mar. Sig. Maximil. Bar. de *Grasvvein.*

Regina Chriſtina mar. Bernhard de *Puechaim.*

Suſanna

C. *Ditmarus 2. ſeu Junior* an. 1282. floruit, ei Wurmbrandius 6. filios tribuit, Hübnerus 8. ego vero Bertholdum & Gundaccarum 2. non Ditmari filios, ſed Gundaccarum 2. Gundaccari 1. & Bertholdum Gundaccari 2. filium cenſeo, ut ex dictis patebit, Idem Wurmbrandius 2. ſolum filias adducit, ego ex Hübnero etiam 3tiam aſſumpſi, uxor ejus ex Hübnero detegitur. *Ditmar. 2. ſeu junior.*

D. De *Ulrico* hoc cæteroquin nil conſtat. *Ulricus.*

E. *Gundaccarum* 2. Gundaccari 1. filium fuiſſe cenſeo cum Wurmbrandio; certe duos hujus nom. fuiſſe conſtat, nam Gundaccarus 1. an. 1303. jam obiit Gundaccarus vero 2. an. 1340. teſtis litterarum adducitur in Prevenhueb. annal. Styr. f. 24. & an. 1394. obiit, ſepultus in Gärſten teſtante monumento ſeq. tenoris. *An.* 1394. † *Nobilis miles Gundaccer de Loſenſtein, & eodem anno uxor ejus*, quam *Adlheidem de Miſtlbach* circa an. 1350. fuiſſe Hübnerus tradit. *Gundaccar. 2.*

F. *Bertholdum* inter filios Dietmari 2. Hübnerus, Wurmbrand. vero inter filios Gundaccari 2. ſtatuit, teſtaturque Bertholdo huic, & agnato Dietmaro 3. Dietmari 2. filio, *Ottonen de Volkerſtorf* teſtamento reliquiſſe dimidiam partem caſtri *Gſchwendt* pro 150. libris nummorum reluendam an. 1347. quod caſtrum penes Loſenſteinios ſemper manſit, Idem hic parochiam Stein prope Styram an. 1349. fundavit, ita ex archivo Loſenſtein. Wurmbrandius. In die obitus errat Hübnerus, ut patet ex dictis, & ex epitaphio Garſtenſi, quod ita habet an. 1355. † *Bertholdus de Loſenſtein* uxorem ei Hübnerus tribuit *Annam Turſin de Rauchenegg.* Bertholdum hunc 3tium Gundaccari filium nominat Wurmbr. f. 228. unum horum indigitat Necrol fratrum min. Viennæ his verbis XV. Kal. Auguſt. *Dietmarus filius Gundachari de Loſenſtein hic in Eccleſia noſtra ſepultus.* *Bertholdus.*

G. *Hertnidus* 1. Ditmari 2. primogenitus, duarum conjugum maritus, teſte Hübnero, cui uti & Rudolpho Dieterico, & Ludovico fratribus Fridericus Archiep. Salisb. an. 1329. uti & *Rudolpho, & Hartnido fratribus de Stadek* caſtrum *Freundſperg* in feudum dedit teſte auth. Germ. Sacræ, & archivo Loſenſteinio. obiit an. 1344. ſepultus in Garſtenſis Monaſt. Sacello Loſenſteinio hac ſub inſcriptione an. *Dom.* 1344. *in vigil. invent. S. Crucis* † *Hertnidus de Loſenſtein.* Variis Diplom. ſubnotatus legitur apud Wurmbr. f. 20. 21. *Hertnidus 1.*

H. *Rudolphus* Dietmari 2. filius, an. 1356. Advocatum egit Gottwicenſem, ut habent monum. Gotwic. dein Rudolphi Auſtriæ Ducis miniſterialis fuit circa an. 1360. *Rudolphus.*

I. De *Dieterico* præter dicta litt. G. & in Geneal. nil mihi conſtat. *Dietricus.*

K. L. Idem eſt de *Sigfrido, & Ludovico.* V. Wurmbr. f. 218. *Sigefrid. Ludovicus.*

M. *Ditmarus* 3. 2di filius aulam Stephani Bavariæ Ducis eſt ſecutus, cui pro 40. libris nummor. Ratisbon. equum vendidit teſte Chyrographo Stephani Ducis de an. 1348. apud Wurmb. f. 229. obiit an. 1370. ſepultus in Garſten hoc ſub monumento. *An.* 1370. *Idibus Octobris* † *nobilis miles Dietmarus de Loſenſtein.* Hujus uxorem ex Hübnero adjeci, nempe *Annam de Brunn.* *Ditmarus 3.*

N. *Demutha*, cujus pacta dotalia cum *Seibaldo de Volkerſtorf* marito an. 1327. roborata ſunt. V. Wurmbr. f. 228. an. 1336. jam vidua erat, *Demutha.*

Georg

Suſanna Felicitas m. Georg. Aug. *Khevenhiller.*

Anna Maria m. Georgius Jac. B. de *Herberſtein.*

Maria Thereſia mar. Adolph. Com. de *Puecheim.*

Anna Eliſab. & *Maria Ignatia* & *Maria Margar.*

Filiæ 12. *Maria Cath.* m Joan. Weic. Pr. de *Auerſperg.*

Maria Magdal. & *Maria Suſanna.*

Maria Chriſtina & *Maria Barbara* † juvenes.

Maria *Roſalia.*

Wolfg. Wilhelm. & N. † juv.

Wolfg. Bruno † 1. an. puer.

Franc. Adamus n. 1631. ult. familiæ ux. mar. Theref. de *Herberſtein.*

Filii 8. *Ferdin. Wenceſl.* n. 1632.

Joan. Rudolph. † juv.

Bruno n. 1640.

Franc. Anton. n. 1642. Coadj. Olomuc. & Præp. Paſſav. an. 1692. †.

Maria Thereſia nat. 1667. 21. Martii m. Carol. Erneſt. Com. de *Waltſtein* an. 1686. aur. vell. Eq. & S. Cæſar. Conſil. intim. ſupr. aulæ Mareſch. & Legatus in Luſitaniam.

TABULA III. LOSENSTEINIORUM JUNIORIS LINEÆ.

VI. *Wilhelmus* filius Rudolphi 2. † 1506. ux. Barbara de *Parsberg.*

Euſtachius † 1507. ux. N. de *Scherfenberg* & *Barbara* monial. Viennæ.

VII. *Philippus* † 1521. cælebs.

Gregor. ux. Anna de *Rain.*

Elisab. mar. Gothard de *Scherfenberg.*

Magdal. m. Barth. de *Stahrenberg.*

IX. *Achatius* † 1527. ux. Maria Salome de *Polheimb* † 1541.

Eliſab. m. Wolfg. de *Kreig.*

VIII. Sebaſtianus bello clarus, ux. Luneta de *Volkerſtorf.*

Margaretha ux. Georg. B. de *Landau.*

Anna m. Wolfg. de *Perkheim.*

X. *Chriſtophorus* † 1558. ux. Chriſtina de *Montfort* Georgii filia.

Eva m. Michael de *Hochenfeld.*

Maria Salome

Joan. Sebaſt.

Anna Maria.

XI. *Georg. Achatius* † 1597. ux. Chriſtina de *Perkheim.*

Joan. Wilhelmus † 1601. ux. 1. Radeg. de Sherfenberg. 2. Chriſtina de *Roggendorf.*

Georgius Chriſtoph. † 1622. ux. Anna de *Stubenberg* filia Georgii.

Wolfg. Chriſtoph. juv. †.

Georg. Wolfg. † 1635. ultimus h. Lineæ.

erat, filios tamen habuit cum Seibaldo, quibus eod. an. feuda contulit ad Tejam, Otto Dux Auſtriæ. V. Wurmbr. cit.

Euphemia. O. *Euphemiam* ab Hübnero adductam, vereor multum, diſtinctam a Demutha cenſere, hæc ſorte 2dis nuptiis Cadando de *Ekartſau* obvenit.

Catharina. P. *Catharinam* cum marito ex Hübnero adduxi.

Hertnidus 2. v. Hertlinus. Q. *Hertnidus* 2. aliis *Herteinus* Monaſterio Garſtenſi graviter damnoſus fuit, ita enim habent annal. ejus Monaſt. an. 1379. *quidam Tyranus Hertlinus de Loſenſtein venit ad Garſtenſe Monaſterium cum uxore, & familiaribus, qui dum ex ſui ipſius negligentia non fuiſſet caute in cibo, & potu proviſum, arreptus veſania, ac cordis vehementia, mane ſole oriente furia repletus de Monaſterio exivit, & curiam juxta Monaſterium, quæ vulgo* **Stallhoff** *dicitur, una cum pecudibus & omni ſupellectile igne conſumpſit, & Monaſterium etiam per ipſum in quadringentis talentis & amplius eſt damnatum.* An. ſeq. damnum omne reſarcyt ex arbitrio *Alberti de Ottenſtein* Burggrav. Styriæ *Georgii de Volkerſtorf* & *Frider. Plebani* oppidi Steir; an. dein 1383. mortuus, & in Garſtenſi Sacrario hoc ſub epitaphio poſitus. *An. Dom.* 1383. † *nobilis miles Hartnidus de Loſenſtein in die S. Udalrici, & uxor ejus Agnes an.* 1380. *in die S. Antonii*, unde errat Hübnerus, dum Margaretham de *Falkenſtein* ei uxorem tribuit, cum Agnes ſolum dicta ſit.

Ottenſtein de Albert.

Volkerſtorf de Georg.

Petrus. R. *Petrus* Rudolphi 1. Senior filius medietatem caſtri Loſenſtein an. 1370. tenuit, alteram Hartnidus 2. ejus agnatus, huic Hübnerus 3. tribuit uxores.

Bernardus. S. *Bernhardus* Petri filius, *Annæ de Zelking* maritus, quæ a patre ſuo *Stephano* una cum ſorore *Eliſabetha*, uxore *Wilhelmi de Puechaimb* Dynaſtiam Schallaburg an. 1425. teſtamento accepit, ex quo tempore Loſenſteinii 2do & 3tio laterculo inſignium rubeo colore tincto impoſitum Leonem coronatum diagonali linea ſectum ſuperiore corporis parte, aurea inferiore cærulea Dominii Schallabu genſis Symbolum gerunt. Huic Bernardo graves lites ſuere cum Hugone Com. *de Montfort* Stadekenſium feudorum cauſa, quas Valentinus Prevenhueb. in not. MS. Loſenſtein. & ex eo Wurmbrand. f. 230. refert, v. tom. hoc 2. annot. Diplom. 93. in Geneal. Stadekenſ. obiit Bernardus hic an. 1434. in monum. ſuo Garſt. ſepultus hoc tenore. *An.* 1434. † *nobilis, & ſtrenuus miles Dominus Bernhardus de Loſenſtein.*

Loſenſtein inſigne.

Bertholdus 3. T. *Bertholdo* 3. Bernardi filio, Leonardus Epiſc. Patav. an. 1433. caſtrum *Liebenſtein* in **Altenfeldter Pfahr in Mihl Viertl**, in feudum dedit, an. dein 1436. cum Frider. Duce Auſtriæ in terram ſanctam profectus eſt, reverſus ac an. 1443. mortuus in Garſten ſub hoc lapide ſepulchrali eſt ſepultus: **Hie ligt begraben der Edle Herr Herr Berchtold von Loſenſtein Ritter, dem Gott Gnad, und iſt geſtorben an S. Luciæ Tag. Da 1443. jahr gezellet worden.**

Hertnidus 3. V. *Hertnidus* 3. filius Bernardi 4tus Alberto Auſtriaco, contra Frid. 4. Imp. in arce Viennenſi an. 1461. obſeſſum adſtitit; obiit an. 1476.

Bernardus 3. W. *Bernhardus* 3. in conventu ſtatuum Auſtriæ ob bellum Hungar. an. 1477. in oppido S. Hypoliti adornato comparuit, neſcio vero cur hunc Wurmbrandius Bernardum 3. vocet.

X. *Chri-*

X. *Chriſtophorus* an. 1467. die 19. Julii natus, Doctor juris, & aſſeſſor Judicii aulici an. 1501. Neoſtadii eſt factus: poſt hos fratres def. ſine hærede maſculo, Wilhelmus in Dynaſtiam *Schallaburg* ſucceſſit. *Chriſtophorus.*

TABULA II.

I. Georgius filius Rudolphi 2. an. 1449. in Garſt. Monaſt. ſub hac inſcript. ſepultus. Hie ligt der Edle Wohlgebohrne Herr Herr Rudolph von Loſenſtein, dem Gott gnädig ſeye, der geſtorben iſt an S. Clementen Tag *an.* 1449. hic Georgius ordini Prædicatorum Monaſterium Styræ erigere volentibus, domum Loſenſteiniam in platea Fäßl Gaſſen ſitam an. 1472. vendidit eo pacto, ut annua ſacrificia pro ſalute Loſenſteiniorum Deo offerrent, ex archivo Loſenſtein. & Prevenhueb. qui ait eam domum ab ambobus fratribus Ceorgio, & Wilhelmo fuiſſe venditam. Idem hic Georgius auxilio fuit Auſtriæ ſtatibus, qui an. 1474. caſtrum *Hörſchlagg*, in finibus Bohemiæ obſidebant an. 1478. Præfectus fuit circuli Trunenſis, an. 1490. Frider. 4. Conſiliarius, & judex aulicus provinciarum Auſtriæ, & tandem ab an. 1491. ad 1494. Ducatus Styriæ Prætor ſeu Landshauptmann, an. 1493. in funere Frider. 4. vexillum Auſtriæ ſuper. tulit an. 1494. a Maximiliano Imp. Auſtriæ ſupra Anaſum Capitaneo, dein judicii cameralis in nova civit. tunc celebrati judex, ac an. 1508. Capitaneus in Freuſtatt, quibus officiis an. 1509. immortuus eſt, plura de eo Prevenhueberus annal. Styr. f. 169. & 176. refert, cenſetque eum cum fœderatis Styrenſibus ſenſiſſe. *Georgius.*

II. Wolfgangum Prevenhueb. non laudat, ait enim eum, dum an. 1529. ab adventante Turca fugitivi Styrenſes pertranſirent territorium in Gſchwend, petiiſſe, ab his fugitivis per 2. & med. diem detentis 32. fl. penes ſpeciale munus ſibi offerendum. *Wolfgangus.*

III. *Georgius* equitum colonellus in prælio infra Viennam in Steinfeldt commiſſo, quo an. 1532. cæſi ſunt 15000. Turcæ ſingularia virtutis ſuæ ſpecimina dedit, obiit an. 1555. die 3. Junii. *Georgius.*

IV. *Ditmarus* cingulo militari inſignis inter Præſidiarios cooptatus eſt an. 1529. in obſidione Turcica Viennæ urbis, captus dein in illa clade, quam Kazianero belli Duci, Chriſtianis an. 1537. Turcæ inflixerant, ſoluto lytro liberatus eſt, de qua clade pl. apud Prevenh. annal. Styr. f. 258. dein capitaneus Auſtriæ ob merita ſua a Maximiliano Imp. factus, eo in munere an. 1577. obiit Lincii ſepultus in Gärſten. Luthericolis addictior fuiſſe videtur, ex iis quæ refert Prevenh. f. 291. & 294. ubi pompam funeris deſcribit, in Loſenſteinleithen Luth. Conc. fuiſſe v. Prevenhueb. f. 253. 328. *Ditmarus.*

V. *Wolfg. Sigism. Comes* Rudolphi 2. Matthiæ & Ferdin. 2. ſupremus aulæ Mareſchallus, & ſupr. venationum præfectus, an. 1626. die 19. Martii obiit. *Wolf. Sigm.*

TABULA III.

Wilhelmus. VI. *Wilhelmus* Rudolphi 2. filius caſtellanus in **Ulmerfeld** nomine Epiſcopi Friſing. fuit an. 1472. dein a Maximil. 1. Imperat. regiminis Auſtr. conſiliarius, a matre caſtrum *Gebenhoven* in Bavaria obtinuit, qui dirutioni Schiffertsegg, ſe oppoſuit, at fruſtra, ut v. Prevenh. f. 137. Wurmbr. f. 171.

Philippus. VII. Philippus cælebs mortuus Lincii ſepultus, hoc ſub monumento. **Hie ligt begraben Herr Philipp von Loſenſtein, ſo geſtorben am Tag S. Bartholomäi** *an.* 1521. **dem Gott genad.**

Sebaſtianus. VIII. *Sebaſtianus* belli ſtudiis Clariſſimus, poſſeſſor caſtri Schallaburg in nuptiis Ferdin. 1. cum Anna Hung. Linzii celebratis, nobilem Hiſpanum ſingulari certamine ſuperavit, ut ex teſtimonio Illuſtr. Richardi Streunii apud Wurmbr. f. 233. ſuſe deſcribitur, v. etiam Prevenh. f. 216. Carolo præterea 5. in plerisque expeditionibus adſtitit, nominatim vero in eo prælio, quo Franciſcus Gallorum Rex a Cæſareo exercitu ad Paviam fuſus captusque fuit; obiit ætate gravis.

Achatius. IX. *Achatius* caſtellanum egit arcis Eberſpergenſis Paſſav. an. 1519. dein Conſiliarius provinciæ ſupra Anaſum, ac cum aliis in bello contra venetos an. 1509. Dux conſtitutus v. Prevenhueber. f. 189. & 209. obiit an. 1527. teſtante ſepulchro Garſtenſi. **Hie ligt begraben der Wohlgebohrne Herr Herr Achäz von Loſenſtein, der geſtorben iſt an St. Maria Magdal. Tag** *anno* 1527. **und ſein Gemahl Frau Maria Salome von Polheimb** *an.* 1541.

Chriſtoph. X. *Chriſtophorus* filius Dominus in *Loſenſteinleithen & Schallaburg* Ferdin. 1. conſiliarius imperialis aulicus, Maximil. 2. Satellitum ad cuſtodiam corporis deſtinatorum Præfectus an. 1558. extitit.

Georg. Achatius. XI. Cum *Georgius Achatius*, an. 1597. mortuus fuerit, & teſte ipſo Wurmbrandio an. 1635. familia hæc jam extincta ſit, neſcio quisnam ille ſit *Georgius Achatius Comes, & Dom. de Loſenſtein*, qui ex Catal. D. de Quarient ad an. 1642. inter Mareſchallos Provinciales Auſtriæ referatur apud Wurmbr. f. 288.

Hæc de Loſenſteiniis ex noſtris primis Marchionibus exortis, jam teſtes hujus ampliſſimi Diplomatis ſunt examinandi.

1. *Ven. amicus noſter D. Chunradus Friſing.* Epiſcop. de quo ſæpius mentio.

2. *Comes Otto de Hardeke* de quo v. hic annot. Diplom. 71. & 103.

3. *Comes Ulricus de Pfannenberg.* v. tom. 2. annot. Diplom. 40.

4. *Albero de Polenheimb.* V. tom. 1. annot. Diplom. 54.

Chunring Pincerna. 5. *Albero de Chunring pincerna Auſtriæ*, de quo ſæpius in Chronol. cæterum eos hoc tempore Pincernas Auſtriæ fuiſſe teſtatur Wurmbrand. cap. 8. f. 304.

6. *Wotsko Comes de Perneke, & Burggravius in Znoym*, ex aliena proinde provincia.

Zelkingen de Conrad. 7. *Cunradus de Zelkingen*, nobilis hæc eſt Auſtriæ Baronum familia teſte lexico Baſileenſi, ab *Ottone de Schlierbach* an. 1213. vivente & in *Schlierbach* caſtro ſuo degente exorta, cujus filius *Cunradus* & hic

Schlierbach de Otto caſtrum.

ipſe

ipſe nempe arcem *Zelking*, penes Mellicium emit, indeque nomen aſſumpſit. Conradus hic an. ſeq. denuo Diplom. Ottocari ſubſcriptus viſitur. Genealogia familiæ hujus ad Auſtriacos pertinet, quosdam in rebus Styriæ notatos adferam. *Anna de Zelking* circa an. 1418. 2da uxor erat *Henrici de Liechtenſtein* de Murau, ut v. Wurmbr. f. 206. altera hujus familiæ Anna uxor erat, *Bernardi de Loſenſtein* ut ſupra dictum, cujus ſoror *Eliſabetha Wilhelmi Puechheimii* uxor, & Pater Stephanus erat.

8. *Gundakarus de Stahrenberg* v. tomo 1. annot. Diplom. 14. 70. ait quoniam Diplom. 14. Genealogia Stahrenbergiorum ad an. 1552. & ad hunc Gundaccarum deducta eſt ſolum, eam ulterius continuabo in Diplom. 162. ne hic longior ſim.

9. *Ulricus de Capell.* V. tom. 1. annot. Diplom. 9.

10. *Wolfkerus de Barau.* V. tomo hoc 2. annot. Diplom. 82.

Ad Diploma 108.

Ad Dipl. 108.

Jam tomo 1. in diſſert. 1. ſuſpicabar cum Anonymo Leob. *Fridbergam Styriæ urbem*, circa an. 1200. ex lytro illo Anglico Richardo Regi extorto fuiſſe ædificatam, nulla enim hujus urbis anterior vetuſtas, aut antiquitatis memoria ex antiquis Diplom. vel aliunde proſtat, ut annot. Diplom. 20. tomo 1. oſtendi.

Fridbergæ urbis origo.

Ex his præterea profluit Fridbergam cum adjecta arce, fors multum antiquiore, fuiſſe Principis terræ, id quod hoc etiam Diploma oſtendit, cum *Conradus Caſtellanus de Fridberg* eam arcem vel urbem non proprio, ſed principis terræ nomine tenuerit, ut longa inductione aliorum caſtellanorum de Leibniz, de Pettav, de Offenberch &c. oſtendi poſſet.

Erat principis terræ.

Urbs Fridberga hodie adhuc Principi terræ ſubeſt, quæ tamen de juribus ſuis non pauca perdidit, nam uti ex Archivi noſtri Græcenſis ladula 32. lego: an. 1587. ſeind Herrn Andree Eberhardt Rauber, damalß beſitzer der Herrſchaft Thalberg, den 24. May, verba ſunt Urbarii civit. Fridberg. nicht allein daß Landgericht, und Wiltpan, ſondern auch die 2. Theil Getraydt zehendt in denen 3. Statt-feldern, auch Fiſchwaſſer in der Pingga, und Tauchenbächel, ſamt denen 4. Mautſtetten in der Pingga, in Schachen, in Roglreith, und Rohrbach, erb, und eigenthumlich verkaufet worden, es iſt doch in diſen Kauf, und andern auch berihrte Städtl ein Burgfrid, ſo weit ſich der burger gründ allenthalben erſtröken, lauter außgedingt, und vorbehalten worden, deſſen ſich die burgerſchaft daſelbſt in allen fürfallenden Handlungen zu behelfen, und zu betragen haben ita urbarium citatum.

Plura vendit Dominio Thalejusque poſſeſſ. Adr. Eberhard. Rauber uti das Landgericht Wiltpan Zehent Fiſchwaſſer Mautſtett.

Burgfrid der Burger.

Plura hanc in rem ſuppeditare poſſum, ex vetuſtiſſimo quodam Mſ. manu Sæc. 16. exarato, in urbe Fridberg exiſtente hodie adhuc, quod de jurisdictione criminali ſeu Landgericht ſequentia habet, & primo quidem deſignat ejusdem limites his verbis: vermerkt liebe Burger von der Fridwerger Landtgerichtt inhalt; von erſte gez herab auß gmündt an den hungriſchen rain bey den Weyſenſteyn, nach

Fridberg Landgericht gröſſe.

den hungrischen rain ge Laffniz miten zu füert, nach der Laffniz inauf, in die weiß Laffniz, von der weiß Laffniz auf, auß Waldbirg von Waldbirg, in alprin, von allprin in Hierschenbrun, von Hirschenbrun auf auß albill, und dy Steinwandt, nach der Steinwandt herab wieß regenwasser scheytt zum kreitz, und daselbst hat ein richter zu greyfn infuer (hinfihr) alß weit ein schmidt mit einem Hammer mag werfen. Nach dem Harberg wieß regenwasser scheytt herab in die schäfer, nach der schäfer auß zu Lenkschefer, von der Lenkschefer auß in gschaidt holz, von gschadtholz auß inß weyßholz, von weisenholz gen Holramschtorf in dy linden, von der Linden nach den weeg auß, auf den untern wagen leist: nach den selbigen weeg auß an den hungrischen rein unter gözingstorf, nach den hungrischen rayn, erwieder in Scheyzlehen graben, und von Scheyzlehen graben erwider nach den hungrischen rayn in den weyssenstein, und da trefen vier Herrn gerechtigkeit eyn, und in denselbigen Landtgericht hat niemand einzugreiffen, wen der Richter von Fridwerg, ex quibus verbis patet, amplitudo Jurisdictionis criminalis, quam olim civitas hæc Fridbergensis, per Judices suos exercuit.

Quomodo vero eadem Jurisdictio exercenda fuerit, ulterius in laudato hoc MS. exprimitur: So andere ayner kem in daß Landgricht, der daß malesiz übertretn hat, da hat nimand nach einzugreyfn, dan der Richter von Fridwerg, nach seyn leib, und nach seyn guet.

Vostenburg. jurisd. sub Dom. de Saurav.

Quomodo se vero cives Fridbergenses erga Dominos de Saurau vestenburgensis arcis tum possessores gerere debuerint, idem Documentum ita proponit: vermerkt, was der Saurauer gerechtigkeit hat zum Landgericht; wo er ayn findt, der das malesiz übertreten hat auf sein guet, so hat er die gerechtigkat, das er denselben mag richten lassen am triten Tag, ob er den aber nit richter, so sol er denselben füern in Maezenbach, und sol den Richter von Fridwerg ruefen treymahl, kumbt der Richter, so sol er den Richter antworten mit leyb, und mit guet darnach sol in der Richter füern ge Fridwerg auf dy dürbankh, kumbt der Richter aber nicht, so sol er in anbinten mit Trey rueghalben, und lassen Stehn.

Ex hisce arguo 1. MS. hoc conscriptum fuisse sæc. 16. & quidem inter annos 1529. & 1587. cum enim loquatur de Jurisdictione criminali civitatis Fridbergensis, & quidem, ut videtur, nondum vendita D. Andreæ Eberhardo Rauber, id ante an. 1587. conscriptum fuit, quo anno eam Jurisdictionem Andreas Eberhardus Rauber ab urbe Fridberg. emerat, cum vero an. 1529. arcem Vöstenburg adhuc Comites *de Montfort* possederint, & postea primum ad Dominos de Saurau pervenerit, post eos annos consignatum videtur. 2. Jurisdictio hæc Sauravios spectans respexit solummodo castrum Vöstenburg, tum quod arcem Fridbergensem Domini de Saurau Sæc. 17. primum obtinuerint, & an. 1599. adhuc penes Rindscheidios permanserit, tum quod rivulus Mazenbach in parochia S. Laurentii existens, extra Vöstenburgum exstiterit.

Vostenburg. arcis possess. an. 1529. Com. de Montfort.

Privilegia civit. Fridberg.

Ulterius Judicis, & civium Fridbergensium privilegia eodem in instrumento ita describuntur: dy selbig Frey, hat der Richter zu

Frid-

Fridwerg, das im nimand kein unterſtand thuen ſol, alß weit unſers Herrn Kayſers landtgericht weret, dein: vermerkt dy Freyhat, dye dy burger haben in Pfarrhoff: ob einer eyn ums leben brecht, und kem in Pfarhof, ſo hat er Freyung, darin Trey Tag, und wen dieſelbigen Tag verſcheyn, ſo trit er Trey Trit für dy Tüer, kümbt er wider eyn, das in der Richter nit begreift, ſo hat er wider Trey Tag Freyhat. *In aula parochiali.*

Intuitu arcis Perneggenſis horæ ſpatio Fridberga diſſitæ, & a Dominis ac poſſeſſoribus ſuis de Pernek ita dictæ, ſequentia erant civium Fridbergenſium privilegia: und gegen dem Perneck habn wir ein ſolche Freyhat, wo einer fliehen muet, und kem inauf, und wurf den Huet über den zaun, ſo hiet er die Freyhat, alß wen er wer beim gſchloß. Item: Mer haben dy burger ein gfüerſte Freyhung: wo eyner her zu kem: das er hiet etwo eym erſchlagen, ſo hiet er eyn gfüerſte Freyhung. *Reſpectu arc. Perneck.* *Privilegia de homicidio.*

Wo auskem ein feuer, und das nicht gar über das Dach kem, das der getempft wird, ſo iſt er dem Richter ſchuldig LXXII dl. zu eynem wandl, kem aber das feüer über den Dach, und tet im, und eynem andern ſchadn, ſo hat der ſelbige Frid III Tag, das im der Richter noch bürger nichts tuen ſollen, ing als lang man wirt ſechen, von wan das feüer komen ſey, obß von ſeinen feüer ſey oder nicht. *In caſu incendii.*

Wo ſy zwen krygn, und der ayn fuer unche und zicket ein Steyn, und wurf, und felet, ſo mag man im wol anſprechen umb ein Todſchlag, witft er aber nit, und tet in nit an dy recht Stat, ſo iſt er dem Richter verfaln v dl. Ob ſich zwen kriegn, und ſchlueg aynen mit ſchadt, mit alle, ſo iſt er dem Richter ſchuldig Trew wandl, er iſt ihm ſchuldig von erſten von der klingen, und darnach vom Holz, und darnach vom Leder. Wo ayner erſchlagen wird, ſo iſt er dem Richter ſchuldig das Bluet wandl ein dl. und ein tg. ohn alle Gnad, ſo iſt der Richter auch ſchuldig denſelbigen zu derlawben aufzwheben. *In cauſa duelli.*

Mer iſt der Richter ſchuldig aufzuſechen auf dy wag, und auf die Maß, das dy recht werd gegeben, und behalten wert bey alter, und leblicher gewonat, und Gerechtigkat. *Judex attendat menſuræ & libræ.*

Mer haben die Fridwerger dy gerechtigkat, das man nindert keinen wein ſchenken ſol, dan zw Fridwerg, allein zwo Taffern ausgenohmen, als weit das Landgericht weret, hic §. denuo docet inſtrumentum Sæc. 16. manu ſcriptum fuiſſe nam an. 1627. Daniel Præpoſitus & Capitulum Vorau: a domo provinciali Græcenſi jam obtinuerunt jus pocillationis, & Decimarum in omnibus ſuis parochiis, excepta Fridbergenſi, proin in Dechantskirchen, S. Laurentii, Waldbach, Mönichwald &c. quæ tamen omnes in diſtrictu jurisdictionis criminalis Fridbergenſis ſitæ erant. *Jus pocillationis.*

Mer iſt der Richter ſchuldig aufzuſechen auf weg, und Steg, das man nit mach unrecht weg, oder ayn begriff, ſo ſol er den den ſelbig Strafen, wies recht, und billich iſt. *De viis publ.*

De agris. Ob eyner Steyn abclaubet ab ſeinen hacker, und wurff dy eynen andern auf ſein hacker, ſo iſt er dem Richter ſchuldig den wandl, und dy Straf.

Ob ſath wer, das ayner dem andern den rayn hin, kumbt der, und klagt an, ſo iſt er dem Richter ſchuldig LXXII dl. umbs wandl.

Ob ayner ein zawn zayrt, und keret den khagn inauß auff dy Straßn, und ob ſich ein Vieh daran Lemet, ſo iſt er ſchuldig das Vieh zw bezaln, nota ly ob idem eſſe ac wan, v. wen.

Ex Documento archivi Fridberg. urbis audivimus etiam ſpeciem venationis ſuperioris ſeu banni ferini wiltpan venditam fuiſſe Eberhardo de Rauber, de ea ita MSS. vetuſt. Fridberg. habet: Wiltpan v. *Fridberg.* Wer habn dy burger zw Fridwerg den wiltpan auff nach der Dürn Pingga inz anß waltpirg, nach dem waltbirg durch an dy thawen (rivus eſt Tucha ſeu Taucha dictus) nach der Thawen herab inz an die rodl mill, von der rodl mil unten an Sparzalthoff, und darnach wider an die Pinga.

Duas quoque partes decimarum cum prædictis juribus amiſit Fridberga, & vendidit Thalbergæ, de piſcatione vero in Pingga & & Tuchna, citatum MS. ita docet; *De jure piſc. in Pingga & Tuchna.* Vermerkt, wie weit das Fiſchwaſſer den Fridwergern zuegehört, von hungriſchen rayn gar auf auß waltbirg, wie das waſſer von brunen felt:

Mautſtett der Fridbergen. Telonea 4. ennumerata nempe *in Pingga*, *in Schachen*, ſeu *Ebenſchachen*, *Koglreith* & *Rohrbach*, una cum venatione prænominata noſtro adhuc tempore titulo emptionis poſſidet arx Thalbergenſis, ſtatio tamen illa telonearia in *Koglreith* nunc mutata, ac translata eſt in parochiam S. Laurentii ad ruſticum *Schizenhöfer*.

Burgfrid der Burger. Non obſtante hac abalienatione remanſit tamen teloneum aliquod & *jurisdictio* quæpiam *minor* ſeu burgfrid, penes urbem Fridbergenſem, de teloneo urbarium Fridberg. cit. ita loquitur: Maut in vorgemelten Städtl wird auch von den jenigen, was man durchfirt, oder von Kaufmans gietern trager, eine kleine Maut, alß zu Pfening, zweier, und kreizern abgefordert, und eingenohmen, die gemeiniglich einem Richter auf vertrauen, oder in beſtand biß in drithalb fl. gelaſſen worden, welches noch fürterhin alſo von Herrn Vizdomb beſchehen mag: oder da ſolche Maut kinftige zeit auf ein mehreres zu bringen ſein möchte, ſo wird der Herr Vizdomb ihrer durchleicht nothdurft darunter zu bedenken wiſſen.

De Jurisdictione minori ſeu Burgfridt, ut hodie Fridberga adhuc gaudet, ſuperius ex Archivo Fridberg. deſcripta ita loquitur MS. cit. Fridbergenſe: Vermerkt liebe Burger, wie der Fridwerger Burgfrid inhalt: von erſten hebt er ſich an beim wilfing, und geht herein zum binter in Marrgraben, von binter auff durch dy leitn, durche auß außberg, alß der zaun inhelt auff der ech (Höhe) daſelbſt wider durchy in dy leitn, und von der leitn herab zwn ſchleyffer über die Pincka, alß der löderer lohm inhalt, und nach der lohm auß auff dy Steynſchitt, und von der Steynſchitt, auf die Halten unter des Hamerleyn wiſen auß auf dem Gryeß, nach dem Gryeß auf die weegſchädt, von der wegſchädt außer zum kreitz, von kreitz außer zum wilfing, alſo halt der Fridwerger burgfrid in.

Tandem ex eod. inſtrumento inter Fridbergenſes & ruſticos in Schwäghof quædam conventio, & communitas fuiſſe videtur, de qua ita lego: Vermerkt, was dy Schwäghöfer Freyhat haben zu Fridwerg: dy erſt Freyhat, wenn unfrid wer, ſy flichen mit leib, und mit gut ge Fridwerg, da ſol man in ayn antwortn ein aker, und in denſelben aker ſolen ſy habn ſechs man, und ſechs in der Tafern, auf ihr aigne zerung, ſo habn dy burger zw Fridwerg die Gerechtigkat zwnn Schwäghöfern, wo ein unfrid auß kem, ſo mögen ſy mit ihren fiech fliechen auff füer den weyſenſteyn, und nach der Triſſt auf untery auf die Stetn, und von untery habn ſy zu halten auf den feichtenſteyn, und heben noch mehr Gerechtigkat zu, in Brikholz, und rer holz, und zimmerholz, das mögen ſy nemen ungeforſcht: herwyder haben dy Schwäghöfer die Gerechtigkat, das ſy mögen in iri heyſer kaufen Salz, und eyſen, das in zw nothurfft iſt, es mag auch einer kaufen ein par hoxen (Ochſen *ſæpius enim additur h. ſæpius omittitur*) ob erß in XIIII. Tagn verkaufe, ſo iſt er ſchuldig Maut zu gebn, und ders kaufft, ob ers aber lenger behalt den XIIII. Tag, und darnach hingeb, ſo ſoll er von denſelbigen dy Maut nemen, und dem Richter geben, es mag auch einer kaufen ein kleines Päßlwein einer Kintlpererin. Ita cit. documentum, inſigne, mihi antea ſemper celatum, nunc vero tanquam paſtori, majori cum fiducia a moderno præclaro judice D. Franc. Xav. Fink Communicatum: Schwäghof extra Fridbergam vicus eſt duplex, olim Collegii Vorau: hodie Thalbergenſis arcis, cujus præcipua pars e rebus canoniæ noſtræ, & urbis Fridbergæ coaluit. *Fridberg, & Schwaghöf pacta*

Conradus itaque *Caſtellanus Fridbergenſis* cum Canonicis Voravienſibus concambium iniit, partim vero iisdem donationem fecit, inductus ſorte quod prædeceſſor ejus *Wulfingus de Fridberg*, ut an. 1242. dixi Monaſterio Vorau inter alios noxius fuerit, tradidit autem canoniæ noſtræ manſum unum in loco *Schallaborn*, eo quod cum ea concambium habuerit usque *ad crucem penes caſtrum ſuperioris Fridberg*. *Fridberg de Caſtellanus Conradus & Wulfing.*

Quid fuerit *caſtrum ſuperioris Fridberch*, vel ut habet chron. MS. Vorav. *caſtrum ſuperius Fridberch*? non adeo facile liquet, novi quidem arces adjectas urbibus, ſemper nomen tuliſſe ſuperioris v. g. ober Pettau, ober Mahrburg, ꝛc. ut adeo etiam *caſtrum Fridbergenſe* ſatis olim amplum, e cujus ruderibus non modica pars urbis eſt adſtructa, ita fuerit appellatum, ſeu ober Fridberg dictum, vel certe arx ipſa in duas partes diviſa erat, ut mox pluribus dicetur. *Caſtrum ſuperFridberg.*

Id ex litteris origin. in archivo noſtro Græc. ladula 40. aſſervatis eruo, an. 1599. arcem Fridberg in duas partes fuiſſe diviſam, unamque harum partium a D. *Dietmaro de Rindſcheid in Schiechlitben*, & *Chriſtophoro D. de*, & *in Ratmanſtorf* tutoribus *Chriſtinæ*, & *Reginæ* filiarum def. D. *Sigismundi de Rindſcheid in Fridberg* venditam fuiſſe ſtrenuo ac nobili D. *Seifrido de Rindſcheid in Fridberg*, & *Heringsholm*. *Fridberg arx in 2. part. diviſa.*

Arx hæc olim ſat ampla erat, nam in eodem archivo noſtro Græcenſi lad. 79. lego, aus dem Ueberſchlag des Gſchloß *Fridberg*: das Gſchloß Fridberg iſt doppelt, doch in einer Mauer in einander, alß das unter, und obergſchloß, hat über 10. theilß gar neue ſchon *Arcis deſer.*

zuegerichtete Stuben, die darzuegehörigen Cammern. Item andere Gewölwer, und Gemächer, auch schöne keller, und kästen, zwen gewölbte roßställ in beeden gschlössern, und den driten vor frembde Leit, und Göst ausser dem Gschloß, ist auch zu der wehr zimblich gericht, mit seiner eisernen schlagbrucken, Strekthurn, und

Munita olim arx.

ärkern, oder außladung unter dem Tach, und daß obergschloß erhöchet, besonders verwahret, alß da die ungrischen Rebellen Tattern, und Türken vor 8. Jahren ein einfahl ins landt gethan, sich viel

Turcæ inde repulsi.

leit hinein *retiriret*, darin sich *Salviret*, und den feind von den nägst daran ligenden Städtl abgetrieben, und etlich roß, und gefangene bekomen, ist also ohne grossen unkosten nicht erbauet worden ꝛc. ex quibus proin patet, duplicem fuisse arcem Fridbergensem superiorem nempe, & inferiorem. An. 1635. arx hæc venditione collegio Vorav. obvenit, ut ibidem dicetur.

Ex eodem hoc Diplomate dilucidatur Stemma horum *castellanorum* de Fridberg, quod attigi tomo hoc 2. annot Diplom. 32. Sigillum horum DD. de Fridberg v. in Diplom. descriptum.

Testes actæ rei 1. *Gebbinus Præpos. in Vorau.*

Vorav. Can. Sæc. 13. paroch. administrant.

2. *Otto Plebanus, & Canonicus ejusdem loci* seu Vorau, exquo proin mihi certum est, nostrates Canonicos jam sæc. hoc 13. parochiarum curam gessisse, non primo post an. 1442. ex privilegio Frider. Archiep. Salzb.

Canon. varii Vorav.

Pranck de Henr.

3. *Conradus Diaconus ejusdem loci* nempe Vorau, præter hos 2. Canonicos Vorav. sub Gebbino Præp. legitur etiam *Henricus de Pranck* (v. an. 1249.) & *Bernfridus Presbyter*, quis eo tempore Decanus fuerit Voravii? nondum detegere potui.

Ulricus Plebanus in Fridb.

4. *Ulricus Plebanus in Fridberg*, primus hic Plebanus visitur Ecclesiæ Fridbergensis, quam olim sub matrice Dechantskirchen exstitisse, ejusque filialem fuisse ostendi satis tom. 1. an. 1168. & annot. Diplom. 20.

Quoniam vero opportuna occurrit plebanorum in Fridberg mentio, eorundem catalogum ac seriem, prout hactenus eruere licuit, hic subjungo.

Series Plebanorum Fridbergensium.

An. 1250. *Ulricus*, hoc in Diplom. citatus.

1433. *Nicolaus Zink*, ex Præpos. Vorav. Plebanus Fridberg v. tom. 3. Diplom. 37.

1477. *Paulus Pauvs*, v. eodem an.

1566. *Joannes Sachs*, quem ex veteri instrumento venditionis in archivo paroch. Fridberg. asservato, ita subscriptum lego; den Ehrwürdigen, und geistlichen Herrn Hannsen Sachß derzeit Pfarrer zu Fridberg, und grundherrschaft derselben gründen ꝛc.

1591. *Antonius Hamerl*, ex docum. Reicherspergi.

1611. *Andreas Greilberger*, Can. Vorav. ex archivo paroch. Fridberg.

1627. *Georgius Mayrhoffer*, Can. Vorau: sub quo plures adhuc Luthericolæ in arce præsertim Fridbergensi degebant, ita ex libris parochialibus.

An.

An. 1649. *Thomas Putſchbauner*, & an. 1645. ſimul *Decanus Vorav.* ac parochus hujus loci ex urbario Fridberg. & libr. paroch.

1660. *Joann. Stephanus Päller*, Can. obiit 15. Dec. 1666. hic loci ſepultus, ex archivo Fridberg. & libr. parochialibus.

1667. Magiſter *Georgius Chriſtoph. Prätſch*, Can. Vorau. An. 1681. Prælatus Vorau: factus, obiit an. 1691. & ejus Cor. in Eccleſia B. V. M. in Pingga, ubi theſaurus ejus erat, ſepultum eſt. Ita cit. docum.

Intermedio forte tempore uti ex lib. Baptiſm. 9. Aug. 1669. lego *Georgius Kobalt*, fos vices ſolum ſupplendo, hic plebanum egit.

1681. *Franc. Ignatius Halbiert*, Can. Vorav.

1700. *Joannes Georgius Gleſerer*, Can. Vorav. Protonotarius Apoſtol. *Decanus* Vorav.

1701. *Georgius Chriſtoph. Kobalt*, Can. Vorav.

1702. *Joſephus Gregorius Rauch*, Can. Vorav.

1710. *Matthias Noſt*, Can. Vorav. dein *Decanus.*

1711. *Carolus Raymundus ab Adenshofen*, Can. Vorav.

1715. *Albinus de Apoſtolis*, dein *Adminiſtrator & Decanus confirmatus* Cæſareæ Canoniæ *Rottenmannenſis.*

1716. *Ildephonſus Kobalt*, Can. Vorav.

1718. *Bernardus Mulz*, Can. Vorau, Fridbergæ ſepultus.

1722. *Ubaldus Haller*, Can. Vorau.

1724. *Felix Warnhauſer*, Can. dein *Decan. Vorav.*

1742. *Franc. Iſidorus a Maiſtern*, Can. Vorau. Obiit 1758. die 30. April. hic ſepultus in ſacrarii medio ab aſcenſu ex navi Eccleſiæ.

1758. *Felix Albertus a Milſperg*, Can. Vorau.

1761. *Herculanus Joſephus Wagner*, Can. Vorau: obiit 29. Sept. 1765. ſepultus hic ex cornu epiſtolæ, cui an.

1765. *Aquilinus Julius Cæſar*, ſuffectus ſum 29. Octobr. ex parochia in Dechantskirchen huc translatus.

Fere omnes gradibus Theol. inſignes.

Plurimum urbem hanc ornant viri quidem Eccleſiaſtici ex eadem oriundi, ac per patriam noſtram meritiſſimi, hosque inter Reverendiſſimus, Perilluſtris ampliſſimus DD. Laurentius Joſephus Leitner, Prælatus Voravienſis Canoniæ, Profeſſus ac Sacerdos Jubilæus, Plurimum Rev. ac Clariſſ. Dominus Fr. Xaverius Peinthor Decanus ac parochus in Straden, piæ mem. magnus Eccleſiæ hujus parochialis benefactor, ejusque ex fratre nepos Reverendiſſ. ac Clariſſ. Dominus Joſephus Peinthor, Archidiac. Commiſſarius ac Decanus in Leibniz, præter plurimos alios parochos ac curiones ſacros. Teſtes Diplomatis proſequor.

5. *Vultingus*, & *Conradus milites*, nomen deeſt.

6. *Dietericus*, & *Luipoldus fratres de Fridberg.* V. mox dicta.

7. *Dom. Henricus de Tigerperch*, forte legendum de *Neitberch* ſecus ignotus. *Tigerberch de Heur.*

8. *Leo Sagittarius* nullius nobitatis.

9. *Eberhardus Pes*, ſeu Fueß *Judex civit.*

10. Teſtis, *Conradus officialis* probabilius Voravienſis, vel Conradi caſtell. de Fridberg.

Magiſter curiæ Fridberg quis olim.

11. *Henricus Magiſter curiæ*: hic an conſul fuerit ſeu Burgermeiſter, Fridbergæ? valde dubito, etenim, & hoc tempore conſulem non habent cives Fridbergenſes, & ſi fuiſſet conſul, utique judici civitatis poſtpoſitus non fuiſſet, cenſeo ergo nomine *Magiſtri* curiæ venire notarium, ſyndicum, ſeu ut nunc dicitur, Stadtſchreiber, ratio ſic ſentiendi eſt aliud Diploma Vorav. ad an. 1501. datum a Colomanno Abb. Novimont. in quo etiam refertur *Nicolaus Darnach magiſter curiæ in Vorav.* quod tantum oppidum erat, ſane longe alia erant antiquis olim officiorum nomina, ſic *Præco*, olim non, quod recentioribus temporibus erat, ſeu Herold, ſed eum denotabat, quem hodie *Banni Judicem* ſeu Bannrichter vocamus. *Præco provincialis* antiquis germanis dicebatur Waldbott, gerebantque hoc munus olim Judices civitatis, quibus cognitio cauſarum criminalium, & jus inferendæ necis adjudicabatur, ſeu Bann, und Acht: in locis minoribus, qui id jurisdictionis non habebant, judices locorum, ſi obveniret cauſa ſanguinis, Præconem provincialem advocare debebant, quocum de ea cauſa deliberarent, & ſi reum mortis inveniſſent, Præconi huic provinciali tradere debebant: qua de re pluribus exemplis agit Prevenh. f. 166. &c.

Præconis Officium olim.

Waldbott quis olim.

Vorau. civas varii.

12. *Herbordus*, *Chunel*, *Leupold*, *Otto*, *Chundolt*, *de Vorawe*, hi teſtes, me tom. 1. ad an. 1114. mirum cruciabant, ſed nunc inſpecto melius hoc Diplomate, cenſeo eos non Dynaſtas de Vorau, ſed cives, & teſtes ex Vorau, fuiſſe, eo quod nomen *Dominus* non ſit adjectum, & poſtpoſiti ſint civibus Fridbergenſibus.

Locus dati Diplom. deeſt quidem, cenſeo tamen ob præſentiam parochi judicis, & Magiſtri curiæ Fridberg. &c. eo in loco celebratam fuiſſe hanc permutationem, & donationem.

An. 1253. ad Dipl. 109.

Ad an. 1253. ad Diploma 109.

Gertr. duciſſa Styriæ confirm. fundat Mahrenb.

Obſervationi Frælichii de anno Diplom. dati 1253. ipſemet accedo, cum ex Chronol. operis conſtet, Gertrudem an. 1252. 1253. &c. Judenburgi & Voitſpergæ conſediſſe, tempusque exſpectaſſe, quo a Bela Hung. rege in poſſeſſionem, ſi non Auſtriæ, ſaltem Styriæ reponeretur; accedit, quod Diploma hoc a Gertrude an. 1263. Voitſpergæ dari vix potuerit, cum ex Haſelbachio &c. ad an. 1262. habeamus Gertrudem ab Ottocaro expulſam, nec in Styria quidem toleratam, profugam, in Miſſnia apud Amitam Conſtantiam delituiſſe.

Gertrudes hæc putativo ſuo Jure nixa, Duciſſam Styriæ ſe gerebat, quanquam ex nobilibus fere nemo eam talem agnoviſſe videatur, ut ex ſubſcriptis teſtibus patet. *Sifridus Merenbergicus*, ut fundationi ſuæ novellæ omni modo ſuccurreret, ejusdem imploraverit gratiam ac confirmationem expetierit.

Voitſperg caſt. ejusd.

Datum eſt Diploma in caſtro *Voitſperg*, quod cum Judenburgenſi territorio ei an. 1252. aſſignatum oſtendi.

Te-

Teſtes nullius ſunt nobilitatis, nec nominis in Styriæ rebus.

1. *Fr. Heinricus*, & *Fr. Walchirus de Ord. FFr. Prædicatorum.*
2. *Dominus Meinhardus Capellanus noſter.*
3. *Waltherus miles Laturus.* Ignotus.
4. *Bertholdus miles de Sakathal*, in Styria infer. *Sakathal de.*
5. *Sigehardus miles de Truchſen*, e Carinthia ut opinor v. annot. Diplom. 103. hoc tomo.

Ad Diplom. 110.

Ad Dipl. 110.

Epiſcopos noſtros Seccovienſes, omni tempore Principibus Styriæ fuiſſe addictiſſimos, complura jam expoſita Diplomata exhibent; Ulricus Epiſc. anteceſſorum ſuorum veſtigiis inſiſtens, gratiam, & benevolentiam Ottocari Bohemi ita ſibi eſt demeritus, ut hic profiteretur, ſibi neceſſarium eſſe, obſequiis, & amori ejus occurrere. *Seccov. Epiſc. addict. Princ. Styriæ.*

Hoc Diplomate promittit Ottocarus, ſe *homines* ſeu *ſubditos*, ac *poſſeſſiones Comitum de Pleyn circa Leybentz & Styven* tam obligatas, quam feudi titulo datas plenarie abſolvere, atque Eccleſiæ Seccov. in proprietatem perpetuam dare: jam ad an. 1220. dixi, Comites de Pleyn fuiſſe fundatores Eccl. parochialis in Styven, nunc *S. Georgii* in der Stiftung, eandem præterea parochiam an. 1248. Eccleſiæ Seccov. a Philippo Salzburg. datam ad menſam Epiſcopalem ſimul, a Conrado Præpoſ. Spirenſi ac Conrado Archiep. Colon. tandemque ab Hugone Cardinale, legatis Apoſt. fuiſſe confirmatam: plura etiam de Comit. de Pleyn hoc tomo & tom. 1. Diplom. 29. differebam. *Subditi Com. de Plein circa Leibnitz & Stiven dantur Eccl. Seccov.*

Præterea *villam Reuſſenz* &c. quæ per mortem Frider. Auſtr. Ducis, Ottocaro vacabat, Ulrico Ep. Seccov. cum aliis donavit.

Teſtes erant: 1. *Fridericus de Hauſpach pincerna*, & *Ulricus frater ejus.* V. tomo hoc 2. annot. Diplom. 78.

2. *Wulfingus de Stubenberch*, hujus nom. 7mus, ut v. tom. 1. Dipl. 4.

3. *Dietmarus de Weiſſenek.* V. tom. 1. ad an. 1120. ubi eorum Genealogia eſt expoſita, item hoc tom. 1. ad an. 1121. ubi diximus eum in Bavariam a Styriæ provincialibus miſſum ad petendum Henricum Ottonis filium, Ducem Styriæ, inde vero in Hungariam ablegatum, ac in fidem Belæ regis Hung. ac Stephani filii auro coemptum, unde miror, eum Ottocaro teſtem egiſſe, quod proin ſimulato animo feciſſe videtur ob Ottocari potentiam. *Weiſſeneck de Dietmar.*

4. *Hermannus de Chranichberg.* V. tomo 1. annot. Diplom. 32.
5. *Conradus de Zelkinge.* V. tomo 2. annot. Diplom. 106.
6. *Ulricus de Liechtenſtein.* V. tomo 1. annot. Diplom. 47.
7. *Witigo ſcriba Styriæ.*
8. *Dietmarus de Stretvvich.* V. tomo 1. annot. Diplom. 86.
9. *Offo de Pouten.* V. tomo 1. annot. Diplom. 4.
10. *Albero de Arberch* (ſors *Hartperg*) Arbergenſium Dominorum & Comitum Stirpem Lazius de migr. gent. lib. 8. f. 447. ex Helvetia, unde pulſi ſunt, in Auſtriam induxit, ibique nomine eodem caſtrum in ſylva Vienn. condidiſſe tradidit, ſed quoniam hæc ſæc. 14. primo contigerant, jam antea in terris iſtis Arbergenſes v. Hartbergenſes *Arberch v. Hartberch de Albero.*

Dynaſtæ extitiſſe debuerunt: ſed neque Dynaſtarum Hartbergenſium occurrit mentio, cum Hartberga urbs & Dynaſtia Principis terræ fuerit, & ab hoc Dynaſtis de Baar vendita fuerit, unde ignotus mihi hactenus eſt Albero hic Arberchius.

11. *Chunradus de Hyntberch.* V. tomo 2. annot. Diplom. 9.

Datum apud Leuben, ſeu *Leobii*, quo veniſſe hoc anno Ottocarum conſtat ex Chronol. ejusd. anni.

An. 1254. ad Dipl. 111.

Ad an. 1254. ad Diploma 111.

Eccleſia Mautenſtorf datur Ep. Seccov.

Obſervo primo: Ottocarum in præced. Diplom. omiſiſſe tit. *Dominus regni Bohemiæ*, cujus cum ratio nulla appareat, cenſeo notariorum defectu contigiſſe; interim, cum in Brutenos, fidei cauſa hoc adhuc anno moveret, hyemis initio Ottocarus, antea Deum ſibi benevolum piis largitionibus reddere, felicemque hoc modo armorum ſucceſſum impetrare voluerit, commemorat quidem in hoc Diplomate inſignia Ulrici Seccov. Epiſcopi in ſe merita, quæ tamen cauſa potius impulſiva, quam motiva fuiſſe videntur; itaque cum conſenſu uxoris ſuæ piiſſimæ Margarethæ Auſtriacæ, quæ pietatem & amorem in clerum atque Eccleſias a ſereniſſimo Duce Leopoldo patre ſuo, utique cum lacte hauſtam, citra Dubium Ottocaro frequentius perſuaſerit, contulit Eccleſiæ Seccov. *Eccleſiam Mautenſtorf*, quæ Ottocarum & Margaretham hactenus reſpiciebat, ſeu ab Auſtr. Præcipibus conferebatur, cum attinentiis, & omni jure etiam patronatus perpetuo poſſidendam: Eccleſiam hanc in Styriæ chartis non reperio, in circulo Auſtriæ infra ſylvam Vienn. reperio *Muetmanſtorff*, quæ forſitan hæc Eccleſia fuerit! cæterum jam tomo 1. annot. Diplom. 14. dixi obſcuram eſſe etiam familiam DD. de *Muetenſtorff*, cætera Diplomatis patent.

Ad Dipl. 112.

Ad Diploma 112.

Amelric. Abb. Rumenſ. judex Apoſt.

Aſeu Amelricus Abbas Runæ 9. meritiſſimus, qui dein ad Lavant. Eccleſiæ Cathedram promotus eſt, a ſummo Pontifice Innoc. 4. Judex Apoſt. delegabatur, ut litem, quæ de decimis inter *Gertrudem de Waltſtain* & Epiſcopum Seccov. agebatur, dirimeret; paruit mandatis Papæ, & Gertrudem ob occupatas violente Epiſc. Seccov. decimas citavit, cumque hæc non compareret, in eam tanquam contumacem ſententiam tulit, ut jus omne in easdem decimas amitteret.

Waltſtein de Gertrud.

D. Gertrudis de Waltſtain, ex Styriaca Dynaſtarum familia fuerit, quæ caſtrum Waltſtain ſupra Græcium poſſedit, de qua egi tomo 1. annot. Diplom. 7.

Græcii porro ea ſententia lata eſt, *in parochiali Eccleſia*, quam S. *Ægidii* fuiſſe usque ad an. 1577. quo Soc. Jeſu tradita eſt, oſtendi an. 1192. hoc tomo: inter teſtes

1. *Prior Rumenſis*, cujus tamen nomen non adducitur.

FFr. min. Græcii.

2. *Fr. Chunradus cuſtos minorum in Græz*, hoc itaque temporæ FFr. minores Græcii jam extiterint, quo tamen anno inibi primum locati

fuerint

fuerint? ignorare cogor hactenus; ex topogr. Ducatus Styriæ eruo, eosdem primitus in moderno B. V. M. auxiliatricis prodigiis claræ Monasterio non exstitisse, etenim hoc Monasterium an. 1515. primo exstructum fertur a Principe *Eggenbergico Joanne Antonio* Roma secum corpus S. Artemii Martyris adferente, quæ ergo prima illorum statio Græcensis fuerit? ex domesticis documentis me alibi edocturum confido.

Eorum primum Monast.
2dum ad B. V. M. auxiliatr.
Eggenberg de Joan. Anton.

3. *Ulricus Plebanus in Strazgänch*, ubi nunc Archidiaconi sedes est.

Straßgang de Ulric. Pleban.

Ad Diploma 113.

Ad Dipl. 113.

Göſſense Monasterium ab an. 1239. regebat Chunegundes 2. ordine 12. Abbatissa, quæ hanc cum Wulfingo Stubenbergico compositionem fecerat: jam ad an. 1203. ex Diplom. Göſſ. 14. ostendi, *Udalricum 2. de Stubenberg* impetiisse advocatiam Göſſensem, & eo tit. plura damna eidem Monasterio intulisse; res tamen eo tempore composita, denuo resuscitata videtur, eo quod *Offmey vidua Wulfingi hujus 7.* an. 1300. in Diplom. Göſſ. 29. testetur se advocatiam Göſſensem habuisse cum consensu Abbatissæ & conventus sub certis tamen conditionibus, ut ibidem exponetur.

Chunegund. 2. Abb. 12. Göſſ.
Stubenberg de Udalr. 2. lis de Advoc. Göſſ.
Wulfing. 7. & Offmey seu Euphem de Stubenberg.

Hoc ex Diplomate vero innotescit, Wulfingum hunc 7. Stahrenbergicum, 700. marcas denariorum debuisse Göſſensi Monasterio pro damnis, seu in Steura, seu exactionibus indebitis, proin, ut opinor, titulo advocatiæ exortis. Debitum liquidum fuisse patet, tum ex testimonio *Comitis de Phannenberg* (quem non nominat Diploma, cum plures hoc tempore floruerint) tum ex propria ipsius confessione. Quoniam vero & Wulfingus, & amici ejus crebrius supplicassent, quatenus Abbatissa cum conventu hoc debitum dimitteret, annuit Abbatissa, & conventus petitionibus, ita tamen, ut si posthac Wulfingus hic steuram, vel exactionem de bonis Ecclesiæ Göſſensis faceret, sine consensu, & voluntate Abbatissæ, omnia quæ sic exigeret, præda Judicari posset, ipseque, & hæredes desuper in judicio conveniri: Hæc, ut rata manerent, sigillis amicorum suorum Wulfingus hanc chartam muniri voluit.

Testes erant. 1. *Otto Comes de Ortenburch.* V. to. 1. annot. Dipl. 33.

2. *D. Ulricus de Wildonia.* V. tomo 1. annot. Diplom. 53.

3. *Wulfingus de Ebrnvelse.* V. tomo 2. annot. Diplom. 55.

4. *D. Henricus de Spiegelvverch*, seu *Spillbercb.* V. to. 1. Dipl. 80.

5. *D. Luitoldus de Chrebtzpach.* Austriaca familia est jam Sæc. 11. insignis, nomen hoc suum *Chreuspach*, *Kreuspach*, olim *Croispach* ob rivulum cancris divitem, teste author. fastor. Campilil. obtinuit, arx ejus nominis, oppido Wilhelmspurg vicina, hodie Monasterio Campilil. subest: præter Luitoldum hunc, Bertholdus cum uxore sua Margaretha, eidem Monasterio an. 1218. beneficus fuit, & *Wilhelmus* an. 1362. supremi per Austriam infer. venationum magistri munus tenuit.

Chreuspach de familia. Arx.

6. *D. Svvikartus de Chütse.* V. tomo 1. annot. Diplom. 80.

7. *D. Otto de Utse.* V. tomo 1. annot. Diplom. 42.

8. *Dietericus notarius.*

9. *Hainricus de Vanſtorf.* V. tomo 2. annot. Diplom. 10.

Bavarus Pilgrinus. 10. *Pilgrinus Bavvarus.* V. tomo 1. annot. Diplom. 63. qui tamen ibidem nondum eſt adductus.

11. *Chonzo* dictus *Trcus* ſeu *Pok*, de nulla nobilitate videtur v. tamen tomo 1. annot. Diplom. 45. tomo 2. annot. Diplom. 46.

12. *D. Gundaccarus Capellanus*, ut arbitror, Göſſenſis.

13. *D. Beetholdus notarius de Ortenburch.*

Phuntan de familia Styriæ. 14. *Chunzo Phuntanus*, ſeu *Phuntan*, hanc Styriæ familiam in modicis reliquiis refert Excell. Wurmbrand. etenim an. 1402. *Gertrudes de Steinpeiſs*, nata de *Phuntan*, teſtatur *Henricum Steinpeiſſium* equitem, & Burggravium de Nicolſpurg ſibi a fratre *Friderico* relicto debito ſatisfeciſſe. *Chriſtophorus de Phuntan*, equeſtris dignitatis in Tauriſcis vir, donationis inſtrumentum in favorem *Bernardi de Teiffenbach* confecit, ut habet MS. Kainach; erat vero hic Chriſtophorus ultimus hujus nobilis in Styria familiæ, qui proin omnia bona ſua, donatione mortis cauſa, in *Bernardum Teiffenbachium* cognatum ſuum, tranſtulit; Otto an. 1260. Diplom. Göſſ. 46. ſubſcripſit, & *Chunradus* cum conj. *Cunegunde* an. 1261. Göſſ Monaſterio manſum unum in *Stadelhofen*, ſeu *Stalhofen* loco Styr. donavit v. Diplom. Göſſ. 47.

Steinpeiſs de Gertrud. Henricus & Frider. Teifenbach de Bernard.

15. *Godefridus Notarius.* Locus Dipl. dati deeſt, probabilius in Monaſt. Göſſe hæc tranſactio facta fuerit. Indictio XIII. an. ſeq. non huic competit, ut adeo unitatem unam delendam cenſeam.

Ad an. 1255. ad Diploma 114.

An. 1255. ad Dipl. 114.

Bela ſe gerit Ducem Styriæ. Quamvis, ut an. 1245. dictum, Stephanus Belæ filius proclamatus fuiſſet Dux Styriæ, regimen tamen Styriæ Belam ipſum geſſiſſe hoc, & ſeq. anno patet, ex verbis hujus & conſeq. Diplom. in hoc enim Diplomate Fridericus Petov. *Mareſchallus regis Hungarorum in Styria* dicitur, & ſeq. Diplom. idem *regio mandato Marſchallus Styriæ appellatur*, additurque ſententia lata, *ad præceptum Illuſtriſſ. Dom. Regis Hung. & mandatum inclyti Banni, capitanei Styriæ*: opinor, primis annis Belam pro filio geſſiſſe regimen, ut majore cum authoritate, & Styriæ imperaret, & hoſtes amoveret. Id ipſum ad an. 1257. ex MS. Chron. Vorau. patebit, an. vero 1259. plura exſtant Diplomata Stephani regis Ungariæ, & Ducis Styriæ.

Petav de Friderie.

Marchburg de Godefr. Hi duo miniſteriales itaque regis Hungariæ, *Godefridus de Marchburg*, & *Fridericus hujus* nom. 3. de Petav, ſuo conſilio effecerunt, ut *Herrandus de Wildonia* cum Præpoſ. Eccleſ. Seccov. ſuper damnis 600. marcarum componeret ita, ut 2. marcas in redditibus traderet Præpoſito, & Eccleſiæ Seccov. *in villa infer. Avvrſpach.*

Wildon de Herrand.

Godefridus itaque hic *Marchburgicus* (v. tomo 1. annot. Diplom. 46.) hoc, & ſeq. an. forte etiam an. 1257. officium judicis provincialis Styriæ geſſit, quo cuidam Diplom. Admont. a Duce Zagrabienſi & Styriæ Capitaneo confirmato ſubſcriptus legitur, ſine tit. Judicis Styriæ, fors ob reverentiam in capitaneum Styriæ, omiſſo.

Mareſchalli Styria qui. *Fridericus de Petovia Mareſchallus Styriæ, mandato regis Hungariæ*, erat Fridericus 3. ejusdem nominis, qui in ſeq. Diplomate ſe Juniorem

etiam

etiam ſcripſit, ad diſtinctionem Friderici 2. patris tum forte adhuc viventis, & bene quidem additur in Diplomate Mareſchallum fuiſſe mandato regis *Hungariæ*, quoniam hoc tempore usque ad an. 1324. Wildonii hæreditarii erant Styriæ Mareſchalli, ut dictum eſt tomo 1. ad an. 1074. & annot. Diplom. 54. quo horum Dynaſtarum Genealogia expoſita fuit.

Herrandus vero de *Wildonia*, qui hanc cum Seccov. Canonia compoſitionem fecit, erat ejus nominis 2. erat, Ulrici 1. Wildonienſis filius, qui huic compoſitioni præſens annuit, ut habet hoc Diploma v. pl. tomo 1. Diplom. 53. Item hoc tomo an. 1223. 1227. Diplom. 49. 91. 53.

Ad Diploma 115.

Ad Dipl. 115.

Sententia hæc ab iisdem, Judice, & Mareſchallo Styriæ, lata eſt de mandato regis Ungarorum, cum enim *fratres Teotonici domus Græcenſis* Regi Belæ ſupplicaſſent, ut damna Eccleſiæ ſuæ a quibusdam Styriæ nobilibus illata compenſarentur, Rex illico præceptum, & Banus, Capitaneus Styriæ, *Stephanus* nempe Dux Zagrabienſis mandatum dedit, ut horum nobilium bona tamdiu confiſcarentur, donec integre Eccleſiæ ſatisfeciſſent.

Teoton Græc.

Stephan. Zagrab. Dux Capitan. Styriæ.

Porro nobiles hi erant ſequentes: *D. Henricus de Pucheim* cujus bona in *Furdnich* obligabantur pro M. L. ſeu pro marcis 50. horum Genealogiam in fine hujus Diplom. dabo.

Puchaim de Henrico.

D. Gotſchalcus de Stange, cujus bona confiſcata in *Linogesdorf*, pro M. L. ſeu pro marcis 50. de hac familia dixi tomo 1. annot. Dipl. 14.

Stange de Gotſcalcus.

Ludovici de Kapfenſtein bona obligata ſunt, ſub caſtro ejusdem nominis pro marcis 15. de caſtro & familia ejusdem nominis egi tomo hoc 2. annot. Diplom. 3.

Kapfenſtein de Ludov.

Otlini de Bertholdſtein bona apud *Oberndorf* confiſcata pro marcis 26. de hoc agam inferius.

Bertholdſtein de Ortlinus.

Ulrici de Winkel bona in *Rabau* pro marcis 12. de quo mox pluribus.

Winkel de Ulric.

Wernhardi de Haus, bona in Buchau obligata Eccleſiæ Theoton. Græcenſium pro marcis 100. de hac familia egi tomo 1. annot. Dipl. 70.

Haus de Bera.

Gerhardi de Chunringsdorf bona in Linobendorf pro marcis 15. obligata, de quo hoc Diplom. plura.

Chunringeſtorf de Gerh.

Gotſcalci de Neitberg, bona in *Chundorf*, hodie *Chandorf* pro talentis 300. v. tomo 1. annot. Diplom. 36.

Neutberg de Gotſcalcus.

Tandem bona *Wulfingi de Freyſtein* apud *Pichlern* Styr. Sup. arcem vel ad curiam *Mitchesdorf* penes Vanſtorf, eidem Eccleſiæ adjudicata;

Freyſtein de Wulfing.

Appenſa duo ſigilla ſunt, quorum primum continens, *Pantheram Styriæ, Godefrido Mahrburgenſi* tanquam *Judici provinciali Styriæ* proprium fuerit vi officii, alterum ſerpentis, *Petovienſium inſigne*, quod ſorte hi Dynaſtæ, per matrimonium *Margarethæ Wurmbergicæ*, cum Dynaſtia *Wurmberg*, hujus ſæc. curſu obtinuerint.

Petov. DD. inſigne.

Exponendi jam ſunt quidam Dynaſtæ hujus Diplomatis, & primo quidem Domini de *Puecheimb*.

Certum eſt familiam hanc antiquiſſimam Auſtriæ eſſe, quam ex gente Cuminiorum in ſcotia ortam, ac a provincia *Pucheimb* ibidem ſita, nomen fuiſſe ſortitam docet Lexicon Baſileenſe, Hübnerus aliique, primum vero gentis hujus in Auſtria, fuiſſe ferunt *Alexandrum Cumineum*, qui cum Richardo 1. Angliæ rege Palæſtinam abiens, dum dein Richardus caperetur, in Auſtria ſedem fixit, & quondam e gente Meiſſaviorum uxorem duxit: Hübnerus tab. 775. &c. poſt Alexendrum hunc Joannem reponit, an. 1235. viventem, ſed alii intercalandi ſunt teſte Lexico citato, & Wurmbr. nam *Pilgrinus* & *Hermannus* an. 1108. citantur in litteris Ottoc. ſundat. Garſtenſis, *Conradus* teſtis erat donationis a Diepoldo Paſſav. Epiſc. Cremifan. Eccleſiæ an. 1173. factæ. *Albertus* 1. Ottoc. Reg. Boh. Dapifer erat an. 1276. &c.

Cæterum ampliſſima eſſet de hac familia diſſerendi ſparta, quam tamen, utpote Auſtriacam aliis dimitto, 3. ſoluu de eadem fam. obſervabo. 1. Eorum varia munia. 2. Matrimonia cum Styris inita. 3. Prædia in Styria poſſeſſa.

Dapiferi ſunt Auſtriæ. Quod munia eorum concernit, conſtat ex modo dictis & Hübnero, ac Wurmbrandio Albertum 1. fuiſſe ab Ottocaro Bohemiæ rege, in Veldſperg an. 1276. factum Dapiferum, ut v. Diplom. apud Wurmbr. f. 311. ex quo tempore officium hoc hæreditarium familiæ manſit, non tamen ſine contradictione Pillichdorfiorum, aſt vicere ſemper Puecheimii, uti Diplom. Rudolphi Imp. de an. 1290. Rudolphi Archid. de an. 1301. apud Wurmbrand. cit. docent; præterea 6. ex hujus gentis alumnis ab an. 1292. officium Marſchalli Provincialis Auſtriæ geſſerunt, nempe *Pilgrinus* an. 1419. *Wilhelmus* an. 1509. *Chriſtoph.* an. 1522. *Georgius an.* 1527. *Wilhelm.* an 1540. *Andreas* an. 1556. ut taceam conſiliarios intimos aliorumque variorum munerum heroes Clariſſimos; teſte Wurmbr. f. 19. *Albertus de Puecbaim capitaneus Styriæ*, & Carnioliæ juſſu Rudolphi Auſtr. Ducis fuit, & an 1361. contra Patriarcham Aquilej. militem legit, ex archivo *Puchaim*: ſed inter prætores Styriæ catal. Prætorum noſtrorum in MS. Chr. Styr. ponit Hartnidum *de Liechtenſtein*, ut Valvaſorius in Carniolia *Luitoldum de Stadek*, de quibus alibi. *Albertus* alter an. 1417. ſub Erneſto Duce munus ſupremi aulæ præfecti tulit, *Wilhelmus* an. 1430. Baro factus eſt, ita archiv. Buchaim. *Wolfgang.* an. 1502. ſupremus Auſtr. inſer. Capitaneus, *Pilgrimus* 2. circa an. 1365. Archiep. Salisburg *Otto Fridericus* Sæc. 17. Epiſcop. Labac. *Franc. Anton. Epiſcop. Neoſtad.* ultimus familiæ an. 1718. obiit. *Dorothea* fine Sæc. 16. Abbatiſſam Canoniſſ. Reg. S. Jacobi Viennæ egit.

Marſchalli Auſtriæ.

Puecbaimb de Albert. an Styr. Capitan.

Puechaimbiorum Matrimonia cum Styris. Matrimonia eorum cum Styris varia erant, *Albertus* circa an. 1302. quandam de Petau: familia teſte Hübnero uxorem habuit, Pilgrinus 1. frater *Cunegundim Stuchſim de Trauttmanſtorf*, Joannes 2. filius *Sophiæ de Capell*, & Margaretha filia, *Godfridum de Neitberg* an. 1326. nacta eſt. *Agnes* Sæc. 14. *Rudeiſium de Stadek*, Agnes eod. tempore *Henricum de Wolſee* & 2dam *uxorem Annam de Liechtenſtein* habuit. Henrici 2. uxor, *Anna de Stubenberg*, & Georgii, *Eliſ. de Ebrnvels* erat; Wurmbr. f. 21. *Catharinam*, vocat *Ottonis Ebrnfelſii* filiam, Barbara *Ulrici de Liechtenſtein* in Murau uxor, & *Theoderico* 2. an. 1612. *Eliſ. Hofmanin* conjux ceſſit.

Wolfgangus Sæc. 16. cum Margaretha *Frid. de Pöfing* filia torum partivit, *Anna Gallum de Teiffenbach* maritum habuit, Eva *Georgium de Stadel*, Polyxena quendam *Herberſteinium*, Judita, *Eraſmum de Ratmanſtorf*; Anna Suſanna *Ottoni de Teiffenbach* juncta eſt, *Georgius* 2. Sæc. 15. 3tiam uxorem habuit *Margarethan Hinconis de Schovamberg* filiam, & *Georgius* 3. pariter 3tiam duxit *Margar. de Stubenberg* Wolfgangi filiam, *Andreas* an. 1591. uxorem reliquit *Annam Ruperti de Herberſtein* filiam, & Annæ ſorori *Balthaſar Lambergius* maritus obtigit, *Barbara Chriſtoph. de Rottal filia* an. 1517. uxor data eſt, Chriſtophoro 3. *Martinus Philoteæ de Lamberg* maritus fuit & *Antonius Potentianæ de Hofman*, viduæ *Sigism. de Lodron Andreas* an. 1558. *Mariam Eliſab. Ruperti de Herberſtein* filiam ſibi ſociavit, *Adolphus* an. 1639. trajectus, 2dam habuit uxorem, *Mariam Thereſ. Com. de Mörsberg.*

Puecheimi. poſſeſſ. in Styria.

3tium; expedio: poſſeſſiones *Puecheimiorum* in Styria: certum id ex pluribus eruitur, ſic ad an. 1242. ex MS. Chron. Vorau oſtendi *a Dom. Putchaim, ad Fillenpach in Starcar, Dobruten, Mülldorf* plurima damna nobis illata fuiſſe, quisnam hic Pucheimius fuerit? Chron. non exprimit, *Henricum de Puchaim* an. 1274. cum filio Alberone Diplom. Göſſenſe 56. inter miniſteriales, & nobiles Styriæ refert; ejusdem bona *in Furdnich* hoc an. obligata fuiſſe Eccleſiæ Teot. Græc. Diploma quod explano, pateſacit, ut proin probabilius hunc eundem Henricum Voravienſibus noxium fuiſſe credibile videatur. *Chriſtophorum D. de Puchaim* an. 1504. Voravii cum aliis Dynaſtis Styriæ exſtitiſſe, cum Udalricus Trautmanſtorfius Can. Vorav. poſtularetur primus Præpoſitus in Pöllau habent MS. docum. Vorav. quæ vero illa bona Styriæ fuerint, quæ *Ulricus Comes de Pfanberg*, *Alberoni de Puchaim* an. 1296. in feudum contulit? ignoro, nec Wurmbrandius exprimit.

Bertholdſtein de familia. Arx.

Bertholdſteiniorum mentio hoc etiam Diplom. recurrit, in quo Otlini de *Berchtoldſtein* bona confiſcantur; arx ejus nominis hodie *Com. de Lengbaimb*, in circ. Vorau: ſitum inter Hainfeld, & Feldbach obtinet: cujus Dynaſtæ idem nomen ſortiti ſuerint, ſed horum mihi hactenus nemo, niſi hic Otlinus occurrit.

Winckel de familia.

Winkel de Dominorum originem Wurmbrand. f. 186. ab Azone illo Auſtr. deducit; Auſtriæ Barones erant antiquiſſimi, nobiliſſimis Chunringiorum Miſtelbacenſium, Stahrenbergiorum &c. familiis innexi, ut oſtendit ſchema Genealogicum, nuper e monum. Zwetlenſibus erutum multumque ab eo diverſum quod Bucelinus adducit: ex hac familia fuiſſe cenſeo Albertum 3. Epiſc. 49. Patav. patre Ortliebo jun. matre *Eliſab. de Veldſperg* genitum, cujus avi Ortliebus ſenior, & *Eliſab. de Miſtelbach* erant, exiſtit in circulo Auſtriæ infra Mainhardi montem arx *Winckl* jam pene diruta, quam cum aliis Dynaſtis Maximilianus 1. fratribus Comitibus de Hardek, an. 1499. contulit, ut v. Wurmbr. f. 253. in Carinthia, 2. caſtra ejus nom. & in Carniolia unum exſtare docent topographi, pauca de his Dynaſtis exſtant, *Wichardus* an. 1344. & *Fridericus*, an. 1362. in Auſtria floruere, ut v. Wurmbr. f. 21. & 265. bona in Styria, per matrimonia inita obtinuiſſe videntur.

Winkel arx.

Chunringersdorfii Dynaſtæ, qui fuerint? omnino latet, nec unquam horum quempiam, præter *Gerhardum* hunc, in Diplom. videre licuit.

Chunringersdorf de.

Freyſtein de fam. caſtra. *Freyſtein de DD.* in Styria exſtitiſſe videntur, exſtat enim in circulo Celejenſi arx *Freyenſtein* hodie Monaſterii Studenizenſis, Item *Fridſtein arx.* *Fridſtein* arx Styr. ſup. in valle Anaſina hodie Com. de Saurau, item Freyſtein prope Leobium Coll. S. J. ibidem, ab ultima fors hi Dynaſtæ derivandi videntur, cum bona hujus Wulfingi de Freyſtein in Styria ſuper. ſita fuerint, nempe apud *Pichlern*, & *Mittersdorf*, præter Wulfingum hunc, nullum deprehendere poteram.

An. 1256. ad Dipl. 116.

An. 1256 ad Diplom. 116.

Hungari in Styr. locis S. juſtitiam adminiſtrant. Rigidam exercuerunt juſtitiam Hungari in Styria dominantes, præſertim in eos, qui loca ſacra, eorumque jura lædere vel violare præſumpſiſſent, unde non mirum, quod Dynaſtis quibusdam Styriæ, in res ſacras, manus violentas injicientibus, eorum imperium fuerit inviſum, hoc Diplomate compellantur injurii & Damnificatores Eccleſiæ Göſſenſis in Styria; cum enim Chunegundes Abbatiſſa, Græcii ut opinor, in conventu Magnatum Styriæ, cui Dux ipſe Stephanus præſens erat, ſuas depoſuiſſet quærelas, illico ad mandatum Regis Hungariæ, & præceptum Ducis Styriæ lata eſt in eos ſententia, ut bona eorum in poteſtatem regis Ungariæ, & uſus eorum in Eccleſiam Göſſenſem transferentur, donec huic fuerit omnimode ſatisfactam.

Marchburg de Godefr. jud. prov. Styriæ. *Godefridus* itaque *Marchburgicus, judex provincialis Styriæ* ſententiam hanc Græcii tulit, & primo quidem in *D. Wulfingum* (errorem intercurriſſe reor amanuenſis, dum ſcripſit *Dominæ Wulvingæ* raro enim in veterum Diplomatis Diphtongus æ reperitur) de *Trejunſt* jus dictum eſt, ut bona ejus in *Lieſnik*, loco infra Göſſe, ubi nunc parochia Admont. *eſt S. Michaelis inter Lieſnick & Muram* (de quo tomo 1. plura) item bona in *Lonſach* confiſcentur, & Eccleſiæ Göſſenſi pro marcis 70. aſſignentur; hi *DD. de Trejunſt* oppido ſunt obſcuri, neque enim alius quis, præter hunc Wulfingum hactenus occurrit.

Trejunſt de Wulfing.

Dobuenge de Eccard. Alter horum erat *D. Ekehardus de Dobrenge* (male denuo ſcriptum *Dominæ Erkehardæ*) cujus bona, ubicunque demum ſita eſſent, pro marcis 68. aſſignantur eidem Eccleſiæ Göſſenſi. De hiſce Dynaſtis pertractavi quædam hoc tomo annot. Diplom. 74.

Ad Dipl. 117.

Ad Diploma 117.

Freidenberg de Wilbirgis. Arx ejus nom. Domina hæc *Wilbirgis de Vreidenberg*, nata ex Carinthiæ familia videtur, in qua teſte Megiſero exiſtit arx *Freidenberg* ſenuſſis propria, cum enim maritus ejusdem, *Dominus de Helfenberg* fuerit, nomen Freidenberg originarium fuit, non a marito ſortitum.

Bertbold. & Ortolfus ord. Teuton. Hujus Dominæ fratres bini *Ortolphus* & *Bertholdus*, hoc jam anno defuncti, ordinem Teutonicum ingreſſi, ſimul villam *Peringerdorf*, probabilius etiam in Carinthia ſitam, eidem ordini dederunt, cumque forte ex hæreditate paterna, Wilbirgis in eadem quid juris haberet, eadem tamen, cum annutu immo petitione mariti ſui omnimode ceſſit omni liti, & impetitioni in eandem villam, maritus Wilburgis hujus

jus erat *D. Heinricus de Helvenberch* Styriæ Dynaſta, nomen ab arce *Helfenberch* circuli Celej. hodie DD. de *Gablhofen* ſortitus, neſcio an frater ejus fuerit *Chunradus de Helfenberch*, qui an. 1259. Diplom. 21. Göſſenſi ſubſcripſit, dato ab Ulrico Duce Carinthiæ. Idem vero hic Henricus an. 1268. Diplom. Göſſ. 52. ſubnotatus legitur, uti & Diplom. Oberburg. an. 1263. horum Dynaſtarum Genealogiam adducit Bucelinus & B. de Kainach. ſed tarde nimis orditur uterque, unde hoſce eisdem præmitto. *Helfenberch arx.* *De familia.*

Chunradus an. 1259. &c. & *Henricus de Helvenberch* fl. an. 1256. ad 1268. uxor *Wilbirgis de Freidenberg*, cujus fratres *Bertholdus*, & *Ortolphus*, Ord. Teuton. ingreſſi.

Ab hoc ſeriem ordiuntur Bar. de Kainach & Bucelinus. { *Alchochus ab Helfenberch* dubium an filius Chunradi vel Henrici flor. an. 1336. uxor N.

A. N. *de Helfenberg* fl. an. 1387. Joannes 1. MS. Kainach. ux. N. Sub-Mareſch. Styr.

Stephanus teſt. MS. Kain. ab Alberto Duce judex poſitus 1378. contra Matth. *de Saurav.*

Offnia uxor Frid. ab *Holnek* an. 1440. MS. Kainach. 1340.

B. N. *de Helfenberg* ux. N. *Gradnerin*, Petri, & Urſulæ de *Ramming* filia.

C. *Jodocus* 1. *Submar. Styriæ* ux. 1. de *Turre* an. 1425. 2. Magdal. a *Reichenburg* an. 1465. Ita MS. Kainach.

Henricus ux. Maria de *Ratmanſtorf* filia Ottonis, & Marg. a *Stueſſenheimb* an. 1445. &c. MS. Kainach. vocat Mariam de *Trautmanſtorf* uxorem.

D. N. filia uxor Georgii *Dom. de Saurau.*

Georgius cæl. †

Andreas uxor Wandula de *Kainach* ſine lib. an. 1480.

Joannes 2. ux. Amal. ab *Apfalter* ſine liberis, vid. Hartmanni de *Holenegg.*

Frider. ux. Barb. de *Zinzendorf.*

Margar. m. 1. Joan. de *Prank* 2. Otto de *Pain.*

Jodoc. 2. ux. Magdalena *Leiſſerin.*

Roſina & *Salomea* mar. N.

Regina m. Joan. de *Weixelberg*,

Anna m. Caſp. de *Saurau* ad *Reichenegg.*

Plures infant. †.

Juliana ux. Henr. *Wintershofen* & Barb. ux. Ludov. *Styrch.*

Joann. 3. ux. 1. Cath. *Alhpia* Hung. † 1583. 2. Barb. de *Mordax* teſte MS. Kainach.

Franciſcus ux. Felicit. *Tattenpekin.*

Cathar. m. Joan. *Trauner.*

Anna m. Sigism. de *Regall.*

Amalia & *Margar.* & *Euphemia.*

Joannes 4. de *Helfenberg* ux. N. ab *Idungſperg.*

Franciſcus. *Juſtus Frider.*

Hæc Genealogia multum differt a relationibus Wurmbrandii, & opinabar primo intuitu, hanc Bucelini Genealogiam concernere Dom. Helfenbergios in Auſtria ſuper. & circulo dicto Mühl Viertl cum arce cognomine exiſtentes, attamen Schemate ſuo Styros delineare voluerit Bucelinus, ut ex adjectis notis patet, docet vero Würmbrandius fol. 293. eam Helfenbergiorum progeniem in Jodoco 1. exſtinctam,

indeque ob filiam ejus, Georgium de Saurau Submareſchallum Styriæ factum, quæ ex MS. Kainach. probat. Unde A. unum horum *Joannem* 1. appellatum opinor: ita enim habet B. ex MS. Kainach Wurmbrand. cit. ein Hanß von Helfenberg hat das unter Marſchall-Amt noch an. 1396. gehabt, & mox: Herzog Wilhelm von Oeſterreich hat bey dem Richter zu Neuſtadt verſchafft, das er Hanß von Helfenberg unter-Marſchall in Steyer, das gewöhnliche Marſchall Geld oder Pfening, das ihme Jährlichen fallen thuet, reichen ſolle, dann es der Helfenberger mit briefen dem Herzog Wilhelm zu Oeſterreich gewieſſen, das er daſſelbe Geld billich einnehme. Beſchehen an. 1396.

C. Et *Jodoci* hujus filiam fuiſſe *Georgii de Saurau* uxorem, ex iisdem MS. Kainach. probat Wurmbr. cit. Georg von Saurau, der an. 1401. und 1458. gelebt, deſſen Hausfrau Jobſtens von Helfenberg Tochter geweſen, dabey 4. Söhn; er hat das unter Marſchall Amt in Steyer erlangt, quod ſi vero Helfenbergiorum ſtemma perduraſſet, non video, cur munus Submareſchalli iis ablatum, & Dominis de Saurau fuerit collatum; ſcrupulum tamen eximit idem MS. Kainach. cit. quod ita ſcribit, Jobſt von Helfenberg hat das unter-Marſchall-Amt nach dem Kayſer Friderichen aufgeſant, proin ſors in gratiam generi ſui *Georgii de Saurau* ceſſerit; quo ſtante perduravit omnino Helfenbergiorum progenies, certe teſte Hübnero tab. 844. *Caſpar. Sauravius Annam de Helfenberg* uxorem habuit ſæc. 16. initio, qui tab. 843. *Michaelem de Saurau* primum Mareſchallum (Sub-Mareſchallum) ſtatuit, de quibus plura, ubi Sauraviorum geneſim exponam: in uxore 1. Jodoci 1. non concordat MS. Kainach. hoc enim habet, *Loyſiam*, ſeu *Eliſab.* Jodoci ex Magdal. *de Reichenburg* filiam, fuiſſe uxorem des edlen und wunderſamen Manß *Muſchini von la Turre* &c. an. 1415.

Saurav de Caſpar. Mich.

Teſtes Diplomatis explanandos aſſumo, & 1mo quidem dicitur Sigillum Dom. *Godfridi de Marchburg*, Judic. prov. Styriæ appreſſum tanquam *cognati Wilbirgis* hujus, unde Goteſridus hic forte matre Freidenbergica ortus videtur.

Teſtis 1. D. *Heinricus de Robätz.* V. tomo 2. annot. Diplom. 4.

Hunkenvelder de Berth.

2. D. *Bertholdus de Hunkevelder.* Ignotus cæteroquin teſtis.

Klebler Frid.

3. D. *Fridericus Klebler.* Ibidem ignotus.

Stamler Eberh.

4. *Eberhartus Stamler*, forte hæc linea, dein in Styriam ſuper. migravit, ubi hodie exiſtunt.

Pilſtein de Rapoto.

5. *Raſpo de Pilſtein* de Comitibus de *Pilſtein*, vel *Peilſtein* in Auſtria: dixi jam tomo 1. annot. Diplom. 66. *Raſpo* hic, ex Dynaſtis Styriæ fuerit, quibus avitum erat caſtrum infer. Styr. & circulo Celej. *Pilenſtein* vel *Peilſtein*, ex quo *Hermannus* ſubſcripſit an. 1241. Diplom. Seiz. 30. plura de iis nondum detexi.

Seldenberg de de Sigmar.

6. *Sigmarus de Seldenberg.* Ignotus denuo teſtis.

Raumbſchiſſl de Walvelo.

7. *Welvelo Raumbſchuzel*, lexicon Baſileenſe docet exſtitiſſe Baronum de *Raumbſchiſſel* familiam, dictum de *Schönegg* arce circuli Celej. eadem habet Bucelinus, qui eorundem Stemma ab an. 1347. deducit, aſt cum pauciſſima de hac familia hactenus occurrant, ejusdem deductionem ad ſeq. tomo differo.

8. *Diet-*

8. *Dietmarus Notarius, & alii.*

Actum in Peilſtein arce, de qua ſuperius, & in Chronol. hujus anni egimus.

Ad An. 1257. ad Diploma 118.

Ad an. 1257. ad Diplom. 118.

Diploma hoc exhibet, Stephanum Zagrabienſem Ducem fuiſſe Styriæ noſtræ capitaneum, uti per hos annos ex Chronol. operis oſtendi, lis porro hæc acta eſt inter *moniales Admontenſes litteratas* (ut v. tomo hoc annot. Diplom. 88.) & *Luitoldum de Lembach uxoremque ejus Albeidem*, ſuper prato in *Vinſterpelſe*, quod cum beneficiis adhærentibus Frider. Dux Auſtriæ his monialibus donaverat, & per *Henricum de Pernek* an. circ. 1245. abalienatum Abbas Admont. Bertholdus 2. recuperaverat, ut eod. Diplom. 88. obſervavi.

Stephan. Zagrab. Dux Styr. capit.

Admont. Mon. rer.

Lembach de Luitoldus & Albaid. uxc.

Perneck de Henricus.

Lis hæc unde Lembachio Dynaſtæ orta fuerit? an forte hæreditate vel uxorio dotis nomine, ſi Alhaides uxor nata de Pernek fuiſſet? non liquet ſatis; Lembachios Dynaſtas attigi tomo 1. & tomo 2. annot. Diplom. 66. Bucelinus eorum Schema adfert, ſed primo ab anno 1371. orditur. Præter arces Lembach in Auſtria, exiſtit etiam arx *Lembach* in circulo Celej. hodie Monaſt. S. Pauli in Carinthia, cujus ſorte olim Dynaſtæ fuerint, cum ex dictis hoc tomo varia alia bona in Styr. infer poſſederint.

Caſtra varia Lembach.

Teſtis. 1. Dom. *Gotfridus de Marchburg*, qui per 2. annos præced. ſemper Judex provinc. ſcriptus eſt Styriæ: an hoc an. officium dimiſerit nec ne? quæſtio eſſe poteſt, & ſiquidem non ob reverentiam Stephani Zagrab. Capitanei Styriæ, eum officii titulum omiſit, cenſerem, eum id munus non amplius geſſiſſe.

Marchburg de Gotfrid.

2. *D. Wulfingus de Trevenſtein.* V. tomo 1. annot. Diplom. 76.

3. *D. Luitoldus de Trieben.* V. tomo 2. annot. Diplom. 18.

Indictio X. erronea eſt, unde vel addendus num. V. & ponenda XV. indictio, vel annus 1252. ſubſtituendus, in eoque anni numero ly V. omittendum, quod tamen ægrius facerem, cum an. 1252. nec Styria ſub Bela, nec Stephanus Zagrabienſis Styriæ fuerit Capitaneus.

Ad an. 1258. ad Diploma 119.

Ad an. 1258. ad Dipl. 119.

Jam in Chronol. oſtendi, Udalricum Archiep. Salzb. devicto ſuo per Carinthos ad Raſtat commeatu, coactum fuiſſe confugere in *Pyber* locum Styriæ, ibique latere, donec ſpes melior ſtationis obtinendæ affulgeret: ibi cum reſideret, ad finem anni hujus *Wulfingus de Hanau* obligatoriam fidelitatem depoſuit, eo quod illi decimas apud *Hirſchegg* ultra *Voitſpergam* ad fines Carinthiæ, feudali titulo conferret, quæ per mortem *Leonhardi Virſt* vacare cæperunt.

Hanau de Wulfing.

Obtinet decimas in Hirſegg.

Virſt de Leon

Ex hoc Diplomate conſolidatur ſententia mea tomo 1. Diſſert. 4. cap. 6. §. 9. in Ottoc. 5. fundat. data, ubi ſtatui Ottocaro huic nullum filium Leopoldum, ſed ſolum Ottocarum 6. fuiſſe, & qui in Diplom. ibi cit. adducitur *Leopoldus filius Ducis*, fuiſſe ſolum filium cujusdam cognomine *Firſt*, quod aliis Seccov. docum. oſtendi, & hoc etiam e

Diplomate eruitur, fuiſſe nimirum quosdam Firſt dictos cognomine, non vero dignitate tales.

Wulfingi Hanavii memini hoc tomo annot. Diplom. 90.

Teſtes erant 1. *Bertholdus curiæ Salzburg. notarius.*

2. *Ulricus notarius.*

3. *Starcandus de Leibniz.* V. tomo 2. annot. Diplom. 3.

4. *Rudigerus Bebeim*, de his quædam dixi tomo 1. annot. Dipl. 62.

5. *Otokarus de Kainach.* V. tomo 1. annot. Diplom. 9. & plura tomo ſeq. ex MS. Kainach. tardius obtendo.

Ad Dipl. 120.

Ad Diploma 120.

Stadek de Leutold. obtinet decimas circa Hartberg.

Similem obligationem fidelitatis, Udalrico Archiep. Salzburg. præſtitit *Leutoldus de Stadek*, eo quod Ulricus *decimas circa Hardberg*, quas cum *fratre Rudolpho* pignoris loco habebat, eidem ac uxori ſuæ *Annæ* feudi titulo contuliſſet, Prudens nimirum Pater familias Udalricus, non ſolum cuſtodire atrium ſuum, ſed armatos etiam, qui id defenderent, lucrari ſatagebat; de Leutoldo hoc 1. ejus nominis, & uxore ejus *Anna nata de Mebrenberg* v. pl. hoc tom. annot. Dipl. 40. ubi etiam de fratre *Rudolpho*, omnique ejus Genealogia actum eſt.

Hartberg decimæ juris Salisb.

Decimas ills circa *Hartberg*, *Urbem Styriæ* fuiſſe colligo, eo quod hæ decimæ Juris Salisburg. ſint, & ſub Leopoldo 1. Præp. noſtro ab Adalberto 1. Archiep. Voravienſi Canoniæ noſtræ collatæ fuerint pro ſtructura nova, ut v. tomo præced.

Ad an. 1259. ad Diplom. 121.

Ad an. 1259. ad Diploma 121.

Frid. Badenſ. Gertr. Auſtr. filius ſe Ducem Auſtriæ & Styr. gerit.

Suſpicabar primo intuitu, Diploma hoc non Friderici Badenſis, ſed alterius de Stirpe Auſtriaca, tardiore tempore florentis fuiſſe, adjecta tamen verba, *licet reges conterminales* (Hungariæ nempe & Bohemiæ) *confinium noſtrorum eam* hæreditatem nempe Auſtriæ & Styriæ *in præſentiarum detineant per potentiam violentam*, ſatis clare Fridericum hunc Badenſem proloquuntur.

Signata videtur hæc charta *Judenburgi*, ubi ab an. 1252. Gertrudes cum filiolo ſuo demorata eſt, & quidem non ſine authoritate, jam enim ad an. 1253. exhibui chartam Mährenbergenſem, qua Gertrudes Sigfrido Mehrenberg. facultatem condendi Monaſterii tribuit; hæc proin, uti & implorata Friderici gratia, reſignatio fundi eidem facta ſuſceptio in gratiam & penſionem, exemptio a Steura, & aliis oneribus, vere ſunt actus Jurisdictionis in Principem convenientis, quidquid ſit, cum Gertrudi Auſtriacæ diſtrictus Judenburgenſis, & Voitſpergenſis, interim fuerit aſſignatus, cenſeo, eam cum filio ſuo omnem ibidem Jurisdictionem more Principis exercuiſſe, ſeque ſimul cum filio ſcripſiſſe *Ducem Auſtriæ*, & *Styriæ* ob jus ſuum putativum, quod per potentiam finitimorum regum ſibi ablatum minime opinabantur.

Cur vero hoc in Diplom. nulla matris, vel curatorum Friderici annum primum 10 ætatis agentis, mentio fiat, ipſe non aſſequor, conabor etiam ſigillum hujus Diplom. videre, quod authogravum in Conventu PP. Franciſcanorum Græcii exiſtere dicitur.

Wiſentus carnifex, cum civis Judenburgenſis dicatur, lanio fuerit, quod pluribus veterum exemplis etiam e Canoniæ noſtræ ſcriniis oſtendere poſſem: hic porro Wiſentus cum uxore ſua Alheide, aream quandam *Hoſtat* ſitam apud Muram, & portam *civitatis Judenburg*, immediate *contra valvam Eccleſiæ fratrum minorum* ibidem, juri civili renunciavit, quam dein Fridericus Dux cum conſenſu, & bona voluntate Wiſenti, & Alheidis contulit FFr. minoribus ibidem. *Judenburgei-vitas.*

Ibidem FFr. mr. ſeu convent. hodie Franciſc.

FFr. porro minores Judenburgi jam exſtiterint, qui modo *conventuales* dicuntur, etenim *FFr. obſervantes* ſeu *ſtrictioris obſervantiæ*, vulgo *Franciſcani* originem, & reformationis ſuæ initium ad ſæc. 15. referunt.

Jam ad an. 1222. obſervavi fratres minores vivente adhuc S. Franciſco, Judenburgi ſedem fixiſſe, confirmat hanc opinionem Diploma hoc ex coſmographia P. Herzog erutum, quo Wiſentus civis, & lanio Judenburgenſis, cum conſenſu uxoris ſuæ Adelheidis ſponte uſum fructum ceſſit fratribus minoribus (conventualibus nempe adhuc, & nondum reformatis, proin hujus uſusfructus capacibus) quin, ut communicavit vir pro patria ſua Zeloſiſſimus P. Albertus Fink ejusdem Seraphici reformati ord. alumnus, jam Alexander 4. Papa an. 1254. die 20. Decembr. Papa factus, indulgentias 100. dierum indulſit omnibus, qui in die conſecrationis, & anniverſario dedicationis, SS. Franciſci & Claræ Eccleſiam viſitaverint, dein *Henricus Epiſc. Chiemenſis* an. 1267. *Emicho Epiſc. Friſing.* an. 1293. *Leopoldus Epiſc. Bamberg.* an. 1298. *Henricus Epiſt. Brixienſ.* eod. anno. *Emericus Epiſc. Waradinenſis* an. 1300. indulgentias horum fratrum Eccleſiæ contulerunt; ex quibus proin id tuto concluditur, fratres S. Franciſci jam circa an. 1222. conventum Judenburgenſem S. Joan. Bapt. in eremo incoluiſſe: plura ad an. 1451. & reliquos annos, quibus reformatio ordinis in eodem Monaſterio eſt perfecta.

Indictio 2. ponenda erit, vel. an. 1260.

Teſtes de nobilitate pauci ſic.

1. DD. *Dietmarus, Chunradus, Ortolfus milites* dicti de *Stretvviz*, ſeu ut ego lego, *Strettvvich*, quorum Genealogia tomo 1. annot. Dipl. 86. expoſita eſt, milites vero, ut jam hoc & præced. tomo obſervavi, erant viri nobiles, hoc, & ſuper. ævo dignitatis equeſtris, ſicque milites per naturam dicebantur, qui nobili genere prognati erant, mosque invaluit, ut iidem cingulo militari accingi ſolerent. *Stretvvich de famil.* *Milites qui olim.*

2. *Otto de Pfafendorf.* V. tomo 2. annot. Diplom. 53.

3. *Otmarus, & Erneſtus de Lobnich.* V. tomo 2. annot. Dipl. 10.

Teſtes reliqui cives ſunt Judenburgenſes.

Ad Diploma 122.

Ad Dipl. 122.

Jam in Chronologia operis dixi, Stephanum Styriæ, cum Ulrico Archiep. Salisb. Græcii conveniſſe, procul dubio, ut conſilia inter ſe ſua communicarent: Ulricus enim privilegia Runenſium 2. Maji Græcii, ibidemque illa Stephanus Dux 26. ejusdem menſis Maji confirmaverat. *Steph. d. Styr. & Ulric. Salab. Græcii.*

Cur rex dictus aplex Sigillum.

Cur Stephanus hiſce annis, vivente adhuc patre Bela 4. regem ſe dixerit, credo a patre in ſocietatem regni admiſſum, regium inde titulum obtinuiſſe, & ſigillum etiam regium accepiſſe, quo, uti & Ducatus Styriæ, privilegia Runenſium corrobaſſe ſe ait hoc Diplomate.

Steph. Zagrab. non amplius Styr. Capitan.

Ex ſubſcriptis teſtibus patet, Stephanum adminiſtrationem Styriæ aliqualiter immutaſſe ob turbas an. pr., uti enim eo an. dictum *Stephanus Dux Zagrabienſis vel banus totius Sclavoniæ*, non amplius Styriam Capitaneus adminiſtravit, & anno priore domum revocatus, dum ob regni negotia forte Stephanum Ducem adiit, ſimul cum eo Diplomati ſubſcripſit, at ſolum hoc tit. *Bannus totius Sclavoniæ.*

Capitan. nullus Styr. h. temp.

Capitaneum Styriæ univerſæ nullum ſubſtituit Stephanus, ſed cum ipſe præſens eſſet, ſtyriamque per ſe regeret, Dyoniſium m. Dapiferum & Comitem Zeladienſem, *Capitaneum Petoviæ* fecit, qui tamen univerſæ Styriæ, abſente Stephano Duce, leges tuliſſe, & jus dixiſſe videtur.

Petav. Capit.

Stubenberg de Wulfing. 7. jud. prov. Styr.

Præterea *Judex Styriæ Provincialis* hoc in Diplom. notatur *Wulfingus* de *Stubenberch*, an *Gotfridus de Marchburg* ob turbas prioris anni ipſe ceſſerit, vel dignitate ea motus fuerit? non conſtat; reliqui teſtes aliunde noti ſunt.

Ad Dipl. 123.

Ad Diploma 123.

Diploma hoc, nota diei, & loci caret quidem, attamen eod. hoc tempore, & Græcii editum a Stephano multæ circumſtantiæ ſuadent, nominatim de Ulrico Archiep. Salzb. ut in Chronol. anni hujus dixi.

Cerewald. hoſpit. datur datur Seiz.

Cerewaldenſis hoſpitalis originem, fundationem, augmenta, fuſius pertractavi tomo 1. annot. Diplom. 36. quam hoſpitalis fundationem etiam Stephanus hoc Diplomate egregie deſcribit dicens, *illud pro recreatione debilium, conſolatione infirmorum, receptione quoque quorumvis viatorum* fuiſſe fundatum, cum vero hoc hoſpitale deſertum, & ſine ordine fuerit, Stephanus *ad preces Ulrici Salzburg. & nobilium terræ* illud contulit Seizenſi Cartuſiæ, ſub pœna 1000. aureorum, & majori etiam pro exceſſus ratione in tranſgreſſores hujus conſtitutionis lata.

Cæterum vehementer dubito, an hoc decretum executioni ſit datum, cum enim Ungari hujus anni fine e Styria pellerentur, & altero anno Bela Styriam ſe concernentem Ottocaro tradere coactus ſit, vix Seizenſes poſſeſſionem hujus hoſpitalis adierint, cum alioquin ea de re nihil etiam in Seiz. documentis exſtet.

Ad Dipl. 124.

Ad Diploma 124.

Ulricus d. Carinth. in Göſſ.

Errorem, & epocham anni corrigendam eſſe, jam in Chronol. anni hujus dixi, interim ex hoc Diplomate patet Ulricum Ducem ipſum in Göſſenſe Monaſterium veniſſe, ibique donationem patris ſui defuncti confirmaſſe, Plura dein eidem, ac aliis patriæ cœnobiis præſtitiſſe beneficia Ulricum Ducem, ſequentia dabunt.

Te-

Teſtis 1. *Ulricus de Sternberg.* *Sternberg Comitatus* olim cum arce in Carinthia infra Vipacum nobiliſſimus, ſtemati huic celeberrimo originem dedit, hodie vero arx diruta eſt, & una cum Comitatu DD. Baronibus de Khevenhüller paret, teſte Megiſero, annexa prædio, & Dominio londſcrön, ex MS. Chron. Celej. lego *Fridericum & Ulricum Comites Celej.* a Sigism. rege cum conſenſu Principum aliorum in album S. R. I. Principum relatos, & ex Comitatibus Celej. Ortenburg. & Sternberg. Principatum conſtitutum fuiſſe; Ulrico ultimo Celej. Com. defuncto, Catharina vidua aliquanto tempore res ſuas tuebatur, mox a Witowizio deſerta fuit, & aliis, immo huic Witowizio Capitaneo præter ſummam pecuniæ magnam, arcem hanc Sternberg donavit, liberumque de Sternberg eſſe juſſit; aſt ubi Witowizius ea donatione non contentus, toti Celejenſium patrimonio inhiaſſet Fridericoque Imp. inſidias ſtruxiſſet, arx hæc juſſu ejusdem diruta fuit, ita, ut nunc ruinas adhuc videre liceat, de quibus pl. in hiſt Celejenſium. *Sternberg de famil.* *Arx & Comitatus.*

Porro teſte Megiſero lib. 8. cap. ult. circa an. 1329. *Mainhardus Comes de Ortenburg*, comitatum hunc Sternbergenſem a *Walthero* ultimo *Com. de Sternberg* emit ab Ortenburgicis dein in Celejanos translatum. *Sternberg in Bohemia.*

De Comitibus Sternberg loquitur Wurmbrand, cap. 26. f. 77. ſed hi e Bohemia & Moravia orti, noſtros non concernunt, de iisdem loquitur Bucelinus, Lazius lib. 6. de migr. gent. f. 182. eos cum Sounekiis Heunburg. & Trevenſibus eosdem ſtatuit, ita enim ſcribit loco cit. *Comites a Cilia, & Segor & liberi a Soanegk cognati Comitum a Sternberg, & Treven & Haynburg, immo ex eodem capite deſcendentes eademque inſignia uſurpantes, tres videlicet aureas ſtellas in clypeo cæleſtino:* Sternbergios vero & Heunburgios rubro in clypeo, tres ſtellas aureas oſtentaſſe alibi monet, hanc ſcutorum ſimilitudinem non neceſſario indicare generis identitatem, ſed nuptias & mutua ſucceſſionum pacta, jam alibi monui.

Seriem Genealogicam Sternbergenſium in Carinthia adfert Lazius cit. f. 181. ex his nominatiſſimus fere *Ulricus*, de quo hic agimus, & de quo jam 1244. & 1246. pl. *Waltherus* 2. Comitatum Ortenburgenſibus vendidit, hoc vel *Conrado* 2. ultimo hujus familiæ in Carinthia defuncto, *Magdalena* filia, cuidam Kazenſteiner in Carinthia ingenuo nupſit, Comitatus vero & poſſeſſiones ad Comites Celejæ, ut cognatos, ſunt devolutæ, & ab his deficientibus ad Auſtriacos, quorum Fridericus Imperator novam ejus nominis gentem in Carinthia eſt auſpicatus, Baronum nempe de Sternberg, qui dein in Bohemiam transmigrarunt, quorum erat Joannes Witowizius Bohemus, Udalr. ultimi Com. Cilej. Dux militaris, quem ſecuti ſunt adhuc in Carinthia habitantes Joan. 2. Catharinæ Ekartſaviæ maritus, & Georgii pater, qui primus Bohemiam ingreſſus, ibi Albertum genuit, ita Lazius, Schema Sternberg. in Bohemia v. apud Bucelinum, & Wurmbrand. ſupra cit.

2. *Ulricus de Heunenburch, Comites*: hic erat ejus nom. 3. & maritus Agnetis Hermanni Bad. & Gertrudis Auſtriacæ, filiæ, viduæ Udalrici Ducis Carinthiæ.

Weiſſeneck de Otmar. 3. *Othmarus de Weiſſeneke*, hic in ſerie Weiſſenekiorum an. 1120. ſtatuta non comparet, nec apud Hübnerum, Lazium, Wurmbrandium reperitur, forte legendum, *Otho*, vel *Dietmarus*, vel ex Carinthiæ caſtro *Weiſſenek* hodie Bamberg. Epiſcopi derivandus eſt.

Caſtrum Carinth.

4. *Nicolaus de Lebenburch.* V. dicta hic Diplom. 93. & an. 1258.

5. *Chunradus de Helfenberch.* V. hic annot. Diplom. 116.

Seeburch de arx. 6. *Julianus de Seeburch*, arx Carinthiæ Seeburg, hodie diruta, olim ad caſtrum Leonſtein pertinens, his Dynaſtis nomen dederit, & ortum, pauca de his in rebus Styriæ exſtant, *Julianus* hic ad an. 1268. in Diplom. Göſſ. 52. & *Conradus* in Diplom. Göſſ. 60. ad an. 1279. adducitur.

An. 1260. ad Dipl. 125.

Ad an. 1260. ad Diploma 125.

Dubium quidem nonnullis videbitur, an non hoc Diploma ad diem nativ. Dom. hujus anni 1260. pertineat, eo quod Ottocarus ſe jam Ducem Styriæ & Auſtriæ ſcripſerit, cum tamen Styriam ei Bela ceſſerit primum poſt feſtum S. Margarithæ an. 1260. attamen id dubium tanti mihi non videtur, cum in ſeqq. 2. Diplom. Runenſibus nempe 24. & 25. datis de 6. Id. Martii ſeu 10. hujus menſis & 9. *Kal. Junii* ſeu 24. *Maji* jam ſe etiam Ducem Styriæ ſcripſerit, licet nullo adhuc inter eos prælio exorto, nec Bela devicto, Ottocarus itaque, ubi an. 1259. fine, a Styris invitatus, licet invitum ſe ſimularet, mox tamen Styriæ Ducatum acceptavit, græciumque veniens, homagio forte recepto, ſe denuo Ducem Styriæ ſcripſit, uti manifeſtius oſtendunt Diplom. Run. 24. & 25.

Leopold. glorioſ. ſocer Ottocar. Hoc vero Diplomate Ottocarus Runenſibus firmavit ea: quæ jam an. 1146. iisdem Conradus Rex Germaniæ dederat, ut v. Dipl. 6. Runenſe tomo 1. inter mea num. 15.

Item alpes *Neiztall*, ſeu *Neiciſtl* usque *Berntball*, quas an. 1206. Leopoldus Dux Auſtr. & Styriæ ab Eliſab. Guetenbergica collatas confirmavit v. Diplom. Run. 14. inter mea hoc tomo num. 23. acceſſit teſtimonium Ulrici de Wildonia hujus tenoris:

Ulricus dictus de Wildonia, notifico, quod avia mea quondam Elizabetha, dicta de Gutenberch, alpes, quæ vocantur Neciſtel Runenſi cœnobio delegavit, quam etiam donationem inclytus quondam Leupoldus Dux roboravit &c. An. MCC. L. X.

Sed cur Ottocarus hoc in Diplomate *Leupoldum* 2. *Ducem Auſtriæ & Styriæ* vocavit *ſocerum ſuum?* ratio facile patet, quia Margarethæ uxoris Ottocari pater erat Leopoldus Glorioſus Dux Auſtriæ & Styriæ.

Teſtium 1. *Bruno Ven. Olmuc.* Epiſc. de quo plura dicentur.

Ulric. D. Carinth. cogn. Ottocari. 2. *Ulricus Dux Carinthiæ illuſtris, cognatus noſter*, dicitur *cognatus*, quia maritus Agnetis Auſtriacæ, ex Gertrude filia Henrici Ducis nata, proin cognati, quia ambo uxores Auſtriacas habebant.

Roſenberch de Wocho. 3. *Wocho de Roſenberch*, de quo jam pl. dicta, & ſeq. an. dicentur. *In Styria* teſtes.

4. *Rudolphus, & Leutoldus fratres de Stadeke.* V. tomo 2. annot. Diplom. 40.

5. *Wul-*

5. *Wulfingus de Stubenbercb.* V. tomo 1. annot. Diplom. 4. an. 1259. Judex provincialis erat.

6. *Fridericus de Petove.* V. tomo 1. annot. Diplom. 54.

7. *Hertnidus de Wildonia.* V. tomo 1. annot. Diplom. 53.

8. *Hertnidus de Orte.* V. tomo 1. annot. Diplom. 13. & hoc tomo variis locis.

9. *Gotfridus de Marchburg.* V. tomo 1. annot. Diplom. 41. & hoc tomo Diplom. 102. & alii quam plures.

Ad Diploma 126.

Ad Dipl. 126.

Ulric. Canon. Friſing. notar. Styriæ.

Hocce Diplomate omnes Runenſium immunitates præſertim ab advocatis confirmantur per Ottocarum: teſtes notabiliores ſunt, & quidem.

1. *Ulricus Canon. Friſing. notarius Styriæ* dixi an. 1256. Witegonem ſcribam Styriæ necatum fuiſſe, ab *Ortolpho de Wolkenſtorf*, huic Witegoni ſuffectus eſt Canon.. Friſing. nomine Ulricus in officio ſcribæ vel notarii Styriæ, de quo forte plura adhuc occurrent.

2. *Henricus de Liechtenſtein*, de qua familia pl. dixi tomo 1. annot. Diplom. 47. nondum vero hoc die 10. Martii capitaneus Styriæ erat, cum ſine hujus officii tit. ſubſcriptus legatur.

3. *Wulfingus de Stubenbercb.* V. tomo 1. annot. Diplom. 4.

4. *Rudolph. & Leutoldus de Stadeke.* V. tomo 1. annot. Dipl. 40.

5. *Ulricus de Liebtenſtein.* V. tomo 1. annot. Diplom. 47.

6. *Hertnidus de Orte.* V. tomo 1. annot. Diplom. 13.

7. *Frider de Petovia.* V. tomo 1. annot. Diplom. 54.

8. *Herrandus de Wildonia.* V. tomo 1. annot. Diplom. 53.

9. *Gotfridus de Marchburg.* V. tomo 1. annot. Diplom. 46.

Ad Diplom. 127.

Ad Dipl. 127.

Liechtenſtein de Henr. Styr. Capitan.

Ex hoc Diplomate liquidiſſime demonſtratur *Henricus Liechtenſteinius* fuiſſe Prætor, ſeu *capitaneus Styriæ*: quamvis enim hoc an. die 10. Martii, nondum ut Diplom. pr. dixi, capitaneus fuerit, ante 24. Maji tamen, jam id officii geſſiſſe videtur, utpote quo die Diploma hoc emanavit, cenſeo enim Ottocarum, ubi anni hujus initio rempubl. Styriæ denuo adiit, non illico eidem conſtituiſſe Prætorem, ut prius nempe periclitaretur, in quemnam maxime, Procerum Styriæ animi inclinarent, attamen, dum bellum cum Bela inſtaret, antequam in Auſtriam ad exercitum ſuum abiret, Henricum hunc, ne Styria vacua eſſet omni rectore, eidem præpoſuiſſe videtur.

Henrico huic Liechtenſteinio, tanquam Styriæ Capitaneo, mandat itaque Ottocarus, ut Runenſes Aſcetas ſibi habeat commendatos eosque in poſſeſſione caſtri Helfenſtein defendat.

Helfenſtein caſtr. Styr.

Helfenſtein caſtrum: an in Styria vel vicinis terris fuerit? chartæ topographicæ non exhibent, *Helfenberg* caſtrum circuli Celej. an. non olim forte dictum fuerit *Helfenſtein*, denuo aſſerere nequeo, id certum ex Diplom. Runenſi 26. ad an. ſeq. Fridericum bellicoſum, *ca-*

Helfenberg caſtr. ſtrum *Helfenſtein deſtruxiſſe*, & montem, in quo ſitum erat, cum prædiis, & attinentiis omnibus Eccleſiæ Runenſi donaſſe approbante Eberhardo Archiep. quoniam id prædium a Salisburg. Eccleſia habebat, cedente ſibi jus feudi *viro nobili Ottocaro de Gretz.* Ex quibus non incongrue ſuſpicabor, diruto caſtro Helfenſtein, aliud, idque nomine *Helfenberg* fuiſſe ſuppoſitum: in Styria ſane ſitum fuiſſe videtur, tum quod Styri nobiles de eo teſtati fuerint, tum quod id in Comitiis Marchburgenſibus an. 1261. fuerit Runenſibus adjudicatum.

Ad Diplom. 128.

Ad Dipl. 128

Udalr. Salzb. Arch. Leibnizii. Dixi an. 1258. Udalricum Archiep. Salzb. dum Salzburgum adire vellet, ob Carinthorum de Styris eundem deducentibus victoriam, veſte mutata fugere, atque in Pyber Styriæ loco deliteſcere debuiſſe; hoc anno, ſecundis adhuc 2. April. in Styria Hungarorum rebus, Leibnizium, neſcio, qua de cauſa, deſcendit, ihique *Ortolphi de Prank* an. 1260. Præpoſ. Seccovienſi facto, ejusque Canonicis Eccleſiam *parochialem Gradvvein*, cum conſenſu capit. ſui Salzburg. pleno jure donavit, eam itaque Eccleſiam, menſæ Præpoſ. & Canon. Seccov. volens eorum neceſſitati ſuccurrere donat, nullam tamen mentionem facit de incendio templi Seccov. anno priore exorto, alia enim cauſa collationis fuit v. an. 1265. & Dipl. 139.

Gradwein Eccleſ. paroch. datur Seccov. Can.

Hodie Run. Monaſt. *Gradvvein Eccleſiæ parochialis* ſupra græcium, prope Runam ab Udalr. Salzb. Archiep. donata, ab Ottocaro rege, immo ab ipſo Papa Clem. 4. an. 1265. confirmata, hodie tamen alienata eſt, tenentque eam Ciſtercienſes Runenſes.

Ad Diplom. 129.

Ad Dipl. 129.

Udalr. Salzb. in Piber. Leibnizii poſt 2. Aprilis moratus eſt Udalricus Archiep. Salzb. mox in Pyber, locum refugii vel exilii ſui abiit, nec diu ibidem commoraturus: nam 14. Aprilis in Piber exiſtens, *Eccleſiam S. Joannis prope Stubenberch* (vicinior eſt hæc Eccleſia caſtro *Herberſtein*) ordini Teutonicorum, eorumque Eccleſiæ in Graz donavit pleno jure, & ita, *ut Capellam S. Joannis prope fluvium Feuſtriz* (quemadmodum loquitur Diploma confirmatorium Alex. 4. Papa datum 7. Id. April. an. ſeq.) *cum omnibus juribus & pertinentiis juis Salzburg. diœc. ſpectantem libere ad collationem ipſius Archiep. de conſenſu Rectoris ejusdem Capellæ, in veſtros proprios uſus in perpetuum convertere valeatis, Presbytero ibidem perpetuo ſervituro de proventibus ipſis portione congrua reſervata &c.*

S. Joannis Eccl. prope Stubenberg olim Teuton. hodie Monaſt. S. Aug. diſc.

De Eccleſia hac S. Joannis, hodie Monaſterio ordin. Diſcalc. S. Aug. ibidem ab Herberſteiniis Comitibus exſtructo, collata, dixi in Chronol. hujus anni, ſuſpicabar hanc Eccleſiam cum prope *Stubenberch* ſita dicatur, fuiſſe illam hodie caſtro Stubenberch ad ſitam parochialem, ſed & docum. Domeſtica PP. Auguſtin. ibidem, & Bulla Alex. Papæ ſcrupulum amovit, cum ea Eccleſia prope *fluvium Feiſtritz* ſita dicatur, & parochia Stubenbergenſis ſolum S. Nicolao ſit ſacra.

Stubenberg parochia.

Ad

Ad an. 1261. ad Diploma 130.

An. 1261. ad Dipl. 130.

De Epocha hujus Diplom. abundanter dictum eſt in Chronotoxi anni hujus: uti & de anno, quo Wocho Roſenbergius Capitaneus Styriæ eſt factus, quæritur ſolum, cur *Henricus de Liechtenſtein* (quem an. 1260. die 24. Maji Capitaneum Styriæ fuiſſe novimus) hoc an. eo in officio non amplius perſtiterit, cum tamen pluribus dein annis adhuc vivus perduraverit, ut anni conſeqq. docebunt; ratio hujus ex variis ipſius Ottocari Diplomatibus deſumitur, certum enim eſt ex dictis Diplomate 47. tom. 1. Henricum hunc authorem fuiſſe lineæ Moravicæ in Nicolſpurg, eumque antea in Bohemia ac Moravia vixiſſe, ac Patri Ottocari regis Wenceslao præſtitiſſe plurima beneficia, quibus motus Ottocarus jam an. 1249. Kal. Febr. Henrico huic villam Nicolſpurgenſem ea conditione donavit; ſi *Wilhelmus & Hermannus fratres de Dürenbolz* eandem reſignaverint, ut v. Diplom. illud apud Excell. Wurmbrand. f. 191. in quo memorantur ſervitia fidelia patri Wenceslao jam antea ab Henr. de Liechtenſtein præſtita, ubi dein fratres *Dürnholzii* oppido Nicolſpurg, quod in patrimonio habebant, renunciarunt, denuo novo Diplom. ejusd. anni 15. Kal. Dec. dato: eadem villa Henrico huic eſt confirmata, tandemque an. 1262. omnia hæc privilegia Ottocarus tanquam Marchio Moraviæ eidem confirmavit. V. Wurmbr. f. 192. 193.

Liechtenſtein de Henr. Styr. capit. an hoc anno.

Dirrenbolz de Wilh. & Hermann.

Ex his conſurgit ratio, cur capitaneatum Styriæ dimiſerit Henricus, prædia enim ſua & oppidum Nicolſpurg ſibi adjudicatum adire potius voluit, quam in aliena provincia munus etiam primum adminiſtrare, dumque ſic capitaneatum Styriæ reſignaret, eidem alterum e terris ſuis ſucceſſorem & Capitaneum Styriæ ſubſtituit Ottocarus *Wochonem* nempe *de Roſenberg* e Bohemia oriundum, qui an. 1262. obiit 3. Junii, relictis ex *Hedvvige de Schaumberg*, Henrico filio aliisque, teſte Hübnero & Bucelino, quæ dein familia ſemper poſthac in Bohemia permanſit.

Roſenberg de Wocho. Capit. Styr.

Alia eſt Roſenbergiorum in Carinthia familia, cui ortum dedit *Hercules Urſinus de Roſenberg*, Hermanni filius an. 1396. mortuus, ut v. Hübner. Bucel. aliosque Bohemiæ & Carinthiæ ſcriptores.

Dupplex eorum famil.

Wochoni huic Roſenbergico tanquam Styriæ noſtræ capitaneo demandavit Ottocarus, ut Eccleſiam Seccovienſem in poſſeſſione *Eccleſiæ Gradvvein* efficaciter contra omnes aggreſſores tueretur, de quo plura annot. Diplom. 127.

Ad Diploma 131.

Ad Dipl. 131.

Jam in Chronologia hujus anni, de Amelrico Abb. Runenſi, & de caſtro Helfenſtein, plura in annot. Diplom. 126. dixeram, nominatim ſuſpicabar, caſtro *Helfenſtein* diruto, aliud forte hodie *Helfenberg* dictum in circ. Celej. fuiſſe cum tempore ſubſtitutum, nam in hoc Diplom. mentio fit ſolius *poſſeſſionis*, non vero caſtri *Helfenſtein*.

Helfenſtein Helfenſtein caſtra.

Agebatur vero hoc anno Judicium ſeu placitum *Generale in Marchburg* Styr. inſer. urbe a Wochone Roſenbergico, cæterisque Styriæ

Marchburgi Comitia.

provincialibus, aderant Runenſes, querelamque ſuam contra tirus de nobiles *Bernhardum & Henricum Comites de Phannenberch* (v. annot. Diplom. 40.) deponebant, qui Runenſes, quo neſcio titulo, in poſſeſſione Helfenſtein turbabant; aſt cum Runenſes legitimis teſtibus, nempe *Gotfrido Marchburgico, Ulrico Liechtenſteinio*, & *Herrando Wildonio* jure jurando atteſtantibus probarent, montem hunc, in quo olim caſtrum Helfenſtein conſtructum erat, cum prædiis & attinentiis ſibi a Friderico Duce Auſtriaco donatum fuiſſe, iisdem hæc poſſeſſio adjudicata eſt.

Pfannberg Bernardus & Henricus.

Caſtrum Helfenſtein olim jure feudi ab Eccleſia Salisburg. datum fuiſſe Ottocaro de Graz, & ab hoc ceſſum Friderico Auſtriaco cæteroquin nullibi lego, nec quomodo, & qua ratione a Frider. Auſtriaco deſtructum fuerit.

Teſtes. 1. *Dom. Rudolph. de Stadeke.* V. tomo 1. annot. Dipl. 40.
2. *Dom. Ulricus de Liechtenſtein.* V. tomo 1. annot. Diplom. 47.
3. *Wulfingus de Ernvels.* V. tomo 2. annot. Diplom. 55.
4. *Wigandus de Meſſenberg.* V. tomo 1. annot. Diplom. 41.
5. *Henricus de Scherfenberg.* V. tomo 1. ad annum 1011.
6. *Wulfingus de Hanau.* V. tom. 2. annot. Diplom. 90.

Locus quidem Diplom. dati non adeſt, Marchburgi tamen, forte datum fuerit, quo in loco hoc an. Comitia erant.

Ad an. 1262. ad Diploma 132.

Ad an. 1262. ad Diplom. 132.

Bruno Olomuc. Ep. capit. Styr.

Brunonem Epiſcopum Olomucenſem Capitaneum Styriæ factum fuiſſe, hoc an. poſt defunctum Græcii 3. Junii Wochonem de Rosenberg, dixi in Chronol. hujus anni, nec dubito, quin illico ei ſuffectus fuerit, cum menſe Aug. *Marburgi* urbe Styriæ infer. pro Gyrienſi Monaſterio ſententiam tulerit.

Gyrienſ. Monaſt. dantum ferri maſſæ.

Habuerat teſte hoc Diplomate, Gyrienſe Monaſterium a Leopoldo glorioſo Auſtriæ, & Styriæ Duce, altero ejusdem Cartuſiæ fundatore deſignatos annuatim 4. majores vel 10. minores ferri maſſas, has forte teloneo afficere tentaverint Leobienſes, unde, ut eæ liberæ devehantur Gyrium, Bruno Leobienſibus tanquam Capitaneus Styriæ mandat.

Leobienſes ferri-fodinæ.

An hæ ferri-fodinæ Gyrium deſtinatæ, e Leobio vel Superioribus locis, Vordernberg vel Eiſenärz mitti debuerint? Diploma non docet aperte, conſtat tamen ex dictis tomo 1. ad an. 712. Leobienſe ferrum ſemper fuiſſe celebratiſſimum, atque, ut MS. regiſtraturæ urbis Styræ habet, 700. jam annis laboratum, præſtantiſſimum fuiſſe; Lazius *Noricum chalybem*, cujus meminit Homerus 1180. annis ante Chriſtum natum vivens, eundem putat, *qui hodie in Styriam apud Leubnam præſtantiſſimus conflatur, & paratur*, eo etiam colludere videtur idem Lazius, dum in comment. reip. Rom. ſcribit, olim in *Norico mediterraneo* optimi generis ferrum fuiſſe confectum. Ex quibus proin liquido conficitur, ferri fodinas Leobienſes olim fuiſſe celeberrimas, atque per bis mille 500. annos floruiſſe quamvis per tempus collapſas, atque an. 712. ſuo denuo vigori redditas, non tamen Leobii, ſed in Eiſenarz & Vordernberg.

Diplo-

Diploma datum eſt *Mahrburgi*, ubi forte Bruno Olom. Epiſcop. Capit. Styriæ placitum, ſeu Judicium generale celebravit.

Ad Diploma 133.

Ad Dipl. 133.

Jam ad an. 1243. in annot. Diplom. Seccov. 58. inter mea num. 84. oſtendi Ulricum de Phanberg Judicem Styriæ generalem confirmaſſe ſententiam prædeceſſoris ſui Rainberti de Muerek Judicis Styriæ, qua Seccov. Eccleſiæ adjudicata eſt ſylva *Arzvvald*, in cujus etiam poſſeſſionem Præpoſitus Seccov. per Judicem Græcenſem, dictum Wakerzill miſſus fuerat, ſylva, & prædium Arzwald apud *caſtrum Waldſtein* ſitum fuiſſe docet Dipl. confirm. Ottoc. inter Seccov. num. 76. cum vero *Hertnidus de Rammenſtein* eam ſylvam contra Juſtitiam uſurparet, ſententia contra hunc lata, Seccovienſibus eam ſylvam denuo adjudicavit. *Arzwald ſylva Seccov.*

Quisnam hanc Seccovienſium poſſeſſionem impetierit? Diploma Frælichii non exhibet, ſed ſolum eandem ſylvam iterum Seccovienſibus adjudicatam, & poſſeſſionem ejus corporalem Ortolpho Præpoſito, qua excidiſſe videtur, traditam; ex Diplom. 58. & 153. patet, eam ab Hertnido Ramenſteinio fuiſſe impeditam. Comitia hæc ſeu curia Græcenſis celeberrima fuiſſe ex nobilibus Styriæ præſentibus facile colligitur, etenim præſentes fuere. *Græc. Comitia.*

1. *Bernhardus Comes de Phannenberch.* V. tomo 2. annot. Dipl. 40.
2. *Wulfingus de Stubenberch.* V. tomo. 1. annot. Diplom. 4.
3. *Ulricus de Liechtenſtein.* V. tomo 1. annot. Diplom. 47.
4. *Luitoldus de Stadeke.* V. tomo 2. annot. Diplom. 40.
5. *Fridericus de Petovia.* V. tomo 1. annot. Diplom. 54.
6. *Gotfridus de Marchburch.* Tomo 1. annot. Diplom. 46.
7 *Dietmarus de Offenberch.* V. tomo 1. annot. Diplom. 76.
8. *Wigandus de Maſſenberch.* V. tomo 1. annot. Diplom. 41. & tomo 2. Diplom. 102.
9. *Wulfingus de Ernvels.* V. tomo 2. annot. Diplom. 55.
10. *Dietmaro & Conrado fratribus de Stretvvich.* V. tomo 1. Dipl. 86.
11. *Ortolfus de Stretvvich.* Ibidem.

Ad Diploma 134.

Ad Dipl. 134.

Advocatos Eccleſiæ Seccov. ſemper fuiſſe Principes terræ, conſtat ex dictis hoc, & primo tomo, ſic an. 1152. Ottocarus 5. fund. Vorav. primus factus eſt Advocatus Seccov. poſteum Ottoc 6. filius, dein an. 1202. Leopoldus Auſtr. Dux Styriæ, Leopodus alter glorioſus, Fridericus bellicoſus, unde, Ottocarus ſe Ducem Styriæ gerens, Advocatiam Seccov. etiam recipere debuit, ut ſe vel inde Ducem Styriæ oſtentaret. *Seccov. Advocati ſemper Duces Styriæ.* *Ottoc. vex eor. advoc.*

Cur vero Ottocarus dicat, *ſe Eccleſiam Seccov. favore, & gratia amplexi ſpeciali*, ratio ex ſupradictis patet, quia Epiſcopi Seccovienſes ſe ſemper Principi Styriæ meritiſſimos facere conabantur, unde quoque in Cathedram Seccov. ſpecialis Ducum Styriæ favor emanavit.

Advocatia porro illa Seccov. in *Chunnenberg*, circa *Raban* & *Heinrichsdorf*, quantum ex Diplom. Seccov. 18. ab Alex. 3. an. 1171. dato videtur, ab *Alramo viro nobili & uxore ejus Richinza* primo ab Adalramo de Waldek fundatore donata fuit, ut jam tomo 1. oſtenſum, hanc vero Advocatiam *Hertnidus* 2. *de Orte* benefactor cæteroquin egregius Seccovienſium ut tomo hoc 2. annot. Diplom. 29. 55. 86. detinebat, jam vero cum mortuus eſſet, eam ſibi Advocatiem Ottocarus attraxit, promittens, quod nulli eandem in feudo dare vellet.

Orte de Hertn. 2. obiit.

Diploma datam eſt *Neoſtadii*, quo loco hoc & ſeq. an. Ottocarum exſtitiſſe patet.

Ad an. 1263. ad Diplom. 135.

Ad an. 1263. ad Diploma 135.

Parthen. Seccov. laus.

Parthenium Seccovienſe hoc tempore regularis obſervantiæ vigore clarum fuerit, cum nobiles etiam, ætate grandevæ matronæ illud ſubire, in eoque velum regularis diſciplinæ ſuſcipere petierint, una harum erat *Elleys* Domini *Richer de Guetenſtein* vidua, quæ *pro ſua receptione apud ſorores in Seccove* obtulit, & libere donavit manſum *unum in Wirflach*, *vineam unam in Ovve* ſeu *Au* & 5tam nemoris partem *ſupra montem Tirnperch.*

Gutenſtein de Richer.

Eleys dein Mon. Seccov.

Wirflach locus eſt Auſtriæ in circulo infra Sylvam Viennenſem, uti & *Ovve*, ſeu *Au* oppidum tenue, in quo eodem circulo arx *Gutenſtein* ſitum obtinet, a qua Dynaſtas ejus nominis exortos cenſeo: quamvis enim arx Guetenſtein, olim Styriæ portio, hodie Auſtriæ adſcripta jam an. 1220. a Leopoldo glorioſo Auſtriæ & Styriæ Duce, tanquam propria munita fuerit, tamen familia quædam Auſtriæ inde nomen, & originem ſuam habere potuit, quæ poſthac eam Principi terræ vendidit, quemadmodum eadem arx dein tardiore ævo denuo aliis collata & an. 1661. a Joann. Balthaſ. Com. de Hoyas in Monaſterium Servorum B. V. M. converſa eſt.

Guetenſtein arx hodie Mon. ſervit.

Guetenſtein hujus familiæ pauciſſimi occurrunt, quos enim Bucelinus refert, Bohemi ſunt, & forte *Richerus de Guetenſtein* ultimus familiæ fuit, cujus dein vidua Elleys habitum religionis apud Sanctimoniales Seccov. recepit. *Colomanno* 2. *de Windiſchgraz* uxorem fuiſſe primam *Walburgem Sigismundi de Guetenſtain filiam* lego, an ea ex hac vel Bohemica familia fuerit? ignoro.

Windiſchgraz de Colom. 2.

Hanc itaque donationem amplo Diplomate ſuo Ottocarus Neoſtadii firmavit, ut pluribus hoc an. in Chronol. dictum.

Ad Dipl. 136.

Ad Diplom. 136.

Qui noſtris temporibus, opimas adeo Religioſorum fundationes fuiſſe exiſtimant, hi profecto ſe veterum documentorum ignaros oſtendunt, utpote e quibus conſtat, augeri cum tempore fundationes omnes debuiſſe, ut Religioſi vivere potuerint, id exhibent Diploma 51. Göſſ. & Seccov. hujus anni, quorum primo confertur præbenda Göſſenſibus, ut 3tia in hebdomata die Vinum bibere poſſent, & altero Seccovienſibus in *relevationem, & præſidium eorum neceſſitatum* pecuniæ,

ut

ut anguillas, oleum, & ficus comparare ſibi poſſent, videantur fundationes Seizenſium, Runenſium, Vorau: aliorumque ab ipſis terræ Principibus fundatorum, & videbimus, eas coadjutoribus opus habuiſſe, quibus vivere, & Deo bene militare potuerint. Nolim hoc tribuere fundatorum Principum parcitati, ſed temporum turbis, avaritiæ Dynaſtarum & nobilium, quin & tardiore ævo, Succeſſoribus fundatorum, ut adeo veriſſima ſit illa paræmia, quod nempe Patres, & avi contulere monaſterio pridem, *ſucceſſores filii auferunt* eidem.

In Seccovve exſtitiſſe Ulricum Ducem hoc an. conſtat, non vero, qua de cauſa.

Ad Diploma 137.

Ad Dipl. 137.

Ad uberiorem hujus Diplom. notitiam recolenda ſunt, ea, quæ ex deſcriptione Germanica, ad hunc annum dixi, nempe *Sophiam* natam *de Robats*, viduam D. Richeri, Monaſterio huic originem dediſſe, eamque ibidem habitum religioſum ſuſcepiſſe ut an. 1265. dicam: nec repugnabo aſſerentibus, fundationem Studenicenſem jam an. 1259. factam, Diploma autem fundationis hoc primum an. confectum fuiſſe, cum in fine Diplom. inter teſtes occurrat *D. Joannes Capellanus Monaſt. memorati*, unde id jam inſtitutum, & formatum fuiſſe videtur.

Studeniz Monaſt. fundat.

Confirmantur præterea ea, quæ de fonte ſalubri ibidem exorto, in vinum ter mutato, & Cæcis prodigioſo referuntur in deſcriptione illa Germanica, cum Sophia in Diplom. hoc dicat locum, vulgo *Studenitz dictum, modo fontem gratiæ* appellari.

Fons gratiæ ibidem.

Ad hanc vero fundationem contulit Sophia bona omnia hæreditatis ſuæ, atque, ut de eis omnis impoſterum ceſſaret controverſia, cohæredibus ſuis Chungeſpergiis & Wildhauſiis, reſignavit partem hæreditatis ſuæ in *caſtro Studeniz* (quod hodie ejusdem Monaſt. eſt, & eidem in monte adſitum viſitur) cum omnibus poſſeſſionibus, & attinentiis ejusdem, ea tamen conditione, ut & ipſi hi cohæredes annuerent, non ſolum fundationi huic & donationi, ſed etiam renunciarent poſt mortem ejus omni jure advocatiæ, exactionis vel Dominii in his bonis fundatis, quod hæredes hi etiam intuitu divinæ mercedis fecerunt.

Studeniz caſt.

Inter bona a Sophia fundationi attributa, refertur primo *villa Studeniz* quæ diſtincta ab arce hac fuerit, cum arcis ſeu caſtri partem ſuam hæredibus reliquerit, quæque villa in deſcriptione Germanica vocatur ein klein auf einer Felſen ſtehendes Stöckel oder Geſchlöſſel cum 10. manſis, ſeu, ut ait deſcriptio German. mit 10. Siz dein *pazum Kroiſſendorf*, reliquæ villæ ennumeratæ in eadem vicinia ſitæ videntur ut *Puchelach*, *Pobreſach* &c. cum 2. *Carratis vini* ſeu vulgo Pergrecht.

Villa.

Carratæ vini.

Uti vero ad an. hunc in Chronol. obſervavi, ea fidem non habere, quæ de Ottocaro Boh. rege tanquam fratre Sophiæ hujus & adjectis ab eo ff. Dominicalium ſeu Herrngilten adſtruuntur, ita ex hoc Diplom. clarius eruo; nam licet in deſcript. Germ. a Sophia ſolum Studeniz cum 10. villis, ſylva & 2. vineis ac pago Kroiſſendorf donata

Ottoc. rex an bona Monaſt. huic. dederit.

donata dicantur, tamen ex hoc Diplom. patet plura adjecta fuiſſe, at non ab Ottocaro rege, ſed, vel a ſe ipſa vel amicis ac hæredibus ipſorum.

De familia utraque *Sophiæ*, natæ de *Rohats*, & viduæ de Sonnegk dixi jam tomo hoc 2. Dipl. 4. & 30. annot.

Sigillum ſuum adjecit Ulricus Dux Carinthiæ, & Theodericus 2. Epiſcopus Gurc. an. 1253. ut dixi, nominatus, atque hæredes Sophiæ.

Teſtes 1. Dom. *Hainricus Sacerdos*, fors Ulrici Ducis Capellanus, quia præpoſitus Capellano Epiſcopi.

2. D. *Bertholdus Sacerdos* Capellanus D. Epiſc. Gurc. Eccl.

3. D. *Joannes Capellanus Monaſt. Studenitz.* proinde jam formati Monaſterii.

4. *D. Hertnidus de Marchburg.* V. tomo 2. annot. Diplom. 101.

5. D. *Poppo de Vreidenberg*, Carinthus. V. tom. 2. annot. Dipl. 116.

Cherſpach de Guntherus. 6. *Guntherus de Cherſpach*, idem in Diplom. 2. Teuton. S. Dominicæ apud Frælich Diplom. Styr. p. 2. f. 221. citatur cum addito Domini, an. 1273. exiſtit vicinia in Styria nomine *Kerſpach*, vino celeberrima nulla vero arx vel Dynaſtia hujus nominis, unde ignotus teſtis, niſi forte hujus & ſequentium teſtium nomina ex loco ſint deſumpta, unde vocabantur tanquam teſtes.

7. *Gundaccar de Jura.* V. tomo 1. annot. Diplom. 71.

Monſperch de caſtrum. 8. *Hertvvicus de Monſperg*, caſtrum eſt circuli Celej. *Monſperch*, hodie Comitum de Attembs, ex qua Dynaſtas ejusdem nominis ortos opinor, quorum tamen hic unicus mihi hactenus viſus eſt.

Pulzgav de Otto. 9. *Otto de Pulzgau*, locus eſt Styriæ infer. bono utcunque vino celebratus, & ejusdem nominis, duplex vero locus eſt Pulzgau ſuperius & inferius cum fluvio cognomine, ex Dynaſtis tamen his nemo in venitur, niſi Otto hic & *Rudgerus de Pulka*, legendum fors *Pulſta*, qui an. 1224. Dipl. Leopoldi glorioſi inter Gyrienſia num. 4. ſubſcripſit.

Lapriach de. 10. *Gotſcalcus de Lapriach.* Ignotus teſtis.

Annus & indictio cohærent, locus dati Diplomatis abeſt.

Ad Dipl. 138.

Ad Diploma 138.

Orte de Hertnidus. *Hertnidum de Orte* adum hujus nominis, jam fatis functum ex hoc, & Diplom. 133. patet: plurima de eo dicta ſunt tomo 1. annot. Diplom. 13. & tomo 2. annot. Diplom. 29. 55. 86. de eodem habet Diploma, eum etiam bona, & poſſeſſiones in Carinthia, ac Carniolia habuiſſe, quæ proin Ulricus Eccleſiæ Salisburgenſi donavit. *Hertnidum de Orte* poſt an. 1258. quo adhuc Ulrico Archiep. adſtitit, mortuum fuiſſe patet, quo vero anno? ignotum.

Libertini qui. *Libertini hi* per diſtrictum, & Dominium Ulrici, ſeu per Carinthiam & Carnioliam exiſtentes, qui poſt deceſſum Dominorum de Orth, ad Ducem ſunt devoluti, quinam fuerint? res eſt oppido obſcura; cenſeo fuiſſe homines ſeu ſubditos DDnis de Orte immediate ſubjectos, quin Principi terræ præter conſueta homagii & fidelitatis obſequia quid quam præſtiterint, qui proinde defunctis Dynaſtis Ortenſibus ad Principem terræ per feudi modum deveniebant, quos proin

Ec-

Eccleſiæ Oberburgenſi omnimode donat Ulricus; Valvaſ. tomo 3. lib. 30. f. 229. *Jus proprium libertinorum* interpretatur, das aigenthumblichе recht der freuen Mund-Leithe. V. pl. de his ex Prevenh. f. 203. nullius enim Dominio, niſi cui ſe ſponte ſubjecerunt, ſubeſſe volebant.

Datum eſt Diploma *apud Stein*, ut opinor Carnioliæ caſtrum, vel civitatem, exiſtit enim in Carniolia *Stein civitas*, 3. Labacco milliaribus diſſita, de qua pluribus agit Valvaſ. tomo 3. lib. 11. topogr. f. 541. &c. præterea *Stein caſtrum* 6. Leucis Labaco abeſt, hodie Com. de Lamberg, cæteroquin avita domus veterum Dynaſtarum de Stein, de quibus egi tomo 1. annot. Diplom. 4. Idem hoc caſtrum olim Comitibus de Celeja paruit, ut habet MS. Chron. Celej. atque an. 1428. teſte Valvaſ. cit. Hermannus 3. Com. Celejæ, ante hoc caſtrum equo collapſus interiit. In Carinthia 4. ſunt hujus nom. loca *Stain* an Wend in oppido S. Hermagoræ, *Stain in valle Dravenſi*, *Stain in valle Jaunenſi*, & *aliud in valle Lavantina*. In Auſtria etiam exiſtere dixi tomo 1. Dipl. 4. & in Styria noſtra ad fl. Muhram *caſtrum Stain*, Monaſterio Divi Lamberti ſubeſt. *Stein civit. Carniol. it. caſtr.* *Hermann. 3. Com. Celej.* *Stein varia loca Carinth. Auſtr. Styr.*

Diploma tamen hoc vel in urbe vel caſtro Carnioliæ Stein, datum fuiſſe convincit, tum Ulrici Ducis ac Dom. Carnioliæ, tum aliorum e Carniolia teſtium præſentia, quos inter.

1. *Ludovicus Plebanus Labac. Archidiaconus Carnioliæ*, hic primus te- Valvaſ. tomo 2. lib. 8. f. 691. Carnioliæ Archidiac. invenitur cujus dein poſteros recenſet, ita tamen, ut Archidiaconatus Labacenſi parochiæ non fuerit affixus. *Carniol. Archidiac 1mus.*

2. *Gebhardus de Lilienberg*, caſtrum eſt Carnioliæ ſuper. Labaco 4. Leucis diſtans, nunc dirutum, avita tamen domus horum Dynaſtarum, *Joannes* Gebhardi frater ex MS. Sittic. legitur: plures adfert Valvaſ. tomo 3. lib. 11. f. 341. *Lilgenberch* arx Styr. infer. & Circ. Cilej. eſt hodie Com de Sauer. *Lilienberg de caſtrum.* *Lilgenberch caſtr.*

3. *Waltherus*, & *Gerlochus de Seldenberg*. Valvaſ. cit. f. 219. putat legendum eſſe *Heldenberg*, ſed neuter locus mihi notus eſt. *Seldenberg de.*

4. *Henricus de Helfenberg*. V. tomo annot. Diplom. 116.

Henricus Abbas Oberburg. hoc in Diplom. citatus, 3tius vel 4tus ordine videtur, ut v. Catal. Abb. Oberburg. apud Frælich. cit. f. 282. hic jam an. 1242. præſuit; ejus ſucceſſor *Joannes* an. 1268. legitur: primus hujus an. 1140. fundati Monaſt. Abbas ſi Engelbrechtus an. 1173. non fuit, ignoratur. Engelbrechti Succeſſor denuo ignotus. *Oberburg Abbat ſeries.*

Ad an. 1264. ad Diploma 139.

Ad an. 1264. ad Dipl. 139.

Dynaſtas Styriæ Maſſenbergenſes tomo 1. annot. Diplom. 47. & hoc tomo Dipl. 102. petractravi, hi itaque vicini Seccovio, ab arce cognomine appellati eorundem Seccov. Canon. poſſeſſiones decimas &c. more Sæc. hujus occupabant, & occupatas detinebant, conqueſti deſuper Canonici Seccov. cum Præpoſito ſuo Ortolfo permovere Clementem Papam, pro iisdem pluribus Diplomatibus ſollicitum, ut Brunoni Epiſcopo Olomuc. ac Styriæ Capitaneo: uti & Præpoſito *Seccov. Can. a Clem. 4. defenduntur contra DD. de Maſſenberg.*

Friſac. injungeret, de damnis ut inquirant, & renitentes Maſſenbergicos per cenſuras Eccleſiaſticas ad reſtitutionem compellant.

Quænam res ablatæ, & inique a Maſſenbergiis occupatæ fuerint, anque eas reſtituerint? Diploma nec hoc, nec aliud exhibet, nomen Præpoſiti S. Virgilii Friſacenſis, Hertnidi nempe fuiſſe, detegit Diploma ſequens.

Advertit idem Frælichius in notis extare aliud Diploma num. 13. vi cujus Epiſcopo Olomuc. idem Clemens 4. Papa mandat, ut omnia bona Eccleſiæ Seccov. quomodocunque alienata conetur recuperare.

Ad Diploma 140.

Ad Dipl. 140.

Gradwein paroch. Seccov.

Ratio collationis

Jam an. 1260. ex Diplom. Seccov. 72. inter mea num. 127. dixi, ab Ulrico Archiep. Salisburg. cum conſenſu Capit. Salzburg. parochiam Gradwein, pleno jure donatam fuiſſe Eccleſiæ Seccov. eamque donationem an. ſeq. ab Ottocaro Græcii confirmatam, cauſam hujus collationis expoſui ex hoc ipſo Diplomate in Chronol. anni hujus, nempe ob damna Eccleſ. Seccov. percepta a Philippo Salzb. electo in ipſam, & ejus res debachante, cum perfugium darent, & multiplicia beneficia exhiberent Ulrico Arehiep. Salzb. & Ottoni Præp. Canonici Seccovienſes.

Impugnatur a Can. Salisb.

Quamvis vero hæc ipſa collatio ab Ottocaro etiam rege, Eccleſiæ Seccovienſi confirmaretur, erant tamen quidam Canonici Salisburgenſes, qui non attendentes eandem, quam cum Seccovienſibus vivebant vitam regularem, collationem hanc impeterent, ſorte Philippo addictiores, eo præciſe capite, quod ſe irrequiſitis, quorum tamen per varia loca diſperſorum copia haberi tunc non poterat, ea collatio facta fuiſſet, quamvis ſanior pars capituli conſenſerit.

Confirmatur a Papa Clem.

Huic tamen inani impugnationi, ut occurreretur, Prælati Diœceſis Salzb. 4. nempe Abbates, Archidiac. Styriæ ſuper. & Præpoſitus S. Virgilii Friſac. Clementi Papæ deſuper ſupplicantes obtinuerunt, ut idem Papa collationem Eccleſiæ in Gradwein Seccovienſibus factam, *de conſenſu ſanioris partis Capit. Salzb.* authoritate Apoſtolica confirmaret Peruſii 15. Kal. Julii: ut v. Diplom. Seccov. 83. Prælatorum horum nomina unica expreſſos littera initiali exponit Frælichius, nempe *Gerardus Abbas S. Pauli*, *Gotſchalcus Abbas S. Lamberti*, *Ulricus Abbas de Admunte*, & *Fridericus Abbas de Garſten*, Gerhardum Abbatem S. Pauli ordine 10. ſtatuit Megiſerus, quem dein poſt 22. annos Epiſcop. Lavant. factum docet, hoc vero anno electum Abbatem, in quo tamen falli videtur, etenim an. 1275. Chron. Salzb. ponit *Eberhardum Abbatem S. Pauli* factum Epiſcopum Lavant. unde 22. annis præfuiſſe S. Paulo non potuit, niſi jam dudum ante hunc an. fuiſſet electus Abbas, alii teſte auth. Germ. Sacr. tomo 2. f. 389. 390. 305. eundem Herbotum, Heribertum vocant, ad fuitque Conc. Salzb. an. 1281. ac an. 1284. obiit. Hornekius tamen Gerhardum vocat, uti & Megiſerus, confirmatque hanc ſententiam hoc Diploma.

Gerhard. Abb. S. Pauli, Gotſcalcus Abb S. Lamberti, Ulric. Abb. Admont. Frider. Abb. Garſtenſ.

Gerhard. Abb. S. Pauli, dein Epiſc. Lavant.

Gotſchalcus Abbas S. Lamberti in Styria, an. 1260. factus eſt, ut dixi in annot. Diplom. 48. *Ulricus Abbas Admont.* an. pr. præeſſe cæpit,

ut

ut ibidem innui, *Fridericus Abbas* 1 *Garſtenſis* teſte Prevenhueb. f. 32. an. 1261. electus an. 1282. obiit.

Archidiaconi Marchiæ ſeu Styriæ ſuper. nomen adjectum non eſt, nec mihi nomen ejus hactenus innotuit. *Hertnidus Præpoſ. S. Virgilii Friſacenſis* an. jam ſuper. Commiſſarius Apoſtolicus a Clemente 4. Papa ſtatutus eſt, ut Seccovienſes contra Mäſſenbergicos Dynaſtas tueretur. V. Diplom. præced. *Hertnidus Præpoſ. S. Virg. Friſac.*

Obtenta dein, a Seccov. an fuerit parochia Gradwein, documenta quæ vidi hactenus, non oſtendunt, quod ſi obtenta, nec conſtat, unde ea denuo e Seccovienſium manibus ad alios ſit delapſa, hodie certo ea parochia Monaſterio Runenſi ſubeſt, plures hujus Eccleſiæ Plebanos, fuiſſe Styriæ Archidiaconos per decurſum patebit. *Gradwein hodie parochia Runenſium.*

Dies & locus Diplomati deeſt.

Ad Diploma 141. *Ad Dipl. 141.*

Diploma hoc confirmat omnia Seccov. Canoniæ Privilegia, nominatim illud Ottocari 1. Ducis de an. 1182. conventus Græcii celeberrimus fuiſſe ex hoc Diplomate colligitur, quia non ſolum ipſe rex Ottocarus ſed etiam nobiliſſimi quique proceres Styriæ cum Ulrico Archiep. Salzburg. Brunone Olomuc. & Stencone Mareſchallo Bohemiæ inibi præſentes erant, de quibus pl. ad an. 1265. *Græcii convent.*

Alii huic conventui præſentes, & Diplomatis teſtes erant.

Wilhelmus de Phrimberch (ſors *Phannenberch*, ut corrigit Frælich) ſed in annot. Diplom. 39. ubi Genealogiam Phanbergiorum expoſui, nullus ſe Wilhelmus, ſed ſolus Wichardus obtulit Phannenbergius, forte familia de Phrimberch ex Bohemia fuit, præſertim cum Wilhelmus hic Phrimbergius poſtpoſitus ſit immediate Stenkoni Mareſch. Bohemiæ. *Phrimberch de Wilhelm.*

Henricus Suppanus de Witrach Marſchallus Auſtriæ. Dominos de *Weitra* olim Supremos duellorum ſeu certaminum equeſtrium judices in Auſtria fuiſſe, idque munus an. 1374. ab Alberto Duce, Conrado de Weitra collatum docet Excell. Wurmbr. cap. 19. f. 346. aſt eos hoc tempore Mareſchallos fuiſſe, vel jam claruiſſe, non reperio, cenſeo itaque hunc Henricum de Witrach Suppanum ſeu Dynaſtam, fuiſſe *Henricum Chunringium*, quem circa an. 1233. Mareſchallum fuiſſe docet Wurmbr. f. 289. eisque Dynaſtis datum nomen de Weitra, & Zwetla oſtendit ibidem. *Witrach de Henr. Suppanus.* *Chunring de Henric.*

Henricus de Liechtenſtein, qui an. 1260. capitaneus Styriæ fuit, ut v. ib. & tomo 1. annot. Diplom. 47. *Liechtenſtein de Henric.*

Dietricus de Engelſchalchesvelde. V. tomo 1. annot. Diplom. 36. ex Auſtria itaque fuiſſe videtur, cætera ignota. *Engelſchalkesvelde de Dietric.*

Otto de Haslawe, 2dus hujus nominis. V. tomo 2. annot. Dipl. 19. & an. 1269.

Albertus Pincerna de Zelkingen. V. tomo 1. annot. Diplom. 106. pincernæ tamen Auſtriæ hoc tempore Chunringii erant, qua de re v. annot. Diplom 82. in Dominis de Dobra.

Chadoldus de Weking, Auſtriaci erant, & poſteriore tempore hæreditarii janitores Auſtriæ infer. v. Wurmbr. cap. 11. f. 321. *Weking de Cadoldo.*

Braunſelin Bernard. *Wernhardus Braunſelinus* ignotus mihi teſtis.
Fridericus de Petovia. V. tomo 1. annot. Diplom. 54.
Wulfingus de Stubenberch. V. tomo 1. annot. Diplom. 4.
Herrandus de Wildonia. Tomo 1. annot. Diploma 53.
Ulricus de Liechtenſtein. V. tomo 1. annot. Diplom. 47.
Wulfingus de Arnfelſe. V. tomo 2. annot. Diplom. 55.
Erchengerus de Landeſere. V. tomo 1. annot. Diplom. 53.
Ulricus ſeriba ſeu Protonot. Styriæ. *Magiſter Ulricus Protonotarius* Ottocari ſimul, & Styriæ fuiſſe videtur, Ulricus Canon. Friſing. de quo an. 1260. & ad Diploma 125.

Ad Dipl. 142.

Ad Diploma 142.

Studeniz Monaſt. conf. Epocham hujus Diplomatis erroneam eſſe, & pro anno 1296. ponendum eſſe annum, vel 1266. vel præcedentem, oſtendi in Chronologia anni hujus, cæterum Diploma hoc, aliud non continet, quam confirmationem Studenizenſis fundationis, ab hæredibus Sophiæ fundatricis factam; jam enim an. 1263. dictum, Parthenonem Studenizenſem a Sophia filia Alberti *de Robats*, uxore *Richeri de Sunek* fundatum, eamque eo in Monaſterio habitum religioſum ſuſcepiſſe.

Hæredes itaque Sophiæ, ut fundationem hanc non ſolum firmarent, ſed etiam pro virili augerent, aſſenſu benevolo præſtito, dein varia etiam bona adjecerunt, uti 20. manſus in *Chreizendorf* forte *Kreiſſendorf*, ſylvam loco & prædio Studeniz adjacentem, *duasque vini carratas* (ſeu ut in annot. Diplom. 137. expoſui, vulgo jus montanum, vel Bergrecht) quarum dimidiam *Henricus de Robats cum pueris ſuis*, alteram dimidiam Richza cum pueris ſuis perſolvet, cedunt præterea omni jure, & proprietate, quam prius in dicta bona habuerunt, uti & jure advocatiæ ita, ut vivente Sophia, ejusdem approbatio, hac vero defuncta Advocatus alius Monaſterio non ſit, niſi in quem Papa, Patriarcha Aquilej. & ſpiritualis eorundem monialium Rector conſenſerit.

Robats de Richza. In Genealogia DD. *de Robats & Sounek* hoc tomo expoſita, quædam dubia occurrunt, & *primo* quidem, *de Richzæ de Robats* 3. pueris ſeu filiis, quorum tamen duo ſolum commemorantur nempe *Otto* & *Henricus* ac 3tio omiſſo, filia memoratur *Catharina*. 2do idem occurrit *in Gertrudis defunctæ pueris* 4. ex quibus denuo ſolum 3. *Heinricus*, *Albertus*, *Diomedes* memorantur, & omiſſo quarto *Chunegundes* filia ponitur; omiſſorum horum filiorum nomina detegere hactenus non poteram.

Pueri de Wilthauſen qui fuerint, Diploma non memorat, ut v. annot. Diplom. 4. hujus tomi, & fuſius Diplom. 30. quorum loco, cum *Conrad. Pleb. de Marburg.* pueri adhuc eſſent, & proprium Sigillum non haberent, *Conradus Plebanus de Marchburg* ſuum appreſſit.

Teſtes: 1. *Philippus Vener. Salzb. Eccleſ. electus*, de quo &
2. *Ulric. Seccov. Epiſc.* v. dicta in Chronol. hujus anni.
3. *Ortolfus Solienſis Præpoſitus* in Carinthia.
4. *Chunradus Plebanus de Marchburg.*

5. *Hain-*

5. *Hainricus Plebanus de Bottone*, quam parochiam nec in Styria, nec in Carinthia, vel in Carniolia reperio, fors in Aquilej. territorio ſitum habuerit. *Potton. paroch.*

6. *Fridericus*, & *Hartnidus fratres de Bottone.* Idem de his judico. *Et de Bottone domini.*

7. *Rudolphus de Stadeich (Stadek).* V. tomo 2. annot. Dipl. 40.

8. *Walricus*, & *Gotfridus fratres de Chovvoſchovve.* Ignoti. *Chowoſchowe de Domini.*

9. *Gundaccarus* & *Wobalinus* fratres de *Chungeſperch.* V. tomo 1. annot. Diplom. 58. & tomo 2. annot. Diplom. 3.

10. *Ortolfus*, *Heinricus*, *Gotſcalcus fratres de Raderſtorf* ignoti denuo. *Raderſtorf de Domini.*

11. *Hilprandus*, *Ulricus milites de Robats.* V. tomo 2. annot. Dipl. 30. cætera expoſita ſunt in Chronol. anni hujus.

Ad Diploma 143. *Ad Dipl. 143.*

Diploma hoc Genealogiam Wildoniorum exponit accurate, ut jam tomo 1. annot. Diplom. 53. oſtendi. Herrandus itaque 2. de Wildonia ad inſtantiam Præpoſiti, & Canon. Seccov. prædia *Landſchacherpach* ob omni jure advocatiæ, eo potiſſimum titulo liberat, quod ea a *Luitfrido de Eppenſtein*, bonæ mem. ſint Canoniæ Seccov. data atque per Canonicos Seccov. *ab Herrando* 1. *de Wildon* avo, Herr. 2. ac ab Ulrico, Herr. 2. patre, & Luitoldo Ulrici fratre ſæpius fuerint redempta, unde prædii hujus libertatem innovat Herrandus 2. id ſibi ſolum in eo reſervans, ut Procuratori Herrandi 2. dicti Monaſterii officialis ſingulis annis 6. marchcorricos (verbum obſcurum) forte *Corfos*, vel potius *corrucos* (ſeu vecturas) avenæ & de ſingulis hubis unum pullum aſſignet; hodiedum præſtatio hæc vigere ſolet, ut ſubditi, præter ea, quæ præſtant Domino ſuo, alteri cuidam eorundem advocatiam tenenti ſingulis annis certum numerum modiorum avenæ ſolvant, quæ inde Schuz-Haaber vocatur; viciſſim vero promittit Herrandus 2. ut ſi ipſe vel ſuorum quispiam contra hac promiſſum quid attentaverit, ſi intra menſem commonitus non ſatisfecerit, advocatia horum prædiorum ad Dom. terræ Styriæ libere devolvatur. *Landſchacherpach* qualis locus ſit? docuit me Excell. DD. Wolfgangus Com. & D. de Stubenberch, cenſor hujus tomi mei benevolentiſſimus; cenſet enim fuiſſe *Landſchach* prædium prope Knitelfeldam ſitum, cujus rudera hodiedum ſuperſunt, etenim Landſchach prædium vix 3. horis diſtat *Eppenſteinio* & *Seccovio*, & *a Weiskirchen* 2. & media hor. quo e loco Diploma hoc datum eſt.

Wildon de Herrand. *Landſchacherpruk loc. Styr.* *Eppenſtein de Luitfridus.* *Marchcorrici corſi, vel carrucæ avenæ.*

Hoc in Diplom. obſervo 1. *Ortolfum Præp. Seccov.* prima vice a me inveniri *Archidiaconum Seccov.* ſimul ſubſcriptum, novi quidem omnes Cathedr. Eccleſiarum Præpoſitos, eſſe natos Archidiaconos, aſt cur non antea vel Ortolfus vel alius Præpoſ. Seccov. eum titulum geſſerit? ignoro, nec documenta Seccov. hactenus viſa elucidant, Salisburgi quidem, licet cathedralis eadem a tempore SS. Ruperti, & Virgilii ſtaret, primus tamen cathedralium Præpoſitorum Hermannus, & dein gebeno, officium Archidiaconi an. 1119. a Conrado 1. Archiep. obtinuerunt; indeque judico etiam Præpoſitos Cathedrales Seccov. tardius per Diploma quoddam, eam dignitatem obtinuiſſe. *Ortolf Præp. Seccov. & Archidiac.*

Eppenſtein de Landfrid. 2.

Obſervo 2. Lantfridum *Eppenſteinium*, qui prædium Landſchacherpach contulit Seccov. fuiſſe 2dum hujus nom. eundemque qui eisdem Can. Seccov. contulit prædium *Goberritz* uti tomo 1. annot. Diplom. 37. oſtendi, & tomo 2. annot. Diplom. 53.

Actum, & datum eſt Diploma, apud *Weizzenkürchen*, ſeu *Weiskirchen* Styriæ Super. quam parochiam hodie San-Lambertini adminiſtrant.

Ad an. 1259. ad. Diplom. 121.

Ad an. 1266. ad Diploma 144.

Margar. Auſtr. n. fuerit monial.

Munificentiam Margarethæ Auſtriacæ in loca ſacra, plura jam hujus tomi folia declamarunt, nulla tamen magis revincit omnes illos, qui ex regina noſtra monialem ordinis Prædicatorum confinxerunt, votorum ſacrilege oblitam, & crimine hoc in publicum emanante, eam ab Ottocaro Treviros in Monaſterium a ſe deſertum relegatam calumniabantur; etenim Margaretha ut ipſa ait, donat Monaſterio Campililienſi, *villam ſuam*, hodie oppidum *Gravenberg*, & quidem donat, *libera, & bona voluntate habito diu, & deliberato conſilio prudentium*, palam itaque donat, non clanculum, in ſpectante tota Auſtria, conſcio præterea arbitro conſcientiæ ſuæ, & *executore teſtamenti fratre Bernoldo* ejusdem ord. Prædic. cujus eam Apoſtatam criminantur, Profeſſo. meminit in ea Camerarii, ac curiæ ſuæ, caſtrum Chrumpenau ſuum dicit, denique, ut Regina, ſignat ſua imagine in throno conſidentis Diploma præſens; hæc quomodo moniali relegatæ prudentum quispiam appingere poſſit? non video.

Cæterum donationem hanc, ait ſe jure vivorum, & defunctorum facere, hinc merito ſe filiam, *Luipoldi quondam illuſtris Ducis Auſtriæ ac Styriæ*, ante elogium *Romanorum Reginæ* nuncupavit, ut hoc pacto veram ſe Auſtriæ hæredem profiteretur, unde etiam in Sigillo ſuo parmulam Auſtriacam ad pedes ſuos apponi curavit.

Non tamen ſe amplius Dominam vel Duciſſam Auſtriæ, & Styriæ ſcripſit poſt repudium Ottocari, utpote quæ mortalium jam oblita, modica hæreditatis ſuæ portione contenta, reliquum terrarum ſuarum Dei, ac Imperii Romani arbitrio reliquiſſe videtur, atque hoc ex capite Styriam ab an. 1261. vacantem ſemper dixi.

Huic vero donationi Margarethæ, nec Auſtria, nec Imperium Rom. nec Ottocarus ipſe contradixit, quin hic amplo Diplomate an. 1268. eandem confirmavit.

Chrumpenau caſtr. Auſtr.

Teſtes omnes de Auſtria; datum Diploma in *Chrumpenau* caſtro ultra Danubium Zwetlam inter & Crembſium ſito, quod cum villa *Grevenberch*, aliisque Ottocarus Margarethæ repudiatæ, ac in Chrembs remiſſæ, teſte Bernoldo Campilil. dederat.

Ad an. 1267. ad Dipl. 145.

Ad an. 1267. ad Diploma 145.

Ulricus Dux Carinth. benef. Cartuſ.

Ulricus Dux Carinthiæ, inſignem ſe præbuit benefactorem Cartuſienſium; præterquam enim, quod an. 1260. fundator fuerit, Cartuſiæ in Vroniz ſeu Freudental in Carniolia ſitæ, etiam Seizen-

ſium

ſium poſſeſſiones hoc anno duplicavit, unde Ulrici Ducis ut ſundat. Cartuſiæ in Franitz, anniverſarium extat in antiquo Seiz. necrol. ad diem 26. Octobris: jam ad an. 1204. & Annot. Dipl. 21. hujus tomi oſtendi, Bertholdum III. Ducem Dalmatiæ, & Iſtriæ conſtituiſſe Seizenſibus in *Windiſchgraz* 2. modios frumenti, & 10. menſuras Braſii ſeu cereviſiæ, Ulricus Dux annonam hanc multiplicavit, juſſitque iis dari ſingulis annis 4 modios frumenti cum 20 menſuris cereviſiæ, Windiſchgrazium urbem Styriæ infer. circuli celejenſis, circa initium ſæc. hujus, fuiſſe Andechſiorum, & Bertholdi III. Ducis Dalmatiæ, & Marchionis Iſtriæ, huncque Saizenſibus duobus frumenti modiis cum 10. menſuris Braſii ex Windiſchgraz urbe ſuccurriſſe ſingulis annis dixi ad an. 1204. & ann. Diplom. 21. præterea notavi an. 1230. jam an. 1228. Ottonem Meraniæ Ducem Bertholdo Aquil. Patr. fratri ſuo ceſſiſſe jus in Iſtriam Marchiam, & Carnioliam, quo jure ſimul prædium cum urbe & caſtro Windiſchgraz ad Aquilej. Patriarchas devolutum videtur; quoniam an. 1251. idem Bertholdus, antequam moreretur, caſtrum, forum, & Provinciam totam *Windiſchgraz* Eccleſiæ Aquilej. donavit, an. 1271. eadem urbs Ottocaro Regi tradita, exin penes Principes terræ permanſiſſe videtur.

Windiſchgraz urbs olim Marchiæ Iſtriæ.

Inde Patr. Aquil.

An. 1271. Ottoc. Regis.

Ex his jam quæſtio profluit, quomodo Ulricus Dux Carinthiæ urbem Windiſchgraz, ut ſuam reſpicere, & in ea aſſignationes Seizenſibus facere potuerit hoc an. 1267. quo eadem adhuc Aquilej. juris erat, hac in re ex dictis an. 1261. reſpondendum videtur, etenim, ut ibidem dixi, Ulricus Dux Carinthiæ cum fratre ſuo Philippo, Labacum, & alia loca Patriarchæ Aquilej. donavit Gregorio dicto, qui gratitudinis ergo, eodem mox feudi titulo, Ulrico Duci contulit, quibuscum locis etiam Windiſchgrazium Ulrico Duci collatum cenſeo.

Præterea hoc Diplomate confirmat ea omnia, quæ Bertholdus III. Dux Meraniæ circa an. 1204. contulerat, ut vs. Dipl. 21.

Datum eſt Diploma in loco *Scheutz* prope Labacum, quem tamen locum nullius nominis fuiſſe colligo, quod eum pleræque chartæ topogr. Carnioliæ negligant.

Ad Diploma 146.

Ad Dipl. 146. Camera de Otto. Percbach, Perchau loca Styriæ

Dominos *de Camera* vel Styros fuiſſe, vel in Styria bona poſſediſſe dixi tomo I. annot. Dipl. 48. ſane locum Styriæ *Berchach*, & Dynaſtas etiam ejus nominis exſtitiſſe oſtendi, eodem tomo I. annot. Dipl. 57. forſitan hic locus hodie *Berkau* dicitur infra Untsmarkt & Neumarkt ſitus, jurisdictionis Monaſt. S. Lamb. dicitur locus hic Styriæ altiſſimus, in quo tamen linum optimum producitur, & in exteras etiam terras devehitur, ita in notis tomi hujus Excell. DD. Wolfg. de Stubenberg. Hoc in loco Otto hic de Camera, 3. marcarum redditus donavit Eccleſiæ Göſſenſi, pro remedio animarum parentum ſuorum, & uxoris ſuæ.

Teſtes erunt 1. *Henricus Plebanus S. Dionyſii* inter Muræpontum & Leobium.

2. *Ulricus Plebis* (legendum *Plebanus*) S. *Andreæ*, ut puto, in Göſs.

3. D. *Wigandus de Mäſſenberg*, v. to. 1. annot. Dipl. 41.

4. *Otto de Utſch*, v. to. 1 annot. Dipl. 43.

Viſtarn de Henr. 5. *Heinricus de Viſtärn*, ignotus omnino teſtis.

Trevejach de Henricus. 6. *Henricus de Trevejach*, qui uti & prior, *miles* dicitur, v. to. 2. annot. Dipl. 57. & 150.

Vornsdorf de 7. *Gotfridus*, *Hoboldus*, *Otto fratres de Vornsdorf*, ignoti, niſi forte legendum *Vansdorf*, de quibus egi tom. 2. annot. Dipl. 10.

Poppendorf de arx & familia. 8. *Otto*, *Chnullo*, *Luitoldus de Poppendorf*, arx eſt Styriæ infer. ejusdem nominis, infra Gnas & Hochſtraden ſita in cir. Vorav. olim de Merſperg, hodie Com. de Rindsmaul, ex quo Dynaſtas veteres ejusd. nominis prodiiſſe reor, Bucelinus hanc eorum brevem Genealogiam adfert.

Valentinus de Poppendorf, ux. *Chunegunda de Silberberg*, *filia* Chriſtoph. & Barbaræ *de Kainach.*

Franciſcus eques auratus, Conſil. S. C. M. & Præſ. Conſ. bell. ux. Marg. de *Neubaus*, filia Wolfg. & Marg a *Greiſnek.* — Anna mar. N.

Georg. Chriſtoph. ux. Juliana de *Fladniz* filia Martin. & Margar. de *Waidek.*

Mar. Salome mar. Leon. ab *Ebrnau.*

Richard. Henr. Præfect. pedit. contra Turc. † 1598. prope Carolopolim pugnans.

Maximil. cæl.

Wicardus cæl.

Plur. alii liberi.

Præter hos *Rudolfum de Puttendorf* jam an. 1203. in Dipl. Göſſ. 14 dato ab Eberh. Archiep. Salzb. ac Leopoldo Duce Auſtr. & Styriæ teſtem lego; Leutoldus vero hoc in Dipl. citatus denuo viſitur ad an. 1279. ſolus ſine fratribus, ſors jam defunctis, in Dipl. Göſſ. 61. reliqui meam hactenus notitiam fugerunt.

Oberndorf de Domini arx. 9. *Rudolf*, *Otto*, *Guntherus*, *fratres de Oberndorf*, arx ejus nominis in valle Anaſina exiſtit Dominorum de *Pichlern*, ut adeo ex hac forte arce iidem prodierint, præter hos an. 1271. in Dipl. Göſſ. 57. lego ſubſcriptos hoc tenore, *Gotfridus nomine, & Otto de Oberndorf, & frater ſuus Grovelinus*, cætera de his me latent.

10. *Ditricus Notarius*, ignotus.

Hafnarn de 11. *Henricus Bavarus de Hafnärn*, nec notus, nec nobilis.

12. *Henricus Hoſpitalarius & Hermannus Cellarius*, officiales Göſſenſes.

Pretoch de 13. *Totanus*, *Hatlinus*, *Fridericus de Pretoch*, ignoti.

An. 1268 ad Diploma 147.

An. 1268. ad Dipl. 147. Oberburg. termini confirmantur.

Henrici Abbatis Oberburg. Succeſſor, Joannes Abbas poſtulavit ab Ulrico Ducr Carinthiæ enixis precibus, ut ſibi ſui Monaſterii termini, teſtimonio 500. virorum probati, confirmarentur, & quidem eo modo, quo Monaſterio huic a Diebaldo de Chagere fundatore fuerant aſſignati. Nil moratus Dux Ulricus in loca ſacra proniſſimus, illico Diploma hoc deſuper edidit, ac terminos hoſce confirmavit, ſtatuens præcipue *ſylvam Sulzbach*, *uſque ad vertices montium Laſeck & Erlau* proprietarie ad Monaſt. Oberburg. pertinere.

Teſtes Diplomatis hujus omnes fere e Carniolia, cujus in Metropolis Labaci caſtro datum eſt, fuiſſe videntur.

1. *Otto*

1. *Otto de Landeſtroſs*, ſeu *Landeſtrot*: qui uſque ad an. 1306. vixiſſe fertur, v. Valvaſ. topogr. Carniol. lib. 11. f. 331. 335. &c. ubi eam familiam fuſe deducit. *Landeſtrot de*

2. *Guido de Reittenberg*, Carniolus & Poſſeſſor arcis cogn. in Carniolia v. Valvaſ. cit. f. 470. *Reitenberg de & arx.*

3. *Ulricus de Habsnach*, *Habnach* caſtrum Carnioliæ, Habsnach non invenio. *Habsnach de*

4. *Gebhard de Lilienberg*, v. tom. 2. Annot. Dipl. 137.

5. *Herbord de Oberſperg*, ignotus, reliqui teſtes nullius nominis. *Oberſperg de*

Ad Diploma 148. *Ad Dipl. 148.*

Jam in Chronol. anni hujus dixi, Carinthiam ab Ulrico Duce non venditam, ſed teſtamento legatam fuiſſe Ottocaro Boh. Regi, & quidem ſine ulla mentione Philippi fratris, vel conſenſu addito Provincialium, & Miniſterialium Carinthiæ; cenſeo enim Ottocarum multis precibus & blanditiis obtinuiſſe, ut Ulricus Dux in Bohemiam veniret, atque in loco Bodibrat eas tabulas conficeret, quo conſenſum Miniſterialium ſuorum habere non potuit. *Ottoc. Regi legatus Carinthiæ*

Diploma hoc adſert etiam Peſſina de Czechorod lib. 3. Martis Morav. cap. 7. pag. 367. ſed valde vitioſe, Frælichius id ex autographo deſcripſit correctum.

Fortunam omnino amicam expertus fuerat Ottocarus Bohemus, cum tabulas has ab Ulrico Duce, nondum adeo ſane nec fragili, nec de hærede deſperante, hoc an. obtinuerit, antequam Ulricus Dux an. ſeq. obiret: ſcio quidem, a quibusdam uti chron. Auſtrali & Clauſtroneoburg. annum obitus Ulrici Ducis 1270. ſtatui, novi præterea, Ottocarum ipſum in Dipl. quodam apud Bern. Pez, Codtc. Diplom. part. 2. num. 208. & 207. pag. 117. an. 1270. die Id. Jan. omittere titulum Ducis Carinthiæ, mox vero in alio ejusd. anni die 2. Id. Martii ſe jam ſcribere Ducem Carinthiæ, ut adeo poſt 4. Id. Jan. ante 2. Id. Martii an. 1270. Ulricus Dux defunctus videatur, nihilominus, cum Henricus Stero Baltramus in Chron. Auſtr. & Chron. Salzb. maxime vero Synchroni Juliani Chronicon Forojul. doceat, Ulricum an. 1269. defunctum die 27. Octobr. (Necrol. Seiz. 26. Octobr. ponit) ſtandum cenſeo pro an. 1269. emortuali Ulrici Ducis, Anonymus Leob. & gemini continuatores Martini Poloni an. 1268. putant defunctum, ſed refelluntur ex Diplom. Ulrici Ducis an. 1269. datis, ut in Chron. oſtenſum. *Ulricus Dux Carinth. quo an. obierit.*

Cur vero in Dipl. cit. an. 1270. 4. Id. Jan. ſe nondum Ducem Carinthiæ ſcripſerit Ottocarus, cauſa varia eſſe potuit, nempe vel quod Philippus frater, Ulrici mortem occultarit, vel Ottocarus, adhuc deliberarit, an Ducatum captare antea, quam titulum uſurpare debeat, vel denique, quod Concellarii vel Notarii negligentia, is titulus in Diplomate fuerit ommiſſus.

Evocatus itaque in Bohemiam Ulricus Dux, per Bredworem Bohemum an. hoc 17. Jul. Labaci exiſtentem, & Diplomati Oberburg. ſubſcriptum, iter ſuum feliciter confecit, atque in favorem Ottocari

tabulas eas compoſuit, quibus Ulrico Duce Carinthiæ ſine prole maſcula vel femella, defuncto, Carinthia omnis cum Carniolia Ottocaro cederet.

Conſanguinei Ottoc. Boh. & Ul. D. Carinth.

Cauſæ donationis hujus erant, *tam multa amicitiæ beneficia, & indefeſſa dilectionis argumenta*, cum præcipue quod *conſanguinitatis vinculo* Ottocarus ſit Ulrico Duci *alligatus*, conſanguinitas hæc inde orta eſt, quod Ulrici Ducis Carinthiæ mater, ſoror fuerit Premislai Ottocari hujus parentis proin ſecundo gradu erant conſanguinei, ſeu ſobrini geſchwiſterr Kinder. En ſchma.

Premislaus II. Ottocarus Dux an. 1191. fugatus, reſtitutus an. 1197. fit IV. Rex Boh. an. 1200. obiit an. 1230. uxor 1. *Adela* Otton. Miſn. filia repud. an. 1201. 2. *Conſtantia* Belæ III. Hung. Reg. filia.

Wenceslaus III. Rex obiit an. 1253. ux. *Chunegundes Philippi* Suevi Imp. filia.

Ottocarus Rex Bohemiæ ux. 1. *Margar. Auſtriaca* repud. 2. *Chunegundes* Bulgara.

Bozislava ut Hübner. tab. 106. vel *Juta* ut alii mar. *Barnardus* Dux Carinthiæ ab an. 1202. ad 1256.

Ulricus III. Dux Carinthiæ uxor 1 *Agnes Meran.* a Frid. Auſtr. repud. 2. *Agnes* Badenſis.

Nihil vero ſibi Dux his in tabulis reſervavit, præter redditus 100 marcarum locis ſacris applicandos, imo etiam præcavit, ut ſi uxor ſua 2. Agnes ante ſe moreretur, dotalia ejusdem poſt mortem ſuam Ottocaro obvenirent.

Albert. II. Com. Gorit. & Tyr.

Teſtes erant 1. *Albertus Comes Goritiæ & Tyrolis*, hic fuit Albertus II. hujus nom. & circa an. 1286. Palatinus Carinthiæ def. an. 1304.

2. *Mag. Petrus Præpoſ. Wiſſehrad. Concellarius Bohemiæ.*

3. *Ulricus Comes de Heunburch*, qui Agnetem relictam Ulrici Ducis deinde obtinuit uxorem, v. to. 1. annot. 4. & 6. & hoc tomo ſæpius.

Hartek de Com.

4. *Heinricus Comes de Hardeke*, v. to. 2. annot. Dipl. 71. Item an. 1259. 1260. &c. nominatim an. 1266. ex quibus omnino plures tenent, Hardekios in illa cum Hungaris pugna an. 1259. & ſeq. non interiiſſe.

5. *Liber de Cauriaco*, & cæteri teſtes ex Bohem. & Moravia. Ex ſigillo Pantheræ Styr. ſpeciem præferente refutantur illi, qui an. 1245. bellum Frid. Auſtr. cum Carinthis de ſcuto Styriæ fuiſſe contendunt.

Ad Dipl. 149.

Ad Diplom. 149.

Piber Eccl. res varia.

Jam ad an. 1250. & annot. Dipl. 99. dixi, Eccleſiam Piber, quæ antea ad Abbatem & Conventum S. Lamberti pertinuerat, a Philippo electo Salisb. fuiſſe eliberatam, & Epiſcopatui Seccov. unitam, præterea a Clemente IV. Papa an. 1265. Ulrico ex Epiſcopo Seccov. facto Salisb. Archiepiſc. dum reſignaret, fuiſſe denuo cum Epiſcopatu Seccov. permiſſam, ut adeo de eliberatione Eccleſiæ hujus dubitari non poſſit.

Ulric. Ep. Seccuſum linguæ amittit.

Hiſce vero annis inique ſubtracta eſt Epiſcopatui Seccovienſi parochia Piber, & quidem hoc modo: Ulricus Epiſc. Seccov., & ſenio & alio quodam gravi morbo laborans, forte apoplexia tactus, uſum linguæ amiſerat, cumque ſic ad regendam Eccleſiam inhabilis habe-

haberetur, Uladislaus Archiep. Salisb. eidem binos coadjutores adjunxit, nempe *Ortolfum Præpoſ. Seccov.* & *Ulricum plebanum in Strasganch*: hi, cum res Epiſcopatus ſolerter adminiſtraſſent, audierunt, *Ulricum plebanum de Gruſchorn* (de quo loco, & familia, v. to. 1. annot. Dipl. 63.) ſub prætextu reſignatæ ab Ulrico Epiſc. Seccov. Parochiæ Piber eandem a Guidone Cardinale, & in his terris legato Apoſt. obtinuiſſe, ita, ut *Archidiaconus Marchiæ*, ſeu Styriæ *infer.* & *Plebanus de Petovia Chunradus*, receptis ab Epiſcopo Seccov. Eccleſiæ litteris eandem Parochiam Ulrico conferrent. Proteſtati ſunt quidem Coadjutores Epiſcopi, & juſte quidem, attamen fruſtra, cum collatio Parochiæ facta jam fuerit, indeque quod litteræ reſignationis exhibitæ non fuerint, ad Papam Clem. IV. adpellabant, qui, ut partibus vocatis lis decideretur, mandavit electo Lavantinenſi (Eberhardo) Abbati Admontenſi Ulrico, & Præpoſito Clauſtroneob.

Coadjut. ejus Ortolf. Præpoſ. Seccov.
Ulric. pleban. in Straſgang.
Ulric. pleb. de Gruſchoru par. Piber invadit.
Petov. pleban. Conrad.

Quidnam hi Commiſſarii Apoſt. deciderint? non conſtat, probabilius ab hoc tempore Eccleſia Piber a Seccov. Epiſcopatu ſejuncta videtur, donec an, 1414. a Frid. Duce Auſtriæ ſub certo onere miſſarum S. Lamberti Monaſterio redderetur, de quo v. Dipl. Styr. part. 2. f. 280.

Piber par. datur Monaſt. S. Lam.

Ad Diploma 150.

Ad Dipl. 150.

Quo tempore Ulricus Seccov. ſe Archiepiſcopum Salisburg. gerebat nempe ab an. 1256. ad 1265. quo ei honori & oneri ceſſit, nullus erat Seccov. Epiſcopus, cum enim Ulricus e Seccov. Archiepiſcopus Salisb. factus, binas ſimul Eccleſias retinere non poſſet, Eccleſia Seccov. per Ulrici poſtulationem vacare cæpit, huic de paſtore providere, erat Ulrici Archiep. Salisburgenſis, qui, quaſi providus, quæ ſibi eventura eſſent, nullum ei Eccleſiæ Epiſcopum ſe vivente præfecit, ſed *ipſemet ſimplex Eccleſiæ Seccov. Procurator* eſſe voluit.

Tempore Ulrici Archiep. Salisb. nullus erat Secc. Epiſc.

Cum vero Ulricus tempore Archiepiſcopatus ſui, plurimis turbis obvolveretur, Eccleſiæ Seccovienſi pro debito invigilare non potuit, indeque factum, ut plurimæ alienationes, venditiones, infeudationes &c. rerum Seccov. paſſim ſine forma juris contingerent; Bernardus hujus anni Epiſc. Seccov. ut ſuæ Eccleſiæ ſuccurreret, Brunonem Olomuc. Epiſc. & Styriæ Capitaneum ea de re ſupplex adiit, qui & in Comitiis generalibus ſeu judicio provinciali Græcii menſe Novembri, Sabbato poſt feſtum S. Andreæ habito, ſententia communi ſtatuit, omnes alienationes præfatas nullas eſſe, & ut Bernardum Epiſcopum hac in ſententia confirmarent, Herbordo Judici provinciali, omnibusque judicibus ejus terræ ſub obtentu gratiæ regiæ, & ſuæ mandavit.

Bruno capit Styr. Græcii Comitia agit.

Herbordus Judex provincialis Styriæ fuit *Dapifer de Fulmſtein*, de quo v. pl. an. ſeq. quænam vero bona alienata fuerint ab Eccleſia Seccov. an. ſeq. ex Dipl. Epiſc. Seccov. 44. patebit. Annullatæ autem ſunt etiam venditiones, & donationes ab ipſo Ulrico Archiep. factæ, quia ipſe tunc non erat Epiſc. Seccov. v. an. ſeq.

Fulmſtain de Herbord. Dapif. jud. prov. Styr.

Confirmavit Brunonis ſententiam Ottocarus Rex an. ſeq. Pragæ v. Dipl. Epiſc. Seccov. 43.

An. 1269. Ad Dipl. 151.

Ad an. 1269. ad Diploma 151.

Haslao de Otto Capit. Styr.

Jam ad an. 1269. dixi *Ottonem de Haslau* 8. Styriæ Capitaneum circa an. 1258. fuiſſe, atque *Henricum de Treviach militem* ad reſtituendas Admontenſibus decimas in Treviach compuliſſe, eandem hanc ſententiam hoc an. Herbordus Judex gen. Styriæ *Leobii pro Tribunali* confirmavit.

Leobii Comitia.

Trevi ch de DD. iidem cum DD. de Trovejach.

Subſtantia Diplomatis explicatione non eget, quædam alia conſideranda veniunt: *Dominos & Equites de Treviach* ir Styria ſuper. floruiſſe oſtendi to. 1. annot. Diplom. 25. cenſeo vero eosdem eſſe cum Dominis de *Trovejach*, nam idem hic *Henricus de Treviach* in Diplom. Göſſ. 47. ad an. 1261. in Dipl. Göſſ. 50. ad an. 1267. & Dipl. Göſſ. 53. eodem an. vocatur *Henricus de Trevejach miles*, ſors hic idem Eques, dein Decanum Brixin. egit, nam in Diplom. Seccov. 116. ad an. 1286. legitur M. *Hainricus de Trovejach Decan. Brixinenſis.* Præterea locus Styriæ ſuper. *Treviach*, idem eſt cum loco *Trovejach*, quo in loco decimæ Admontenſium erant. De quo loco v. dicta Dipl. 57. h. tomi.

Fulnſtein de Domini.

Herbordi etiam Dapiferi de fulnſtein meminiſſe oportet, Dynaſtas, & Dapiferos de Fulnſtein, nec Hübnerus, Lazius, nec Bucelinus, aliique attingunt, ego hos e Sileſia ortos cum auth. Duc. Styriæ, atque inde cum Ottoc. Rege in terras noſtras perveniſſe opinor, Ottocarus enim Rex, ut uſurpatas a ſe Styriæ, & Auſtriæ &c. terras in fidelitate ſua tutius retineret, hiſce Prætores, Judices, officialesque primos de ſuis conſtituit, ut hactenus ſatis e Prætoribus Styriæ animadverſum eſt.

Ad Dipl. 142.

Ad Diploma 152.

Schænberg de Hartmar. & Mechtildes.

Annoſam inter Seccov. & Schænbergios litem attigi in annot. Dipl. 1. hujus tomi, ubi quandam Schænbergicæ genealogiæ ideam dedi, concluſique ibidem, Schænbergios, ſi non e Styria ortos, bona certe in Styria noſtra poſſediſſe; ſane Schænbergenſi Seccov. Can. Eccleſiæ, adjecta hodie eſt aula parochialis arci ſimillima, ex qua forte ortum hi Domini habuiſſe videntur: præterea in annot. Dipl. 100. hujus tomi dictum *Hadmarum de Schænberg* in caſtro *Schmirnberg* Styriæ reſidentem, id prædium uſurpaſſe, idque an. 1250. reſtituiſſe ubi plures conjecturas de prædio Glanz adduxi.

Eccleſia h. nom. ad Seccov.

Cum vero interea obiret *Hadmarus de Schænberg*, vidua ejusdem Mechtildes, cum filiis *Reinberto & Hadmaro* diſpendioſæ liti ultimum colophonem impoſuit cedens ſuo, & hæredum ſuorum nomine Eccleſiæ Seccov. jus omne in prædio *Glanz*, quodcunque olim habuiſſet, utque hæc firma perſiſterent, appoſuerunt ſigilla ſua Bruno Olomuc. Epiſc. adhuc Styriæ Capitaneus, Bernard. Epiſc. Seccov. & Herbordus Dapifer de Fulnſtein Judex Styriæ gener.

Glanz præd. Seccov.

Gebhard ex Abb. S. Paul. Epiſc. Levant.

Teſtes 1. *D. Gebhardus Abbas S. Pauli*, qui an. 1275. Epiſcopus Laventinus factus eſt, v. an. 1268.

2. *D. Gotfridus Canon. Patav. &*

3. *Eber-*

3. *Eberhardus frater ſuus, tum Præpoſ. Brixin. Comites de Chirchperg.* hos 2 inter Kirchbergios Wurmbrandius non refert, quæpiam v. in annot. Dipl. 77. 82. 97. & 102. an hi duo Domini ex familia Styriaca vel Auſtriaca fuerint? hactenus non eruo. *Chirchperg de Comite.*

Acta ſunt hæc in caſtro *Bitſchein*, hodie Seccov. de quo jam alibi plur. egi. *Bitſchein caſtr. Seccov.*

Ad Diplom. 153. *Ad Dipl. 153.*

Jam Dipl. 149. dictum eſt, omnes alienationes, venditiones, quæ ab Eccleſia Epiſc. Seccov. vel per ipſum Ulricum, dum Archiep. Salisb. erat, vel eo tempore factæ erant, fuiſſe an. 1268. a Brunone Olom. Ep. & Styriæ Capit. reſciſſas, hancque Brunonis ſententiam an. ſeq. ab ipſo Rege Ottoc. fuiſſe confirmatam: *Epiſc. Seccov. res.*

Hoc vero an. in majus robur eadem ſententia Græcii publicata eſt, ut ſic omnibus innoteſceret: patet vero ex hoc Diplomate, ab Ulrico olim Seccov. dum Archiep. Salisburg. eſſet, bona plura imo & Eccleſias Epiſcopatus Seccov. fuiſſe alienatas, etenim enumerantur hoc in Diplomate 1 *Eccleſia S. Stephani* (hanc arguo) fuiſſe *S. Stephani prope Kirchpach.* 2. *Chirchpach* S. Joan. Bapt. dicata, & juris Seccov. 3. *Wolfsberch* S. Dionyſio ſacra, hoc ævo parochialis. 4. *Jägerberch* olim plebana, in qua tamen ſingulis feſtis & dominicis divina adhuc habentur. Has omnes Eccleſias Udalricus Salzburg. indebite obligaſſe dicitur, *Gundaccaro de Gleitſowe*, & filiis ejus, qui Dynaſta mihi undique ignotus, nec ex alio Diplomate viſus eſt. *Græcii Comitia* *Kirchlach par.* *Wolfsberch parochia.* *Jägernberg olim parochia.* *Gleitſchowe de Gundaccar.*

Sententia Græcii promulgata 16. Kal. Maji ab Herbordo Jud provinciæ.

Ad an. 1270. ad Diploma 154. *An. 1270. Ad Dipl. 154.*

Quo anno Seccov. Canonici cum toto ord. Prædicet. Mediolani in Capitulo Gener. congregato communionem ſuffragiorum inierunt, ita, ut pro quovis Seccov. Canonico eadem, & eodem ritu fierent ſuffragia, quo Prædicatores pro ſui ordinis perſona perſolvere ſolebant; Eodem *Hertnidus Pincerna de Ramenſtein* eosdem Canonicos de Prædiis in Arzwald denuo impetere cœpit: celebrabantur hoc anno 6. Octob. *Comitia* ſeu *placitum generale Mahrburgi*, *a Burchardo de Chlimgberch* Capitane Styriæ, aliisque hujus Provinciæ nobilibus, aderat iis *Hertnidus de Ramenſtein Pincerna*, ac prædia in *Arzwald* a Seccovienſibus repetiit, quoniam vero jam an. 1262. eadem Seccovienſibus a Brunone Olomuc. tam Styriæ Capitaneo, adjudtcata, atque an. ſeq. ab Ottocaro Rege confirmata erant, auditus non eſt amplius Hertnidus Rammenſteinius, v. annot. Dipl. 132. *Seccov. confad. cum ord. Prad.* *Ramenſtein de Hartnid.* *Mahrburgi Comitia.* *Chlingcerg de Burch. Cadit. Styr.* *Arzwald datur Seccov.*

Confirmavit denuo hanc ſententiam Ottocarus Bohemus, v. Dipl. Seccov. 97.

Teſtes 1. *D. Bernardus & D. Hainricus Comites de Phannenberch*, v. to. 2. annot. Dipl. 40.

2. *D. Fridericus de Petovia*, v. to. 1. annot. Dipl. 54.

3. *D. Ulricus de Liechtenſtein, & D. Otto filius ſuus*, v. to. 1. Dipl. 47.
4. *D. Wulfingus de Stubenberch*, v. to. 1. Dipl. 4.
5. *D. Wernherus de Haus*, v. to. 1. Dipl. 70. & to. 2. Dipl. 114.
6. *D. Albertus de Horneke*, v. to. 2. annot. Dipl. 79.
7. *D. Ortolfus, & D. Dietmarus fratres de Stretvvich*, v. to. 1. Dipl. 86.

Chunradus ſcriba Styriæ. *Chunradus Schriba Styriæ*, aſſidens Judicio, Succeſſor Magiſtri Ulrici, antehac ſcribæ Styriæ fuit probabilius hoc an.

Ad Dipl. 155.

Ad Diploma 155.

Chranichberg de Gyſila vidua de Moureck. Kranichbergiorum Genealogiam tomo 1. annot. Dipl. 32. & Moureckiorum Dipl. 36. ex parte attigi, *Gyſila* nata ſeu *filia Hermanni de Kranichberg*, uxor quondam, jam vidua *Raimberti II. ſeu jun. de Moureke*, circa an. 1243. Judicis per Styriam Generalis, ultimi ſuæ fam. ac circa an. 1246. def. (ut v. Dipl. 90.) Seccovienſi Epiſcopatui beneficam ſe præbuit; etenim duos milites ſeu nobiles *Nicolaum, & Hadmarum de Leutſchach* cum bonis eorundem, prout a patre ſuo Hermanno acceperat; eidem Epiſcopatui donavit.

Leutſchach de Nicol. & Hadmarus.

Locus. *Leutſchach* locus eſt Styriæ infer. penes Ernhauſen, an prædium ibi proprium, an arx olim adjecta fuerit? Item an ex loco iſto *Nicolaus, & Hadmarus* ita vocati ſuerint? ignota hactenus omnia.

Kirchberg Monaſter. in Auſtr. Acta hæc ſunt in Eccleſia Kirchbergenſi Monaſterii Canoniſſ. Reg. S. Aug. hodie in Auſtria, fundati olim a Kranichbergiis.

Ad Dipl. 156.

Ad Diploma 156.

Orte de Giſela. Velzenach de Dapif. Albert. Ad magnam ſenectutem perveniſſe videtur Gyſela Kranichbergia de qua Dipl. præced. dictum, cum neptim haberet viduam nempe *Giſelam de Orte*, relictam *Alberti Dapiferi de Veltzenach*, ſeu ut ſeq. Dipl. dicitur, de *Velſperg*. Unde Gyſelæ hujus de Orte, mater Chranichbergia fuit, & uxor *Heinrici de Orte*, v. an. 1229. Gyſela hæc de Orte donationem aviæ ſuæ præced. Dipl. expoſitam, ratam habuit.

Veltſperg de

Dapiferatus.

De Dominis de Orte tomo 1. annot. Dipl. 13. & tomo 2. ſæpiſſime dictum variis in locis, dubium aliquod generat Diploma ſequens, cum enim de eadem hac Gyſela loquatur, eam vocat viduam *Alberti de Veltſperg*, hic vero *Alberti de Veltzenach*, legendum cenſeo itaque *Veltſperch*.

Puchaim de Albero. *Veltſperch* dapiferatus an. 1276. *Alberoni de Puchaim* collatus eſt ab Ottocaro Bohemiæ Rege, erantque *Dynaſtæ de Veltſperch*, antiquiſſimi Auſtriæ infer. dapiferi, ut oſtendit Wurmbrandius f. 18. & 310. &c.

Albero hic vel Albertus an. 1266. Judicem ſimul generalem per Auſtriam agebat, ut eo an. dictum plura de his Auſtriaci.

Roravve de Teſtes 1. *D. Dietricus de Roravve*, teſtis ex Auſtria, qui filiam Gyſelæ de Orte uxorem habebat, vocatur gener. uti &

Chunring de 2. *Leotoldus de Chunringe*, itidem gener. ejusdem, de familia Auſtr.
3. *Rudolfus de Plankenſtein*, v. to. 2. annot. Dipl. 25.
4. *Otto de Schrettenberge*, ſeu *Schrattenberg*, v. to. 1. annot. Dipl. 56.
5. *Hadmarus de Veltſperg*, de quibus mox dictum eſt.

6. *Hen-*

6. *Henricus Huenel*, ignotus teſtis. *Huenel.*
7. *Sighardus de Eberſtorf*, Auſtriaca inſignis familia ea eſt. *Eberſtorf de*
8. *Albertus Stucho* ſeu Stuchs de *Trautmanſtorf*, v. to. 2. Dipl. 97.
9. *Calchochus de Dobra*, v. to. 2. Dipl. 82.

Viennæ datum eſt Dipl., unde plurimi Auſtriaci ſubſcripſere.

Ad Diploma 157.

Ad Dipl. 157.

Confirmantur hoc Diplomate ea, quæ de damnis ingentibus per Hertnidum de Orte Epiſcopatui Seccov. illatis dicuntur Dipl. 86. ex eodem Diplomate, in quo de Hertnido II. fuſiſſime agitur, in eo dicitur eundem ſine prole mortuum, ſicque ſtemma DD. de Orte exſtinctum fuiſſe, quæ denuo hoc ex Dipl. firmantur, cum Gyſila ſoror, ſe *hæredem legitimam bonorum* fratris ſui Hertnidi de Orte aſſerat. *Orte de Hertn. II. ſine ſucc. obit inter an. 1265. & 1268. Succ. Gyſila ſor.*

Cum vero ex dictis Dipl. 86. Hertnidus in compenſationem damnorum Eccleſiæ Salisburg. & Seccov. illatorum, caſtrum *Weiſſeneck in Styria*, uti promiſerat, tranſcribere non vellet, die ſibi Judenburgi dicta renitens, ac pertinax, dum abit, a Stubenbergio captus infra S. Dionyſium in Styria, Neoſtadii incluſus in carcere obiit. *Weiſſenek caſt. Styr.*

Itaque cum in pertinacia obiiſſet, & damnis Eccl. Seccov. non ſatis feciſſet, ei ſepultura Eccleſiaſtica ab Ulrico Ep. Seccov. interdicta eſt, ut ait hoc Diploma; ex his cum Hertnidus II. de Orte ad an. 1262. in actis publicis reperiatur, cenſeo defunctum poſt an. 1265. ante an. 1268. inter quos annos Ulricus ex Salzb. Archiep. denuo Epiſcopus Seccov. factus præfuit ſicque ei ſepulturam Eccl. interdixit. *Orte de Hertn. ſepult. Eccleſ. prixatur. Privatur ſepult. Eccl.*

Soror ejus Giſela, ut fratri ſuo honorem Eccleſ. ſepulturæ obtineret, ejusque ſaluti provideret, Eccleſiæ Seccov. damnis ſatisfecit, dando 5. homines ſeu ſubditos, genere militares, cum conſenſu filiorum, & generorum ſuorum.

Quæri hic poteſt, quinam fuerint *homines* illi, ſeu ſubditi *genere militares*. Jam ſæpius dixi, *militum* nomine veniſſe hoc, & ſuperiori ævo viros nobiles & ordinis equeſtris, confirmor hiſce uti, & MS. cujusdam documenti ad an. 1267. apud cl. de Rubeis cap. 75. in quo mentio fit *militum de natura* ſeu *genere*, hosque fuiſſe ait, qui nobili genere prognati erant, præter hos vero alii etiam erant *milites*, qui *ad honorem militiæ per divitias* pervenere, ſicque nobilium albo adſcribebantur, de quibus decretum eſt, poſſe habere feuda hæreditaria, ſi cum voluntate Domini terræ militiam acceperint. *Milites qui genere & per naturam.*

Actum, & datum Diploma *Viennæ* iisdem teſtibus præſentibus, qui in Diplomate præcedenti notabantur.

Ad an. 1271. ad Diploma 158.

An. 1271. ad Dipl. 158.

Diploma hoc cæteroquin clarum, expoſitum eſt, in Chronol. huj. anni idea Genealogiæ Traunſteiniæ data to. 1. annot. Dipl. 76.

Ad an. 1272. ad Diplomata 159.

Dd 1272. ad Dipl. 159.

Ottocar. man. Mahrenberg in protectionem ſuſcipit.

Quamvis anno priore in Sigefridum Mahrenbergenſem ſævierit Ottocarus, eumque innocentem necarit, hoc tamen anno, fundato ab eodem Sigefrido Monaſterio S. Mariæ in Mehrenberg omnem benevolentiam exhibuit, idem in ſuam protectionem ſpecialem ſuſcipiendo, utque hæc ſua munificentia firma, rataque foret, *Ulrico de Dürnholtz Capitaneo Carinthiæ, Carnioliæ & Marchiæ*, atque *Chriſtophoro Styriæ Scribæ* efficaciter mandat, ut id Monaſterium ſui loco defendant

Dirnbolz de Ul. Capit. Carinth. Chriſtoph. Scriba Styriæ.

Ulricum de Dürnholtz Belliducem Ottocari, in Comitatu Goritienſi & Forojulienſi exhibet Julianus in Chron. Forojul. ut dixi an. 1271. Megiſerus hunc inter Prætores Carinthiæ reticet, Valvaſorius vero Chron. Carnioliæ tomo 3. lib. 9. f. 15. 2dum *Carnioliæ & Marchiæ Capitaneum* Ulricum Dürnholzium ſtatuit an. 1271. (pone 1272. ex hoc Dipl.) defunctum, cui dein ſuffectus *Ulricus de Haasbach* Prætor, qui an. 1270. ſolum ad tempus abſentis Ottocari Carnioliam regebat.

Et Chunr. Scriba Styr. de Hintberch.

Chriſtophorus Scriba Styriæ quis fuerit? ignoro, nam ex Diplomate hic adducto 153. an. 1270. *Chunradus Scriba Styriæ* dicitur, & an. 1277. ex Dipl. Rudolfi Imp. Seccov. dato num. 103. *Chunradus de Kirchberch Scriba Styriæ* appellatur. Idem habetur in Dipl. Epiſc. Seccov. 52. eod. an. v. plura an. 1274.

Ad Diploma 160.

Ad Dipl. 160.

Vorav. præd. Rohrbach. Wernherus de Leibniz.

Wernherus Leibnizenſis Prætor, & Caſtellanus ibidem Præpoſito noſtro Vorav. Bernardo, cum aſſenſu fratris, filii & filiæ venidit prædium ſuum ſitum prope *Rohrbach* ad fluvium *Lavenz* ſeu *Laſniz*, utque hæc venditio rata, firmaque eſſet, Bernardus Epiſc. Seccov. eandem a Wernhero fideli, & Caſtellano ſuo factam confirmavit, ſuoque & *Wernheri militis ſeu equitis* ſigillo muniit.

Canonici Vor. hoc tempore an Paroch. Vorav. adminiſtrat.

Teſtes 1. *Dominus Duringus Canonicus Voravienſis*, qui ſimul erat Plebanus Voravienſis, v. Dipl. 181.

2. *Martinus Notarius*, Epiſcopi, ut arbitror, Seccov.
3. *Wulfingus de Lyntharenſis*, obſcurus & ignotus.
4. *Fridericus de Leibenz, filius ipſius militis*, v. ſupra dicta.
5. *Ortolfus ejusdem conſanguineus*, ignotus.
6. *Otto officialis* de Vorau.
7. *N. Mercator* ibidem.
8. *Waltherus Theloncarius* ejusdem loci ſeu Voravii.

Datum Leibnizii hoc an. 5. Kal. Maji.

An. 1274. ad Diplomata 161.

An. 1274. ad Dipl. 161.

Scribæ Styriæ authoritas.

Quæ de Conrado Scriba Styriæ dubia occurrunt, ea ad an. 1274. explanata ſunt, magna porro authoritas Scribæ Styriæ, vel ex eo pateſcit, quod nomini ſuo, magnatum more vocabulum *nos* præfigere ſoleret, ſane Henricus Abbas Admont. e Scriba Styriæ Prætor

tor factus, Scribæ simul officium retinuit nobile, ut ex dicendis patebit.

Substantia Diplom. in eo hæret. Göss. Monasterium possederat bona in *Paumgarten prope Tulnam in Austria*, hæc permutatione ab eodem Conventu Chonradus Scriba Styriæ pro se, uxore Cyta & liberis, ac hæredibus obtinuit, ita, ut pro iis daret 2. curias in Miertendorff cum Huba iisdem adjacente, quam emit ab *Herbordo de Utss & Chunegunde uxore*, & hæredibus eorum cum consensu D. Herburgis Abbat. Göss. quoniam proprietas harum villarum seu curiarum ad Ecclesiam Gösse pertinebat.

Utst de Herb. & Chuneg.

Memoratur hoc in Diplomate *Wentela Decanissa in Gösse*, quæ eadem fuit, ac nostro ævo Prioriſſa, Decani enim nomen a Monachis ortum videtur, nec apud Canonicos ante sæc. 8. receptum, modo tamen in omnibus Canoniis regularibus, & sæcularibus Deaanus vocatur, qui Monachis Prior est, Imitatæ morem hunc Monachæ videntur, & subin pro Prioriſſa substituêre Decaniſſam, ut pl. exemplis probari posset.

Decanissa in Gösse.

Decani Nomen a Monachis ortum.

Testes celeberrimi, & plurimi huic Diplomati subscripserunt: etenim sigilla apposuerunt *Bernardus Episc. Seccov.* de quo pl. adhuc dicentur, *Comes Heinricus de Phannberch*, v. to. 2. annot. Dipl. 40. *Wulfingus* 7. *Dom. de Stubenberch*, v. to. 1. annot. Dipl. 47. Ex ministerialibus 13. referuntur.

1. & 2. *Herrandus & Hertnidus fratres de Wildonia* to. 1. Dipl. 53.

3. *Otto Junior de Liechtenstein*, v. to. 1. annot. Dipl. 47.

4. *Hertnidus de Stadeke*, v. to. 2. annot. Dipl. 40.

5. & 6. *Wulfingus & Ortolfus fratres de Trevvenstein*, v. to. 1. annot. Dipl. 76.

7. *Otto de Pernek*, v. to. 2. annot. Dipl. 42.

8. *Mainhardus de Zemlisdorf*, v. to. 1. Dipl. 44. & to. 2. Dipl. 74.

9. *Otto de Ernvels*, &

10. & 11. *Heinricus*, & *Otto de Ernvels*, v. to. 2. annot. Dipl. 55.

12. & 13. *Heinricus de Puechaim*, & Albero Flius ejus Domini, v. an. 1242. & alibi dicta.

Præter hos Ministeriales Styriæ & Austriæ referuntur etiam plebani quidam utriusque Ducatus, uti *Yringus Plebanus de Pölan*, ubi nunc exiſtit celeberrima Ord. S. Augustini Canonia, Yringus hic forte Notarius fuit Milotæ Capitanei Styriæ, ut v. an. 1276. ex Dipl. 100. Seccov. *Ulricus Plebanus de Strazgank*, ubi nunc Archidiac. extra Græcium, circa an. 1268. cum Ortolfo Præpos. Seccov. erat Coadjutor Episc. Seccov. *Werenberus Plebanus de Rapatenkirchen* in Austria, ubi in circulo infra Mainhardi montem exstat arx hodie Comit. *de Kuefstain* dicta Rapoltskirchen.

Pölens. Paroch. Yringus.

Strazgang de pleb. Ulric.

Rapatenkirchen de pleb. Werenberus arx Austr.

Præterea adduntur testes, *milites terræ Styriæ, & alii nobiles.*

1. *Ekebardus de Dobrenge*, v. to. 2. annot. Dipl. 74. & 115.

2. *Wernberus de Hues*, v. to. 1. annot. Dipl. 70. & to. 2. Dipl. 114.

3. *Albohus Capit. de Rakersburch*, v. to. 1. annot. Dipl. 4.

4. *Henulo de Tulna*, ignotus hactenus testis, & nescio, an non a loco Austriæ nomen traxerit.

Tulna de Hen.

Lüttenberg Albert. & Otto. 5. *Albertus, & Otto fratres de Lüttenberch* ignoti, an forte de Luttenberch oppido Styriæ, de quo tamen familiam exſtitiſſe ita dictam hactenus non inveni. Schweinpöckios ad Luetenberg dictos fuiſſe, Bucelinus, Baro Kainach, aliique oſtendunt.

6. *Dietricus de Friedberch, & frater ejus Luipoldus*, v. to. 2. annot. Diplom. 32.

7. *Ortolfus & Ditmarus fratres de Stretvvich*, v. to. 1. annot. Dipl. 86.

8. *Hermannus & Otto fratres & Hervvicus dicti de Schrottendorf*, v. to. 2. annot. Dipl. 42.

Valle de ſeu de Tail. 9. *Chonradus & Waltherus fratres de Valle*, german. Thall Chunradus an. 1286. Caſtellanus erat in *Offenberch*, ut eo an. dicetur, Styros fuiſſe plura manifeſtant, ſic Necrolog. Run. f. 335. in Diplom. Styr. ad 4. Id. Jan. defunctam habet, *Catharinam uxorem Domini de Valle 6. Id. Febr.* ex eod. Necrol. obiit *Chunradus de Valle, 6. Id. Jun. Otto de Valle miles*, 8. Id. Jul. *Fridericus de Valle.* Hos manifeſtat Necrolog. Runenſe, in cujus Monaſterii vicinia intra Muram, & Dravum exiſtunt arces Ober- & Unterthall hæc olim Principum *de Eggenberg*, illa Com. de *Trautmansdorf*. Alterutrius, vel utriusque Dominos Dynaſtas hos de Valle exſtitiſſe arbitror.

Arx Ober. & Unterthal.

Khegel de Donerſtein. 10. *Wolfgerus de Khegel*, ignotus.

11. *Hugo de Donerſtein*, itidem ignotus.

Steibnich. 12. *Heinricus dictus Steibnich*, hic nullius nobilitatis videtur.

Monich. 13. *Ulricus Monachus*, ſeu Mönch nomine, ut opinor, non profeſſione.

Lengenburch de 14. *Nicolaus de Lengenburch*, ignotus, nec alibi viſus.

Clientes, hoc eſt, ut Jurisc. ajunt, *Vaſalli.*

S. Petro de Com. Otto. 1. *Otto Comes de S. Petro*, in Dipl. Seccov. 1. ad an. 1144. legitur etiam *Ortvvinus de S. Petro*, quamplurima exiſtunt in Auſtria loca S. Petro ſacra, interque hæc oppida duo: in Styria vero noſtra, uti ad an. 1268. dixi, *fanum S. Petri* penes *caſtrum Mell*, in circulo Judenburg. olim DD. de Petau, an prædium ei adjunctum; atque an. ex eo hi Comites de S. Petro orti ſint? hactenus indagare non poteram.

Caſtrum Styriæ.

2. *Henricus, Wigandus, & Albero fratres de Mäſſenberch*, v. to. 1. annot. Dipl. 41. & to. 2. annot. Dipl. 102.

3. *Gebolfus de Chumeberch, & Dipoldus filius ejus*, diſtinctos hos eſſe judico a Chunneſpergiis, & Hunnebergiis, & forte poſſeſſores arcis *Kaimberg* in circ. Vorav. Com. de Dietrichſtein; vel forte arcis *Kymberg*, Com. de Inzaghi.

Chumeberch de Kaimberg. Kimberg caſtra.

4. *Hertelo de Luiben*, qui in annot. Dipl. 19. to. 1. inter *DD. de Liuben* omiſſus eſt.

Müre de Ditm. 5. *Dietmarus de Mür*, Cliens, ſeu Vaſallus Göſſenſis, ut ex Dipl. Göſs patet.

6. *Otto de Puzeil*, forte *Paſeyle*, v. tom. to. 2. Dipl. 75. ſecus ignotus.

Chalnperch. de. 7. *Otto de Chalnperch*, ex arce Auſtriæ in circulo infra ſylvam Vienn.

Lynſperch de 8. *Rugerus de Linſperch*, ibidem ex Auſtriæ Caſtello ſic dicto.

9. *Jungericus de Tulna*, v. ſupra num. 4.

Hertensdorf. 10. *Chonradus de Hertensdorf*, ſors *Horersdorf*, arce Auſtriæ.

11. *Hain-*

11. *Haimricus de Judemaye*, fors *Judenau* arce Auſtriæ. *Judemaye.*
12. *Walbunus de Strombach*, itidem ex Auſtria fuiſſe videtur. *Strombach.*
Actum & datum in Göſſe.

An. 1275. ad Diploma 162.

An. 1275. ad Dipl. 162.

Ottocarum Seccovienſi Canoniæ & Epiſcopatui fuiſſe addictiſſimum, complura nobis documenta manifeſtabant, & Diplomata hactenus expoſita, Seccovienſium favores promovebat continuo favor Epiſcoporum ſuorum apud Principes terræ, quoniam hi continuo Epiſcopis Seccovienſibus affectiſſimi erant, præcipue vero Ottocarus Rex Bernardo Epiſc. qui ejus hoc an. legatum in Comitiis Auguſt. agebat, ut in Chronol. dictum.

Hoc in Diplomate Ottocarus injunxit *Miloto Capitaneo Styriæ* ut Seccovienſium immunitates, tum per ſe, tum per alios Judices exacte tueatur, nominatim eam, ut nullus Judicum præſumat in territorio illo inter fluvios Leuſnich & Gradam ſito, & *Haimgart*, ſeu horto domeſtico dicto jurisdictionem exercere, quam immunitatem an. 1173. Ottocarus VI. adhuc Marchio Styriæ Secc. contulit, ut v. to. 1. Dipl. 48. mandat in hoc Dipl. Ottocarus, ut Milotus *Ditrico de Fulm. Burchardo in Offenburg* idem inſinuet; neſcio, an non error intercurrerit in verbo *Purchardo*, cui fors ſupponenda erit vox *Burggravio.* Offenburch Caſtellaniam Styriæ dixi annot. Dipl. 76. to. 1. *Fulm de Ditricus* ex Styria noſtra non fuit, ſed vel ex Moravia, vel Bohemia.

Immunitas Seccov. firmatur.

Fulm de Ditr. Offenburg de Burchard. Offenburch Caſtellania.

An. 1276. ad Diploma 163.

An. 1276. ad Dipl. 163.

Diploma hoc ex archivo Stahremberg. eruit Excell. Wurmbrandius, atque orbi literario communicavit; dum itaque Auſtriam ſuperiorem ſibi ſubjiceret Rudolphus, Linciique in caſtris ſubſiſteret, varii Auſtriæ ſuperioris nobiles ei ſe ſubjecêre, ab eoque variis obſequiis ſunt delibati. Hos inter *Gundaccarus II. de Stahrenberg*, ex inclyta Styriæ Marchionum familia oriundus ab eodem ſibi advocatiam Monaſterii Lambacenſis confirmari petiit.

Rudolph. Imp. Lincii agit. Stahrenberg de Gundacc. II.

Monaſterium Lambac. fundatum eſt ab *Arnoldo Com. de Lambach* conſanguineo Ottocarorum noſtrorum, cumque Stahrembergii ex hac eadem Ottoc. familia deſcenderint, ejusdem Monaſterii advocatiam geſſêre. Jam enim to. 1. annot. Diplom. 14. oſtendi, Stahrembergios ab Ottocari IV. fratre Adalberone II. ejusque filio Duringo I. Dom. de Styra & Graz deſcendere, cujus abnepos Gundaccarus hic II. Stahrenbergius erat, cujusque proavus Gundaccarus I. jam an. 1140 circiter, & avus Gundac. II. an. 1189. Lambacenſis Monaſt. advocatiam feudali lege tenuerat.

Lambac. Monaſt. fundatio.

Annuit petitis Rudolfus, eique advocatiam dictam, prout avus, & pater tenuerat, hoc an. confirmavit.

Cum vero to. 1. Dipl. 14. Geneal. Stahremberg. ad Gundaccarum III., IV. quidem ordine, ſed e Dynaſtis Stahrenbergenſibus 1. deducta ſolum fuerit, eam hic ulterius continuo.

CONTINUATIO GENEALOGIÆ STAHRENBERG.

A. Gundaccarus I. Dom. de Stahrenberg.

Gundaccari II. de Styra, qui arcem Stahrenberg. condidit, filius, lineæ Styriaco-Stahrenbergicæ author. v. to. 1. dipl. 14. uxor de *Capellen.*

Dietmarus Fr. auth. DD. de *Lofenſtein.* v. tom. 2. dipl. 106.

B. Gundacc. II. de quo hoc in dipl. ux. Euphemia de *Kunring* an. 1267. &c.

C. Rudiger I. miles an. 1300.

D. Berta maritus Conr. de *Sumerau.*

E. Mechtildes de *Neitberg.* m. Gottfrid. v. Gotſcalcus v. lit. O.

F. Hadmarus † 1297. ux. Anna de *Rohr.*

G. Weiccardus Can. Paſſav. v. an. 1313.

H. Rudiger II. an. 1323.

I. Rapato.

K. Gundacc. III. Can. Reg. S. Florian. † ante 1323.

L. Gundacc. IV. ux. Adelh. de *Winden.* teſte Bucel. a. 1349.

M. Euphem. m. Petrus de *Lobenſtein.*

N. Eliſab. fl. an. 1290.

O. Joannes I. an. 1323 ux. Agn. de *Volkerſtorf.*

Bernard. I. cl. 1340.

Otto † 1347.

Adelheis mar. Eckart de *Hartheim.*

P. Rudiger III. an. 1369. ux. 1. Anna de *Dirnſtein*, 2. Anna de *Dachsberg.*

Eberhard & Adelheid.

Gundaccar. V. ux. Eliſab. de *Volkerſtorf.*

Q. Rudig. IV. ux. Eliſ. *Heitlerin de Wildenſt.*

Anna m. I. Georg. *Heitler* de *Wildenſtein*, 2. Udalric. de *Thamberg.*

Honor. & Joannes.

Gundacc. VI. Cœl.

Weiccard. an. 1375 uxor Anna de *Lofenſtein.*

Rudolph. a. 1368. *Balthaſar.* anno 1405.

Caſp. I. v. tom. 3.

Marga. † 1380. m. 1. Gotfr. de *Neitberg* 2. Rudolph. de *Scherfenberg.*

R. Eberhard. Archiep. Salzb. ab anno 1427 † 1429.

S. Gundac. VII. † an. 1418. ux. Eliſab. de *Hochenberg.*

Doroth. m. 1 Frid. de *Walſee*, 2 Hertnid. de *Patendorf.*

Joannes III. ux. 1. Agn. de *Hochenberg*, 2 Eliſab. de *Eggertsaw.*

Marg. m. Pancrat de *Plankenſtein.*

Bernard. 2. Anna de *Stubenberg.*

Eliſab. de *Polheim*

Caſpar. VII. & *Gundacar.* VIII. & *Joannes* II.

T. Rudiger V. ux. Chriſtina de *Puchheim* an. 1431. † a. 1480 Baro primus.

Anna ux. Wilh. de *Zelking.*

Doroth. ux. Sigiſm. de *Kranichberg.*

Urſula m. Pilgrinus de *Puchheim.*

Gertruder m. Joannes de *Eberſtorf.*

Catoldus anno 1458. † anno 1471.

Hedwiges m. Joannes de *Kranichberg.*

Chriſtophor. & Gundacar. IX.

Rudiger VI. † 1476. ux. Marg. de *Potendorf.*

Matthæus & Blaſius.

Margaretha m. Reinpert de *Walſee* an. 1460.

Eliſab. & Urſula.

Et lineam ex Gundacc. V. deductam clauſit Emmerſtorfii Sepultus.

Georgius ult. hujus lineæ † 1481. an. æt. 18. ſicque linea Gundaccari VII. ſepulta, ſola Caſpari I. linea perſtitit.

Continuatio Genealogiæ Stahrenberg.

A. Gundaccar. I. h. nom. Dom. de Stahrenberg, author lineæ Styriacæ, de quo jam dixi tomo 1. annot. Dipl. 14. eidem Frider. Dux Austriæ an. 1236. redditus in Riedmarchia in feudum dedit, an. adhuc 1252. in transactione Ottocari Regis cum Dietmaro Dom. de Styra & 1. ex Losensteiniis citatur, ut v. Dipl. hic expositum 106. de eo codex Monast. Wilhering. ita habet: Herr Gundakar von Stahrenberg hat uns gethan von seinem Schloß Wildberg einen fast grossen Schaden, und darum zur Widerlegung geben ein Gütl bey Stahrenberg. *Stahrenberg de Gundacc. I.*

B. Gundaccarus II. cui Rudolphus Imp. in castris ad Linzam, advocatiam monast. Lambac. confirmavit, uxorem ejus Bucelinus & Hübnerus manifestant. *Gundacc. II.*

C. *Rudiger I.* miles Dom. *Leutoldi de Chuenring* an. 1300. vocatur in archivo Stahrenberg. *Rudiger I.*

D. & E. Bertam & Mechtildem ex Bucelino, & Hübnero adduxi, v. lit. O. *Bertha & Mechtildis.*

F. Hadmarus hac in litteris formula usus est: ich Hadmar von Wildberg, Herrn Gundakers von Stahrenberg Sohn ꝛc. obiit anno 1297. uxoris ejus non meminit Wurmbrand. bene tamen Bucelinus: Idem Hadmarus *Ditrico de Losenstein* 400. libras nummorum dedit mutuos ad interceſſionem *DD. Georgii & Seiboldi de Volkersdorf*, non vero an. 1339. eo enim an. non amplius vixisse ex eod. Wurmbr. refertur. *Hadmarus dictus de Wildberg. Losenstein de Dietr. Volkersdorf de Georg & Seyboldus.*

G. Weiccardum Can. Passav. egisse testantur Wurmbrand. Bucelu & Hübnerus. *Weeccardus.*

H. Rudiger II. hunc per errorem, Can. Passav. vocat Hübnerus, quod in Weiccardo referre debuisset, horum fratrem fuisse patebit ex lit. K. *Rudiger II.*

I. Rapato huic Hübnerus male tribuit uxorem *Adelh. de Winden*, ut v. lit. L. *Rapato.*

K. Gundaccar. III. & Senior, Bucelino, sed Wurmbrandio 4tus, & Junior Can. Reg. S. Floriani fuit teste Wurmbr. & Bucel. sed Hübnerus solum Can. Cathedr. vocat: patet id ex litteris fundat. S. Floriani: Die ehrbaren und edlen Herrn, Herrn Gundaker, Herr Rüeger und Herr Hanns Gebrieder von Stahrenberg, stiften ins Kloster St. Florian zu einen ewigen Seelgeräd 2 Gürer bey Linz und Ens gelegen, dargegen reversirt sich Probst Wernar, Niklas der Dechant, und der ganze Convent, wann gedachter Herrn einer ihrer Lands stirbt, daß sie sich seines Leichnams unterwinden, und bey ihnen ehrlich bestatten wollen, auch fürhin ewiglich alle Jahr des nächsten Sonntags vor der Liechtmeß, ihrer aller drey, auch Herrn Gundaker ihres Brudern, der ihr Mitchorherr gewest seye ꝛc. und sollen auf dem Grab aufgerichtet seyn ein bahr mit einem seidenen Tuch, und 12. Kerzen darum brennen, die ganze Nacht unser Frau zu Ehren, soll auch der Probst oder Dechant selbst ein schönes Amt singen von unser Frau auf den nächsten Altar ihres Grabs, datirt an. 1323. ex his patet, Gundaccarum III. & IV. Rudigerum, & Joannem fratres fuisse. *Gundacc. III. Can. Reg. S. Floriani.*

Gundacc. IV. Winden de Adelhaides.

L. Gundaccari IV. ſeu Wurmbr. teſte III. uxorem fuiſſe *Adelhaidem de Winden* tradit tabula Stematogr. & fundatio ab eadem vidua an. 1349. facta, quæ ſic habet: **Man ſoll jährlich drey geſungene Meſſen halten, mir, und meinem Gundaker, und all unſern Vätern.**

Euphemia & Eliſabetha.

M. & N. Euphemiam & Eliſabetham Bucel. & Hübner adducunt.

Joannes.

O. Joannes Frater Hadmari monaſter. Zwethal. varia contulit, **dargegen ſolle das Kloſter ewiglich geben einen Dienſt an St. Michaelis Tag, jeden Herrn, und den Brudern 3. Stück Fiſch, einen Pfenning werth Semmel, und eine groſſe Maaß Wein von des Abbts Keller, der nach den böſen der beſte ſeye,** und einen Krapfen; in eodem inſtrum. dicitur: **nach meines Geſchwegers Tod Herrn Gottſchalks von Neitberg ꝛc.** Unde Mechtildis Stahrenberg. maritus

Neitberg de Gotſcalcus.

Godeſcalcus fuiſſe videtur; uxorem hujus ex Bucel. & Hübnero adduxi.

Rudiger III.

P. Rudiger III. belli ſtudio glorioſus Alberto III. Auſtr. IV. turmas equitum adduxit an. 1368. eumque *Rudolphus Com. de Hochenberg* in hæred. mareſch. Epiſc. Patav. Officio, cum liberis ejus conſtituit ſucceſſorem, ſi *Gundacc. de Thanberg* ſine prole obiret, ut v. Wurmbr. f. 219.

Hochenberg de Com. Rudolph. Thanberg de Gundaccar.

Q. Rudigeri IV. uxor Eliſabetha *Heusleria* eidem an. 1375. dominia *Wildenſtain & Vaſing* attulit.

Rudiger IV. Heislerin de Wildenſtein Eliſabeth.

R. Eberhardus an. 1360. natus SS. Theologiæ Doctor ac an. 1427. Archiep. Salisb. obiit 5. Id. Febr. 1429. ajunt, eum cum ſuo Cameratio veneno extinctum, eo quod reformationem inchoare nitebatur.

Eberhardus.

Gundacc. VII.

S. Hunc IV. ſolum filios reliquiſſe ait Wurmbr. filias negligit.

Rudiger VI. & V.

T. Rudigerum hunc VI. appellat Wurmbrandius, quem ego ſtum; hic an. 1439. in funeralibus Alberti II. ſceptrum Bohemiæ geſtavit an. 1441. Mareſchal. Provinc. Auſtriæ fuit an. 1451. abſente Romæ Frid. Imp. gubernacula Auſtriæ tenuit, ac an. 1455. Baro primus factus eſt an. 1458. in Galliam ad regiam ſponſam Magdalenam Caroli VII. Regis filiam adducendam muſſus eſt, de qua pl. Haſelbachius, & Wurmbr. hic f. 221. filius ejus Rudiger VI. ante ipſum an. 1476. mortuus eſt. Reliqui litteris non notati, ex Bucel. & Hübnero deſumpti ſunt. Plura de hiſce ſuis locis.

Stahrenberg. reliquam a Caſparo lineam tomo 3. exhibebo.

Ad Dipl. 164.

Ad Diploma 164.

Comitia Græcii Milota Styr. Capit.

Teſtimonium hoc eſt ſententiæ Græcii in favorem Seccov. Can, latæ a Capitaneo Styriæ Milota, confirmatæ ab Ottocaro Rege: hoc anno etenim cum an. 1274. Milota Capitaneus Styriæ, cum *Irygo notario* & *Brevvino Mareſchallo* ſuo, Bohemiæ, feria 2 poſt B. V. M. aſſumptionem Græcii, *in cœmeterio S. Ægidii*, Eccleſiæ olim parochialis, nunc aulicæ per dicta an. 1192. hoc tomo, judicium ſeu placitum generale pro variis cauſis dirimendis celebraret, aderat *Henricus Dynaſta de Maſſenberg*, pro ſe, ſuisque fratribus querelas varias contra homines ſeu ſubditos Eccleſiæ Seccov. proponens, quod damna plurima in ſylva Feiſtriz intuliſſent Maſſenbergiis. *Ortolfus Præp. Secc.* econtra propoſuit, quod in placitis generalibus jam dudum pro Seccov. Canonia fuerit judicatum &c.

Maſſenberg de Henr.

Ekebar-

Ekebardum de Dobrenge, Frælichius hoc loco in titulo vocat *Vicarium Capitanei Styriæ*, de eo v. dicta annot. Dipl. 74. *Dobrenge de Eckart.*

Iryngus Notarius quis fuerit? liquido non conſtat, in Dipl. 160. Iryngus plebanus de Pölan, primus poſt miniſteriales adducitur, forte Notarius Milotæ fuerit, *Brevvicus Mareſchallus Bohemiæ* erat *Pölenſ. paroch. Irringus notar.*

Diplomatis dati annus notatur 1275. confirmati vero ab Ottocaro annus 1276. quoniam vero Diploma Brunæ datum 5 nonas Maji an. 1275. memorat placitum generale a Milota Græcii feria 2 poſt aſſumpt. B. V. M. celebratum, conſequitur hoc an. 1274. fuiſſe Græcii habitum, ſicque confirmantur ea, quæ de Milota Capitaneo Styriæ Græcii jam an. 1274. ab Ottoc. Græcii exiſtente, conſtituto ibid. dicebam.

An. 1277 ad Diploma 165.

An. 1277. ad Dipl. 165.

De Judenburgenſi urbe Styriæ ſuper. quæpiam jam tomo 1. Diſſ. 1. §. XXV. ſtatui, nominatim traditionem illam, qua ſe ethnici Imp. cujusdam privilegium habere urbs hæc gloriari dicitur, v. ibid. §. XVI. mihi veriſimile non videri obſervavi; firmatur hæc mea ſententia hoc Diplomate, quo urbs hæc *ab antiquo dotata dicitur ſolum ab illuſtribus quondam Auſtriæ & Styriæ Ducibus, Luipoldo, & Frider. & a cæteris principibus ejusdem principatus*: nulla facta anterioris privilegii mentione: Et ſane, ſi privilegium etiam ſimile ethnici Imp. exhiberet Judenburgum, idem de eo cenſerem, quod de privilegio Julii Cæſaris, & Claudii Neronis Viennæ & Auſtriæ collato ſentit Æneas Sylvius in hiſt. Frid. Imp. vulgo tertii hiſce: *verum conficta hæc falſaque eſſe comprobantur, & ab ingenio non tam ab erudito, quam maligno excogitata, quæ reprobare in promptu eſt.* *Judenburg. urbs an ethnici Imp. privileg. habeat.*

Hiſce prænotatis privilegia genuina, eaque non minima nobis hujus adducuntur hoc in Diplomate, & quidem *Ejus Privileg.*

1 De re monetaria, cum nempe *domus monetaria* Judenburgi fuerit, poſt 6 hebdomadas, quibus camſores ejusdem civitatis ſoli cambire ſolebant, cuivis civium ejus urbis cambire ſit licitum; negotiabantur itaque cives Judenburgenſes cambio, ſeu permutatione pecuniæ pro pecunia, quod magnam eorum opulentiam comprobat: *Domus monetaria.*

2. Quamvis monetarii, & camſores Judenburgi, fuerint officiales Principis terræ, tamen eis licitum non erat, authoritate propria in aliquem manus injicere violentas, & in caſu quæſtionis, ſeu litis emergentis, litis diſcuſſio, atque deciſio judici Judenburg. reſervatur, ex quo ejusdem authoritas ſatis colligitur, cum eidem cauſarum harum arduarum, & cum jure Principis connexarum deciſio, & inquiſitio relinquatur. *Cambia Judenburgi & Princ. terræ & privata.* *Judenburg. judicis authoritas.*

3. Ampliatur ejusdem judicis authoritatis in cauſis debitorum, & ſtatuitur, ut debitor coram judice civitatis conventus, ob debita perſonaliter contracta, non poſſit contra judicem exceptionem facere, diffugiendo ad alium judicem, ſed debeat coram eo reſpondere.

4. Privilegium denotat frequentiam commercii urbis Judenburg. in emptione, & venditione rerum, præſertim ferri, quod ex Trovejach loco Styriæ ſuper. ad alium locum, quam Judenburgum vehi prohibeba- *Ferrum ex Trovejach Judenburgi venale exponi debuit.*

bebatur: quemadmodum ergo in Auſtria ferrum omne Styram deduci debuit ex privilegio Rudolfi de an. 1360. ibique venale exponi, ita anteriore ævo, ſæculo, nempe hoc 13 ferrum ex Trovejach, proin etiam, ut ſuſpicor, ex urbe Leobienſi, Judenburgum duci debuit: forte non inaniter conjiceret, quis dicendo, ceſſante Judenb. urbis commercio, & frequentia, privilegium hoc a Rudolfo Duce ſæc. altero ſeu 14 urbi Styriæ ſuiſſe conceſſum & ampliatum.

Merces Italica civibus Judenb. offerri debebant.

5. Cum via regia moderna nondum exiſtente, *Mercatores latini* ſeu *Itali* ſua mercimonia ducerent in Judenburch, ea non mercatoribus alienis, ſed civibus Judenburgi vendere debebant, quodſi ſecus factum fuerit, & emptor, & venditor pœna 5. marcarum puniebatur.

Mercatores alieni ſolum per anni quadrantem merces emere in Judenburg poterant.

6. Ut commercium Judenburg. urbis augeretur, vetitum eſt mercatoribus alienis, ut hi nonniſi per quadrantem anni merces in Judenburch coemere poſſent, qui huic mandato contravenerit, ſi emptor fuerit, perdet pecuniam, per quam emit, ſi venditor, re perdita ſpoliabitur.

Judenburg. alpes.

7. Judenburgenſis alpis utilitas, & jus reſervatur iisdem civibus de Judenburgo, excipitur *ſola curia Scheſlechen* in iisdem alpibus, quæ Seccovienſium eſſe dicitur, & collata iisdem videtur an. 1197. ab Ottocaro VI. Duce Styriæ, ut tomo 1 Dipl. 76. oſtenſum, in quo Ottoc. clare ait: *ſe alpem ſuam ſupra Judenburch* ſitam, & *Se-alb* dictam Seccov. donare.

Sylva in Muſchnitz & Feiſtriz.

8. Idem ſtatuitur de nemore in der Muſchnitz, & in der Feuſtritz.

Telonium a civ. Judenb. Viennæ præſtandum.

9. Cum cives Judenburgenſes mercatus ſuos Viennam uſque exercuerint, ſtatuitur eis telonii modus nempe, ut de quavis Sauma 12. denarios, de Sauma Smigmatis, quæ dicitur *Saiffe* ſeu Säfren 6 denarios, de Sauma olei 3. de Sauma ficuum 3. denar. de 100 cutibus vaccarum 12. den. de 100. cutibus hircinis 6. de 100. cutibus ovinis 6. den. de curru frumenti 2 den. de centenario ceræ 4. den. perſolvant. Item in urbe Viennenſi in porta de quolibet curru onerato 6. denarios, & de telonio fori ibidem in civitate 12. den. exſolvere tenentur. En! quantum olim Judenburgi commercium.

Menſura & ulna eorum.

10. Relinquitur civibus Judenburgenſibus menſura frumenti, ulna & penſa, quam ab antiquo habuerunt.

11. Nullus miles vel cheus pro jure detineri, nec civis pro milite vel cheute ſimiliter debet impignorari, vel detineri.

Judenb. mod. urbis deſcriptio.

Hæc erant ampliſſima urbis hujus privilegia, quæ jam multum a priſtino ſuo ſtatu deflexit, quo neſcio caſu, an bellorum turbis an aliis iniquæ fortunæ fatis: jam enim urbs modica eſt, & commerciis per viam regiam alibi directam utcunque privata; unum urbis latus fere occupat aula Cæſarea, paucis abhinc annis renovata, cui proximi ſunt cum ſuo cœnobio, & templo Minores obſervantes, præter quod, & parochia S. Nicolao ſacra, cum annexo S. J. Collegio, & tertiæ probationis domo *a Com. Balthaſare, & Urſula de Thonhauſen* fundatis ibid. exſtet; extra muros urbis in ea declivitate, quæ ad Muram ducit, ſanctimoniales S. Claræ degunt, quarum monaſterium Paradiſus vocatur, quia ab Angelis in carne incultum.

Thonhauſen de Com. Balth. & Urſula.

Ad

Ad Diploma 166.

Ad Dipl. 166.

Plura nobis incerti tamen anni placita generalia ſeu judicia ſub Ottocaro *Græcii & Knitlfeldæ* urbe Styriæ ſuper. celebrata exhibentur, in primo in *Knitlfeld* celebrato ſtatutum, quod nullus Prælatorum poſſit primordialem Eccleſiæ ſuæ dotem conferre in feudum, niſi ad tempus vitæ, in altero Græcii celebrato ex hoc ipſo illatum, quod 30. *manſi in Gevvla* loco Styriæ ſuperioris penes Canoniam Seccov. quos forte *Ditmarus Senior de Strevvich* ab Epiſcopo quodam Seccov. in feudum acceptos detinuerat, Eccleſiæ Epiſcopali Seccov. reddi debeant.

Græcii ab Knitlfeldæ placita gener.

Dos Eccl. a Prælato in feudum dari prohibetur, niſi ad tempus vitæ.

Gevvl locus Styriæ ſuper.

Stretvvich de Ditmarus Sen.

Manſos hos 30. ad fluvium Gewl, fuiſſe dotem primariam Epiſcopi Seccovienſis dixi an. 1218. in Dipl. Epiſc. Secc. 1 hic num. 44. manſi hi 30. dein forte ab Ulrico Ep. Seccov. vel tunc cum Archiep. Salzb. gerebat, in feudum collati videntur Ditmaro *Seniori* ſeu 1. *de Stretvvich* (de quo v. tom. 1. annot. Dipl. 86.) hos Succeſſor Ulrici Bernardus repetiit, eo quod ex ſententia judicii Knitlfeldenſis hi manſi ultra tempus vitæ Ulrici retineri a Ditmaro non poſſint, cumque hos reddere negaret Ditmarus, egit Epiſcopus Bernardus, ut ſententia Placiti Gener. in Graz in eorum poſſeſſionem veniret.

Placitum hoc generale Græcii celebratum fuerit anno aliquo antecedente hunc annum, quo *Ulricus Pater Ottonis Liechtenſteinii* jam defunctus erat, ut v. ex Dipl. Secc. 105. hic num. 170. offerendo præſedit eo judicio *Otto de Liechtenſtein Junior* (de quo v. tomo 1. Dipl. 47.) patris ſui Ulrici loco, cum *Chonrado Scriba Styriæ;* hoc in Placito, cum cauſam ſuam ageret Bernardus Ep. Seccov. Ditmarus de Stretwich non expectata ſententia ad Regem Ottocarum appellavit, a quo tamen non ſolum ad cedenda Epiſcopo Seccov. bona, ſed ad litis etiam expenſas eſt condemnatus.

Liechtenſtein de Otto Jun. jud. gen Styr.

Conradus Scriba Styriæ.

Rudolfus Auguſtus, cui quoque ea de cauſa ſupplex factus eſt Bernardus Epiſc. Seccov. examen latæ ſententiæ commiſit Henrico Trident. & Leoni Ratisbon. Epiſcopis, atque habita ab illis fideli relatione, & conſilio communicato ſententiam quoque pro Bernardo Epiſc. Seccov. tulit, & authoritate regia approbavit: exactam ad amuſſim horum temporum juſtitiam, & ſingularem de rebus Eccleſiarum conſervandis ſolicitudinem, nemo non videt, quem inter fatales belli turbas, temporumque iniquorum truculentiam, ſpecialiter Eccleſiis ſuis impendit Deus; Diploma Viennæ datum eſt.

Ad Diploma 167.

Ad Dipl. 167.

Confirmat Rudolfus I. Aug. Joanni Chiemenſi, & Bernardo Seccov. Epiſcopis Diploma illud, quod iisdem an. 1218. Frider. II. Imp. primitus contulerat, quoq; eas ſedes Cathedrales ab Eberh. Salzb. erectos & fundatos confirmaverat, eodem modo: quo fundatæ primitus erant, & quamvis hi Epiſcopi regalia more Vaſallorum ab Archiep. Salzb. reciperent, eique homagium fidelitatis præſtare tenerentur,

Secc. & Chiem. Ep. confirmantur S. R. I. Principes.

tur, ſtatuit tamen, ut *apud Majeſtatem Imperii honorem continent*, ſeu Rom. Imp. Principes cenſeantur, & ſi *curiam regiam frequentare eos contigerit*, *licentiam habeant Pontificales ſedes deferendi*, ut v. dicta an. 1218.

Teſtes ſubnotati omnes Imperii Rom. Principes, Comites vel Auſtriacæ nobilitatis, de quibus agere noſtrum non eſt.

Viennæ etiam datum Diploma 16. Kal. April. indictione 5 in anno addita unitas delenda videtur, ita ut legendum ſit, an. MCCLXXVII qui indict. 5. & regni Rudolphi anno 4to reſpondet, quod ſi, ut habet Diploma, annus 5. regni Rudolphi legendus ſit, procul dubio etiam annus 1278. retinendus erit.

Ad Dipl. 168.

Ad Diploma 168.

Styrorum magnanimitas & fidelitas in bello Rudolphi 1276.

Styrorum magnanimitatem in prælio Rudolphi cum Ottocaro jam tomo 1. Differt. 1. §. 21. ex pictura domus provinc. Græcenſis oſtendi, pluribusque eam ad an. ſeq. deducere conabar; privilegium tamen hoc Rudolphi Styris datum eſt ob ea, quæ an. 1276. Styrorum fidelitas & magnanimitas eidem exhibuit obſequia, nam, poſtquam per Mainhardum Com. Tyrol. Carinthiam, & Styriam ſibi attraxiſſet Rudolphus, illico huic, dum urbem obſideret Viennenſem, aderat Styrorum manipulus, qui impreſſionem cum terrore fecerat, ita, ut urbs Vienna illico Rudolpho portas panderet, tandemque pax inter utrosque Reges conciliaretur, licet non duratura.

Styria ſub protect. Rom. Imp. recipitur.

Confirmat itaque *ob immenſam fidem, & devotionem ſinceram* Styriæ miniſterialium non ſolum privilegia Styriæ anteriora, ſed eam etiam cum *miniſterialibus, & cæteris Ducatus Styriæ fidelibus* recipit in ſuam, & Imperii Rom. ditionem, quemadmodum olim Frider. II. Imp. an. 1237.

Specialia eorum Privilegia.

Speciales autem prærogativæ Styris conceſſæ erant, 1. ut ea nonniſi ab Imp. & Regibus Rom. teneretur, 2. quod ſi miniſteriales Styriæ proprium ſibi Principem petierit, ille ab Imperatore ſtatueretur, quem melior & major pars miniſterialium voluerit, 3. ne deficiente, ut tunc erat, ducum ſerie, & pluribus pro ducatu contendentibus, eis invitis Dux aliquis obtrudatur, 4. ut privilegia hæc firma maneant, ſtatuitur, ut novus Princeps juramentum fidelitatis a Styris depoſcens, prius juramento corporali promittat, ſe hæc privilegia ſervaturum, quod ſi tenuerit, Styri ad præſtationem juramenti non teneantur.

Ad Dipl. 169.

Ad Diplom. 169.

Petov. de Frid. & Hertmdus.

Diplomate hoc non donat, ſed remittit ſolum Seizenſibus teloneum ab his in urbe Petov. præſtandum, *Frider. III. de Petau*, cum enim hic in dicta urbe 2 partes, frater autem ejus *Hertmidus* II. unam telonei partem haberet, & ipſe pro ſe conſenſit; & conſenſum fratris obtinuit, ut a rebus, & in negotiis Seizenſe monaſterium (non ſubditos, hoc enim a teloneo immunes non eſſe declarat) concernentibus nullum teloneum exigeretur impoſterum.

Petov. telon.

Quamvis vero urbs Petovium ab Ottone II. circa an. 957. Salisburg. Archiepiſcopatui donaretur, hocque adhuc tempore eidem eſſet obnoxium, jus telonei exigendi, tamen penes alterum exiſtere potuit, ut pl. aliis exemplis etiam noſtrorum temporum exhiberi poſſet.

Ad Diploma 170.

Ad Dipl. 170.

Jam ad an. 1243. & in annot. Dipl. 84. item & an. 1270. annot. Diplom. 153. dictum, antiquam fuiſſe Seccovienſi Canoniæ litem de prædiis in Erzwald, & Eiſengor, eaque bona an. 1243. ab *Ulrico de Phanbercb*, atque ab ejus anteceſſore *Reinberto II. de Muereke* Judice Styriæ gener. authoritate Frider. II. Ducis fuiſſe Seccov. Canoniæ adjudicata, ita ut Wakercil Judex civit. Græc. Præpoſitum, & capitulum in poſſeſſionem mittere debuiſſet ejusdem ſylvæ ac bonorum.

Erzwald & Eiſengor bona Seccov. firmantur contra Rammenſteinios.

Reſtitit ei ſententiæ *Hertnidus Pincerna de Rammenſtein*, eamque ſylvam cum bonis, ſibi contra juſtitiam uſurpavit, unde Dux Fridericus mandavit Ulrico de Phanberg, ut ea bona Seccov. Canoniæ defenderet, quod etiam lata ſententia factum.

Nedum quievit *Hertnidus de Rammenſtein*, ſed dum Ottoc. Rex Styriæ præeſſet, denuo ea bona impetiit, at denuo cauſa cecidit, nam Bruno Olomuc. Ep. Styriæ Capit. 1262. contra Rammenſteinium decidit, & ſeq. an. eam ſententiam Ottocarus confirmavit, ut v. Dipl. in fine num. 132. Denuo an. 1270. in Comitiis Mahrburgi *Hertnidus de Rammenſtein* litem Præpoſito Seccov. intentavit; aſt quoniam Præpoſitus Seccov. ſententias pro ſe anteriores nominatim Ottocari Regis exhibuiſſet Rammenſteinius auditus non eſt. v. Dipl. 153.

Ne porro deinceps lis hæc toties decantata reviviſceret, *Hertnidus de Wildonia* cum Præp. Secc. & Capitulo convenit, ut hi 50. marcas argenti ſolverent, ipſe vero omni quæſtioni, *juri hæreditario* cum conſenſu filii *ſui Ricberi* cederet, ita, ut Seccovienſes dein in horum poſſeſſione bonorum defenderent Wildonii contra omnes cohæredes ſuos.

Wildon de Hertnid. & Ricberus.

Quomodo vero lis hæc ad Wildonios devenerit? videtur inſinuare Dipl. his verbis quod cederent *juri hæreditario*, unde hæreditatis titulo Rammenſteiniorum jus in Wildonios tranſiiſſe videtur: forte de Rammenſteiniis quædam uxor, Dynaſtæ alicujus e Wildoniis fuerit? vel verius Rammenſteinii ab eodem ſtipite materno cum Rammenſteiniis deſcenderint? cujus nondum documenta aperta habeo.

Rammenſteinii cohæredes DD. de Wildon.

Ex eodem hoc Diplomate, confirmatur Genealogia Wildoniorum tomo 1. annot. Dipl. ſtatuta, ubi Herrandum II. de Wildon. Hertnidi II. fratrem fuiſſe dixi, item quomodo *Luitoldus de Tyrenſtain* frater Herrandi de Wildonia dici queat.

Teſtes & fidejuſſores erat 1. *Wernardus Epiſc. Seccov.*

2. *Dom. milites Albertus, & Otto de Horneck*, v. Dipl. 79.

3. *Volkmarus, & Ulricus Wakercil cives de Grætz*, v. Dipl. 84. quo quemdam Wakercil Judicem Græcenſem fuiſſe an. 1243. patet.

Ad Diploma 171.

Ad Dipl. 171.

Jam tomo 1. annot. Dipl. 47. in Genealog. Liechtenſteiniorum dixi capellam S. Joan. Ev. in Seccau, hodie Liechtenſteinianam dictam, ab Ulrico de Liechtenſtein, ac Bertha uxore parentibus Ottonis I. fuiſſe inchoatam, & ab Ottone filio dotatam; hoc ipſum docet Diploma, quod expono, ait enim Otto: *Pater meus bon. memoriæ* (proin defunctus) *D. Ulricus, dum adhuc viveret, & ego remedium animæ meæ,*

Liechtenſtein capellæ Seccov. origo.

& ſuæ, & Dom. Berthæ uxoris ſuæ fel. recordat. matris meæ &c. item quam Pater meus ædificare incepit opere ſumptuoſo.

Dos huj. capell. Perfecta eſt autem capella hæc ab Ottone filio, & quoniam *redditus & poſſeſſiones juxta communem æſtimationem ſolventes annis ſingulis* 10. *marcas & dimidiam denariorum, ſolidæ monetæ* pro dote datæ erant, Otto easdem Ortolfo Præp. aſſignavit corporaliter poſſidendas, ita, ut vitra convenientia inde fiant &c.

Promittit præterea Otto, ſe capellam completurum, deſignat dein lumina, miſſam perpetuam, aſſignat fundos &c. Seccovii hoc an. 8. Id. Jan. exiſtens. Plura de hac capella an. ſeq.

Ad Dipl. 172.

Ad Diploma 173.

Vorav. Can. in protect. Rudolfi recipitur. Diploma hoc ſpeciale non continet, niſi receptionem monaſterii Vorau, in protectionem Rudolfi, & S. Rom. Imp. quia tamen lucem publicam nondum aſpexit, dignum videbatur, ut hæc munificentiæ Rudolphianæ charta erudito orbi communicaretur.

An. 1278. ad Dipl. 173.

Ad an. 1278. ad Diploma 173.

Schola Græc. Teuton. datur. Initia hæc prima videntur celeberrimæ univerſitatis Græcenſis an. 1586. erectæ, etenim ante hunc annum non memoratur aliqua ſchola Græcii viguiſſe, erecta eſt ea vero in colle penes *Eccleſiam S. Chunegundis*, modo extra civitatem Græcenſem ſito, multisque privilegiis,

Ejus privilegia. more quaſi jam vigentis univerſitatis decorata, primo enim *liberam ſcholaſteriam* concedit in perpetuum ita, ut cuivis eam frequentare liceat. 2do: iidem ut poſſint pro ſuo libitu *ſcholaſticum conſtituere, & deſtituere*, qui ſcholas regat, teneat. 3. *Omnes ſcholares* hasce ſcholas frequentantes ſub ſuam regiam; & S. R. I. protectionem recepit Rudolphus ita quidem, ut ſi harum ſcholarium quispiam exceſſum aliquem perpetraverit, qui judicium civitatis vel provinciale videatur contingere, hos ſcholares tamen nullus civium, judicium vel officialium etiam regiorum corrigere & punire poſſit, ſed ſolus commendator ordinis hujus.

Cauſa, cur Teuton. ſchol. Græc. data ſit. Cauſam vero, cur ordini huic ſcholam Græcenſem commiſerit Rudolphus, non unam commemorat: 1. nempe *præclara ſervitia*, quæ Rudolpho exhibuit hic ordo, inter quæ omnino numerandum, quod *Matthæus Treuzius Commendatar ord.* Suevorum agmen in pugna Rudolphi cum Ottocaro duxerit, cui proin plures ejusdem ord. equites adſuiſſe credibile videtur. 2. Commemorat etiam ſervitia, quæ iidem equites ſibi poſthac præſtabant, cum nempe Rudolphus cogitaret, in Palæſtinam trajicere. 3. Ob reverentiam & honorem B. V. M. & S. Chunegundis Patronæ Eccleſiæ ejusdem ordinis, ac præcipue, ut divinum officium felicius, & laudabilius peragatur.

Teut. triplex ſervies equit. & fac. Jam in annot. Dipl. 68. hujus tomi oſtendi, duplicem fuiſſe ordinem Teuton. quidam eorum, & equites *ſpreta militia ſæculari facti ſunt milites Jeſu Chriſti, & ſub vexillo Domini*, ut ait hoc Diploma, *regaliter militantis, pro redemptoris amore ſe morti pugnando cum barbaris nationibus, tradere non formidant.*

Alii

Alii ſunt Sacerdotes, & non ſolum curam animarum (ut ex adductis variis hujus ord. plebanis patet) exercebant, ſed etiam curabant, ut *divinum officium felicius & laudabilius peragatur*, id quod varia præſertim Teutonicorum ad S. Dominicam Diplomata oſtendunt, in quibus hujus ordinis plebani, Sacerdotes, Diaconi, dein commendatores ac equites ſubnotati videntur.

Diploma datum eſt *Viennæ* pridie Id. Martii hujus anni.

Ad Diploma 174.

Ad Dipl. 174.

Hausbachiis munus Pincernæ jure & poſſeſſ. cur ad tempus ablata.

De Hausbachiorum Genealogia, eorumque officio Pincernatus dixi jam in annot. Dipl. 79. ægrius aſſequor, cur in Dipl. hoc *Ulricus* & Pater ejus *Henricus quondam Pincernæ de Hausbach* dicantur, cum tamen ad an. 1282. ex Dipl. Seccov. 111. denuo Henricus alter de Hausbach *Pincerna* appellatur, præterea cauſa non patet, cur poſſeſſiones & jura Hausbachiorum a Rudolpho, Erchengero de Landeſer, & quidem perpetuo poſſidenda tradita fuerint, ut hoc Dipl. inſinuat.

Cbunring de Albero, & Hausbach de Henric. an. 1278. occiſi.

In re oppido obſcura dicam, quod ſentio: in Necrol. Clauſtroneob. ad 7. Kal. Sept. lego: *Albero de Cbunring, & Henricus de Hausbach occiſi an.* 1278. quæ convenirent 26. Auguſto, quo die prælium atrox cum Ottocaro geſtum eſt, ut adeo in ipſo hoc prælio cum Ottocaro Rege occiſi fuerint *Albero Cbunringus*, & *Henricus Hausbachius*.

Cbunring Henr. Rudolpho perduellis.

Hiſce præmiſſis nondum patet ratio, cur Hausbachiorum bona & jura fuerint alienata? Chron. Salisburg. an. 1278. poſtquam diverſos pecunia corruptos, & ad conſpirationem ſollicitatos ab Ottocaro, ait, ita ſubdit: *in Auſtria Hainricus de Cbunringe, Marſchallus Auſtriæ, & Baltramus civis Viennenſis a Romanorum Regis* Rudolphi *devotione recedunt, multosque nituntur corrumpere, hos Romanorum Rex de læſæ Majeſt. crimine condemnavit.* Fere eadem referunt Arenpekius, aliique, quid ſi inter hos perduelles etiam Henricus I. Hausbachius fuiſſet? & ſic læſæ Maj. reus omnia bona, jura, officium amiſiſſet? nolo familiæ celeberrimæ injurius eſſe, ſuſpicor, non decido, quoniam cauſa fuiſſe debuit, cur bona ſua amiſerint Hausbachii; arbitror vero, hanc perduellionem antea detectam, Henricumque Hausbachium jam anni huj. initio vel prioris fine, tacitæ cum Ottoc. Rege conſpirationis reum bonis ſuis privatum, cum ea Erchengerus de Landeſer jam 7. Id. Febr. huj. anni poſſederit, ſi nota chronica anni adjecti non fallit.

Quoniam vero an. 1282. Henricus II. filius Henrici I. an. 1278. occiſi in Dipl. Seccov. 111. denuo Pincerna vocatur, & easdem vineas, quas Landeſerus a Rudolpho obtinuerat, eodem an. denuo poſſedit, hinc ſuſpicor, rediiſſe ad clementiam Rudolphi Hausbachius, indeque & bona ſua & jura, ac officium obtinuiſſe, præſertim ſi Henricus pro Rudolpho pugnando fortiter eo in prælio occubuit, quæ tamen ultra conjecturam dicta non velim.

Rotengrueb in Auſtria.

Vineæ illæ *Rotengruebenſes* in Auſtria fuerint, qua in prov. in circulo infra ſylvam Vien. ſita eſt arx ejus nominis, ut v. tom. 1. annot. Dipl. 37.

Landeſer de Frebenger II. Schrattenſtein de Calbockus II.

De *Erchengero II. de Landeſer* etiam egi tom. 1. annot. Dipl. 53. & hic pluribus, uti & de viro nobili *Chalhocho de Schrattinſtein* tom. 1.

annot. Dipl. 56. hic porro 2dus ejus nominis fuerit, primus enim jam an. 1182. in Dipl. Seccov. 22. ab Ottoc. VI. dato reperitur. Ut ad ſubſtantiam Diplomatis redeam, cum Ortolfus Ven. Præp. Seccov. rite probaſſet, vineas illas in Rotengrueb Eccl. Seccov. fuiſſe ab Hausbachiis inique occupatas, easdem illico reſtituit *Erchengerus de Landeſer.*

Ad Dipl. 175.

Ad Diploma 175.

Seebach varia loca.

Hertnidi II. Wildonii Styriæ Mareſchalli munificentiam in varia loca religioſa, jam hiſce Dipl. anter. dilaudavimus, hoc an. Bernardo Epiſc. Seccov. atque ejus ſucceſſoribus donavit *domum in Seebach*, quam, ut ait ipſe, *munire cœpi*, plura ſunt loca Styriæ ejusdem nominis, *Seebach in valle Martia*, mox alias locus *Seebach in Styria ſuper.* ac finibus Salisb. 5 horis ſupra Muraviam, quem locum, & domum probabilius munire ceperit Hertnidus de Wildon. dein in *Schwarza* loco Auſtriæ 22. huebas cum dimidia, & *in Weitersfeld* (caſtrum eſt Styriæ inter Muram & Dravum olim Principum de *Eggenberg*) 8. hueb. cum dimid.

Schwarza Weitersfeld

Teſtes 1. *Ekkehardus de Dobreng* v. tom. 2. annot. Dipl. 74.

Wolfsawe de famil.

2. *Fridericus de Wolfsawe*, ignota mihi adhuc familia, & quanam in Provincia collocanda? ignoro, pauciſſimi enim ſurculi occurrunt *Dietericus de Wolferau* inter teſtes Styriæ an. 1296. legitur, & in necrol. Run. 19. Kal. Sept. obiit *Fridericus Wolferauer.* Item alius ejus nomin. Kal. Octob. *Otto de Wolferau* 3. *Id. Nov.* forte hi cum Wolfsawiis iidem fuerunt. Ottocarus ab Horneck teſtatur, ſibi coævum fuiſſe *Fridericum de Wolfsau* equitem Rudolphi Salisb. Archiep. familiarem, qui hic ipſe fuerit: plura forſitan alibi occurrent.

Wolferau de

Reyſach de

3. *Hermanus de Reyſach*, hunc ex Styriæ nobilibus fuiſſe manifeſtat Diploma Seccov. 122. ad an. 1295. in quo Fridericus forte frater dictus Reiſacher Werigando Præp. Seccov. vendit curiam paſcualem ſeu Schwaigam ſingulis annis 250. caſeos majores præbentem, in qo Dipl. ait, Fridericus Reiſacher, ſibi D. *Fridericum de Saurau*, ſocerum fuiſſe, unde Friderici de Reiſach uxor ex familia de Saurau fuit: *Hermannus* in necrol. Run. 13. Kal. Jan. def. videtur. *Wlricus de Reiſch* ſolenni inſtrumento an. 1402. pollicitus eſt, ſe Dorotheam Friderici Poſenbachers filiam de Neydeck cum omnibus bonis ejus & 400. libris denariorum in matrimonium daturum, ut docet Wurmbr. ex archiv. Neidek. f. 128.

Saurau de Frid.

Herberſtorf de famil. Arces 2.

4. *Marchardus de Herbeinſtorf*, ſeu *Herberſtorf*, binæ ſunt arces Styriæ, una in circulo Vorav. Colleg. S. J. Græc. altera in circulo intra Muhram & Dravum Canoniæ Stainzenſis: ab ea ad Muhram ſita, & hodie Colleg. S. J. Græc. ortum ſuum habuiſſe Dynaſtas de Herberſtorf, opinatur author lexici Baſileenſ. familia ea an. 1629. extincta eſt in Adamo. qui generalem ac Prætorem Auſtriæ ad Anaſum egit, pater ejus *Ottu*, mater *Benigna de Lengbaimb* erat 2da Ottonis uxor; aliter ſentit Bucelinus, Adami patrem Ulricum, & matrem vel *Margarethan de Kollonitſch*, vel *Annam de Gleiſpach* ſtatuens. Adamus hic an. 1624. commiſſionis relig. reform. in Auſtr. præſes, & Dux an. 1626. rebelles ſub *Stephano Fadinger*, & *Achatio Wellinger* ſutore, ad Gmundam in Auſtria totaliter proſtravit. Geneologia ſequens eſto.

Herberſtorf. Familiæ Fragmentum ex MS. Kainach. & Bucelino, ac Lazio.

Wolframmus v. an. 1235.

A. * *Hermannus* incertum, an Præp. Secc. v. a. 1244. *Erneſtus I. & Erchengerus* fratr. an. 1327. teſte MS. Kainach.

B. Marquardus I. de Herberſtorf miles ſeu eques 1290. in MS. Kainach. additur a. 1332. &c. uti & ux. *Chunegundes.*

N. *de Herberſtorf* an. 1370. uxor N. *Joannes* an. 1338.

C. Otto I. fl. an. 1395. *uxor* 1. N. 2. Anna Henr. de *Herberſtein* ex Anna de *Haag* filia, quæ dein Walcamo de *Rattmanſtorf* & Hermanno *Sturmberger* nupſit.

* *Alyſa* Abb. 19. Göſſ. an. 1400. incertum, an Ottonis ſoror. MS. Kainach. eam omiſit.

Otto & Georg. fratr. an. 1371. ex MS. Kainach. ſed nulla certa ſerie adducuntur.

Ex 1. toro

D. Erhardus I. ux. Barbara de *Herberſtein* an. 1404. 1421.

E. Nicolaus * nxor n. hunc omiſit MS. Kainach.

F. Erneſtus.

Anna Abb. 21 Göſſ. a. 1428. 1463. an Otton. filia incert. MS. Kainach. eam tacet.

G. Fridericus I. an. 1452. † 1500. *P.* ux. Barbara de *Ratmanſtorf*, Ottonis ex Marg. de *Süeſſenbaimb* filia, ita MS. Kainach.

H. Eberhardus II. ux. Catharina de *Kainach* Joan. ſen. filia a. 1451 ſine prole, ita MS. Kainach.

I. Andreas I. an. 1452. ux. 1. *Afra de Oberheim* Colomanni ſoror. 2. Anna de *Kapfenſtein* hanc MS. Kainach. vocat *Martini Spitzer* viduam.

K. Udalricus Cæl. † annor. 60.

L. Joan. ux. Urſ. de *Lindt*, Sigiſm. ex Marg. de *Kienburg* filia. *Leonard. & Sebaſt.* cæl. †

M. Franciſcus, ux. 1. Amalia de *Weidek.* 2. Eliſ. de *Herberſtein.*

Ex 1. toro.

Joannes & Victor & Ferdinand. omnes teſte MS. Kainach. Cælibes defuncti.

Eraſmus & Adam & Maximilian.

Marianna Mar. Georg. *Rüden*, ex quo 2 filii & 2 filiæ teſte MS. Kainach.

Lucia & Barbara & Roſina cæl. †ib.

Sophia mar. Barthol. de *Weiſſeneck.*

Joannes.

Cath. m. Melch. de *Teifenbach* ad *Maſſvvegg.*

Marg. m. Achatius *Färber.*

Ex 2. toro.

N. Andreas II. uxor 1. Barbara de *Gleiſpach*, 2 Æmil. C. de *Bogen*, 3 Amalia de *Eggenberg*, hic Baro I. & Ferd. I. Conſil. int. ac Præfect. Maximil. & Leop. fuit.

OO. Car. ux. 1. Anna de *Liechtenſtein* 2 Anna de *Eggenberg*, Rakerſpurgi an. 1583.

Benigna m. Geor. And. B. *Glyach* & *Mar. Salome* m. Ott. Hen. B. *Herberſtein* ita Bucelin.

O. Otto II. ux. Benig. de *Lengbaimb* vid. Caſpar. de *Kienburg*, Vicedom. Leibniz.

Marq. II. & *Frid.* II. cælib. † teſte MS. Kainach.

Franc. B. ux. Anna Mar. de *Teifenbach* & *Eliſabm.* Car. de *Ratmanſtorf*, & *Cath.* m. Wolfg. *Globizer*, ita Bucelnus.

Caſp. ux. Mag. de *Ratmanſtorf* Walcami ex Siguna *Khevenbillerin* filia vidua Wilhelmi de *Herberſtein*, quæ dein Joa. *Stibich* nupſit, MS. Kainach.

Frider. Walcamus & *Eliſab.* Maria Seifr. de *Dietrichſtein* filia † 1617. 30. Nov.

Udalr. ux. 1 Maruſch de *Kollenitſch* fil. Daniel. ad *Burgſchleiniz* & Annæ de *Eibeſvvald* Rakerſp. 1583. 2. Anna de *Gleiſpach*, Wilh. ex Reg. de Fladniz fil.

Amalia m. Joan. Bernar. *Herzenskraft* erat hæc in gyn. Car. Archid. nupſit an. 1573. teſte MS. Kainach.

Georg. & Joan. Andr. III. & *Eleon. Cathar.* m. Joan. Chriſtoph. *Baar.*

Ann. Mar. & Barbara renata, & *Maximiliana.*

Adamus Baro ux. Mar. Salome de *Preiſing*, ita Bucelinus.

Car. C. de *Baar*, Præſ. poſtarum.

* *Gertrudes* incerti temporis.

Herberſtorf de Hermannus. *A. Hermannum de Herberſtorf*, Præp. 7. Seccov. cum aſteriſco poſui utpote dubium, cui documenta ipſa domeſtica contradicunt, ut ad an. 1241. dictum eſt.

Marquardus I. *B. Marquardus miles*, ut ait hoc Dipl. ſeu *Eques*, manifeſtatur præterea in Dipl. Epiſc. Seccov. 60. an. 1290. cui inter alios ſubſcripſit *Marchvvardus de Hervveigſtorf, - - milites*, obitus diem, non annum inſinuat Necrolog. Runenſe hiſce? *XV. Kal. Febr.* D. *Marquardus de Hervveigſtorf.* Hos duos neglexit, & ignoravit Bucelinus & Lazius.

Otto I. C. *Ottonem* hunc *I.* Lazius patrem, Bucelinus vero ejusdem Anonymum parentem, ſatorem Herberſtorfiorum ſtatuit, floruit circa 1395 & 1400. uxores binas habuit, primam teſte Bucelino incertæ familiæ & nominis, 2. *Annam de Herberſtein Henrici filiam*, quam tamen Lazius primam vult fuiſſe, & alteram incognitam MS. Kainach. de ejusdem patre ſilet.

Herberſtein de Henr. & Anna.

Nicolaus, Erneſtus, Erneſtus, Erhardus, Herberſtein de Barb. *E. F. Nicolaus* & *Erneſtus* nonniſi nomine conſtant: Erneſtus paruelem ſuum, Oſaim *Joannem* Lügaſter vocat. 1425. MS. Kainach. *D. Erhardus I.* cujus uxor *Barb. de Herberſtein, Henrici*, & N. de *Haag* filia gentem propagavit: Barbara hæc teſte MS. Kainach. ſoror erat Annæ novercæ ſuæ.

Fridericus. *G. Fridericus*, de quo nil niſi nomen Lazius, plura refert Bucelinus, v. *P.*

Erhardus II. Kainach. de Catb *H. Erhardus* II. quem cum uxore *Catb. de Kainach* omiſit Lazius, v. geneal. Kainach. 118. h. tom.

Andreas I. *I. Andreas I.* cujus ignotas Lazio uxores, detexit Bucelinus, & MS. Kainach. Andream hunc Erhardi I. & Joannis fratrem docet MS. Kainach.

Udalricus. *K. Udalricus* ſolo nomine cognitus, vixit 60. an. cælebs, ita MS. Kainach.

Joannes Lindt de Urſula Sigiſm. II. Kienburg de Marg. *L. Joannis* uxorem *Urſulam de Lindt* filiam *Sigiſmundi* II. & *Margarithæ a Kienburg* detexit Bucelinus, MS. Kainach. & v. Dipl. 83. in geneal. DD. de Lindt.

Franc. Weidek de Amal. Herberſtein Eliſab. Gleiſpach de Cat. Andreas II. Gleiſpach de Barb. Bogen de Æmil. Eggenberg de Amalia Sifrido. *M. Franciſcus*, cui 3. uxores tribuit Bucelinus, *Amaliam de Weidek, Eliſab. ab Herberſtein*, & *Catb. de Gleiſpach*, tertiam omiſit Lazius, nec MS. Kainach. Catharinæ de Gleiſpach meminit.

N. Andreas II. quem cum reliquis obiter ſolum perſtringit Lazius, Bucelinus huic etiam 3. uxores jungit, *Barbaram de Gleiſpach*, Joannis ex Catharina *Gallerin* filiam, cui Græcii an. 1571. nupſit, alteram duxit *Æmiliam* Comit. *ab Arcu ſeu Bogen*, tertiam *Amaliam ab Eggenberg. Seifridi* ex Benigna Gallerin filiam, floruit an. 1571. nomenque ſuum immortale fecit in reformatione religionis Cathol. in Styria. Nam an. 1599. Baro hic, & a ſecretis conſiliis, Abbati Admont. junctus in Styria ſuper. & infer. egregiam operam Cath. fidei navavit, ſed dum iter hoc in Styr. infer. aggredi meditatur, obiit vir pius & prudens, ac certaminibus periculisque pro ſincera fide obeundis aptiſſimus: Baro primus teſte MS. Kainach. factus, Ferd. I. Conſiliarium intimum, ac Maximiliani & Leopoldi Præfectum egit.

Otto II. Lengbaimb de Benign. *O. Otto* II. cujus uxor *Benigna de Lengbaimb*, hunc Auguſtanæ confeſſ. aſſeclam cum aliis Styriæ provincialibus fuiſſe ſuſpicor, eo,

quod

quod eorum libello ſupplici ad Carolum Archiducem ſubſcriptus legatur, ut olim ex MSS. vetuſtiſſ. oſtendam: fl. eod. tempore.

OO. Carolus, cujus prima uxor teſte Bucel. *Anna Suſanna de Liechtenſtein*, & 2da *Anna de Eggenberg*, ſimiliter provincialis Styriæ rebus contra fidem Cath. actitatis interſuit circa an. 1580. imo Lutheri aſſecla vel ſaltem fautor fuiſſe colligitur, ut ex iisdem MSS. patebit. *Carolus Liechtenſtein de Anna, Eggenberg de Anna.*

P. Barbara de Herberſtorf, videtur fuiſſe nata de *Ratmanſtorf*, uxor Frider. ut ſub lit. G. v. nam cum *Ladislao & Joanne de Ratmanſtorf* nomina quædam, & actiones Pruſchenkiis aſſignarunt, ut v. Wurmbr. f. 91. *Barbara. Ratmanſtorf de Ladisl. Joan. & Barb.*

Q. Eleonora Catharina uxor erat *Joan. Chriſtoph. de Paar*, ut plur. oſtendit Wurmbr. f. 337. *Eleon. Cathar. Paar Joan. Chriſtoph.*

R. Gertrudes incerto ævo reperitur in Necrol. Run. 8. *Kal. Dec.* defuncta. *Gertrudes.*

S. Teſtis *Henricus de Dresnich* ignotus, & nullibi alias viſus Acta ſunt hæc Leibnizii An. cit. *Dreſnich de Henricus.*

Ad Diploma 176. *Ad Dipl. 176.*

Agnetem Hermanni Badenſis & Gertrudis Auſtr. filiam Ulrici Ducis Carinthiæ viduam, ad depreſſionem generis ſui, ab Ottocaro Rege, Udalrico III. Com. de Heunburch, nuptui traditam fuiſſe jam ad an. 1270. oſtendi. *Agnes Bad. uxor Ulr. 3 de Heinburch.*

Ulrici hujus fuiſſe provinciam *Tiver* in Styr. infer. & circ. celejenſi, eamque olim præpoſituram Ottocarorum Styr. March. exſtitiſſe, oſtendi tomo primo, in hac proinde provincia ſeu territorio ambo hi conjuges villas duas *Chüetall* & *Chalop* Monaſterio Gyrienſi donarunt, teſtesque donationes habuerunt. *Tiver eorum provincia,*

1. *Dom. Wilfing de Hanau*, v. to. 2. annot. Dipl. 90.
2. *Dom. Pillung de Chainach*, v. to. 2. annot. Dipl. 118.
3. *Dom. Henricus de Griven*, v. to. 2. annot. Dipl. 71.

Ad an. 1279. ad Diploma 177. *An. 1279. ad Dipl. 177.*

Rudolphum I. Aug. Græcii menſe Octob. placitum generale celebraſſe, eique ipſummet præſediſſe, manifeſte loquitur hoc Diploma, pluraque alia, de quibus ad hunc annum egimus in rebus Göſſ. Eccleſiæ; cum vero teſtante hoc Diplomate ipſemet præſederit Rudolphus Aug. placito huic Græcenſi, inde eruo, eundem Styriæ nondum prætorem jurisdicendi dediſſe, ſane Otto Liechtenſteinius, quem an. 1281 Judicem provincialem Styriæ dedit Rudolphus, hoc & ſeq. anno nondum ſub tit. Prætoris vel Judicis generalis legitur. Verum eſt quidem ex annot. Dipl. 167. Ottonem hunc an. 1277. Græcii præſediſſe Generali Placito ſeu judicio, non tamen ſuo, ſed Ulrici Patris ſui loco, ut ibidem dictum. *Rudolph. Græ. in Comitiis.* *Otto Liechtenſtein an Prator Styr. an. 1281.*

Omnino arduum eſt divinare, quænam inter Prætores & Judices provinciales ſeu Generales Styriæ differentia fuerit? præterea non abnuo, capitaneos quosdam Styriæ, præſertim ſub Ottocaro Bohemo magis ſorte Capitaneos caſtrenſes, quam Prætores & juris definiendi *Diſtinctio quæ inter Prætores & jud. general. Styr.*

cenſores eſſe computandos, aſt cum per decurſum oſtenderim, eosdem Capitaneos Styriæ ab Ottocaro ſtatutos, cauſas in Styria decidiſſe, lites diremiſſe, bona contumacium confiſcaſſe eos e numero Prætorum Styriæ excludere nolebam; quod vero Judices provinciales concernit, cenſeo horum poteſtatem minorem fuiſſe, eosque jus dixiſſe, in locis provinciæ variis, eontra Prætorem primum fuiſſe horum Judicum, & ſupremum, eumque præcipue in metropoli Græcii jus dicere conſueviſſe, aliisque Judicibus provincialibus imperaſſe, & dictaſſe mandata: exempla rei aliquot profero: primum eſt de an. 1268 v. Dipl. 150. expoſitum, in quo *Bruno Epiſc. Olomuc.* tanquam *Styriæ Capitaneus Herbordo de Fullenſtein Dapifero, & Judici provinciali Styriæ*, aliisque per Styriam Judicibus imperat, ut omnes alienationes Eccl. Epiſc. Seccov. reſcindant, imo *Bruno Capitaneus, Herbordum Judicem provincialem, & alios Styriæ Judices fideles ſuos* appellat. ad an. 1276. ex Dipl. Seccov. 100. inter mea hic num. 164. *Ekebardus de Dobrenge* Judex gener. Styriæ clare ſe profitetur *Vicarium Milotæ Capitanei Styriæ.* Plura alia exempla paſſim patent, ex quibus concludo, Prætorem ſeu Capitaneum Styriæ fuiſſe per ſe ſemper etiam Judicem gener. ſeu provincialem Styriæ, cum vero ſubin plures cauſæ emergerent, vel Prætor extra provinciam agere deberet, fuiſſe vel a Prætore, vel ab ipſo Duce conſtitutos Judices provinciæ, qui jus vicario nomine dicerent, ſic in Dipl. paſſim, uti hic inter mea num. 85. *Ulricus de Pfanberg* Judicem provinc. Styriæ ſe authoritate Friderici Ducis ad an. 1243. fatetur, & in Dipl. Seccov. 103. ad an. 1277. Rudolphus ipſe Henricum Com. de Pfanberg, & Fridericum de Petove ſtatuit Judices: unde ex eo, quod quis Prætor fuerit, rite inferri puto, fuiſſe ſimul provincialem Judicem, non tamen viciſſim. Sic ad an. 1283. *Otto de Liechtenſtein* in Dipl. Seccov. 113. ſe *Judicem Styriæ provincialem* ſcribit, quem tamen Prætorem Styriæ vocare vereor, cenſeoque Rudolphum eum Ottoni Liechtenſteinio titulum non dediſſe, cum 1281. filium ſuum Albertum Styriæ Vicario nomine præficeret, ſicque quaſi Prætorem conſtitueret, v. ita an. 1281. an dein 1283. licet forte ab Alberto Duce Prætor Styriæ crearetur Otto de Liechtenſtein, eo tamen titulo abſtinuiſſe credo, tum ne ſubito alius appareret, tum quod de abdicando eo officio jamjam cogitaret: an vero Prætor hoc tempore idem fuerit, quod proviſor provinciæ Landsverweſer? ſatis non conſtat.

Prætor & Proviſor provinciæ an idem.

Stadek de Hartnid. I. Pirkveld loc. Styr.

Redeo ad res in Diplomate hoc pertractatas: *Hertnido I. de Stadek* (v. Dipl. 41. h. tomi) lis erat cum D. Bernardo Epiſc. Seccov. de judicio *in Pirchfelde*, loco Styriæ, oppido, Decanatu & arce ejusdem nominis nunc inſigni, lis ea benigne inter eosdem eſt compoſita.

Veldſperg de Diemudes familia Dapiferatus.

Lis porro ea Stadekio erat ob uxorem ſuam *Diemudem de Velſperg*, quæ proin familia vel ex Styria orta eſt, vel prædia in Styria noſtra obtinuit, uti in Pirchfeld judicium. *Veldſperg* Dapiferatum an. 1276. ab Ottocaro Bohemo, Alberoni de Puchaim collatum fuiſſe, jam ſupra dixi, hodie *Feldſpurch*, civitas & caſtrum Auſtriæ infra Mainhardi montem Principi de Liechtenſtein paret, familiam vero *Weſperch* Wurmbrand. cap. 64. f. 151. Tyrolenſem putat, ex eaque cap. cit. ſolum *Balthaſarem* ad an. 1496. & *Burchardum* an. 1503. refert, ac dein f. 324

Welſper-

Welſpergios Tyrolis Bacilliferos ait, ex quibus an. 1560. Chriſtophorus primus Baro a Ferdin. Archid. eſt inauguratus, ac an. 1568. primus Archimagyrus Tyrolis creatus v. f. 321.

His non obſtantibus Veldſpergii hi inter Auſtriacos ſunt referendi, nam an. 1262. Dipl. Ottocari Bohem. inter Auſtriacos ſubſcriptus legitur *Alexander Dapifer de Welſperch*; antiquiſſimam fuiſſe Auſtriæ familiam teſtantur Prevenhueb. aliique: de Alberto ſeu Alberone dixi in annot. Dipl. 156. & Dipl. 115. ut an. 1266. *Parochia.*

Teſtes, 1. *D. Ulricus de Manſuerde*, teſtis mihi hactenus ignotus, nec alibi viſus. *Manſverde de Ulric.*

2. *Chunradus de Gleiſtorf, milites* ambo ſeu equites dicuntur, hic ad an. 1288. ex Dipl. Seccov. 117. & an. 1290. ex Dipl. Epiſc. Seccov. 60. etiam detegitur. Idem in Necrol. Run. ad 5. *Nonas Mart.* defunctus refertur ita: *Chunradus de Gleiſtorf miles*, familiæ Styriæ fuiſſe videtur, quæ forte prædia ſua cum Eccleſia ibidem, Eccleſiæ Epiſcopali Seccov. attribuit, a qua hodie dependet collatio parochiæ *Gleiſtorf*. *Gleisdorf de Chunrad.*

Ad Diplom. 178. *Ad Dipl. 178.*

Non fuiſſe hoc an. in Styria Prætorem, inſinuare videtur hoc Diploma Rudolphi I. Aug. quo mandatum ſuum *ſcribis* ſolum & *judicibus per Styriam* inſinuat, nulla Prætoris mentione facta. *Prætor nullus in Styria 1279.*

Porro ob Seccovienſium ſervitia, quæ exacta ab iis fuerant, compenſationem aſſignat Rudolphus, & *primo* quidem de *Marchfuter* (onus erat publicum Principi præſtandum, quod teſte de Rubeis monum. Aquilej. cap. 41. num. 4. *Foderum* ſeu *Fodrum* dicebatur, eratque onus fœnum in alimentum equorum Principis terræ ſubminiſtrandi) *2do* de *Voitrecht*, ſeu *Jure Advocatiæ* (quo titulo advocatis monaſteriorum pendebatur, avena vel triticum in certa menſura, ut v. ex Dipl. Göſſ. 29. ad an. 1326.) conceſſit 40. modios avenæ menſuræ Auſtralis ſeu Auſtriacæ in 10. annos & 10. marcas argenti *de judicio in Chnutelfde* ſeu *Knitlfeld urbe* ad Seccovium ſita, ita quidem, ut 40. menſuræ avenæ, & 10. marcæ argenti ſingulis annis penderentur, Canoniæ Seccovienſi. *Knitlfeld* urbs eſt Styriæ ſuper. Muræ fl. adjacens inter Judenburgum, a quo 2. & Leobium, a quo 4 milliaribus diſtat. Principis terræ ſemper fuiſſe videtur, de ejusque judicio tanquam ſuo Rudolphus Seccovienſibus aſſignat 10. marcas argenti: Parochiam in ea urbe adminiſtrant Can. Cath. Seccov. cum alia S. Margarithæ prope Knitlfeld, quæ 3. templa appendicis loco habet. *Marchfuter vel Foderum quid.* *Voitrecht ſeu jus advocatiæ.* *Knitlfeld urbs.*

Ad Diploma 179. *Ad Dipl. 179.*

Quo tempore Viennæ cum Rudolpho I. Aug. extiterant Salisburg. Archiep. Baſileenſ. Patav. Chyemenſis, & Seccov. Epiſcopi, Styriæ conſulere non omittebant: Capella Liechtenſteiniana Seccovii (de qua & tom. 1. & hic in annot. Dipl. 170. plura dixi) jamjam perfecta erat, & proxime conſecranda, ut igitur theſauro ſpirituali quoque muniretur, 40. dierum indulgentias tam in dedicatione, quam in feſto Patroni S. Joan. Evang. præfati Epiſc. contulerunt. *Liechtenſtein. capella Seccov.* *Conſecratur.* *Ejus indulg.*

Documenta Seccov. an. 1740. Græcii edita habent, capellam hanc conſecratam fuiſſe a Bernardo Epiſc. Seccov. an. 1279. *prid. non. Maj.* ſed annus vel dies errat; etenim, cum an. 1279. Epiſcopi in hoc Dipl. citati Viennæ ediderint Diploma hoc, & quidem die aliquo ad Idus Maji incidente, proin ab 8. ad 15. *Maji* in eoque dicant capellam hanc *proxime conſecrandam*, non potuit Eccleſia conſecrata fuiſſe *pridie non. Maj.* 6 Maji, quo die nec dum Diploma illud editum, nec Bernardus Epiſc. Seccovii eſſe potuit. Unde ſuſpicor, capellam hanc vel an. ſeq. 1280. primo conſecratam, vel anno hoc, attamen non *pridie nonas Maji*, ſed *Junii* vel poſterioris menſis.

Indulg. Epiſc. Quod in hoc Dipl. adhuc miror, illud eſt, quod Epiſcopi dicti majores non conceſſerint indulgentias, quamvis enim per Conc. Later. 4. an. 1215. ubi *contra indiſcretas, & ſuperfluas indulgentias* conqueſti ſunt patres, Epiſcopi hac in conceſſione indulgentiarum ſint valde arctati, datum tamen eis, ut in dedic. Eccleſiæ indulgentias unius anni, in anniverſario vero 40. dierum conferre potuerint.

An. 1280. ad Dipl. 180.

Ad an. 1280. ad Diploma 180.

De Dynaſtis Rammſteiniis varia hic & præced. tomo occurrebant, horum unus, & præcipuus *Ulricus Pincerna de Ramſtein* Seccov. Eccleſiæ Epiſcopali beneficus fuit, & cum conſenſu uxoris ſuæ *Catharinæ*, filiæ *Ottonis de Haslau*, filiorumque *Reymperti & Nicolai*, ac filiarum *Margareth*, *Eliſabeth*, & *Wendelinæ* eidem Eccleſiæ aſſignavit redditus in Gotlike, ac in Picheln.

Ramenſt. geneal.

De Ramenſteiniis plura hoc & tomo I. occurrebant, non moror Ramenſteinios in Helvetia, quorum memini to. 1. annot. Dipl. 8. noſtrorum in Styria, mentio facienda eſt, ſic dictorum a loco *Ramſtein* vel *Ramenſtein* infra Muraviam urbem in finibus Styriæ ſuper. & Carinthiæ, vel certe ab arce *Rabenſtein* hodie dicto, Com. de Dietrichſtein obnoxio, inter Muhram & Dravum ſito, quoniam, qui in Necrol. Secc. dicuntur Ramſteinii in Necrol. vocari mihi videntur Rabenſteinii, & quidem cum addito munere Pincernæ, v. to. 1. annot. Dipl. 8. Eosdem vero non ſolum in Styria ſuper. ſed etiam in Auſtria poſſediſſe bona, oſtendit Wichardus de *Rammenſtein* Campil. Monaſt. Benefactor, de quo v. an. 1268.

Locus.

An Ramenſteinii idem cum Rabenſteiniis.

Pincernæ Styr. an fuerint.

De Pincernatu horum Dominorum quæſtio eſſe poteſt, & quidem ut teſtatur Wurmbr. ab Ottocarorum tempore uſque ad noſtra Pincernæ Styriæ munus ſemper Stubenbergii geſſere, nihilominus tamen & Ramenſteinii in Dipl. Styriæ & Necrol. Runenſi ſub titulo Pincernorum leguntur. Unde hic denuo ea recolenda ſunt, quæ de his officiis ſæpius dixi, nimirum fuiſſe hæreditarios alios Pincernas, Dapiferos, Mareſchallos provinciarum, queis hoc munus hæreditate obvenit, alios vero fuiſſe officiales, Mareſchallos, Dapiferos, & Pincernas ipſorum Principum, horum nutu amovibiles, nec perpetuos, ut pluribus hactenus exemplis monſtratum eſt.

Wildoniis erant affines.

Eosdem hos Ramenſteinios fuiſſe Wildoniis affines, & forte horum quemdam habuiſſe Ramenſteiniam uxorem, oſtendi ex Dipl. 170. ſuperius explanato. Hiſce explanatis fragmentum aliquod huj. fam. ſubjungo.

Frag-

Fragmentum perbreve Familiæ *Ramenſteiniorum*, vel *Rabenſteiniorum* in Styria.

Wilhelmus omnium horum primus mihi viſus eſt; hic in eod. Dipl. Admont. n. 11. inter mea to. 1. n. 1. ſecundus teſtis inter varios alios de Styria legitur his verbis: *Wilhelmus de Ramenſteine* an. 1138. præſens concambio Chunradi I. Salzb. Archep. cum Sophia Marchioniſſa Styr. Idem ad an. 1146. in Dipl. Admont. n. 17. inter teſtes viſitur. *Wilh. de Ramenſtein vel Rabenſtein.*

Landfridus an. 1174. Græcii exſtitit cum Ottocaro IV. & Secc. Dipl. 21. ſubſcripſit, v. to. 1. annot Dipl. 49. præterea an. 1186. in Dipl. Admont. 63. 66. (v. to. 1. n. 69. 70. Dipl.) ac an. 1185. in Dipl. Adm. 65. legitur. *Landfridus.*

Aribo de Ramenſteine pateſcit ex Dipl. Adm. 132. an. 1188. *Aribo.*

Albertus I. an. 1197. ex eod. cod. Dipl. Admont. n. 44. invenitur *Juditha* mater ejusdem Alberti, ſeu, ut inquit Dipl. Seccov. 34. datum ab Eberhardo Salzb. (v. to. hoc annot. Dipl. 30.) *ex dono Dom. Juditæ, & filii ejus Alberti de Ramenſtein curiam & manſum Leiſta*, forte *Ligiſt*, & *alpem ejus cum omnibus attinentiis ejus*, Seccovienſes obtinuere. Conſonat Necrologium Seccov. ita docens: *6. non. Octobr.* obiit *Albertus de Ramſtein, hic dedit nobis curiam.* &c. *Albert. I. Juditha.*

Hartnidus Pincerna, hic Seccovienſibus moleſtus erat: nam ut habet Diploma Seccov. 58. ad an. 1243. inter mea n. 84. impetiit Secc. prædium & ſylvam Erzwald, juſſu tamen Frider. Ducis per Ulricum Phanberchium Judicem Styr. cohibitus eſt, an. 1270. neſcio, an idem Hertnidus, vel filius ejusd. nominis, denuo de eod. prædio Erzwald Seccovienſibus litem movit, in Placido Gener. Mahrburgi habito, ſed auditus non eſt, cum eadem bona denuo Seccov. ab Ottoc. Rege eſſent adjudicata, v. Dipl. mea n. 154. inde jus ad prædium Erzwald Wildoniis obveniſſe videtur, procul dubio ex nuptiis, qui id omnimode Seccovio ceſſerunt an. 1277. v. Dipl. mea n. 170. *Hartnidus I.* *Hartnidus II.*

Hermannus ſine addito Pincernæ, teſtis fuit confirmationis cujusdam Teutonicis a Philippo electo Salzb. an. 1249. factæ, ut v. in fine Dipl. mea n. 96. *Hermanus.*

Wichardus de Rammenſtein in Auſtria floruit, ibidemque bona poſſedit circa montem Chogilperch, Oetſchan, & Monaſt. Campilil. beneficus fuit, ibique tumulatus, v. dicta an. 1266. hic etiam *Wicho* dictus videtur, v. to. 1. annot. Dipl. 8. *Ulrici* hujus genealogia ſatis panditur in Dipl. hocce, etenim uxor ejus *Catharina* filia *Ottonis de Haslau* dicitur, ex qua filios *Reympertum* & *Nicolaum*, filias vero *Margarethan*, *Eliſabetham*, & *Wendelinam* genuit. Pater Ulrici *hujus Pincernæ Ramenſteinii* forte fuerit Hertnidus ſupra relatus. Ulrici hujus obitum determinat Necrol. Runenſe 15. *Kal. Maj. Ulricus Pincerna de Rabenſtein*, plures ex his Ramſteiniis, cum Necrol. Runenſe vocet Rabenſteinios, cenſeo eandem fuiſſe familiam, & vel temporum viciſſitudine, vel ſcriptorum incuria nomen aliqualiter immutatum. *Wichardus Cat. uxor Ottonis de Haslau filia, fil. Reimpert. Nico. filiæ Marg. Eliſ. Wendelina.*

Præterea eosdem Ulrici filios defunctos idem Necrol. Runenſe refert, & quidem 3. *Kal. Febr. Reinpertus filius Pincernæ de Rabenſtein*, qui proin ante patrem Ulricum obiiſſe videtur. Mox 8. *Id. Dec. Nicolaus de Rabenſtein* ſine addito Pincernæ. Præter hos alii ex Necrol.

Seccov. & Runenſi deteguntur, ſic 7. *Kal. April.* in Necrol. Run. defunctus legitur *Albertus* (proin II.) *Pincerna de Rabenſtein*, Albertus I. enim 6. *non. Octobr.* obiit.

Chunrad. 1. 2. 3 *Chunradi tres* leguntur, unus in Necrol. Run. 11. Kal. Jun. *Chunradus Pincerna de Rabenſtein*, alter ibid. 4. Id. Sept. *Chunradus de Rabenſtein*, tertius in Necrol. Seccov. 3. non. Jul. *Chunradus de Rammſtein*, hic dedit nobis prædium &c.

Catharina. *Catharina Pincerna de Rabenſtein*, quæ 17. *Kal. Febr.* in Necrol. Run. notatur, videtur Ulrici uxor fuiſſe, quoniam in Necrol. & Ulricus maritus, & duo filii conſignantur.

Hisce explanatis teſtes Dipl. hujus expono, horum

1. *D. Chunradus de Gleiſtorf*, v. hic ſupra Dipl. 177.

2. *D. Fridericus de Leibniz*, v. to. 2. annot. Dipl. 3. ambo vocantur *milites*, ſeu *equites* & *defenſores nobiles Eccleſiæ Seccov.*

3. *Otto de Leibniz*, v. ibid.

4. *Sifridus* & *Ekbertus filii D. Wulfingi de Percha*, v. to. 1. annot. Dipl. 57. & to. 2. Dipl. 146.

Actum, & datum in *Ramſtein* ſeu, ut ſuſpicor arce *Rabenſtein*, ut ſupra dictum.

Ad Dipl. 181.

Ad Diploma 181.

Haynfeld curia Vorav. venditur Uti jam in Chronol. anni 1280. ex MS. Vorav. dixi, Bernardus Præp. Vorav. vendidit, ſeu Jure civili contulit curiam in Hainfeld plebano ejusdem loci Dietrico appellato, ita tamen, ut hic infra tres annos eandem inſtauret ædificiis neceſſariis, & honeſtis, in feſto B. Bartholomæi ſingulis annis unum talentum denariorum Vien. pro jure civili ſolvat, una cum reliquis ſervitiis a colono quocunque præſtandis; quod ſi neglexerit hæc præſtare, puniatur, ut alius colonus, reluctans vero, poſt trinam admonitionem 6. hebdomadarum relicto ſpatio, ſuo jure cedat, reddeturque curia Monaſterio; venditurus vero curiam, primam inſtantiam ad venditionem habeat, collegium, cui emendam offeret plebanus leviore tamen pretio, quam extraneo, quod ſi præpoſitus nequiverit eſſe emptor, alteri ne vendat plebanus, niſi cui Præpoſitus voluerit.

Hermannus Ab. Gotwic. Non exſtat quidem originale inſtrumentum venditionis huj. curiæ bene tamen adſunt litteræ Hermanni Abbatis Gotwic. qui eas in teſtem vocatus conſecit, Hermannum hunc Abbatem Benedictinum ordine 15. ponit catalogus Abb. Gotwic. apud Hier. Pez to. 2. col. 261. ſed ſi anni prædeceſſorum Abbatum computentur, ſimulque annus 1094. aſſumpti in Gotwic, Monaſtici inſtituti ex communi fere authorum ſtatuatur, Hermannus hic anno primum ſeq. ſeu 1281. præeſſe cœpiſſet, error itaque latebit, præſertim ſi anni incompleti, ut non raro fit, pro completis ſumantur.

Hainfeld loc. Auſtr. *Hainfeld* locus Auſtriæ eſt in circulo ſupra ſylvam Viennenſem adjecto foro, ſeu oppido inſignis, ut ait Diplom, *curiam in Hainfelde extra fornm ſitam.* Quomodo vero hæc curia Monaſterio Vorav. obvenerit? nullibi expreſſum invenio.

Teſtes in in inſtrumento Bernardi Præp. Vorav. ſubſcripti hic ſubſignantur, ſuntque: 1. *Dom.*

1. *Dom. Hermannus*, aliisque etiam *Hartmannus* dictus *Decon. Vorav.* hunc ego ex Decanis noſtris Voravienſibus primum hactenus inveni. *Can. Vorav. Herman. Dec.*

2. *D. Duringus Plebanus*, & ſimul *Can. Vorav.* ut v. in annot. Dipl. 160. *During. Pleb.*

3. *Dom. Ditricus Cuſtos* Vorav. qui dein circa an. 1300. Præpoſ. Vorav. factus eſt. Cuſtos, uti ex jure proviſum, ſacrorum vaſorum cuſtodiam habet, imo & librorum, de quo alibi pluribus. *Ditricus cuſtos, dein Præpoſitus.*

Quoniam de rebus Voravienſium hoc Dipl. agit, opportunum erit, de Ditrico Cuſtode Vorav. & dein Præpoſito, quædam addere ex MS. Biblioth. Voravienſi.

Extat in Bibl. noſtra MS. codex num. CCLXXIV. ſignatus, qui Magiſtri Joannis Beleth tractatum de Eccleſiarum inſtitutionibus primum, deinde vero Honorii tractatum de divino officio, qui & *gemma animæ* dicitur, complectitur. Folium huj. codicis primum hiſtoriam dom. Collegii noſtri egregie illuſtrat; leguntur enim in eo ſive theſaurus Eccleſiæ, ſive theſaurus Bibliothecæ, quos Vorav. Collegium ad ſæc. 13. finem poſſedit; ne lectorem morer, Ditrici manus ſequentia notavit: *Ego Ditricus Eccleſiæ Vorav. Canonicus & Cuſtos tenore præſentium, præſentibus & futuris duxi memoriter imprimendum, me ſubornatum ornatum, calices & libros in reſignatione mei officii facta Dom. Chunrado Præpoſito reliquiſſe.* Ut catalogus hic rite intelligatur, ſubjungo notas quasdam, quas Vir Clariſſ. ac Pl. Rev. D. Julius Guſman Decanus noſter meritiſſimus eruditiſſime confecit, dum Bibliothecæ Præfectus, ejusd. codices antiquos ruminaretur. Ita vero pergit catalogus cit. *Ditrici cuſtodis Vorav. catalog.*

Primo: reliqui ſolempnes caſulas XV. mediocres XVIII. (caſula veſtis, teſte Cangio, Card. Bona & Martene, apud antiquos communis videbatur non ſolum Presbyteris, ſed etiam Clericis aliis, Monachis, imo etiam Laicis. Concilium tamen Toletanum apud Card. Bona de reb. Liturg. cap. 24. n. 8. clare ait: *Presbytero in ſua ordinatione planeta datur, quæ eſt idem ac caſula.* Idem innuit antiquum ordinarium Corbejenſe apud Martene de ritib. Monach. f. 643. quamvis ibidem etiam referantur caſulæ Diaconorum & Subdiaconorum, a Dalmaticis & ſubtilibus diſtinctæ, unde caſula veſtis videtur hoc tempore fuiſſe primo Sacerdoti, dein etiam ſacris aliis altaris miniſtris propria, & ſic Ditricus noſter in catal. ſuo per caſulas has vix intellexerit omnes fuiſſe ſacerdotales, ſed & caſulas miniſtrorum quamvis a Dalmaticis & ſubtilibus diſtinctas, utpote a quibus in hoc ipſo catalogo ſeparantur) *Item præparamenta integra cottidiana V. item albas ſolempnes* (alba veſtimentum erat lineum, quo Clerici intra & extra ſacrificium miſſæ utebantur, & de his, cum *ſolempnes* vocet, intelligendus erit Ditricus noſter) *cum ſtolis VIII.* (ſtola teſte Card. Bona olim erat quodlibet veſtimenti genus, regum Sacerdotum & privatorum, quin & mulierum, eratque olim ſtola veſtis totum corpus ambiens; ad tempora dein Sylveſtri Papæ, ut conjicit Vincentius Richardus, ſtola in ſolam faſciam mutata eſt & talem, qualem defacto ſacri altaris Miniſtri, & Diacono non inferiores geſtant, dictam quoque *orarium*. Unde Ditricus noſter utpote Sylveſtro Papa longe inferior per ſtolas ſuas, modernas ſtolas intellexiſſe videtur) *item mediocres cum pertinentiis XVI.* (pertinentiæ albarum ſunt ea, quæ pertinent ad albas, ad has vero pertinent *fibula* *Caſula qual. veſt.* *Alba.* *Stola.* *Orarium.* *Pertinentiæ albarum.*

& *cingulum* uti ordo Romanus apud Bona de alba ait: *induit eum linteam & cingulum*, hæcque Ditricus per has pertinentias intellexerit) *item Dalmaticas & ſubtiles in numero XIX.* (*Dalmatica* teſte Bona & cangio veſtis erat propria Epiſcoporum, ſed etiam erat veſtis Diaconorum; hæc ſucceſſit *colobio*, quæ veſtis erat ſine manicis, cum vero nuditas brachiorum non placuiſſet S. Sylveſtro, ordinavit Dalmaticas, ſic dictas, quia earum uſus primum in Dalmatia fuit: & de his loquitur Ditricus, quoniam ſuo tempore uſus Pontificalium Voravii nondum fuit. *Subtilis* veſtis eſt Subdiaconorum, ut ex Honorio Auguſtodunenſi probat Card. Bona, diſtincta, teſte Durando, a Dalmatica, quod ſtrictiores manicas haberet. Sane antiqua breviaria Bibl. Vorav. ſic de his veſtibus loquuntur: *ad initium adventus, uſum etiam Dalmaticarum & ſubtilium obmittimus in præſentiam ejus, cujus adventum exſpectamus, ut tanto glorioſior appareat*, & ad miſſam in cœna Domini: *ſciendum, quod hac die Miniſtri ſolempnibus veſtibus, ſcilicet ſubtili & Dalmatica utantur.* Scio quidem, *ſubtilis* nomine, etiam ſoraccium venire, ſed tardiore ſolum tempore, nam Ditrici ævo, nondum ſoraccia Canonici Reg. portebant, ſed ſuperpellicia, ut ex breviario antiquo Vor. conſtat) *Item cappas ſolempnes VII. item cappas chorales XX. item cappas ſcholarium XIIII.* (cappa in genere veſtis erat pallio ſimilis, omni hominum ſtatui, etiam mulieribus communis, uti probat Cangius, ſucceſſu tamen temporum cappa veſtes religioſorum ſignificare cœpit, ſic cappa monachilis certiſſimis documentis apud Cangium & Martene conſtat, & quidem varia pro ratione temporum & locorum, quæque ſæpius cum cuculla, flocco, froco, ſcapulari confundebatur; cappæ itaque a Ditrico noſtro enumeratæ diſtinctæ erant a Monaſticis, licet etiam Monachi in officio Eccleſiaſtico cappas clericales aſſumpſerint, uti nunc lineas veſtes; cappæ hæ clericales a Ditrico noſtro notatæ, ejus formæ fuiſſe videntur, quæ deſcribitur in libro ordinis S. Victoris apud Cangium: *Cappa Clericor. regul. brevior ſuperpelliceo, uno pleno palmo, & ante non nimis alte fiſſa*, per quas ultimas particulas a cappa monachili diſtinquebatur, utpote quam Clemens V. in Conc. gener. Vienn. *clauſam* eſſe volebat; cum autem dicatur *non nimis alte fiſſam* eſſe debere cappam Cleric. regul. indicatur ſimul, eam verſus collum clauſam fuiſſe, ſicque non multum diſtinctam a moderno pluviali, quod cæteroquin etiam *cappa pluvialis* dicebatur.

Quidquid vero fit, an cappæ ſolemnes a choralibus diſtinctæ fuerint, quoad colorem tamen diverſæ fuerunt, puto proin nomine capparum ſolemnium veniſſe *cappas purpureas*, quas die ſolemni, maxime in proceſſionibus, geſtabant Canonici reg. nam uti habent breviaria Salisb. & Vorav. Bibl. noſtræ MS. de proceſſione in reſurr. Domini legitur, *deinde cum crucibus & vexillis &c. omnes induti veſtibus ſolempnibus, rappisque purpureis &c.* cappæ vero chorales nigri coloris erant, ut ex concione noſtri Stephani Epiſc. Tornac. in feſto S. Genovevæ patet, uti ex viſitatione Vorav. an. 1470. de qua ſuo loco. *Cappæ ſcholarium* ſeu puerorum ſcholas ſæculares frequentantium, & cantum ſubinde cum Canonicis peragentium (de quibus ſuo loco plura) cujus coloris & formæ fuerint? non eſt, quod multum inquiramus, id mihi probabile, quod cappæ hæ, cum ad ornatum Eccleſiaſticum ſpectaverint, veſtis

Colobium. *Subtilis.* *Cappa ſolemnis.* *Pluviale.* *Cappa chorales.* *Cappæ ſcholar.*

fue-

fuerit a profana veſte diſtincta, uti defacto fere pueri ſpeciali veſte utuntur, dum ſacris officiis interſunt) *item palas altaris ſolempnes VI. item cottidianam unam* (confuſa erat apud veteres, præſertim palarum notio, confundi enim ſubinde cum corporali ſolebat, corporale vero hoc olim tam latum erat, quam altare totum, ita, ut eo etiam calix tegeretur, ut v. ord. rom. Innocentius III. clariſſime lib. 2. de offic. miſſ. cap. 56. duplicis palæ meminit, unius, *quam Diaconus ſuper altare totam extendit.* Alterius *quam ſuper calicem plicatam imponit*; nihilominus teſte Cangio ſcriptores veteres, ubi de corporali vel pala corporali loquuntur, ſæpius opertorium calicis intellexere, ubi vero de pala ſine addito fit ſermo, communius inſinuatur pannus lineus altare tegens. Unde Ditricus noſter, quia inferius inſinuat etiam *pannos lineos altarium*, & *corporalia* præter has palas, nomine corporalium intellexiſſe videtur opertoria calicis, quæ modo palas dicimus, per pannos lineos altarium, ſeu, ut nunc Altartücher vel ea, quæ modo corporalia vocamus, & per palas, alium quemdam ornatum Eccleſiaſticum, non neceſſarium, cum earum tam modicum numerum Eccleſia noſtra non adeo tum pauper, utpote calicem aureum, & 10. argenteos poſſidens, non habuiſſe videatur in ornatu Eccleſiæ ſumme neceſſario. Accedit, quod palæ nomine, teſte Matthæo Pariſio apud Cangium, & S. Greg. Turonenſi etiam venerit antipendium, ut adeo Voravium hoc tempore 6. pretioſa, unum ordinarium habuerit antipendium) *Item calices I. aureum & argenteos X.* (cum teſte chron. noſtro Vorav. Collegium hoc tempore ditatum fuerit auri argentique fodinis, nemo mirabitur, majores noſtros id primo ad cultum divinum, templique decorem adhibuiſſe) *Item vaſcula argentea II.* (quæ nimirum pro uſu ſacrificii ad continendum vinum & aquam adhibita fuerint, nunc Opferkändl vocantur) *Item plena. cum gemmis aureum* (plenarium erat liber miſſalis, in quo potiſſimum evangelia & epiſtolæ *pleniter*, uti veteres dicebant, continebantur; idem docet Cangius, & breviarium Salisb. Bibl. noſtræ MS. ita in die cœna habens: *Subdiaconus plenarium ferens, & Diaconus imponat*, ſeu cantare incipiat, *Evangelium absque ſalutatione*, unde, dum plenarium a Ditrico Præpoſ. vocatur aureum cum gemmis, intelligendum erit, de lamina aurea gemmis diſtincta, qua liber ille indutus deforis erat) *Item altariolum ornatum argento I. item thuribulum argenteum, item vexilla ſolempnia VIII. Item vilia II. item tepetia magna III. parva V.* tepetia erant panni, quibus tegebatur pavimentum, ſive ubi ſtatio proceſſionis habebatur, ſive ubi ſacrificium miſſæ peragebatur, conſonat explicationi huic breviarium Salisb. & noſtrum. *Et fiat procnſſio ad locum, ubi ſtatio agenda eſt, inveniaturque ibi crux velata*, nempe Dominica Palmarum, *& tepetia ſtrata, ante ipſam crucem, ſuperque Pontifex cum Miniſtris debet procumbere; item pannum mortuorum bonum I.* (quo nempe funera contegi ſolent) *item pannos lineos altarium XXXI.* de quibus jam ſupra actum eſt) *Item cannas argenteas IV.* (canna ex mente Cangii, vas erat ſtrictius & oblongius, & ad ſacrificium miſſæ adhibebatur, unde urceolos fuiſſe ſuſpicor, quibus vinum & aqua calici infunditur; vel forte teſte Bona intelligi poteſt, per ly canna, *fiſtula, ſeu cannula aurea & argentea, qua Chriſti ſanguis olim a calice hauriri ſolebat*, quæ in aliquibus

Pana & corporalia.

Panni lintei altarium.

Calix.

Vaſcula.

Plenarium.

Altariolum thuribulum vexilla.

Tepetia.

Pannus mortuor.

Cannæ argent.

locis etiam ab ipſo Sacerdote in miſſa adhiberi ſolebat, ut habet ordo rom. in aliis vero ſolum a Laicis ſanguinem Chriſti more veteri ſumpturis) *Item pannos ſericeos, in quibus patena tenetur III.* (patena vaſculum ſeu parvus diſcus eſt, in quo hoſtia reponi ſolet, de quibus pl. inf. panni earum ſericei nobis *vela* dicuntur) *Item manuteria ad plenaria IIII.* (erant hæ, lintei, quibus plenaria, ſeu libri miſſales contingi ſolebant, tanta enim erat SS. Codicum veterum reverentia, ut eos non nudis manibus, ſed interpoſito, ſudario, ſeu linteo contingere liceret) *Item pelves II. item ferramenta ad piſturam hoſtiarum IIII. item Euchariſtialia VI.* (Euchariſtiale, ut ethymologia vocis refert, erat vas vel receptaculum imponendæ vel reſervandæ Euchariſtiæ proprium, cum vero Ditricus noſter non determinet, cujus generis fuerit, cenſeo fuiſſe vaſa talia, quibus Euchariſtia ſervatur, uti nunc *ciboria*, item vaſa, quibus ea in proceſſionibus portabatur, & populo monſtrabatur, uti nunc *Monſtrantiæ*; ſic in Breviario Vorav. ætate paulum Ditrico noſtro inferiore, refertur de proceſſione in feſto SS. Corporis Chriſti inſtituta: *notandum igitur, quod feria 4ta ante feſtum Corporis Chriſti in publica miſſa conficiatur hoſtia Laicorum, quæ haberi poteſt, quæ pixidi criſtallinæ eſt imponenda, & per octavam in feneſtra Corporis Chriſti reverenter ſervanda, quæ pixis ſingulis diebus ad publicam miſſam, & ad veſperas a cuſtode vel alio Sacerdote ad altare imponatur.* En Euchariſtiale unius generis, ſequitur ex eodem codice alterum: *Dom. Præpoſitus reverenter Monſtrantiam cum Corpore Chriſti recipiat, & cum Miniſtris ſolito more incedat*) *Item pixides magnas V. item candelabra II. item vaſculum fuſorium cum imagine Leonis I.* (locus hic eſt perobſcurus, cenſeo tamen, Ditricum noſtrum intellexiſſe vas illud Eccleſiaſticum; cujus meminit Bona de rebus liturgiæ lib. 1. cap. 25. n. 5. his verbis: *vaſculum concavum ſubtiliſſimis foraminibus in imo fundo perforatum, per quod vinum & aquam ex ampullis ſeu urceolis in calicem refundebatur, ne quid impuri in ipſum effluereret*: hoc in miſſa ſolemni forte adhibitum, & imago leonis, potuit manubrio eſſe inſculpta) *item tburibula communia II. & fractum I. item lapidem altaris, item corporalia in numero XV.* (de quibus ſupra dictum) *item campanulam fractam I. item lineas ferreas III. item flabella II. de penis pavanum:* flabellorum horum uſus in ſacrificio miſſæ & proceſſionibus maxime in Eccleſia græca invaluit, de quibus plura Cangius in verbo *ripidia*, adhibebantur maxime tempore æſtivo, ad abigendas in ſacrificio muſcas, aut alia immunda animalia: eorundem uſum in Eccleſia etiam latina viguiſſe ad eundem finem, docet Martenne de ritib. antiq. monach. f. 183. tradit præterea Card. Bona, adhuc hodie Romæ, dum Papa ſolemniter celebraturus procedit, duo flabella ex pennis pavorum compacta, hinc inde portare, quamvis nullum eorum intra miſſam adhibeatur) *Item ceræ talenta LX.* (talentorum quoad valorem & pondus, diverſiſſima pro variis ævis & gentibus determinatio fuit, hoc in loco Ditricus voluerit inſinuare pondus ceræ & thymiamatis relicti, & cum teſtibus Budeo & Cangio, talentum pro una libra ſeu tt. pondo ſumptum fuerit, ſupellex iſta ſat abundans fuiſſe videtur) *Item candelas altarium XXX. item lumina nocturnalia uſque ad Pentecoſtes ſufficientia, item de Thimiama talenta VIII. item candelabrum ferreum cum catenula. Item pulvinare ſericeum, &*

Patena earum panni ſericei vel.

Manuteria ad plenaria.

Euchariſtiale.

Ciboria.

Monſtrantiæ.

Vas fuſarium.

Flabella de penis pavorum.

Talenta ceræ & thymiamatis.

com-

communia II. Item cendatos II. & adhuc unum fere integrum (cendatum vel cendatus Cangio eſt pannus ſericeus, quem Itali zendado, Galli & Hiſpani cendal, nos germani Sendel dicimus, unde cum ex variis pannis Eccleſiaſtica indumenta fierent, cenſeo Ditricum per hæc verba intellexiſſe, 2. ganze Stück von ſolchem Seidenzeug, & adhuc unum ſere integrum) *Item pretextum I.* *Cendatus.*

Pars altera relicti theſauri Eccleſiaſtici Vorav. a Ditrico Cuſtode deinde Præpoſito noſtro, erant libri varii, quos etiam hic ſubjungo: *Hos relinquo libros* (ait Ditricus noſter in catalogo ſuo) *primo Papiam, ſive - - verborum - Item bibliam integram* (hæc adhuc exſtat, cujus pars prima priores, altera poſteriores libros biblicos complectitur, ſignata eſt hæc biblia duplex in MS. bibl. noſtra n. I. & II. in priori codice legitur: *Hic liber ſcriptus eſt per Ven. Dom. Ch.* ſeu Conradum, cui hanc reſignationem theſauri fecit Ditricus Cuſtos & Can. Vor.) *quondam Præpoſitum, & traditus Eccleſiæ Voravienſi:* intellige tamen, non manibus Conradi, ſed juſſu & ſumptibus fuiſſe conſcriptum; nam eodem modo, eadem manu deſcripti referuntur in Bibl. noſtra MS. Codices n. LXI. XXIV. LXXXI. LXXIV. & CIX. & in Cod. LXI. licet dicatur a Ven. Præp. Chun. datus & conſcriptus, additur tamen ipſum per Engelinum ſcolarem Friſacenſem ſcriptum fuiſſe, in aliis vero Codicibus clare dicitur, eos a Chunr. Præpoſ. datos, atque ejus ſumptibus fuiſſe deſcriptos) *Item librum ſententiarum* (ſi hic Ditricus intellexit ſententias a Petro Lombardo conſcriptas, liber hic in noſtra Bibl. non amplius extat; licet enim adſint in Codicibus n. XXXIX. & XL. ſignatis, cum tamen papyracei ſint, recentes nimium ſunt, & ætate Ditrici nondum ſcripti; quod ſi vero commentarium intellexit Ditricus in libros ſententiarum, is Hugonis erat victorini, qui ſub n. CIX. adhuc ſervatur) *Item librum etymologiarum* (qui n. XCV. ſignatus, ethymologias in Bibliis recurrentes exponit, & pervetuſtus eſt) *Item ſcholaſticam perfectam & imperfectam* (quo nomine venit hiſtoria ſcholaſtica bibliorum Petri Comeſtoris, imperfecta, ſeu non integra ad finem librorum regum pertingens habetur in Codice n. LV. ſignato, perfecta & integra exſtat quidem etiam, ſed quia in Codice papyraceo, hinc Ditrico noſtro multum recentior eſt) *Item Paulum Gloſatum. Item Heymonem ſuper Apoſtolum*: non amplius exſtat in Bibliotheca noſtra MS. hoc opus, quod aliqui S. Remigio Remenſi, alii Antiſſiodorenſi adſcribunt: de Heymone, in Bibl. noſtra ſolum extat commentarius in epiſtolas & evangelia per annum n. XCVII.) *Item nova legenda* (legenda hæc, ſeu acta SS. n. CCIX. ſignata videtur; hæc enim ſola fert ætatem Ditrici, ſub Wernhardo Præp. Cunradi, cui Ditricus officium reſignavit, immediato anteceſſore conſcripta eſt, vel certe alia ſub Chunrado, qui teſte Chroniſta multos libros conſcribi fecit, exarata eſt, atque ideo nova dicta, quæ tamen non amplius comparet) *Item paſſionale* (ſubintellige *ſanctorum*, reperitur quidem defacto in Bibl. MS. noſtra n. CXLVII. Codex paſſionale SS. dictus, ſed caracterem Ditrici ætate uſurpatum non referens; Codex n. CCX. ſignatus, paſſionale ſanctorum, quod ibi *Jacobi* dicitur, ſatis quidem antiquus eſt, recentior tamen Ditrico, quia a manu ſæculi 15. notatus, atque teſtamento *D. Johannis de Hart-* *Liber ſentent.* *Liber ethymologiarum.* *Paulus Gloſatus. Heymo ſuper Apoſtolum.* *Nova legenda.* *Paſſionale SS.*

perg collegio noſtro donatus) *Item gloſas ſuper Johannem, Marcum, &*
Gloſatus Iſaiæ. *Matthæum. Item gloſatum Iſaiam* (hic liber n. LIV. notatus eſt, & ab ipſo
Gloſatum pſalt. Wernhardo Præp. Chunradi anteceſſore datus) *Item gloſatum pſalterium*
(quod extare videtur, vel in codice nobis a fundatore ipſo, aut ejus
filio donato, vel in cod. n. XCIII. ſignato, & dicto ſumma ſuper pſal-
Gloſæ ſuper Apocalypſim. terium) *Item gloſas ſuper apokalypſim.* (vel hic codex non amplius ex-
ſtat, vel ejus nomine Ditricus intellexit partem apocalypſis n. XX.
2 Gloſæ ſuper Cantica. ſignatam) *Item duplices gloſas ſuper Cantica* (extat n. XCVI. expoſitio
Canticorum, in quo tamen non 2. ſed tres gloſſæ reperiuntur una ſine
authoris nomine, altera S. Gregorii, tertia Honorii: fors Ditricus jam
ſenex, memoria lapſus, trium gloſſarum loco duas notavit, vel ex his
binis gloſſis una eſt n. XCIV. Ditrico nil poſterior) *Item duplex ſpe-*
Duplex ſpeculum Eccleſiæ. *culum Eccleſiæ* (opus hoc Honorii habetur in codicibus n. CCLXXVIII.
& n. CCLXXX. notatum, bis cum exſtet, duplex a Ditrico dicitur;
forte vero Ditricus intellexit Cod. n. CCLXXXIV. dictum: *Tractatus*
S. Auguſtini de diſciplina Chriſtiana) Item librum quæſtionum veteris teſta-
menti. Item librum interpretationum nominum Hebraicor. Item Tullium diffe-
rentiarum. Item Barlaam. Item paſſiones S. Quirini & Tymonis. Item expo-
ſitiones parabolarum Salomonis. Item Tullium de ornatu verborum. Item Tul-
lium de ornatu ſententiarum. Item Solynum de ſitu orbis (hæc omnia ex-
ſtant defacto in codice prægrandi ſignato n. XII. quamvis aliqua opu-
Lib. curæ paſtoralis. ſcula hujus cod. relata a Ditrico non fuerint) *Item volumina paſtoralis*
Plenarium Evangeliorum. *curæ.* (auth. S. Greg. in cod. LXXIX. Ditrico antiquiore) *Item plena-*
rium Evangeliorum (vel ſub num. XXVII. vel XLVIII. exſtans adhuc)
Item antiquum decretum (Gratiani nempe ſub CCXXXVI. *Item antiquas*
decretales (ſeu epiſtolæ decretales a Greg. P. IX. collectæ habentur
hæ ſub n. IX. LXVII. & LXXIV. medius harum eſt antiquiſſimus) *Item*
Yſidor. de ſummo bono. *Yſidorum de ſummo bono, item Lotharium de miſeria humanæ conditionis* (ex-
Lothar. de miſer. hum condit. ſtat n. XX. Lotharius libri author. dein Innocentius P. III. fuit) *item*
S. Auguſt. & S. Bernardi. *librum confeſſionum S. Auguſtini, item Auguſtinum in enchiridion* (exſtat n.
Medicin. lib. parv. & mag. LXXXIII) *item volumina ſermonum Bernardi III.* (duo adſunt n. XXI.
Vitas PP. dyal. & LXXXII.) *item librum medicinalem magnum I. & parvum I.* (opus po-
ſterius n. CXLIII. ſignatum videtur, primus non amplius exſtat) *item*
vitas Patrum (videri poſſunt eæ, quæ habentur in codice valde la-
cero n. CCI. ſed caracter recentior videtur) *item dyalogum* (hujus
nomine fors venit elucidarium S. Anſelmi per modum catalogi factum
ſub n. CCCVI. in quo tamen codice non omnia ſunt antiquitatis ejus-
dem, pars prior Ditrico non inferior videtur; præterea, licet MS.
cod. dicat S. Anſelmum eſſe authorem hujus elucidarii, dubitant tamen
Lib. Bern. de conſider. aliii) *item librum Bernardi de conſideratione ad Eugenium Papam* (habetur
quidem n. CXI. at valde dubium, an codex hic Ditrici ætate exſtiterit)
Odo. *item Odonem* (forte hujus ſermones de tempore ſub n. CCCIX.
Omeliæ ſolem. commun. nec hoc quidem certum) *item Omelias ſolempnes III. item communes II.*
(probabilius hic intelligendi ſunt 3. codices homiliarum ſolemnium,
& duæ communium, ſeu quæ ſolemni feſto die, & per anni circu-
lum ſunt decantandæ, ſub n. CCCXIV. exſtat codex ſermonum & ho-
miliarum ſolemnium, item n. CCLXXVII. communes homiliæ anti-
quiores habentur n. CXLIX. CCLXXXIV. CCXCVII. CCCIV. CCCVI.
CCCXXV.

CCCXXV. & CCCXXX.) *item libros miſſales VIII.* (ex his tamen nullus Dietrico coævus, niſi qui cum notis muſicalibus habentur n. XXVII. XC. XCII. C. & CXXVII.) *item lectionaria V.* (codices lectiones SS. continentes habentur n. CXVIII. & CXIX. item n. XXXIV. & CCXC.) *item antiphonaria III.* (codex ſolas antiphonas continens, nullus exſtat, & codex ſub n. CC. cum tit. incipit ordo antiphonarum totius anni Dietrico recentior eſt, utpote juſſu Rudolphi Decani circa medium ſæc. 15. conſcribi juſſus) *item Pſalteria VIII.* (plura exſtant in Bibl. noſtra MS. ad Ditrici ætatem tamen referri ea ſolum poſſunt, quæ ſub n. CCLXXV. & LXXXVII. continentur) *item gradualia IIII.* (hæc variis codicibus immixta ſunt n. XXXVII. & CCXXXVIII. attamen a Ditrico intellecti fuerint 3 codices, qui ſolum gradualia complectuntur) *item ymnalem partem matutinalem, item ymnarium* (hymni exſtant n. CCLXXV. item n. XXXIV. & CCXC. ac n. LXXXVII.) *item ſequentionarium* (ſequentia habentur in iis codicibus, in quibus gradualia exſtare monui) *item Joannem Beleth, & gemmam animæ in volumine uno* (hi duo libri habentur in ipſiſſimo codice, cujus folio primo Ditricus hunc ſuum catalogum inſcripſit, in cujus fine legitur: *hunc librum S. Mariæ, S. Thomæ Ditricus cuſtos ſcribi fecit*, proin de eo non eſt hærendum) *item officialia III.* (codex n. CCXXI. ſignatus exſtat, cujus thecæ antiqua manus inſcripſit *officiale*, & continet partem officii eccleſiaſtici: officiator, ut habet Balland. in quodam onomaſt. indiculo erat *primaria in obeundo Eccleſiaſtico officio perſona*, ſeu qui officium divinum in choro dirigere debebat, & hodie adhuc officiator dicitur) *item expoſitionem regulæ* (exſtant quidem plures, omnes tamen ætate Ditrici inferiores) *item librum privilegiorum* (dolendum omnino, hunc librum deeſſe, qui initio ſæc. 16. a Chronographo domeſtico ſæpe refertur) *item librum orationum* (exſtabit ſub n. CXIV. ſub tit. in theca adſcripto, liber orationum) *item benedictionalia duo, parvum & majus, item martyrologium SS.* (erit hoc codex n. CCLXXI. & martyrologium uſuardi, nam alterum ſub n. CLII. valde recens eſt) *item librum ad Demetriadem* (S. Hieronymus non librum, ſed epiſtolam ad Demetriadem ſcripſit, codex tamen vetuſtus n. CXVI. varia SS. PP. congeſta continens, cum ordiatur a fragmento ex epiſtola ad Demetriadem deſumpto, hocce libro indigitatus videtur) *item gloſulas ſuper Matthæum* (habentur codice n. CIII.) *item ſuper epiſtolas canonicas* (habentur n. CV.) *item vetus teſtamentum*) v. cod. n. CXXIV.) *item librum Anſelmi parvum* (non amplius exſtabit, nam reliquorum operum S. Anſelmi codices majores ſunt) *item breviarium unum* (quid veteres nomine breviarus intellexerint, docet Cangius hoc verbo, ubi breviarium an. 1100. ſcriptum hunc titulum habet: *Incipit breviarium ſive ordo officiorum per totam anni decurſionem*, exſtat ſimile breviarium antiquiſſimum apud nos n. XCI. & quidem Salisburg. Chori, cui in theca titulus *rubrica* interius, *breviarium per circulum anni*, quod a Bernardo Præp. poſtulato an. 1267. antea Can. Reg. Salisburg. allatum Salisburgo videtur: ex hoc tranſcriptum aliud ſub. n. CC. priori ſimile, intermiſſis ſolum iis, quæ ad locum Vorav. non quadrant) *item officiale parvum* (de quibus ſupra) *item greciſmum cum opere, item libros Hugonis duos præter alios*

Libri miſſ. *Lectionaria.* *Antiphonaria.* *Pſalteria.* *Hymnarium.* *Sequentionarium* *Beleth Joan.* *gemma animæ.* *Officialia.* *Expoſ. regulæ.* *Lib. privileg.* *Lib. orationum.* *Martyrologium.* *Lib. ad Demetriadem.* *Gloſulæ ſuper Matthæum.* *& ſup. epiſt. Can. vet. teſtam.* *Breviarium.*

libros ſcolares, item Auroram, item actus Apoſtolorum & Apocalypſim in volumine uno, item ſequentiorarium muſicale, item Cronicas IIII. (Chronica nunc 6 exſtant, Chronicon nempe domeſticum & alia ſub n. XI. CXI. CLI. CXCIX. & CCLXXVII. tria tempore Ditrici exſtiterint, & Chronicon quidem domeſticum ante initium ſæc. 16. vix confectum Ditricus non viderit, Chron. CXI. ex Chron. Salzb. & Admont. apud Pezium confectum characterem recentiorem habet. Chron. n. CXCIX. idem eſt cum Raicherſpergenſi ad ſæc. 11. uſque, dein vero diſcrepat, licet quædam eadem phraſi ederat, cum vero de rebus Seccov. plura referat, Can. Seccov. authorem habuiſſe videtur; characterem cum recentiorem habeat, poſt Ditricum Bibliothecæ noſtræ obtigerit: hoc Puſchius Voravienſe vocat, cum potius Seccovienſe ſit appellandum. Chronicon n. XI. germanicum, Ditrico coævum, & a Bernardo Præp. Chunradi prædeceſſore comparatum videtur, refert hoc res ſine nota anni, & in prioribus ſæc. 12. annis deſinit. Chron. n. CLI. Salisburgenſe eſt, ſimile Peziano, & repertum in Bibl. Auguſta Vindobon. cum addito: *ſcriptum eſt in Monaſterio Vorav.* incipit ab orbe condito, deſinit cum anno Chriſti 1277. quæ a condito mundo referuntur ad nativ. Dom. conveniunt cum Chronico Honorii, quæ a nativ. Dom. ad initium ſæc. 13. narrantur, eadem etiam quoad verba ſunt cum Chron. Salisb. Peziano, & Cæſareo, variantur aliqua, ſed librarii vitio, res tamen Petrenſes in Chron. Pezii relatas omittit: a ſæc. 13. initio variat multum Chron. noſtrum a Peziano, convenit vero cum Salisburgenſi a Caniſio tom. 3. p. 2. nov. edit. Amſtelod. an. 1725. a pag. 478. edito. Ab an. 1266. Chronicon hoc noſtrum caracteres fere ſingulis annis diverſos habet, vetuſtos tamen, uſque ad finem ſeu an. 1277. unde judicandum Chronicon hoc Salisburgo per Bern. Præp. ſæc. 13. medio fuiſſe delatum, & a Ditrico noſtro citatum. Chron. n. CCLXXVII. eſt Chronicon Salisb. Honorii, quod etiam Ditricus citaverit) *item herbarium, & librum rerum, item gloſas ſuper epiſtolas Canonicas, item commentarium ſuper Prudentii opuſcula, item epiſtolæ Pauli & Canonicæ, & parbolæ Salomonis in volumine uno* (hoc volumen exſtat n. CXXV. codex eſt valde antiquus, & a Gebbino Præp. Vorav. emptus, antequam Præpoſituram adiiſſet) *item Omelie per circulum anni & ſermones de SS. in volumine uno* (exſtant in grandi vetuſto codice n. XIII.) *item Omelie Gregorii XL. in uno volumine, item moralia Gregorii volumina IIII.* (hæc exſtant in 3. codicibus n. XXII. XXIII. & LXXX. Ditricus jam ſenex, memoria lapſus 4. pro 3. volumina citaſſe videtur)

Cronic. 4.

E Chronicon.

Hæc pro eruditione ſacra & antiquitate, longius omnino, ut ipſe fatear, adduxi, parcet tamen lector benevolus, conſiderans, plurium me placito benefacere voluiſſe: inter teſtes Dipl. huj.

Conradus Cam. 4. *Dom. Conradus Camerarius* Vorav. & ſimul *Canon.* ibid. Camerarius, burſam Collegii olim curabat, uti alibi pluribus.

5. *Magiſter Siboto, Canonicus* Vorav. fuiſſe videtur.

Sequentes ſæculares erant, uti adjecta munia declarant.

Ad

Ad an. 1281. ad Diploma 182.

An. 1281. ad Dipl. 182.

Lis hæc diuturna Admontenſium, *de foro S. Petri in Augia*, videtur fuiſſe, de loco quodam Auſtriæ, tum quod *Wicbardus* ille *Polhei* *Polheim de Wicmius* ac filii *Dieterici de Dobra*, Magnates Auſtriaci fuerint, cum quod *cardus.* in Styria *forum S. Petri in Augia* non exiſtat, ſed ſolum *fanum S. Petri* *Dobra de Diet.* in Styria ſuper. penes caſtrum Mell, uti ad an. 1268. dixi. *S. Petri in Augia forum.*

Plura vero ſunt loca Auſtriæ, dicta *Au*, *Augia*, & *S. Petri*, & quidem in circulo Huſrugenſi exiſtit locus, *Au ad Trunam* fluvium, uti & vicus *S. Petri*, in circulo Trunenſi *Au caſtrum* ad eund. fluv. Trunam Monaſterii Lambacenſis, præter alium ejusdem nominis locum. In circulo Machlandico *oppidum Au* ad fl. Anaſum, atque in circulo dicto Mühlviertl *oppidum etiam S. Petri.* In Auſtriæ inſer. circulo infra ſylvam Vien. dicto denuo *oppidum Au*, & bina loca S. Petri, & in circ. ſupra ſylvam Vien. *Au*, cum *oppido S. Petri* videtur, ſupra Monaſt. Seittenſteten, plura alia minora loca ejus nominis non memoro. In Styria quoque noſtra loca plura ſunt, *Au* & *S. Petri* non tamen memini ullum horum oppidum eſſe vel caſtrum, præter illud fanum S. Petri, de quo ad an. 1268. dicebam.

Ex his itaque conjicio, forum hoc S. Petri in Augia in Auſtria quærendum eſſe, præſertim cum lis de eo Admontenſibus fuerit, cum Dynaſtis Auſtriæ, nempe Wicardo de Polheim & DD. de Dobra *Wicardus hic* 3. *de Polheim* fuit, cujus in annot. Dipl. 54. to. 1. non memini, cum Polheimios noſtros de Styria in linea recta non attigerit, ad Auſtriacos itaque referendus erit, pluraque de eo referunt Wurmbr. & Prevenhueberus. Dominos de *Dobra* Auſtriacos etiam attigi tomo hoc 2. annot. Dipl. 83. cum tamen lis hæc ambos familias de Polheim, & de Dobra ſpectaverit, hæ nuptiis invicem conjunctæ videntur, & forte mater horum deſcendentium de Dobra, una ex Polheimiis fuit, cujus maritus Dietricus Pincerna de Dobra hoc an. non amplius in vivis exſtiterit. Actum in *caſtro Styrenſi* ſeu Steur. hoc an.

Ad An. 1282. ad Diploma 183.

An. 1282. ad Dipl. 183.

Teſtimonium hæc charta continet teſtamenti ab *Henrico de Ernvels* *Ernvels de Henfacti*, Henricus enim hic Ernvelſius, cujus genealogiam v ad *rirus.* Dipl. 56. in agone conſtitutus, denominandos mox Styriæ Dynaſtas, tanquam amicos ſuppliciter exoravit, ut poſt mortem ſuam unius talenti denariorum redditus Eccleſiæ Göſſenſi ſui loco donarent, in parentum, & animæ ſuæ remedium, igitur, ubi obiit *Henricus de Ebrnvels*, illico *Wulfingus & Ortolfus fratres de Trevvenſtein*, ſeu Traunſtein, *Trevvenſtein* *Wernherus de Slyerbach*, & *Ulricus de Wildonia* (quorum genealogias ex *de Slyerbach de* parte to. 1. pertractavi, ultimam Henrici Ehrnvelſii voluntatem exe- *Wildonia de* quentes, redditus hos Eccleſiæ Göſſenſi in variis Styriæ locis aſſignarunt: loca hæc in *Marchia* ſita dicuntur; dixi tomo primo Marchiæ *Marchiæ ſine* nomine, eo præſertim tempore, quo Styria ſuperior nondum a *addito nomen.* Carinthia avulſa erat, veniſſe Styriam inferiorem, imo etiam tardius, hoc vero tempore, Styria ſuperior jam avulſa a Carinthia pars Patriæ noſtræ erat, & quidem ex hoc Dipl. *Marchiæ* nomen, pro Styria uni-

versa, usurpatum videtur, cum inter Marchiæ loca etiam *Strechau* & *Donnerspach* in super. Styr. sita numerentur.

Magerstorf. Primo itaque in *Magerstorf* Ecclesiæ Gös *duæ Huebæ* assignatæ sunt: locus *Magoerstorf* in confiniis Styriæ & Hungariæ, ac in angulo fluminis Laffniz infra Fürstenfeldam situm obtinet; 5. *dein areæ in Lübechendorf*, locum chartæ topographicæ Styriæ non referunt, fors *Libech*, qui locus penes fl. Kainach situs erat, *circa gernas in Pierpaum* (locus Pirbaum infra Ilzium ad Ogrein visitur) 2. *Huebæ circa Strechau* (arcem hodie Monast. Admont.) & *Donnersbach* (castrum Comitum de Saurau) in valle Anasina, eidem Ecclesiæ Göttensi delegantur, & quidem ita, ut una marca *pro fratris sui Authoni & Hermanni jam dicti de Schodran* (v. to. 2. ad Dipl. 56.) remedio deputaretur.

Lübechendarf. *Pierpaum.* *Strechau.* *Donnerspach.* *Schodran de Ant. & Herm.*

In rei evidentiam appressum est sigillum *Dom. Herburgis, tunc ven. Abbatissæ* Gössensis, per ly *tunc*, censeo indigitari, Herburgem Abbatissam tunc vixisse, cum ea donatio & delegatio fieret, non vero, cum Diploma hoc desuper conficeretur; nam, ut an. 1282. ostendi, obiit Herburgis 3. non. Jul. Diploma vero hoc datum est Kal. Octobr. testes erant: 1. *D. Wulfingus & Ortolfus fratres de Trevvenstein*, v. to. 1. Dipl. 76.

Slyerbach de

2. *D. Wernherus de Slyerbach*, qui to. 1. annot. Dipl. 4. omissus est.

3. *D. Ulricus de Wildonia*, v. to. 1. annot. Dipl. 53.

4. *D. Henricus de Stubenberch*, v. to. 1. annot. Dipl. 4.

Wilbach de Alberth castrum.

5. *D. Albertus de Wilpach*, castrum est ejus nominis inter Muhram & Dravum, hodie Comitum de Wildenstein, quo ex loco Dynastæ ejus nominis prodiisse videntur, quorum tamen hic unicus hactenus mihi visus.

Wildenstein de familia.

Opportuna se offert occasio, de illustrissima familia de Wildenstein quæpiam differendi tum ex Bucelino, Hübnero &c. tum ex actis præcipue familiæ ejusdem, mihi ab illustrissimo DD. Ernesto Henrico S. R. I. Comite de & in Wildenstein communicatis.

Ex hisce actis de origine spectatissimæ hujus familiæ sequentia edoceor:

Origo.

1. Originem ejus primævam, nomenque familiæ avitum durioris esse indaginis, cum tot prope castra appareant, quot fere familiæ ejusdem nominis inveniuntur: castra vero talia exstant, *in utraque Austria, Suevia, territorio urbis Basileensis, in Suntgovia, Artgovia, in territorio Bambergensi, Bavaria, Passavienst Episcopatu, Onoltsbaci*, tandemque in *valle Jaunensi*, Ducatus Carinthiæ, quod teste Megisero an. 1348. die 25. Jan. terræmotu fere periit.

Castra varia. *Item &*

Familiæ variæ ejusd. nomis.

2. Varias quoque familias, ejusdem cognominis, vel denominationis, nempe *in Bavaria, Silesia, Franconia*, & in *Styria nostra*, quarum quævis aliud prope insigne gerit, ut videre est apud Siebmacher; præterea in *Nortgavia, Voitlandia, Palatinatu, Suevia*, & *Helvetia*, similes familias, hinc inde quaque inveniri, quin earum origo determinari liquido possit.

Plures in ludis equestr.

3. Adfuisse plures ludis equestribus, quia tamen provinciarum nomina, e quibus ad ea certamina descenderunt, adjecta non sunt, denuo statui nil potest, ad quam progeniem heroes hi sint referendi.

Hisce præmissis illustriss. DD. Ernestus Henr. S. R. I. Comes de

& in Wildenſtein in documentis benevole communicatis, familiam ſuam, ex Carinthia in Styriam commigraſſe oſtendit ex litteris teſtimonialibus fundationis cœnobii victorienſis in Carinthia, quæ *in caſtro Wildenſtein*, ejusdem Carinthiæ fuerunt, in quibus an. 1154. inſertus habetur, *Werinhtus de Wildenſtein*, & tanquam teſtis rei geſtæ citatur: litteras has dabo in annot. Dipl. 206. in quo genealogiam hanc totam deducam. Accedit, quod inſigne gentilitium hujus familiæ, inter alia in domo provinciali Carinthiæ conſpiciatur; corruere hinc utcunque videtur ſententia Bucelini, Hübneri, aliorumque, qui hanc familiam, e Bavaria tum in Carinthiam, tum in Styriam, cum Warmundo, primum ſæculo 14. deveniſſe docent; certe teſtatur Hundius in ſtematogr. Bavariæ part. 2. f. 364. *Dominos de Wildenſtein antiqui generis in Carinthia fuiſſe, inſigneque longe aliud geſſiſſe*, quam Bavaros.

Familia ex Carinthia in Styr. migravit.

Caſtrum ejusd. nom. in Carinth.

4. Statuta ſic in Carinthia origine gentis hujus illuſtriſſimæ, quidam hujus ſurculi in territorium Venetum ſe extenderunt, ibique ſe *Malipieros* dixere, qua de familia in 4. ſtirpes jam diviſa, duo Venetis Duces, an. 1178. & 1457. obtigere, floretque adhuc hodie domus hæc inclyta in Malipieris dictis. *Malipieros* hos, eosdem cum Wildenſteiniis eſſe probant ſequentia: 1. ait Joan. Chriſtoph. Wagenſeil Profeſſ. Altorff. cum pluribus aliis, in ſuo Leone Adriatico fol. 92 Malipieros ex germania, in territorium Venetum deductos, an. 908. nobilitati Venetæ aſſertos fuiſſe? 2. Situs Carinthiæ vicinus dominio Veneto conjecturam magnam tribuit, Wildenſteinios e Carinthia, facillimo modo in Venetiarum provincias migrare potuiſſe. 3. Nomen ipſum *Malipiero* id ſuadere videtur, cum vox hæc idem ac *mala Petra*, italico idiomate, *pietra*, veteri Venetis uſitato loquendi more in *Malipiero* converſa, idem quoque, ac nobis germanis Wildenſtein ſonet. 4. Hi Domini *Malipieri* idem cum Wildenſteiniis inſigne gerunt, *alam* nempe *nigram, cum nigra ungula deorſum quidem extenſa, & ala ſurſum erecta, in campo alvo*, (v. Wagenſeil cit. & ſpeculum honor. Auſtr. Fugger f. 365.) quem campum album Wildenſteinii retinuerunt uſque ad an. 1470. quo a Frider. Imper. in rubrum eſt transmutatus.

E Carinthia in Venetias quidam abeunt ibi dicti Malipieri.

Iidem ſunt cum Wildenſteiniis.

Inſigne eorum ſimile.

5. Ex hiſce Malipieris quidam dein in inſulas Corcyram & Candiam devenere, reliqui vero in Germania perſiſtentes, *ex caſtro Wildenſtein* diruto, in aliud eorundem *caſtrum Sumegk* abeuntes, ſe ex illo *de Sumeck* ſcripſere. Horum quidam Joannes Friderico Imp. ſupplicavit, ut vetus ſibi ſuæque familiæ nomen *Wildenſtein* reſtituere dignaretur, quod gratiæ etiam obtinuit an. 1470. cum emendatione ſui inſignis, ut fuſius ad eum annum tomo 3. dicetur.

Wildenſteinii ſe ſe ſcribunt de Souneck.

6. Ab hoc tempore ſeu anno 1470. gens hæc illuſtriſſima nomen Wildenſteiniorum continuo retinuit, diviſaque eſt in duas lineas principales, quarum una ſenior ad caſtrum fidei-commiſſorium *Kalſtorf*, altera junior *ad Wildbach* caſtrum quoque fidei-commiſſorium, ſe ſcripſit. Series quædam MS. familiarum Styriæ, in archivo provinc. Græcii exiſtens meminit *Sunnögkiorum ad Wildbach*, ex quo proin documento conficitur, familiam hanc ultra 300. annos caſtrum Wildbach in Styria poſſediſſe.

Wildenſtein ad Kalſtorff & ad Wildbach.

7. Wildenſteinii ſubſequo tempore, aliis etiam provinciis ſunt in-

Incolatus gentis in aliis provinc. ſerti, *in Styria & Carinthia* primos horum patres vetuſtas temporis obliteravit, *in Bohemia, Sileſia, & Moravia* primus Illuſtriſſ. ac Excell. S. R. I. Comes *Joan. Chriſtophorus* Cæſ. intimus actualis Conſiliarius, Camerarius ac locumtenens provinc. inter. Auſtriæ an. 1716. die 20. Octob. *in Carniolia Nicolaus* an. 1515. *in Comitatu Goritiæ, Joannes Chriſtophorus* ſupra nominatus 12. Febr. an. 1714. & an. 1715. *Joannes Joſephus* intimus actual. Cæſar. Conſiliarius, Camerarius, & binis vicibus Prætor ſeu Capitaneus Comitatus dicti, ab anno 1716 ad 1721 mox ab an. 1729. ad 1731. gentis ſuæ famam propugnarunt, cujus ultimi filius *Joannes Maximilianus* an. 1763. Capitaneum Styriæ, dein an. 1765. Præſidem Gubernii omnium inter. Auſtriæ provinciarum quoque egit, ut adeo familia hæc illuſtriſſima, prima honorum ſubſellia in patria noſtra, ac dependentibus ab ea provinciis obtinuerit: præter externas, quas non memoro profanas ac Eccleſiaſticas dignitates, qualiter & in hujus familiæ Comitum Diplomate, eam jam ultra 5. tunc temporis retro ſæcula, tum Romano Imperio, tum Domui Habſpurgo-Auſtriacæ conſpicua præſtitiſſe ſervitia, inſertum cernitur.

Fiunt Barones & S. R. I. Com. Hæred. Camer. Styriæ. 8. Wildenſteinii an. 1649. die 13. Martii a Ferd. III. Imp. inter Barones, ac a Cæſ. Leopoldo I. an. 1678. die 18. Jan. inter S. R. I. Comites, cum præpoſitionis verborum *de & in* prærogativa ſunt annumerati, tandemque an. 1717. die 1. Sept. exſtincta Principum Eggenbergicorum domo, a Carolo VI. officium ſupremi hæreditarii Camerarii Styriæ ſunt adepti.

Fidei-comiſſa familiæ III. 9. Fidei-comiſſis binis hujus familiæ tertium acceſſit: nam cum an. 1677. die 15. Octobr. duo fidei-commiſſa, *Wildbach & Kablſtorf* a *Joanne Franciſco Barone de Wildenſtein* conſtituerentur, his an. 1704. die 29. Febr. illuſtr. DD. *Maria Chriſtina Juliana Com. de Wildenſtein* nata, *Bar. Zolner de Mæſſenberg*, tertium erexit *in dominio Tiffer.*

Conſang. & affinitat. eorundem. 10. Innumeras connexiones ſanguinis ac matrimoniorum cum variis principibus & vetuſtiſſimis familiis adducere pagellæ non admittunt, ſufficiet notaſſe interim, Celſiſſ. Archiep. & Principis Salisburg. *Sigiſm. III. e Comitibus de Schrattenbach* matrem, Celſiſſ. Principis Epiſc. Aichſtadienſis *Raimundi Antonii e Com. de Straſſoldo* aviam, uti & *Emanuelis de Liechtenſtein Principis*, conjugis lectiſſimæ, natæ *Com. de Dietrichſtein* (per quam & unice domus hæc Principum uſque in hodiedum ulterius propagabatur) aviam quoque ex illuſtr. hac familia de Wildenſtein fuiſſe. Accedit in familia hac latere adhuc reliquias ſtemmatis aviti Marchionum noſtrorum Styriæ, cum Joannis Franc. Com. de Wildenſtein Pater, Georgius Sigiſm. *e Sara de Teiffenbach in Mayrhofen* genitus fuerit, cujus mater de Seiſſenegg, avia vero *Anna Dom. de Loſenſtein* exſtiterit, quam familiam a noſtris primis Marchionibus deſcendere, alibi oſtendi.

Inſigne nobile. 11. Inſigne gentilitium, legitima tum propriarum, tum aliarum familiarum, avorum ſerie deductum viſitur hodie in metropolitano *Salisburgenſi*, aliisque, uti *Ratisbonenſi, Paſſavienſi, Aichſtadienſi, Auguſtano, Wormatienſi, Campidunenſi, Baſileenſi*, Capitulis in illuſtriſſimo *Teutonicorum*, & *Melitenſium* equitum ordine, tandemque in regio *domicellarum Pragenſium* collegio, debitis certificationibus, ſolemnitatibusque approbatum.

12.

12. Dominia Styriæ, quæ familia hæc, præter alia extra terras nostras sita possederat, sequentia sunt: *Wildbach*, *Kablstorf*, *Schachenthurn*, *Liboch*, *Tiffer*: *Windisch*-seu *Burg*-*Feistritz*, & *Teutsch*-*Feistritz*, *Wisel*, *Königsberg*, *Aula libera*, seu Freyhofen, *Eibesfeld*, *Klauberhof*, *Spizbart*. Præterea judicium sanguinis, seu Jus gladii, Land- oder Blutgericht, in *Tiffer*, in 89. vicos & 793. domos, in *Burg*-*Feistritz* in 28. vicos & 237. domos, in *Wisel* in 60. vicos & 707. domos in Freyhof *Petau* in 5. vicos & 42. domos. *Dominia extranea.*

13. Unica familia Wildensteinia, nunc Styriaca, præ cæteris ejusdem denominationis, *S. R. I. Comitum* gaudet dignitate. *Prærogativa S. R. I. Comit.*

14. Plura de hac illustr. progenie scire, si quis cupit, accedat præter varios alios anonymos scriptores, sequentes authores, Biblio- & typographos, in quibus de eadem fit mentio per extensum & per transenam seu obiter, quales sunt: *Attems MS. Beckmannus*, *Bucelinus*, *Buddeus*, *Churelichz*, *Colmannus Græcensis*, *Coroninus*, *Deyerlsperg*, *Duellius*, *Fürtag MS. Gatterer*, *Gauben*, *Gilovvsky*, *Hansizius*, *Henninges*, *Herberstein MS. Hochenek*, *Hübnerus*, *Hundius*, *Iselinus*, *Isthnaufius*, *Kainach MS. Krebel*, *Kücbelbecker*, *Lazius*, *Lünig*, *Macherus*, *Maistern MS. Manlius*, *Megiserus*, *Merianus*, *Monzelo*, *Morenfels MS. Perizhof*, *Rocoles*, *Schnitterer*, *Schrott MS. Schuman*, *Seifert*: *Siebmacher*, *Stadl MS. Sternegger*, *Spenerus*, *Valvasor*, *Varrentrap*, *Vischer*, *Weigl*, *Wildenstein MS. Zedler*, *Zicby de Vasanko* &c. quibus adjungi possunt parimodo, archiva *Palatii Ducalis aulici Græcii*, *Provinciæ inclyti Ducatus hujus Styriæ*, *familiæ Wildensteiniæ*, præsertim *in Wildbach*, aliarumque variarum cum hac nexum habentium, *Magistratus civici Græcensis* &c. de Italica vero conspiciendi forent prætermissis multis aliis- *Amelot de la Houssaye*, *de Augustinis*, *Barberinus*, *Flaminius Cornelius*, *Fuggerus*, *Henninges*, *Konigius*, *Marcellus*, *Matina*, *Muratorius Pitteri*, *Reusner*, *Salomonius*, *Sanutus*, *Sibellicus*, *Ughellus*, *Wagenseil*, *Wildenstein MS. Zedler* &c. *Authores qui de hac Ill. familia consulendi.*

Hæc interim ex actis familiæ, Genealogia cum notis, Diplomatis 206. loco exponetur; Redeo ad explicationem Diplomatis hujus.

6. *Ernestus ab dem Raeze*, ignotus, *Räzhof* ad campos Leibnicenses locus est, an inde hic nomen suum tulerit? latet. *Raeze de Räzhoff locus.*

7. *Wulfingus Holzmann*,
8. *Ulricus*, *cognomen Teifelsnomen*
9. *Fridericus*, *officialis in Gösse*,

qui omnes cum Ernesto ab dem *Raetze*, nullius nobilitatis testes fuere. *Holzmann.* *Teifelsnomen.*

10. *Henricus de Gurzbeyn*,
11. *Ulricus Judendorf*,

qui 2. in eod. hoc Dipl. famuli D. Herburgis Abb. dicuntur, v. to. 1. Dipl. 43 *Gurzbeyn.* *Judendorf.*

12. *Ernestus de Nuzberch*, Carinthos hos esse censeo, bina enim sunt castra ejusdem nominis in Carinthia, unum jam dirutum, alterum Dom. de Welzer teste Megiseo, cæterum in Dipl. Göss 66. an. 1283. *Ernestus* hic & *Gerlochus fratres de Nuzberch* inter cives *de S. Vito* in Carinthia numerantur, ita tamen, ut in decursu Dipl. vocetur Eccl. Göss ministerialis, ibidem legitur *Cholo de Nussperch*. *Nuzberch de Castra 2.*

Actum, & datum in *Gösse* an. 1282. Kal. Octobr.

Ad Diploma 176. *Ad Dipl. 184.*

Jam in annot. Dipl. 174. hujus tomi dixi, Hausbachiis Pincernæ munus jura, & possessiones ablatas fuisse, eo quod, ut ibidem omi-

nabar, Rudolpho I. Habſpurg. ſe oppoſuerint, & tacitæ cum Ottocaro conſpirationis rei habiti fuerint, inde varia bona Hausbachiorum vineæ etiam Rotengruebenſes in Auſtria *Erchengero de Landeſere* obvenerunt, quas cum inique aliquando Eccleſiæ Seccovienſi ademiſſent Hausbachii, Erchengerus de Landeſer, ejus rei edoctus a Præpoſ. Seccov. Ortolfo, eas illico reſtituit.

Quoniam vero, ut eod. Dipl. 174. dixi, Hausbachii gratiam Principis, cum munere, & poſſeſſionibus ſuis denuo obtinuerunt. hoc an. lite omni *Henricus de Hausbach* deſtitit cum Seccovienſibus de his vineis habita, coram Erchengero de Landeſer, & *Chalhocho de Schratinſtein*, in nova civitate 5. Kal. Octobr. v. Dipl. cit.

Schrattenſtein de Calhohus.

Ad Dipl. 185.

Ad Diplom. 185.

Gyr. rer. Heinburch de de Ulr. & Agn.

Diploma hoc aliud non eſt, quam confirmatio Dipl. 176. a me expoſiti, qua donationem in Provincia Tyver factam, *Ulricus & Agnes de Heinburch* confirmant, eamque jure montano augent Cartuſiæ Gyrienſi, teſtes ſolum inquirendi

1. *Ulricus de Scherphenberch*, v. tomo 1. ad an. 1015.
2. *Otto de Walde*, v. to. 1. annot. Dipl. 35.
3. *Fridericus de Leibnitz*, v. to. 1. annot. Dipl. 8. & to. 2. Dipl. 3.

Datum, & actum *in Gyrio* an. Dom. 1282. in die B. Mathiæ Ap.

An. 1283. ad Dipl. 186. Albert. Dux Henr. Abb. Adm. addict.

Ad an. 1283. ad Diploma 186.

Primus Alberti novi Ducis Styriæ in privatos affectus, Admontenſibus eſt impenſus, ut ſic prævie oſtenderetur, Henricum Admontenſium Abbatem futurum, velut pupillam oculi Ducis Alberti; jam antea amorem Rudolphi Patris lucratus erat Henricus Abbas, etenim Albertus hoc Diplomate nonniſi ea privilegia Henrico Abbati firmaverat, quæ Pater Rudolphus eidem contulit.

Henricus Abbas præeſſe cœpit an. 1275. ut dictum, dum Albertus ſponte regimine cederet, ſub quo jam antea adminiſtratorem egit, innumera ejusdem, & ſpectatiſſima facta per decurſum uberius exponentur; hic probe obſervandum cenſeo, quod nominatur in hoc Diplomate *Henricus Abbas, idemque Scriba provincialis Styriæ*: nobiliſſimum Scribæ Styriæ officium alibi jam me deduxiſſe memini: in hoc officium itaque probabilius favore Rudolphi Patris, & Alberti filii Ducis receptus eſt Henricus Abbas, quamvis enim ad 5. non. Martii in Dipl. ſeq. *Chunradus de Tulna* adhuc *Styriæ Scriba* dicatur, Chunradus tamen non pro hoc anno Scriba Styriæ vocatur, ſed pro illo anno, quo procuratio illa Seccov. a Bernardo Epiſc. Seccov. eſt introducta ante an. 1276. ut ſeq. Diploma exponam.

Scriba Styriæ & ejus off.

Chindeberch caſtrum.

Acta ſunt hæc in *Chindeberch*, ſeu, ut jam to. 1. annot. Dipl. 47. ſuſpicabar, caſtro, hodie *Kimberg* dicto, quo hoc an. ex urbe Prugg, ſeu Muræponto perveniſſe Albertum oſtendi in Chronol. hujus anni.

Teſtes rei 1. *Otto de Liechtenſtein, Judex Provinc. Styriæ*, v. to. 1. annot. Dipl. 47. & tomo hoc 2. ad Dipl. 177. & an. 1281.

2. *M. Pentzo noſter Protonotarius*, ſeu Alberti Ducis.

Ad

Ad Diploma 187.

Ad Dipl. 187.

Leopoldus ex Parocho in Vogan, & Vicedomino Leibniz. Episc. Seccov. a Frider. Salzb. Archiep. constitutus, illico ad instantiam hujus Canonicis suis benefacere cœpit; prædecessor Wernhardus ex arbitrio quorundam Laicorum, Canonicis Seccovienſibus procurationem cum *certo numero personarum, & evectionum* imposuit, quam tamen mox Leopoldus Episcopus remisit, eique integre renuntiavit.

Leop. Ep. Secc. antea Parochus in Vogan.

Procuratio ex jure Can. aliud non est, quam præstatio moderatorum victualium unius diei, solvendorum ab Ecclesiis, quæ ea die ab Episcopo visitantur, ita passim canonistæ, porro, quæ hæc *procuratio* a Bern. Episc. Seccov. Canonicis suis introducta fuerit, & quidem, ut ait Diploma hoc, 6. *Septimanarum, cum certo personarum, & evectionum numero*, & quidem *per se & successores suos singulis annis percipienda?* mihi sat obscurum est, quamvis enim Bernardus Epeisc. Seccov. Canoniam suam nondum exemptam, singulis annis visitare potuerit, uti & parochias ejus, non tamen video, quomodo ea 6. Septimannis durare potuisset; forsitan pro victu, quem Episcopo suo aliquoties per annum præbere debuissent Seccovienſ. in canonia sua, ea procuratio introducta.

Procuratio quid.

Porro viri illi Laici, e quorum arbitrio ea procuratio introducta est; erant 1. *Ulricus D. de Liechtenstein*, Pater Ottonis I. atque cum Dipl. 171. to. 2. ostenderim, Ulricum jam an. 1276. defunctum ea procuratio ante an. 1276. introducta fuerit.

2. *D. Herrandus de Wildonia*, v. to. 1. annot. Dipl. 53.

3. *Ekardus fidelis noster* (seu Salzb) *de Dobreng*, v. to. Dipl. 74.

Tulna de Conr. Scriba Styriæ.

4. *Chunradus de Tulna Scriba Styriæ*, v. ad an. 1274. & to. 2. Dipl. præc. nondum vero inde satis constat, quo an. Henricus Abbas Admont. Chunrado huic in officio Scrica Styriæ succesſerit, cum certum sit, quod hoc an. 1283. Henricus Abbas jam Scriba Styriæ fuerit.

Ad Diploma 188.

Ad Dipl. 188.

An Otto Liechtensteinius hoc an. judex provincialis, simulque Prætor Styriæ fuerit? digessi ad an. 1281. & ad Dipl. 177. sive itaque Liechtensteinius Prætor, seu Judex solum Provincialis fuerit, Græcii tamen hoc an. coleberrima comitia celebravit mense Augusto, in quibus, convocatis undique nobilissimis Dynastis, *Dominis & Baronibus Styriæ*, inter alia pro Seccov. Canonia lata est sententia.

Græc. Comitia.

Fratres nempe de *Mässenberg*, *Albertus*, *Henricus*, & *Wigandus* (de quibus plura jam to. 1. ad Dipl. 41. & hoc to. ad Dipl. 103. dicta sunt) Seccovienſes Canonicos sibi vicinos denuo impetebant *de prædiis in Feistritz prope Prank* sitis, dumque D. Ortolfus Præp. Seccov. ex familia D. de Prank liquida pro jure, & possessione sua adferret documenta, vicinique ad dicta prædia destinati audirentur, cecidere causa Mössembergii, & communi Dynastarum Styriæ sententia, eadem Canoniæ Seccov. sunt adjudicata, *Græcii*, die 15. Kal. Sept. hujus anni.

Mässenberg de

An. 1286 ad Diploma 189.

An 1286. ad Dipl. 189.

Henrici Abbatis Admontensis viri spectatissimi, in opere ipso & ad Dipl. 186. meminimus, vir enim, cum esset cautus & prudens,

Henr. Abb. Admont. laus.

in Styria a Rudolpho Cæſare, libellis Provinciæ præpoſitus eſt, dein etiam Prætor Styriæ datus, quod munus, an ſibi ambitu dignitatis, an ſtudio parandæ ſibi potentiæ ad retundendos Rudolphi Archiep. motus, quocum ſibi non bene convenerat, comparaverit? vix æque diſpicio, id certum, dignitatem Prætoris Henrico partam, provincialibus Styriæ parum gratam fuiſſe; ægre enim ferebant imperium cænobitæ, dum dein invidia variis ex cauſis orta eſt; criminabantur enim, Ducem ab eo novis inventis ad emungendas civium opes inſtrui, eundem ſibi compendia de fodinis Zeyringenſibus, eo tempore ditiſſimis facere, aliis artibus rem ſuam augere, cognatos ditare, & quæ ſunt alia popularium rumorum in eos, quos oderint, religioſos præcipue æconomiæ gnaros & ſolicitos ſolennia ſtigmata, quæ tamen omnia Abbas Ducis ſui gratia fretus facile contempſit.

Abbati Henrico cum Rudolpho Archiep. Salisburg. non bene conveniſſe, unumque alteri varia negotia, & turbas procreaſſe, in opere ipſo ſatis oſtendi; hoc anno, cum Henricus jam Prætor eſſet Styriæ, contra Rudolphum Archiep. Salisb. pro Ortolfo Præpoſito, & Canonia Seccov. ſententiam dixit, cauſa erit ſequens: bona quædam ſub montibus, & ſupra montes *Karperch*, & *Ebenberch* in foro, & circa forum *Ceyrich* (nunc *Zeyring*) erant, quorum jus & poſſeſſionem Archiepiſcopus ſibi contra Seccov. Canoniam prætendebat, Henricus Abbas, Prætor ſimul Styriæ, ne alicui partium injuriam faceret, decrevit ante ſententiæ pronunciationem, ut viginti, & unus ex convicinis fide dignis nominarentur, atque ut ex his ſecundum jus & conſuetudinem terræ hactenus approbatam deligerentur 7. arbitri, qui merita cauſæ inquirerent; quatuor horum nempe *D. Chunradus de Valle, tunc caſtellanus in Offenberch*, *D. Dietmarus de Geula*, *Erneſtus de Mautersdorf*, & *Erneſtus de Gurzzeim*, dein coram Abbate Prætore juramento firmarunt, quod prædicta bona ad Eccleſiam Seccov. pertinerent, & quidem a temporibus jam longis retroactis. Hiſce præmiſſis bona prædicta Eccleſiæ Seccovienſi adjudicavit Abbas Henricus, Prætor Styr.

Seccov. lit. cum Archiep. Salisb.

Valle de Comr. Caſtell. in Offenberg. Geula de Dietm. Mauterſdorf de Erneſt. Gurzheim de Erneſt.

Montes Karperch & Ebenberch, circa forum, ſeu oppidum *Zeyring*, hodie præpoſitura, ut ajunt, Admontenſi, nobilitatum fuerint, in quibus montibus bona hæc Seccovienſium ſita erant; patet ex hoc Dipl. etiam conſuetudo, & jus Styriæ, judicandi de bonis provinciæ dubiis, nempe ut convicini 21. nominentur, quorum intereſſe cenſeatur, ſcire ſitus, poſſeſſiones & dominia locorum, hi ubi convenerint, 7. ex iis arbitri ſeligantur, merita cauſæ inquiſituri, atque ut ex his aliqui jurato deponant, quorumnam ea bona fuerint.

Zeyring oppid. Styr. & Præp. Admont.

Inter juratos teſtes referuntur: *D. Chunradus de Valle tunc Caſtelanus ſeu Præfectus de Offenberch*, de quo jam plura dixi to. hoc, ad Dipl. 161. & to. 1. ad Dipl. 76. *D. Dietmarus de Geula*, ſeu *Galler*, v. to. 1. Dipl. 79. *Erneſtus de Mautersdorf* probabilius e familia de Mautenſtorf, de qua to. 1. Dipl. 14. & *Erneſtus de Gurzzeim*, de quo etiam dictum tomo. 1. Dipl. 43.

Teſtes, qui deciſioni litis hujus interfuere, erant ſequentes:

1. *Magiſter Henricus de Travajach Decanus Brixinenſis*, &c. v. to. hoc 2. annot. Dipl. 150.

2. *Do-*

2. *Domini Dietmarus & Henricus fratres de Stretvvich*, v. to. 1. annot. Dipl. 86. & hoc tomo ſæpius.

3. *D. Erneſtus de Lobnich*, v. to. hoc 2. annot. Dipl. 10.

4. *D. Erneſtus Golziach*, qui inter cæteras Styriæ familias hactenus non occurrit. *Golziach de Erneſt.*

5. *D. Ulricus de Wildonia*, v. to. 1. annot. Dipl. 53.

6. *D. Otto de Saurau*, de qua illuſtriſſima & ſpectatiſſima Styriæ noſtræ familia mox pluribus.

7. *D. Dietricus & Fridericus fratres de Pux*, v. to. 1. annot. Dipl. 46. & 47. ubi de Geneal. de Prank actum eſt.

8. *Hermannus & Pollinus Notarii*, ignoti.

Datum, & actum apud *Ceyrich* ſeu *Zeyring*, an. 1286.

Explanata jam fuit to. 1. ad an. 1117. illuſtriſſima Dominorum nunc S. R. I. Comitum de Saurau Genealogia, qui geſtis ampliſſimis, & hæreditario Mareſchallatus Styriæ munere, patriam noſtram illuſtrarunt. *Saurau de Com. Genealogia.* Lexicon Baſileenſe, familiæ hujus originem primosque patres ita deſcribit: *Saurau familia Comitum Styriæ, quæ a Ferdinando II. munus ſupremi hæreditarii Mareſchalli Provinciæ obtinuit; Arnoldus & Sifridus anno 1176. floruerunt, Wilhelmus Prætor Styriæ an. 1327. obiit, alius ejusd. nom. an. 1470. erat, Vice-Præſes Styriæ, & Dapifer Cæſareus, Wolfgangus Cæſ. intimus Conſiliarius an. 1563. obiit, ejus filius Carolus Ferdinandi II. Conſil. intimus Camerarius, & Prætor Styriæ, Carolus ſupremus tribunus an. 1683. ad Fürſtenfeldum 2000. rebellium profligavit, ac an. 1685. Eſſekium expugnavit, Joannes Sigfridus an. 1686. Magiſter. ord. Teuton. in Auſtria, Commendator ad S. Dominicam &c.* Errat tamen lexicon, uti & Wurmbrandius, dum ajunt ſupremi Mareſchalli Styriæ munus primo ſub Ferd. II. acceſſiſſe, nam ut to. 1. ad an. 1117. oſtendi, jam an. 1549. *Franc. de Saurau* ſub Ferd. I. Mareſchallum egit, unde ſub Ferd. II. ea dignitas denuo confirmata eſt. *Mareſchalli hæred. Styr.*

Excellentiſſimus Wurmbrandius in collectaneis Genealog. hiſt. cap. 45. & commentario de hæred. officiis cap. 4. docet, Comites de Saurau & origine Styros, & ſupremum in Styria Mareſchallatum, jure hæreditario tenuiſſe, Arnoldum & Sigfridum primos adducit, ex quibus cæteri orti.

Jam tomo 1. ad an. 1117. primos hujus familiæ ſurculos expoſui, ſed oppido differunt inter ſe Bucelinus, Lazius, Hübnerus, & alia documenta; hic loci eosdem denuo adfero, & ordine, quantum fas eſt, genealogico expono, atque ex MS. Kainach. mihi primum oblato illuſtro.

Fragmentum Geneal. Com. de Saurau.

A. Arnoldus de Saurau an. 1176. flor. *A. Seifridus de Saurau* an. 1176. flor.

B. Offo an. 1286. *C. Ottoc.* an. 1292. ux. N. *D. Conrad. I.* an. 1292.

E. Caſp. I. anno 1300 *H. Otto* anno 1318. ux. N. *I. Frideric. I.* anno 1318. ux. N. *K. Tele* a. 1318. *F. Erhardus I. Spizl Saurer.* *G. Conrad. II.* an. 1373.

L. Oettl v. *Orteling I.* 1305. *Eliſ.* an. *tha* eod. an. *Vandula, Bertha* an. 1326. *Henricus I.* an. 1326. *M. Eraſmus* an. 1359. *N. Matth.* v. *Mathias* 1378.

Bertholdum, nemini cognitum, Lazius adduxit. *O. Pilgrammus* uxor N.

P. Wilhelm. I. Styr. Præf. seu Locumtenens an. 1327. ux. Anna de *Laak*.

R. Erneſtus an. 1347. ux. N. *S. Frid. II.* a. 1366.

T. Oetl, vel *Orteling II.* *V. Udalric. I.* ux. Cathar. de *Weiſſenegg*, ipſe obiit an. 1367.

Q. Joannes I. ux. N. fors Hilcardis de *Holnegg*.

Frid. III. ſine hær. ex MS. Kainach.

X. Starchand. it.

W. Henr. II. ux. N. *Philipus* an. 1444. ex MS. Kainach.

X. Dietmar. ux. N. fors de *Lobning*. ex MS. cit.

Chuneg. m. Paul. *Mätſchacher*. ex eod.

1. *Wolfg. I.* uxor Martha de *Guetenſtein*.

2. *Michael I.* uxor N.

Balthaſar, uxor N.

Z. Caſp. I. ux. 1. *Diemud.* fil. Frid. *Kelzen*, vid. Paul. *Lygaſter*. 2. *Dorot.* filiæ Friderici de *Flädniz*.

Z. Caſp. I. al. *Georg.* ux. Doroth. de *Flädniz*. *Hæc Wilh. linea in MS. Kain. omitt. convenit dein Caſp. ut v. ex parte ulterius lineæ.*

3. *Bern.* ux. Cathar. de *Kienburg*, fil. Georgii.

4. *Udalr. II.* ux. 1. Agn. de *Graben*, 2. Catharina de *Kainach*.

5. *Suſan.* m. Petrus *Finz*.

6. *Maximilla* & *Margar.* cælibes.

* *Anna Saurerin* ex MS. Kain. Decaniſſa Göſſ. 1410. e familia *de Saurer*.

7. *Udalr. III.* ux. 1. Marg. de *Löſenbach*, fil. Frid. vid. Frid. *Kelzen*. 2. Margar. de *Silberb.rch* fil. Geor. ex Gertr. de *Tymniz* 1453.

8. *Georgius I.* ux. N. fil. *Jodoci* de *Helfenberg* an. 1488.

9. *Caſp. II.* ux. Anna de *Weisbriach*, a. 1450. *Andr.* ſine hæredę † ita MS. Kainach.

10. *Wolfg. II.* ux. Luc. *Gradnerin*, anno 1451.

11. *Joan.* II. Capit. Carniol. ſin. hær.

12. *Andreas* ſine hær.

13. *Marg.* m. Andr. *Räming*.

Wolfgang. III. uxor *Urſul.* m. Sigiſm. *Primus Styr. Submareſchallus* ex hac familia.

14. *Frid. IV.* Jun. Dom. in *Vöſtenburg*, *Ligaſt* &c. ux. Margar. *Lucia*, marit. Tiburt. de *Zinzendorf* ex quibus 1. filius & 3. filiæ.

Chriſtoph. I. ux. N. de *Söbriach* ſen. Capit. Carniol.

Frid. V. an. 1487. ux. Urſ. Andreæ de *Lamberg* filia, ſor. Joan. & Greg. *Mich.* † 1518. Hübn. vocat Styriæ *Mareſch.*

Joan. V. ux. Sanna de *Lembſitz* filia Bernard. 1519.

15. *Joan. III. fund. lineæ jun.* ux. Siguna de *Apfalterer* fil. Greg. a. 1474. *Wolfg. Georg. V.* ux. 1. uxor Cord. de Marg. *Prank*, de *Rindſibeid* 2. Roſina de *Spangſtein*, 3. *Herberſtein*.

16. *Wilhelm. II.* fund. lineæ ſen. ux. Urſ. filia Sigiſm. de *Roggendorf*. *Onufrius Eraſm. Marg.* ux. Amal. I. ux. 1. mar. de *Liechtenberg*. Hel. de Wilh. *Trautmanſtorf*, 2. Anna de *Breiner*.

Joan. IV. ux. 1. Barb. de *Lengbaimb*, ſor. Georg. an. 1514. 2. Anna Dietmari *Perner* de *Schachen* fiil. quæ dein Andr. Ziegler nupſ.

Ex 2. Toro:

Chriſtophor. II. D. de *Vöſtenburg*, ux. Marg. *Wernerin* Andreæ filia.

Afra mar. Sigiſm. de *Wildenſt.* ex qua 3. filii, 2. fil.

Joan. VI. Eraſm. II. Viennæ in ſtudiis obiere impuberes.

Ægid. Alban. uxor 1. ux. 1. Cornelia Eliſabet. de *Kainberg*, 2. Trautmanſt. Marha de *Zolner* fil. Viti. *Helen.* m. Bern. de *Falbenbach*.

Apoll. m. Ad. m. de *Lindegg*. v. deſc. f. ſeq.

Frid. VI. juv. † Sigiſ. ux. Cord de *Prank* fil. Ruperti ex Anna Raker-*Zächin*.

Anna I. m. Eraſ. *Staindorfer* 1576. ſpurgi.

Barb. m. Fr. *Färber* 1571.

NB. Hos Albano tribuit Hübnerus.

Franc. I. ux. Marg. de *Guetenſtein*, fil. Andr.

Cæcil. & *Benign.* MS. Kain. omit.

20 *Caſpar. III.* ux. 1. Urſula de *Lindegg* 2. Anna de *Helferberg*, horum deſcendentes v. fol. ſeq.

Agnes Doroth. ab m. Eraſm. Hübn. ponitur, de *Altenhaus*.

Fran-

Franciſcus I. &c. ut ſuperius.

17. *Wolfg. V.* B. ad Lygaſt & Horneck, †1563.

18. *Georg. III.* ux. Barb. de *Wildenſt.*

Elena I. m. Joa. de *Polheim.*

Cæcil. m. Jo. Fran. de *Neuhaus.*

Roſina juv.†

19. *Franc. II.* ux. Cath. de *Rappach*, fil. Xſtoph. 1561

Benigna I. m. 1. Joan. de *Lembach*, 2. Bern. *Turſi* Bar. ad *Grafenegg* 1572.

Wolfg. VI. B. ux. 1. Eliſ. *de Gera* 1583. 2. Eva *de Kevenhiller.*

Elena II. m. Joh. *Turſi* C. in *Zips* &c. 1577. 2. Georg. Leo *de Königsberg.*

Ottil. m. Sigiſm. *Welzer* parv. co gnom. 1578.

Martha & *Barb.* m. Fra. B. *de Racknitz* & *Pernek*, 1587.

Frid. 7. an. 3. æt. ob.

Eſther m. Jo. Geor. B. *de Lamberg ad Rotenbichl* 1585.

Benigna II. m. Franc. *Galler* 1586.

Sophia m. Xſtoph. B. *de Mindorf.* 2. Wolfg. de *Lenghaim.*

Anna II. mar. Wolg. Frider. de *Tättenpeck.*

Ex 1. Toro, *omnes hi ex Hübnero deſumpti.*

Wolfg. VII. *Joan. Chriſtophorus* juv. †

Carolus I. Ferd. II. Conſil. int. Prætor Styr. ux. Suſ. Cath. *de Teifenbach.*

Eliſ. monia. *Reg.* †1614.

Wolfgang. Barthol.

Wolfgang. Wilhelm.

Wolfgang. Georgius.

Anna III. m. Andr. de *Glojach.*

Barbara.

Chriſtina.

Salome.

Georg. Chriſt. *Wolg. Rudolph.* Com. ux. Iſabella de *Wagenſperg*, Joan. Sigiſmundi filia 1644.

Jul. Ernеſt.

Sigm. Frid.

Catharin. m. Georgius Wilhelmus de *Ratmanſtorf.*

Eliſabeth. Maria Barbara, mar. N. Bar. de *Thonhauſen.*

Magdalena.

Barbara.

Car. II. Com. Cæſ. Trib. teſte Lazio an. 1683. ad Firſtenfeld. 2000. rebelles, an. 1685. Eſſekium expugnavit, ux. Cathar. Suſan. *Veter. de Lilys* fil. Wiccardi

Suſ. Eliſ. m. 1. N. *Colonitſch* 2. Maximilianus Com. de *Thurn.*

Catb. m. Georg. Joa. Adam Comes de *Gaſchin.*

Rudolph. †1706. 10. Jun. ux. Mar. Roſalia de *Herberſtein.*

Mar. Thereſ. †1713. m. Carol. Gotlieb Com. de *Windiſchgrätz.*

Clara, mar. Fran. Joſph. *de Dietrichſtein.*

Mar. Anna, mar. Rudolphus Comes de *Burgſtall.*

Carolus Adamus, ux. Maria Antonia de *Breiner*, filiæ Caroli Weiccardi.

Corbinianus, ux. Maria Antonia de *Breiner*, vidua Caroli Adami de *Saurau.*

Maria Cath. †1720. mar. Joan. Franc. de *Dietrichſtein.*

Joannes.

Ludovic.

* *Maria Carolus* an. 1720. Cæſar. int. Conſil. uxor Maria Catharina de *Breiner.*

Continuatio Lineæ Senioris *de Wilhelmo II.*

Ex 1. toro. 20. *Caſparus III.* Ex 2. toro.

Maruſch & *Anaſtaſia.* *Veronica* mon. Göſſ. ad ſæc. red. *Sibylla* & *Barbara* † *Joan. VII.* ux. 1. Felicit. de *Liechtenbeug*, 2. Barbara de *Concin.* *Mart. Eronric.* bel. & *Richard.* teſte Hübn. *Marg.* m. Eraſ. *Färber de Marzthall*, ita Hübn. *Marg* m. Eraſ. turc. obiit, teſte Hübn *Färber de Marzthall*, ita Hübn.

Rudolph. ux. Roſina de *Neuhaus.* *Weiccardus* ux. N. *Steiblin.* *Annn* m. Nicol. *Thurzo.*

Ex Hübnero.

Albani Wilhelmi II. ex Eraſmo 1. nepotis *deſcendentes*, ex MS. Kainach. aliter ac Hübnero. Ex 2. toro.

Franc. Victor. juv. † 1590.

Georgius in Hung. † ſep. *Caſchov*

Alban. Viennæ †

Offo ux. Maria de *Ratmanſtorf.*

Joan. Wilhelm. uxor Suſan. de *Schrot* & *Kindsberg.*

Carolus, † in fin. Venet.

Beatrix, & *Marina* virgines †

Chriſtophor. Alban. Com. ux. N. Com. de *Iſolano.*

Barb. *Roſina* m. Georg. Ernr. de *Herberſtein.*

Joan. Adam Ernric. ux. n. de *Saura.*

Eraſ. Wilb. I. ux. An. Creſc. de *Galler* Jo. Chriſtoph. fil.

Barb. m. Herward de *Regal*

N. filia m. n. de *Burgſtall.*

N fil. m. n. *d. Ekb. Eraſm.*

18. æt. an. †

Eraſm. Wilhelm. &c. ut ſuperius.

Eraſm. Wilb. II. Co. Camer. Cæſ. ux. Anna Beatrix fil. Georg. Nic. Urſini de *Roſenberg*, mater 26. prolium, ſed 12. ſolum adſeruntur ab Hübnero, nempe:	Eſther, *Suſ.* m. Maxim. Comes de *Galler.*	*N. filia* m. N. de *Petei.*	*N. filia* m. N. de *Neuhaus.*	*Gertrudes* m. 1. Sig. Fran. C. de *Herberſtein*, 2. Barb. *Butlar.*	*Joan. Adamus* Cæſ. Conſil. intim. 1711. ux. Mar. Iſabel. fil. Joan. Ottonis Com. de *Rindsmaul.*
	Joan. Ant. ſervivit Cæſari in Sicilia 1720.		*Franciſcus.*	*Thereſia* mar. Fridericus Comes de *Herberſtein.*	

Filii:

Anton. *Nicol.* nat. 8. Decemb. 1688.	Georg. *Wilb.* n. 24. Sept. 1688.	Franc. *Joſeph.* n. 19. Mart. 1700.	Car. *Joſ.* n. 19. Mart. 1700.	Om. hi præt. primum, Eccleſiaſt.

Filiæ:

Mar. *Ther.* n. 20. Feb. 1687.	Eva *Beatrix* monial.	Maria *Marg.* mon.	Joſeph. *Elegn.* mon.	Maria *Barb.* mon.	Joſepha *Erneſtina* mon.	Joanna *Iſab.* nat. 24. Jun. 1695.	Mar. *Cecil.* n. 11. Nov. 1696.

Saurau de Arnold. & Seifrid. *A. Arnoldus & Seifridus*, primi ab omnibus ſtatuuntur, variarum litterarum teſtes, nec documenta mihi hactenus viſa ſunt, quæ anteriores exhiberent.

Offo. *B. Offo*, omiſſus a Lazio, Bucelino, Hübnero, & MS. Kainach. detegitur ex hoc Dipl. v. tom. 1. ad an. 1117.

Ottocarus. C. *Ottocarum* de Saurau varia Diplomata & Excell. Wurmbrand. exhibent; v. an. 1117. dicta tomo 1. MS. Kainach. ait eum an. 1304. vixiſſe, reliqui authores ætatem ejus an. 1292. affigunt, uxor, quæ & cujus gentis fuerit? teſte MS. Kainach. incognitum, tres reliquit filios, & in inſigni ſuo habuit tres veſpertiliones ſeu Schicken, de filiis ejus infra.

Conrad. I. *D. Conradus I.* floruit an. 1292. & teſte Excell. Wurmbrand. ac MS. Kainach. in privilegiis Styriæ, ſeu Lands-Handveſt citatur.

Caſpar. *E. Caſpar* teſte MS. Kainach. vixit an. 1390. ſeque appellat patruelem, Ohaimb Ditmari Gäller.

Erbard. Spizl. *F. Erbard* ex MS. Kainach. ad hæc tempora detegitur, uti & Spizl Saurer genannt, an. 1326. ait item MS. es ſeynd noch fünf Saurer geweſt, ſed hæreo, an non hæc potius familiæ de Sauer, quam de Saurau competant.

Conrad. II. *G. Conradus II.* an. 1373. vixit, & cum uxore N. in *Horneckh* domicilium fixit: ita MS. Kainach.

Otto. *H. Otto*, filius Ottocari MS. Kainach. teſtante, an. 1318. vixit, & filium unum, & tres filias procreavit.

Frideric. I. & Henric. *I. Fridericus I.* eod. an. 1318. vixit, uxor neſcitur, filium Henricum, MS. Kainach. protulit: an. 1295. citatur in docum. Seccov. ut v. pl. tomo 1. ad an. 1117.

Yele. *K. Yele*, teſte MS. Kainach. ad an. 1318. celebris fuit, v. to. 1. cit.

Ortelinus I. Eliſabeth. Perchta. *L. Ortelinus I.* germ. Oetl vel Oertlein an. 1304. &c. vivens, an uxorem & liberos habuerit? ignoratur; ejus ſorores *Eliſabetha* Elſpet, *Wendula*, Wendl, & *Perchta*, Perchten de Saurau, una cum ipſo an. 1305. Ditmaro de *Praitenfurt* alpes, ein Schwaig bey der Gurgn vendiderunt, ita MS. Kainach.

M. Eraſ.

M. Eraſmus de Saurau, cui teſte MS. Kainach. an. 1359. Ulricus *de Walſee* Prætor Styriæ ſcripſit. *Eraſmus.*

N. Matthæus vel *Mathias* teſte MS. Kainach. dictus der ehrbare Ritter, an. 1357. ad 1378. vixit, & duas filias procreavit. *Mathæus vel Mathias.*

O. Pilgramus cum Ortelino lit. L. citato ex MS. Kainach. vocatur Ottocari filius, Ortelinum tamen nepotem potius Ottocari cenſeo, uxor ejus quæ fuerit? ignoratur. Duo filii mox explicabuntur. *Pilgramus.*

P. Wilhelmus ab Excell. Wurmbrand. omiſſus, adducitur a Bucelino & Hübnero ad an. 1327. Styriæ locumtenens, quem tamen Lazius 100. ſeniorem fecit, & ad an. 1427. repoſuit. *Wilhelmus.*

Q. Joannem I. Lazius, Bucelinus, & Hübnerus ſtatuerunt, ſed Excell. Wurmbr. & MS. Kainach. cum integra progenie omiſerunt uxor ejus forte *Hilcardis de Holneg*, ait enim MS. Kainach. quemdam de Sauraviis habuiſſe Hilcardim hanc uxorem. *Joannes I.*

R. Erneſtus an. 1347. vivens, uxorem habuit incerti generis, ex qua tamen duos filios genuit, ita MS. Kainach. *Erneſtus.*

S. Fridericus II. Pilgrami filius, Erneſti frater an. 1366. an cælebs, vel uxoratus fuerit? ignoratur, ita MS. Kainach. *Fridericus II.*

T. Oetl vel *Ortelinus II.* ex MS. Kainach. Erneſti filius, an uxorem & liberos habuerit? ignoratur. *Oetl v. Ortel. 2*

V. Udalricus I. cujus uxor Catharina de *Weiſſenegg* ex Carinthia fuit, ex qua 4 filios & filiam unam protulit, an. 1376. inter vivos non amplius erat, ut ex MS. tranſactionis apud Kainachium videre licet. Eundem hunc Udalricum referunt Hübnerus & Bucelinus, ac Wurmbrand. ex MS. Kainach. ſed viduam ejus *Catharinam Minzbergerin* appellat, de qua tamen ex MS. Kainach. non eruo. Unde omnino plus quam certum, genealogias veterum ſine documentis domeſticis confici vix poſſe, nemoque vitio vertet, ſi errores intercurrant, dum ſubſidia negantur. Ulricum hunc vel alium? ignoro, 6. *Kal. Jan.* obiiſſe ex Necrologio Runenſi apud Frælich. parte 2. f. 352. lego. *Udalr. I.*

W. Henricus II. frater Friderici, Starcandi, Ditmari, & Chuneg. teſte MS. Kainach. Gertrudis Abbatiſſæ Göſſenſis Judex feudorum & & procurator (Lechenrichter und Schaffer) fuit, non tamen anno 1421. quo *Gertrudis* II. dicta *Helfenbergerin* nondum Abbatiſſa erat, ſed inter an. 1425. & 1428. quibus eadem præfuit, uxor ejus neſcitur, filius *Philippus* an. 1444. floruit. *Henric. II.* *Philippus.*

X. Dietmarus & *Starchandus* fratres, ut habet MS. Kainach. ſeind im Jahr 1474. zu Lugaſt an Höfen geſeſſen geweſen. *Ditmarus, & Starchandus.*

Z. Balthaſar & *Caſpar* teſte MS. Kainach. Ditmari filii erant, quorum ille ex uxore incerti generis duos filios & unam filiam genuit, ut infra dicetur. *Balthaſar.*

In *Caſpare* oppido diſſentiunt authores; nam Bucelinus, Hübnerus, & Lazius, eum etiam Georgium dictum, cujusdam Dorotheæ de Fladniz maritum, & 4. ſolum filiorum patrem ex Lazio volunt, nec quo patre genitus fuerit? memorant, ſequor MS. Kainach. quod eidem ad an. circiter 1412. duas uxores tribuit, primam *Diemudem Friderici Kelzen* filiam, *Pauli Ligaſter* viduam, alteram vero *Dorotheam*, Friderici de *Fladniz ad Hochenvvang* Capitanei Styriæ filiam, ex qua 6 filios, unamque *Caſpar.*

filiam genuit, mortuus an. 1423. die Mercurii poſt S. Michaelis. Hic idem in Eccleſia paroch. in Lügaſt monumentum ſepulchrale de rubro marmore ſibi erigi curavit, in cujus 4 angulis, inſignia 4 familiarum affabre picta, nempe 1 Fladniziorum, 2 Kelziorum, qui pavonem in clypeo ferunt, 3 in medio Sauraviorum cum alba trabea, Weggen, & in clypeo faſciculum criſtarum nigrarum galli, 4 inſigne medii galli vel alterius avis, 5 Weiſſeneggiorum. Item an. 1410. Præfectus in *Göſſing* fuit.

Wolfgangus I. 1. *Wolfgangum* I. negligit MS. Kainach. referunt Lazius, Hübnerus & Bucelinus; illud miror, Lazium lib. 6 de migratione gentium §. 214 docere, *Martham de Guetenſtein* ejus uxorem fuiſſe filiam poſtremi Guetenſteinii, cum tamen eodem loco dicat Lazius *Andreæ de Guetenſtein* filiam fuiſſe uxorem *Franciſci de Saurau* circa an. 1555. florentis.

Michael. 2. *Michael* a Bucelino, Hübnero, Lazio refertur, in MS. Kainachiano reticetur.

Bernardus. 3. *Bernardus* Balthaſaris filius ex ſolo MS. Kainach. mihi innotuit, cujus uxor *Catharina Georgii de Khienburg* filia vidua obiit poſt an. 1430 de prolibus ejus nil conſtat.

Udalricus II. 4. *Udalricus* II. ſeu junior dictus primo *Agnetem Friderici de Graben* ſenioris filiam, Dietmari Peſnizer viduam, uxorem habuit an. 1424 ex qua nullæ proles, alteram duxit *Catharinam de Kainach*, filiam & Ulrici Peznizer viduam an. 1447. ex qua 3 filiæ natæ, ita MS. Kain.

Suſanna. 5. *Suſanna*, Balthaſaris filia, maritum habuit *Petrum Finz* Præfectum in Pemundt, quam arcem a Frider. Imp. locatam tenuit, a quo Petro, Imperatoris loco, Domini *Sigiſm. de Söbriach* Capit. Carnioliæ vicedom. ibid. & *Jacobus Raunach* ratiocinia 1477. ſuſcepere: ita cit. MS.

Maximilla & Margaretha. Catharina, 6. *Maximilla* & *Margaretha* cælibes defunctæ ibidem referuntur. In MS. Kainach. ubi de Balthaſare primo fit ſermo, dicitur duos filiolos & unam filiam genuiſſe, mox additur *Catharina de Saurau, Erchengeri Möſſinger uxor an.* 1432. unde videtur filia Balthaſaris fuiſſe: ſubjungitur vero ibidem, hat noch drey Töchter erzeigt. Dein ubi ex profeſſo MS. Kainach. refert Balthaſaris filios, ſubditur: er zeigte zween Söhne und zwo Töchter, unde Margaretha forte inter Caſparis proles referenda, vel quarta Balthaſaris filia enodanda eſt.

Udalricus III. Præfectus in Pecka. 7. *Udalricus* III. Caſpari filius teſte Kainach. *ſenior* vocatur, ejus binæ uxores in ſchemate genealogico expoſitæ ſunt; fuit autem hic Udalricus teſte MS. cit. Præfectus Com. de Montfort in Peggau anno 1451. & 1458.

Georgius Sub-Mareſch. Styr. 8. *Georgius* a ſolo MS. Kainach. inter filios Caſpari refertur; nam Joannem & Andream Caſparo filios tribuunt Bucelinus & Hübnerus, alios alii, ego ſeriem hanc ex MS. Kainach. deduco, in quo Georgius ab an. 1401. ad 1458. circiter vivens inter filios Caſpari refertur, hic per uxorem *Jodoci de Helfenberg* (ut pluribus in annot. Dipl. 117 dictum) officium Sub-Mareſchalli Styriæ obtinuit, & Joannis de *Weisbriach* in Fridau ſocer fuit an. 1451 an. vero 1448. inquit MS. Kainach. hat Kaiſer Friderich den Georgen von Saurau ſeinen Rath einen ausgezaigten Purkfrid geen Premſtetten geben. Dieſen Brief hat Leonhard von Saurau am 28 Tag Jan. im 1555 Jahr für Gericht zu Grätz bracht, und offentlich leſen laſſen. 9.

9. *Caſpar* II. vocatur der ehrbar Knecht an. 1443. cujus uxor & filius Andreas in ſchamate adducti ſunt. *Caſpar II.*

10. *Wolfgangus* II. an. 1443. & 1451. vixit: de filio ejus dubium oritur ex MS. Kainach. nam ſemel ait hoc: darbey ein Sohn Wolf iſt im 1471 Jahr geſtorben, & mox infra: volgt des Wolfgangs v. Saurau mit Lucia Gradnerin erzeugter Sohn, Namens Fridrich der Jingere &c. unde duos filios habuiſſe videtur. *Wolfgang. II.* *Wolfgang. III.*

11. & 12. De *Joanne* II. & *Andrea*, v. ſchema adductum. *Joannes II. & Andreas.*

13. *Margaretha*, ejus maritus *Andreas Ramming*, antea vel poſt Margaretham ex alia uxore filiam Catharinam habuit, quam *Michaeli Reichenburger* an. 1442. matrimonio locavit. Andreas Capitaneus Friſac. fuit an. 1441. *Margaretha.*

14. *Frider. IV. junior* dictus, cujus uxorem & deſcendentes ex ſchemate adducto videre licet. Fridericus hic Dominus de Vöſten burg, Lygaſt, aliisque bonis fuit, atque ut habet MS. Kainach. & ex eo Excell. Wurmbrand. die Mercurii S. Erhardi an. 1468. circa bona ſua diſpoſitionem fecit, eaque peracta in alienas terras abiens, non amplius rediit. *Frid. IV. D. de Voſtenburg & Lygaſt.*

15. *Joannes III.* an. 1505. obiit, & ab uxore ſua Siguna de Apfalterer Sauraviis obvenit caſtrum *Lübeck* in Carniolia. *Joannes III.*

16. *Wilhelmus II.* vixit an. 1440. ad 1470. teſte MS. Kainach. & Lazio fuit Dapifer Frider. Cæſaris & Vice-Præſes, ſeu Proviſor Prætorii muneris Græcenſis: anno 1470. *Voitſpergam* obſedit, caſtrum dein illud reparare juſſus: alii eidem *Annam de Laack* uxorem etiam tribuunt; quæ tamen ſolum Wilhelmi I. conjux erat, ut dictum. *Wilhelm. II.*

17. *Wolfgangus V.* Cæſareus intimus Conſiliarius teſte Lazio & MS. Kainach. Poſonii infectione obiit an. 1563. ibidem ſepultus ſine uxore & liberis notatur in MS. cit. & Hübnero, at Lazius ei filium tribuit Carolum, Ferdin. II. Conſil. intimum, Camerarium ac Styriæ Prætorem, qui tamen Wolfgangi, 6 ſolum filius erat. *Wolfgang. V.*

18. *Georgius III.* uxor hujus Barbara Wildenſteinia poſt mariti ſui obitum, nupſit *Chriſtopboro de Räguiz*, ac obiit 27 Aug. an. 1585. ſepulta in Preding. *Georgius III.*

Franciſcus II. hic teſte MS. Kainach. Baronis titulum, ſibi & ſuis hæredibus ſolis a Ferdinando Cæſare obtinuit, obiit an. 1587. *Franc. II.*

20. *Caſpar* III. Baro in *Reichenegg* in comitatu Celejenſi in MS. Kainach. apPellatur. *Caſpar III.*

21. *Michael* II. per Turciam profectus, ibidemque amens ex parte factus, obiit an. 1572. dum domum redire vellet, ita MS. Kainach. *Michael II.*

Hæc ſit interim familiæ illuſtriſſimæ de Saurau deductio genealogica, potiſſimum ex MS. Kainach. deſumpta, quoniam aliis documentis domeſticis hactenus proviſus non ſum.

Porro caſtrum *Saurau*, & Eccleſia Maria Saurau ſupra parochiam Fropach ſita ſunt 3 horis infra Muraviam, & hodie Schwarzenburgicis Principibus ſubeſt, de quo tamen caſtro, teſte Excell. Wurmbrand. *Wolfgangus* II. *de Saurau* an. 1451. circiter cum Joanne Schlisler litigavit. *Saurau Caſtrum.*

Quorundam traditio eſt, arcem *Vöſtenburg* ad pedem montis Wechſel ſitam, hodie Canoniæ Voravienſis, fuiſſe domum avitam familiæ *Vöſtenburg an dom. avita huj. famil.*

miliæ hujus illuſtriſſimæ, cui tamen acquieſcere non poſſum, tum quod potior ratio pugnat pro caſtro cognomine Saurau, tum quod caſtrum Vöſtenburg, ſæculo primum 16 obvenerit huic familiæ, ut dixi in Chriſtoph. II. ſi conjecturis indulgere licet, cenſeo arcem Vöſtenburg, a Comitibus de Montfort, quorum Præfectum in Peckau egerat Udalr. III. ſæc. 15 medio, eidem familiæ adjectum fuiſſe vel titemptionis vel donationis ob fidelia obſequia.

Vöſtenburg an. 1616. venditur Canoniæ Vorav.

Memorabilia ſunt documenta aulæ noſtræ Græcenſis ex archivis variis nominatim caſtri hujus collecta, ex quibus diverſa de hoc caſtro lego, & primo quidem, ladula 40 archivi Græcenſis noſtri ſuppeditat originales litteras emptionis, dum nempe an. 1616 collegium Vorau ſub Daniele Præpoſito ab *Andrea Sigiſm. L. B. de Saurau ad Vöſtenburg & Fridberg* hæred. Styriæ Mareſchallo caſtrum hoc ſibi emptione comparaverat, ſubſcripti ſunt iisdem litteris *Ebrnricus B. de Saurau ad Laubegg, Premſtetten, Kainach*, S. C. M. Conſiliarius, Ducis Brandeburgici intimus Conſiliarius, ac deputatus Styriæ, & Carolus B. de Saurau ad Ligiſt, Gravenegg, Windorf, jurium aulicorum, & provincialium Styriæ aſſeſſor. 2do ex eod. archivo ladula 79. aus dem Ueber-

Arcis deſer.

ſchlag über Vöſtenburg lego ſequentia: das Gſchloß Vöſtenburg hat den Namen in der That, dann es vor 200 Jahren, wie es die von Saurau, von denen Grafen von Montforth bekommen, eine Feſtung genannet worden, und geweſen, wie dann die Herrn Grauen ihr Aſylum in Nothfall dahin reſervirt, und der Türk anno 1529 daſelbſt belagert, und müſſen abziehen, und ein groß Stuck Geſchütz daß ein Mann hineinſchliefen kan, darvor gelaſſen. Ex his eruo 1. arcem hanc non avitam familiæ fuiſſe, cum eam a Montfortiis, & quidem ſæc. 16. ut videtur ex hoc documento obtinuerint, niſi forte poſt amiſſionem caſtri Saurau arx Vöſtenburg pro avita haberi cæperit. 2. Tormentum illud a Turca Vöſtenburgi relictum, Voravium ductum eſt, atque dum illud exploderetur, ab imperito oneratum in fruſtra diſſiliit, ſine hominis nocumento: 3. lego ex ladula 22. archivi noſtri Græc. Philippum Præpoſ. Vorav. an. 1707. voluiſſe in Vöſtenburg erigere moaſterium Monialium, eaque de cauſa ſupplicaſſe Imperatori, a quo mox litteræ ad parochos vicinas, uti Hartbergenſem, Franciſcum Chriſtoph. de Weberſperg, Graſendorfenſem, Stralleggenſem Angerenſem, Pürkfeldenſem, Rattenſem, Mönichwaldenſem miſſæ ſunt; hæſit negotium, qua neſcio de cauſa, & litteræ hæ omnes, præter datas ad parochum Hartbergenſem & Mönichwaldenſem clauſæ adhuc in archivo noſtro ſervantur.

Hæc de Vöſtenburgo, plura forte cum tempore additurus, ubi documenta quæpiam illuſtriſſimæ familiæ de Saurau obtinere dignatus fuero, e quibus & eorum genealogiam fuſiorem dabo & nævos hic forte commiſſos emendabo.

An. 1287 ad Dipl. 190.

Ad an. 1287. ad Diploma 190.

Hausbachiorum genealogiam expendi tomo hoc Dipl. 79 & 144 de caſtro *Pikelpach*, cujus nunc vix rudera exſtant, ut jam alibi dictum eſt; hoc caſtrum itaque ab Hausbachiis Epiſcopatui Seccovienſi ven-

ditum

ditum eſt 105. marcis argenti, an. 1479. hoc amplius penes Epiſcopatum Seccovienſem fuit, nam, dum eo an. Mathias Rex Hungarorum Chriſtophorum Epiſcopum Seccov. adverſus Imp. Frider. in tutelam reciperet, inter Epiſcopi Seccov. caſtra, omiſſo Pikelpach refert ſolum Biſchofs Eck, S. Georgii ad Wildonium Seccauberg & Lidergeyl, unde eo tempore jam alienatum erat caſtrum Pikelpach ab Epiſcopatu Seccovienſi, an permutatione, an venditione, hactenus me latet.

Henricus de Schenavve ſeu Schönau avunculus *Gundaccari de Hauspach* ſigillum ſuum appreſſit (de quo v. dicta tom. hoc Dipl. 86.) uti & *Henricus de Wildungesovve*, ſeu Wildungſau ſocer ejusd. v. ib.

Teſtes erant milites, ſeu, ut ſæpius dictum, *equites*:

1. *Ditmarus de Geula*, v. tom. 1. annot. Dipl. 79.
2. *Ortolfus de Torfeul*, v. tom. 2. annot, Dipl. 41.

Actum in Grætz an. hoc XII. Kal. Sept.

Ad an. 1288. ad Diploma 191.

An. 1288. ad Dipl. 191. Pfanberg de Henr. pater & filius Ulricus. Benef. Seccov.

Henricus Comes de Pfanberg, ac ſubditi ejusdem, quandam Eccleſiam Seccov. in bonis ad *Witſchein* caſtrum inf. Styriæ inter Wildonium & Mahrburgum ſitis læſerant, damni illati gravitatem agnoſcens *filius Ulricus* ob remedium animæ patris ſui, id compenſare illico ſatagebat, cumque Eccleſia Seccovienſis in diſtrictu ejusdem Comitis *Semriach* (ſupra Peggovium arcem 3 horis & ultra Græcio diſtantem) haberet bona quædam dicta an der Gemein Ulricus Comes in ſatisfactionem damni, jus advocatiæ de bonis illis totaliter remiſit Eccleſiæ Seccov. idque in *Ortolfum de Prank Præpoſ. Seccov.* transtulit.

Heunburch de Com. Ulric. III. cujus filia Marg. de Pfanb. Minores FF. Græcii.

Appreſſit ſigillum in majus robur ceſſionis hujus ſocer Ulrici Com. de Pfanberch, *Ulricus III. Magnificus Comes de Heunburch*, cujus *filia Margaretha*, uxor erat Ulrici de Pfanberg.

Ceſſio hæc Græcii facta eſt in *domum Minor. Fratr.* ſeu *Conventualium S. Franc.* qui hoc tempore, & ab an. circiter 1240. ad an. 1515. monaſterium juxta pontem Muræ conſtructum, hodie PP. Franciſcanorum incolebant.

Pfanbergiorum genealogiam expendi hoc tomo, ut adeo nil ſuperaddendum videatur; mediator ceſſionis hujus erat Leopoldus Secc. Epiſcopus, præſentes vero tractatui huic ex viris nobilibus 1. *Fridericus de Stubenberch*, Fridericus hic, huj. nom. 4tus ſator erat lineæ Kapfenbergenſis, multis ſatis, & factis notiſſimus, de quo proin ulterior genealogiæ Stubenbergicæ continuatio eſt ſubjungenda.

Stubenberg de Frideric. IV. Henr. Wulfing. & Udalr. III.

Patrem habet Fridericum III. Stubenbergicum, de quo to. 1. annot. Dipl. 4. fratres Henricum, Wulfingum Epiſcopum Bamberg. & Udalr. III. lineæ Wurmbergicæ jam exſtinctæ ſatorem, de quibus in annot. Dipl. 4. tom. 1. quædam dicta ſunt. *Henrico de Stubenberg*, Schleuning, ſeu Schleunizium arcem & oppidum Hungariæ, *Uldalrico* vero III. Rechnizium ab Alberto Auſtriaco, dum an. 1287. expugnaret Ibanum Comitem Ginſienſem, commendatum fuiſſe, eo anno dixi.

Jam obſervavi to. 1. annot. Dipl. 4. Lazium ſentire, Udalricum III. non fuiſſe lineæ Wurmbergicæ ſatorem, ſed ex documentis ibid. traditis, cenſeo tenendam Bucelini, Hübneri, & Lexici Baſileenſ. ſen-

Stubenberg. geneal. contin. linea Wurmberg

tentiam, qua Udalricus hic lineæ Wurmbergicæ fator creditur, MS. Kainach. inter lineas has non diſtinguit, ſed ſatis confuſe primos Stubenbergios refert; ut vero connexio tota genealogiæ Stubenbergicæ ſub oculos cadat, repeto breviter fragmentum genealogicum tom. 1. annot. Dipl. 4. traditum, idque, quantum neceſſe videtur, ex MS. Kainach. illuſtro.

Fragmentum Genealag. Stubenberg.

Wulfingus I. de Stubenberch circa an. 1000. ux. Agnes ab Habſperch.

Ottocarus, ux. N. *Wulfingus II.* jun. ux. Marg. Duc. Carinth.
Hos referre omiſit MS. Kainach.

Ybo Wintber, an. 1114. fors frater Udalrici I. *Udalricus I.* an. 1090. &c. uxor N.
Frider. I. uxor N.

Wulfing. III. an. 1112. ad 1172. *Otto I.* a. 1162. ux. N. de *Raſe.* *Gotſcalcus* a. 1162. *Bernard.* a. 1166. Laz. MS. Kain. *Burcard.* *Frid. II.* hunc & Gotſcalc. omitt. MS. Kain. & ſtatuit *Rueland.* Ottonis, Burcardi, & Wulfingi frat.

Wulfingus IV. an. 1166. ad 1182. *Udalricus II.* an. 1187. ad 1240.

Frid. III. *Herman.* an. 1230. fors fr. Paroch. *Wulfing. VI.* an. 1311. Muræpont. *Wulfing. V.* an. 1200. ad 1240.

Frider. IV. a. 1311. fator lineæ in *Kapfenberg* florentis. *Henr.* 1292. ad 1311. *Conradus* Præpoſ. VI. Secc. *Nicolaus* Præpoſ. VII. Secc. *Wulfingus* 8. Epiſc. Bamb. 1305 ad 1319 *Udalr. III.* a. 1311. fator lineæ in *Wurmberg* jam extinct. *Wulfingus VII.* an. 1240. ad 1293. hic teſte MS. Kainach. in Diplom. quodam Epiſc. Seccov. teſtis citatur an. 1253.

Wolframmus, Dietmar. Herbord. & Eliſab. v. an. 1244.

Hosce omnes to. 1. annot. Dipl. 4. notis ſuis illuſtravi, quæpiam ex MS. Kainach. quod in reviſione hujus tomi 2. primo obtineram, adjicio: MS. hoc 3. primos Stubenbergios Wulfingum I. & II. ac Ottocarum omittit, & Ybonem Wintherum primum hujus proſapiæ ſtatuit: ad annum 1200. *Fridericum & Ulricum fratres de Stubenberg* ſtatuit & Friderico, filios 4. attribuit, unde *Frider. III. & Udalricus II.* fratres fuiſſent; dein omittit ſtatutos in hoc fragm. Udalricum I. Fridericum I. & II. Gotſcalcum, Wulfingum I. II. & IV. & Udalricum mihi II. ſtatuit primum & Friderici mihi 3. fratrem, omittit etiam Hermannum, Wulfingum VI. & Wulfingo mihi V. ad an. 1240. &c. attribuit uxorem *Eliſabetham*, Hermanni Comitis de *Ortenburg* ex Adelheide *Bertholdi de Laak* filia natam, ex hoc toro prodiiſſe docet 6 filios, & *Fridericum, Wulfingum & Ortolfum* certo ex Eliſabetha Orthenburgica prognatos docet. Circa idem tempus ait floruiſſe *Albertum, Ottonem, & Fridericum de Stubenberg:* reliquos omnes in hoc fragmento adductos ne memorat quidem, præter Wulfingum mihi 8. Epiſc. Bamberg. Henricum, & Wulfingum quemdam an. 1314. Capitaneum Styriæ, qualis tamen eo tempore Ulricus de Waltſee fuit, ut ſuo loco oſtendetur.

Ex quibus proin patet, MS. hoc Kainachianum non omnia quoque exacte referre, quoniam fragm. hoc genalogicum, utcunque ex vetuſtis Diplomatibus Styriæ fulcire conabar, ut tomo 1. annot. Dipl. 4. videndum: Præmiſſo hoc fragmento continuo genealogiam Stubenbergiorum.

Con-

Continuatio Geneal. Stubenberg. Tabula I. Linea in Wurmberg jam extincta.

A. Udalricus III. Sator *lineæ Wurmberg.* uxor N. flor. 1287. &c. — *Henr.* frater, ux. Cath. *de Pütten*, v. Dipl. 197. inter mea hoc to. — *Otto.* *Udalricus.*

B. Udalric. IV. ux. N. fl. 1337. v. tab. II. — C. *Margar.* m. Volcardus ab *Auerſperg* an. 1326. — *D. Rudolph.* an. 1360. ux. Marg. Com. de *Lavant* & *Spanheim*, fors *Ortolphus.* — *E. Algogus* anno 1314. uxor N. *F. Laur.* fl. 1338.

G. Frid. Styr. Dapifer an. 1367. fl. ux. 1. Cararesia Princ. de *Carrara* 2. Marg. de *Kranichsberg.* — *H. Wolf. D.* ux. Euphe. de *Meiſſau* † an. 1324. — *I. Udalr. V.* ux. Marg. *de Ekartſau* fl. an. 1353. — *K. Andr. I.* ux. 1. An. v. Creſcen. de *Liechtenſt.* 2. Marg. de *Camor* an. 1380. — *L. Otto II.* ux. 1. Eliſ. de *Tirnſtein* 2. Marg. de *Trautmanſt.* — *M. Leutholdus I.* uxor N. fl. 1380.

Doroth. m. *Erentrud.* m. Franc. Co. Leop. de *Ecde Corbau.* & *W. Leuthold. II.* a. 1453. Styr. Prætor ux. 1. Agn. de *Petau*, 2. Urſula de *Emmerberg.* — *N. Urſula* m. Stepha. Comes de *Harrenſtein* an. 1407. *Ladiſl.* C. an. 1433. — *O. Martha* m. 1. Fri. *de Hochenberg*, 2. Geor. *de Wolkerſtorf.* † ex Necrol. Run. *Henr.* 10. K. Dec. ib. notat. — *P. Wolfgang. X.* fl. 1400. † an. 1442. inſign. benef. Runenſ. Monaſt. *Anna* 4. Kal. Oct. incerta. — *Q. Chriſtophorus* ux. N. fl. 1400. N. filia, uxor Chriſtoph. Comit. *de Corbau* in Croat. a. 1430. ita MS. Kain.

R. Albertus uxor *Gertrudis* *Hermannus*, qui cum matre ſua *Stainvvaldo de Fladniz* 2 partes decimar. in *Düntball* vendid. 1418. MS. Kainach. — *S. Ott. III.* ux. Gert. de *Herberſtein* an. 1417. — *T. Udalr. VI.* an. 1402. ux. N. *Joan. I.* an. 1430. poſſ. caſtri Wurmberg. ux. Eliſabeth. de *Puecheim.*

Hel. m. Wolfg. *de Stubenberg* cognatus, Hübn. vocat *Stahrenberg.* — *Andr. II.* Joan. frat. teſte Laz. circ. 1480 — *Georg. I.* frat. eod. Laz. teſt. quib. et. *Jacobus* jungitur a Lazio. — *X. Joan. II.* Cam. Frid. 3. Imp. 1469 ux. 1. Hel. *de Tſchernembl*, 2. Marth. *de Paumkirchen* — *Frid. VI.* hunc Hübn. omittit, Bucel. & MS. Kain. ſtatuunt Laz. ei ux. dat 1. Eliſ. *de Roſenſtein*, 2. Mart. *de Pottendorf*, 3. N. *de Stahrenb.* — *N. filius* forte *Dietmarus* hic erat, de quo necr. Run. & Secc. ad 14 K. Jun.

Anna & *Sigiſm.* filius Can. Vorav. v. an. 1454.

Franc. I. hunc cum Franciſc. II. filio Caſpari confundit MS. Kainach. — *Balthaſar I.* ux. 1. Sara de *Kaniſcha*, 2. Wandula de *Reichenburg*, ſecundam omit. MS. Kainach. — *Caſparus I.* † 1524. uxor 1. Barb. de *Pamſin*, 2. Hypol. de *Poſheim.* — * *Caſpar.* alius Præpoſ. Salisb. a. 1468. obiit in Murav. an. 1478. vid. lin. Kapfenberg. lit. *N.* — *Dietmar. Presb.* & *Can. fr. D. Frider. de Stubenb.*

ex 1. toro.

Eliſ. v. *Cath.* mar. Steph. Setsky † a. 1544. ſepulta Græcii in Ecc. Paroch ita MS. Kain. — *Franc. II.* ux. 1. Felicitas de *Scherfenberg*, 2. Anna de *Auerſperg.* — *Juliana* m. Joa. de *Polheim* a. 1536. ita MS. Kain. — *Euphemia* marit. 1. Chriſtop. *de Reichenburg*, 2. Caſim. de *Polheim.* — *Ambro.* ux. Agnes de *Liechtenſt.* dein uxor Chriſtoph de *Trautmanſtorf.*

ex 2. toro.

Balbina, mon. in Göſſ. MS. Kai. nihil de ſtatu monaſt. — *Felicitas* m. Joann. de *Scherfenberg*, hanc MS. Kainach. præterit. — *Barbara* ex MS. Kainach.

Balthaſar II. ux. 1. Agnes a Lamberg an. 1555. ex qua genuit 16. proles teſte MS. Kainach. 2. Magdal. ab *Herberſtein.*

Ex 1. tor. *Margaretha* m. Steph. de *Caſtelamfi*, MS. Kain. nom. huj. fil. neſciv. — Ex 2 toro *Anna Eliſ.* m. Ferd. B. de *Welz.* — Ex 2 tor. *Anna Suſ.* m. Frid. C. de *Stubenberg.* — *Anna Magdalena*, & *Anna Margaretha*, ambæ omittuntur a Bucelino.

Ex 1.to. *Daniel.* & *Andr.* ex MS. Kain.

Ex 1 to. *Casp. II.* & *Joan. III.* Kain. eam voc. *de Eberau.*

Ex 1 t. *Franc. III.* ux. Marg. de *Erdeodi* vidua Jacob. de *Zackel*, MS.

Ex 2 tor. *Georg. Sigis. Wilhel.* nat. 1570. †. 1631. ux. 1. Juliana ab *Auersperg*, 2. Anna Elis. *Stibichin*, 3. Eva *Leimingerin*, 4. Reg. *Kevenhillerin*, MS. Kain. primam solum refert.

Ex 1.t. *Georg. II.* ux. 1 Hel. *Zackin*, 2 Elis. C. de *Thurn*, quam cum filiab. omittit MS. Kainach.

Franc. IV. cuj. *Susan.* m. *Sophia* m. Wolfg. *Adam.* *Margaretha.*

folius memin. Lud. Co. Jod. Jos. a *Thurn* C. a *Thurn*

MS. Kainach. In his desinit MS. Kainach.

Ex 1 tor. *Anna Justina*, n. an. 1594. † 1630. mar. Wolfg. Baro de *Auersperg.*

Ex 1 tor. *Anna Magda.* † 1632. m. Franc. Bar. de *Welz.*

Ex 2 tor. *Siguna Elisab.* n. 1608. † 1676. m. Sigis. B. a *Kevenhiller.*

Ex 3 tor. *Sabina Elisabeth* nat. 1610. † 1615.

ex 3 toro *Julia Florentina*, nat. 1612. † 1614.

Filii:

Christophorus, nat. & † 1596.

Joann. Balth. n. 1600 † 1601.

Georg. Augustin. n. 1678. ux. 1. Amalia *de Kevenhiller*, 2. Ludov. *Reingravia*

Sigism. Frid. n. 1630. † 1634.

Otto Gallus n. 1631. ux. Sophia Hedw. de *Herberstein*

Joannes Bartholomæus n. 1632. † 1633.

Georg. Wilh. nat. 1660. † 1699.

Amalia Juliana *Regin.* nata 1661.

Ludov. Christina, nat. & † 1664.

Ernesta *Carola*, nat. 1666. † 1678.

Friderica *Eleonora*, nat. 1668. † 1669.

Car. *Wilh.* nat. 1670. † 1671.

Et sic exstincta est linea Wurmbergica.

Acta Stubenberg. Antequam lineæ hujus Wurmbergicæ surculos, notis suis illustrem, ea hic addo, quæ MS. Kainach. in fine genealogiæ hujus refert, ea vero sic habent: Die Herren von Stubenberg haben ungeferlich um das Jahr 1296. eine Erbainigung aufgerichtet, nach nachfolgenden drey Artikeln:

Stubenberg successio. Erstlich wann ein Herr von Stubenberg nur Töchter, und keinen Sohn hinter ihm verliesse, so sollen die anligende Güter, als Gilten und anders, nach seinem Ableiben auf dem Mannsstammen und Namen der von Stubenberg fallen.

Fürs andere soll man einer jeden gelassenen Tochter, die nit Gebrüder und auch Gebrüder haben, für ihr väterlich Heyrathgut geben, nur ein tausend Gulden, da entgegen solle sie sich verziechen vätterlichs Guets, und man solle sie ainen geben, der ihr gleich und gemäß ist.

Fürs dritte solle kein Herr von Stubenberg seine Gschlösser, Gülten und Güter einen andern, dann allein ihren Namen und Stammen verkaufen.

Diese Artikel alle drey haben die Herren von Stubenberg nie erhalten, seynd auch deß in keiner Präscription und hergebrachten Gebrauch, noch Gewöhr niemals gewest; hat Christoph Stadler ausgeführt in 1550. Jahr. *

Ex notis Excell. DD. Wolfg. Com. & D. de Stubenberg censoris mei sequentia addere necessarium duxi: Ungeachtet deme, was Christoph Stadler odgedachtermassen geschrieben, hat doch eben diese Stubenbergische Erbeinignng Kaiser Ferdinandus II. untern 29. Decemb. 1618. dann der Kaiser Ferdinandus III. untern Septemb. 1632.

1632. endlichen der Kaiſer Leopoldus untern 28. Aug. 1659. allergnädigſt confirmiret; die Original-Diplomata befinden ſich in der Famili Handen, dieſe Anmerkung zu machen werde ich um ſo mehrers bewogen, wan ich jenes in Erwegung ziehe, was gegenwärtigen Werk fol. 4. angemerket iſt: cum verba ore prolata volent, typis vero relicta perenniter nocere aliosque ſeducere ſoleant.

Fraunburg ob den Hundtmarkt iſt des Andreen von Stubenberg geweſt, das hat er ſeiner Tochter Magdalena die Wilhelm von Graben genommen, geſchafen, um welches Geſchäft Wolf von Stubenberg, der die von Teifenbach gehabt, ſich mit gedachter Magdalena hat vertragen, und verglichen alſo, daß er ihr die Nuzung von der Herrſchaft Guetenberg auf 10. Jahr verſchrieben, die ſie und ihre Erben auch 10. innen gehabt, und genoſſen. *Bona eorum: Fraunburg, Gutenberg,*

Die Herren von Stubenberg haben ihr Gſchloß Khätſch dem Andreen Paumbkircher verkauft in Gold per 8000. Dugaten, Neuhaus bey Weiz aber haben die v. Stubenberg verkauft den Drächslern. *Khätſch. Neuhaus.*

Die Herren von Stubenberg haben wider ein Erbainigung mit des Wilhelm von Paumkirchen Vater Andreen von Paumkirchen in 1475. Jahr aufgericht, welches des Paumkircher Enickel hat den Andreen von Stubenberg ehelichen gehabt, darbey ein Tochter Magdalena, dieſelbe Erbainigung gehet dahin, wann einer von Stubenberg ohne männlichen Leiberben abgieng, ſo ſollen alle ſeine Gſchlöſſer, Gilt und Güter denen von Paumkirchen, und ſeinen männlichen Erben, für und für zuraiten, Nachfolg und bleiben. Ita MS. Kain. *Hæred. eorum unio cum DD. de Paumkirchen.*

Jam tabulam Wurmbergicam ſupra relatam notis ſuis illuſtro:

A. Udalricus III. hujus nominis huic an. 1287. Rechnicium in Hungaria commendatum fuiſſe, ſupra dixi, v. pl. to. 1. Dipl. 4. huic ad an. 1302. & 1314. MS. Kainach. male attribuit filios *Ottonem*, qui ſolum Henrici filius erat, *Henricum*, Udalrici III. fratrem non filium, & *Wulfingum*, Styriæ Capitaneum, qualis tamen eo tempore ſolum *Ulricus de Waldſee* fuerat. *Stubenberg de Udalr. III.*

B. Udalricus IV. hic decimas in Kirchberg, Joanni Com. *de Pernſtain* vendidiſſe videtur teſte Excell. Wurmbrandio, & quidem, ut ait, an. 1352. forte tamen hæc Udalrico Frider. V. fratri ex linea Kapfenbergica conveniunt: alicui horum *Albero* der Stuchs von Trautmanſtorf, bona in *Höflein*, quæ *Marquardus de Miſtelbach*, ipſi hypothecæ loco dederat, reluenda dedit an. 1347. v. Excell. Wurmbrand. *Udalr. IV.*

C. Hanc omiſit MS. Kainachianum & Bucelinus, adduxit vero Hübnerus tab. 716. & 758. ubi ejusdem maritum *Volcardum I. ab Auerſperg* fuiſſe inſinuat. *Margaretha.*

D. Rudolphi hujus cæteroquin nulla memoria exſtat, nec Wurmbrandius ejus meminit, forte idem cenſendus, quem Lazius & MS. Kainach. *Ortolfum* appellat. *Rudolphus vel Ortolphus.*

E. Algogus, hujus meminit Laziua, Bucelinus, & Hübnerus, MS. Kainach. eadem docet, quæ Lazius, eum nempe circa 1314. Altenburgenſium dono, obtinuiſſe Lieſtnick in Carinthia. *Algogus.*

F. Laurentium omnibus incognitum eruo ex MS. Chronico Canoniæ Voravienſ. quod ita in Marquardo 16. Præpoſit. Vorav. lo- *Laurentius.*

quitur: *Eodem anno* 1338. *fecit permutationem pro quadam curia & area apud S. Laurentium ſita cum D. Laurentio de Stubenberg.*

Fridcr. V. *G. Fridericus V.* teſte Lazio & MS. Kainach. aulicus erat Rudolphi Ducis Auſtriæ cognom. fundatoris; uxorem ejus primam indigitat Necrol. Runenſe apud Frælich. to. 2. f. 347. hiſce: *Karezza de Stubenberg* obiit *XVIII. Kal. Octobr.* Dapiferum Styriæ fuiſſe an. 1360. habet Diploma 25. Teuton. Græc. addit MS. Bar. de Kainach, eum Wulfingo & Udalrico fratribus an. 1389. unionem hæreditariam feciſſe, quam dein Maximilianus I. Imp. an. 1490. confirmavit.

Wolfgang. IX. *H. Wolfgangus* mihi IX. quod nomen olim per *Wulfingus* expreſſum arbitror, advocatus Göſſenſis an. 1325. jam defunctus, v. eo anno. In Necrologio Runenſi cit. f. 346. refertur *XVIII. Kal. Sept.* defunctus *Wolfgangus de Stubenberg.* In aula ejusdem Rudolphi Ducis vixiſſe docet MS. Kainach.

Udalr. V. *I. Udalricus V.* huic *Otto de Traſtetten* villam quandam 10. libris denariorum vendidiſſe videtur. Hic vel alter ejusdem nominis notatur in Necrologio Runenſi cit. f. 352. his verbis: *VI. Kal. Jan.* obiit *Ulricus de Stubenberg.*

Andreas I. *K. Andreas I.* hujus uxorem 1. *Creſcentiam de Liechtenſtein*, 2dam vero *Margarethan de Camor* fuiſſe, docent MS. Kainach. Bucelinus, & Hübnerus; teſte Excell. Wurmbrand. quædam inſtrumenta litteraria accepit a fratribus *de Pernegg* an. 1490. quæ tamen judicio meo potius Andreæ alteri e linea Kapfenbergica convenire videntur. Lazius uxorem ejus 1. vocat *Annam de Liechtenſtein.*

Otto II. *L. Otto II.* dictus, ut diſtinquatur ab Ottone I. an. 1162. florente, denuo duas uxores habuit, primam *Eliſabetham de Dirnſtain*, 2dam vero *Margarethan Stuchs de Trautmanſtorf*, ita docent Lazius, MS. Kain. Bucelinus & Hübnerus. *Margaretha de Stubenberg* binis vicibus reperitur in Necrologio Runenſi cit. ſic 2. *Kal. April. Margaretha uxor D. Ottonis de Stubenberg*, & eodem modo *ad 2. nonas Maji* legitur. Ibid. notatam reperio *Eliſabetham de Stubenberg* defunctam nempe 4. *non. Jun.* floruit teſte Lazio circa an. 1380. quo eodem an. Ottoni huic Pilgrinus Archiep. Salisburg. pro acceptis mutuo 2000. libris Vien. nummor. vades conſtituit, *Joannem Epiſcopum Seccovienſem*, & *Joannem Parochum Rackerſpurg. Vicedom. Leibniz.* v. Dipl. Epiſc. Seccov. 78.

Leutoldus. *M. Leutoldus I. Lutoldus*, vel *Leopoldus*, cujus uxor neſcitur flor. anno 1380.

Urſula. *N. Urſula* maritum habuit *Stephanum Com. de Harreuſtein*, ut docent Bucelinus, Hübnerus, & Excell. Wurmbr. qui Ungarus uxoris ſuæ nomine, *Joanni ab Eberſtorf* affini ſuo de hæreditatis maternæ portione, Joanne Stubenbergico præſente an. 1407. renunciavit: ex his Ladislaus Comes prodiit, cujus mentio fit an. 1433. v. Excell. Wurmbr.

Martha. *O.* De eadem, ejusque maritis conveniunt authores.

Wolfgang. X. *P. Wolfgangus X.* aliis *Wulfingus* floruit circa 1400. de quo pauca reperio; in Necrologio Runenſi cit. varii h. nom. reperiuntur, unus cum addito *junioris* ad 4. *Kal. Martii*, alter 13. *Kal. Novembr.* tertius 8. *Id. Dec.* 4tus, qui forte hic ipſe fuerit ad annum 1442. hoc cum elogio legitur in Necrol. Runenſi f. 350. 6. *Id. Novembr. Wulfingus de*

Stu-

Stubenberg. hic affectus devotione ad locum ſuæ ſepulturæ in Runam dedit reliquias, partem S. Crucis, & Cerebellum S. Andreæ cum monſtrantia ſolemni, & anniverſarium cujus peragitur cum miſſa 1442.

Q. Chriſtophori hujus filia teſte Lazio an. 1430. nupſit *Chriſtophoro Comiti de Corbau Croatæ.* *Chriſtoph.*

R. Hunc cum Ottone & Joanne fratribus, in Dipl. S. Lamberti citari, docet Lazius, aſt pro an. 1330. ponendus eſt annus 1430. *Albertus.*

S. Otto III. mar. *Gertr. Herberſteiniæ* floruit eod. circ. tempore 1417. *Otto III.*

T. Udalricus VI. v. mox dicta & lit. A. B. I. memoratur an. 1402. *Udalr. VI.*

V. Joannes I. v. dicta lit. N. & S. & pl. tab. ſeq. etenim an Joannes hic, vel alter ex linea Kapfenbergica, Capitaneus Styriæ fuerit an. 1437. vix ſatis diſpicio. *Joannes I.*

W. Leutoldus Capitaneus Styriæ circa an. 1453. fuerit, ita habent MS. Kainach. Lazius, Bucelinus & Hübnerus ac MS. Chron. Styriæ de quo nos alibi pluribus, uxor ejus prima erat *Agnes Bernardi de Petau* filia, quæ acceptis 3000. librarum denariorum, an. 1443. reliquæ paternæ hæreditati renunciavit, teſte Excell. Wurmbrandio; altera erat *Urſula de Emmerberg* eodem teſte. Leutoldo huic, uti & *Joanni de Schaumberg*, ob Dynaſtiam *Ankenſtein* in Styria inferiori, ad dextram Dravi oram, ad confluentes Drawinæ, ſeu minoris Dravi ſitam, lis intentata eſt an. 1439. a *Joanne de Eberſtorf*, de qua v. Excell. Wurmbrand. *Ankenſtein* arx Sclavico idiomate *Borlen* voctur, vox vero *Borlen* trajectum fluvii indicat, & quoniam ibidem Dravus trajici poteſt, fors nomen Ankenſtein inde ortum fuerit. *Leutoldus.* *Ankenſtein caſtr. Styr. inſer.*

Leutoldus hic Viennæ etiam domum in ſuburbiis ante Wiedmerthor ſitam poſſedit, quam an. 1459. Joanni ab *Obernholz* vendidit, Wurmbrandio teſte: Lazius docet, Leutoldum hunc per ſecundam uxorem *Urſulam ab Emmerberg* obtinuiſſe Dominia *Klech & Halbenrain*, Wurmberg vero Dynaſtia pleno jure per primam uxorem in eundem eſt devoluta, licet Stubenbergii jam antea hæredes & poſſeſſores ejus caſtri eſſent nominati, ut dixi tomo 1. annot. Dipl. 4. in genealogia Stubenberg. poſt lit. X. *Klech, Halbenrain, Wurmb.*

X. Joannem II. Camerarium Friderici III. Imp. & duarum uxorum maritum, docent authores hactenus adducti, de eo interim ſequentia ex Lazio adduco: *contra quem*, Fridericum III. Imp. *etiam conſpiravit authore Friderico jun. de Stubenberg, hoc nomine V. qui & Fraunburg caſtrum Mathiæ Regi Hungariæ tradidit, ut ſuam juvaret factionem, ex his & Joannes in conjugio habebat filiam Andreæ Pamkircher Domini a Slanyng filiam, fatalis Frider. III. Imp. hoſtis, cum quo in Auſtriacos eo promptius conſpiravit, captus eſt tamen uterque, ac Andreas Græcii capite plectitur, Stubenbergius vero privatur Dominiis Rakerſpurg, Schwamberg, Hollenburg, Heſpach, & Gayſern.* Sed de his ſuo loco, ubi Primipilum rebellionis hujus fuiſſe Andream Paumkircher oſtendam. Joannem hunc tutorem fuiſſe *Leonardi de Liechtenſtain* oſtendit Dipl. Seccov. 202. ad an. 1435. MS. Kainach. eum inter filios Wolfgangi e linea Kapfenbergica refert, & uxorem ejus unam N. de Paumkirchen vocat. *Joannes II.* *Fraunburg caſt.* *Rakerſpurg, Schwamberg, Hollenburg, Heſpach, Gayſern,*

Contin. Geneal. Stubenbergicæ Tabula II. linea Kapfenberg. florentis.

A. Frider. IV. Sator lineæ Kapfenberg. virentis ux. Elis. *D. de Liechtenstein* an. 1288.

Joannes fl. an. 1134. ux. Elisa. de Puchheim

B. Jacobus Prætor Styr. teste Hübn. & Buc. ux. 1. Anna de *Liechtenstein*, 2. Barb. ab *Eberstorf*.

C. Wolfg. ux. Dorothea de *Waldsee*, vid. lit. B.

D. Otto ux. Anna de *Petau* vid. lit. B.

E. Udalric. uxor Elisabetha ab *Aufenstein*, fors solum conjux filii Ulrici.

Margar. m. Joannes de *Potendorf*, & *Crescent.* m. Conrad. de *Kreyg.*

Joan. Prætor Styr. a. 1450. ux. An. de *Pettneg*, quæcast. *Leonrod.* vend. *Frid. Lugaster*

Anna m. Ni-col. de *Liechtenstein.*

Ulricus fl. 1418 & *Barb.* m. Joa. de *Zelking.*

Otto uxor Anna de *Liechtenst.* & *Anna*, m. Georg. de *Neuberg*

Barb. m. Joa. de *Lamung*, Buc. de *Huering* & Cath. m. Georg. de *Starenberg.*

F. Ulric. an. 1403. & ux. *H. Frid.* ux. An. de *Petau*, *Jac.* 1414. ut Buc. An. de *Tirol.*

G. Otto ux. Agnes de *Liechtenst.* v.

Erasm. & *Sigis.* hic Can. vor. 1454. v. eod. an.

I. Wolfg. 1470. hunc Buscel. omittit, Hübn. ux. ei Veronicam de *Polheim* MS. Kain. vero N. de *Stubenberg* tribuit.

* *K. Ekardus* Baro an. 1431. & *Caspar.* Præp. Salisb. incertum, cuj. filius vid. lin. *Wurmberg.*

L. Thom. Vicedom. Leibniz cui Buc. ux. 1. Vero. de *Polheim*, 2. Elis. a *Kranichsburg* tribuit Hübner MS. vero Kainach. solius prius meminit.

Chuneg. cœl. & *Marg.* m. 1. Georg Baro de *Pamkirchen*, 2. Georg. 3 de *Puechaimb.*

Christina m. Rudolph. de *Perneg*, Buc. vocat Steph. & MS. Kain. ait incertum esse, an non Wolfgan. ut Thomæ soror fuerit.

Helen. m. Rudolphus de *Hochenberg*, MS. Kain. alterum filium non nominat.

M. Wolfgangus, uxor Soph. de *Teifenbah.*

Andreas ux. Barbara de *Pamkirchen* Wilh. filia an. 1490. *Sabina Dorothea* mar. Wolfgang. de *Hochenfeld.*

N. Balthas. Cano. Salisb. 1514. & *Ann.* ma. N. ab *Oberheim.*

Jac. & *Otto*, & *Georg.* MS. Kain. ait Otton. in Gueten-berg resedisse, & rusticos in Creizberg ann. 1491. habuisse.

Barb. m. Joan. de *Lamung.* Buc. de *Graben*, 2 Frid. de *Gleiniz*, 3 Eras. de *Ratmanst.* hæ duæ negliguntur a Buc.

Magd. m. 1 Wilh. 2 Frid. 3

Joan. 1558. Paterhod. vivent. Stubenberg. ux. Benigna de *Scherfenberg* filia Joannis Prætor Styriæ ex Christina de *Eizing* ita MS. Kain.

Crescentia, m. Wolfg. de *Kreyg*, & *Jacobus*, qui Paduæ † an. 1559. ætatis. 18.

O. Wolfgangus, uxor 1. Susanna *Päglin* † an. 1589. 2. Anna Maria de *Trautmanstorf.*

Magdalena eadem cum super. Thomæ filia, MS. Kainachian. eam inter proles Andreæ refert.

Fridericus, hunc detexit MS. Kainach. uxor Martha, Erasmi *Mager* ex Veren. de *Lynd* filia.

Rudolph. Sator lineæ sen. & *Caspar.* cuj. loco MS. Kainach. ponit *Joann.* †

Frid. ux. An. Sus. de *Stubenberch.* Balthas. filia, v. tab. 1. hos omn. refert

Geor. Hartman. Sator lin. jun. de quib. pl. ubi docum. domest. obtinuero solo nom. MS. Kainach.

Caspar. cæl. † Vien. MS. Kain. & *Elis.* ex MS. Kain.

Wolfg. fl. 1585. ux. Cathar. *Kinskin*, ex MS. K. & *Sus.* m. Petr. *Erdeodi* an. 1588.

Sophia m. Georg C. de *Serin* ad *Tschakatu.* 1577. & *Esther* m. Christop. de *Gera* ad *Ernvels.*

Andr. ux. *Jac. de Kain.* 1591

Crescent. m. Fran. de *Keven-hiller* 1587. 2. 1590. Græcii. 1626. m. 1. Geor. Christoph. C. de *Losenstein*, 2. Wolfg. Sigism. C. de *Losenstein.*

P. Georg. ux. 1. Barb. de *Keven-hiller* an. Amalia de *Liechtenstein.*

Ann. n. 1594. †

Esther. *Susanna* m. Quirinus B. de *Althaimb.* *Wolfg. Andr.* & *Christoph.* *Mathias.*

Nota

Notæ in tab. 2. lineæ Kapfenberg.

A. Frider. IV. pluribus notatus eſt to. 1. Dipl. 4. eum apud Carnos amplam ditionem, & in hac *Grubenperch*, *Cheurperch*, & *Lattendorf* poſſediſſe Lazius docet, v. pl. an. 1292. MS. Kain. *Albertum*, *Ottonem*, *Joannem* filios tribuit. *Frid. IV. Gruebenberg, Cheurperg, Sattendorf.*

B. Hunc inter Prætores Styriæ, referre formido ex defectu documentorum, quemque nec ipſum Chon. MS. Styriæ hoc munere inſignem notat: uxori ſuæ ſecundæ, recuncianti paternæ & avitæ ſucceſſioni pro accepta dote hypotheca ſtatuta eſt a marito in bonis ſuis conſentientibus fratribus de Stubenberg, ita Excell. Wurmbr. *Jacobus.*

C. Hunc inſinuare videntur plura Styriæ noſtræ documenta ſub nomine Wulfingi, aſt ea forſitan concernere potiſſimum Wulfingum VII. to. 1. annot. Dipl. 4. explicatum opinor, v. ibid. In topogr. Græcenſi an. 1700. edita hic inter Prætores Styriæ refertur, ſed talem cenſendum non eſſe ex dictis in Chronol. conſtat; uxorem *Dorotheam de Waldſee* detexit Excell. Wurmbrand. ex documentis, quibus ei dotolitium conſtitutum eſt: ſuperſtes adhuc fuit an. 1398. *Wulfingus.*

D. Ottones plures de Stubenberg refert Necrol. Runenſe, *6. Id. Martii*, *Otto de Stubenberg* defunctus refertur f. 338. apud Frælich. to. 2. dein 13. *Kal. Maj.* alius ejusd. nominis III. 8. *Kal. Jun.* f. 342. quoniam vero plures exſtitere Ottones Stubenbergici, annique epocha nulla adjecta eſt, definiri non poteſt, quisnam eorum hiſce diebus obierit MS. Kainach. ad an. 1340. refert Fridericum, Ottonem & Udalricum fratres de Stubenberg: ſed error latebit. *Otto.*

E. & *F.* Hæreo, cuinam ex his Udalricis conjux tribuenda ſit *Eliſabetha de Aufenſtein*, nam teſte Excell. Wurmbr. Eliſabetha hæc Aufenſteinia (de qua gente antiquiſſima conſulendus eſt Lazius de migrat. gent. & Megiſer. Chron. Carinth.) uxor, marito ſuo bona quædam jure venditionis tradidit, an. 1379. hæc quidem Ulrico priori convenire viderentur, aſt quia. *Udalricus.*

G. Teſte eodem Wurmbr. *Otto*, *Ulricus* alter & *Fridericus* fratres Stubenbergii dicuntur, qui cum *Petro ab Eberſtorf* controverſiam ob Dynaſtiam Ratek ortam an. 1360. arbitris decidendam dederunt, Eliſabetha illa utpote an. 1379. florens, Udalrici prædicti uxor videtur. Ottonis huj. uxor 1. notatur in Necr. Runenſi defuncta ad 7. Non. Mart. *Otto, Udalric. Fridericus.*

H. In Frider. hujus uxore hæreo, eadem enim Anna Petovienſis Friderico huic, & ejus patruo Ottoni (L. D.) tribuitur forte huj. uxor fuit *Hedvvigis*, de qua Necrol. Run. ad *Id. Febr.* ait, *uxor D. Frid. de Stubenberg*, de eodem hoc, ut arbitror, Friderico loquitur, Chron. noſtrum Vorau MS. ad an. 1492. *Idem Præpoſitus* Vorav. nempe Leonardus *comparavit bona quædam ſolventia* 13. *ſolidos & annuatim Monaſterio noſtro a Laurentio Rauchopl cive in Hartperg una cum advocatia, quæ erepta eſt a Friderico de Stubenberch*, niſi forte hæc Frider. VI. Stubenbergico lineæ Wurmbergicæ conveniant: Frider. qui an. 1410. 1433. vixit, teſte MS. Kainach. bona ſua in der Packh vendidit Stainwaldo de *Flädniz*, & Sophiæ uxori, ac Henrico *Putſchacher* Præfect. in Fridau, & Barb. uxori.

Wolfgang. *I.* De Wolfgango, Thomæ, ut videtur fratre, ſequentia habet Lazius & MS. Kainach. eum cum Thoma fratre *floruiſſe, imperante Maximiliano, & in Kapfenbergio Styriæ & Fraunbergo Carinthiæ ſe tenuiſſe*, adhunc exſtat mandatum Frid. Imp. de dimittenda advocatia Göſſenſi, v. Dipl. Styr. part. 1. f. 50. uxorem quandam ex gente Stubenbergica attribuit MS. Kainach. & ex hac duos filios; tres filias.

Ekardus. *K. Ekardo* Aſteriſcum appoſui, utpote dubio, ejus nemo, quod ſciam; meminit præter Chron. Arenpekii apud Hier. Pez tom. 1. fol. 1246. ubi eum Baronem, atque in bello ſub Sigiſmundo contra Huſſitas geſto e Styris celebrem fuiſſe memorat, forte tamen Ekardus hic jam an. 1431. inter Wolfgangi deſcendentes referendus eſſet.

Thomas. *L.* De uxoribus hujus diverſas ſententias retuli in ipſo ſchemate
Muereck caſtr. de Thoma hoc ait Lazius: eum *in Stubenbergio, Muerekio, ac Wurmbergio habitaſſe, & procreaſſe filios, Ottonem, Georgium, Andream, & 2. Balthaſaros, quorum unus Can. Salisb. egit, alter filios genuit*, MS. Kain. unum ſolum Balthaſarem eidem filium tribuit.

Wolfgang. *M.* De Wolfgango hoc ita docet Lazius, *Joanne immature abrepto,*
Ebrenbauſen. *ſolus Wolfgangus in Dominiis Kapfenberga, Murek, Ebrenbauſen, & Fraunburg ſuperſtes, cum debita, quæ parens magna contraxerat, ſolviſſet, parciſſime & ſimpliciſſime ſe agens, magnas divitias congeſſit, ampliſſimoque in Bohemia Dominio coempto, ex conjuge Deifenbachiana filios progenuit, quos ætas adhuc noſtra habet Joannem, Wolfgangum, Fridericum, & Jacobum.*

Balthaſar. *N. Balthaſarem* hunc Stubenbergicum male Bucelinus, ejus exſcriptor Hübnerus, Præpoſitum Salisburg. male etiam an. 1478. defunctum docent, nam auth. germ. Sacr. to. 2. f. 557. & 971. unum ſolum Canonicum Salisburg. ac hoſpitalarium fuiſſe docet, error ortus videtur a Caſpare de Stubenberg, quem Præpoſ. Salisburg. fuiſſe an. 1467. docet, cit. author f. 1043. qui dein in Murau an. 1478. obiit. Balthaſar dictus ex illis Canon. Reg. in Salzburg fuit, qui an. 1514. per Leonem X. a vita regulari ſoluti fuerunt, v. loc. cit. auth. germ. Sacræ.

Wolfgangus. *O. Wolfgangus* hic an. 1572. tanquam pincerna Styriæ, & Caroli Arch. Conſiliarius ſigillum ſuum adjecit, dum *Andreas Eberhardus Rauber* ad Thalberg, & Rainegg ſubditos ſuos in Oberpurch Parochiæ Hartberg venderet D. Joanni *Gotſcham* patrueli ſuo, ita lit. orig. in archivo noſtro Græc. ladula 40. Idem probabilius an. 1541. in veſtituram ad Pincernatum Styriæ accepit teſte Excell. Wurmbr. præterea ex MS. quibusdam Styriæ mihi communicatis, de turbis Styriæ per Lutheri hæreſim auctis, varia in ejusdem Wolfgangi laudem lego, eum nempe circa annum 1580. religioni catholic. addictiſſimum fuiſſe, intimum Caroli Archiducis Conſiliarium & pro re catholica plurimum laboraſſe, de quibus pl. ſuo loco.

Georgius. *P. Georgius* hic teſte Prevenhuebero f. 339. Purggravius Styriæ factus eſt poſt *Joan. Frid. B. de Hofman* an. 1610. qui tamen id officium denuo reſignavit an. 1614. v. ib. f. 354. ac an. 1630. Ratisbonæ obiit 22. April. ætat. ſuæ 70. an. in Eccl. S. Lazari ſepultus ibid. f. 379. qui ejusdem titulum ſequentem refert *D. Georgius D. de Stubenberg Purggravius, Dominus ad Kapfenberg, Muerегg, Fraunburg, Schallaburg, & Siechtenberg ſupremus Pincerna Styriæ S. C. M. Conſil. & Camerarius.*

Hi ſunt itaque ex gente illuſtriſſima, & antiquiſſima Stubenbergiorum, qui mihi hactenus innotuerunt, quod ſi documenta domeſtica obtinuero, plurihus emendare, quæ ſcripſi, & ſuperaddere, potero, ſecus nemo me incuſabit, ſi plures errores intercurrerint; noverint enim eruditi, quantæ operæ ſit, genealogiam perfectam reddere.

In topogr. urbis græc. an. 1700. edita reperio inter Præpoſitos Seccovienſes *Conradum* ordine VI. & *Nicolaum* ordine VII. Præpoſitos e genere *de Stubenberg* ortos, confirmant id domeſtica documenta Seccovienſium Conradum VI. & Nicolaum VII. Præpoſitos Seccov. ex illuſtriſſima gente de Stubenberg eosdem docentia: etenim in magno atrio Canoniæ Seccov. ubi omnes Præpoſiti Seccov. depicti ſunt, hi duo de Stubenberg dicuntur addito familiæ inſigni, v. pl. in opere ipſo. *Conrad. VI. & Nicolaus VII. Præp. Seccov. an fuerint ex Stubenbergiis.*

2. Hujus Dipl. teſtis eſt *Otto de Leibniz*, v. to. 1. annot. Dipl. 8. & tomo 2. annot. Dipl. 3.

3. *D. Chunradus de Gleiſtorf*, v. tomo 2. annot. Dipl. 177.

4. *DD. Otto & Rapato de Mordax*, v. tomo 1. annot. Dipl. 9.

Ad Diplom. 192.

Ad Dipl. 192.

Confraternitates religioſorum, horumque bonorum operum plenam communionem, cum ſæcularibus etiam, in uſu hoc tempore fuiſſe, exhibet hoc Diploma, non ſolum Thomas Rechperger Can. Patav. ſed etiam parentes ejusdem, eam cum Canonicis Voravienſibus habuerunt; porro Thomas hic dictus Rechberger Canonicus erat, Patav. Eccleſiæ, ſimulque Plebanus ſeu Parochus in *libera civitate* ſeu Freyſtadt (urbs eſt in ſuper. Auſtria 4. milliaribus Lincio Bohemiam verſus ſita, variis fatis nota) qui cum ſpeciali affectu in Canonicos Voravienſes afficeretur, abiisque charitatem fraternam ſeu participationem bonorum operum obtineret, hi viciſſim ſe obligarunt ſolemnem diem anniverſarium celebrare pro Thoma Rechberger, ejusque parentibus defunctis, ita ut vigilias cantarent cum miſſa defunctorum, prout pro Canonico Voravienſi fieri conſuetum erat. *Confraternit. religioſorum cum ſæcularibus.*

Idem anniverſarius decretus eſt etiam, ut celebretur in *foro* ſeu *oppido Vorau*, a plebano loci illius. *Vorav. oppid.*

Memoratur hoc in Diplomate *Magiſter oblariæ*: oblajarios olim in Eccleſiis etiam Reg. Canon. fuiſſe, & præbendarum certum ac mitigatum uſum ſcient omnes, niſi veterum rerum rudiſſimi. Conſulatur Cardin. Cuſanus, Navarrus ipſe Can. Reg. Bellizarius, & noviſſime Antonius Zunggo Can. noſter Jubil. Profeſſus, ac Sacerdos in opere ſuo eruditiſſimo, quem prodromum hiſt. de ord. Can. Reg. S. Aug. inſcripſit, qui id compluribus locis oſtendit etiam de ipſis monachis; unum adduco teſtimonium ev MS. Cod. Bibl. noſtræ Vorav. num. 200. in quo ſic habetur: *Kal. Jan. Camerarius hodie cuilibet fratri dat decem denarios pro Soleis, octavo Id. Jan. Magiſter infirmariæ. dat cuilibet fratri 40. denarios ad imminutionem*, ſanguinis nempe, *ſeu phlebotomiam. Kal. Febr. dat Camerarius cuilibet uno anno libras 10. altero an. ſolum 3. denariorum. Oct. Id. Febr. D. Liebhardus Can. noſtræ Eccleſiæ dedit 10. libras denariorum pro hiſtoria cantanda de S. Dorothea &c.* Plura ad an. 1378. eadem apud Monachos veteres rigidiſſimos, & hodie apud quosdam men- *Oblajæ ſeu præbendæ regular. Etiam Voravii an. 1378.*

mendicantium ordines ſine læſione paupertatis uſuvenire experimur, dantur enim eis quædam ſportulæ, quaſi præbendæ, ac etiam diſtributionas pecuniariæ, quibus ſibi de veſtitu, aliisque rebus quodammodo neceſſariis providere poſſint.

Sigill. Vorav. mutat. Sigillum Voravienſe, quod attinet, duplex ſemper erat, unum Præpoſiti pro ejus libitu vel ſtemate ac ortu deſumptum fere commune, ut videtur Epiſcopis, & Abbatibus, v. Dipl. 159. 181. alterum erat capituli ſeu Eccleſiæ Voravienſis varium, pro varietate temporum, ſic an. 1319. ſigillum Marquardi Præp. Vorav. erat *Beata Virgo Stanſ.* circumſcr. *Marquardus Præpoſitus Voravienſis*, ſigillum capituli, *S. Thomas cum 2. ſtellis ex utroque latere, & a dexteris ſuperius luna* (: circumſcr. *ſigillum Eccleſiæ Voravienſis*, an. 1370. *B. Virgo Virgo Stanſ.* circumſcr. *ſigillum Præpoſituræ Voravienſis*, ſigillum Capituli, *in quo S. Thomas:* uti hodie habetur, *tangit latus Domini*, circumſcr. *ſigillum Eccleſiæ Voravienſis* an. 1453. ſigillum capituli *S. Thomas*, ut prius, circumſcr. eadem; an. 1465. ſigillum *per modum altaris Gothici, in medio eſt S. Thomas latus Chriſti tangens, inferius in parva figura Angelus portans Eccleſiam*, circumſcr. *Leonardi D. G. Præpoſiti Monaſterii Vorav.* ſigillum Capituli magnum *cum S. Thoma* pariter, ſed *in magna figura* circumſcr. *ſigillum Eccleſiæ Voravienſ.* Cera Præpoſiti rubra, Capituli viridis, an. 1481. ſub eodem Leonardo Præpoſito, erat ſigillum *S. Thomas* inferius *pes aquilinus* (quod ſigillum ex inſignibus Andreæ Pranbek Præp. Vor. ſui ſtematis ultimi deſumptum, dein monaſterio Vorau eſt attributum) circumſcr. eſt Grund Sigill des Gotteshaus zu Vorau, an. 1549. ſigillum Præpoſiti ſimile priori, ſed *infula* in hoc ſigillo deeſt, quæ in priori *ſupra S. Thomam* conſpicitur, circumſcr. *ſigillum minus Præpoſituræ Voravienſ.* an. 1670. ſigillum Capituli præſentabat *S. Thomam ſtantem cum lancea* ſigillum Præpoſiti, *Epiſcopum cum pedo;* hæc interim inſinuo, plura cum tempore locuturus.

Ad an. 1290. ad Diploma 193.

An. 1290. ad Dipl. 193. Wildonior. & Chunringiorum nexus. Hertnidus hic *Wildonius*, & Mareſchallus Styriæ, ſecundus huj. nom. erat, de quo tom. 1. annot. Dipl. 53. fuſe actum, corrigendum vero in hoc Dipl. videtur, quod *Leutoldus de Chunringe patruus, ſeu frater patris Hertnidi II. de Wildon* fuerit, cum *avunculus* fuiſſe videatur, ſeu frater matris Hertnidi II. etenim ut obſervavi tomo 1. Dipl. 53. in hoc Hertnido II. de Wildon, mater Hertnidi hujus teſte Lazio erat filia *Alberonis de Chunringe*, ſoror *Leutoldi*, & ſic Leutoldus Chunringius non patruus, ſed avunculus Hertnidi hujus dicendus erit.

Omnino ægre combinatur, quomodo, ut an. 1287. ex Dipl. Epiſc. Seccov. 58. dixi, *Leutholdus Chunringius* ſubditos quosdam in diſtrictu Wildonienſi ad ſe ex *materna ſucceſſione* devolutos Epiſcopatui Seccov. donaverit, quod, ut pro poſſe ſalvetur, dicendum, aviam vel proaviam Leutoldi de Chunringe, Wildoniæ ſtirpis fuiſſe.

Inter Hertnidum itaque Wildonium, & Epiſcopum Seccovienſem Leopoldum lis aliquando tempore agebatur, ſuper quibusdam hominibus & bonis a Leutoldo Chunringio Eccleſiæ Seccovienſi donatis, uti, & ſuper *advocatia Eccleſiæ in Styven;* hæc, ut ſopiretur, Hertnidus

nidus Wildonius totam hanc cauſam reſignavit Epiſcopo Seccovienſi conſentientibus Agnete uxore, Richero, Hertnido, Ulrico filiis, ac Eliſabetha filia, ita tamen, ut Epiſcopus viciſſim ei tres alios ſubditos donaret.

Parochialis Eccleſiæ in Styven fundatores dixi ad an. 1220. fuiſſe Comites *de Plajen*, qui Wildoniis tum fidelibus ſeu feudatariis conceſſerunt, ut eidem Eccleſiæ dotem conſtituere poſſent. Succeſſu temporis deficiente in noſtris partibus Plejenſium Comitum familia, advocatiam Eccleſiæ Styvenſis obtinuere Wildonii, cumque circa an. 1248. Philippus Salzburg. Archiep. Eccleſiam hanc ſibi vacantem Ulrico tum Seccov. Epiſcopo, ejusque menſæ Epiſcopali donaret, egerunt ſucceſſores Epiſcopi Seccovienſes, ut non ſolum jus conferendi eam Eccleſiam, ſed etiam jus advocatiæ ſuper eandem obtinerent, quod tandem hoc anno impetratum eſt. *Styven Eccl. S. Georg. Paroch.*

Teſtes erant 1. *D. Meinhardus de Zenzelemdorf*, fors legendum *Zinzendorf*, v. Dipl. 44. tom. 1. & hoc tomo 2. ſæpius.

2. *Syboto de Waſen*, v. tomo 2. Dipl. 31.

3. *Marchwardus de Herwveigſtorf*, v. tom. 2. Dipl. 175.

4. *Chunradus de Gleisdorff*, v. tom. 2. Dipl. 177.

An. 1297. ad Diploma 194.

An. 1297. ad Dipl. 194.

Sebenſtein arx familia.

Sebenſtein arx eſt Auſtriæ, in circulo infra ſylvam Viennenſem penes Pitten, Styriam verſus ſita, Comitibus de Pergen obnoxia, ex qua arce familiam ejus nominis prodiiſſe reor, cujus gemini fratres *Gerhardus* & *Stephanus* jus patronatus in Parochia Sebenſteinienſi *Henrico a Stubenberg* pretio 15. librarum denariorum vendiderunt an. 1304. ut docet Excell. Wurmbrand. ex archivo ejusdem familiæ num. 86.

Albertus igitur, & Bernardus fratres de *Sebenſtein* ex eadem familia Auſtriaca fuiſſe videntur, & in Styria noſtra poſſediſſe jus montanum in *Seven* (foris in Dipl. hoc legitur *Saven*, quæ vicinia eſt penes fl. Sava ſeu Saven non procul a Canonia Pöllenſi) jus hoc montanum ſibi jure hæreditario competens vendidit *Bernardus de Sebenſtein* Conrado Præpoſ. & Capitulo Voravienſi, eamque venditionem Albertus Sebenſtainius hoc anno confirmavit.

An. 1298. ad Diploma 195.

An. 1298. ad Dipl. 195,

Diploma hoc germanicum edidit primus Excellentiſſimus Wurmbrandius in collectaneis ſuis Diplomat. Genealog. hiſtoricis continetque donationem *Ulrici Comitis de Pfanberg*, qua hic cum conſenſu conjugis ſuæ Margarethæ, *Henrico de Stubenberg* donabat ſubditos ſuos omnes inter Neapolim Auſtriæ ſeu novam civitatem, & Pütten habitantes penes fluvium Lettam ſeu Leitach. *Pfanberg de Ulric. I. Stubenberg de Henr. I.*

Comitum de Pfanberg Genealogiam dedi annot. Dipl. 41. ex qua patet, Ulricum hunc, Margarethæ I. Heunburgicæ uxorem fuiſſe huj. nominis Imum, de quo pl. ibidem & alibi, Comitum ſeu Dominorum de Stubenberg Genealogiam inchoavi to. 1. annot. Dipl. 4. continuavi hoc tomo 2. annot. Dipl. 191. *Henricus ille Stubenbergicus*, erat Friderici III.

ci III. filius, frater Frider. IV. ac Udalrici III. de quibus plura jam dixi. Hunc Ulricus Pfanbergicus vocat ſeinen lieben Oheim, vox Oheim latine exprimi ſolet nomine *Patrui* Vatters-Bruder, vel *avunculi*, Mutters-Bruder, ſed Henricus Stubenbergicus patruus, ſeu frater patris Ulrici Pfanbergii eſſe non potuit, ut cæteroquin patet, unde fors avunculus ſeu frater matris Ulrici Pfanbergii fuerit, vel dicendum titulum Oheim nec hoc ævo ſub denominatione ſua propria ſumptum, uti nec nunc, cum Imperatores noſtri, Principes, & Duces Imperii vocant Ohaim ſeu *avunculos* ſuos.

Teſtes Diplomatis erant 1. Herr Otto von Ratenſtorf vel Ratmanſtorf, v. tom. 1. an. 1082.

2. Herr Wulfing von Auelenz, v. tom. 2. annot. Dipl. 43.

3. Herr Seifrid von Chrotendorf, ibidem, reliqui teſtes inter nobiles non computandi videntur.

An. 1306. ad Dipl. 196. Prabendæ & fundat. relig.

Anno 1306. ad Diploma 196.

Diploma hoc Voravienſe varia notatu digna continet, & *primo* quidem ex eodem patet, quod ſæpe jam diximus, præbendas quasdam cum licentia Superiorum licitas olim fuiſſe Religioſis, eosque varias quoque fundationes cum annuth Superiorum facere potuiſſe, quod hoc Diplomate clare evincitur, quo Hertnidi Præpoſ. Vorav. fundatio facta, a Chunrado Salisburg. confirmatur. *2do:* Scribit ſe hoc in Diplomate Hertnidus Præp. noſter *curiæ Salisburgenſis Capellanum*, cum vero nec ante eum, nec poſtea quisquam Prælatorum noſtrorum eum titulum adhibuerit, cenſeo ei hunc titulum datum, cum antea Canonicus Salisburgenſis fuiſſet. 3 Fundat quotidianam in ara S. Crucis miſſam. de B. V. M. in qua, more veterum, defunctorum Prælatorum, & confratrum memoria fiat, uti nunc fieri ſolet in choro, legendo nomina defunctorum fratrum ex Necrologiis; vult vero præterea, ut penes collectam B. Petri Apoſtoli fiat etiam commemoratio ſui & virorum Prælatorum cum collecta *Spiritum veritatis*, tandem, ut ſingulis diebus finito completorio cantetur antiphona de B. V. ſpecioſa facta es. 4. Pro hujus fundationis perſolutione, de penſione conſueta, & debita *Eccleſiæ Parochialis S. Ægydii* determinat ſingulis annis ſolvendas libras 4. & dimidiam, & alias libras 4. denariorum, quæ Prælato de *Canonica*, (ſeu ut ait Cangius *præbenda*) confratrum ſuorum pro veſtibus dari ſolebant, quam ſummam determinat pro conſolatione Sacerdotum altare inofficiantium. Fuiſſe olim uſum præſertim ante Conc. Trid. ſpeciales præbendas & portiones pro veſtitu, aliisque neceſſariis dandi, tum Præpoſitis, tum ipſis Canonicis, patet pluribus veterum documentis, quibus bona quæpiam menſæ Prælati, alia menſæ conventuali aſſignabantur, ſic ut ad an. 1305. & ſeq. dictum Hertnidus Præpoſ. Vorav. *offertorium S. Ægydii* ad menſam Prælati dari ſolitum Canonicis ſuis libere reſignavit; plura ſat vivida in rem hanc argumenta adfert vir cl. Auguſtinus Riſtl, in commentario reg. S. Aug. t. 644. ubi dein f. 655. oſtendit, eam diviſionem præbendarum, & bonorum non repugnare etiam Concilio Trid. Vult vero ſpecialiter Hertnidus Præp. ut hiſce pecuniis pro perſolutione hujus fundatione

Hertnid. Præp. Vorav. Capell. curiæ Salzb.

Ejus fundatio.

Diviſio bonor. monaſt. an licita.

datione determinatis, *augeantur noſtrorum Dominorum, & Confratrum cappæ, cappæ* Canonicorum ſeu *Almutiæ* idem fere ſunt, quod Mozzetæ Epiſcopales, nam ut docet Gretſerus in Curopolate cap. 1. & colligitur ex Bulla Leon. X. ex ſupernæ, item Cærem. Epiſcop. lib. 1. c. 1. *Mozzetta* ex uſu recepto in jure notat, non qualemcunque cappam, ſed ſolum Epiſcopalem, Canonicorum autem cappæ vocari ſolent tantum *Almutiæ*, communi tamen uſu, & more loquendi idem fere ſonant Almutiæ, & Mozzetæ, eſt vero cappa, Almutia, ſeu Mozzetta veſtimentum, ſupra Rochetum a Can. Reg. geſtandum, quod ut ait Bened. XII. in ſua reform. Bulla §. 40. *a parte anteriore apertum, de panno laneo deferri conſuevit, non nimia longitudine, vel brevitate notandum.* Breves nimium vel paucæ videntur fuiſſe Almutiæ ſeu cappæ Voravienſium, cum ad augendas eorum cappas intenderit ſummam annuam dare Præpoſitus Hertnidus. 6. Ordinavit idem Præpoſitus Hertnidus libram dimidiam de prædicta Eccleſia S. Ægidii parochiali in Vorau, & 60. denarios de curia in Pichel pro lumine, ſeu una lampade ad ad aram S. Crucis. 7. Ne diminutionem in ſuis redditibus ſentiant poſthac Prælati Voravienſes, iisdem aſſignat prædia in Liechtenegg, & Langek, ac ſylvam ibidem ad 100. jugera ſe extendentem, jus item montanum in Edliz ad 20. urnas vini annuatim computatum, quæ omnia Hertnidus ait ſe comparaſſe a Dom. Ulrico milite de *Pozzeg*, MS. Chron. Vorav. ait Udalr. de *Roſſeck*) ſe extendentia ad 7. libras denariorum, & ultra, quam ſummam idem Diploma ait, fuiſſe redditum Prælatorum Vorav. Eccleſiæ. 8. Adjicit etiam curiam dictam in Pichel, ſitam in prædio Stainpach ad 18. ſolidos denarios uſualis monetæ annuatim refundentem (de qua v. an. 1305.) eamque ita dividit inter Canon. Vorav. ut *Magiſter oblariæ* (hoc eſt, qui dividit redditus & præbendas, uti alias Camerarius in Monaſteriis) ſolidos 5. denariorum recipiat, & de eisdem feria proxima poſt feſtum S. Trinit. Canonicis Vorav. faciat unam *pitantiam*, hoc eſt refectionis ſpecialis conſolationem, ut v. Dipl. Seiz. 33. & cuivis Dominorum, qui de nocte vigiliis Dominicis interfuerit, unum ferculum deſignet, dein altero mane cum miſſæ cantatæ pro defunctis omnes fratres intereſſe debeant, cuivis fercula duo, præbendam vini boni emptitii, panem album ad unum denarium ſe extendentem adminiſtrare debet idem magiſter oblariæ. 9. Cum ſingulis diebus & noctibus in ſuffragiis decantari debeat antiphona cum collecta de SS. Trinitate, videlicet te invocamus, te adoramus, libra etiam denariorum Canonicis eſt deſignata. 10. Pro 30. miſſis pro def. in ara S. Crucis continuo dicendis ab eodem magiſtro oblariæ ſolidi tres denarii dabuntur; tandem magiſtro oblariæ pro onere prædicti laboris adminiſtrandi cenſus 30. denariorum de curtoria una in *foro* ſeu *oppido Vorau* deputatur.

Cappæ Can. Vor. Almutia.

Mozzetta.

Redditus annui Prælati Vorau.

Pitantia quid.

Atque hanc Hertnidi Præp. fundationem confirmavit Conradus Archiep. Salisb. eodem hoc anno 6. Kal. Aug. Sigillum in deſcriptione Diplomatis expreſſum eſt.

An. 1209 ad Diploma 197.

An. 1309. ad Dipl. 197. Stubenberg de Henr. ux. Cath. de Pütten.

Henricus Stubenbergicus to. 1. annot. Dipl. 4. in fragm. Geneal. 1. Stubenbergiorum occurrebat, ignota tamen erat ejus conjux *Catharina*, Bucelinus, & ex eo Hübnerus, uxorem hujus Henrici N. de Pütten, atque Ottonem filium, & Udalricum nepotes ponunt, uxoris proinde nomen *Catharinæ*, ex hoc Diplomate exhibetur, nec multum repugnavero, eam ex familia Dominorum de Pütten fuisse, cum, uti Dipl. 195. dictum, ab Ulrico Pfanbergio an. 1298. subditos inter Neostadium & arcem Pütten, forte ratione dotis obtinuerit.

Pöllau Domin. olim Stubenberg.

Ex eodem Diplomate Henricus hic Dominus in Pöllan fuisse, vel certe subditos ibidem habuisse colligitur, verba enim hæc: Christian von Pöllan mein Mann, idem significant, ac subditus meus; testatur vero venditionem hanc rite, & cum consensu suo factam, profitetur se Hertnidi ac Ecclesiæ Vorav. in his bonis tutorem futurum &c. Testes rei erant 1. *Otto de Razensdorf*, lege *Ratensdorf*, v. to. 2. Dipl. 195.

Avelenz de Otto.

2. *Otto de Avelenz*, addendus ad eos, quos to. 2. Dipl. 43. exposui.

Sturberch de Hermann.

3. *Herman de Sturberch*, forte *Sturmberch*, arce, vix tamen inter nobiles referendus, cum titulus Domini adjectus non sit, uti

4. *Diedaip de Pölan.*

5. *Leopoldus Zvvickel*, Judex ibidem seu in *Pölan.*

Sigillum rite expressum est.

Ad Dipl. 198.

Ad Diploma 198.

Krumbach Geneal. firmatur.

Diploma hoc denuo stabilit Genealogiam Dominorum de Krumbach a me to. 1. annot. Dipl. 58. expositam, etenim ibidem dictum, eos linea materna a Dominis de *Rainberg* arce infra Vorau descendere: hi tres Domini fundationem aviæ suæ Gertrudis confirmantes fratres erant nempe Henricus II. Henricus III. seu Junior dictus, & Udalricus an. 1318. Canonicus in Vorau factus, omnes tres filii Henrici I.

Ramberg de Gertr. fil. Henr.

Porro aviæ suæ nomen exprimunt, eam *Gertrudem*, ac filiam *Henrici de Rainberg* appellantes, præterea testantur, hoc in Diplomate *Henricum de Rümberg*, proavum (Uhrenne) suum maternum fuisse, quia nempe aviæ suæ Gertrudis patrem.

Testamentum porro ipsum, quod Gertrudes fecit, uti & alia fundatio ab *Henrico de Rümberg* seu *Ramberg* facta, non amplius exstat, colligitur tamen ex hoc Diplomate confirmatorio, Gertrudem aviam Krumbachiorum fratrum, legasse Monasterio Vorau, curiam in *Mässenberg* dictam, *curiam Episcopi* seu Bischofs-Hof ita integraliter, ut tantummodo pro jure *advocatiæ* seu *tuitionis*, Domini futuri de Ränberg unam gallinam, & modicum avenæ, non plus exigere possent: olim advocatiæ titulo, uti & nunc, adhuc quæpiam nominatim avenna exigi solebat, sic in Dipl. Gössensi 29. ad an. 1326. *Euphemia* vidua *Wulfingi de Stubenberg*, testatur sibi ab Abbatissa Gössensi commendatam fuisse advocatiam Monasterii Gössensis (quam prius tenuit maritus ejus Wulfingus) ea tamen sub conditione, ut ea non amplius titulo advocatiæ recipiat triticum, & avennam veteri consueta mensura, seu ut ait Diploma germanicum: Daß ich ob der Vogtey und ob demselben

Advocatiæ jus & quæ eo tit. præstanda.

ben Guet, ob den Höfen, und ob den Hueben nicht mehr soll nehmen den Waitz und Haaber in rechter alter gewöhnlicher Maß, als Vogtrecht hayset und huen nach Vogterecht Recht ꝛc. de quibus plura tom. 3. ubi hoc Dipl. exponetur.

Onus totius hujus fundationis erat in eo, ut in anniversario Henrici de Raimberg, aliorumque de familia, vigiliæ, & sacrum defunctorum celebrentur, & quivis Sacerdos unam missam legat.

Testes erant 1. *D. Rudolphus de Krumbach*, unser Vâter, to. Dipl. 58.

B. *D. Dietericus de Aichberg*, v. tomo 2. annot. Dipl. 103.

3. *Conradus de Fridberg*,
4. *Jensel de Fridberg*, } v. tomo 2. annot. Dipl. 33.
Procurator in Raimberg,

Datum in *Reimberg* arce infra Vorau, de qua pl. to. 1. annot. Dipl. 58.

Anno 1314. ad Diploma 199.

An. 1314. ad Dipl. 199.

Stabilitur hoc Diplomate iterum Genealogia Krumbachiorum to. 1. Dipl. 58. exposita, cæteroquin vero hoc Diploma venditionem continet fratrum Henrici senioris, & junioris, ac Udalrici de Krumbach, qua Ottocaro Præposito, & Capitulo Voravienſi, vendunt varia bona in Parochia Vorav. sita, quæ hic enumerantur. Testes venditionis hujus Voravii factæ hoc anno festo B. V. M. sunt:

1. *D. Henricus de Stubenberch*, v. tom. 1. annot. Dipl. 4.
2. *D. Pilgrinus de Puechaim*, v. tomo 2. annot. Dipl. 115.
3. *Dietricus de Weitperch*, (legendum censeo de *Neitperch*, v. to. 1. Dipl. 36.
4. *D. Rudolphus de Krumpach*, v. tomo 1. annot. Dipl. 58.
5. *D. Ulricus de Teiffenbach*, v. tomo 1. annot. Dipl. 86.
6. *Ekartus de Fridberg*, v. tomo 2. annot. Dipl. 33.
7. *Chunradus de Aichberg*, de qua familia plura, ubi domestica instrumenta obtinuero.
8. *Hainricus de Paumgarten*, &
9. *Hermann de Rosenberch*, hi duo an ex Styria deducendi, & inter nobiles referendi sint? hæreo.

Anno 1322. ad Diploma 200.

An. 1322 ad Dipl. 200. Rindsmaul Gen.

Operæ pretium erit, Genealogiam illustrissimæ interque Styros nostros florentissimæ familiæ de Rindsmaul, ex Bavaria oriundæ hic loci explicare, quoniam ad eam adumbrandam occasionem dedit *Albertus Rindsmaulius* Bavariæ heros Friderici nostri captor; Genealogiam hanc delineo, uti eandem in castro Pernegg, ad fines Austriæ & Hungariæ, ac huic familiæ proprio designatam inveni, quam ut accurate consignarem, aliaque operi meo necessaria insererem, Excellentissimus ac Illustrissimus Dominus, Dominus Sigismundus Fridericus Comes de Rinsdmaul arcis hujus, ac familiæ caput, & veniam dedit, & bibliothecam ejusdem castri mihi aperiri fecit, ut inde varia conquirerem, e cujus munificentia etiam liber ille MS. Bar. de Kainach familiarum Styriæ mihi concessus est, ex quo plura cum tempore luci publicæ dabuntur.

Genealogiæ Illuſtriſſimæ Familiæ Comit. de Rindsmaul Tabula I.

1. *Henricus* an. 1165. floruit, & ludis Guelphicis Tiguri adfuit uxor. N.

2. *Andreas I.* aliis *Albertus I.* flor. an. 1217. ux. N.

3. *Albertus II.* floruit an. 1229. uxor N.

4. *Albertus III.* Bellidux Bavar. qui Fridericum Auſtriacum in prælio Mülldorfenſi an. 1323. cepit, uxor N.

5. *Agnes* 1. mar. Joan. de *Hilbersbauſen* an. 1349.

7. *Albertus IV.* an. 1365. N. *de Weiſſenthaun.*

6. *Marquardus de Meichingen* an. 1317. ux. Eliſabetha de *Eiſoltzritb.*

* *Andreas II.* 1365. teſte Buc. & Hübn.

8. *Joa. I.* Eques.

9. *Albert. V.* a. 1403. lud. Guelphicis Darmſtadii præſens. * *Rudolphus I.* de ux. non conſtat.

10. *Herman.* vel *Hartmannus I.* a. 1424. ux. Marg. *Fuchsmagin.*

11. *Joannes II.* de & ad *Heilſperg* uxor Imegardis *Weilbertin.*

12. *Marg.* 13. *Sophi.* N. cuj. m. I. Abbat. in Gutenberg † a. 1489.

N. *Kolgen* de *Iggigen* † 1544.

14. *Albert. VI.* Joa. *Sigovein* de *Pittenegg* vel infra *Sophi. II.*

fl. 1484. ad *Cronenburg* dictus, ux. Dorothea *Raſpin* de *Fuxmagin.*

15. *Rupert.* p. mort. ux. 1489. can. in Soldenburg † 1508.

16. *Conr.* de *Rottenberg* *Ramſpauer* Præpoſ. in *Vilsbofen* a. 1433.

17. *Eraſmus* & *Joannes*, * & *Sigiſm.* uxor Anaſtaſia de *Goldenberg.*

* *Rudolphus II.* uxor Sophia de *Neidek.*

18. *Agnes II.* & *Marg. II.* cæl. † & aliæ duæ proles anonymæ.

19. *Dorotb.* m. Gabriel. *Hoetsbacher* in *Erdenfiz.*

20. *Anna* mar. *Weniſch* de *Gobersbaim.*

21. *Joan. IV.* D. in *Fraubaimb* 1514. ux. 1. Doroth. *Pernerin* hær. de *Pernek*, ux. 2. Anaſt. *de Gloyach.*

* *Hermann. II.* ux Marg. de *Paumkirchen.*

* *Sophia II.* mar. Joan. *Sigovein* de *Pidenegg.*

22. *Sibylla* m. Joa. *Moſer de Kirchdorf.*

23. *Rupert. I.* de *Rottenberg*, ux. Maria *Lepoltin.*

24. *Mich. I.* D. de *Pernek* & *Fraubaimb*, ux. 1. N. *Staigerin*, 2. Eliſab: de *Eggenberg.*

25. *Anaſt.* mar. Colmanus de *Waſoltsberg.*

26. *Joa. Chriſtoph.* n. 1563 die 19. Mart. † cælebs.

27. *Sigiſmund. II.* de *Fraubaimb* cæl.

28. *Rupert. II.* Baro nat. 1570. Tribun. Styriæ, ux. 1. Helena *Welzerin*, 2. Salome de *Herberſtein.*

29. *Andr. II.* Baro, Dapifer Ferd. II.

30. *Hel.* m. Bartholomæus de *Moshaimb.*

* *Alb.* 7 & *Eliſab. Chriſtina.*

Ex 1. toro.

* *Soph. III.* & *Eſther* & *Joann.* m. Andr. *de Gloyach.*

2. toro.

* *Mar. An.* m. Geor. *de Trautmanſtorf* Baro.

31. *Marg.* 3. m. Ferd. *de Offenbeim.*

32. *Marg. IV.* vel hæc ead. cum priore vel 2. maritos habuit, unus erat Georg. Chriſtoph. B. *de Trautmansdorf*, v. *Mar.*

Filii Ruperti:

Ex 1 tor.

33. *Rudolph. III.* deput. Styr. ux. 1. n. C. de *Regal*, 2 n. C. *de Galler.*

Ex 1.

34. *Michael* 2. cœlebs †

Ex 1.

35. *Georg. Albert.* Capitan. Styr. ux. Cath. *Amanin* & ante hanc Eliſ. de *Galler.*

Ex 2. tor.

36. *Sigiſm. Frid.* Capitan. Styr. ux Eliſ. de *Dietrichſtein*, v. tab. 3.

Wolfg. Rup. Bar. ux. 1. *An. de Rotal.* 2. Thereſ. Com. de *Breuner.*

38. *Joan. Otto*, ux. 1. Eliſ. de *Gleiſpach*, 2. Maria Com. *Riſtin*, 3. Eleonora Com. de *Dietrichſtein*, v. tab. 2.

39. *Andr. Chriſtoph.* uxor Franc. Co. de *Küenburg.*

Tabula II. deſcendentes Joannis Ottonis.

38. Joannes Otto.

40. *Joanes Franc.* Comes cæl. †

41. *Mar. Cath.* m. Franc. Comes de *Stubenberg* 1719.

42. *Mar. Ther.* m. Joan. Adam Com. de *Lengheim.*

43.

43. *Iſabella* m. Joan. Adam C. de *Saurau.* 44. *Otto Frid.* Can. Olomuc. an. 1266. 45. *Bernardus Ludovicus* Com. ux. 1. N. de *Wilferſtorf*, 2. Regina Com. de *Zolnern.* 46. *Cæcilia* mar. Franciſcus Comes *Stahrenberg.* 47. *Franciſca* mar. Jacobus Comes de *Hamelton.* 48. *Eleonora* mar. Joannes Georg. C. de *Saurau.* 49. *Anna Cath.* mar. Julius Com. de *Rotal.* 50. *Eleonora* Abbat. regii Monaſt. 30. an. 51. *Otto Gottefridus* † 1704. die 15. Febr. ux. Eleon. de *Dietrichſtein*, hunc tabula Perneggenſis omittit.

Confuſa eſt admodum Genealogia Rindsmauliorum, Bucelinus cum ultimo relatis tab. 1. ſuam Genealogiam finit, Hübnerus ulterius progreditur, & Sigiſmundo Friderico, Wolfgangum Albertum Comitem ſolum filium tribuit, Joanni Ottoni vero claram Cæciliam, Mariam Thereſiam, & Ottonem Godefridum.

Arbor Genealogica in caſtro Perneggenſi aſſervata, longe plures adfert deſcendentes, non tamen commemorat, ad quem ſint referendi, ex aliis tamen deductionibus genealogicis eodem in caſtro aſſervatis, ſequentem formo ideam modernæ florentis illuſtriſſimæ ſtirpis

Tabula III. Deſcendentes Sigiſmundi Friderici & moderna Gens illuſtriſſima.

Sigiſmundus Fridericus, ut ſupra tab. I. uxor Eliſabetha de *Dietrichſtein.*

N. fratres & ſor. Sigiſmundi Frid. & Joannis Ottonis interim arbitrarie ſunt ſtatuti.

52. *Wolfg. Albert.* Comes an. 1713. Camer. Cæſar. ux. Mar. Cath. B. de *Neidegg* ad *Wildegg* Præſ. Imp. Amal.

Suſ. C. cæl. ob.

Andreas Gotth. C. Cap. ux. B. Co. de *S. Julien.*

Cæc. m. *Eva Regina de Rabata* an. 1643. † Conſil. 1658. in. Cæ.

53. *Otto Ludov.* ſupr. vigil. præfectus.

Sigiſm. Frid. Co

54. *Chriſtoph. Ebnricus*, uxor Anna Maria Com. de *Gäller.*

Iſabella C. cæl. ob.

Carolina Sophia nata 1682. die 25. Maj. Mar. Joan. Caſp. Co. de *Cobenzl*, nupta 15. Jun. 1708

Sigiſm. Albertus Co. Conſil. int. ux. Eleon. Com. de *Merſperg*, & *Befort.*

Eleonora Canoniſſa Reg. in *Kirchberg.*

53. *Otto Ludov.* Com. ſupr. vigil. Præf. ux. Antoniet. Doroth. B. de *Sparbenfeld* † 1686. fors idem cum ſuper. v. duo ejus nominis.

Marianna Creſcentia marit. Maxim. Leopold. Com. de *Hochberg* nupta an. 1742.

Conr. Adolphus, Capit. Pyrobolarior.

Chriſtian. Henricus Tribun. leg. Stänbach.

Joannes Otto Canon. Paſſav

Max. Diſmas Commendat. Teuton. Labaci.

Ferd. Ernric. Com. Baro de *Neidenegg* obtinuit ab his teſtamento Dominiũ Sos in Auſtria.

Sigiſm. Frid. Conſil. int. & modernus Do. ux. Mar. Franciſ. Com. de *Walmerode.*

Wolfgangus Comes.

Eleon. Joſ. Pulcheria, nat. 1737. die 10. Septembr.

Mar. Joſ. n. 1740. 28. Jun. m. Com. *de Gundula* jam def.

Sigiſ. Franc. adjunct. ca. pit. circul.

Wolfg. Wenceſ. ſub Prin. colon.

Nic. Mar. Hildesburghauſen.

col. *Otto* Franciſcus.

Porro, cum arborem genealogicam Perneggii inventam, hic ſequar, quibusdam ſolum notas appono, de quibus alia nova, in aliis veterum documentis inveni.

1. *Henricus I.* teſte ſchemate geneal. Pernegg. adfuit ludis Guelphicis Tiguri ſolenniſſime celebratis an. 1165. eadem habent Bucelinus & Hübner. tab. 983. ſchema tamen Perneggenſe ita eadem exprimit: Heinrich hat an. 1165. mit Graf Rapoten von Ortenburg, und andern, auch mit Wilhelm von Buechberg aus Bayrn, in 10 Turnier zu Zürch in der Schweiz an der Lintenort aufgetragen, Kayſers Friderich des Erſten tempore. Uxor neſcitur. *Henricus I. Rindsmaul.*

Andreas I. vel Albertus I. 2. *Andreas I.* (hunc Bucel. & Hübnerus *Albertum I.* vocant) subscripsit tabulis Monasterii Waldsaxensis fundationis an. 1217. ita series Pernegg. & Bucelin. uxor latet.

Albert. II. Eq. 3. *Albertus II.* Eques: præter alios Dominos & equites testem egit: dum Henricus VI. Imperator, *Henrico Marchioni de Calatin*, alias *de Pappenheim*, feudum contulit circa Neoburgum ad Danubium, seu ut verba adducam seriei Pernegg. **Die Maß-Lechenschaft umb Neuburg an der Donau, samt etlichen Vogtheyen, und was darzu gehörig ist, in Jahr 1197. zum Manslechen verehret darvon** *Wiguleus Hundius* tom. 2. f. 25. præterea testem egit, dum Henricus Imperator comiti *Henrico de Ortenburg* litteras de auri & argenti fodinis, an. 1229. dedit, ita series Pernegg. de hoc Bucelinus & Hübnerus dubitant, an non Henrici Junioris nomen tulerit.

Albertus III. 4. *Albertus III.* an. 1317. testis erat, dum Palatini Comites *de Ortenburg*, *Rapoto & Henricus fratres* dissentirent, hic an. 1323. die ante S. Michaelis, Fridericum Ducem Austriæ, & simul Imperatorem in pugna Müldorfensi cepit, Neostadii in Bavaria sepultus, magna in æstimatione Ludov. Bavaro Imp. erat, ita series Pernegg. conveniunt, authores alii, ut dictum an. 1322. Aventinus eum Præfectum Neostadii in Bavaria fuisse scribit.

Agnes I. 5. *Agnes I.* ignota Bucelino & Hübnero, uxor erat *Joannis de Hilbershausen*; huic per litteras Comes *Ludovicus de Brandenburg* Dux Bavariæ & Comes Tyrolis an. 1349. assignavit 200. tt. Monacensium, seu ut habet series Perneggensis, 200. **Mincher zur Heimbsteuer.**

Marquardus. 6. *Marquardus Rindsmaul de Meichingen*, Ludovici Marchionis Brandeburgensis officialis erat, an. 1317. uxor Marquardi *Elisabetha de Eisolzritb*, ita series Pernegg. hunc omittunt Hübner. & Bucelinus; porro Ludovicus hic Brandeburg. cujus hic, & num. 5. memini, maritus erat 2dus Margarethæ Maultaschiæ, Henrici Ducis Carinth. & Tyrol. filiæ, de quo v. Hübner. tab. 133. filius autem fuerat Ludovici Bavari Imper.

Albertus IV. 7. *Albertus IV.* qui an. 1365. Nöstlbacum in Bavaria vendidit, & Hallas in valle æni se contulit, uxor N. *Weissenthaun* ex Franconia, ita series Pernegg. Bucel. & Hübn. eum neglexerunt.

Andreas II. * *Andreas II.* a Bucelino & Hübnero filius Alberti statuitur, non vero in serie Pernegg. unde asteriscum tanquam dubio addidi, hic idem teste Bucelino vendidit prædium Neselbach prope Schönberg an. Christi 1365. quam venditionem tamen series Perneggensis attribuit Alberto IV. ut supra dictum.

Joannes I. 8. *Joannes I.* Eques a Bucelino & Hübnero omissus.

Albertus V. 9. *Albertus V.* an. 1403. ludis Guelphicis Darmstadii habitis teste serie Pernegg. ut vero habent Bucelinus & Hübnerus, etiam ludis equestribus Ratisbonæ an. 1396. adfuit; uxor ignoratur.

Hermannus vel Hartmannus. 10. *Hermannus* vel *Hartmannus I.* Hallis in Tyroli habitavit, uxoremque habuit *Margarethan Fuxmachin*, an. 1424. ita series Pernegg. Bucel. & Hübnerus.

Rudolphus I. * *Rudolphus I.* de uxore non constat, hunc omittit series Pernegg.

Joannes II. 11. *Joannes II.* Marquardi filius dictus *de & ad Heilsperg*, uxor ejus *Imegargardis Heilbertin*, hunc ignorarunt Bucel. & Hübnerus.

12. *Margarethan I.* Hermanni I. filiam Abbatiſſam Guetenbergenſem factam, atque an. 1489. defunctam teſtantur Bucelinus, & Hübnerus, addit vero ſeries Perneggenſ. eam antea in aula Joannis Comitis Palatini ſerviiſſe, ac dein poſt 18. præfecturæ Guetenbergenſis annos, defunctam, eodemque in Monaſterio ſepultam fuiſſe. *Margaretha I.*

13. *Sophia*, Bucelino ejusque exſcriptori Hübnero ignota, maritum habuit Ulricum *Kolggen de Iggigen*, obiit 1544. ſepulta in Wildenau extra Oenipontum, in den Primpfen Kloſter, ut ait ſeries Pernegg. quæ penes eandem ponit etiam *Joannem Siggvvein de Püttenegg*, tanquam alterum maritum, de quo plura inferius inter deſcendentes Sigiſm. I. *Sophia.*

14. *Albertus VI.* qui teſte ſerie Pernegg. an. 1484. inſigne coronarum, das Wappen der Kronen, ſibi lucratus eſt, inde ad Kronenburg dictus, uxor Dorothea *Raſpin de Fuxmagen*, ita ſeries Pernegg. *Albertus VI.*

15. *Rupertus de Rotenberg* dictus, poſt obitum uxoris ſuæ an. 1489. Canonicus in Soldenburg, & Cæſareus Conſil. factus obiit an. 1508. ibidem ſepultus, uxor *Anna Stumebigin*, ita ſeries Pernegg. *Rupertus.*

16. *Conradus de Ramſpauer*, Præpoſitus in Vilshoſen, an. 1433. & Ludov. Bav. Ducis Conſiliarius, ita ſeries Pernegg. hunc & ſequentes omiſerunt Bucelinus & Hübnerus. *Conradus.*

17. *Eraſmum & Joannem III. de Romſpauer*, ſine alio addito, etiam refert ſeries Pernegg. *Eraſm. Joannes III.*

* *Sigiſmundus I.* hunc neglexit cum deſcendentibus ſuis ſeries Pernegg. Bucelinus & Hübn. uxorem tribuunt *Anaſtaſiam de Goldenberg*. *Sigiſm. I.*

18. *Agnes II.* & *Margaretha II.* a Bucelino & Hübnero pertermiſſæ, teſte ſerie Pernegg. cælibes obierunt, quæ addit etiam N. N. proin filium vel filiam anonymam aliam, præter has duas. *Agnes II. Margareth. II.*

19. *Dorothea* Alberti VI. filia, maritum habuit *Gabrielem Holtſchaeber* in *Erdenſitz*, ita ſeries Pernegg. *Dorothea.*

20. *Anna*, maritus ejus *Weniſch de Gobersheim*, ita ſeries ead. *Anna.*

21. *Joannes IV. Dominus in Fraubeimb*, Styriæ caſtro, qui caſtrum hoc an. 1514. emit, & ſub Mathia Corvino Rege Hungariæ ſervivit, uxor ejus 1. Dorothea *Pernerin hæres de Pernegg* caſtro. 2. Anaſtaſia de *Gloyach*, ita ſeries Pernegg. Aſt Bucelinus & Hübn. primæ ſolum uxoris meminerunt. *Frauenhaimb* caſtrum circuli Vorau: hodie Græcenſis, venditione ad Rindsmaulios devenit, a quibus dein forte ſæc. 17. ad *Eibiswaldios*, qui an. 1649. ſe ejusdem Dominos ſcripſere, inde poſteriore ævo ad Dominos de *Kellerſperg* eſt translatum. *Joannes IV. Fraubaimb caſtr. Styr.*

Ab eodem hoc tempore Pernegg caſtrum in finibus Styriæ, Auſtriæ, & Hungariæ ſitum, ac diſtinctum a caſtro Pernegg ſuperioris Styriæ (cujus ſe an. 1629. Dominum Gallus Baro de *Rükniz* ſcripſerat) ad Rinsmaulios per nuptias *Dorotheæ Pernerin* translatum eſt, quæ ultima familiæ hujus fuiſſe videtur, de qua familia alibi. *Pernegg caſtra 2. Styriæ.*

* *Rudolphus II.* a ſerie Perneggenſi omittitur, Bucelinus & Hübn. uxorem ei dant Sophiam de *Neidek*, filiam Martini, & Mariæ *Khuonin de Belaſii*, neptem Joannis & Dorotheæ a *Peſenbach*. *Rudolphus II.*

22. *Sybilla*, cujus maritus Joannes *Moſer de Kirchdorf* ultimus huj. familiæ, ita ſeries Pernegg. *Sybilla.*

Rupertus I. 23. *Rupetus I. de Rotenberg* dictus, a Bucel. & Hübn. prætermissus, ejus uxor *Maria Lepoltin.*

Michael I. 24. *Michael I.* Dominus de *Pernegg & Fraubaimb*, sub seren. Carolo Archiduce Provinciarum Austriæ infer. Præfectus rei tormentariæ, ita series Pernegg. *uxor* 1. *N. Staigerin*, qua ex familia quidam an. 1581. comitiis Græcensibus subscripsit. 2. *Elisabetha de Eggenberg*, plura de hoc, ubi de rebus fidei sæc. 16. fine agam.

Anastasia. 25. *Anastasia*, cujus maritus Colmannus de *Wesoltsberg*, forte *Vasoltsberg*, ita series Pernegg.

Hermannus II. * *Hermannus II.* quem Bucelinus & Hübnerus solum adducunt, ejus uxor Margaretha de *Paumkirchen* (Hübnerus per errorem de *Paumbgarten*) filia Friderici, & Diemudis ab *Eps.*

Sophia. * *Sophia II.* hujus filia, cujus maritus *Joannes Sigovein de Pittenegg*, ita Bucelinus & Hübn. hæc mihi eadem videtur cum Sophia I. num. 13. ex serie Pernegg. allata.

Joan. Christoph. 26. *Joannes Christophorus* cælebs obiit centurio, ita series Pernegg. natus est 19. Mart. an. 1563. ita Bucelinus & Hübnerus.

Sigism. II. 27. *Sigismundus II. de Fraubaimb* cælebs, & Colonellus obiit, ita series cit. de hoc in Necrologio Seiz. sequentia lego: 18. Aug. *nobilis D. Sigismundus Rindsmaul Provincialis Styriæ, qui huic domui delegavit mille florenos an.* 1601. quo proin an. obiit.

Rupert. II. 28. *Rupertus II.* quem series Pernegg. & Chron. MS. Styriæ primum Baronem, & tribunum supremum Styriæ, Landobristter in Steyer, an. 1619. vocat, natus est, teste Bucel. & Hübn. an. 1570. uxor 1. Helena *Welzerin de Spiegelfeld.* 2. Salome de *Herberstein.*

Andreas III. 29. *Andreas III.* Baro & Dapifer Ferdin. II. Imp. ita series Pernegg. de uxore non constat.

Helena. 30. *Helena*, uxor Bartholomæi de *Mosheim*, ita series Pernegg.

Albert. VII. Elisab. Christina. * *Albertus VII. Elisabetha*, & *Christina*, a Bucel. & Hübnero adducuntur, non item in serie Pernegg.

Margar. III. 31. *Margaretha III.* hæc cum marito *Ferdinando de Offenbaim* in serie Perneggensi, uti &

Margar. IV. 32. *Margaretha IV.* adducitur, cujus maritus erat *Georgius Christophorus de Trautmansdorff*, utramque referre omittit Bucel. & Hübn.

Sophia III. Esther, Joanna, Marianna. *Sophia III.* & *Esther*, item *Joanna* cum marito *Andrea de Gloyach*, & *Marianna* cum marito *Christophoro Barone de Trautmanstorff* in serie Perneggensi omittuntur, a Bucelino & Hübnero solum referuntur.

Rudolph. III. 33. *Rudolphus III, Baro*, Deputatus Styriæ, teste serie Pernegg. cujus uxor 1. Comitissa de *Regal.* 2. Com. de *Göller* erat, Hübnerus & Bucel. nudum Rudolphi Sigismundi nomen adferunt.

Michael II. 34. *Michael II.* cælebs obiit.

Georg. Albert. 35. *Georgius Albertus* Baro Capitaneus, uxorem 1. Elisab. de *Göller*, series Pernegg. & Catharinam *Amonin*, quam solam Bucelinus & Hübnerus ei tribuunt.

Sigism. Frid. 36. *Sigismundus Fridericus* Baro & Capitaneus seu Centurio, cujus uxor erat Elisabetha de *Dietrichstein*, ita series Pernegg.

Wolfg. Rup. 37. *Wolfgangus Rupertus* Baro, uxor 1. Maria *Anna de Rotal.* 2. Theres. Com. de *Breuner*, ita ead. series, Wolfgangus Rupertus an. 1655.

locum-

locumtenens Græcii, mox intimi Consilii Primas, seu Director, Comes denominatus est, teste Catal. locumten. Styr. qui etiam teste Chron. Styr. an. 1650. Wallachos rebelles cum Ottone Ernrico Com. *de Trautmanstorf* optimo modo composuit.

38 *Joannes Otto Baro*, dein Comes, huic uxorem unicam Elisab. de *Gleispach* Bucelinus & Hübnerus tribuunt, series Pernegg. huic defunctæ duas alias superinducunt N. *Ristin*, & Elisab. de *Dietrichstein*. an. 1667. locumt. Styriæ erat. *Joan. Otto.*

39. *Andreas Christophorus* Baro, cujus uxor *Francisca Com. de Kienburg*, ita series Pernegg. *Andr. Christoph.*

Arboris hujus, seu seriei Perneggensis Rindsmaliorum legitimitatem, aliis deductionibus in castro Perneggersi asservatis probo, sic Sigismundi Friderici, in quo tabula prima genealogia desinit e & secunda incipit, deductio genealogica alia in castro Perneggensi hujus tenoris exhibetur.

Hermannus Rindsmal, uxor *Margaretha Fuxmagin*, v. tab. 1. num. 10.

Albrecht seu Albertus mihi *VI. Rindsmaul* zu Kronenburg, uxor *Dorothea Raspin*, v. tab. 1. num. 14.

Joannes mihi *IV. Rindsmaul*, uxor *Dorothea Penerin de Pernegg*, v. tab. 1. num. 21.

Michael Rindsmaul Freyherr zu Frauhaimb, ux. Elisab. de *Eggenberg*, v. tab. 1. num. 24.

Rupertus Rindsmaul, Freyherr auf Frauhaimb und Pernegg, uxor Salome de *Herberstein*, v. tab. 1. num. 28.

Sigmund Friderich Freyherr auf Frauhaimb und Pernegg, uxor Anna Elisabetha de *Dietrichstein* Freyin, v. tab. 1. num. 36.

Tabula II.

Tabula II. Rindsmaul.

Confusior est genealogia hisce in tabulis sequentibus, Bucelinus cum tabula prima desinit, Hübnerus ulterius progreditur, & Joanni Ottoni *Claram Cæciliam*, *Mariam Isabellam*, *Mariam Theresiam*, & *Ottonem Godefridum*, plures schema genealogicum Perneggense recenset.

40. *Joannes Franc.* Comes cælebs obiit, annus ignoratur. *Joan. Franc.*

41. *Maria Catharina* conjux erat *Francisci de Stubenberg*, hæc vidua erat an. 1719. quo debitum quoddam 150. fl. solvit, ut habent litteræ archivi nostri Græcensis ladula 9. *Maria. Cath.*

42. *Maria Theresia* maritum obtinuit *Joannem Adamum Comitem de Lengbaimb*, ita schema Pernegg. & Hübnerus. *Mar. Theres.*

43. *Maria Isabella* uxor erat *Joannis Adami Com. de Saurau*, ibid. *Maria Isabella.*

44. *Otto Fridericus* teste schemate Pernegg. Canonicum Olomucrnsem egit an. 1662. Græcii Philosophiam defendit. *Otto Ludov.*

45. *Bernardus Ludovicus* Comes an. 1676. supremam Philosophiæ lauream in univers. Græc. obtinuit, an. 1690. cum *Michaele Josepho Præposito Pöllensi*, *Georgio Sigefrido Com. de Dietrichstein*, *Rudolpho Dom. de Stubenberg*, & *Sigismundo Com. de Wagensperg* Deputatum Styriæ egit, uxor ejus prima de *Wilferstorf*, secunda Regina Com. de *Zolnern*. *Bern. Ludov.*

46. *Cæcilia*, cujus maritus Comes *Franc. de Stubenberg* legatus, ut ait schema Pernegg. *Cæcilia.*

Franciſca. 47. *Franciſca*, mar. Comes Jacobus de *Hamelton*, ita ſeries Pernegg.

Eleonora. 48. *Eleonora*, mar. *Joan. Georg. Comes de Saurau* Mareſchallus.

Anna Cathar. 49. *Anna Catharina*, mar. *Julius Comes de Rotal.*

Eleonora. 50. *Eleonora* per 30. annos Abbatiſſa regii Monaſterii, ita ſchema Pernegg. ſors eadem cum Eleonora ſuperiore poſt mortem mariti moniali & Abbatiſſa facta.

Otto Godefr. 51. *Otto Godefridus* Comes, obiit anno 1704. die 15. Febr. uxor *Eleonora de Dietrichſtein*, hunc tabula Pernegg. omittit.

Aſque hæc linea extincta videtur.

Tabula III.

Tabula III.

Rindsmaul.

Ex Sigiſmundi Friderici deſcendentibus unicum Wolfgangum Albertum refert Hübnerus, reliquos omnes ignoravit, nec tuto edixerim, an omnes hi, quos inter deſcendentes Sigiſm. Frider. refero, ad eundem, vel ejus fratrem Joannem Ottonem pertineant.

cum vero, quæ in ſchemate ſtatui, ex ſerie Perneggenſi deſumpſerim, quosdam ſolum hic illuſtro.

Otto Ludov. 53. De hoc *Ottone Ludovico* exiſtit icon præclara, ejus facta exprimens in arce Perneggenſi, ex qua ſequentia refero; egit hic ſupremum vigiliarum Præfectum ſub Gener. de Beck, ante Budam jactu lapidis læſus, in hybernis Oppaviæ in Sileſia obiit anno 1686. epitaphium locatum ei ſuit ingenioſum hujus tenoris.

Siſte gradum Viator!
& Buda reducem belliducem
ibi lethali lapide projectum hic tectum,
ne pedibus proſana;
ſacra, imo Stephanica mors eſt,
nam lapides monſtrant cælos apertos,
in obſeſſæ nuper Viennæ theatro
Beliſarium repræſentavit,
unus enim ſclopi ictus ambos oculos abſtulit,
unum Deus reddidit,
ut relicta Auguſtana verum fidei jubar Oppaviæ intuerer.
Sed heu!
ſero ſapiunt phryges,
vix enim Deo orior, morior, militavi ſuper terram annis 31.
pro Deo, Cæſare, & patria 10.
ne vigilias amplius viſitarem,
infida mors oculos clauſit,
poſt peractosque belli labores hic hyberna locavi;
cum tremendus Dux exercituum
exercitum ſuum luſtraverit, comparebo,
obiit 12. Jan. 1686.

Hoc itaque epitaphium præclara ejus facta recenſet.

Wolfg. Albert. 52. *Wolfgangus Albertus*, teſte alia pictura Perneggenſi ejusque inſcriptione in Suecia natus eſt, anno dein, ut habet pictura dicta, 1740. Centurio ſub Gener. de Plaz religionem catholicam profeſſus eſt an. 1747. tandem an. 1758. ſupremus vigiliarum Præfectus, ac an. ſeq. protribunus legionis, ſeu Obriſtleutenant.

Si

Si annus non erret, Wolfgangus Albertus alius, & junior ex linea in Suecia florente fuiſſe debuit, ſecus ſi Alberto Wolfgango huic competerent annus 1640. 1647. 1658. & 1659. reponi deberet.

54. *Chriſtophorus Ebrnicus* Comes Pro-tribunus legionis Kuefſtain ſub Principe Eugenio, mox commendans in Copreiniz, Generalis vigiliarum Præfectus, & Proviſor, ſeu ut habet icon Pernegg. **General wachtmeiſter, und General Amteverwaleer.** *Chriſtoph. Ebrn.*

55. *Sigiſmundus Albertus* intimus Conſil. Cæſar. qui caſtrum Pernegenſe ædificiis, & bibliotheca pulchra exornavit. Eleonoræ conjugi, mater Maria Clara de *Merſperg*, nata Comes de *Trautmanſtorf*, bona *Poppendorf* & *Puechenſtain* legavit, ex docum. Pernegg. *Puechenſtain* nempe caſtrum Styriæ in circulo Vorau, hodie Græcenſi, nam aliud etiam in circulo Celejano ſitum obtinet. *Sigiſm. Albert.* *Poppendorf & Puechenſtain caſtra.*

Tabulæ ſecundæ & tertiæ legitimæ deductiones aliis ſchematibus inibi aſſervatis probantur: ſic in ſchemate in annot. tab. 1. allato Sigiſmundi Friderici ex Anna Eliſ. de Dietrichſtein proles, & alii proin inter ſe fratres referuntur *Wolfgangus*, *Albertus*, *Chriſtophorus Ebrnicus*, & *Otto Ludovicus* ad an. 1668.

Præterea exiſtit deductio genealogica modernæ familiæ Illuſtriſſimæ de Rindsmaul in hunc modum:

Sigiſm. Frider. Baro *Rindsmaul*, ux. *Eliſ. de Dietrichſtein* Baro, tab. 1. & 3.

Wolfg. Albertus Comes *Rindsmaul*, ux. *Maria Cath. Neidegg* ad *Wildegg* B. Huic Pater. *Ferd. Ebrnricus B. de Neidegg* prædium *Soſs* in Auſtria dedit; dotis forte loco, v. tab. 3. num. 58. *Soſs prædium Auſtriæ.*

Sigiſmund. Albertus Comes *Rindsmaul*, uxor *Maria Eleonora Com. de Merſperg & Befort*, v. tab. 3. num. 63.

Sigiſm. Frid. Com. & modernæ familiæ caput, ux. *Maria Franc. Com. de Walmerode*, v. tab. 3. num. 70.

Sigiſmundus Franciſcus, *Maria Joſepha.* *Otto. Franciſcus.* — *Eleonora Sophia*, *Nicolaus Maria.* — *Wolfg. Wenceslaus*, *Ferdinandus.*

Ex quibus proin deductio Rindsmauliorum legitima probatur, quam per 3. tabulas ſupra dedi. Inter varia alia, quæ in arce Pernegenſi proſtant, memoria digna eſt tabula antiqua *nuptias Sigiſmundi L. B. de Dietrichſtein* 22. *Jul.* 1515. celebratas exhibens, quæ præſentia Maximil. Imp. & 3. Regum ſunt decoratæ. *Dietrichſtein de Sigiſm. B. an. 1515. nuptiæ.*

In menſa ſponſæ federant ſequentes perſonæ: *Vladislaus Rex Hungariæ & Bohemiæ*, ſponſa *Baroniſſa de Rotal*, *Maximilianus Rom. Imp. parens Philippi Regis Hiſpaniæ*, *Anna Regis Vladislai filia*, *deſponſata Ferdinando Regi Hungariæ*, *& Bohemiæ fratri Mariæ*, *Sigiſmundus Rex Poloniæ frater Vladislai*, *Maria Philippi Regis Hiſpaniæ filia*, *Ludovicus Rex Hungariæ*, *& Bohemiæ filius Vladislai.*

Menſæ huic regiæ ſponſus de Dietrichſtein non aſſedit, ſed in alia quadam (duæ enim præterea viſuntur menſæ) cum Cardinali quodam, aliisque nobilibus manducaſſe videtur.

An. 1324. ad Diploma 201.

An. 1324. ad Dipl. 201. Hochenberg familia e Styr. Marcb. oriunda.

Genealogia Dominorum de *Hochenberg* ſuperius jam expoſita eſt, hanc porro familiam e veteribus Styriæ Marchioibus ortam probat appenſum huic Diplomati ſigillum, uti enim obſervat Excellentiſſimus Wurmbrandius collect. Geneal. hiſtor. addendis ad cap. 10. de Stahrenbergiis f. 214. num. 2. Hochenbergii Pantheram argenteam in ſolo nigro in inſigni gerebant, uti reliquæ omnes familiæ ex March. Styriæ oriundæ, Stahrenbergii, Perneggii, Loſenſteinii &c. hinc Bucelinus in deſcript. Hochenbergicæ familiæ erraſſe videtur in inſigni ejusdem depingendo.

Stephanus porro *Hochenbergicus* cum conjuge ſua *Chunegunde*, Voravienſi Canoniæ adocatus datus eſt, a ſereniſſimis Ducibus noſtris Alberto, Henrico, & Ottone (Fridericus Pulcher enim Dux, & Imp. noſter in captivitate Trauſnizenſi agebat) circa prædium Vorau ad *Haynfeld* ſitum, ita quidem, ut hic Voravienſes defenderet, quod ſi minus, liberum eis foret, alium ſibi adſciſcere defenſorem.

Hochendorf de Henr.

Inter teſtes recenſetur *Stephanus* filius *Stephani Hochenbergici* advocati Vorav. *Henricus de Hechendorf*, aliique.

Haynfeld prædii deſcr.

Haynfeld prædium Voravienſium, ad Cameram Voravienſem pro veſtitu eorum comparando ſpectans, penes caſtrum Haynfeld ſitum, videtur in circulo Vorav. hodie Græcenſi, eſt enim aliud etiam caſtrum *Hayfelden* in circulo Judenburgenſi exiſtens. Illius in circulo Græc. penes Feldbach locati deſcriptionem communicavit vir pro patria noſtra zeloſiſſimus P. Albertus Fink ord. S. Franc. ſtrict. obſervantiæ, ea vero hujus tenoris eſt: *Hainfeld* olim *Hundsfeld* dictum, quia, ut fertur a *Dominis de Hund* ædificatum, pulcherrimum caſtrum & prædium eſt totius Styriæ, cujus videndi cauſa multæ nobiliſſimæ perſonæ operæ pretium duxere, illud adire, a quo dein non ſine admiratione denuo abiere. De initio, & origine ejus fere nihil exſtat, id legitur, *Joannem Jacobum Kysl Comitem de Gotſchee*, ob ſingularem quandam Dei ope obtentam gratiam ſibi propoſuiſſe PP. Franciſcanis in territorio ſuo Hainfeldenſi Monaſterium ædificare, qui cives Feldbacenſes Luthero addictos, vicinosque alios hæreticos reducere, ad gremium Eccleſiæ catholicæ omni vi ac opera laborabant, quique an. 1590. die 28. Dec. Feldbaci ex Domo catholici judicis ibid. ea nocte, qua Græcio advenerant, fuga ſibi conſulere cogebantur, cum hæretici confractis feneſtris, apertis vi januis, eos ad mortem inquirerent, hoc pium Comitis dicti, & ultimi ſuæ familiæ propoſitum, cum ob turbas temporum, & ætatem ejusdem jamjam morti ſat vicinam in ſicco hæreret, adoptavit ſibi nobilem quemdam *Georgium Bartholomæum Zwickl*, dein *Comitem de Kysl*, & *natum de Zwickel* dictum, qui anno 1640. a Ferdinando III. tanquam Dominus Hainfeldenſis caſtri, licentiam exequendi propoſiti Comitis de Khysl, & fundandi Monaſteri Franciſcanorum obtinuit, quique perſuaſus a civibus Feldbacenſibus, Monaſterium id in oppido Feldbach an. 1647. perfecit, idque PP. Franciſcanis tradidit.

Khysl Joan. Jac. Com. de Gotſchee. Fundator Franciſcan. Feldbac

Zwikl Georgius Barth. dein Com. de Khysl.

Poſt

Poſt mortem *Georgii Bartholomæi Khysl*, Maria Eleonora *Comes de Urſinis & Roſenberg* nata de Khysl caſtrum Hainfeld poſſedit, quæ Græcii anno 1724. obiit, a qua tamen jam anno 1711. *Wenceslaus Comes de Purgſtall* idem prædium emptione ſibi comparavit, poſt cujus obitum an. 1749. *Comes Joannes Wenceslaus de Purgſtall* ſucceſſor, & hæres, arcem hanc magnifico opere, impenſisque multis ad eam, qua hodie viſitur, perfectionem deduxit: jacet amæniſſimum hoc caſtrum media hora ſub oppido Feldbach in planitie pulchra, 600. paſſibus ab Arabone fluvio diſſitum, quadratura & foſſa aquis plena, & 40. paſſus lata circumdatum, longitudo arcis per cubicula ex una parte continet 130. paſſus, ex quo magnitudo arcis colligi poteſt, præſertim cum in ſuperiore contignatione, ex una ſolum quadrati parte 9. magna & ſpectatiſſima cubilia habeantur. *Roſenberg & Urſinis Com. de & Purgſtall Wencesl. Com.*

Olim in medio arcis Capella erat Lauretana, cum magna turri, cui tormenta pro impetu hoſtili abigendo imponi poterant, huic tamen dirutæ nova ſucceſſit Eccleſia cum turri pereleganti ad ſeptentrionem ſita, in quam dein ſacra icon B. V. M. Lauretanæ locata eſt, in ſingulis arcis hujus angulis ſcalæ ſunt, & quidem a dexteris introitus, ad meridiem duæ ſpectabiles, & a ſiniſtris duæ aliæ per modum climacis formatæ, in medio aulæ fons ſemper ſcaturiens, in quatuor angularibus cubiculis, turri ſimillimis, & contignatione una reliquis altioribus, 6. feneſtris ornatis, habentur memorabilis bibliotheca, ludus trudicularis (Pilliard) & alia ad divertendum omnimode tempus apta inſtrumenta. Ad Auſtrum ſeu meridiem ſitus eſt hortus amæniſſimus, in cujus quatuor partibus ſcaturigines fontium ſalientium videntur, villa magna, muro 900. paſſuum cincta, plerumque 30. boves, plures vaccas, 13. equos, aliaque animalia alit; caſtrum itaque pulcherrimum, cuivis terræ Principi abundantem præberet conſolationem, quæpiam de hoc caſtro jam tomo 1. dicta ſunt.

Anno 1335. ad Diploma 202.

An. 1325. ad Dipl. 202. Vorav. cum Reicherſperg. lit.

Diplomate hoc Ottocarus Judex cum communitate civium Friedbergenſium, Marquardo Præp. Vorav. & Canoniæ ejusdem dant teſtimonium, per eosdem, eorumque procuratores cenſum 12. nummorum in *Hofſteten*, inter Tucham & Pinggam rivos, vel decimas ibidem non fuiſſe ſubtractas, uti aſſerebant Reicherſpergenſes Canonici, unde dein, ut an. 1325. ex Chron. MS. Vorav. dictum inter Canon. Vorav. & Reicherſpergenſes arbitramentum factum & compoſitum eſt.

Anno 1327. ad Diploma 203.

An. 1327. ad Dipl. 202. Novomont. Monaſt. origo.

Jam ad annum 1327. plura de fundatione Monaſterii Novo-montani dicta fuerunt, id nempe ab Ottone hilari Auſtriæ & Styriæ Duce cum conſenſu fratrum, Friderici Imp. Auſtriæ, ac Styriæ Ducis & Alberti itidem Auſtriæ ac Styriæ Ducis, conjugis ſuæ Eliſabethæ aliorumque hæredum fuiſſe fundatum, & coloniam primam ex Monaſterio S. Crucis huc evocatam: primus Monaſterio Abbas præfuit *Henricus Spanhalb*, cui ad an. 1333. ſuccedit ſecundus nomine *Simon*. *Colonia 1.* *Abbas I. & II.*

Bona & prædia fundationis. Fundationis perampla prædia, & bona enumerat Diploma, nempe 1. in *Novo monte* ad orientem per plagam orientalem montem *Perithall* seu *Hochenvvarth*, usque ad montem *Hauzenberg*. 2*do:* Ab eodem monte sursum ad occidentem omnes alpes & sylvas usque ad alpes dictas *Lan*, prout, aqua pluvialis descendens ex parte claustri ad aquam Mürze demonstrat. 3*tio:* Inde per plagam septentrionalem *valles duas Chrumpen*, cum omnibus bonis & juribus. 4*to:* In *antiquo monte* omnes possessiones Ducum Austriæ. 5*to:* Aquam, & vallem *Redisen* usque ad *Geschaid* cum omnibus utilitatibus, exceptis solum nemoribus. 6*to:* Immunitatem ab omnibus judiciis, etiam pro cocolonis, excepta mortis causa, quo casu persona mortis rea cinguletenus, ad judicium sanguinis offeratur, omni tamen culpa, quæ pecuniarias compositiones admittit, Ecclesiæ concessa & adulta. 7*mo:* Immunitatem a teloneo & muta in aquis & in terris. 8*vo:* Donatur iisdem *Jus castrense* (Burchlechen) apud *Halstatt*. 9*no:* Singulis annis unam libram carratorum salis, majoris legaminis deputat Otto.

Sequitur in fine confirmatio fratrum Friderici Imp. & Alberti Ducis Austriæ, & Styriæ. Decretum datum in *Chrembsa Idibus Aug.* an. *Reichenau castr. Novum.* 1333. ab Ottone Fundatore donatum est Monasterio huic castrum *Reichenau*, cui cum tempore plura accesserunt bona, de quibus suo loco.

Monast. reliq. Continet Ecclesia Monasterialis, structura sua perlegans, SS. reliquias, nempe S. Dionysii Episc. & Mart. Caput, S. Mauri Abbatis, & Caput cujusdam Virginis M. e Soc. S. Ursulæ: septem modo numerat Parochias, 1. S. *Stephani supra Leobium*, 2. S. *Andreæ in Langenvvang*, 3. S. *Chunegundis in Muerzuschlag*, 4. *Hospitalis B. V. M. assumptæ prope Sembring*, de qua liber prostat, plura de hoc Monasterio continens, 5. *ad S. Laurentii in Hörnstein prope Neostadium*, 6. *ad S. Nicol. in Perniz*, 7. *B. V. M. Conceptæ prope* Monasterium. Monasterio 38. Abbas præest Reverendissimus Perill. ac Ampliss. DD. Josephus de Erko, jam antea Prior, ac Parochus in Perniz. *Parochiæ.*

Neuberg Monast. descr. nom. Operæ pretium erit descriptionem quandam Monasterii hujus ex actis histor. B. V. Hospitalensis an. 1738. Neustadii editis suppeditare; nomen Monasterio a *Dominis de Neuberg* datum, quorum domus & arx avita hac in vicinia sita erat, alii tamen novum montem dictum volunt ad distinctionem veteris montis Monasterii seu Admont. ab oriente hospitale Cerewaldense & Mürzuschlag, ab occidente Cellas Marianas, a meridie dynastiam Hochenwang, a septentrione vero respicit montem Austriæ, limites, seu Gschaid dictum, cæterum in valle satis amæna, modicis tamen casis rusticis repleta situm habet, cum aura salubri ac recente, pisciumque copia non modica, Murza fluvius vallem irrigat, qui in limitibus novi Monasterii & Cellarum Marianarum originem trahit, inde per totam vallem Martiam diffusus, ac in Muram dilapsus; ferarum ingens copia in montibus vicinis alitur, & si in hiatus montium horum lapis decidit, ingentem causare tempestatem dicitur, pascua pecorum domesticorum hic loci uberrima, lignorumque abundantia metallorum fossoribus & fusoribus egregie deservit; in loco quodam Prolles-Wand dicto, Itali fossores aurum purissimum eruisse sunt deprehensi. *Situs.* *Pisces.* *Murza fl.* *Fera montes.* *Pascua & ligna Metal. auri &c.*

In

In via, quæ Cellas Marianas ducit, pulcherrima S. Leonardo capella exſtructa eſt ab Abbate Leopoldo, quam pulchra quoque ara S. Joan. Nep. ac indulgentiis romanis exornavit Abbas Edmundus. In apice alpium viſitur ſtatua B. V. M. inventa a quodam Novimontano Profeſſo in campis ad Fiſcha, ad quam noviſſime, ut habent acta citata, cæcus viſum recepit. *S. Leon. capell.* *Statua B.V.M. in alpibus.*

Inſignis ſtructuræ eſt Eccleſia Monaſterialis, per 120. annos conſtructa, atque a Bonifacio IX. in protectionem recepta, cujus proin inſignia ſupra aram expoſita cernuntur, 24. aræ Eccleſiam ornant, quarum 12. veteres amæniſſime vitas SS. quos referunt, exponunt. In ſacello B. V. ſub organo vetus imago B. V. M. plurimis anathematis onerata, nomen inde gratioſæ iconis obtinuit; quæ a fundatore in Eccleſiæ frontiſpicio poſita per 200. annos ibidem firma exſtitit, atque ante 100. annos procella venti dejecta, læſa tamen nihil fuit, unde dein in Eccleſiam relata, ibidem in ara nova fidelium veneration eſt relicta, in qua tanquam patrona SS. Roſarii & ſcapularis colitur. Adjectæ ſunt Eccleſiæ duæ capellæ, una S. Joſephi, in qua ex corde defuncti cujusdem pii Monachi Novomontani lilium progeneraſſe dicitur; altera S. Sophiæ; ex parte altera eſt Eccleſia S. Bernardi cum vero ejusdem prototypo, & ſepultura Monachorum, extra Monaſterium in colle exſtat Eccleſia S. Annæ, ac penes villam Eccleſia parochialis, in qua Divina habentur ſingulis Domin. & feſtis, exceptis ſolum Dominicis, nempe prima cujusvis, ob confraternitatem Roſarii & Scapularis, non procul inde eſt mons Calvariæ affabre elaboratus, & ſub petra Rabenſtein Eccho ſingulis optime & ad amænitatem reſpondet, ita ex docum. citatis. *Eccleſ. Monaſt.* *Imago gratioſa B.V.M.* *2. capellæ S. Joſ. S. Sophiæ.* *Eccl. S. Bern. S. Annæ & Parochialis.*

Anno 1329. ad Diploma 204.

An. 1329. ad Dipl. 204.

Cultum S. Eliſabethæ Marquardo Præp. & Canonicis Vorav. ſingulari curæ fuiſſe hoc Diploma oſtendit, etenim Marquardus Præpoſitus non ſolum aram, & capellam S. Eliſabethæ de novo conſtruxit, ſed etiam cum conſenſu confratrum ſuorum, Canonicorum Voravienſium fundationem ad eandem fecit, nempe ut ſingulis per annum feriis ſecundis miſſa una pro defunctis in ea capella diceretur per illum, qui miſſam B. V. M. priori hebdomada in altare S. Crucis celebravit; præterea ſtatutum, ut hiſtoria ſeu officium proprium S. Eliſabethæ ſingulis annis in choro publice decantetur, & lumen perpetuum in eadem capella ardeat. *Voravii cultus S. Eliſabethæ.*

Pro hujusmodi labore, & ſolatio idem Marquardus obligavit 2. curias, unam in *Recbberg* penes collegium Vorav. ſolventem annuatim 13. ſolidos denariorum veterum, alteram in *Maidrent* dictam in dem Staudech, ſolventem unam libram denariorum veterum, quæ curiæ *Magiſtro oblariæ* (de quo ſupra dictum) regendæ datæ ſunt, ut ex iis celebraturo miſſam fundatam ſingulis feriis 2. ſolvat 4. denarios uſualis monetæ, & cuſtodi pro lumine perpetuo 6. ſolidos, ſimulque canonicis præſentibus decantationi officii S. Eliſabethæ ſolveret unam libram denariorum.

Puech. jus mont. Ne vero ſucceſſores Prælati inde minuerentur, pro 2. curiis dictis, emit ab Hugone Abb. & Conventu Runenſi jus montanum in *Puech infer.* continens 12. urnas vini & libram unam denariorum, *in & extra civitatem Hartberch*, ut dictum an. 1326.

Collegia & Ecc. coll. Can. Reg. Diploma datum eſt hujus anni die 16. Febr. S. Julianæ V. & M. obſervo contra quosdam, jam hoc tempore Canonias, & Monaſteria Can. Reg. dicta fuiſſe *Collegia & collegiatas Eccleſias.*

Ad Dipl. 205.

Ad Diplom. 205.

Confirmatio hæc 10. Martii data, ſpeciale nil habet, niſi quod fundatio prædicta, cum redditibus aſſignatis, ab Archiep. Salisb. Friderico confirmetur.

Dipl. 206. notæ ſuper Genealog. Wildenſtein.

Diplomatis 206. loco

Notæ ſuper Genealogiam *Illuſtriſſ. familiæ de & in Wildenſtein.*

Ad Tabulas IV.

Wildenſtein de Henric. ord. S. Aug. Ep. Terg. & Petinenſ. an. 1396. Antequam notas adjectas explicem, obſervo, quosdam in tabula hac neglectos fuiſſe; primus horum eſt *Fr. Henricus de Wildenſtein* Tergeſtinus, an. 1396. ad Petinenſem Cathedram translatus, teſte Illuſtriſſimo Valvaſorio lib. 8. Chron. Carniol. tom. 2. f. 679. 686. Ughellus eum Bohemum vel Moravum fuiſſe tradit. Hic anno 1394. Tergeſti ſynodum celebravit, in eaque conſtituit, ut quivis Sacerdos in fine miſſæ adderet hæc verba: *Ab omni nos adverſitate cuſtodi, & pacem tuam noſtris concede temporibus*, quæ eo fine ſanxit, ut Epiſcopatus præcipue Tergeſtinus, palatio Epiſcopali ſpoliato, a Venetis male habitus, per Dei gratiam denuo reſpiraret: hujus etiam tempore, & forte ſtudio, civitas Tergeſtina ſe Leopoldo Auſtriaco ſubjecit. An. 1396. Petinenſis Epiſcopus factus, paulo poſt obiit. Bucelinus eum in ſua Germania ſacra parte 1. f. 52. Benedictinum fuiſſe dicit, qualiter & in hunc ordinem ſumme ſuit beneficus.

Sophia Prioriſſa in Märenberg. Præterea in tab. 1. Genealogiæ hujus deeſt *demonſtrata* (imponitur enim ſolum ſub titulo *cælibis* †) celeberrima *Sophia de Wildenſtein*, Prioriſſa Monaſterii Mahrenbergenſis in Styria an. 1533. electa, quæ tempore Turcicæ irruptionis ac hæreſis Lutheranæ plurima mala perpeſſa, 40. annis præfuit, ut habent documenta Monaſterii hujus: traditio domeſtica Monaſterii refert, cum ea crucifixum hæc verba locutum fuiſſe: *filia mea! noli timere, nil tibi accidet.* Quæ proin pietatem & virtutem ejus commendant. Filia fuit *Sigiſmundi & Afræ de Saurau.*

N. a Turcis an. 1532. cæſus. Eodem tempore irruptionis Turcicæ, quidam heros familiæ huj. an. 1532. (quem MS. Chron. Styr. ein Jungen von Wildenſtein vocat) dum Chriſtiani Duce Joanne de Kazianer, Eſſekino, Zarrum verſus moverent, a turcis inſequentibus cum aliis pluribus Styriæ nobilibus occiſus eſt, mori malens, quam capi a Turcis.

Wildenſtein de 2. Georgii in obſid. Vien. 1529. Item teſte Megiſero Chron. Carinth. lib. 11. cap. 22. f. 1371. adfuere ſub militia Styriaca duo *Georgii de Wildenſtein* ex Carinthia quidem, quorum unus vexilliferi munus an. 1529. in obſidione prima turcica Viennenſi gerebat.

Jam notas adjectas breviter expono:

A. Uot-

A. Uveriandum omnibus abhinc incognitum, & forte in hoc Styriacæ familiæ anteriorem protoparententem, detexit *teſtimonium fundationis cujusdam victorienſis in Carinthia*, quod cum actis familiæ communicatum hic adjicio: *Uveriandus de Wildenſtein an. 1154.*

> Teſtimonium Domini fidele, Domini Ducis Bertholdi Meranenſis ſuper omnia bona, quæ Dominus Bernhardus Comes contulit cænobio victorienſi.

Ego Bertholdus Dux Meranenſis, victorienſi cænobio tuſtimonium perhibens de bonis, quæ prædicti cænobii fratres in *Nevvenhoven*, & in aliis locis *Krain* ſive *Karinthiæ* poſſident, impreſſione ſigilli mei & ſcripto confirmo, quæ audivi, & vidi, & ſcio, quod juſto titulo donationis eorum, qui pro temporalibus æterna, pro terrenis cœleſtia, pietate ſuadente, Spiritu S. afflante mercari ſtuduerunt, prædictam *curtim in Nevvenhoven* ad ſolatium ipſorum, qui Deo ſpiritualiter in Deo militant, & ad remedium, abſolutionem peccatorum eorum, qui dederunt diu & juſte & quiete poſſederunt, & jure in perpetuum, ſi non commutaverint, poſſidebunt. Et quamvis in ore duorum vel trium, ut ipſa veritas in Evangelio teſtatur, ſtet omne verbum, ego tamen ad retundendum ora loquentium iniqua, fingentium mendacia, impugnantium religionem, & ſanctam Eccleſiam, teſtes in paucos de numero multorum excerptos, qui noverunt, & teſtantur, & ego teſtor, meo teſtimonio ſubſcribo, & produco, partim etiam titulo emptionis & commutationis, quæ prædictus venerabilis poſſidet locus. Anno igitur incarnationis Dominicæ milleſimo, centeſimo, quinquageſimo quarto, tempore Chriſtianæ militiæ euntis Jeruſalem, adverſus gentilem rabiem, *illuſtris Carinthiorum Comes Bernhardus* Cruce Chriſti ſe ornavit, quo tempore exordium fundationis curtis, quæ dicitur *in Wenhoven* habens, fratribus Deo victoriæ militantibus eſt delegata. Hujus fundationis auctor fuit *quidam Monachus nomine Engelbertus, victorienſis cænobii profeſſus, Ebhardo Abbate.* Ad id opus eum confortante, & ſacris ammonitionibus adhortante. Eodem tempore quidam nobilis vir, & mulier *Mainhardus Schabab*, cognomine *Derhoher*, miniſterialis *Comitis Bertholdi de Stein*, dedit ſacro victorienſi loco, quatuor manſus *apud Chrain* in loco, qui in *Wenhovven* dicitur, ſub alpibus ſupereminentibus curti, quæ poſtea ſita eſt juxta arbores, quæ Ceraſi dicuntur: præterea cubas (forte legendum hubas) ſex & trium camporum planitiem, quam *curtim ſtabulariam* dicunt, juxta *eundem locum in Wenhoven*, pro quatuor manſis Carinthiæ jacentibus commutavit, unum juxta *Chuvvich* in loco, qui *Wonviz* dicitur, accepit, quem manſum quidam dederat *Zarzolphus* nomine, *miniſterialis Comitis Bernhardi*, alterum manſum dederunt *ei Norſendorf*, reliquos duos in locis *Gorliz*, juxta locum Sancti Primi & Feliciani; hos manſos memoratos *Mainhardus* habuit, uſque ad diem depoſitionis nepotis ſui *Meinhalmi, Germani, Gerlaci de Michelſteten, qui videlicet Meinhalmus in Iſtria fuit occiſus.* Pro cujus memoria habenda, & ſuorum remiſſione peccatorum donavit cubas (forte hubas) quas habuit *in Neuvvenhoven*, quas & ante tradiderat, vel potius, quas dederat, renovando confirmavit, & manſos, quos a fratribus in Carinthia pro his receperat, reſignavit, & eis tradidit.

didit. Huj. rei ſunt teſtes *Bernhardus de Gurnocia*, *Gerlacus*, *Albertus Germanus ſuus de Michelſteten*, *Meingoto de Kus*, *Wecelinus & filius ejus Albertus de Rein*, *Richerus plebanus de S. Maria*, *Altvvinus de S. Petro*, *Uvolricus Clericus dein Wenbovven*, & alii quamplures, qui ad ſepulturam prædicti Meinhalmi advenerant. Ad majorem autem confirmationem ejusdem facti, poſtea *Comes Bertholdus de Stein*, rogatu ſæpius præfati Meinhardi, & ſuæ conjugis, fililiorum quoque, & filiarum ſuarum tradidit omnia, quæ Meinhardus tradiderat *D. Eberhardi Abbatis* ad conſolationum fratrum Deo victoriæ famulantium. Hoc factum eſt *in caſtello Wildenſtein*, & huj. rei ſunt teſtes *Carolus de Stein*, *Otto*, *Barochus Meinhalmus*, *Albertus de Michelſteten*, *Ainrichi* agnomine *Komzzen*, *Magens*, & alii quam plures, quorum multus eſt numerus. Hæc ita ideo firmata ſunt, ut rata & inconvulſa in perpetuum manerent, quia lex dicit, *juſte poſſidet, qui authore Deo poſſidet.* Eodem etiam tempore & loco præſentibus præſcriptis teſtibus *idem Comes Bertholdus*, ut Spiritus S. voluit, & juſſit, dedit Victoriæ, quidquid habuit in *Wenboven*, ſylvarum, prata, loca culta & inculta, valles & alpes, piſcationes cum omnibus ad ſe pertinentibus, quorum termini per longitudinem ad latitudinem ſunt a 7. fontibus, *juxta Cocber uſque Rain*, & a quodam rivulo, qui *Zicha* dicitur, iterum uſque ad *villam prædictam*, quæ *Rain* appellatur, & iterum ab iſta villa uſque ad verticem montis, qui *Zaplat* appellatur. Poſt multa vero tempora, cum *Alberto ſenior filius Mainbardi* ſecundo Jeruſalem ivit, ipſe Mainhardus pietate motus, delegationem prædictam, quam de rebus ſuis fecerat, iterum per *manus Comitis Bertholdi*, & per manum Domini *Ordvvini de Zovver*, renovavit. In teſtimonium ſe obtulerunt filii ſui *Albero*, *Engelbero*, *Gebhardus*, & *Ireingardis mater eorum*, *Vachvvinus de Schellenberg*, *Mainhardus puer nepos eorum*, *Euphemia*, & *Diomoidis filiæ Mainhardi*, *Leupoldus miles Comitis Meinhardi de Schonnenberg*, *Uvento de Olsvvich*, *Albertus de Raun*, *Albertus Galle*, *Uveriandus de Wildenſtain*, & multi alii coram his teſtibus, *Meinhardus cum conjuge & filiis & filiabus*, ad renunciationem prædii ſui *Walitiſtorf*, quod fratres Victorienſes ab ipſo emerunt marcis XLIII. Reliliqua bona, quibus ampliata eſt *curtis in Wenhofen*, ſcilicet cubas (ſors hubas) ſeptem & tres camporum latitudines cum omnibus ſuis pertinentiis dedit *Comes Meinhardus de Schönberg*, fratribus ipſis, partim pro remedio animæ ſuæ, partim pro pretio decem marcarum. Horum bonorum donatio vel emptio facta eſt, *in caſtello Wichſelberg* ſub teſtimonio & adſtipulatione nominum iſtorum, *Meinhardi* videlicet *de Valdes*, qui fuit *miniſterialis Epiſcopi de Prichſen*, *Erchenberti de Olſvvich*, *Eutvvici de Schonnenberg*, *Leonis* militis Comitis, & aliorum quamplurimorum, quos nominare otioſum eſt.

Communicatio huj. Dipl. familiæ a Monaſterio Victorienſi facta, ulteriorem contextum non refert, hinc nec annus, nec dies illi adjectus eſt; teſtimonium vero deſuper in fine ab Abbate appoſitum verbis quoque legitur ſequentibus:

Tranſumptum hoc ex antiquiſſimo in membrana conſcripto codice, in quo primævæ Monaſterii fundationes continentur, de verbo ad verbum excerptum eſſe, infra ſubſcriptus ſub fide Abbatiali teſtor. Dabam ex archivo Monaſterii Victorienſ. 1. Mart. 1758.

Benedictus Abbas Victoriæ Archidiac. nat. Vallis Roſar. m. p.

Ex hoc itaque Diplomate invicte probatur *Uveriandus de Wildenſtein*, Carinthiæ ad an. 1154. dynaſta *caſtelli Wildenſtein*, & absque dubio hujus Styriacæ familiæ anterior quidam proto-parens;

Aliud quoddam Uveriandi hujus teſtimonium adferre, ex verſibus genealogicis familiæ *perantiquæ de Rain*, factis a Joanne Manlio, qui germanico idiomate ita habent:

Zu den Kloſter Victring genannt,
in Kärnthen gar wohl bekant,
durch Perkthold Herzog von Merain
die Stiftbrief bekräftiget ſein,
zu Neuenburg, ſo gelegen
ob der Kärnther betrachts eben,
da ſeind ſye beyd neben andern vill,
deren nur Zween ich nennen will:
der aine hieß Albertus Gall,
der auch darbey war dazumall,
auch Weriant von Wildenſtein
Wie der Stiftbrief ausweiſet ſein,
als zu zeugen erbetten worden,
damit geſtärkt wird derſelbe orden;
Soliches iſt geſchehen, da man zelt
nach unſers Heill-geburt nichts feltt
ain tauſent, und ain hundert jahr,
und ſechs und funfzig auch fürwar.

Hæc pro demonſtratione *Uveriandi de Wildenſtain* ſufficiant; præter caſtellum ejusdem nominis in Carinthia, exſtat quoque aliud in Auſtriæ circulo Hauſruggenſi *caſtrum Wildenſtain*, quod an. 1375. *Eliſabetha Heislerin de Purgſtall*, filia Chriſtiani, *Rudigero de Stahrenberg*, marito ſuo in dotem contulit, cum prædio Vaſing, ut ex archivo Stahrenberg. eruit Excell. Wurmbr. f. 219. quod caſtrum jus gladii habeas, hodie bonum Camerale eſt; ex quo tamen in Styriam migraſſe Wildenſteinios nemo concludet. *Wildenſtein caſtrum.*

Quæpiam ex Diplomate hoc, antequam ulterius progrediar, pro rebus Styriæ notare oportet, & quidem 1. cenſeo fundationem in hoc Diplomate contentam 1154. forſan initium cepiſſe, attamen a Bertholdo Meranenſi non eo anno, ſed tardius per teſtimonium deſuper datum confirmatum fuiſſe, cum an. 1154. non Bertholdus, ſed Conradus Dux fuerit Meraniæ, uti in Diplom. Frider. I. apud Ludewig reliq. MSS. XI. pag. 550. &c. & tom. hoc annot. Diplom. 23. videri poteſt. Unde etiam litteras has ſolum teſtimoniales fundationis Victorienſis appellavi, ſerius a Bertholdo datas, quibus, cum finis deſit, etiam annus ſuus non eſt adjectus, qui tamen ex Rhythmis hic ſupra inſertis 1156. conjecturari videtur. 2. De *Bernardo Comite Carinthiæ* quamplurima to. 1. annal. meorum dicta ſunt, & fallere mihi quidem videtur Diploma hoc in eo, quod Bernardum hunc an. 1154. cruceſignatum in Paleſtinam abiiſſe doceat; etenim, ut tomo 1. oſtendi, Bernardus hic jam an. 1148. in Palæſtina circa Martii finem vel in Aprili obiit; præterea expeditio ſacra ſolum an. 1147. circiter non vero circa an. *Berthold. Dux. Meran.* *Bernard. Com. Carinthiæ.*

ca an. 1153. &c. in Palæſtinam ſuſcepta communiter traditur ab authoribus.

Chuneg. uxor filia Ottoc. IV. Uxor Bernardi hujus erat Chunegundes Ottocari IV. March. Styr. filia, Admontenſium magna benefactrix; in cod. Dipl. Admont. 123. num. exſtat ejusdem donatio, quam quia tomo 1. referre neglexi, hic per occaſionem inſero, eſt vero hujus tenoris: *Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter Domina Chunegundis, Comitiſſa de Karinthia, delegavit Deginhardum miniſterialem ſuum, cum omni prædio ſuo, quod habuit apud Valtenbach, petitione ſua ſuper altare S. Blaſii, ſed & ipſe Deginhardus, poſtea ejusdem prædii delegationem S. Blaſio fecit.*

Wildenſtein de Warmun. *B. Warmundus de Wildenſtein*, quo in loco Bavariæ ſedem fæc. 14. habuerit? ignotum, non vero ab alio, ſed ab Uveriando fæc. jam 12. Wildenſteinios tum in Carinthia, tum poſthinc in Styria conſediſſe, ex actis familiæ dixi ad Dipl. 183.

Joan. de Sunneck iterum dicti de Wildenſt. C. Joannes hic I. nomen *Suaneckerorum*, in familiæ primævum *Wildenſtaniorum* iterum redegit, ita acta familiæ citata, quæ factum id ideo cenſent, quod ex caſtro diruto Wildenſtein, in aliud ejusdem familiæ caſtrum vicinum Sunneck nuncupatum, quidam prædeceſſores abierint, atque ex eo ſe de Sunneck ſcripſerint; exſtare tale caſtrum Sunneck in Carinthia ſatis ſuperque to. 1. dictum; plura hæc ſuper re to. 3. ad an. 1470. ubi Diploma Imp. Frider. adferam.

Nicolaus. *D. Nicolaus* ſtatibus adſcribitur Carnioliæ 1515. ita ex actis familiæ.

Maria Joanna. *E. Maria Joanna* Ord. S. Claræ Græcii ad OO. SS. in aula Archiducis Caroli quondam domicella aulica (Hofdame) fuit e primis monialibus; & quidem poſt fundationem tertia, quæ 19. ætatis annor. primo nimirum fundationis anno aulam relinquens, religionem hanc 21. Jan. an. 1603. ingrediebatur, in qua poſt 65. ſui ingreſſus annos, in 84to ætatis anno magna pietate eminens vivere deſiit, ita acta Conv.

Suicardus. *F. Suicardus* per annos 56. Jubilæus & ſenior Canonicus Ratisbonenſis Præpoſitus in Spalt, cujus elegans diverſo marmore extructum epitaphium in cathedrali Ratisbonenſi hodiedum viſitur, in cartuſiam ibidem beneficus, quod ex inſigni gentilitio, cui annus 1659. adjectus, in feneſtra quadam ejusdem cartuſiæ, hodie adhuc apparente utcunque colligitur, ita acta familiæ.

Joan. Xſtoph. I. *G. Joannes Chriſtophorus I.* vulneratur tempore belli Suevo-Gallici in obſidione Tabernarum Alſaticarum (Elſaß Zabern) urbis Alſatiæ, qua devicta, cum ſervitia Regis Galliæ recuſaſſet, ob fidelitatem domui Auſtriacæ ſervatam, cuncta ſua deperdidit bona; fuit cæteroquin Cæſareus, & Archiducis Leopoldi Wilhelmi, Ferd. II. filii Camerarius, apud quem longo quoque tempore, ſupremi Camerarii, ſupremique ſtabuli Præfecti munera geſſit, ita familiæ lib. Bar. Diploma.

Joan. Frnnc. Baro & Com. I. Frid. comit. *H. Joannes Franciſcus*, de quo tab. 1. & 2. Baronis ac S. R. I. Comitis dignitatem primus obtinuit; ſiquidem eum Ferdin. III. Imp. 13. Mart. 1649. lib. Baronem, Leopoldus I. vero 18. Jan. an. 1678. Comitem S. R. I. verba *de* & *in* familiæ cognomento præponendo pronuntiavit. Idem hic an. 1677. ſub 15. Octob. fidei-commiſſa 2. prima in *Wildbach* & *Kahlſtorf* conſtituit, ex actis familiæ.

I. Fran-

I. Franciſcus Chriſtophorus fundator lineæ Kahlſtorſenſis dicitur, fuit Cæſereus Camerarius, & Cameræ aulicæ inter. Auſtriæ Conſiliarius, ex actis familiæ. *Franc. Xſtoph. fund. lin. Kahlſtorſ.*

K. Regina Eliſabetha fundatrix unius miſſæ per quamlibet ſeptimanam apud PP. Carmelitanos Neapoli Auſtriæ, ingreditur hunc monialium ordinem in Monaſterio ad S. Joſephum Viennæ 25. Nov. 1682. nomen *Mariæ Franciſcæ a S. Thereſia* ſuſcipiens, eligitur prima vice Prioriſſa ibid. 7. Jan. 1699. ac ſecunda vice eodem die an. 1705. proficiſcitur 30. Octob. 1706. ad S. Hypolitum Auſtriæ civitatem, ad erigendum novum ſociarum Monaſterium ibidem: hinc & in actis Conventus, *Confundatrix* ejusdem Monaſterii appellatur; eligitur in eodem bis Prioriſſa, revertitur an. 1723. Viennam, ibique tertia vice in Prioriſſam electa 30. Mart. 1727. meritis plena, 75. ætatis anno e vita decedit, ita acta Conventus ad S. Joſephum Viennæ. *Regina Eliſ.*

L. Joannes Joſephus I. de quo tab. 1. & 3. fundator lineæ in *Wildbach*, inſeritur matriculæ Comitatus Goritienſis 1715. inclaruit cæterum a rebus geſtis, conſtitutus enim erat Cæſareus Camerarius, ac intimus Conſiliarius ab an. 1715. ad 1721. iterumque ab an. 1729. ad 1731. Capitaneus dicti comitatus Goritiæ, cui præterea an. 1717. Sept. 1. *ſupremi hæreditarii Camerarii Styriæ* officium Carolus VI. extincta Eggenbergicorum Principum ſtirpe, ſimul ac fratris ſui filiis, *Joanni Chriſtophoro*, & *Franciſco Auguſtino*, cunctorumque eorum deſcendentibus conferebat, acta familiæ. *Joan. Joſ. I. fund. lineæ in Wildbach.*

M. Juliana Chriſtina nata Baroniſſa *Zohner de Weiſſenberg* ſuperioris Joannis Joſephi contoralis, jungit ſub 29. Febr. 1704. prioribus 2. fidei-commiſſis tertium in Dominio *Tiffer*, acta familiæ. *Juliana Chriſt. 3tii fidei-commiſſ. fund.*

N. Joannes Chriſtophorus II. in Bohemia, Sileſia, & Moravia 1716. incolatum primus obtinuit, qualiter & antea 1714. comitatus Goritienſis ſtatibus pariter adſcribebatur, officiis eminentioribus, non minus clarus; fuit etenim Cæſareus Camerarius, Conſiliarius actualis intimus: nec non provinciarum interioris Auſtriæ Locumtenens, cujus memoria in ſcuto cujusdam anguli ſiniſtræ partis coloſſi magnifici SS. Triadi ſacri, in proſpectu fori principalis, civitatis patriæ capitis Græcii extructi, in primis ejusdem nominis litteris, ſubjunctis quoque ſignis gentilitiis, prætereuntibus hodiedum ſe oſtert, ita partim acta familiæ, & ex parte conſpectus publicus. *Joan Chriſtoph.*

O. Maria Anna Com. de Wildenſtein, nata Bar. *de Schäzl*, exinde memoratu digna, quod ab auguſtiſſima Rom. Imperatrice, Hungariæ, Bohemiæque Regina Maria Thereſia, octo ejusdem ſereniſſimæ proles *Amalia*, *Leopoldus* jam M. Dux Hetruriæ, *Joanna*, *Joſepha*, *Carolina*, *Ferdinandus*, *Antonia*, & *Maximilianus*, ejus, ut Joannis Joſephi II. viduæ, educationis curæ committerentur, acta familiæ. *Macia Anna.*

P. Leopoldus Wolfgangus Conſil. Salisburg. Præpoſitus Eccl. Colleg. B. V. M. ad Nives ibid. Capitularis quoque fidelis capituli Olomuc. Archi-Diaconus Znoimæ in Moravia, acta familiæ. *Leop. Wolfg.*

Q. Cajetanus Auguſtinus. Ord. Teuton. Eques, primus ejusdem ordinis, Balliviæ Auſtriacæ Rathgebietiger, Commendator Labaci Cæſareo-Regius intimus actual. Conſiliarius. *Cajet. Auguſt.*

Ferdinandus. *R. Ferdinandus* Cathedr. Paſſav. Canonicus Capitularis, orationem publicam dixit 1731. coram ſummo Pontifice Clemente XII. in capella Pontificia Romæ.

Joan. Maxim. *S. Joann. Maximilianus Probus* filius Joannis Joſephi I. primis harum partium Auſtriacarum muniis & officiis clariſſimus, erat enim Cæſareus Camerarius, quondam Cameræ inter. Auſtriæ aulicæ, poſthinc vero intimus actualis Cæſareo-Regius Conſiliarius, conſeſſus ſummi Principis & commiſſorum in Styria Præſes, Capitaneus provinciæ ejusdem Ducatus an. 1763. ac tandem 1765. totius inter. Auſtræ Gubernii quoque Præſes, ita familiæ.

Erneſt. Henr. *T. Erneſtus Henricus*, inſignis litteraturæ, & laboris indefeſſi ſcripſit *familiæ ſuæ collectanea, Diplomatico-Genealogico-Hiſtorica*, 2. partium aut tomorum, *collectanea Ducatus Styriæ*, quæ Landesverſammlungen, vocat, in 20. materias diviſa, opus utrumque ſummæ ſolertiæ, *tabularium aviticum Nobilitatis Styriæ*, 108. ſedecim avorum tabulas complectens; *Arborem Wildenſteinanam Genealogicam* a multis erroribus authorum emendatam, *ſchema variarum e proſapia Wildenſteiniana deſcendentium familiarum Genealogias exhibens*, magni laboris opus. Vertit opera tragica, ſeu tragœdias omnes Racinii in poeſim germanicam, redegit Ovidii metamorphoſes in 670. rythmos linguæ noſtræ, traduxit plura talia opera minora poetica ex Gallico & italico idiomate in idem linguæ patriæ genus, in qua uti & linguis latina, gallica & italica, plures quoque elaboravit opellas poeticas, quæ omnia opera, quod dolendum, in MSS. latent. Fuit hic Comes quondam, uti & Pater, Commiſſarius provinciæ bellicus in circ. ſuper. Vorav. & Judiciorum aulico-provincialium, aſſeſſor, mox 3. Cæſaribus & uni Imperatrici a cubiculis, hujusque Cæſareo regiorum judiciorum provincialium Styriæ Conſiliarius, Academiæ Rovoretanæ, ſocietatisque agriculturæ in Styria membrum. Ex actis familiæ, Patriæ cæterum & genti ſuæ ſtudioſiſſimus, laborum indefeſſus mihique Patronus gratioſiſſ.

Franc. Joſ. *V. Franc. Joſephus*, filius prioris, ſpes patriæ, traduxit in tenera adhuc ætate comparationem Homeri cum Virgilio celebris Rapini ex gallico in germanicum, tali ſtyli elegantia, ut traductio hæc ex officina Veithiana Aug. Vind. 1766. in publicum prodierit, teſte libro ipſo.

Ex his his proin breviter deductis pateſcit, familiam hanc ſago, toga, litterisque clariſſimam patriam noſtram, omni virtutum, meritorumque laude exornaſſe, Deus eam in ſæculorum finem conſervet.

IN-

INDEX RERUM CONTENTARUM ORDINE FOLIORUM.

A. Fol.

Adalbertus I. Arch. Salisb. Leibnitio Græcium vocatur an. 1194. a Leop. Virt. Duce mortuo, 65
- - Scribit Cæleſtino P. omnia acta Ducis ibid.
- - Miratur, cur ſibi excommunic. Ducis non ſcripſerit, ibid.
- - Exurit oppidum Hallenſe, 70
- - Halburch caſtrum exſtruit, ibid.
- - Componit litem Frid. de Petov. cum Admont. Monaſt. 73
- - Benef. Monaſt. Admont. 74
- - - - Canoniæ Seccov. 74, 76
- - Adhæret Philippo Regi contra Otton. 76, 77
- - Capitur, & in Werven includitur, 77
- - Obit, 80

Adalbert. II. Arch. Salisb. Admont. benef. 587
- - Can. Seccov. privilegia firmat, 466, 602, 461

Adalram de Waldeck, Fund. Secc. Can. v. S. fit Can. Seccov. 463

Adamita haret. in Styria, 413

Admont. Monaſt. O. S. B. obtinet jus in monte Zezzen a Salisb. Eccl. 60, 74, 459
- - Ejus prædium in Sauſal v. S. 110
- - Obtinet decimas in gammer. Obedach, 74, 151
- - Paroch. in Lieſnich. & Palta, 74, 460, 598, &c.
- - Alia bona, 78, 120, 86
- - Eccl. Aich ad Gröming, 84
- - Paroch. Jaring. 86, 89, 90, 470, 617, 620
- - Prædium Freiland cum Eccl. 89, 90, 472, 619
- - Eccl. S. Mart. in Enſtal ib. 468, 612, 620
- - Eccl S. Galli in ſylva, 91
- - Feiſtriz prædium ad Pegga, 94
- - Eccl. B. V. M. in Leuben, & Tragöſs, 103
- - Abbates quando infulati, 144, 149
- - Paroch. Admont. eximitur a jurisd Archidiac. 157 &c. 502, 719
- - Frider. II. Imp. ibid. agit, 159
- - Decimas in Longau obtinet, 160
- - Alia ejus acta, poſſeſſ. jura, 168, 172, 185, 289, 323, 332, 466 &c. 472, &c. 475, &c. 481, &c. 603, 610 &c.
- - Alia ejus jura & poſſeſſ. 619, 620, 626, 630, 653, 559, 869, 560, 874, 338, 350, 356, 362 369, 570, 372, 424.
- - Penes Adm. capitur Udalr. Arch. Salisb. 257
- - Frider Abb ob famem cum ſuis migrat ad S. Petrum, 252
- - Erigitur caſtrum Gallenſtein, 315
- - Rudolphus I. ibid. 328
- - Deprædatur, 362
- - Conventus an. 1199, 466, 603
- - Eccl. S. Nic. in Sauſal, 486, 594, 669
- - Admont. Archidiac. 502, 719
- - Sæc. 13 nondum carnes edebant, 472, 619
- - *Parthenon.* obtinet prædium in Vinſterpels, 200
- - Ejus jura & poſſeſſ. 210, 246, 513, 515, 611 613, 573, 756 &c. 515, 761 &c. 527, 809
- - Laus ejus, ibid.

Adriach plebanus Ulricus, 442

Advocatiæ Monaſteriorum olim avide quæſitæ, 621
- - Sub-Advocatorum injuriæ, ibid.
- - Ejus jure quid olim exigebatur, 857, 900

Affienz vel *Avelanz* prædium & caſtrum, 672
- - de familia &c.
- - Prædium id datur Monaſt. S. Lamberti &c.

Agnes Merania uxor 3tia Frider. bellicoſi ab eo ob conſignationem dimiſſa, 4, 10, 165, 181 216, 217.
- - Nubit dein Ulrico Carinth. D. 212, 220, 267

Agnes Archid Auſtr. Andreæ Hungar. Regis uxor. reform. monaſt. Portæ cœli, 279

Agnes Leop. Virt. Ducis filia, an Ottoc. 6. Styr. Duc. uxor, 67

Agnes Leop. glor. Duc. filia uxor Alberti Saxoniæ Ducis, 94, 125, 132

Agnes Hermanni Bad. uxor, Ulrici Carinth. Ducis vidua, nubere cogitur Ulrico Com. de Heynburg, 292, 47, 48
- - Ex ea nobiliſſima progenies oritur, ibid.
- - Obit 369, 372
- - Ea cum marito, non Auſtriam, ſed allodialia ſolum ceſſit Rudolpho I. 47, 52

Agnes Auſtr. Alberti I. filia, nuptiæ 377

Aich locus & Eccleſia Admont. 84

Aichberg de Conrad. damnoſus Eccl. Vorav. 186
- - De familia 778
- - Caſtra duo ibid.

Aichfeld, locus Styriæ, 78

Aichlberg Caſtrum 764

Aigen loca 3 Styriæ, 658

Ainöd Caſtrum, 620
- - De familia, ibid.
- - Loca alia varia, 338

Alba veſtis qualis, 861

Albero Abbas Runenſis, 393, 428, 440

Albert. I. Dux Styr. & Imp. Rom. quo titulo Styriam a Rudolpho I obtinuerit, 33, 44, 47 &c. an. 1281. fit vicarius Auſtriæ & Styriæ 46, 327 &c. titulus ejus 329, an. ſeq. Dux, ibid. 333, 335
- - Non obtinet Styriam tit. dotis ob Eliſab. Mainh. Tyr. filiam uxorem 33, 47, &c.
- - An ejus electioni contradixerint Duces Bavariæ, 50
- - An a Styris petitus fuerit, 50, 51
- - Variæ ſententiæ de transl. Auſtr. & Styr. in Albertum, 37, 44, 47

In Styriam venit, Græcii homagium recipit, 35, 36

Diſſenſio & bellum cum Salisburg 345, 348, 352, 355, 370, 377, 393.
- - Fit Adminiſtrator Hungariæ, 360
- - Ab eo Styri defenduntur, 360, 363, 365
- - Bellum pro Carinthia gerit, 366
- - Contra Adolphum pro Imperio pugnat, 365, 370, 379, 380 &c.
- - Eum Auſtriaci rebelles veneno petunt, 371, 374, 385
- - Eligitur Rex romanus, 380
- - Fit inviſus Imperio, 383, 386, 392
- - Vitæ periculum ſubit, ibid.
- - Acta ejus bellica in Imperio, 388
- - Cum Hungaris, 388, 396
- - Cum Bohemis, 393
- - Ejus contentio cum fratribus Auſtr. 399, &c. 401
- - Necatur, 403
- - Alia ejus acta, 336, 339, 340, 346, 373, 560, 874

Albertus Præp. Salisb. antea Chiemenſ. 626

Albertus Abbas 25 Admont. reſignat. 289, 306

Alberti Argentin. fides, 310

Alexutia Canon. veſtis, 899

Alphonſus Rex Hiſpan. fit Rex german. 244, 247, 263, 266
Altariolum quid, 863
Altenburg caſtra Styr. varia, 654
Altenhofen locus, 752
- - De familia, 752
Amelricus Abb. 9 Runenſ. Judex Apoſtol. 236, 524, 800
- - Epiſc. fit Lavent. 260, 271, 276, 288
Anasburcò, ſeu Laureac. B. V. M. Eccleſia datur Canoniæ S. Nicolai 126
Andechs de Sophia monaſt. Admont. 257, 513, 515, 611
- - Comites antea Iſtriæ Domini, 627
- - Comitum horum genealogia, 513, 757
S. *Andreæ* Canoniæ & Epiſcopatus initium, 107, 111, 129, 134 &c.
Andreas Rex Hungariæ, ob Sophiam a Frider. bellic. repudiatam vaſtat Auſtriam, 4, 5, 6
- - Tyrannum agit, 92
- - Excommunicatur ob damna cruceſignatis illata, 118
Aniſia, urbs an ex lytro Anglico repatata, 66
Ankenſtain uſque Styr. perſequuntur Hungaros fugitivos, 248
- - Caſtrum eſt Styriæ, 891
Anna Frid. III. filia, Abbatiſſa Viennæ ad portam cœli, 279
Anna uxor Rudolphi obit, 328
Anna Alberti I. filia, nuptiæ Græcii, 371
Antonius Abbas 43. S. Lamberti, 494
Aquilej. an. 1254. Synodus, 236
- - Eccleſiæ legatur Labacum, 322
- - Anno 1307. Concilium, 402
Archidiaconi duo in Styria ſæc. 13. 101, 645, 825
- - Hodie ſeptem numerantur, ibid.
- - *infer. Marchiæ* Henric. an. 1272. plebanus in Kirchberg, 300
- - *Super. Styr.* an. 1305. Dietricus 397, 414
- - *Infer. Styr.* an. 1209. Dietmarus, 480, 645
- - An. 1232. Ottocarus, 499, 715
- - An certæ ſedi affixi, 645, 828
- - *Infer. Styr.* an. 1214. Bernard. 495, 691
- - *Infer. Styr.* an. 1294. 764
- - An. 1267. Conradus, 833
Arenpeckii ſententia de translatione Auſtriæ & Styriæ in Albertum I. expenditur, 44
Arnfels caſtrum Styriæ, 705
Arnoldus Præp. 8. Seccov. 220
- - fuit e fam. de Prank, ibid.
- - ſe primus Archidiaconum ſcribit, 242
- - obit, ibid.
Aſpang Auſtriæ oppidum, olim Eccleſiæ Friſing. oppignoratum, 15, 163
Au, *Augia*, loca varia, 868
- - de familia, 598
Aventini ſententia de translat. Auſtr. & Styr. in Albertum I. 49
- - ejus cæteroquin authoritas, 50
Auguſtana, an. 1275. comitia, 305, 333, 341, 343
Auſtrale Chronicon idem cum Clauſtroneob. 5
Auſtria cur an. 1229. a Bohemis fuerit vaſtata, 5
- - ab Hungaris an. 1233. &c. 6, 41, 228, 293, &c. 298, 451
- - a Bavaris eod. an. 7, 8, 9, 218
- - quando hæreditaria ad lineam etiam fœmineam declarata, 33
- - S. Leop. tempore nondum hæreditaria, ibid.
- - an hæreditaria ad deſcendentes etiam collaterales, 5, 34
- - a morte Frid. bell. vacavit, ibid.
- - in ea varii Duces eo tempore agniti, 36
Auſtr. cur ea poſt Ottoc. devictum non illico collata Duci, 46
- - de ejus in Albert. I. translatione variæ ſententiæ, 37, 44, &c.
- - ob Leop Virt. Ducem interdicta, 62
- - an Dei pœnis ideo afflicta, ibid.
- - ejus privilegia confirmantur, 197
- - pileo Auſtriæ cur crux adjecta, 198
- - ejus Dux olim Elector, 196
- - *ſupra Anaſum* a Bojis inſtigante Ottocar. Bohemo afflicta, 307 &c.
- - erepta dein Bojis ab Ottocaro 308
- - ei junctur Poſonium, iterum adimitur 377, 421
Auſtriaci magnates collateralem ſucceſſionem tuentur, 36 &c. 40 &c.
- - Hermannum Bad. Ducem agnoſcunt ib. 215
- - Florentium Com. Hollandiæ reſpuunt, ibid.
- - legatos in Miſniam pro filio Conſtantiæ Auſtriacæ mittunt, ibid. 233
- - legatos eos Ottocarus intercipit, ibid.
- - Gertrudi Auſtr. plures adhærent, 41
- - rebelles ſunt contra Frid. pulchr. 405 &c.
Authores coævi etiam ſæpius errarunt, 5
Aych de Comes Suevus an Prætor Styriæ, 211

B.

Baden de Frider. res, 528, 810, v. F.
- - Hermanni, 517, 765, v. H.
Baltramus Vatzo deprædatur Salisb. dition. 330
- - cenſetur author Chron. Vien. ibid.
Baptiſmales Eccleſiæ quæ olim, 669
Bartholomæus Prior Gyrienſis, 411
Bavaris bellum infert Ottoc. Rex Boh. 275
- - pacem dein facit, 278, 280
Bela Hung. Rex ob repudiatam Sophiam a Frider. vaſtat Auſtriam, 4 &c. 153, 183, 188
- - an ab eo injuſte Frider. Dux pecuniis, & partem terræ extorſerit, 7, 183
- - Innoc. IV. ei optat Auſtr. 208
- - Styriam obtinet, 232 &c. 247
- - an. 1260. cæſus ab Ottocaro, Styriam cedere cogitur, 256 &c.
- - ſe Ducem Styriæ geſſerit, 525, 802
Bela junior. ſponſalia & nuptiæ cum nepte Ottocari Boh. 261, 270
Beringerus Abbas 10. S. Lambert. 492, 687
Benedictus Abbas 41. S. Lamb. 493, 689
Bernard. Dux Carinthiæ, arbiter pacis inter Sacerdotium & Imperium, 141
- - ejus duplex bellum cum Epiſc. Bamberg. ib.
- - obit, 241
Bernard. Epiſc. 4. Seccov. & ejus acta varia, 287 290, 294, 299 &c. 302 &c. 323, &c. 327
- - Legatus Ottocari in Comit Auguſt. 305 &c.
- - ejus præfervida ibidem oratio, ibid.
- - violentiæ ejus in Archiep. Salisb. 306 &c.
- - delinitur a Rudolpho I. 307
- - in caſtra ejus abit, 308, 310
- - Viennæ agit, 311
- - Componit Frider. Archiep. Salisb. cum Henr. Bavaro, 3 30, 337
- - alia ejus acta, 547, 838, 551, 849, 552, 850, 850, 855, 857, 858, 558
Bernardus I. Præp. 2. Vorav. 85, 613
Bernardus II. Præp. 7. Vorav. 160, 548, 839
- - Voravii exuſtus obiit, 168
- - Succeſſoris ejus nomen incognitum, 169
Bernardus III. Præp. 10. Vorav. 282, 299, 333
Bernard. de Plankenward Ab 10. Runenſ. 271, 325
Bernherus Abb. 9. S. Lamb. 492, 687
Bernoldus Præp. 5. Vorav. 143, 152
Bertha Abbat. Göſſ. 431
Bertholdus Dux Meraniæ benef. Seiz. 474, 627

Bertbold. Coloc. Archiep. fit Patr. Aquilej. 119
- - ex familia de Andechs, ibid.
- - arbiter pacis Imper. & Sacerdotii, 141
- - reconciliatur Papæ Greg. IX. ibid.
- - fit Marchio Iſtriæ & Carnioliæ, 145
Bertbold. Aquilej. Patr. a Papa excommun. eidem reconciliatur, 173, 181, 225, 507, 726
- - donat Eccleſiæ ſuæ, Windiſchgraz, 225
Bertbold. Præp. Salisb. 586, &c.
Bertbold. Præp. 3. Stanz. 190
Bertholdus I. Abb. 20. Admont. 143
- - Fit Abbas S. Petri Salisb. 149, 185
Bertholdus II. Abb. 22. Admont. 186, 200
Bertbold. Abb 46. S. Lamb. 494
Bertholſtein de Ortlinus benef. Teutonic. 237
- - de familia, 526, 803, 805
- - Caſtrum Styriæ, 805
Blaukenſtein, caſtrum Styriæ, 619, 632
- - de familia, ibid.
Blankenwart caſtrum Styriæ, 618
- - de familia, ibid.
Biſchofseckh caſtrum Styriæ erigitur, 396
Bogen de Comitum familia, 613
Brunhildes civis Vien. ſtuprum ei illatum a Frid. bellic. mendax fabula & calumnia eſt, 15 &c. 25 &c.
Bruno Epiſc. Olom. Capit. Styriæ, 254, 264
- - occupat ditionem Salisb. 266, 287
- - redit domum, 293 &c.
- - fit Auſtriæ & Styr. Viennæ Præfectus, 308
- alia ejus acta, 533, 818, &c. 544, 833
Burcardus Archiep. Salisb. contra Philippum a Papa ſtatuitur, 205
- - mox obit, 207
Burcardus Abb. 17. S. Lamb. 493, 619
Burcardus Prior 5. Seiz. 258

C.

Calix in SS. officio, 863
Calles Sigiſm. ſententia de transl. Auſtriæ & Styr. in Alb. I. expenditur, 45
Camerarii officium in Monaſteriis, 757, 868
Canna argentea in miſſa olim, 863
Capella de Henric. 246, 321
- - de Berthold Rudolphum I. ex equo dejectum alteri equo imponit, 318 &c.
- - fit Præfect. Auſtr. ſuper. 323
Cappæ Canon. Reg. 899
- - Solennes, chorales, ſcholares, 862
Carinthia an. 1286. ad preces Auſtriac. Meinhard. Tyr. data, 51
- - per Styros occupata, 401
- - ab Ulrico Duce legatur Ottoc. Boh 542, 831
Carnifex olim idem ac lanio, 811
Carnioliæ pars maj. an. 1243. ſub Duce Car. 191, 241
- - quando ducatus evaſerit, 198
- - Sæc. 13. inter varios erat diviſa, 241
Carolus I. Ep. Seccov. ſtatuitur, 120
- - Conſecrat Eccl. Salisb. vel Heglvvert Cryptam & adeſt Conc. Salisb. 121
- - in Carinthiam cum Eberh. Salisb. abit, 129
- - Concanbium cum Seccov. Can. 131
- - Procurationes inhibet DD. de Wildon, 132
- - Voravii altaria conſecrat, 140
- - Gleichsdorf. Eccl. dotem recuperat, 142
- - obit, 145
- - alia ejus acta, 489 &c. 494, 497, 679 &c.
Caſtorius Patr. Aquilej. 425, 427
Caſula veſtis, 861
Catharina Auſtr. Alberti II. filia Abbatiſſa 279
Catharina Auſtr. Alberti I. filia, 371
Catharina Abbat. 10. Göſſ. 88
Celeja olim Heunburg, oppignoratur Aufenſteiniis, 439
- - documenta vetera, 440
- - redimitur a Sounekiis, 642
- - de Comitum origo, ibid.
Cellaria veterum quæ, 785
Cellens B. V. M. in Styria limites, 277
- - Miracula, 345, 135
- - Origo, 492 &c. 81
Cendatus veterum quid, 865
Cerewald hoſpitale datur Seizenſibus a Steph. Duce Styriæ, 251, 529, 812
- - ejus hoſpitalarius cujus dignitatis, 487, 671, 759
Chamer S. Petri arx capitur, 362
Cherſpach de familia, 822
Chiemenſ. Epiſc. origo, 111
- - Fiunt S. R. I. Principes, 119
- - Rudiger Epiſc. primus, 114
Chiemgau de Comit. familia, 613
Chüngensberg de familia, 594, 596, 597
Chlingberg de Burc. Capit. Styriæ 293, 595, 303, 835
Chreuſpach de familia & caſtrum, 801
Chriſtian Præp. Seccov. 395, 409, 428, 440, 447
Chriſtoph. Kirmeſſer, Ab. 38 S. Lamb. 492, 493
Chronicor. patriorum quæ fides, 31
Chrottendorf de Hertvvicus, 313
- - familia & caſtrum, 671
Chumbenz S. Ruperti parochia Seccov. Canoniæ, 72, 190, 194.
- - Matrix aliarum Eccleſ. ib 462, 600
- - Dedic. & ſtructura ejus. 463, 600
- - Lis de eadem, 499, 610, 649, 715, 750
S. Chunegundis elevatio Bambergæ, 85
- - Eccleſia in Lech Græcii, 85, 87
- - Fundatio & ampliatio, 126, 338
Chunegundes II. Abbat. 12 Göſſ. 175, 237
Chunenberg prædium. 690
Chunringii Auſtriæ reguli rebelles in Friderico bellicoſum, 3, 147 &c.
- - in Rudolph. I rebelles, 321, 324 &c. 246
- - Familiæ deſcriptio, 851
Chunringesdorf Gebhard. benef. Teuton, 237, 526
- - de familia, 805, 803
Ciboria Eccleſiarum, 864
Ciſtenesfeld loc. Salisb. in Styr. 77
Clagenfurt olim Eccleſiæ Salisb. 286
Clam arx Auſtriæ per quam Mathias Hung. Rex penetravit, 277
Clementia filia Rudolphi I. Græcio ad Carolum Salerni Princip. ſponſa mittitur, 328
Colmar. annal. fides, 310
Colobium veſtis, 862
Commenda Teuton. in Lech fundatur 500 V. Graz in Groſs-Sontag, V. V. Groſſont. 634
Confraternitates regular. cum ſæcul. 158, 390, 895
Conradus Frid. II. fil. Rex german. 165
- - Rex Siciliæ, 226
- - cum Papa colliditur, 232
- - obit, 233
Conradus Archiep. Mogunt. in Auſtria moritur 80
Conradus Archiep Salisb. 359 &c. 464, 549, 600
Conradus Præp Salisb. 293, 301
Conradus I. Præp. 6 Seccov reſignat, 172, 193, 511, 750, 895, v. Stubenberg.
Conradus Scriba Styriæ, 303
- - an Epiſc. Chiem. fuerit, ibid.
Conradus I. Præp. 6 Vorav. 152, 160
Conradus II. Præp. Vorav. 333, 352, 377, 379, 382, 387, 563, 897
Conradus Præp. II. Stanz. 187, 247
Conradus Abbas 21 *Admont.* an primus infulam obtinuerit, 149. 159, 185
Conradus Abbas 4 *Runenſis*, 69, 93
Conradini in Sicilia fata, 282, 288

Conſtantia filia Leop. glorioſi, 105, 132, 157
Conſtantiæ Miſnenſi datur pars theſaur. Frider. bellicoſi Ducis, 211
Corporalia, 863
Crauwati placita varia, 190, 200
- - locus Styriæ quales, 637, 752, 756
Crembſii deſcriptio, 262
Cumani vaſtant Hungariam, 181
- - Viennam adeunt, ibid. 185
- - Vincuntur a Frid. bellic. 182, 184 &c.
Cuſpiniani ſententia de translatione Auſtr. & Styr. in Albertum I. expenditur, 44
Cuſtodis officium quale olim, 861
Cutzmannus quis olim, 237

D.

Dalmatica veſtis Eccleſ. 862
Dapiferi Styriæ duplices, 397
David Abbas 27 S. Lamberti, 493
Decanorum origo, 548, 839
Decaniſſæ quæ, ibid.
Dechantskirchen, 1omæ olim Admont. 634
Dietmarus Archid. Styr. inf. 101, 499
Dietricus Epiſc. Gurc. reſignat, 67
Dietricus Præp. Vorav. 387, 398
Dietrichſtein de Franc. an. 1605 Epiſc. Olom. 279
- - caſtrum, 691
- - Familia, ibid.
- - hujus famil. caſtra poſſeſſ. 694
- - de Sigiſm. acta inſignia, ibid. 903
- - Officia hujus familiæ, 697
S. Dionyſii pleban. Albertus, 671
Diplomatum obſervationes, 144
Dirnſtein caſtrum Styriæ, 652
- - Familia, ibid.
Dobrach de familia, 750
Dobrenge de familia, 729
S. Dominicæ v. Groſs. Sonntag.
Donnerſpach caſtrum, 870
Drakenburg de Conr. invaſor caſtri Rain. 517
Dravus minor, *Dren*, Trevina fl. Styriæ, 77
Dubravii authoritas, 4, 5
Dürnholtz de Ulric. Capit. Styr. 547, 838
- - Capit Sigefrid. Mahrenberg, 295
- - Familia an Styriaca, 296
- - cæditur, 298

E.

Eberhardus II. Archiep. Salisburg. & varia ejus acta, 80, 81, 83, 83, 87 &c. 91, 96, 120, 157, 160 &c. 95, 95, 89, 129, 141, 146, 151, 153, 175, 178, 193 &c.
- - Capitur ab Ottone Imp. excommun. 103, 104
- - Fundat Canoniam S Andreæ, 107
- - Uti & Epiſc. Chiemenſem, 111
- - Leibnitii exiſtit, ibid.
- - Salisb. Conc. 1216, & 1240 celebrat 113, 170
- - Epiſc. Seccov. fundat 117, 175, 200, 507 &c.
- - Græcium venit, 138, 267, 179
- - Dedicat. diem in Monaſt. S. Lamb. agit, 151
- - In Straſsgang exiſtit, 200
Eberſtein de Otto Com. Vicarius Auſtr. & Styriæ, 35, 40, 170, 204, 206, 209, 515, 761
Eberſtorf de Berthold pro Rudolpho I. pugnat, 319
- - Caſtrum, 623
Eckartus Præp. Solienſ. ſit Epiſc. Gurc. 69, 81
Eggebertus Babenberg. Epiſc. Auſtriæ Præf. 165
Eggenberg de Princ. Joan. Anton. Fundator FF. min. Græcii, 801
Egkh de familia, 697
- - Caſtrum, ibid.
Ebrenbauſen de familia, 731
- - Caſtrum, ibid.
- - Otto e Præp. Seccov. ord. Prædicat. ibid.
Ehrenvels caſtrum, 705
- - De familia, ibid. & 869, 325
Electores 7 Rom. Imp. olim a Papa ſtatuti, 196
Eliſabetha Auſtr. Alberti I. uxor, 47, 48, 49
- - Teſtamentum & legata, 454
Emmerberg de an dapiferi Styriæ, 396
- - Berthold pro Rudolpho I. pugnat, 319
Engelbertus Abb. 27 *Admont* 374, 424, 441
Engelbert de Helfenſtein Ab. 6 Run. dein Eborac. 112, 135
Enſthal S. Mart. cappella Admont. 468, 612, 620
Eppenſtein caſtrum Wildon. ab Ottocaro capitur, 283
- - ejusdem varii poſſeſſores, 285
- - de Albert Lantfrid. benef. Sec 637, 701, 817
Euchariſtiale quid, 864
Eugenius Abbas 45 S. Lamb. 498
Expeditio in terram S. an. 1195 &c. 69 &c. 73

F.

Feiſtritz prædium prope Pegga olim Admont. 94
- - de Rechlinus Eccleſiæ Vorav. noxius, 186
- - *Civitas Styr.* infer. in quam ab Ottoc. Boh. relegata eſt Gertrud. Auſtr Medliceuſ. 264
- - *varia* alia ejus nom. *loca*, 461
- - *locus primæ fundat. Seccov.* 461
- - *Parochia* Seccov. 462
Feldkirchen infra Gräz comitia, 435, 656
Ferniz, Eccl. Paroch. & gratioſæ iconis origo. 410
Finkenſtein, v. V.
Fiſcha an ex lytro Anglico renovata, 66
Flabella de pennis pavonum in miſſa, 864
Flagellantium ſecta per Styriam, 281
Foderum quid, 857
Fornitzhof prædium Seccov. 600
Franciſcus Abbas 42 S. Lamb. 494
Fron vel Franſperg caſtrum Styriæ, 658
Fratris nomen, olim datum, non monachis ſolum, ſed omnibus votivis etiam equitibus, 229, 731
Fraunburg caſtrum Styriæ, 259, 285, 589, 662, 889
- - ab Ottocaro Rege direptum, 283, 891
Freidenberg de Wilburgis, 242
- - Arx & familia, 527, 806
Freilandt prædium Admont. 89, 90, 472, 619
Freyſtein de Wulfing cum Teut. acta, 237, 526, 803
- - Caſtrum & familia, 806
Fridericus II. Imper. multa caſtra Styriæ ſubjugat, & deſtruit, 12, 159, 163, 165
- - cum Frider. Duce diſcordia, 17, 19, 20, 23, 162, 148
- - an occiderit Henr. Regem & ejusdem filios, 19
- - deponit eundem, 160
- - vult Frid. Bellic. dare dignitat. regiam, 26, 196
- - Vienn. urbem Imperialem ſtatuit, 26 &c. 165
- - reconciliatur Friderico bellic. Duci, 28, 170, &c 176, 178
- - a morte Frid. bellic. Auſtriam & Styriam nomine imperii adminiſtrari ſinit, 35, 204, 206
- - Ipſe repetit Auſtriæ provincias ob Margaretam Reginam, 36, 203, 204, 207
- - Ottoni Imp. opponitur, 102, 105
- - Vincit hujus exercitum, 108, 110
- - Aquiſgrani coronatur, mox Romæ & crucem ſuſcipit, 111, 123
- - Moratur expeditionem ſacram, 124, 131, 136
- - Urgetur a Papa, ibid.
- - Simulator eſt egregius, 128, 131
- - Ejusdem nuptiæ, 131
- - Excommunicatur a *Papa*, 107 &c.
- - In *Palæſtinam* abit excommunicatus, 140

Frider. II. Archiep. Salisb. 293, 300, 301
. . celebrat conc. Salisb. 302
. . regalia a Rudolpho I. recipit, 303
. . ab Ottoc. Boh. male habetur, 305
. . injurie tractatur a Bern. Epiſc. Seccov. 306
. . cum Rudolpho Græcium venit, 327
. . diſcordiæ ejus cum Henr. Bav. 330
. . Conc Salisb. celebrat. ibid. 422
Frid. Ep. S. Secc. res, 402, 404, 406, 409, 410, 422
Frid. Abb. S Lamb. ſit Erem Seiz 387, 400, 493, 689
Frid. Ab. Adm. ob famem cum ſuis ad S Petr. Salisb. abit, 252, 270
Fridberga civitas, an ex lytro Angilco ædificata 66, &c. 81, &c. 646, 791 &c. 798
. . omnia pene jura ſua an. 1587. vendit Andreæ Eberh. de Rauber poſſeſſori caſtri Thalberg, 82, *Plebani Friedberg.* 796
Caſtrum Friedberg. 646, 791, 795
. . *de familia*, 646, 791, 795, 186, &c. 230, 522
Friedſtein arx, 806
Fuggeri ſententia de Styria tit. hæred. Alberto data expenditur, 48
Fulmſtein de Herbord dapif. jud. prov. Styriæ, 287, 318, 544, 833, 545 i 835, 844
Fundationes Monaſterior. primæ ſatis tenues, 820 &c.
Fuſorium vas in miſſis, 864
Furſtenfelda civitas, 616, 412
. . Burggraviatus ibidem, ibid.
. . de familia, ibid.
. . Melitenſium commenda, ibid. & 400
. . caſus cum Judæis ea in civit. 412

G.

S. Galli in ſylva parochia Admont. ejusd. fundatio & dotatio, 91
Gallenſtein caſtrum Admont. erigitur, 315
Galler de Wernerus Præp. 1. Seccov. v. W.
. . Dietricus, 376
. . antea de Geula dicti, ibid.
Garſtenſ. Monaſt. damna an. 1250. a Bavaris, 218
Gallſtein Comitatus 588
Gayſern caſtrum Styriæ, 891
Gebhinus Præpoſ. Vorav. 9. reſignat, 186, 282, 519
Geiſthal parochia S. Lambert. 72
S. Georg. civitas Carinthiæ, donatur ſedi Salisb. 286
Georgius Ueberaker Epiſc. Seccov. an olim pleban in Pöls, 297
Georgius Prior Gyrii, 258
Geroldus Præp. 2. Seccov. de familia de Eppenſtein, an antea Can Salisb. 71, 86, obit 122
. . varia ejus acta, 461, 582. 599, 633, 648
Geroldus Prap. 1. Stainz. antea Can. Sec. 122, 142, 181
Gertrudes Brunsvic uxor 1. Frid. bell. Duc. Styr. 4, 10, 133, 165
Gertrudes Auſtr. Medlic nubit primo Uladislao filio Regis Boh. 177, 201, 204
. . adus marit. Herman. Bad. eique adhærent Auſtriaci, non Styri, 41, 211, 215
. . Judenburgum & Voitſperga ei aſſignatur, 42, 229, 233, 251, 264
. . ejus nativitas, 110
. . Frid. II. Imp eam uxorem petit, 196, 201
pars theſaur. Frid. fratris ei datur, 211
. . ejus proles, 216
. . in Miſniam abit, 222, 2C4
. . ad Belam fugit, vaſtationem Auſtriæ ei perſuadet, 224
. . ztiæ ejus nuptiæ cum Romano Ruſciæ duce 229
. . ab hoc deſeritur, 233
. . Ducem Styriæ ſe ſcribit, 233, 251, 282
. . in Feuſtriz relegatur, 264
. . alia ejus fata, 523, 796, 528, 810
Gertrudes Auſtr. filia Leop. glorioſi, 144
Gertrudes Auſtr. filia, nuptiæ ejus cum Landgrav. Thuring. 172, Viennam ſe confert, 201
. . Henr. filii Leop. glorioſi ex Agnete Thur. 138
Geula de v. Gäller.
Gleinch de Comites, 491, 648
Gleichenberg caſtrum olim Wildoniorum, ab Ottoc. Boh. everſum, 283, 286
Gleichſtorf Eccl. dotem reparat Carol Ep. Sec & parochia hæc eſt Ep. Seccov. 141
. . ejus parochiæ bona, 497
. . an eadem cum Eccleſia Rabe, 497, 704
. . de familia, 557, 857
Goberniz. prædium Seccov. 136
Gobernizbruck locus Styriæ 637
Godefridus Patriarcha Aquilej. 69
. . dedicat Eccl. Seiz. 618
Godefridus de Perneg Præp. 4. Seccov. 145, 150, 158, 497, 499, 712, 715.
Godefridus Abb. 6. S. Lamb. 492, 686
Godefr. 2. Abb. Offiac. ex Monacho Adm. mox Abb. 17. Adm. 95, 115, 119, 135
Godefr. Prior 10 *Seiz.* 400
. . Fit Capelan. Regis Friderici, ibid.
. . Confeſſarius & conſiliarius, 410
. . Inquiſitor Adamitarum Styriæ, 413
. . ſit Prior I. Mauerbac. 415, 420
. . ejus acta pro liberatione Frid. pulch. Imp. & Ducis Styr. 443
Goldeck de familia, 587
Goldeckerhof caſtrum Salisb. 588
Gonoviz de Ottoc. benef. Seiz. 475, 631, 95
. . Leop. Jun. Conv. Seiz. 158, 313
. . familia Styriæ, 631
Görz de Com. Mainhardus, 242
Göſs Monaſt. O. S. B. ejus poſſeſſ. & jura 150, 164, 238, 242, 247, 291, 296, 303, 306, &c. 331, 323, 386, 369, 388, 424, 426, 429, 444, 252, 259, 263, 268, 281, 286, 593, 473, 621, &c. 485, 655 &c. 524, 801, 806, 534, 820, 541, 829: 548, 839. 559, 869
. . Monaſter hoc viſitat Ulricus Dux Carinth. 252
. . ejus advocatia libera declaratur a Stubenberg. 90
. . ejus confirmatio papalis, 147, 472, 481, 485 498, 526, 714.
. . obtinet jus patronatus in Eccl. B V. M. in Leuben & S. Magdal. in Tragöſs, 103
Gotscalcus Abb. 15. *S. Lamb.* 259, 290, 493, 689, 824
Gottenfeld alpes Runenſium, 482, 649, &c.
Graden parochia, 72
Gradner Georgius Dnus de Lancoviz, id prædium Greiſſenekiis relinquit, 118
. . de familia & inſigne, 737
Gradvvein parochia Seccovienſi Canoniæ datur, 257, 259, &c. 379
. . hodie eſt Run. Monaſt. 531, 816, 832, 817, 537, 824
Gracium metrop. Styr. ibi Leop. Auſtr. homag. recipit, 54, 58
. . *Eccl. S. Ægydii*, nunc aulica, antea paroch. 55
Eccleſiæ antiquiſſimæ quæ, uti & uti & quæ veteres parochiæ, ibid.
. . *S. Pauli Eccl.* an olim parochia, ibid.
. . *S. Thomæ* in arce antiquiſſima, ibid.
. . *S Andreæ* in ſuburbio olim paroch. ibid.
. . *S Cathar.* in Mauſoleo an paroch. ibid.
. . *ad S Sanguinem parochia*, ibid.
. . 1194. Leop. virt. ſibi pedem frangit, & moritur, 64, 65
. . an. 1200. &c. Leop. Dux hic moratur, 82, 698
. . *S. Chunrg Eccl* am Lech, v. S. Chun.
. . Leop. Dux ſæpius ibi moratus, 122, 116
. . *Monaſt. O. S. Franc.* ad Muram, 135, 800

Græcium Metrop. an. 1260. a Bela obſeſſum, 256
. . *Schola Græc.* datur Teutonicis 315
. . *Univerſit.* initia, ibid. 556, 850, &c.
. . an. 1279. Rudolphus I. & Conventus nobil. ibid. 322, 323
. . 1280. homagium recipit, 326, 327
. . an. 1283. Comitia Græcii, 337
. . 1305. Conventus nobilium, 397
. . an. 1305. Conventus nobilium, 397
. . *Carlau* ibidem, olim civitas Judæor. 350, &c.
. . ſeditio in Albertum I. hic cœpta, 361
. . Præfectus caſtri Wulfing. de Saurau, 363
. . Græcenſis monetæ valor. 373
. . *in Grillbichl* fund. Parthen. S. Domin. 416
. . *de Domini* varii, 451
. . Ortolf Sigefridum Mährenb. capit, 295
. . an. 1303. parochus Henricus, 90, 473, 622
. . 1259. parochus Otto, 251, 507, 728
. . an. 1279. parochus Otto, 291
. . *Commenda Teuton.* fundatio, 500, 717 &c.
. . ejus privilegia & poſſeſſ. 504, 507, 508, 526 725, 728, 729, 731, 803, 806, 850
. . *Bavarium* cur olim dictum, 717
. . Comitia varia, 879, 544, 833, 545, 835, 844 855, 875
Graffenbeck de familia, C99
Grafendorf, caſtra Styriæ, 660
Gratſau de Treun familia, 469, 613 &c.
Gravenſtein de Henr. benef. Teuton. Græc. 507, 728 Can. Seccov. 508, 731
Gregor. de monte longo Patr. Aquilej. 225
. . an Labacum obtinuerit, 263
. . capitur, & liberatur, 281, 288
Greifenburg caſtrum, 760
Greifenfels caſtrum, ibid.
Greiſſeneck de Theodor. Ab. Run. v. Th. 93
. . dynaſtæ Styriæ, 112, 618
. . caſtrum, ibid.
. . idem Græcii decapitatur, 113, 703
Gröming parochia, 612
Groslobming arx, 609
Groſſonntag, v. *S. Dominica*, commenda Teuton portio antea Hungariæ, a Frid de Petav. Hungaris erepta, 79, 126, 160, 164, 208
. . ejus fundatio, 490, 503, &c. 514, 516, 683
Gruſchaun, *Grauſchar* locus Styriæ & familia, 620
Guetenberg de Ottilia Abpat. 9. Göſs. 88
. . de Gertr. benef. Runenſium, & Admont. 94, 475, 485, 630
. . de Leut. & Gertr. benef. Goſs. 110, 485, 655
. . *caſtrum*, 889
Guetenſtein caſtrum munitur, 123, 682, 820
. . nunc monaſt. Servitarum ibid.
. . de familia, 820
Guido Prior Gyrii, 409
Gundecar Prap. Salisb. 586 &c.
Gurcenſ. Can. electionem liberam Epiſcopi ſibi expetunt, 97
. . Epiſc. Vicarii Salisb. per Styr. 117
. . primorum Epiſcoporum ordo, 150
Gurkveld, *caſtrum*, *familia*, *urbs*, 765
Gyrienſis cartuſia a Leop. glor. renovatur, 100, 105
. . ab Hekeberto Epiſc. Bamb. dedicatur, 106
. . confirmatur, 140, 247
. . aliæ ejus res & poſſeſſ. 190, 264, 397, 402, 411 429, 483, 496, 637 &c. 651, 704. 533, 818, 556, 855, 560, 874

H.

Habſpurg regiminis initia. 335
Hackenberg de familia, 503, 721
Hagenus, infelix nugator, 16
Hailig caſtrum & familia, 764
Hamburga an ex lytro anglico renovata, 66
Hatteurain caſtrum Styriæ, 891
Halburg caſtrum Salisburg. erigitur, 586
Hallein ſalinæ ſalisb. 588
Hanau de Wulfingus, 250
. . familia reliqua, 759, 528, 809
Hanthaleri nova de translatione Auſtriæ & Styr. in Albert. I. ſent expenditur, 45
Hardeck de Conr. Styris ſubvenit cont. Hung. 253
. . bis cum eis dimicat, 254, 255 &c.
. . de Com. familia, 727, 830
Hartberg parochus Ulricus, Græcii an. 1194. Leopoldum virt. abſolvit ab excom. 65, 84
. . decimæ alienantur ab Epiſc. Seccov. 250
. . plebanus Ulricus ſæc. 13. Ottoc. Reg. Boh. notarius, 280, 612
. . plebanus Sighardus, 622
. . varia hic loci acta, 698
Hartmanus Princeps Rudolphi I. filius v. *Hermannus* quo anno Rheno merſus, 328, 331
Hartmannus Ep. Brixin. dedicat monaſterium Seccov. 464, 600
Hartmannus Abb. I. Lamb. 492, 683
Haſelbach author nimis credulus, 30
Haslau de Otto Cap. 8. Styr 240, 249, 289, 544, 734
. . idem vexillifer in prælio Rudolphi egregie pugnat, 319
. . familia, 622
Haus de Bern. compenſat damna Teutonicis 237
. . de Henr. Ep. Lavent. 365, 393
. . Ulricus loci Haus parochus fit Ep. 1. Lav. 759
. . de Bernardus, 526, 803
Hausbach de Ulric. & Henric. 315
. . de familia, 733, 851, 873
Hauzenbichl Seccov. prædium, 616
Haynfeld caſtrum Styr. 910
Heggenberg caſtr. Styr. in circ. Celej. 313
. . de familia, ibid.
Heinrichſtorf capella Seccov. quæ, 464, 601
Helena Geyſæ 2. Hung. Regis filia, uxor Leop. virt. Ducis, 67, 79
Helfenberg arx & familia, 527, 807, 815
. . Submareſchalli Styriæ, 808
. . de Henr. Ortolfus & Bertholdus, 242
Helfenſtein de Engelb. Ab. 6. Run. v. E.
. . familiæ origo & genealogica, 112
. . caſtrum Styriæ. ibid. 815, 531 &c. 817
Hengſperg. S. Laur. parochia 72
Henr. 6. Imper. ejus acta cum Richardo Rege Angliæ, 67 ad 64, obit 73
. . ſæpius fit coronatus, 601
Henr. filius Frid II Imp. ejus nuptiæ cum Marg. Auſtr. 111, 122, 125, 136
. . fata & captivitas, 161
Henricus Jaſomirgotus Dux Auſtriæ male depingitur ab hiſtoricis, 4
Henricus Auſtr. a Bavaris captus & liberatus, 437
. . obit 445
Henr. Bavar. Ottoc. Bohemi contra Rudolf. I. auxiliator, 329 &c.
. . reconciliatur Rudolf. & Frid Arch. Salisb 330
Henricus filius Leop. glor. Duc. Styr. rebellis, 98, 134, obit 138
. . ejus ex Agnete Thuring. filia Gertrudes, 138
Henricus de Andechs Marchio Iſtriæ & Carniol. deponitur, 99
Henricus Dux Medlicenſis junior 134, ſenior 129
Henricus Thuringius Landgrav. Frider. II. Imp. opponitur, 196, 201
Henricus I. Ep. 2. *Seccov.* & ejus acta 145, 151, 157, &c. 160, 188, 189, 502, 506, 509 &c. 510,

510, &c. 499, 715, 727, 730, 732, 749, &c. 753
Henric. II. Epiſc. Seccov. res, 366, 372, 376, 378
Henric. Epiſc. Chiem. ord. Præd. e fam. Com. de Ortenburg, fr Philippi Salisburg. 146, 225
Henricus Abb. 26. Admont. 306
. . in Styria natus vir clarus, ibid. 313
. . erigit caſtrum Gallenſtein, 315
. . Rudolfum I Græcii orat. ſolenni ſalutat, 327
. . ſit ſcriba Styriæ, 336, 339, 874
. . infeliciter pugnat ad Radkerſpurg, 340
. . Capitaneus Styriæ, 342, 561, 875
. . author diſſenſ. inter Auſtriacos, & Salisb. 348 354, 356, 359, 361, 372
. . ambit Archiep. Salisb. 357
. . poſtulatur Abbas Mellic. 372
. . infelix obit, 374
Henricus Abb. Oberburg. 286
Henricus Abb. 22. S. Lamb. 400, 406, 409, 493, 689
Henr. Abb. 29. S. Lamb. ibid.
Henricus a Sonnenberg Abb. 13. Run. 365, 393
Henricus I. Præp. 4. Vorav. 117, 140
Henricus Præp. 6. Stanz. 387, 404
Herberſtein de n. Parochus in Pöllan an. 1200. 82
. . Eccleſia S. Joannis v. Stubenberg,
. . de Georg. Maxim. fundat Erem. S. Aug. ib. 257
. . ord. Præd ingreditur, ibid.
Herberſtorf, caſtra duo, 852
. . de familia, ibid.
. . de Wolfram Præp. 5. Seccov. v. W.
. . de Herman. Præp. Seccov. quotus, 193
Herburgis Abbat. Göſſenſ. 323, 331, &c.
Herberch de familia, 422
Hermannus Badenſis ob Gert. Auſt. non a Styris Dux agnoſcitur, 41, 215, 217, v. B. & G.
Herman. Præp. 3. Seccov. v. *Hezmannus*, 86, 117, 145 primam coloniam in Stanz dimittit, 122
. . varia ejus acta 123, 145, 469, 614, 490, 682
Herman. mon. S. Lamb. Abb. Seitenſtet. 230
Herman de Truchſen Abb. S Lamb. an infulatus, 259
Hermanſtorf caſtrum, & prædium, 760
Herradis Abb. Göſſ. 381, 414, 431
Hertenfels de Henr. acta cum Cano. Vor. 186, 221
. . de Rudolphi acta cum Vorav. 519, 777
. . familia & caſtrum, 777, 778, 450
Hertnidus Præp. 19. Vorav. 398, 400, 416, 565, 897
Heſpach caſtrum Styriæ, 891
Heunburch de Com. Ulr. v. Agn. Auſtr. & 242, 315
. . ſubmittit Rudolfo I. milites, 316
. . benef. Gyrienſ. 556, 855, 560, 874
Hintberg de familia & caſtrum, 623
. . de Chonrad. Scriba Styriæ Epiſc. Chiem. 303, 311, 321
Hirſchegg Parochia, 528, 809
. . decimæ alienantur ab Epiſc. Seccov. 250
Hiſmido Prior 7 Seizii, 301
Hiſtorici famam Principum lædere, nil verentur, 3
Hochenberg de familia, 910, 603 ad 608
. . caſtrum, 603
Hochenmauth Convent. S. Aug. fundatur, 358
Hollenburg caſtrum Styriæ, 891
Horneck caſtra Styriæ, 735
. . de familia, ibid. 249
Hoſtiæ S conſecr. miracul. in Stein & Frieſach, 171
Huebmeiſter idem ac Vicedominus, 769
Hugo Abb. 14 Run. 440
Hungari ab Ottocaro Boh. cæſi, 255 &c. 299
Hunnenberg de C. Wilh. 3. uxor & deſcendentes 184

I.

Jacobus Abb. 2. S. Lamb. 492, 685
Jacob. I. Prior 6. Seiz. 294, 301
S. Jacob. in ſylvis Parochia Vorav. 101, 102
. . mater eſt Eccleſiæ Wenigzellenſ. 103
. . impetur a monaſt. Vornbac. 114, 480, 488, 646, 678, 777
Jägerberch olim Parochia, 291, 545, 835
Järingen Parochia Adm. 86, 89, 90, 470, 617, 620
Imper. rom. electio olim, ejusque 7 electores, 196
Indulgentiæ Epiſcopales, 855
S. Joan. Eccleſ. prope Herberſtain, v. Stubenberg.
. . erat olim Teuton. hodie eſt Erem. S. Aug. 532, 816, &c.
Joannes I. Abb. 14. Adm. 86, 89, 90
Joannes Fridberger Abb. 25. S. Lamb. 493
Joannes Schachner Abb 30. S. Lamb. ibid.
Joannes Sachs Abb. 31. S Lamb. ibid.
Joannes Tratner Abb. 35. S. Lamb. ibid.
Joannes Henricus Abb. 40. S. Lamb. ibid.
Joannes Abbas Oberburg. 216
Joannes I. Prior Seiz. 96
Joannes II. Prior 12. Seiz. 451
Jodocus Abbas 19. Admont. 143
Jonſpach S. Ægidii parochia, 434
Ipſi urbs Auſtræ, 728
Iſtriæ ſtatus & regimen, 615
Judæi in variis Styriæ locis, 321
Judenburgum civitas Styriæ, 412
. . Gertrudi Auſtr. aſſignatur, 42, 219
. . Theodoræ Auſtr. in vidualem ſuſtentat. relicta, 156
. . ibidem excommunicatur Bernardus Dux Carinthiæ, 219
. . Ottoc. Rex Boh. an. 1270. ibid. agit, 292
. . uti & Rudolfus I. Imp. 328
. . civit. hujus privilegia, 311, 550, 845, &c.
. . cives ejus ad arma vocantur, 353
. . Judæi an ibidem fuerint, 321
. . tandem iidem expulſi, 413
. . oleum ex ea civ. a Theodora Duc. aſſignatur Seizenſibus, 500, 716
. . *alpes* ibidem Can. Seccov. 583, 846
. . *Monaſt. clariſſ.* res, 127, 135 &c. 243 &c. 392
. . FFr. *min. Monaſt.* 811
. . *S. Petri Parochia* prope civit. datur Epiſcopatui Seccov. 175, 506, 727 &c.
Judicum provincialium officium, 751
. . eorum a Prætoribus diſtinctio, 858

K.

Kaimberg caſtrum, 840
Kainach Parochia, 72
Kaiſersberg caſtrum olim Pfanberg ab Ottoc. Rege ſubtractum, 283, &c. 286, 379
Kapfenberg de Wulfing. II. benef. Seccov. Canoniæ, 74 &c. 465, 602, 713
. . uti & Gertrudes vidua ejus 75, 145, 497, 713
. . *Caſtrum* eſt Stubenberg. ab Ottocaro Boh. ſubtractum, 283 &c. 286
. . prope id certamen inter Frid. de Stubenberg & D. de Landenberg, 364
Kapfenſtein de Ludov. cum Teut. res 237 &c 803,
. . de familia, 590, 803, 526
. . *caſtrum*, 590
Katſch caſtrum Styriæ an. 1201. exterræmotu collapſum, 83, 731
. . ab Ottoc. Boh dirutum, 86
Kilianus Abbas 44. S. Lamb. 494
Kimberg caſtrum 850, 874, 217, 280
Kirchbach S. Steph. Parochia, 291, 545, 835
Kirchberg decimæ olim Ep. Seccov. 225, 759, 836
. . *Monaſterii* res, 296, 300
. . ſit ſimul *Parochia*, 299
. . *prope Weiz ad Rabam Parochia*, 610
. . de *familia*, 732, 749, 778
. . *caſtrum* infra Vorav. 769, 771

Kleeb caſtrum Styriæ, 891
Knittfeld civit. parochia Seccov. 72, 145, 410
. . eam impetit plebanus in Lint, 150, 499, 715
. . *civitatis* deſer. & res, 847, 857, 557
Köflach parochia, Seccov. Archidiac. 72
Königsberg arx & familia, 597, v. Chunegsb.
Kranichberg de Giſela vidua de Mueregg, benef. Seccov. 293, 299 &c 546, 836
Krumbach de Gerard. & Henr. benef Vorav. acta de parochia S. Jacobi, 101 &c. 221, 186 205, 480, 568, 900, 569, 901, 644
. . poſſederunt caſtrum Thalberg, 205
. . de Udalricus, Can. Vorav. 427
Kumberg arx, 217, 280

L.

Labacum an ſedis Aquilej. datum 263
Lambacher Phil. Jacob. & ejus opera, 33
Lambac. Monaſt. res 841
Lamberg de Frid. Wilhelm. Georg. Balthaſar Joachim, & alii, 320 &c.
S. Lamberti Monaſt. O. S. B. acta varia 290, 320, 408
. . Abbat. ſeries confuſa, 408, 491, 670, 683
. . exuſtum, 341
. . liber fundationis cuj. fidei, uti & tab. ejus, 684
. . cur Monaſterium 2 peda in inſigni habeat, 685
Lancovitz Dominium DD. de Gradner, dein DD. de Graiſſenegg, ab his ad Frid. III. Imp. devolutum, 112
Landsberg oppid Styriæ Salisb. 589
Landeſer de familia, 851, 302, 315
Lang Udalricus ultimus Græcii ad S. Ægydium parochus, dein Præp. Rottenman. 55
Lavent. Epiſc. origo, 459
S. Laurent. ad Muram parochia fundatur, 584, 72
S. Laurent. ad Paltam parochia, 74, 460, 598
Lazii ſententia de transl. Auſtriæ & Styriæ in Albertum I. 47
Lebenberg de Nicol. Styros vincit, 250
Lech Eccl. S. Chuneg. Græcii v. S. Chun.
Leibnizii Convent. varii, 111, 592
. . rebellio an. 1292. 362
. . *turris antiqua* ibidem, 489, 687
. . *caſtrum*, 682
. . *parochiæ acta* nominatim de capella in Saual, 486, 669, 498, 687
. . *plebani varii*, 111, 74, 593
. . *de familia* 247, 588, 547, 838, 759
. . *dynaſtia Polheim.* 589
Leiſſer de familia Styr. 772
Lembach caſtrum Styriæ & familia, 720, 809, 246
Lemberg caſtrum Styr. 659
. . familia, ibid.
Leobium civit. ejus acta varia 18, 171, 363, 390
. . *Eccl. B. V. M.* de jure patron. Eccl. Göſſ. & ejus fundatio, 103, 481, 648
. . *origo civit.* & an vendita Carinthiæ Duci, 205
. . transfertur, & munitur, 286
. . exuritur, 406, 411, 325
. . ordo Præd. inducitur, 325, 331, 340
. . ferrifodinæ Leobii, 533, 818
. . comitia ibidem, 834 &c.
Leonſtein caſtrum, 760
Leopoldus pulcher Marchio Auſtriæ male describitur ab hiſtoricis, 4
Leop. virt. Dux Auſtr. ab Ottoc. VI. Dux Styriæ deſignatur, 53
. . Græcii homagium recipit, 54
. . Advocatus fit Seccov. ibid. 458
. . regimen ejus, 56, 459, 585, 612
. . acta cum Richardo Rege Angliæ, 57 ad 62
. . excomunicatur, 61
. . an Styria ſimul interdicta, 62
Leop. virt. quomodo excuſandus Dux, 62
. . Græcii fracto pede obit, 64, 65, 65, 66
. . ſepultura ejus dilata, 67
. . quæ loca ex lytro Anglico reparaverit, & ſtruxerit, 66
. . ejus uxor, liberi &c. 67
. . laus & acta alia, ibid
Leop. glor. Dux Styr. & ejus acta varia 68, 125, 128 130, &c. 75 &c. 84 &c.
. . ad eum fugit Bela Hung. Rex cum uxore ſua, 128, 130
. . Savo pontem imponit, 130
. . diviſio Auſtr. & Styriæ ſub eo, 68
. . bellum ejus cum Hungaris, 79, 80, 87
. . alterum quoque, 93
. . proles ejus, 94, 96, 105, 110, 144, 114
. . urget Epiſc. Vien. 95, 111
. . benefactor Monaſt. & Eccleſ. 130, 132, 68, 84, 86, 92 &c. 94, 104, 95, &c. 109, 106, 116, 135, 466, 468, 612, 469, 582, 470 &c. 490, &c 633, 652 &c. 112, 488
. . Gyrienſ. cartuſ alter fundator 479. 483, 496, 100
. . a Nicolao Priore Seiz. crucem pro Palæſt. recipit, 97, 115
. . alia ejus acta, 99, 100, 105, 104, 108, 110 &c. 112 &c. 115 &c. 134 &c. 137 &c. 140 &c. 582, 614, 616, 476, 636, 698
. . Damiatam capit, 118
. . ab oriente redit, 121
. . Gutenſtein arcem munit. 123
. . obtinet coronam regiam in inſigni, 138, &c. . . 143, &c.
. . ſepultura ejus, ibid.
. . ſocer erat Ottoc. Boh. 814
. . quomodo Ottoc. Styr. conſang. 582, 614
Leop. Auſtr. Dux Suc. 410, 422, 426, 438, 441, 444
Leop. Ep. Seccov. 337, 340 &c. 349 &c. 351 &c. 896
Leop. Præp. I. Vorav. 599
Leop. Abb. Oberburg. 406, 430
Leutoldus Præp. III. Vorav ad Synodum Salisb. citatur, 113, 116, reſignat, 117, 85
Leutſchach de familia, 546, 836
. . locus, ibid.
Libertini qui olim, 822
Liechtenſtein de Henr. Capit. 6. Styriæ, 240, 254, 815, 817
. . Ulricus I. & Otto I filius, 249
. . Ulricus Carinthos vincit, 250
. . mox ab iisdem vincitur, ibid.
. . in Boruſſos pugnat, 280
. . ab Ottoc. Rege privatur caſtris Fraunburg, Murau, & Liechtenſtein, 283
. . Contra Philipp. Salzb. pugnat, 292
. . de Fridericus, 304
. . Otto Capit. Styriæ, 310, 313, 327
. . pro Rudolfo contra Ottocarum pugnat, 316 &c 319, 847, 855
. . *caſtrum* 283, 285
. . *Capella Seccovii* 313, 323, 337, 339, 406, 554, 849, 557, 857
Lieſnich Parochia S. Mich Admont. datur, 74
. . de familia, 599, (598, 648, 716
Ligiſt parochia, 72
. . *caſtrum*, 637
Lilienberg caſtrum, & familia, 823
Linsberg de Rugerus, 589
Lintb Parochia, 72, 489, 681, 715, 750
. . *villa* Seccov. a Wulfingo II. de Kapfenberg donata, 74, 465, 602, 713, 750
. . Henric. pleban. impetit parochiam Knitlf. 150
. . de familia, 750 &c.
Limberg caſtrum Styriæ, 659

Lindau de Catoldus an Capit. Styr. 235, 240
Linz a Bavaris obſeſſum, 163
Lobenſtein de Uricus, 246
Lobming parochia, 72, 145
Lobnich de familia & caſtrum, 608, 609
Lomisberch, *Lonſperg* fam. Styr. 589
Loſenſtein familiæ origo, 230, 786, 788
Loſenſteinleiten caſtrum, 786
Loſchenthal caſtrum ab Ottoc. Boh. Pfanbergiis ablatum, 283
Loſtein caſtrum, 785
Ludewigii ſententia de conceſſione Auſtriæ & Styriæ Alberto I. facta, 37, 44, 50
Ludov. Palat. Reni pro Ottoc. Boh. Auſtriam invodere tentat, 329
Ludov. Bav. Imp. res, v. Frid. pulch.
Ludov. de Stadtegg Abb. 7. Run. 135, 207
Ludov. Prior Seiz. 355, 400
Luetenberg vectigal Eccl. Salisb. 339, 378
.. de familia, 840
Lugdun. Conc. an 1273. unionem cum Græcis tentat, 300, 301
Luuingiberch familia Styriæ, 589

M.

Magiſter curiæ quis olim, 798
Magnus Abb 8. S. Lamb. 492, 987
Mahrburg de Godefr. Judex Styriæ, 237, 525 &c.
.. *civit.* an. 1279. Capit. gener. ord. Teuton. habitum, 323
.. Leop. glor. ibi agit, 68, 698
.. an. 1270. &c. Comitia 293, 817, 835
.. *plebanus Conradus*, 486, 669, 826
Mährenberg, *O. S. Dom.* Fund. 22, 520
.. acta, 312, 523, 780 &c. 784 &c. 798, 547, 838, 125
.. *de familia* Albertus, Geisla &c. 225, 780
.. *Seifridus* fund. falſo defertur Ottoc. Boh. 248, 523, 781, 784 &c.
.. ejus ſepulchrum, 225, 295 &c.
.. paſſio & martyrium, ibid.
.. fratres ejus, Ottoc. III. in prælio necant, 319
.. *caſtrum & oppidum*, 248, 780
Maingotus Præp. Vorav. nullus, 160
Mainhard. Com. Gorit. Capit. 6. Styr. ab Imp. Frid. II. conſtitutus, 41, 213, 214
Mainhard. Com. Tyr. Dux Carinthiæ, 51, 343,
.. antea ejus Præfectus, 322, 325
.. Eliſab alia uxor Alberti I. ibid.
Malentin de familia, 635
Malipieri, v Wildenſtein.
Manfredus Siciliam inique occupans an Conradinum occiderit, 247, 250
Manuteria in miſſa., 864
Marchegg an ex lytro Anglico renovatum, 66
Marchfuter Foderum quid, 557, 857
Marchia quid & *Marchia infer.* 645, 715, 869
Margaretha Auſtr. ſoror Frid. bellic. ux. Henr. Regis rom. multarum turbarum cauſa, 4, 153, 159, 94 &c. 131, 136
.. an a morte fratris, jus in Auſtriam & Styr. habuerit, 35 &c. 204
.. gerit ſe Auſtriæ Dominam, 36, 210
.. reſiſtit nuptiis Ottoc. Reg. ob conſanguinitatem, 36, 224
.. communicat Ottocaro jus ſuum, ibid. 227
.. non vero totum transfert, ibid. 228
.. Styri eam non agnoſcunt, 40, 228 &c.
.. Heinburgum abit, ibid.
.. non fuit monialis, 204, 262
.. repudiatur ab Ottocaro, 261
.. quomodo obierit, 280
.. alia ejus acta, 208, 219, 211, 271, 277, 516, 763, 540, 828
S. Margarithæ parochia infra Wildon, 72
S. Mariæ parochia prope Prank, 72
Marquard. Præp. Vorav. 448, 455, 576, 913
Marſchalli Styriæ qui, 525, 802
Maſckon P. Carol. ord. Præd. 146
Maſſenberg de Wigand injurius Can. Seccov. 236, 310, 418
.. *familia*, 778, 823, 844
Matrimonia ſine conſenſu Dominiorum inire olim vetitum, 276
S. Maximiliani oſſa Paſſavium delata, 362
Mel prædium Goſſenſe, 242
Merania prov. hod. Tyrolis, 758
S. Michaelis parochia, v. *Lieſnich*
Milites qui olim dicti, 659, 730, 528, 811, 837
Milotus Zawiſch Capit. Styr. 303, 505, 549, 841
.. ejectus e Styria, 310
.. Ottocaro reſiſtit, 818 &c.
Monaſt. bonorum diviſio, 898
Moneta græc. & Styriaca valor, 373
Mönichhofen arx Styriæ, 369
Mönichwald parocoia filia Eccl. Vor. 114, 117, 488
Monſperg caſtrum & familia, 822
Monſtrantia, 864
Montfort de Henric an Capit. 7. Styriæ, 240
Montpreiſs famil. & caſtrum, 825
Mosburg Abbatia S. Hadriani in Styr. 77
Moskirchen parochia, 72, 489, 681
Mozzetta Canon. 899
Murapontum civitas Alberto fidiſſima, 364
Mukernove, v *Saufal.*
Muereck de Wilhelm. Abb 3. Runenſ. 69
.. de Reinbert, Judex Styr. 190
.. ejus acta cum Admont. 484, 653
.. *familia*, 654, 759 &c.
.. *caſtrum*, 894
Murau caſtrum Liechtenſtein ab Ottocaro everſum, 283, 285 &c.
Murzthal & Affienz de Com. familia, 487 672

N.

Neciſtl alpes Runenſium, 94
Neoſtadium an ex lytro anglico ſtructum, 66
.. ejus nomen Vienna venit, 67, 87
.. civitatis origo,
.. an. 1237. fruſtra obſeſſum, 164
.. quando Auſtriæ accenſeri cœperit, 234, 424
Neuberg æ exiſtit Uladiſlaus Archiep. Salisb. 286
.. de Gotſchalcus II. injurius Can. Vorav. 186, 246, 526, 803
.. uti & Teutonicis, 237
.. *caſtrum*, 187
.. *Monaſt. ord. Ciſt.* 449, 574, 911
.. hujus parochiæ, 575, 912
Neukirchen de plebanus Otto, 509, 736
Nicolaus Præp. 7. Seccov. e fam. de Stubenberg, 193 220, 512, 753, 895
Nicolaus I. Præp. 7. Stanz. 404, 442
Nicolaus II. Præp. 8. Stanz. 442
Nicolaus Prior 3. Seiz. Leop. glor. Crucem S. imponit, 96, 97, 618
Nivis ſanguineæ phænomen, 117
Nuſdorf de familia, 714
Nuzberg familia & caſtrum 873

O.

Obedach parochia, 72, 587
Oberburg Monaſt. O. S. B. 303, 313, 345, 536, 821 542, 830, 140, 191, 247, 269, 286
.. Parochia, 655
Oberndorf caſtrum & familia, 830
Oblaja regularium, 398, 895, 898
Offena Abbat. Goſſ. 332, 381
Offenberg de familia, 242, 249, 584
.. *caſtrum*, 584, 841

Orarium veſtis qualis, 861
Orte de Hertnidus injurius & benef. in Epiſcopatum Seccov. &c. 199, 200, 242, 507, 512, 478, 636
. . ultimus erat ſuæ familiæ & gen. 269, 294
. . Gyſela, 294
. . Hertnidus reſtituit ablata Eccl. Gleichſtorf bona, 497, 705, 753, 822
. . ejus fata, 754, 546, 837
Ortenburg de Hermann. an Prætor Styr. 210
. . Henr. & Frid clientes Duc. Carinth. 242
Ortolf. de Prank Præp. 10. *Seccov.* 252, 263
. . Coadjutor Epiſc. Seccov. 252, 287, 311
. . reformat Canoniam ſuam, 290
. . acta ejus, 817, 833, 844, 562, 885
Ortolf. Præp 15. *Vorav.* 427, 447
Ortolf. Abb. 24 *S. Lamb.* 493, 689
Ottilia I. Abbat 9. *Goſſ.* 88
Ottilia II. Abbat. 11. *Goſſ.* 90, 175
Otkerus I. Abbat. S Lamb. 31*us*, 492, 686
Otkerus II. Abb. 20. *S. Lamb.* inveſtit Carinthiæ Duces, 370, 385, 493, 689
Otto filius Henr. Leon. Rex germ. cum æmulo Philippo eligitur, 76
. . Imperator fit 101
. . eum Papa fruſtra tuetur, 82, 90, 98
. . excommunicatur, & deponitur, 102, 118
Otto Wittelſpachius parricida Philippi Imp. proſcribitur, 98
Otto Henr. Bav. filius, gen. Rudolphi I. ejus uxor Mathildis filia Rudolphi, 329, 330
Otto Præp. S. Floriani, dein Salisb tandem Ep. Gurc 108, &c. 111, 654
Otto de Ebrnhauſen Præp. 9. *Seccov.* 242
. . ingreditur ord. Præd. 251, 263
Otto I. Abb. 7. *S. Lamb.* 492, 686
Otto de Laa Abbas 23. *S. Lamb.* 409, 416, 492, 689
Ottobonus Patr. Aquil. 403, 405, 410, 416, 420, 422
Ottocarus V. Marchio Styriæ Advoc. Seccov. 463, 614, 636, 819
. . Conſanguineus eſt Adalberti II. Archiep. Salisb. 465
Ottocarus VI. Dux Styriam hæreditarie obtinuit ad ſolos deſcendentes, 38
. . diploma & decretum ejus de regimine Styr. non obſervatum, 39
. . deſignat Leopoldum virtuoſum Auſtriac. hæredem & Ducem, 53
. . ejus teſtamentum, 582
. . Leopoldi avunculus erat, 470, 615
. . Seccov. dat prædium Waltendorf 582
. . nullum habuit filium Leopoldum, 809
Ottocarus Boh. Rex, quo tit. Styria privatus a Rudolpho Habſpurg. 33
. . legatos Auſtr. in Miſniam detinet, & ſibi attrahit, 36, 223
. . Margaretam uxorem petit, 36, 224, 227 &c.
. . Auſtriam & Styr. an dotis nomine obtinuer. 37
. . Margareta repudiata jus omne amiſ. 37, 228, 261
. . a Styris non recipitur, 42, 228, &c. 233
. . Styriam cedit Belæ, 43, 233, &c.
. . a Styris contra Hungar. evocatur, ib. 248, 253
. . Græcium venit, 253, &c.
. . Hungaris cæſis Styriam Belæ extorquet 255 &c.
. . ejus cum Salisb. acta 244, 258, 266, 267, 291, 303, 304, 305
. . an Styriam & Auſtr. ab imperio receperit, 263
. . alia ejus acta, 261, 266 &c. 547, 838, 549, 841 292, 294
. . munificentia in Eccleſias & monaſt 267, 277, 296, 521, 523 &c. 785, 530, 814, 583, 799, 534, 800, 817
Ottoc. Boh. Regis bellum in Boruſſos, 270, 280 &c.
. . ſævit in Auſtriacos, 273
. . item in Styros, 283
. . bellum cum Bavaris, 275, 278, 280
. . bellum cum Hungaris, 291, 298
. . Carinthiam ſubjugat, 295
. . ſit ejus hæres, 287, 542, 830
. . acta ejus & bellum cum Rudolpho I. Imp. 300, 302 &c. 305 &c. 307 &c. 309 &c 312, 316, 317 &c. 318 &c. 320.
. . an tentorio lepſili a Rudolpho I. Imp. deceptus, 312
. . a Mahrenbergicis necatur, 319 &c.
. . ejus genealogia, 830
Ottoc. Arcchidiac. ſuper. Styr. 152, 499
Ottoc. Præp. Vorav. 14*tus*, 416, 426, 569, 901

P.

Pack Parochia, 72
Pajerdorf curia Seccov. 73, 145, 497. 602
Pale altaris, 863
Palta parochia, 74
Panni lini & ſericei altarium, 863, 864
Pannus mortuorum, 764
Parau de familia, 749
Parochianus quis, 622
Paſeil varii ibidem conventus, 179
. . decimæ, 199, 205, 219, 507, 512, 514, 517, 775
Patena, 864
Paumkirchen de Andreæ fata, 702
. . familia, ibid.
. hujus familiæ cum Stubenbergiis unio, 889
Paupertatis voto an repugnent annui redditus, 757
Pechlarn caſtrum Pfanberg. ab Ottoc. Boh. dereptum, 283 &c.
Pegga caſtrum Pfanberg. idem fatum ſubit, ibid.
. . de Ulric. & Leutold. in Palæſtinam abeunt, 78 467, 610
. . de Poppo & ejus res, 190
. . *caſtri deſcriptio*, 647, 665
Peilenſtein caſtrum Styr. infer. 242
Penzendorf turris prope Hartberg, 776, 585
Peregrinus II. Patr. Aquil. 69, 87
Permannus Abb. 14. *S. Lamb.* 493, 688
Pergen de Richinza ux. Adelrami de Waldek fund. Seccov. monialis Seccov. 584
Perner de familia, 778
Pernegg Comitatus DD. de Heunburg, 52
. . de Godefrid. Præp. Seccov. v. G.
. . de Henric. injurius Parthenoni Admont. 200
. . de Hugo iniquus Can. Seccov. 236
. . de Albertus, 249
. . de Otto & ſoror Chun. vidua de Lonſperg 259
. . fuit Pincerna Styriæ, 428
. . *caſtrum ſupra Græcium*, 672
. . *Caſtrum in Eiſenau*, 673
. . *familia* Styriæ antiq. ibid. 756
Pernoldus ord. Prædic. ſæc. 13 & ejus Chronic. quantæ authoritatis, 2
. . Margar. Reginæ confeſſarius, ibid.
Pertinentiæ albarum quid 861
Petau de Frid. I. an 1192. Capit. Richardi Regis Angliæ ſocios, 58
. . lis ejus cum Admont. 73, 594
. . Hungaris eripit portionem terræ in Groſs-Sonntag, 79, 490, 503, 516, 683, 721 &c.
. . uxor ejus Mechtildes, 145, 147
. . de Frider. II. confirmat Teutonicis Groſs-Sonntag, 126, 160, 164, 208, 409
. . de Mechtildes fundat Prædicatores Petovii 147
. . Bernard. & Ulric. benefact. 147 &c.
. . de Frid. III. Mareſch. Styr. 237, 303, 525 &c.
. . contra Hungaros pugnat, 248, 249

Petau contra Hungaros pugnat, 248, 249
. . delator eſt nobil. Styr. 283
. . in Boruſſos pugnat, 280, 31
. . Henricus Præfectus Styr. 313
. . Frider. III. privatur caſtris ſuis, 283
. . ſit Præfectus Styriæ, 313
. . de Hertnidi acta, 249, 344 &c.
. . de Hermanni acta, 503 &c. 722 &c. 514, 760
. . *civit. & Eccleſ.* olim Salisb. 77, 552, 750
. . *Monaſt. ord. Frad.* fundat. 145
. . *Civit. obſidio* ab Hungaris, 248
. . oppignoratur Hungaris, 249
. . Steph. Dux ibi ſedem figit, ibid.
. . *Capitan.* ibid. Dionyſ. M. Dapifer, & Comes Zeladienſ. 251
. . civitas ab Hungaris Ottocaro ceditur, 257
. . *caſtrum*, 503, 722
. . *Parochia*, cujus plebani ſubin Archidiac. 397, 414
. . *de dominorum inſigne*, 803
S. Petri in Geila parochia, 72
S. Petri fanum caſtrum olim Pfanberg. ab Ottoc.
. . alialoca ejusd. nominis, 840
. . *familia*, ibid.
Petrus Epiſc. Petov. an ex Styria natus, 274, 324
Petrus Præp. 3. Stanz. 247, 310
Petrus de Leoben Abb. 26. S. Lamb. 493, 688
Petrus I. Prior 4. Seiz. 98, 158
Petrus II. Prior 11. Seiz. 420, 451, 736
Pfaffendorf de familia, 699
Pfanberg de Ulric. ſupr. judex Styriæ 190
. . de Henr. an Capitan. 6. Styr 240, 241 &c. 313
. . Bern. & Henr. in Boruſſos pugnant 280, 310
. . perduellionis reus agitur, & caſtris Pegga, fano S. Petri & Pechlarn privaturr, 283
. . Henricus ſimiliter accuſatus privatur caſtris Kayſerſperg, Schalleg, & Loſchentall, 283
. . Pfanbergiorum caſtra, 284
. . de Henricus Styros contra Ottoc. ducit, in pugna vulneratur, 316, 318
. . de Raynaldus Abb. 11. Run. v. R.
. . de Ulrici acta, 351, 388, 511
. . *familia totius* deſcr. 660, 818, 885, 565, 897
. . *caſtrum* 660, 283 &c.
. . varii hujus caſtri poſſeſſores, 661 &c.
. . *Capellania* & ejus fata, 661 &c.
Philippus Rex ger. cum æmulo Ottone eligitur 76, 636
. . ei adhærent Styri, ibid. 77, 83
. . necatur, 98
. . a Papa rejicitur, 82, 90
Philippus Archiep. Salisburg. ei a Papa Burchardus opponitur, 205
. . mox tamen a Papa toleratur, 207
. . contra Frider. II. Imp. pro Papa pugnat, 207, 210, ad 239
. . defenditur ab Ottocaro Boh. 244
. . ei opponitur Ulricus Seccov. 239
. . Romam citatur, & deponitur, 245 &c.
. . vaſtat Chiem. & Salzb. ditiones, 245, 249
. . denuo electus, iterum deponitur, 265 &c.
. . pro ſede Aquil. poſtulatur, & præſentatur ſed Romæ rejicitur, 288, 289
. . in Crembs ablegatur, 295
. . an potum naonis obtinuerit uti & Carinthiam & Carnioliam, 295, 302
. . mors, ſepultura, epitaphium, 322, &c.
. . Labacum an legaverit ſedi Aquil. ibid.
. . benef. Epiſc. Seccov. 515 &c. 517, 761 &c. 489, 681, 763 &c.
. . Teuton. ord. benef. 516
Phuntan de familia Styr. 802
Piber, parochia, 72, 389
. . datur Epiſcopatui Seccov. 219, 274, 517, 775
. . eandem inique Epiſcopatui ſubtrahit Ulr. pleb de Gruſcharn, 246
. . in Piber latet Ulric. Archiep. Salisburg. fugatus, 249, 250
. . parochia datur Monaſt. S. Lamb 672, 543, 832
Pikelbach caſtrum Epiſc. Secc. 350, 734, 562, 884
Pilgrinus II Patr. Aquil. 91
Pilſtein de Comit. familia, 808
Pincernæ Styriæ, 858
Pirkfeld judicium cujus ſit, 333
. . *oppidum*, 647, 856
Pirkenſtein caſtrum, 647, 779
Pitantia quid, 290, 899
Plankenwart de Bern. Abb Run v. B.
Plejen de Com. Henr. Abb. Cremiſan. 152
. . familia & ejus bona in Styria, 761, 797
Plenarium qnid, 564
Pluviale quid, 861
Polheim de Adelh. Abbat. Trunæſan. 132
. . de Frideruna monialis ibidem, 132
. . de Albero 3. Frid. bellic. Duci affectiſſim 163
. . de Weichard. Epiſc. Patav. 324
Pöllau Canonia, parochia jam an. 1200. 82
. . Theodoric. pleban. an. 1269. 290
. . Præpoſ. regul. 1mus Udalr. de Trautmonſtorf, 769
. . antea *parochia* & ejus acta, 839, 845
. . *Dominium* olim Neudberg & Stubenberg, 900
Pöls Archiparochia origo, 296 &c.
. . amplitudo, filiales, vicariatus ibid 297
. . olim oppidum, ibid.
. . an Templarii olim hic fuerint, ibid.
. . ſeries Archiparochorum, ibid. &c.
. . Lutherani Præcones parochi, 298
Poppendorf caſtrum & familia, 830, 909
Poppo Prap. Aquilej Epiſc Patav. 91, 93, 616
Porta cœli Monaſt. fundat & trina ordinis mut. 278
Poſonium ſeu Comit. Poſon. ſit Auſtr. 377
. . redditur Hungariæ, 421
Pottendorf de familia, 30 &c. 147, 624 &c.
Præco olim quis, 621, 798
Prædendæ regularium olim, 429, 895, 898
Præpoſitorum regular. olim bona, 898
Prætores Styriæ & judic Provinc. diſtinctio, 855
. . eorum catalogus quantæ authoritatis, 698
Praitenfurt de familia, 609
Prank prædium & caſtrum, 96
. . *parochia*, 352, 376
. . *de familia*, 96, 477, 633, 216 &c.
. . de Henr. dat Can. Seccov. caſtrum Prank, 96, 477, 633
. . de Leucardes & Eliſab. converſæ Seccov. 96 477, 633
. . de Henric. Canon. Vorav. 216
. . de Ortolf Præp. Seccov. v. O.
. . pe Arnold. Præp. Seccov. v. A.
Preding parochia, 72, 690
Premeisburg caſtrum, 283 &c. 286
. . ab Ottocaro Boh. dirutum, ibid.
Preming locus Styriæ, 690
Premſteten caſtrum, 649, 283, 286
Procurationes quid, 698, 875
Pröſing caſtrum & familia, 709
. . de Hartvvicus, 305
Puechaim de Henr. injurius Eccleſ. Vorav. 186,
. . acta alia, 526, 803
. . compenſat damna Teuton. 237 &c.
. . familia, 526, 803 &c. 804 &c.
Puechenſtein caſtrum, 909
Pulikau de familia, 822
Purgſtall caſtrum Salisburg. in Dæchſenbach, 588

R.

Raas, locus infer. Styr. 88
. . familia, v. Raſia.
Rabenſperg caſtrum & familia, 651, 858
Rabenſtein caſtrum, 284, &c.
Radkerſpurg, ibidem prælium infelix Styrorum 340
. . *Parochia*, 652
. . *caſtrum*, 891
Rain civit. Styr. olim Salisburg, 213
. . *caſtrum* olim Salisburg. 517, 765
Rainberg familia Styriæ, 186, 900
. . de Henr. injurius Eccl. Vorav. damna
. . compenſat, ibid. ibid. 230
Rait de familia Styriæ, 247
. . *caſtrum*, ibid.
Raitenau caſtrum Styriæ, ibid.
Ramenſtain de Hartnid, 190, 293
. . dynaſtæ erant Auſtr. & Styr. 277
. . de Ulricus, 325
. . de Hartnidus, 545, 835, 553, 849, 558, 858
. . *Geneal. familiæ*, 858
. . *Caſtrum*, ibid.
Rapoto Abbas 19. *S. Lamb.* 493, 689, 366, 370
Rappach de familia, 431
. . *caſtra h. nom.* ibid. 433
Raſia de familia, 618, 821
. . locus, ibid.
. . de Rudolphus, 88, 471, 617
Raſtadt oppidum Salisb. 599
. . de familia, ibid.
Raumſchiſil de familia, 808
Raym. de Turre Patr. Aquilej. 301
Raynold de Pfanberg Abbas 11. Run. 325, 365
Reichenau caſtrum, 912
Reichenburg caſtrum, 722
Reichenſtein de familia, ibid.
Reicherſperg Can. poſſeſſiiones in Styr. & Auſtr. 123
Reiffenſtein caſtrum, 722
Reiſach de familia, 852, 373
Reisberg, vel Risberg de famil. & caſtrum, 589, &c.
Reze, Rezhof familia prædium Styriæ, 730
Richardus frater Regis Angliæ, fit Germaniæ Rex, 242, 263
Richardi Regis Angliæ a Duce Auſtr. & Styriæ Leopoldo capti acta, 57, 59, &c. 61, 69, 75
Richinze, Richze nomen idem ac Reginæ, 584, 596
Rindsmaul de familia, 571, 901
. . eorum caſtra, ibid. 909
. . de Albert. pulchr. Capit. Frid. Auſtr. 434, &c.
Rochatz de familia, 593, &c. 821, 826
. . locus Styriæ, ibid.
. . locus idem ac *Rochitſch*, & Ragando, 594
. . de Sophia fundatr. Studeniz. ibid.
. . Acidulæ Rochitſenſes, 268
Rhoo de ſententia de Styria Albetto I. data expenditur, 48
Ror de Dom. caſtra diruuntur, & confiſcantur, 241
Roſenberg de Wocho Capit. Styriæ, 240, 246, 254 259, 264, 293, 817
. . familia, 817
Rotenſtein arces & familia, 630
Rottenmann teloneum occupatur a Philip. Salisb. 229
. . de Henricus Ulricum Archiep. Salisburg. Capit. & arci Wolkenſtein includit, 258
. . an. 1279. in civitate agit Rudolf. I. Imper 322
. . vectigal ibid. Eccleſ. Salisburg. 339, 378
. . civitas an. 1292. a Bavaris capta, 362
Rudiger Abbas 15. *Admont.* 86, 93, 620
Rudolphus I. Habſpurg. & ejus acta cum Ottoc. Boh. Rege, 303, 305, 335, &c. 360, 308 &c. 310, 312, 313, 316, 198, 300, 302
. . prælium ejus felix cum Ottoc. Boh. 317 ad 320
Rudolphi I. Habſp. acta in Italia, 306, 307
. . Viennæ fert legem de feudis Eccleſ. 311
. . inſigne dat Styris privilegium, 312, 328, 336
. . variæ ejus res per Styriam, 313, 322, 326, 326 327, 328
. . Euphemiam filiam Abbat. facit Tulnæ in Monaſterio a ſe fundato, 324
. . ſolennem Græcii ingreſſum celebrat, 328
. . Styriam quom. filiis dederit, 33, 44, &c. 46, 51
. . Benefacit Monaſt. & Eccl. 312, 313, 315, 324, 549, 841, 551, 849, 552, 850, 555, 557, 857
. . Acta ejus cum Bavaris, 329, 336
. . moritur, 360
Rudolphus II. a patre Dux Styriæ factus, 51
. . an Sueviæ Dux nominatus, ibid.
. . alia ejus acta, 381, 390, 393, 394
. . in Styria homagium recepit, 397
. . fit Rex Bohemiæ, 399
. . moritur, 401
Rudolphus Archiep. Salisb. & ejus acta, 340 &c. 343, &c. 347, 351, 355, 356
Rudolphus Præp. 12. *Seccov.* 366, 369
Rudolphus Abbas 28. *S Lamb.* 493, 689
Rudolphus II. Abbas 13. *Admont.* 466, 467
. . bis Abbas factus eſt, 78
Rudolph. de Landelier Abb. 8. *Run.* 205, 221
Rudolph. Prior 8. *Seiz* 331
Runenſe Monaſt. ord Ciſterc. obtinet alpes Neciſtl, prædium Seding. &c. 94, 104, 126
. . aliæ ejus res, poſſeſſiones, 411, 418, 453, 254, 291, 296, 473 &c. 475, 482, 521, 628, 649, 785, 529, 811, 271, 296, 325
S. Ruperti ad Rabam Parochia, 131, 494, 610, 489 681, 486, 669

S.

Salisburg in Cathedra confirmatur ordo Canon. Reg. S. Aug. 138
. . *Archiepiſcopatus* poſſeſſiones in Styria, 77
. . exuritur, 81, 89, 293, 414
. . *Concilium* an. 1216. 113
. . . . . an. 1219. 131, 121
. . *Præpoſitus & Abbas* S. Petri quando mitram obtinuerint, 144, 151 &c.
. . *Concilium* an. 1240. 179
. . . . . an. 1249. 213
. . a Bavaris vaſtatur, & obſidetur, 265 &c.
. . *Eccleſiæ* dantur civit. Clagenfurt. S. Viti, S. Georgii, 286
. . *Concilium* an. 1274. 302
. . *Eccleſiæ* conſecratio, 303
. . *Concilium* an. 1288. 351
. . . . . an 1310. 406
. . *de Caſtellanorum familia*, 590, 621 &c.
Sakkathal locus & ioмæ Epiſc. Seccov. 759
Sallat Parochia, 72
Saurau de Submareſchalli dein Mareſchalli Styr 808
. . *familia*, 852, 877
. . eorum caſtra officia, ibid.
. . *Caſtrum*, 883
Sauſal præd. ſeu Mukernove de eo lis 73, &c. 594
. . Parochia Admont. ibid. 111, 486, 669
Saxenberg locus Styriæ & Carinthiæ, 652
Saxenfeld oppidum Styriæ 652
. . Parochia, 263
Schadwien oppidum, inundatione deſtructum, 277
Schanberg S. Steph. Parochia, Seccov Canon. 72, 145, 464, 601, 645, 834
. imperit plebanus in Vanſtorf, 101, 601, 645
. . *de Hadmarus & Mechtildes &c.* benefact. Secc. 518, 544, 776, 834, 585
. . loca alia, ibid.
Schalleg caſtrum olim Pfanberg ab Ottoc. Boh.

Scheifling arx & oppidum Styriæ, 241
. . *Parochia S. Laur.* 283
. . *Parochia S Thomæ*, 284
Scherenberg de familia, 592
Scherfenberg de Leopold. Styros vincit, 250
. . de Nicol ord. Teuton. 352
Schez P. *Petr.* S. J. author hiſt. Duc. Styr. 50 &c.
Schlierbach caſtrum & familia, 790 &c.
Schmierenberch caſtrum, 776
Schola es qui olim, 778
Schratenſtein de familia, 556, 852
. . de Calhohus, 315
Schwanberg caſtrum D. Frid. de Petau ab Ottocaro Boh. adimitur, 283 &c.
. . ejusdem deſcriptio, 760, 891
Sebenſtein arx & familia, 897
Seccau Parochia S. Jacobi, 72
. . *Canonia S. Aug.* ejus Advocatiam in ſe recipit Leopold Dux Styriæ poſt Ottocarum, 54, 463
. . Obtinet villam Lint, 74, 476, 602
. . Curiam Pajerdorf, 75, 145
. . Sal ab Archiep Salisb. 76, 466
. . Prank prædium, 96, 477, 633
. . Schenberg, Eccleſ. 72, 101, 464
. . alpem infra Gradam, 123, 583
. . Prædium Goberniz, 136
. . ejusdem quæ Parochiæ, 145
. . jura & poſſeſſ. ejus, 129, 131, 189, 190, 212, 214, 236 &c. 246 &c. 266, 272, 275, 281, 290 &c. 293, 304, 310, 313, &c 323, 325, 332, 351, 373, 376, 391, 402 &c. 410, 411, 416, 454 &c. 461 &c. 478, 480, 483, 487, 490, 494
. . obtinet Parochiam Gradvvein, 257, 272
. . conflagrat. 251, 263
. . ejus Advocatus Ottoc. Rex Bohemiæ, 264
. . multa patitur a Philippo Salzburg. 272
. . fundatio & confirm ac translatio, 461, 466, 599, 583, 600, 614
. . obtinet Eccl Chumbenze cum fil. 462, 600
. . Seccov. jura & poſſeſſ. 495 &c. 508 510, &c. 514 &c. 518, 525, 582 &c. 599 &c. 463, 637, 690, &c. 698, &c. 700, 712, &c. 731, 752 &c. 775, 862, 531 &c. 816, &c. 834, &c. 841, 849, 823 &c. 851, 857, 873, 885
. . Knitlfeld Parochia eidem confirmatur, 499
. . ejusdem alpes in Judenburg. 583
. . Forvvizhof & Hauzenbichl eor. prædia, 600, 464, 470, 616
. . Capella Liechtenſtein, 554, 849, 557, 867
. . *Parthenii Seccov.* acta, 534, 820
. . *Archidiaconatus* origo & acta, 71, 72
. . & ejus Parochiæ, ibid.
. . *Epiſcopatus fundatio*, 117, 488, 679
. . fit S. R. I Princeps, 119, 552, 849, 121 &c.
. . Stiven Eccl. eid. datur, ibid. 212, 515, 762
. . jura & onera ejus, 120, 489
. . Sacellum Epiſcopale S. Margarethæ in Secc ib.
. . Theodora Duciſſa reſiſtit ejusd. erectioni, 121
. . electio reſervatur ſedi Salisburgenſi, 139
. . leges Epiſcopatus, ibid. 175
. . Eccl. S. Petri ſupra Judenb. unita, 175, 506, 727
. . obtinet caſtrum Wachſenegg, 199
. . Decimas in Paſayle, 200
. . Eccleſiam in Piber, 219
. . Decimas in Kirchberg, 225
. . ſubditos in Leibniz & Stiven, 233
. . Eccl. in Moutenſtorf, 235, 524
. . varia ejus jura & poſſeſſ. aliæ, 296, 315, 325, 350, &c. 357, 385, 411, 489, 494 &c. 497, 502 506 &c. 510 &c. 679, 681, 524, 727 &c. 507, &c. 732, 510, 736, 510, 749, 512, 756, 514 759, 516 &c. 764, 775, 523 &c. 799, 800, 809 528, 810, 545, 835 &c 547, 837, 564, 896
. . ejus abrogandi conſilium initur, 356
. . obtinet Parochiam Tobel, 509, 733
. . ejusdem Parochiæ, 489, 681
. . caſtra olim, 734
. . ſedis vacatio, 544, 833
Seccau arx penes Leibniz, 682
Seding prædium & ſylva olim Monaſt. Runenſis, 126
Seebach loca varia, 556, 852
. . domus ſuper. Styr. datur Epiſcopatui Secc. 315
Seeburg caſtrum & familia, 814
Seiz Catuſ. fundat. confirmatio, 140, 168, 247, 281 476, dedicatio, 618
. . ejus jura ac poſſeſſ. 88, 95 &c. 109, 160, 303, 311, 313, 454, 331, 397, 471, 473, 475, 484 500, 503, 505, 509, 885 627, 633, 652, 500, 716, 502, 720, 726, 509, 734, 529, 812, 341, 829, 552, 848
Seldenhofen, de Otto an Capitaneus Styriæ, 341, de Colon. res, 316 &c. 325
. . *de familia & caſtrum*, 783
Sicule veſperæ, 331
Sigerſtorf locus Styriæ, 637
Sibhardus Præp. 4. *Stanz.* 311, 382
Sigiſmundus Abb. 34. *S. Lamb.* 493
Silberberg caſtrum & familia, 775, 324
. . Parochia, ibid.
Scriba Styriæ & ejus officium, 735, 756, 838
Sophia uxor Frid. bell. ab eo repudiata, 3, 4, 6, 10, 140
Sophia Henr. 6. ſoror an uxor Leopoldi virtuoſi, 67
Souneck de familia, 267, 275 311, 638 &c. 871
. . Sophia fundatr. Studeniz. ibid.
. . *Caſtra tria*, 638, &c 871
. . an hæc famil. ead. cum Wildenſteiniis, 871, 918
Stadegg de Ludov. Abb. 7. Runenſ. v. Ludov.
. . de Wulfing damn. Eccl. Vorav. 186
. . de Leutold. fiduciarius Epiſcopi Seccov. 250
. . de Hertnidus, 325
. . an Prætor Styriæ, 382
. . de familia, 655, 810, 856
Stahrenberg caſtrum an eo opes ſuas contulerit Frid. bellic. 13
. . an eo ob Brunhildem fugere debuerit Frid. bellic. 16
. . de Gundaccarus Frid bellic. addictiſſimus varia ab eo obtinet, 163
. . inveſtitur prædio Wildberg. 200
. . fit Advocatus Lambac. 308
. . de familia, 841
Stalhofen. vel Stadlhofen Parochia, 48
. . *prædium*, 104
. . *caſtrum*, 649
Stange de Gotſcalcus agit cum Teuton. 237 &c. 526, 803
Stainz Canon. S. Aug. fundatio & confirm. 142, 202 208, 247
. . jura & poſſeſſ. 382, 426, 428
. . *Parochia*, 72
Starchemberg caſtrum Seccov. Canoniæ a fundatore datum, 469
Stein oppidum, caſtrum Styriæ, 628
. . varia alia loca, 823
S. Stephani Parochia prope Stanz, 72
Stephanus filius Belæ Hung. Regis, an Dux Styriæ, Ulricum Salisb. Archiep. tuetur, 245, 42 &c. 223, 229, 234
. . Styriam cis Muram regebat, 246
. . Petovii ſedem figit, 249
. . Græcii moratur, 251, 240
. . Carinthiam vaſtat, 252

Stephanus Styriam deſerere cogitur, 253
. . obit, 298
. . benef. Eccl. 529, 811
Stephanus Com. Zagrab. Capitaneus Styriæ ſtatui tur, 43, 234 &c. 526 &c. 803, 809
. . fit exoſus ob faſtum, revocatus a Bela R. ib. 240
. . denuo fit Capitaneus & iterum deponitur, ibid.
. . Ulricum Archiep. Salisb. tuetur, 245
. . Styriam trans Muram regebat, 246
. . obſidens Mahrenbergam fugatur a Frid Pet. 248
. . deponitur a Capitaneatu, 249, 529, 812
Sternberg caſtrum & Comitatus, 813
. . *de familia* ibid. 242, 195
Stiven Parochia Epiſc. Seccov. 119, 212, 214 287, 357, 486, 669, 515, 762, 897
Straſſegg caſtrum olim Pfanberg ab Ottoc. Boh. direptum, 283
Straſſengl in quo icon gratioſa crucifixi, 237, 238
Straſſgang extra Græcium varia ibidem acta, 200
. . Ulricus pleban. Coadjut. Ep. Seccov. 287. 801 833, 839
Stretwich de familia, 811
Struvii ſententia de translat. Auſtr. & Styriæ in Albert. I. 50, &c.
Stubenberg de Wulfing 7. Ord. Præd. Monaſt.
. . Petov. benef. 145, 147, 359
. . de Otto item, 147
. . de Ulricus hæres Wulfingi II. de Kapfenberg, 75, 466, 602, 487, 670
. . reſignat Advocatiam Göſſ. 90, 621
. . in Palæſtinam abit, Seccov. favet, 113
. . de Wulfingi cum Vorav. acta, 186
. . de Conrad. I. Præp. 6. Seccov. 172, 193
. . de Nicol Præp. 7. Seccov. 193 &c.
. . de Wolfgang. Dietmar. Herbord. & Eliſ. acta, 194
. . quidam huj. famil. Parochus in Mörzthal, ibid.
. . Wulfingi 7. acta cum Göſſ. 236, 242, 524, 801
. . Wulfingi 6. res, 249
. . an Judex Prov. Styr. 251, 416
. . in Boruſſos pugnat, 280
. . ab Ottoc. Rege caſtris privatur, 283, 286
. . de Henr. benef. Vorav. 357
. . de Frid. acta ſub Alberto I. Duce, 361, 363, &c. 365, 368, 387
. . de During & Lantfrid. 713
. . de Wulfing. 729, 529, 812
. . *Genealogia familiæ*, 885 &c. 565, 897, 567, 900
. . ſtatuta de eorum ſucceſſione, 888 &c.
. . *eorum caſtra*, ibid.
. . *S. Joan. Eccleſia* hodie in Herberſtein dicta datur Teuton. 257, 387
. . nunc ord. Erem S. Aug. diſcalc. ibid. & 259
Stuchs, *v. Trautmanſtorf.*
Stuchſenſtain caſtrum, 766
Studeniz Monaſt. Ord. Præd. fundatio, 267, 275, 594, 821, 538, 826
. . ejus res, 454, 535
Styrch Domini de Plankenwart, 630
Styra de Gundaccar II. obtinet Wildberg caſtrum a Wolfgero Patav. 76, 200
. . uxor ejus Eliſ. de Hunſperg, ibid.
. . de Ditmar I D. de Loſenſtein, 230, 521, 785
Styri a morte Frid. bell ſucceſſionem collateralem non agnoverunt, 40, &c. 42, 44, 205, 207
. . indignatur Papa, ibid. 206
. . Margaretæ Auſtr. jus omne negant, ibid.
. . cenſent Styriam vacare Imperio, ibid. 42
. . a Papa interdicuntur, ibid. 207
. . Ducem ſibi ab Imperatore petunt, 41, 209
. . Gertr. Auſtr. & Herman. Badenſ. non adhærent, ibid. 215
. . Mainhard. Com. Gorit. ab Imper. Capitaneum datum ſequuntur, ibid.
. . reſiſtunt receptioni unius e filiis Conſtantiæ Miſnenſ. ibid. 223
. . Henr. Bav. ſibi Ducem dari petunt, 42, 223
. . dein Stephanum Belæ Reg. Hun. filium 43, 223
. . Ottocaro Boh. non adhærent, ibid.
. . eum tamen ob Hungarorum crudelitatem defenſorem invocant, ibid.
. . eorum privilegia circa elect. Ducis, 51
. . ab Hungaris an. 1233. cæſi, 153
. . a Frid. bell. Duce bis victi, 166, 170
. . rebelles in Hungaros Ottoc. favet, 248, 253
. . Com. de Hardek eos tuentur, ibid.
. . Ulric Salzb. contra Carint. defendunt, 249, 250
. . cum Ottocaro Tyrnaviam occupant, 294
. . Rudolpho I. ſuppetias Viennam mittunt, 309
. . ab eo inſigne privilegium obtinent, 312, 336
. . pro eodem acriter pugnant, 316
. . privilegia ſua confirmari petunt, 327, 572, 850
. . ad Radkerſpurg, ſub Henr. Ab Adm. cæſi, 340
. . ſub Alberto I. feliciter pugnant, 347
. . ab eo deficiunt, 360 &c. 363 &c. 365 &c.
. . contra Adolphum pro Alberto I. pugnant, 381
. . Carinthiam ſubjugant, 401
. . in Auſtriam rebellem pugnant, 405
. . uti in Bavaros, 407
. . ab his cæſi ſunt, 425, 435 &c.
Styria ab Hungaris an. 1233. vaſtata, 6, 253, 188
. . ejus partem Hungari prætendunt, ibid.
. . multa ejus caſtra Frid. II. Imp. ſibi ſubjicit, 12 153, 159, 165
. . quo tit. Ottocaro Boh. erepta Alberto I. Auſtr. collata fuerit a Rudolpho I. Habſpurg. 33, 44
. . an & quando ea hæreditaria facta, 38
. . an hæreditaria ſub Ottoc VI. facta ad deſcendentes vel collaterales, 39
. . eam ab Auſtria ſeparari vetat Ottoc. VI. ib. & 68
. . vaſtatur ab Hungaris, 41, 216, 218, 232
. . a Philippo Salisb. ibid 219, 229
. . cur Ottoc. cæſo non illico data ſit Alberto I 46
. . an dotis tit. huic data, 47
. . variæ de translatione in Albert. I. ſententiæ, 37, 44 &c.
. . an ob Leopoldum virt. interdicta fuerit, 62
. . damna ejus ex terræmotu, 83
. . ex ea iter nobilium in Palæſtin. 113, 115, 119
. . nix ſanguinis an. 1222. 127
. . an. 1228. ab Hungaris vaſtatur, 139
. . an. 1236 a Patr. Aquilej. & Epiſc. Babat. vaſtatur, 163, 165
. . an. 1249. ab Hungaris, 216
. . an. 1250. & 1253. item, 218, 232
. . uti & a Philippo Salisburg. 219, 229
. . an. 1253. Belæ cedit, 232 &c. 234 &c.
. . fames in ea, 252
. . Hungari eam vaſtant, 298
. . per eam pœnitentia publica, 281
. . eam viſitat Uladisl. Salisb. ibid.
. . eam vaſtat Ottocarus, 316
. . ab Imperio adminiſtratur tempore interregni, 515, 761
. . rigidam in ea juſtitiam Hung. exercent 526, 806
Subtilis veſtis qualis, 862

T.

Talliare quid ſit, 403
Tartari Viennam adeuntes vincuntur a Friderico bellicoſo, 281 &c. 184
Taufers de Com. Hugo pro Rudolpho I. pugnat 317
Teiffenbach caſtrum, 466, 603 &c.
. familia, ib. 296

Templarii olim in Pölſe, 297
Tepetia quid, 863
Teutonicorum ordo equeſtris in Styria Commendas 2. habet, 126
. . ejus vota, fundatio, 717
. . olim curam animar. exercebat, 503 &c. 724, 850
. . ejus Commendatores olim quales, 761
. . *Græcenſium* poſſeſſiones & jura, 176, 237, 296, 323, 338, 400, 453
. . eorum eſt ſchola Græcii, 315, 389
. . S. *Dominicæ* res & poſſeſſ. 301, 313 &c. 338, 352, 422, 447 &c. v. pl. *Graz* & *Groſſonntag*
Thal, v. *Valle*.
Thalberg ſæc. 13. *caſtrum* Krumbachiorum, 205, 231
. . de Gertrud. benef. Vorav. 230 &c.
. . de Gerhardo Voravii ſepultus, ibid.
. . olim etiam Dietrichſtein, 695
Theodora mater Frider. bellic. an ob ejus crudelitatem fugerit, 13, 15, 18, 26, 162
. . an filium ſuum apud Imperat accuſaverit, 18
. . octavo poſt mort. filii die mærore obit, 26, 203
. . reſiſtit erectioni Epiſcopat. Vien. 121
. . benef. Clauſtroneob. 116
. . eam conſolatur Papa, 144
. . urbs Judenburga ei pro ſuſtentatione viduali datur, 156, 500, 716
. . benef. Seiz. ibid.
Theodericus Abb. 5. *Runenſ.* 93, 112, 628
Thomas I. Abb. 30. S. Lamb. 493
Thomas II. Abb. 36. S. Lamb. ibid.
Thonhauſen de Godefridus, 305
Thuribulum, 863
Tiſer Aquil. Eccl. caſtrum occupat Ottoc. Boh 295
. . Provincia eſt Heunburgenſium, 315, 556, 855, 560, 874
Tobel Parochia Seccov. Epiſc. 72, 184
. . prædium a Styris ſedit. capitur, 362
. . quando Epiſcopatui Seccov. data fuerit, 509, 489, 681, 733
Traburg caſtrum, 764
Tragöſs S. *Magdal. Parochia* Göſs, 103, 487
Trakenberg caſtrum, 365
. *de familia*, 764
Traunſtein da Rud. res cum Vorav. 186
Trautmanſtorf 2. *caſtra*, 766
. . *Parochia*, ibid.
. . *familia* inſign. ibid.
. . ex ea 14. cæſi in prælio Rudolphi & Ottoc. 320
. . in prælio Frid. pulchri, 437
Treven caſtrum Aquil. Eccl. ab Ottoc. Boh direptum, 295
. . de familia, 722
Trevina, v. Dravus.
Treun de Gratsau benef. Vorav. 460, 613, &c.
Treunſtein de Wulfing & Diemud. 296
. . familia, 547, 838, 869
Treuzius Matthæus Commend. ord. Teuton. in pugna Rudolphi I. contra Ottocarum egregia officia præſtat, 555, 850
Trieben locus & familia, 621
Trovejach de familia, 713, 834
. . locus & Parochia, ibid.
Truchſen de Ulric. & Godefr. 728
Turen de vel
Turianus Henr. de Rottenmann, Ulricum Salisburg. Capit. 258
Turren de Dom. genealogia, 258
Turnau Eccl. S. *Ruperti* in Styria dit. Salisburg. 77
Turre de Raym. Patr. Aquil. 301
Tyrnſtein arx, in qua Richardus Rex Angliæ captus detinebatur, 59
Tyrolis, olim Merania, 758

U.

Valentinus Abbas 32. S. Lamberti, 493
Valle ſeu Thal de familia, 840
. . caſtrum duplex, ibid.
. . *Vansdorf arx* & ejus fata, 609
. . *familia*, ibid.
. . *Parochia*, 610, 681, 489, 715, 486, 670, 750
Udalricus Præp Seccov. 391, 395
Udalricus Abbas 4. S. Lamb 492, 685
Udalricus Abbas 10. S. Lamb. 492, 688
Veldſperg dapiferatus, 546, 836, 856
Vienna Urbs imperialis a Frid. II. Imp. conſtituitur, 26. 27, 156
. . hæc ei libertas iterum demitur, ibid.
. . a Bohemis an. 1237. capta, 164
. . an ex lytro Anglico muris cincta fuerit, 66
. . ſubin nova civitas dicta, 67, 81
. . ejus privilegium de moneta cudenda, 114
. . ſcholæ Vienn initia, 167
. . inſignia nova, ibid.
. . a Frider. Duce bell. obſeſſa, 173
. . an 1261. Conventus Principum, 261
. . an. 1262. & incendium in ea, 266, 350, 304
. . an. 1267. Concilium, 278 &c.
. . obſidetur a Rudolpho I. Imp. 308 &c.
. . *Epiſcopatus* urgetur, non perficitur, 95, 111, 192
Vicedominus minoritæ an inter Papas numerandus, 307
Vinkenſtein de familia & caſtrum, 783 &c. 322
S. *Viti* devotio in terris noſtr. quomodo cœpta, 129
. . *civitas* Carinthiæ Salisb. datur, 286
. . *Parochia* ſupra Græcium, 387
Uladislaus Marchio Moraviæ, maritus Gertrud. Mellicenſ. 204, v. Gertr.
Uladislaus Archiep Salisb. 2771, 279
Ulricus Dux Carinthiæ, 241, 289
Ulricus ex Epiſc. Seccov. Archiep. Salisburg. & ejus res, 189, 189, 193, 216, 211, 239, 244, &c. 245, 248 &c. 250 &c. 257 &c. 265, 269, 377 &c. 380, 388 &c. 395 &c. 399, 402, 409 512, 514, 516 &c. 518, 523, 759 775 &c. 528, 809 &c. 531, 816, 532, 543 &c. 832 &c.
. . resignat, ſit iterum Epiſc. Seccov. & Parochiam Piber retinet, 274, 276
. . ibidem obit, 287
Ulricus de Prauk Præp. Seccov. 445
Ulricus Abbas 24 *Admont* 270, 288 &c. 293, 824
Ulricus Can. Friſing. Scriba Styriæ, 241
Ulricus pleb. in Straſsgang. Coadjutor Ep. Secc. 287
Vogan parochia, 489, 681
Voitſperg civitas Styriæ, Gertrudi Auſtr aſſignatur, 42, 229
. . *parochia* duplex, 72, 489, 681
. . *caſtrum*, 798
. . Monaſter. Carmelit. 760
. . *de Arlongus Epiſc. Tergeſt.* 263
Volkenſtorf de Ortolf. & Hartnid. 615, 248
Vorau Can. S. *Aug.* in ea variæ dedicantur aræ, 85, 140, 252, 231
. . jus Advoc. in Wenigzell, 86
. . jus Advoc. in parochia S. Jacob. 101
. . lis cum Varnpac. de Capellis S. Jac. Wenigzell & Mönichvvald. 114, 117, 463, 677
. . lis cum Reicherſperg, 123
. . exuſta eſt cum Bernardo Præp. 168
. . Præpoſiti 8vi nomen latet, 169
. . ejus damna varia. 186, 221, 230
. . ejus jura ac poſſeſſ 216, 225, 231, 252, 276, 432 &c. 352. 357, 369, 377, 379 382, 387, 391, 395, 398, 400 &c. 400 &c. 407, 416, 421, 429, 433, 441 &c. 448, 450, 452, 519, 522, 613 &c. 695, 777, 796, 547, 838, 555, 856, 558, 860, 563 &c. 895 &c.

Vorav. Can. S. Aug. bona in Wenigzell, 469
. . fraternitates veteres, 634
. . thesaur. Eccles. & Bibl. MS., 861 ad 869
. . sigillum, ibid.
. . *parochia S. Ægydii in Oppid.* 85, 488
. . *Parochiæ quæ*, Eccl. Vorav. filiæ, 480, 488, 646
. . *Parochiæ Vorav.* termini, 488, 678
Voſtenburg arx, an avita fam. de Saurau, 792, 883
Vranhofen de familia, 736
Utſch aula Styriæ, 296

W.

Wachrein locus Salisb. in Styria, 77
Walchunskirchen de familia, 749
Waldbott olim quis, 798
Waldek de Adalram fund. Seccov. 583, 614
v. Seccav.
. . *caſtrum*, 583
Waldſtein de Gertrud. injuria Can. Seccov. Epiſc. 236, 524, 800
. . *Caſtrum*, ibid.
Walſee, de Eberh. primus huj. fam. in Auſtria, 339
. . de Ulric. Capit. Styr. acta, 401 &c. 405, 407, 415, &c. 419, 423, 434, 439, 448
Waltendorf prædium Seccov. 582, 883
Walterus Epiſc. Gurc. 81, 109
Wampel Dec. Weiz. benef. PP. Franc. in Muerzuſchlag, 453
Wafridus Abb. 12. *S. Lamb.* 493, 670, 688
Waſen de familia, 643, 760
. . *caſtra*, ibid.
Wechſeneck caſtrum olim Epiſc. Seccov. 199
Weichard de Polheim Epiſc. Patav. 324
Weiskirchen, parochia, 72, 466, 603, 489, 681
Weißeneck de Ditmarus a Styris in Bav. miſſus pro Henrico Otton. Bav. Duc. filio, 42, 223
. . inde in Hungariam abit, ibid.
. . corrumpitur a *Bela* pro Stephano filio, ibid.
. . *caſtrum* & lis ingens de eo, 349, 368, 754, &c. 837
. . *caſtra* 3. *huj. nom.* 755, 814
Weitenſtein caſtrum Styriæ, 619, 83
Weitersfeld caſtrum Styriæ, 852
Weitra caſtrum Chunring. capitur, 321, 324
Weizenſes plebani ab an. 1328. 452
. . Decani, 453
Wenigzell Paroch. Vorav. impetitur a Vornbacenſibus, 102, 114, 117, 358, 488, 678
Wenge locus Styriæ, 626
Werigardus Præp. Seccov. 369, 372, 380, 391
Wernerus ex Præp. Clauſtroneob. Ep. Gurc. 67, 69
Wernerus de Galler Præp. 1. *Seccov.* obit ſenicu-lus, ſumma laude dignus, 91, 582, v. Galler.
Wernherus Abb. 16. *S. Lamb.* 499, 670, 689
Werven de Chuno defenſ. Admont. 84
Wichpoto Abb. 18. *Admont.* 135, 143
Wides amnis an Raba, 485, 656
. . *forum* an S. Ruperti, v. Weiz, ibid.
Wietingen de Godefr. benef. Admont. 594, 669
Wildbach caſtrum, 870 &c.
Wildenſtein de familia 870 &c. 578, 914
. . *caſtra* varia, 917, 290
. . an eadem familia cum Malipieris, 871
. . inſigne ejus fam. ibid.
. . an eadem cum Sunneckiis, ibid. 918
Wildurgus Præp. Stana. 382
Wildon oppidum, 350, 354
. . *Parochia*, 72
. . *familia & ejus genealogia*, 690, 762, 849, 852, 896
. . ejus familiæ lites cum Epiſc. Seccov. 495, 698 896, 132
. . de Herrandi lis cum Admont. 78, 88, 466, 603
. . de Hemudus an Capit Styriæ, ibid.
. . de Herrand. & fr. Hertnidus
. . de Leutold. & fr. Udalricus benef. Secc. 129, 136, 494 &c.
. . de Leutold fundat. Canoniæ Stanz. 142, 217
. . de Ulric. I. & Herrand. I. acta cum Seccov. 237, 294, 302, 305 &c.
. . Hertnid. I. in Boruſſos pugnat, 249, 280
. . privatur caſtris ab Ottoc. Boh. 283
. . de Hertnidus Epiſc. Gurc. 338
. . ejus & Richeri acta, 313, 315, 385, 386, 392
Wilbeimus Imp. in Styria agnitus, 221
Wilbelmus Abb. 18. *S. Lamb.* 493, 689, 366
Wilbelmus de Mueregg Abb. 3. *Run.* 69
Wildhauſen familia, 760
. . quomodo fratres Krumbachiorum fuerint, 644, 594, 597
. . *caſtrum*, 760
Winden de familia, 714
Windiſchgraz civit. olim ſub dominio Ducum Meraniæ, 92, 281, 474, 628
. . donatur Eccl. Aquilej. 225
. . hodie eſt Principis terræ, ibid. 736
. . eam Ottoc. occupat, 295
. . *familia*, 296, 736
. . *Capitaneatus*, 736, 829
. . *inſignia familiæ*, & ſepultura, 736
Winkel de Ulricus, 526, 803, 237
. . familia & arx, 805
Witego Scriba Styriæ an etiam Capitan. Styr. fuerit, 241
Witſchein caſtrum, 290
. . *Parochia*, 464, 585, 601, 636
Wocho Epiſc. Seccov., 427, 430, 442, 454
Wolferau de familia, 852
Wolfgerus ex Epiſc. Aquil. 61, 91
. . fit Marchio Carnioliæ, 99, 110, &c. 107
Wolfkerus Abb. 13 S. Lamb. 127, 150, 493, 499 670, 688
Wolfram. de Herberſtorf Præp. 5. Seccov. 158, 172
Wolfram. Abb. 16. Admont. 93, 97, 634
Wolfram. Abb. 5. *S. Lamb.* 492, 686, 715
Wolfsberg Parochia, 282, 291, 545, 835
. . *familia*, 282
Wolfsthal de familia & inſigne, 737
Wolkenſtein caſtrum, 258, 286
Wolkerſtorf v. V.
Wotſch mons prope Studeniz, 268
Wulfingus Abb. Oberburg. 404
Wulfingſtein caſtrum ab Ottoc. dirutum, 286
Wurmberg caſtrum, 891, 383, 284
. . de familia, ibid.
Wurmbrand de Leopold. I. antea de Wurmberg dictus, mutat nomen, 68
. . *caſtrum*, ibid.

Z.

Zelking de familia, 790, 246
Zeyring oppidum Styriæ, 297, 876
. . Præpoſ. Admont. 876
. . familia, 303